
Digitized by Google



HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

EX ILLVSTRISS. CÆSARIS BARONII S. R. E. CARDINALIS BIBLIOTHECARII ANNALIBVS, ALIORVMQ. VIROR. ILLVST. *Eccleſiaſticis Hiſtoricisq. monumentis,*

TOMVS II.

Auctore R.P. Fr. ABRAHAMO BZOVIO Polono, S.S. Theolog. Doct. Ord. Prædic.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Sumptibus Antonij Boetzeri.
Anno M.DC.XVII.

Permiſſu Superiorum.

Cum gratia et priuil. Sum. Pontif. Sacræ C[illegible] Maiestatis [illegible] Christianiſsimi Regis Francorum, etc.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



SERENISS. ET INVICTISS. SIGISMVNDO III. REGI POLONIAE, MAGNO DVCI LITHVA-
NIAE, RVSSIAE, PRVSSIAE, MAS. SAMOGITIAE, LIVONIAE, SEVERIAE. ETC. HAEREDITARIO REGI
SVETIAE, GOTHIAE, VANDALIAE, MAG. DVCI FINLANDIAE, TRIVMPHATORI MOSCOVIAE AC
OMNIVM SEPTENTRIONVM REGIONVM.

Digitized by Google

SIGISMVNDO III. POLONIAE, SVECIAE, GOTHORVM ET VANDALORVM REGI, MAGNO DVCI LITVANIAE, RVSSIAE, PRVSSIAE, MASOVIAE, SAMOGITIAE, LIVONIAE, FINLANDIÆ &c. &c. Moſchorum Domitori.

F. ABRAHAM BZOVIVS POLONVS, S. TH. Magiſter, Ordinis Prædicatorum.

F. P.

NImis intolerandum errorem erraſſem, ſi ad Te, Sereniſſime Rex, meæ HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ Alteram partem ire non iuſſiſſem. Vel pietatis Tuæ in re ſacratiore magnitudo, conſtantiaque perpetua, eam de rebus Sacris compendiariam ſcriptionem ſeu exſcriptionem Tuo poſt S. D. N. PAVLVM QVINTVM, Serenſſimo nomini, ſuo, ſummoque iure vindicabant. Ab imitatione veterm & recentium Eccleſiæ ſcriptorum, animos ad cōſecrandum ſumpſi. Ill Commentationibus ſuis de Orthodoxiæ ſucceſſu & felicitate in lucen datis, Imperatorum & Regum Maximoru m; & quid niſi maxima? nomina præſcribere non in minimis ponebant; ſiue vt officij immemores dmonerent, ſiue vt officij memoribus, exemplar earum virtutum, quius præſtabant, velut in ſimulachro, in eo argumento quod ſcriptioni ſub cerant, repræſentarent. Non ego Te, Sereniſſime Rex, hoc meæ in Te ebitæ obſeruationis & cultus indicio admonere, ſed Tuam Religioſam etatem, quâ multis Principibus Chriſtianis antiſtas, in Tuis Maioribu xpreſſam, Tibi ſubijcere conſtitui; vt quantùm illos vel æquaueris, vel ſueraueris, hoc velut in ſpeculo, non minore tum voluptate quàm glori Eccleſiæ intueare. Ingenita fuit ac penè propria Tuæ Gentis nota, non ſolm obſeruandæ, ſed etiam amplificandæ Religionis ac Pietatis ſtudiu; vt ne vetuſti ritus, dogmata, & Sacra, per nouitatem prophanam an quarentur, ſed Religioni auitæ ſuus tenor, ſuaque obſeruatio ſeruaretur Non æquaſti modò, verùm & Maiores Tuos, Tu vetuſtati propitius, a eceſſiſti in hoc Sacro gradu: in quo non tantùm iſtud pij ac religioſi ami cum laude oſtendis, quòd poſt religionem omnia ſemper ponend ucis; ſed etiam omnes Tuos ad ſincerum Religionis Catholicæ cultum cis; eâ vel maximâ curâ, vt omnis peruerſarum opinionum labes, qu egna Tuo ampliſſimo ſceptro commiſſa aliquantùm inquinauerat, ſſim & ſine ſenſu eluatur; ne aliquandò peſtilentis notæ contagio, ad g iæ Diuinæ ſugillationem, & ad certum Regnorum Tuo-

Digitized by Google

rum exitium ampliùs perrumpere poſſit. Scitum Tibi ab exemplis alie-
nis, quia *Religio & Sacrorum cultus, ſi purè, integrè & ex ritu priſco* (dico
Romano Catholico Apoſtolico) *ſeruetur, populos in fide & officio continet;*
neq; ſolùm intra Vrbium mœnia, verùm & inter priuatos parietes, pàcem &
concordiam nutrit. contrà; ſi à veteribus inſtitutis recedatur, ſublatâ Sacro-
rum reuerentiâ, paulatim à diſceptationibus ad arma concurritur: neq; vn-
quàm alicubi Gentium conuulſa eſt, aut immutata, vel deſerta religio, quin &
ſubitò deletum ſit Imperium. adeò altera ſine altero neq; diutiùs conſiſtere, neq;
deleri poteſt. Itaq; eam partem Iuſtitiæ, quæ ad Deum Catholico more co-
lendum pertinet, cum omni ratione colendam Tibi præſcripſeris, vel ad
inuidiam Maximorum heroum, in eo es Totus, vt Sacra antiqua Sacro &
antiquo cultu excolantur. Quamobrem non erubeſcis etiam exquiſitiore
Religionis cultu, cæleſte Numen placare: ſi modò Tuo exemplo & voto
ad Religionem vetuſtam reuocarentur ij, qui neque triſti iudiciorum ex-
pectatione compelli, neque honorum magnitudine adduci vnquam po-
tuerant, vt patiente animo ſuſtinerent ſuauiſſimum onus Chriſti, & à
Chriſto Petri. Numa Pompilius vt populum Romanum Sacris obligaret,
Sacrorum conſuetudinem fingebat. Tu, Pientiſſime Regum, nõ fingis, ſed
omnibus præis, vero & ſincero ad pietatem exemplo. Quid enim (nam Te
vel inuito, vel ad inuidiam poſteritatis prodere iſta lubet) preces quotidi-
næ ex Romani Breuiarij præſcripto, à Te horis præſtitutis ingenti atten-
tione recitatæ? Quid frequentiſſimæ exomologeſes? Quid Diuini epuli
non minùs freques, quàm demiſſa cum deuotione vſus? Sacrorum quoti-
dianorum perpetua in templo audiendi perſeuerantia; Feſtiuitatum an-
nuarum in Baſilicis ſiue domi, ſiue in itinere, nulla neque minima excep-
ta conſtans celebratio; iiſdem Dominicis & feſtis diebus Miſſæ maiori,
concionibus, proceſſioni & reliquis Sacris religioſa, intenta, & ad Reli-
gioſorum vſque ſtuporem admirabilis aſſiſtentia; donaria altaribus quo-
tidiè illata; Epiſcoporum & Sacerdotum venetiraoni caput ſublime ſub-
miſſum; Eccleſiæ à Regijs manibus ornatæ & locupletatæ; libertates, im-
munitates & iura Eccleſijs, & Eccleſiaſticis rebus, ac perſonis aut vindica-
ta, aut reſtituta; Iuriſdictio Eccleſiaſtica à male politicorũ conatibus non
ſemel erepta; eleemoſynæ clàm & propalàm ſiue in errones egentes, ſiue
Xenodochijs defixos effuſæ; ſubſelliorum Tuorum correctio non niſi ad
Eccleſiaſticam rem, non tantùm ſeruandam, ſed etiam augendam directa,
quid? quid niſi Te pietatis Myſtam, Religionis Tutelarem, & multis (ne
dixerim) Sacerdotibus in re Sacerdotali magis inflammatum oſtendunt?
Mirum vt non ſit, vt quemadmodum *fluit cera à facie ignis,* ſic à Tuo in Sa-
cra inflammato ſtudio, innumerabiles tùm hæreticorum tùm perdito-
rum copiæ defluxerint, ad antiquæ fidei & aſtricti moris morem. Erit
quod aliquãdo & annis, & meritis, & Triumphis grauis, quemadmodum
aliquis Thaumaturgorum, in Tuis laudibus recenſeas; Te in Regno Po-
loniæ paucos Catholicos reperijſſe; pauciores deuios relinquere: cum vni-
uerſi à Tuis ignibus adeò incaleſcant, vt ferè nemo ſit qui ſe abſcondat à
calore Tuo, pręſertim illo Tuo quando adoleſcens vix annos XX. ad Reg-
num Poloniæ, quàm infectum? quàm Catholicæ rei infeſtum? quàm

ideò

Digitized by Google

SIGISMVNDVS III.
POLONIAE, SVECIAE, GOTHORVM, VANDALORVM REX.

MAGNVS DVX LITVANIAE.
RVSSIAE. PRVSSIAE. MASOVIAE.
SAMOGITIAE. LIVONIAE. FINLANDIAE.
&c. &c. &c.
DVX.

MOSCHORVM DOMITOR.
PIVS. CLEMENS. FELIX. VICTOR.
RELIGIONEM CATHOLICAM.
FACTIS ET EXEMPLIS
PVRGATO HAERETICIS REGNO SENATVQVE
EPISCOPATIBVS. TEMPLIS. ARIS
VINDICATIS. EXTRVCTIS. DITATIS.
RVTHENORVM ECCLESIIS ROM. ADIVNCTIS.
CVLTV DIVORVM PROCVRATO AVCTOQVE.
AVITA FIDE RETENTA.. ATQVE RESTITVTA.
RELIGIOSOR. VIRORVM. ORDINIB. IN POLONIAM
INTRODVCTIS: VEL BENEFICENTIA EXCITATIS
LIBERTATE ECCLESIASTICA INTEGRE
SERVATA,
AMPLIFICAT.
BEGLERBERGVM GRAECIAE,
E VICINA VALACHIA.
POLONIAE.

FERRVM, IGNEM ET VASTITATES OSTENTANTEM.
SOLA BELLICI FAMA APPARATVS PERTERRVIT.
INQVE THRACIAM EXERCITVM EIVS NVMEROSISSIMVM RETROCEDERE COMPVLIT.

MICHAELEM.
TRANSYLVANIAE ET VTRIVSQVE VALACHIAE TYRANNVM TVRCICIS ET SCYTHICIS COPIIS INSOLENTEM: CAESIS XXXXX. M. PVGNATORVM
PROFLIGAVIT.

CAROLVM SVDERMANNIAE DVCEM.
EXTERNO VETERANO MILITE FEROCEM,
LIVONIAE ET LITVANIAE IMMINENTEM
DELETIS XIIII. M. VNO DIE.

LVNAEBVRGICO ET LINDERSONIO
PROSTRATIS.

CAROLO CAROLI F. ET PONTO GARDANO
CAPTIS, FVDIT.

BASILIVM SVISCIVM MAGNVM MOSCOVIAE DVCEM.
FILARETVM ROSTOVIENSIVM ET IAROSLAVIENS.
METROPOLITEM. PLVRES MOSCORVM
PROCERES.

MEMORABILI SMOLENSCIANA VICTORIA
IN POTESTATEM REDEGIT.

INGEN-

Digitized by Google

INGENTES MOSCHORVM COPIAS
PARVA SVORVM MANV
DISSIPAVIT.

PRAEFRACTAM RVSSORVM TEMERITATEM
EDOMVIT.

SMOLENSCIAM VRBEM,
SEVERIENSEM DVCATVM
POLONIAE REGNO
RECVPERAVIT.

SCYTHARVM ET TVRCARVM EXERCITVS
IN VALACHIA ET PODOLIA
ANNIVERSARIIS CLADIBVS
AFFECIT.

PRINCIPVM EXTERNORVM OPES ET PROVINCIAS,
CVM SE PATROCINIO ILLIVS COMMITTERENT,
BONO PACIS PVPLICAE,
ANIMO PLVSQVAM MAGNO
CONTEMPSIT.

ADEOQVE ILLOS IN OFFICIO ET FIDE
ERGA MAIORES EORVM
CONTINVIT.

VICTORIA ADVERSVS QVOSDAM MALESANOS POLLENS,
MODERATIONE ET CLEMENTIA
MAGIS QVAM ARMIS
VEL TVM POTISSIMVM
CVM DISSENSIONIBVS DOMESTICIS,
A MALO ANIMO EXORTIS,
PERTINACIA QVORVNDAM
PERNICIEM EXTREMAM
REGNO POLONIAE
ACCELERARET,
TRIVMPHAVIT.

REGVM POLONIAE ET SEPTENTRIONIS,
MAXIMVS OPTIMVS.

SIGIS-

Digitized by Google

ideò turbulentũ? euocatus,cùm in litus Dantiſcanum exſcendiſſes,& ad conſcientiarum (quâ nulla vnquàm impurior, nulla cælitibus infeſtior, nulla Reipub. Chriſtianæ nocentior) ſeruilem libertatem ſacramento confirmandam,& legibus armandam,ſtatim in prima Regni arena inuitatus eſſes,æternitati dictum dixiſti; in Sueciam reuerti ſatiùs, quàm cum impietate in Deum & Diuina, Regnum aut auſpicari aut capeſſere velle ac eſſe: non minor illo illo Tuo Magno Parente, cuius à materno vbere pietatis exemplum abundè ſuxiſti:qui ad Regnum Boëmiæ adminiſtrandum inuitatus; nõ ſibi integrum duxit illis imperare, qui Eccleſiæ ſponſæ Chriſti, atq; in terris Vicario Chriſti, non vniuerſi parerent. Alia pietatis Tuæ argumenta in lucem producerem, niſi ea Deus Pietatis Tuæ Gnoſtes victorijs auguſtiſſimis illuſtraſſet. Nota eſt de luxu perditis moribus, quos cenſurâ Tuâ ad ſeueriora Maiorum inſtituta reuocare pergis; Non ignota, quam de contempta religione auita acer Numinis vltor, & Cracouiæ,& Varſouiæ,exemplis recentibus vindicaſti. Illuſtris, non ſemel de Mahometana perfidia,impietate ſimul ac temeritate, cuius vnicum non ſemel debilitaſti auxilium. Illuſtrior de illo illo turbulentorum ciuium auſu, quando nonnulli finem fruendæ felicitatis, quâ Regnum Poloniæ ad inuidiam vſque diu fruebatur, per inteſtina odia quærebant,& non ſine pacis rubore, religionem & voluptatem ſinceram ciuili ſanguine maculare properantes, in præualidum ciuici diſſidij mucronem irruebant; quorum temeritatem, vt tua fama per omnes gentes venerabilior diffunderetur, cunctatione,patientiâ, illecebris & ſuauitate, nec niſi leuiore armorum oſtentatione repreſſiſti. Quid illa Liuoniæ ſerpens hydra? Quid Scythica tygris volans? Quid Dacica pardus, ſignifer Turcicæ iræ? Quid Moſcus fremens & frendens? Quid reliquorum hoſtium ferrea frons & exanguis, conuulnerata audaciæ punctis? Quid? an non omnes & à Septentrione, & ab Oriente, & à Meridie in tuos triumphos ruunt? Sed hæc Tuæ Illuſtriſſimæ Pietatis ampliſſima præmia vel decora, quæ vetuſtate floreſcent, ſilentio abrumpo, neque Tuum ruborem amplius irruſſare volo: Voto concludo, cùm Tibi votiuum hoc deuoti mei in Te animi ſignum offero & conſecro: *Intende, proſpere procede, & regna*, ſecurus Magnitudinis & Felicitatis Tuæ, à Pietate, quæ *ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens*, & huius, & futuræ retributionis. *Romæ, Calend. Aug. 1616.*

LADISLAO
SIGISMVNDO, SIGISMVNDI III. POLONIAE, SVECIAE, GOTHORVM ET VANDALORVM REGIS, F. PRINCIPI SERENISSIMO.

F. ABRAHAM BZOVIVS POLONVS, S. TH. MAG. ORD. PRÆD. PIETATEM ET FELICITATEM PATERNAM P.

IVngat Libri Inſcriptio, quos iungit ſanguinis & pietatis coniunctio. Sereniſſimi Parentis Tui Pietati & Felicitati, Alterum mearum Lucubrationum Tomum, V. M. conſecraui: vt eo velut in ſpeculo, Maiorum ſuorum, qui huius meæ ſcriptionis magna pars, & proindè etiam ſuas virtutes, ſempiternaq; decora intueretur. Putabam non abs re fore, ſi eandem virtutis Ideam Tibi, Sereniſſime Princeps, repræſentarem: à cuius exemplo Tu aliquando ampliùs doctus, & Pietatis, & Felicitatis Paternæ hæres, de profligatis hæreſeon & impietatis monſtris, æternùm triumphes: Volui paritèr in Te, Sereniſſime Princeps, meæ debitæ obſeruantiæ vel minimum indicem proſtare, vt omnes intelligant, non minùs Tibi, quàm Sereniſſimo Tuo Parenti, me eſſe & fore deuotum. Romæ. Kal. Aug. 1616.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ,

EX ILLVSTRISSIMI CÆSARIS BARONII SACRÆ ROMANÆ ECCLESIÆ CARDINALIS BIBLIOTHECARII ANNALIBVS, ALIORVMQVE virorum Illuſtrium monumentis:

LIBER NONVS.

I. Ingens terræ motus Italias quatit. a *Anaſtaſ. in Leone.*

A IESV CHRISTI anno 801. Leonis Papæ III. anno 6. Caroli Magni Imp. an. 1. Irenes iterum ann. 5.[a] Carolo Magno Roma in Gallias properante, vrbs tremuit, totaque Italia grauiter concuſſa eſt. In vrbe, tectum Baſilicæ Beati Pauli Apoſtoli decidit: alibi vero etiam montes corruerunt, ac plurimæ vrbes proſtratæ iacuerunt. Vrbanam Eccleſiam Leo Pontifex magno niſu inſtaurauit, & maximis inæſtimabilibusq; donariis aureis iuxta ac argenteis diuitauit. Neque hanc tantum, ſed fere omnes vrbis Eccleſias, incomparabilis precij monilibus, veſtibus, ac imaginibus, auro, argento, gemmis & lapidibus precioſis exornauit.

II. Promulgatio legum Carol. Mag. b *Eginhardus in vita.*

B [b] Carolus porrò Imperator poſt ſuſceptum imperiale nomen, cum aduerteret multa legibus populi ſui deeſſe, cogitauit quæ deerant addere, & diſcrepantia vnire, praua quoque & perperam prolata corrigere. Omniumq; nationum, quæ ſub eius ditione erant, iura quę ſcripta non erant, deſcribi ac litteris mandari fecit. Ex his memorandam illam ſanciuit, de Romana Eccleſia.[c] *In memoriam B. Petri Apoſtoli honoremus ſanctam Romanam & Apoſtolicam ſedem, vt quæ nobis Sacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſe debeat Eccleſiaſtica magiſtra rationis. Quare ſeruanda eſt cum manſuetudine humilitas: vt licet vix ferendum ab illa ſancta ſede imponatur iugum, tamen feramus, & pia deuotione toleremus. Si vero (quod non decet) quilibet ſiue ſit presbyter, ſiue diaconus aliquam perturbationem machinando, & noſtro miniſterio inſidiando, redarguatur falſam ab Apoſtolica ſede detuliſſe epiſtolam, vel aliud aliquid, quod inde non venerit: ſalua fide & integra circa Apoſtolicam humilitate, penes Epiſcopum ſit poteſtas, vtrum eum in carcerem, aut aliam detrudat cuſtodiam, vſque quo per epiſtolam, aut per idoneos partis ſuæ Legatos Apoſtolicam interpellet ſublimitatem, vt potiſſimum tam ſancta legatione dignetur decernere, quid de talibus iuſto ordine ſtatuat lex Romana definire, vt & is corrigatur, & ceteris modus imponatur.* Hæc de Romanæ ſedis dignitate iuxta ac auctoritate Imperator: qui pariter legem Theodoſianam de appellationibus innouauit, hunc in modum.[d] *Quicunque litem habens, ſiue poſſeſſor ſiue petitor fuerit, vel in initio litis, vel decurſis temporum curriculis, ſiue cum negotium peroratur, ſiue cum incœperit promi ſententia, ſi iudicium elegerit Sacroſanctæ legis Antiſtitis: illico ſine aliqua dubitatione, etiamſi alia pars refragatur, ad Epiſcoporum iudicium cum ſermone litigantium*

c *diſt. 19 c. 3.*

Sententia Car. Mag. de exhibenda obedientia Sedi Apoſt.

C

d *Capit. Franc. lib. 6. c. 281.*

A *dirigatur. Multa enim quæ in iudicio captioſæ præſcriptionis vincula promi non patiuntur, inueſtigat & promit Sacroſanctæ religionis auctoritas. Omnes itaque cauſæ, quæ vel prætorio iure vel ciuili tractantur, Epiſcoporum ſententiis terminatæ perpetuo ſtabilitatis iure firmentur. Nec liceat vlterius tractari negotium, quod Epiſcoporum ſententiis deciderit. Teſtimonium etiam ab vno licet Epiſcopo perhibitum, omnes iudices indubitanter accipiant; nec alius audiatur, cum teſtimonium Epiſcopi à qualibet parte fuerit repromiſſum. Illud eſt enim veritatis auctoritate firmatum, illud incorruptum, quod à ſacroſancto homine conſcientia mentis illibata protulerit. Hoc nos edicto ſalubri aliquando cenſuimus; hoc perpetua lege firmamus, malitioſa litium ſemina comprimentes, vt miſeri homines longis ac pene perpetuis actionum laqueis implicati ab improbis petitionibus, vel à cupiditate perpera maturo fine diſcedant.* Hæc ex Theodoſio Carolus, pro dignitate

Quantum Car. Mag detulerit foro Eccl.

B Eccleſiaſtica, pro iuſtitiæ moderatione, pro quiete publica, pro vtilitatibus ſingulorum: ad eorum confuſionem perpetuam qui his aduerſarias leges ſtatuunt, & contraria edicta promulgant, timoribus exagitantes populos, nouis adinuentionibus inhibentes, quacumque occaſione prætenſa, via indirecta procurant, ne laici ipſi attingant limen Eccleſiaſtici fori. Fecit etiam Carolus collectionem legum Eccleſiaſticarum, non quod Epiſcopis eas præſcriberet, ſed exemplo Ioſiæ, qui volumen legis Sacerdotibus exhibuit ad conſulendum. Contra eos porro ad Pipinum Filium Regem reſcripſit, qui vel rapina, vel exagitatione improba, vel exactione iniuſta, ſiue perſonas, ſiue res Eccleſiaſticas, iniuria afficiunt.

III. Legatio Principis Saracenorum ad Carol. Mag. e *Annal. Franc.* f *Sigebert. in Chron. & Rom. Mart. 26 Iun. & Id. Octob.* Inuentio corporis S. Saluii Epiſc. Engoliſm.

Cumque hæc & alia pro immunitate Eccleſiarum

C & cleri ſtabiliret, augebatur à Deo felicitate, apud barbaros etiam nō obſcura.[e] Hoc enim anno Aaron Regis Perſarum, & Abraham Amirati Saracenorum, Legati cum Hipporediæ conuenientes, amicitiam Principum ſuorum, & munera pretioſa ei detulerūt.[f] Deus quoque illi, tertiò per Angelum apparentem, corpus S. Saluij & comitis ipſius S. Superij reuelauit, vt ampliori patrocinio illum exornaret. Fuit Saluius Engoliſmēſis Epiſcopus, qui in Gallias prædicationis Euangelicæ gratia veniens, Valentianis à Winigardo filio Genardi procuratoris Fiſcalis, vna cum ſocio S. Superio comprehenſus, & ſecuri percuſſus, martyrij coronam recepit. Corpora vtriuſque in ſtabulo iumentorum defoſſa, taurus à reliquis animantibus ſegregatus, & ſuper ſepulturam perpetuo decubuus, ab immundi-

tia conſeruauit. Viſa ſunt etiam à diuerſis luminaria in ſtabulo, ſuper locum tumuli deſcendere. Carolus, vt dixi, ter ab Angelo admonitus fuit, vt quæreret & tráſferret. Quæſiuit ex indicio martyrum & Angeli reperit, & ex loco fœtido ad Eccleſiam S. Martini tranſtulit; vbi vſque hodie ſignis & miraculis coruſcant.

IV. Irene Imperatrix relaxat tributa.

g Theophanes.

h epiſt. 7.

In Oriente, [g] Irene Imperatrix, Conſtantinopoli ciuilia donauit tributa. Laudabat [h] Theodorus Studita hanc illius pietatem, inter alia ſcribens: *Non ſpoliantur iniuſte pecunia mediterranei, ab iis qui anguſtos viarum aditus obſident, agreſtis cuiuſpiam dæmonis more, aut immanſueta feræ, delibantes ſemper aliquid ex ſarcina pauperis viatoris. Nec turpium huiuſmodi quæſtuum metu domi ſe continent egeni, neque oppida, neque maritima loca frequentantes: vbique enim iniquitatis ſcopuli prominent. Non amplius nautæ ab Oriente & Occidente & Aquilone ſoluentes, exactione prafocantur, tanquam ex gutture anguſtis faucibus portorium reddituri. Liberati ſunt qui venandi artem exercent, expedite nunc illam obeuntes, Irene SS. piſcator qui vel forte piſces traxit, idque poſt magnum prorſus laborem totius diei, vnum pendere non cogitur. Auceps cum arcu aut viſco pauculas aues forte ceperit, ad victum ſibi neceſſarias, rationum expers manens, beatius viuet. Militum vxores, domeſticum luctum habentes ob virorum amiſſionem, non acerbe inſuper flebunt miſerabilem & inhumanam pro mortuo exactionem. Subulci, ouium inſtitores, vini emptores, lanij, textores, ferrarij, ſutores, fullones, aromatarij, architecti, artifices omnes in quauis materia laborantes, ad hanc monetæ ſectionem, plauſerunt manibus dicentes; Benedicam te Domine, quoniam miſertus es mei, & factus es mihi in ſalutem.*

Leonis Papæ III. Anno 7. Caroli M. ann. 2. Nicephori ann. 1.

I. a Theoph.

ANno Chriſti 802. [a] Carolus Magnus & Leo Papa, Ieſſe Epiſcopum Ambianenſem & Elini gaudium Comitem, Legatos Conſtantinopolim miſerant, qui pacem cum Irene ſtabilirent. Pacis firmamentum offerebant Irene, matrimonium Caroli, ſi non recuſaret. Cum omnia ſe illa facturam recepiſſet, bonis & Imperio ſimul exuta eſt à Nicephoro Patritio & Logotheta generali. Is enim cooperantibus Patriciis quibuſdam, tyrannide concitata, cuſtodes Palatij falſa relatione decepit, & pecuniis corrupit, vt renuntiarent populo, Nicephorum ab Irene Imperatorem creatum, coniugioque ei deuinctum. Pridie Kal. Nouemb. quarta noctis hora, quæ feria ſecunda illuceſcit, facta in momento a ſubornatis conclamatione, Imperium & Palatium occupauit, Irenem theſauro omni exuit, & primo in Principem inſulam, deinde Lesbum ablegauit. cum illi prius ſuper viuifica ligna ſancte iuraſſet, ſe inuitum & reluctantem à populo ſucclamatum eſſe Auguſtum; ſe nigris calceamentis (oſtendebat illa) magis quam imperatoria purpura delectari; illi tãquam dominæ à ſeruo omnem cultum velle debere; proindeque theſauros illius ſcire deſiderare, non vt diriperet, ſed vt à Leone filio decoctore conſeruaret. Dicebat tunc Irene forti prudentia ad eum: Qui heri quaſi ſeruus periurus fuerat, hodie ſolers, & ſeditioſus Tyrannus ac impudens habetur. Ego quidem, ó homo, Deum deputo, & pridem cum eſſem orphana, exaltaſſe me, ac deinde ſuper ſolium, cum eſſem indigna, prouexiſſe me: cauſam vero depoſitionis mihimet applico, & peccatis meis adſcribo. In cunctis autem, ac modis omnibus, ſit nomen Domini benedictum. Hæc & plura alia Imperatrix Nicephoro.

Irene deponitur, Nicephorus Imp.

II. Nicephorus Imp. omni ex parte impius.

Fingebat ſe Nicephorus Catholicum, cum tamen ter impius extiterit; eo quod faueret Iconoclaſtis hæreticis, probaret Manichæorum hæreſim, & pro ea ſtabilienda ſynodum congregarit; quodque ſtuderet in cantationibus Manichæorum; quod inſuper vt aduerſarius Euangelij derideret colentes diuina mandata; quod etiam ſacra cuncta, vt profana haberet; quod omnem Eccleſiaſticam immunitatem peſſum daret, Præfectiſq; iuberet, vt Epiſcopis & clericis velut mancipiis vterentur: quod itidem ſanctas Eccleſias, hoſpitalia ſacra, omneſque religioſas domos ſub tributis redigeret, diraſq; exactiones ab eis extorqueret. Quod denique Romani Pontificis communionem auerſaretur, neque permitteret Nicephorum Catholicum Patriarcham recens poſt Taraſij mortem creatum, legationem ex more pro communione Catholica ad eundem Romanum Pontificem mittere.

III. Car. Mag. ſcholas vbiq; inſtituit pro iuuentute diuerſis ſcientiis inſtruenda.

b Anſeg. lib. 1.

In Occidente, [b] Carolus Magnus Imperator, litteras bonas ignoratione ſepultas, reſuſcitauit, & non ſolum apud Germaniam, ſed etiam in Galliis, in ſingulis Monaſteriis & Epiſcopiis ſcholas eſſe conſtituit, vbi ingenuorum & ſeruorum filij Grammaticam, Muſicam, Arithmeticam, & reliquas artes liberales docerentur. Oſnaburgi in Saxonia, & Lutetiæ in Galliis, litterarum Latinarum & Græcarum, tum Philoſophiæ, iuriſprudentiæ & ſacrarum ſcripturarum gymnaſia ædificauit, prouentuq; annuo ditauit, vt Domino opem ferente in eius ſubditis, atque inprimis in Eccleſiæ filiis & liberalium artium apprime diſciplina, & diuinarum ſcripturarum perfecta polleret intelligentia. Memores Conſtitutionis Carolinę [c] Patres Concilij Cabilonenſis ſanxerunt edicentes: *Oportet etiam, ſicut Dominus Imperator Carolus vir ſingularis manſuetudinis, fortitudinis, prudentia, iuſtitia & temperantia præcepit, ſcholas inſtituant, in quibus litteraria ſolertia diſciplina & ſacra ſcripturæ documenta diſcantur, & tales ibi erudiantur, quibus merito dicatur à Domino: Vos eſtis ſal terræ.*

c Conc. Cabilon. c. 3.

d Annal. Venet.

Per idem tempus, [d] Chriſtophorus homo Græcus Vliuolenſis Epiſcopus, Ioanne Duce Venetiarum concedente, ac gratiæ Nicephori Imperatoris ea in re ſeruiente, fuerat conſtitutus. Quam rem cum iniquo animo ferrent Venetiarum Tribuni, Ioannem Gradenſem Patriarcham ne illum conſecraret, orarunt. Itaque Ioannes obſecutus, Chriſtophorum non ſolum nó conſecrauit, ſed etiam à piorum conſortio ſegregauit. Quo facto Ioannes Dux vſque adeo ira exarſit, vt Mauririo filio Duce aſſumpto claſſem Gradum adduxerit; atq; oppido primo aduentu capto, Patriarcham arreptum ex celſiſſima turri præcipitarit. Ioanne inde mortuo ſuffectus eſt ſtudio Tribunorum Fortunatus, ſanguinis illi coniunctione propinquus. Hic autem propter turbas inter Venetos ciuili bello mutuo inter ſe concertantes abire iuſſus, ad Carolum Magnum in Gallias abiit; qui ei ſecuritatis ſuæ diploma dedit, hæc in verba: *Concedit Carolus Imp. Auguſtus Fortunato Patriarchæ Gradi, vt ipſe, Sacerdotes, ſerui & coloni eius in terra ſua, in Iſtria, Romaniola, Longobardia & vbicunque quiete degant: Iubetque vt in poſſeſſionibus, quibus rite inueſtitus eſt, nullus Iudex publicus iniuſte ad cauſas audiendas, prædas exigendas, manſos aut paratas faciendas, iniuſtas redhibitiones inquirendas exarctare audeat.* Dat. Ibid. Aug. Paulinus Epiſcopus Aquileienſis, poſtquam ſynodum Altini habuiſſet, & in cauſa cædis Patriarchæ, & aliorum Sacerdotum tunc occiſorum Carolo Magno ſcripſiſſet, vindictamq; de tam immani ſacrilegio expetiiſſet, defunctus eſt, non ſine miraculorum poſt mortem ſucceſſu. Foroiulienſem Patriarcham ſe ſcribebat; quod eo loci ſedes Aquileienſis tranſlata fuiſſet, id temporis. Epiſcopatu defungens, etiam Grammaticam docebat: quemadmodum & Aldricus Senonenſis Archiepiſcopus hanc eandem prælegebat. Scilicet, tanta inopia doctorum eo ſeculo fuit, vt longo ſitu collapſa priorum ſtudia pene interiiſſent, niſi Epiſcopi ipſi Grammaticen & reliquas artes legendas ſuſcepiſſent.

IV. Patriarcha Graden. occiditur ob cuius occiſionē Concil. Altinenſ. fuit celebratum.

V. Carolus Florētiam reſtaurat nouiſque cingit mœnibus.

Reuertens in Gallias, Carolus Magnus Imperator, perque Hetruriam iter faciens, Florentiam vrbem, magna ex parte Gothorum armis deletam, in priſtinum decus inſtaurauit. Omnem nobilitatem, per oppida vicina diſperſam, in ciuitatem reduxit, nouis eam cinxit mœnibus, templis ornauit, vtque libere viuerent, magiſtratuſque & leges haberent, effecit. Florentia recedens Guilelmo Scoto exequendæ rei Florentinæ,

reliquam

reliquam curam conceſſit. Is porro, proximis quibuſ-
dam ciuitatibus Florentinorum poteſtati ſubactis, pro-
tulit imperium teſtitutę ciuitatis. Florentini autem non
immemores accepti beneficii, vt Carolo Romano tum
Imperatori, eiuſq; comiti ac Legato Guillelmo gratifi-
carentur, ſanxerunt, rubens lilium, colore tantũ à Fran-
corum Regum liliis diuerſum, ſibi, ſuęq; poſteritati, de-
inceps pro inſigni habendum; vt ſpectantibus foret do-
cumento, euerſa barbara feritate aliquando Florẽtiam
Francorum beneficio, in priſtinum decus reſtitutã. Pu-
blicos quoq; ludos, quotannis celebrandos, inſtituere;
& in eiſdem Leonem multis ac pompoſis ceremoniis
coronandum: vtq; Leones quidam Florentiæ (erat id
animantis genus Guillelmo inſigne) publico ſumptu
perpetuo alerentur decreuere. Vetus memorant quidã
illis fuiſſe oraculum, dum Leones Florentiæ vixerint,
dumq; Florentinorum Leo talem geſſerit coronam, ci
uitatem alieno imperio haud ſubactam iri. *Hector Boeth Hiſt. Scot. lib. 9.* Recenſente Ioan. Vaſtouio Sigiſmundi
III. Reg. Polon. Biblioth Præfecto.

Quando Florentini lilium pro inſigni acceperint.

VI
De S. Donato epiſc. Feſulan.

Hoc anno vixit Donatus in Hibernia ſeu Scotia, cla-
ris parentibus ortus. Hic morum probitate, & ingenii
acumine cæteros antecellens, cum Andrea diſcipulo,
quem Philoſophiam & Theologiam docuerat, Ro-
mam peregrinari cœpit: cum vero Fæſulas, vbi Epiſc. de-
functus erat, peruenisset, & vrbis campanæ vltro ſona-
rent, ad eum in templo orantem, vniuerſus populus ac-
currens, illum Epiſcopum depoſcebat: qui, ne ſe ho-
munculum, (erat enim ſtatura puſillus) ignoræ linguæ,
& tanto muneri prorſus ineptum, à ſua peregrinatione
retardarent, vehementer orabat; ſed ad ſedem Pontifi-
C cam raptus, onus ſuſcipere coactus eſt anno ſal. 802.
Quo in munere, ac ſi illud diu exercuiſſet, omnibus vir
tutibus emicans, vixit. Ita de ſubditorum ſalute ſolici-
tus erat, vt culpas eorum amariſſime fleret. Andream
doctrina, & miraculis fulgẽtem, Archidiaconum crea-
uit, cuius auxilio S. Martini Eccleſiam ad Menſolam
amnem, iam ab Attila Hunnorum Rege diſiectam, re-
fecit, monaſterio adiuncto: in quo cum aliquot ſociis
monaſticam vitam vſque ad vltimam ſenectam duxit.
Deniq; miraculis clarus euolauit in cœlum 11. Kal. No-
uemb. Eius corpus miram odoris ſuauitatem ſpirans, in
marmorea S. Martini æde conditum fuit. Cum quidam
bona Eccleſiæ vſurpaſſet, Epiſc. conuiciatus fuiſſet, ſta-
tim os eius contortum, linguaq; ab officio impedita, &
D oculi ita clauſi, vt nunquam aperiri poſſent, fuerunt,
manus quoq; obriguere. Qui culpam recognoſcens, ad
S. Epiſc veniens, non modo ablata reſtituit, ſed etiam
ex ſuis aliqua conceſſit, ſicque priſtinam recuperauit ſa-
nitatem. Lupus aliquando puerum raptum, in ſyluam
deuorandum abſtulit, ſed matre à S. Epiſc. opem implo-
rante, ſtatim ad eius præceptum, ad pedes illius, lupus il-
læſum puerum reſtituit. *Ex Franc. Catam. Epiſ. Feſul. de Epp. illius Eccleſ.* Recenſente eodem qui ſupra.

Leonis Papæ III Anno 8. Caroli Magni 3. Niceph. 2.

I
Crudelitas & perfidia Nicephori Imp.
e *Sigon. de reg. Ital. lib. 4.*
f *Theophan*

Anno Chriſti 803.[e] Leo Romanus Pontifex, Fortu-
nato Gradenſi Patriarchæ pallium conceſſit. Im-
E perator vero Legatos Conſtantinopoli reuertentes, &
pactum pacis conciliatæ in ſcripto referentes audiuit,
& Romam primo, deinde Conſtantinopolim miſit.[f]
Conſtãtinopoli Nicephorus, filium Stauratium, quẽq;
inutilem, & nec aſpectu, nec ſenſu nec robore præditũ
in ambone maioris Eccleſiæ per Taraſiũ Patriarchã, ad
imperii conſortiũ euexit, & diademate coronauit: Ni-
cetã a. Triphiliũ veneno extinxit: Bardanẽ vero lumini-
bus priuauit Fuit Bardanes Patricius & Prętor Orienta-
lium cognomento Turcus, vltro ab omnib. acclamatus
Imperator. Quam appellationem cum fruſtra totis o-
cto diebus fugiens vitaret, metuens Deum & recogitãs,
ne forte propter ſe mactatio Chriſtianorum efficeretur,
miſit ad Nicephorum, & accepto in ſcriptis propriæ
A man* eius, in quo & Tharaſius Patriarcha, & omnes Pa-
tricii ſubſcripſerunt, quod illæſus & indemnis cum o-
mnibus qui cũ ipſo erãt, foret reſeruandus, ſexto Idus
Septembris clam fugiens, deſcendit in ciuitatem Bithy-
niæ, in Monaſterium Heraclii, & inuento chelandio
quod ab Imperatore fuerat ad hoc miſſum, tonſus eſt,
& indutus ſtola monaſtica, & abiit ad Monaſterium
quod ædificauerat in inſula Prima, exiſtimans ſcibi ſal-
uum fore ſi Imperator promiſſa expleret. At ille primo
eum ſubſtantia ſpoliauit, & poſtea excoculauit; omnes
quoq; thematum principes & habitatores quoſdam de
regia vrbe captiuauit; inſuper & exercitum toga priua-
uit, & exauctorauit. Irene Auguſta in exilio, in Leſbo
inſula defuncta eſt. Corpus eius in monaſterium quod
ipſa in inſula Principis extruxerat, tranſlatum eſt. Ipſe
B Imperator cum ad ſuburbana Chalcedonis exiſſet, e-
quumq; manſuetiſſimum aſcendiſſet, Deo vltore deci-
dens, pedem contriuit.

Irene Imp. obitus.

Leonis Papæ III. Anno 9. Caroli Magni 4. Niceph. 3.

I.
De ſanguine Chriſti reperto apud Mantuam.
f *Annal. Francorum*

Anno Chriſti 804.[f] Perlatum eſt ad Imperatorem æ-
ſtate præterita Mantuæ repertum eſſe ſanguinem;
non enim quidem qui ex imagine Beryti, ſed qui è late-
re Chriſti in cruce pendentis effluxerat. Cupidus ſcire
Carolus quid veri eſſet, Leoni ſcripſit, vt coram inqui-
reret. Vidit ille, examinauit, hunc ipſum ſanguinem eſſe
certis argumentis comprobauit: & hac oc aſione Ger-
maniam penetrauit vt Carolo rem referret. In illius oc-
C curſum primo filium Carolum præmiſit, deinde ipſe
Rhemos vſq; obuiam proceſſit, & hunc Cariſiacum, de-
inde Aquiſgranum perduxit. Cariſiaci feſtiuitatem Na-
tiuitatis Dominicæ Leo Papa celebrauit: Aquiſgrani in
Palatio Eccleſiam Diuæ Deiparentis dedicauit, atque
multis indulgentiis ditauit: Tungris & Viſeti poſtulan-
ti Gerbaldo Leodienſi Epiſcopo, Templa SS. Virgini
Mariæ ædificata conſecrauit: Coloniæ Agrippinæ altа-
ria tum in Capitolio, tum apud S. Martinum; alibi vero
locorum per Galliam & Alemaniam, monaſteria, aras,
& oratoria quãplurima ſanctificauit:[g] Vuerdam ſolen-
ni proceſſione totius cleri & populi introductus, San-
ctorum Cathalogo B. Suuibertum Epiſcopum adſcri-
pſit: & magnis muneribus à Carolo donatus, per Baua-
riam vſq; Rauennam, ſummo cum honore, à Palatinis
D Caroli deductus, in vrbem reuertit. An eo anno, an ſu-
periori tempore contigerit; contigit tamẽ, Gocellinum
octo annorum puerum, Bartoldi domicelli de Hein-
bergem & Irmgardis filium, Hildebaldi vero Coloniẽ-
ſis Archiepiſcop. ex ſorore nepotem, in Rhenum pro-
fluentem ex nauigio delabi, demergi, mori, mortuum
altero die ex aquarum profundo extrahi, & ante ſepul-
chrum S. Suiberthi deponi. Vbi cum iaceret, factaq; ab
omnibus oratio eſſet ſpiritus in illum rediit, oculos a-
peruit & reuixit: ac tãdem religionem in Monaſterio S.
Suiberthi profeſſus eſt. Et monaſterio Bertoldus certa
prædia perpetuis temporibus poſſidenda dereliquit.

II.
Canonizatio S Suiberti.
g *Apud Surium 1. Martii.*

[h] Carolus porro prælium contra Saxones ſuſcepit, &
iis in poteſtatem redactis, decem millia ex illis qui trans
ripam Albis fluminis habitabant in Colonias per Ger-
E maniam & Galliam diduxit, cumq; vxoribus & liberis
eos transferens, ea conditione bellum finiuit, vt relicto
dæmonum cultu, & patriis cæremoniis relictis, Chri-
ſtianæ Fidei atq; religionis Sacramenta ſuſciperent, &
aliis gentibus adunati, vnus cum eis populus efficerẽ-
tur Pars eorum Romam tranſlata, vicum prope baſili-
cam S. Petri inſedit, eiq; nomen Saxonum dedit. quo
in loco inſigne Xenodochiũ Sancti Spiritus in Saxonia
agnominatur. Saxonibus eo modo ſuperatis, Prouin-
ciam illorum, Diuo Petro Apoſtolo obtulit, & hoc vin-
culo obſtrinxit, vt vnaquæq; domus ſaltem vnum de-
narium B. Petro annuatim perſolueret. Mille & ducen-
tæ libræ colligebantur ad ſeruitium Apoſtolicæ ſedis,
Aquiſgrani, apud Podium S. Mariæ & apud S. Ægidiũ,

III.
h *Egbinart in vita Caroli.*

Carolus Magnus Saxoniam D. Petro tributariã facit.

A

ex hac Principis donatione. Oſnaburgi quoque, in honorem Principis Apoſtolorũ & SS. Martyr. Criſpini & Criſpiniani primam Eccleſiam Carolus ædificauit, ditauitque: ac Scholas Græcas & Latinas in ea conſtituit. Non niſi hoc onere impoſito Epiſcopo, vt ſi forte contingat, vt Imperator Romanorum & Rex Græcorum coniugalia fœdera inter filios eorum contrahere diſponant, tunc Eccleſiæ illius Epiſcopus cum ſumptu à Rege vel ab Imperatore dato, laborem ſimul & honorem illius legationis aſſumat.

IV. Alcuini obitus.

Alcuinus qui & Albinus, Flaccus cognomento Sancti Martini Abbas ex hac vita migrauit: Scriptis quam plurimis illuſtriſſimus.

LEONIS PAPÆ III. ANNO 10. CAROLI Magni 5. Niceph. 4.

B

I. Nicephorus Imp tributum ſpondet Principi Saracenorum.
i Theoph.
k Annal. Franc.

ANno Chriſti 805.[i] Aaron Princeps Saracenorum, exercitu trecentorum millium armatorum comparato, contra Nicephorum miſit. Is vero ſe omnino imparem cernens, legatione miſſa, pacem apud barbarum emit: pactis in ſingulos annos triginta millib nummis, tribus a. millibus in tributum imperatoris, & totidẽ in filios ipſius.[k] Felicior Carolus Magnus, aduerſus Slauos Boemos. Per id tẽporis Cagamus Princeps Hũnorum, idololatria relicta Chriſtianam religionẽ amplexus fuerat, Theodori nomen à Sacro fonte adeptus. Et propter infeſtationem Slauorum Boemorum, Carolus ad habitandum conceſſerat Sabariam & Caruãtum. Cumq; nec ille, nec eo defuncto ſucceſſor alter Chaganus, à Slauorum Boemorum inſultibus tutus eſſet, neque vim aut depellere, aut ſuſtinere poſſet hoſtilẽ, Lecho Principe fere in ſingula momenta ceruicibus Hunnorũ imminente; Caroli auxilium popoſcit. Miſit itaq; exercitum ſuum cum filio ſuo Carolo, in terram Slauorum qui Behemanni etiamnum à Germanis, Boemi autem à Latinis, à Polonis autem Czechi vocantur, qui omnem illorum patriam depopulatus, Ducem eorũ nomine Lechonẽ occidit. Clarum, Slauos & Sauromatas Europæos, eoſdem eſſe; & ab vno quod aiunt ouo natos atq; ſub vnius cognatione idiomatis, eiuſdem temperaturæ corporis, paritate morum, ingenii, candoris, bellicæ virtutis, rationem adminiſtrationis rempublicam iuxta ac priuatam, tum & reliquorum ad vitam degendam ſpectantium vſu conſimiles, diductos in Polonos, Boemos, Dalmatas, Illyrios, Ruthenos, Moſcouitas, Bulgaros, Croatas, ab Hercinia ſilua vſq; ad Volgã fluuium iam olim conſediſſe, bella finitimis tum Hunnis, tum Germanis, aliiſq; finitimis gentibus intuliſſe; nomenq; Principibus quaſi commune, Lechi, quod & Polonis pridem Monarchis fere familiare fuiſſe, omnes Sarmaticæ hiſtoriæ ſcriptores tradunt.

Carolus M. Regem Hunnorũ ab infeſtationibus Bohemorum tuetur.

C

D

II. De vrſo ad Eccleſiam confugiẽte.
l Apud Sur 8. ian.

Eodem anno, Carolo Magno venationi operã dante, mirandum accidit apud ſepulchrum S. Gudilæ.[l] Vrſum è denſis ſaltibus exciuerat, magnitudinis inſueræ. Qui cum iam multo ſpatio victus nullum haberet effugium, vndiq; campis late patentibus, ac mortem imminentem, iamiam capiendus, crebris differret flexibus, propere curſu recto tendit Morſellam, & in ſancti ſaluatoris irrumpit Eccleſiam. Et tum res mira contigit, q̃ facilius ſit admirari quam eloqui. Nam Deus, qui (vt ſcriptum eſt) homines ſaluat & iumẽta, beſtialem quodammodo vrſi ſenſum permutauit, rationemq; quandam intelligendi in eo formauit. Erat namque cernere prope lipſana ſacræ virginis Gudilæ eum ſe inferre, & ſub tanta protectione à ſtrepitu inſequentium eum ſecurum procumbere. Deinde oblitum feritatis ſuæ, flexa ceruice, ſubmiſſoq; humiliter capite, ſanctimonialium aduenientium veſtigia lambere, ac more laſciuientium catulorum omnibus blandiri, & hoc ipſo ſatis indicare, ſe fuiſſe defenſum patrocinio famulæ Dei, eiuſq; deinceps paratum eſſe ſeruire obſequiis. Exinde è ſiluestri cœpit eſſe domeſticus, & in reliquum apud eiuſdem loci ſanctimoniales nõ aliter vixit, quã ab illis iuſſus eſſet, non ſine magna Caroli & omnium admiratione

E

A

Hoc quoq; anno Bulredus Rex Merciorum, regno expulſus Romam diffugit, ibiq; apud Scholam Anglorum, in Eccleſia SS. Virginis Mariæ tumulatus eſt. III. Bulredi Merciorũ Regis obitus.

LEONIS PAPÆ III. ANNO 11. CAROLI Magni 6. Niceph. 5.

I. Taraſii Epiſc. Conſtant. obitus.
m Ignat. in Taraſio.

ANno Chriſti 806.[m] die 25. Menſ. Febr. Taraſius Patriarcha Conſtantinopolitanus poſt plurima certamina, poſt vitæ honeſtæ puritatem & veræ Fidei confeſſionem, & gregis ſibi commiſſi ad ea quæ ſunt præſtantiora & diuina eius monitis deductionem, & in alendis pauperibus copioſam ſuppeditationem & in rebus diuinis, adminiſtrandoq; paſtorali munere aſſidua ſtudia, ſancto fine quieuit. Lecto iam affixus ægritudineque ac ſenio grauatus, nequaquam tamen ſatiatus eſt ſacroſancti myſterii celebratione, ſed intenſo ad Deum amore ardens, & morbi nullam ducens rationem, pectore innitens menſæ ligneæ, quæ ante aram diuinam ſancta peragebat, infirmus videlicet. Morbo ingraueſcente, cum iam mori inciperet, viderunt eum qui aſtabãt velut in extaſi, & luctantem cum aduerſariis qui ſub aſpectum non cadunt. Tanquam enim verba faciens cum aliquibus, qui eum examinabant, & actæ vitæ rationem ab eo exigebant, ita cauſam ſuam agebat. Et quamdiu quidem habuit linguam iis quæ audiebat ſenſa aperta explicantem, verbis reſiſtebat, & prompta dabat reſpõſa ad ea quæ obiiciebantur, dicens ſe nullius eorum eſſe ſibi conſcium, quorum eum accuſare volebant. Quando autem linguæ obtorpuit inſtrumentum, nec ſe verbis poterat defendere, labro & manu & nutu eos euertebat, & non ceſſabat eos expellere. Donec ſenſus cœperunt conniuere. Tunc enim tranquilliſſimo habitu, veſpertinas laudes celebrante Eccleſia, & clamante; *Inclina Domine & exaudi me*; ipſe pelliceum hũc exuit amictum, & ſolutis vinculis carneis, venit ad luminoſa atria cœleſtium. Frequenti populorum concurſu Imperatore præſente ſepultus in templo omnium Martyrum in Boſphoro, multis miraculis demonſtrauit, nulli culpæ affinem ex hac vita demigraſſe.

B

C

II. Inſigne Theodori Stud. reſponſum ad Imp. Niceph. Cõſilium
n Cod. Comnenſ. Biblioth. ep. 16.

Defuncto Taraſio, Imperator cogitare cœpit de eius ſucceſſore eligendo: in quo vt ſpeciem ſaltem oſtenderet pietatis, conſuluit Theodorum Studitam, vt proferret in medium, quem ſciret tanto ſacerdotio dignum. Arte enim regnandi, ſceleſtiſſimus Imperator præ ſe ferebat pium, religioſumq; in omnibus, induens lupum paſtoris habitu Tyranniq; nomen diluens iuſtis quibuſdam rationibus. Reſpondit Theodorus, eum in modum, vt digna ſit eius epiſtola quæ in electione Pontificum legatur.[n] *Quando, inquit, ex nobis etiam peccatoribus ſciſcitari voluiſti, quem regiæ vrbis ſedi præficiendum debeas; coram Deo qui nos iudicaturus eſt, de eo quòd dicturi ſumus in die iudicij, hic eſt ſenſus noſter. Non nouimus, nec ſcimus vllum (non quod defecerint viri vita & ſermone illuſtres. Sunt enim & Deo perſpecti & hominibus, impari licet ratione, atq; imprimis claræ mẽti tuæ,) ſed quia talem ratio depoſcit, & deſiderium Imperij veſtri, qui poſſit, corde perfecto Dei iuſtificationes exquirere; qui gradu atq; ordine ab inferiore ſenſim ad ſuperiorem aſcenderit, qui tentatus fuerit per omnia, qui ex eis quæ paſſus eſt, tentatis poſſit opem ferre. Prælucere ceteris oportet nõ ſecus ac ſolem inter aſtra. Cum igitur talem non videamus, nec ſuffragium ferre audemus. Hoc vero memoriæ cauſa, non ſine metu & reuerentia ſuggerimus, quod ipſum plane non fugit peritiſſimam & diuinam prudentiam tuam, vt ex Epiſcopis etiam, & ex præpoſitis, & ex Stylitis, & ex Incluſis, tum deinde ex clero delectum habens, ex illis ipſis perfectis deſumas prudentia, ſenſu, ac vita ceteris præſtantiorem. Deſcendat enim Stylita, exeat Incluſus: quandoquidem publicum eſt commodum quod quæritur. Diſcerne & confer, & cum ipſis deprehendas digniorem. Et beatus eſt, & vere ter beati ſi hac omnia exequamini Chriſti imitatores Domini noſtri. Hinc magis magisq; confirmabitur imperium veſtrum, magnificabitur nomen veſtrum in generationes, augebuntur denique anni Principatus veſtri. Duo ſiquidem hæc Chriſtianis munera tribuit Deus, Sacerdotium & Imperium, per quæ colitur; per quæ ornantur & gubernantur cœleſtium exemplo terrena. Veruntamen ergo præter*

D

E

dignita-

A *dignitatem ſe habuerit, totum vna periclitari neceſſe eſt. Quare ſi optima Imperio veſtro decernere vultis, & per Imperium veſtrū omnibus Chriſtianis, æqualem, quoad fieri poteſt, Imperatoriæ virtuti veſtræ ſortietur Eccleſia Præſulem ſuum, vt exultent cæleſtia, lætenturq; terrena.* Hactenus Studita Nicephoro.

o *Theodor. in Platone.*

o Quæſiuit idem Nicephorus, & à Sancto Platone ſuffragium: quem ſcilicet ille iudicaret dignum Epiſcopatu Conſtantinopolitano. Miſit quidem ille; ſed cui illud detulerit, incertum eſt. Certum quia Nicephorus, Nicephorum Patricium hominem laicum equidem, ſed virtutis ſplendore ornatum; qui relicto ſęculo in ſolitudinem ſeceſſerat, experiendi ſui cauſa, ſi forte poſſet Monaſticæ vitæ auſteritates ſuſtinere. Ad eam autem perfectionem euaſerat, vt ſe dignum reddiderit, quem vel inuitum raperet, præficeretq; ſedi illi.

Surrogatur Nicephorus Taraſio in Epiſc. Conſtant.

III. Turbatur ab Imp. pax Eccl. Orient.

p *Michael in Theodoro Studita.*

B Hoc itaque ſubrogato, p Nicephorus ſpecie quidem Chriſtianus, reuera autem, factiſq; ipſis, Chriſti hoſtis conquieſcere nequibat, tanquam ad malum natus, niſi omnia miſceret, reſq; Eccleſiæ perturbaret. Primum igitur Nicephoro Patriarchę interdixit, ne communionem Romani Pontificis expeteret, neue ad eum litteras de ſua aſſumptione tranſmitteret. Deinde Ioſephum illum qui Theodotem Conſtantino coronarat, communi Eccleſiæ calculo à Taraſio iure olim propter crimen eiectum, non dubitauit iterum tyrannice & contra canones in Eccleſiam reuocare, atq; ademptum illi ſacerdotium reſtituere. Patriarcham enim vi aggreſſus, omnibus machinis oppugnauit, vt vel inuitus voluntati eius obſequeretur, & Ioſepho ſacerdotium redderet. Quod ille ſane vi tandem ægre adductus, & Palatinam auram pluris quam Deum faciens præſtitit: veritus opinor ne atrocius quippiam inſanus ille moliretur, Eccleſiamq; vehementius exagitaret, ſi quod tantopere concupierat, non obtineret. C Tertio demum Imperator, Sanctum Platonem & aliquot Monachos zelo diuini honoris flagrantes, qui reſtitutionem illam Ioſephi improbarant, in grauiſſimum carcerem detruſit, totiſque quatuor & viginti diebus fame & pedore cruciauit. Theodorus Studita non quod non auderet arguere, ſubticuit: ſed quia, inquit, mecum voluebam, quandoquidem Epiſcopi dignitate præditus non eſſem, vt arguendi habeam poteſtatem; ſufficere ſi me ipſe cuſtodiam, & non participem illius communioni, eorumq; qui ſcienter cum illo ſacra faciunt, quoad ſcādalum de medio tollatur. Scripſit tamen idem Theodorus Patriarchæ, vt tanquam paſtor bonus ouem vnam prohiberet à ſacrificio, & omnes à ſcādalo redimeret; D ne, inquit, vnius ſcabie tota Eccleſia noſtra inficiatur, quam acquiſiuit Dominus & Deus noſter ſanguine ſuo. Porro quod ſe à communione Patriarchæ Theodorus ſubduxiſſet, fecit, non quod virum non veneraretur, quem ſummo ſtudio colebat, ſed ne aliquando contingeret Ioſephum perperam reſtitutum, in templo tunc reperiri, ſi ille adeſſet.

IV. Caroli M. teſtamentum de diuiſione Regni inter filios.

q *Pithæus in Annalib. Franc.*

In Occidente, q Carolus Magnus, habito Procerum & Principum in villa Theodonis conuentu, teſtamentum condidit, omneq; Imperium inter filios tripartito diuiſit. Maiorem partem Galliæ Ludouico; Italiam cum adiacentibus Pipino; Carolo autem Saxoniam, Friſiam, Baioariam, Auſtriam, Neuſtriam, Thuringiam conceſſit; ita vt Carolus & Ludouicus viam habere poſſent in Italiam ad ferenda Pipino, ſi neceſſum eſſet venire: E Carolus per vallem Auguſtanā, quæ ad Regnum eius pertinebat, & Ludouicus per vallem Segutianam. Pipinus vero & exitū & ingreſſum per Curiam & Norici Alpes. Aſſignata ſingulis portione, documenta eis omnibus in commune præſcripſit, vt ea propter pacem & amicitiā fraternam conſeruandam obſeruarent. Scilicet, ne vnus, alterius limites inuadere vel ingredi propter perturbandum Regnum auderet. Ne vnus, fratris ſui perfugam ſuſciperet, detineret, defenderet, vel pro eo intercederet. Ne vnus, à fratris ſui homine poſſeſſionem aliquam emat, aut quouis titulo acquirat. Ne fœminæ in matrimonium alicui extra regnum vnius fratris cuicūq; collocatæ, hereditatem, poſſeſſionem ſecum ferāt. Obſides propter pacem ſtabiliendam alteri datos, ne alter repetat, neue remittat. Lites inter fratres de limitib. vel aliis cauſis ortæ, non pugna nec gladio, ſed Crucis iudicio dirimantur. Sorores ne inuitæ collocētur, neue tondeantur coactæ: & ipſæ ſibi tutores quos voluerint, eligant, apud quem manere diſponant; neq; à deligendo vitæ genere prohibeantur. Nepotum neminē per quaſlibet occaſiones apud ſe accuſatū ſine iuſta diſcuſſione atq; examinatione liceat illis aut occidere, aut membris mancare, aut excæcare, aut inuitum tōdere. *Super omnia autem* (ita diſponebat Carolus) *iubemus, vt ipſi tres fratres, curam & defenſionem S. Papæ ſimul ſuſcipiant.* Iſta quidē Carolus & Scripſit, & Leoni Papæ ad cōfirmandum miſit, permittēs vt is cui vellet, imperii ſummam decerneret. B Statim a. adminiſtrationem rerum filiis conceſſit, ſed tā dominium plenarium penes ſe retinuit, tam cōſiliarios viros prudentes ac religioſos illis adhibuit. Inter quos Sanctus Hadelhartus Pipino adhæſit, illaq; admiranda geſſit, quæ Surius die 2. Ian. recenſuit.

Eaſdem Conſt. defenſor Rom. Ec. Imperiu relinquit ponē-dum Ro. Pon.

r *Capitu. lib. 5. c. 33.*

In eodem Epiſcoporum Conuentu, in villa Theodonis collecto, triginta & duo Epiſcopi, r ex reſcripto Leonis Papæ (ad quē ea de re Carolus Legatos miſerat) ceterorumq; Romanę Eccleſiæ Epiſcoporum, & reliquorum ſacerdotum ſeu Oriētalium & Græcorum Patriarcharum, ſeu Occidētalium & multorum ſanctorū Epiſcoporum & ſacerdotum ac Leuitarū auctoritate definierunt, ſtatueruntq;: Vt quotieſcūq; cuiquam ſacerdoti crimen imponitur; ſi ipſe accuſator talis fuerit, vt recipi debeat. (quia quales ad occaſionem ſacerdotum admitti debeant, in canonibus pleniter expreſſum eſt) C ſi autem, vt dictū eſt, ille accuſator qui canonice eſt recipiendus eum cum legitimo numero verorum & bonorum teſtium approbare in cōſpectu Epiſcoporū potuerit; tunc canonice diiudicetur; & ſi culpabilis inuētus fuerit, canonice damnetur. Si vero cum ſupradicto prætextu approbare ipſe accuſator minime poterit: & hoc canonice definiatur. Ipſe ergo ſacerdos ſi ſuſpicioſus, aut incredibilis ſuo Epiſcopo, aut reliquis ſuis conſacerdotib⁹, ſiue bonis & iuſtis de ſuo populo, vel de ſua plebe hominib. fuerit: ne in crimine, aut in prædicta ſuſpicione remaneat, tunc tribus, aut quinq;, vel ſeptē bonis ac vicinis ſacerdotibus, exēplo Leonis Papæ, vel eo amplius, ſi ſuo Epiſcopo viſum fuerit, aut neceſſe propter tumultum populi neſſe proſpexerit; & cum aliis bonis D & iuſtis hominib. ſe ſacramento corā populo ſuper quatuor Euangelia dato, purgatum Eccleſiæ reddat. Si quis autem deſiderat, quales teſtes ad accuſationē ſacerdotū recipi debeant, & quid de accuſatore faciēdum ſit: pleniter in canonib. poterit repetire. In eadem ſynodo ſanxerunt; 1. vt lectiones diſtincte in Eccleſia legantur. 2. vt ſecundum ordinē & morē Romanæ Eccleſiæ fiat Cantatus 3. vt vnuſquiſq; Epiſcopus & Abbas & ſinguli Comites ſuum Notariū habeāt. 4. vt diſciplinæ Eccleſiæ ſecundum canones & regulā fiant. 5. Ne Eccleſiæ ſine officiis & abſq; luminarib. remaneant: ne decimas earum quiſpiam rapiat: ne ſuperflua in eis altaria exiſtant.

Synodi ſtatutum de ſacerdotibus accuſatis.

V. Corpus S. Cypriani delatum in Gallias.

ſ *Annal. Venet.*

t *Ado in Chron.*

Eodem anno, ſ Aaron Princeps Sarracenorum, inter reliqua munera, horologium admirando opificio elaboratum Carolo Magno miſit. Tunc ēt temporis, delata ſunt oſſa B. Cypriani Carthagine, cum reliquiis beatorum Scillitanorum Martyrū, Sperati, ſociorumq; eius, & poſita ſunt in Eccleſia B. Ioannis Baptiſtæ in ciuitate Lugdunēſi: E Forte tunc Legati Venetorum à Carolo auditi ſunt. Quamobrem & ipſi quoq; participes earum reliquiarum facti, eaſdem Venetias detulerunt: auctoreſque fuerunt, vt in honorem S. Cypriani Martyris Templum in Murano ædificaretur. quod etiamnum perſeuerat.

LEONIS PAPÆ III. ANNO 12. CAROLI Magni 7. Niceph. 6.

I. Saraceni ſuo damno in S. Nicolaum peccant.

u *Theoph.*

ANno Chriſti 807. u Aaron Sarracenorum Princeps Rhodo capta, Myram Liciæ appellens, atque reli-

Digitized by Google

quiarum S. Nicolai diſiicere volẽs, aliam pro ea ſuppoſitam deturbauit. Dedit tamen pœnas ſacrilegii meditati, claſſe turbinibus pene tota demerſa. Nicephorus Imperator vxorem & Stauratio filio quærẽs, Theophaniam Irenes cognatam alteri iam deſpõſatam, in matrimonium ſuo collocauit. ipſe vero duas virgines ſorores defloraauit, multorumq; nobilium ciuium, qui pro vindicanda repub. conſpirauerãt, ſanguine ciuitatem cruẽtauit. Arſacium Quæſtorem & Patricium virum pium, illi Imperatorem deſignarant. Quod cum Nicephorus intellexiſſet, ipſum quidem cæſum totondit, & monaſticam profiteri coactum, in Bithyniam, in exilium miſit: reliquos a. cædibus, & tonſuris, & publicationibus, inſuper & exiliis mulctauit, non ſolum ſæculo deditos, ſed & Epiſcopos, & Monachos, nec non & maioris Eccleſiæ Syncellum, & Sacellarium, & Chartophylacem, viros omni reuerentia dignos.

Nicephori Imp. noua ſcelera.

II. Saraceni male mulctati ob captos monachos. x *Annal. Franc.*

x Carolus Magnus nauali prælio, multos Sarracenorum apud Sardiniam & Corſicam profligauit. Fatebantur illi ſe merito ſuperatos eſſe; quod anno ſuperiori pyraticam exercentes, in Patelaria inſula ſexaginta monachos captiuos venũdarint. quos poſtea Carolus Magnus magna pecunia perſoluta redemit. Eccleſiaſticarũ quoq; rerum curam idem Carolus apprime curauit. Nã & ſtudio Pauli Diaconi decerpẽs optima quæq; de ſcriptis Catholicorum Patrũ, lectiones vnicuiq; feſtiuitati conuenientes per circulum anni in Eccleſia legendas compilari fecit; & canones quamplurimos ad cõponẽdos regularium mores collegit, vtq; obſeruarentur ordinauit.

III Ludouicus reſtituit diſciplinã Eccleſiaſt. in Aquitania.

Exemplo paterno Ludouicus Rex, etſi ab ineunte ætate, ſed tunc quam maxime cum Regnum adeptus eſſet, circa diuinum cultum & Sanctæ Eccleſiæ exaltationem, incitabatur: ita vt non modo Regem, ſed ipſius opera potius eum agnominarent Sacerdotẽ. Nam totius Aquitaniæ qui videbatur clerus, antequã ei crederetur (vtpote ſub tyrannis agens) magis equitationi, bellicæ exercitationi, miſſilium vibrationi, quam Diuino cultui operam dare nouerat: Ludouici a. Regis ſtudio, vndecunq; adductis magiſtris, tam legendi, quam cantandi ſtudium, nec non diuinarum & humanarum intelligentia citius quam credi poterat coaluit. Præcipuo tamẽ affectu ducebatur illorum qui ſua cuncta pro Dei amore relinquentes, contemplatiuæ curabant fieri participes vitæ. Nã antequã Aquitania ſub eo regnaret, collapſus erat in ea huiuſmodi ordo. at ſub eo adeo conualuit, vt etiam ipſe aui Carolomanni imitari geſtiens memorabile exemplum, cõprehẽdere niteretur culmina Theoricæ vitæ. Sed huius voti ne compos fieret, obicẽ ſe præbuit refragatio Patris, vel potius diuinæ nutus voluntatis, quæ tantæ pietatis virum noluit ſub ſuæ cura ſolius ſalutis deliteſcere, ſed potius per eum, & ſub eo ſalutem multorum adoleſcere. Non tamẽ prætermiſit vel reparare vel ædificare monaſteria. Viginti quinq; inſignia tã virorum quam Deo dicatarũ numerãtur cœnobia, quę Ludouicus à fundamentis erexit, quibus veluti quibuſdam ſideribus totum illuſtrabatur Aquitaniç Regnum. Hoc eius exemplum nõ modo Epiſcoporum multi, ſed & procerum quam plurimi æmulati collapſa reſtaurabant, & noua inſtituere certatim contendebant monaſteria. In tantam a. Reſpublica felicitatem Aquitanici profecerat regni, vt proficiſcente quolibet Rege, vel in palatio reſidente, vix aliquis reperiretur qui conquereretur ſe aliquid iniuſte perpeſſum. Tribus enim diebus Rex per ſingulas hebdomadas rei iudiciariæ intererat. Non minus Italia ſub Rege Pipino efflorebat. Nam is ex conſilio S. Adelhardi Abbatis omnia diſponebat, atque ad conſilium Leonis Papæ referebat. Contigit aliquando S. Adelhardum Legatione apud ſummum Põtificem defungi. Cui iſte pro ſumma familiaritate fertur ioco dixiſſe: France, ſciendo ſcias, quia ſi te altum inuenero quam te credo, non vltra neceſſe eſt Francorum aliquem huc venire, cui credere debeam. Tanta neceſſitudine coniunctus fuerat Leoni.

Monaſteria à Ludouico Regis ædificata.

LEONIS PAPÆ III. ANNO 13. CAROLI Magni 8. Niceph. 7.

ANno Chriſti 808. y Plato & Theodorus Studita cœnobitæ, ab hinc publice vitabant communionem Patriarchæ Nicephori: propterea quod is, licet poſſet, tamen cum ſcandalo, & ſine pœnitentia publica admiſerit ad ſacerdotis adminiſtrationem, Ioſephum Abbatem olim depoſitum, propter coronationem adulteræ Conſtantini. His ſe adiunxit Ioſeph Archiepiſcopus Theſſalonicenſis. Quem cum Logotheta Dromi interrogaſſet, cur neq; cum Patriarcha, neque cum Imperatore communicaret: reſpondit; neque aduerſus pios Imperatores noſtros quicquid habeo, neque aduerſus Patriarcham, ſed aduerſus Oeconomum, qui adulterum coronauit, ideoque depoſitus eſt ſacris canonibus. Crimen iſtud eleuabat Theodorus ſcribens ſuis.

I. y *Theod. Studit. ep. 31. & lib. 1. ep. 24. & 25*

Qui ſcelus, inquit, *patrarunt non ſe abdunt, nec latebras quærit, qui in ſacris precibus in coniugum conſecratione vſitatis aduerſus Sanctum Spiritum blaſphemauit, ſed inſilut ſelis inſtar in Eccleſiam Dei: rurſum incipit ſacra polluere, & iniquitatem iuſtitiam eſſe probare nititur; & quod dici ſolet, ſeipſum oſtendere Præcurſore ac Baptiſta ſanctiorem. Cum tamen ille reprehenderit Herodis adulterium, & pro veritate mortem oppetierit: hic ſecundum Herodem adulterio patefactum, & coronauit, & amplexus eſt vſque ad mortem, non quidem verbis, ſed factis ipſis loquens & dicens, erraſſe Ioannem Præcurſorem, qui iniuſte & impie arguerit, mortuuſque ſit. Quid autem Ioannem dico, maximum omnium Sanctorum? Chriſto ipſi (quod temerarium eſt dictu) contradixit, repugnauitque impio ore ſuo. Nam cum adulterum vocet Chriſtus eum qui legitimam dimittit vxorem; adulteriumque peccatum ſit grauiſſimum homicidæ par, maſculorumque & brutorum concubitori, venefico & idololatræ; vt docet canon diuini Baſilij: hic illum ad altare ducens, in totius populi corona impias illas contra Spiritum Sanctum voces edere auſus eſt: conſiderate quam horrendas & abſurdas. Videlicet ex rituali libro hunc in modum. Tu Domine, mitte manum tuam ex ſancto habitaculo tuo, & coniunge famulo tuo famulam tuam; connecte illos in mutuam concordiam; vni eos in carnem vnam, quos tibi placuit inter ſe copulari: honorabiles nuptias redde; immaculatum eorum thorum cuſtodi; ſine macula ipſorum contubernium permanere concede in puro corde. Non exhorruiſtis hæc audientes? Quantam cenſetis Spiritus Sancti indignationem fuiſſe ob huiuſmodi blaſphemiam? Quam grauiter vna ſuccenſuiſſe Angelos Sanctos? Aut quomodo non ſtatim velut Dathan & Abiron abſumpſit dehiſcens terra mendacij promulgatorem? qui tenebras lucem dicit, & Chriſtum in contrarias ſententias pertrahere conatur. Prorſus enim quæcunque enunciat ſacerdos, eadem Deus confirmare ac rata habere ſe profitetur, iuxta magnum Dionyſium. Attamen qui flagitium hoc commiſit, exemplum ſubditis ad improbitatis imitationem præbuit, vt res ipſa docet: quin etiam procul poſitis Principibus & Ducibus, ſicut imitando tam factum eſt in Longobardia & Gothia eius confinibus; neque enim apud Gentiles tale quid perpetratur. Et non erubeſcit miſer, ſed ſacrificat profanus: & eos qui ipſum merito auerſantur relegare conatur.*

Theodorus Studita aduerſus Ioſephum abbatem.

Benedictionis matrimonii formula Græcorum.

Hæc Theodorus ad Monachos: adhortans eos, ne terrerentur, neue ſuccumberent, ſi quid perſecutionis in eos decerneretur, ſiue ab Imperatore, ſiue à Patriarcha. Illi enim firmum erat, non moueri. Quamobrem conſtanter Theoctiſto Magiſtro ſcribens proponebat.

Theodor. Stud. & alii Schiſmatis accuſati.

Aut, inquit, *abſtineat depoſitus à munere ſacerdotis, & confeſtim communicamus cum ſanctiſſimo Patriarcha, quod quidem expedit in commune. Aut ſi ferendum id non eſt, manemus & nos in eadem, qua prius, ſubtractione, huius rei vindictam Domino relinquentes. Amplius hic ſi quid eſt: non eſt, ignoſce, diſpenſationis modus, ſed iniquitatis, & diuinorum canonum tranſgreſſionis crimen. In eam fere ſententiam nomine Platonis Simeoni monacho & ad*

Nicephorum Patriarcham ſuo & fratris ſuo Ioſephi Archiepiſcopi Theſſalonicenſis, & Platonis ſcripſit. Schiſmaticos illos appellabat Patriarcha, atque adeo eodem nomine Baſilio Græco Monacho Romæ apud S. Sabam degenti detulerat. Excuſabat Theodorus, magna cum humilitate. Non ſumus, inquit, Apoſchiſtæ, id eſt, ſegregati, nempe ſchiſmatici, ô ſanctiſs. caput, ab Eccleſia Dei; abſit vt id vnquam nobis eueniat. Sed quamlibet aliis peccatis obnoxii teneamur, ſumus tamen Orthodoxi, & Eccleſiæ Catholicæ alumni, hæreſim omnem repudiantes, omnemque vniuerſalem, aut localem ſynodum approbatam recipientes, nec non editas ab illis canonicas conſtitutiones. Neque enim perfectum eſſe Orthodoxum ſed dimidiatum, qui fidem quidem rectam habere videatur, diuinis vero canonibus non regatur. Beatitudinem tuam quando promota fuit, ſuſcepimus, quemadmodum ei palam teſtati ſumus. Et ex eo tempore in hunc vſque diem in Myſtagogia ipſo miſſæ ſacrificio commemoramus. Et ſicut teſtis eſt Deus, ſi illo die communicare nos voluiſſet, communicaſſemus plane cum ipſa, nihil diſcernentes: cum deſideranda nobis fuerit ab initio. De Oeconomo autem, cuius cauſa hæc iactantur, quem veritas ipſa depoſuit, multis canonibus obnoxium, cum vel ante apertum adulterium, cum mœcharetur in variis perſonis præcedens Imperator, non ſolum ſacrificauit ipſe & communionem impertiuit, & vna epulatus eſt, ſed partem etiam cum eo poſuerit, vnde & promptus exiuit ad publicam incõtinentiam, Deum contemnens & Diuina iudicia. Pro hoc oramus & obteſtamur, vt perſuadere ſibi ſinat ſancta anima tua, iſtum hominem coerceri, ne vituperetur inculpabilis ſanctitas tua, ne polluatur diuinum altare depoſiti hominis miniſterio, ne denique oriantur iuſta ſchiſmatum occaſiones. Vere enim & ſincere hoc ſciat beatitudo tua, quod niſi hæc ita fiant, Deum amantis animæ tuæ num, & piiſſimorum ac triumphatorum Imperatorum noſtrorum (zelo ſiquidem pleni ſunt; de nobis quidem pro mandato pugnantibus quid futurum ſit, Deus nouit) ſchiſma quidem, Deo teſte electiſque Angelis magnum fiet in Eccleſia noſtra. Sed miſerere, paſtor bone, ſed adiuua perite medice gregem tuum, oues tuas, Eccleſias tuas ſapientia tua modis, prudentia tua verbis, remediis artis tuæ. Ouem vnam exclude à ſolo ſacrificio, & vniuerſas lucrare, & ne vnius ſcabie Eccleſiam infice, quam acquiſiuit Chriſtus & Deus noſter ſanguine ſuo. Vix non iiſdem verbis ſcripſit Baſilio: niſi quod commotius in ipſum ex dolore inuectus ſupremum Hierarcham. Nam falſa quædam de eo audierat. Ita inſtar ſolis, & ſancti paſſi ſunt interdum deliquium: ſed ſicut ille paulo poſt priſtino radiorum fulgore mundo reſplendet, ſic accidit Theodoro. Namque poſtea lumen fidei & obſeruantiæ clariſſime exeruit, ſcripta ad ipſum Leonem ex profeſſo epiſtola. In illa priore ad Baſilium ſcripta, cum ſe non Apoſchiſtam eſſe euinceret, oſtendit, quorum id eſſet. Turbare autem, ait, & ab illa ſeiungi, quæ maculam reuera nullam habet, neque rugam, tum in fidei ratione, tum in canonum ſanctione ab omni æuo vſque ad noſtram memoriam eorum eſt, quorum fides tranſuerſum agitur, & vita exlex & ſine regula, quorum ex numero Ioſeph ille qui adulteram coronauit, & qui cum eo tanquam innoxio offerre non dubitant, quique illum adeo defendunt, vt ſine culpa ſacrificantem. In eadem epiſtola Baſilio ſcripta docebat Theodorus periculo non vacare, ſed in ſacerdotem non inquiratur de vitæ integritate, tum quia diſſimulare perſpicua eſt proditio veritatis & canonum corruptela. Tum quia apertum eſt, cum duabus ex reb. conſtet Chriſtianiſmus, fide & operibus, ſi alterum deſit alterum non prodeſſe. In eadem epiſtola, declarabat Theodorus quomodo Eccleſia ſit ſine ruga & ſine macula: nempe, quod non recipiat impia dogmata nec auſus illicitos & canonibus contrarios, neq; adeo conſentiat iis qui vetita ipſi committunt, vt quodam loco ait diuinus Baſilius, de quibus & Paulus, nec edere cum talibus permittens. Etenim ab Apoſtolis & deinceps multa perſæpe in eam hæreſes irruerunt, & flagitia illicita, canonibus aduerſa fuerunt, ſicut nunc ſunt: illa tamen ſine ſchiſmate & macula manſit, & permanet in æternum, ſubtractis & eiectis ab ea male ſentientibus, maleque agentibus, tanquam fluctibus inconcuſſo maximo ſaxo repulſis. Hactenus Theodorus illo ſuo zelo.

Eccleſia non recipit impia dogmata.

Res bellicę in Oriente. z *Theoph.*

Eodem anno, z Crunnus Dux Bulgarorum, cæſis ſex millibus Romanorum, Sardicam dolo cœpit. Nicephorus tamen adeo impudens fuit, vt affirmaret, cumque iuramento approbaret, quod feſtiuitatem Paſchalem in aula Crunni celebraſſet. Aaronis etiam Sar-

A raceni filii Mauhmat & Habdalla de primatu Regni certantes, multis cladibus Chriſtianos afflixerunt: propterea Eccleſiæ quæ in ſancta Dei noſtri erant ciuitate, deſertæ factæ ſunt, & monaſteria duarum, magnarum Laurarum, ſanctæ videlicet memoriæ Charitonis & Cyriaci, atque Sabæ, nec non & reliqua ſanctorum cœnobia Euthymii & Theodoſii, quæ erant in deſertis Palæſtinæ, pariter Monachis deſerta fuere.

Peridem tempus, a Ardulf Nordhumbrorum Rex in Anglia, à ſuis pulſus, Romanum Pontificem appellans, ab eodem per Legatos in regnum remiſſus, reſtitutuſque eſt.

Rex Angl reſtitutus per Leon. PP.

a *Annales Franc.*

B

Leonis Papæ III. Anno 14. Caroli M. 9. Nicephor. 8.

ANno Chriſti 809. Reſtitutio Ioſepho Oeconomo, Patriarcha Conſtantinopolitanus Nicephorus, alteram Mœchoſynodum non paucorum Epiſcoporum menſe Ianuario celebrauit: vt reſtitutionis Ioſephi, rationes aſſignaret. Abſurda plane ſunt, quæ in ea fecerunt & decreuerunt, & non tantum Chriſtiano conſeſſu, verum etiam barbaro indigna. Præſtat illa inſinuare ex Theodori Studitæ epiſtola, quam exul ſcripſit Leoni, in hæc verba: b

I. Mœchoſynodus Cõſtant. quam praua decernat.

b *Theodor. 1. ep. 33.*

Sanctiſſimo & ſummo Patri Patrum, Leoni Domino meo Papæ Apoſtolico Theodorus minimus presbyter & præpoſitus Studienſis,

C *Quandoquidem Petro Magno Chriſtus Deus poſt claues Regni cœlorum paſtoralis etiam Principatus contulit dignitatem: ad Petrum vſque, vel eius ſucceſſorem quicquid in Eccleſia Catholica per eos innouatur, qui aberrant à veritate, neceſſe eſt referre. Quod nos quoque humiles & minimi à ſanctis olim Patribus noſtris edocti, poſtquam in Eccleſia noſtra nouitas quædam nuper exorta eſt, & prius quidem per religioſiſſimum Archimandritam fratrem & conſeruum noſtrum Epiphanium, & nunc per ſimplices literas noſtras ad ſupremæ beatitudinis tuæ Angelum de ea re nos referre debere, arbitrati ſumus. Factus eſt, ô diuiniſſimum omnium capitum caput, iuxta Ieremiam Prophetam,* cœtus reuera præuaricatorum & conciliũ adulterantium. *Quod enim ibi propter idolorum fornicationem dictum eſt, hic per adulterina copula confirmationem patefactum eſt. Vtrique eundem Dominum ſpreuerunt, illi per leges, hi*

Ierem. 9.

D *per Euangelii tranſgreſſionem. Nec vero ſatis illis fuit, quod per priorem conuentum in eius qui Mœchos copularat receptione, ſacrorumque cum eo communione Paraſynagogi (vt diuinus loquitur Baſilius) facti ſunt: ſed vt hæreſis abſolutæ nomen adipiſcerentur, in altera publica ſynodo eos qui prauo ipſorum errori non adhæſerant, aut vniuerſam potius Eccleſiam Catholicam anathemati ſubiecerunt. Et quotquot hactenus in conſpectum venerunt, partim longinquis exiliis mulctantes, partim carceribus includentes, priſtinam vſitato hic more perſecutionem renouarunt. Cauſam vero ſuam improba defenſione prætexunt: & iuſtificatio ipſis nefarii ſermonis vſurpatio. Adulterini ſiquidem coniugii coniunctionem diſpenſationem eſſe decernunt: In Regibus nihil poſſe diuinas leges definiunt: Eos qui veritate ac iuſtitia vſque ad ſanguinem reſtiterunt vt Præcurſorem & Chryſoſtomum, imitari vetant. Epiſcopum vnumquemque in ſacros canones, præter ea quæ in ipſis ſtatuta ſint,*

E *poteſtatem habere pronuntiant. Quare ſi quem forte ſacris initiatum contingat, clam, palamve canonum per quos depoſitio irrogatur, reum teneri, hunc ſola volentis auctoritate, depoſitionis exortem manere. Quorum omnium teſtis eſt is, qui variis canonibus cum aliis obſtrictus tenetur, adulteri copulatur, vna cum ipſis publice miniſtratus. Teſtes ii, qui dum iniquitates tanquam diſpenſationes faciunt in eo ipſo tum alios, tum ſeipſos ſanctos vocant, & eos qui illas non admittunt, velut Deo alienos anathemate feriunt. Teſtis denium hic nata perſecutio. Quid igitur ad hæc, ô beate, dicendum eſt, niſi Apoſtolicum illud: Nunc Antichriſti multi facti ſunt, ſi diuinis legibus & canonibus omnes homines ſubditi non ſumus? His ergo à ſimplicitate noſtra ſine fuco*

expoſitis, vocem nunc illam, quam coryphæus cum reliquis Apoſtolis Chriſto emiſit, cum maris fluctus excitarentur, apud Chriſti imitatricem beatitudinem tuam adhibemus: ſalua nos, Archipaſtor Eccleſiæ quæ ſub cælo eſt. Perimus. Imitare Magiſtrum Chriſtum, manumque Eccleſiæ noſtræ porrige, ſicut ille Petro: niſi quod ille incipienti in mare mergi, tu autem iam merſæ in hæreſis profundo. Æmulare, precamur, cognomento tibi Papam, atque vt ille, pullulante tum hæreſi Eutychiana, leoninum in morem ſpiritu experrectus eſt, vt omnes norunt, dogmaticis ſuis epiſtolis: ſic & tu (dicere audeo) iuxta nomen quod geris, irrugi diuinitus, vel potius intona contra præſentem hanc hæreſim, vt decet. Si enim iſti, arrogata ſibi auctoritate, hæreticam ſynodum cogere veriti non ſunt, qui ne Orthodoxam quidem abſque cognitione veſtra (vt antiquitus mos obtinet) cogere potuerunt: quanto æquius vſque adeo neceſſarium fuerit (cum timore ſuggerimus) à diuino tuo principatu legitimam ſynodum conuocari, vt Orthodoxum Eccleſiæ dogma hæreticum excluderet: & neque ſuprema dignitas tua cum Orthodoxis omnibus anathemate notetur à nouis irrigatoribus: neque iniquitatis porro claſſicum adulterinam hanc ſynodum nacti, quibus id placet in peccatum facile prolabantur. Hæc ſicut paruitati noſtræ conueniebat, vt miniſtra Eccleſiæ membra repreſentantes, & diuino paſtorali veſtro principatui parentes: obſecramus de cætero ſanctam animam veſtram, vt nos ceu proprias oues reputet, & ſacris precibus ſuis communis illuſtret, atque confirmet; quod ſi etiam documentis, tuæ id fuerit diuinæ benignitatis, quemadmodum & Chriſtus ad Abgarum ſcripſit, & multi etiam de ſubditis digni habiti ſunt, qui ab Apoſtolis ſanctiſque acciperent literas. A me autem ſolo peccatore & in carcere detento mittitur hæc epiſtola, propterea quod Pater, Plato ſcilicet, & conſeruus meus incluſus, & Theſſalonicæ Archiepiſcopus germanus noſter, in aliis inſulis pariter cuſtodiuntur. Ipſi nihilominus per me & mecum eadem dicunt, & ſacris beatitudinis tuæ veſtigiis aduoluuntur.

Theod. Stud 12. Socii in exilium mittuntur. c Theodor. in Platone & Mich. in Theod.

Hactenus Leoni Theodorus, ſuo & Platonis nomine. Quibus cum ſummus Pontifex reſpondiſſet, alteras ei ſcripſerunt, deliria Mæchianorum exponentes, & ea quæ paſſi hactenus fuerant renunciantes. [c] Sane Platonem & tres alios velut maleficos, militari manu ad Mæchoſynodum adduxerunt, cumque facinus adulterii coronati approbare recuſarent, catenis vinctos in exilium deportarūt. Imperator aūt cum Theodorum videret, nulla in re flecti, monaſterio illum ſuo atq; vrbe pariter extruſit, & in quandam inſulam relegauit: eo quod ille animoſe repeteret: *Concidit præcurſor, ſoluitur Euangelium, non eſt diſpenſatio.* Theodoro eiecto, ſuperciliosus in balneo monaſterii ſedens, omnes Monachos Studiæ coram ſe ſiſti, & eos qui ſecum ſentire vellent in partem dexteram, qui autem diſſentirent in ſiniſtram ſecedere iuſſit: hac intentione, vt loco commutato, mentes quoque commutarent. Verum inuicti illi nihil eius verbis permoti, nec de animi ſententia tantillum dimoti, vno ore Imperatorem affati ſunt: *Nos Imperator, & animos & corpora & omnia denium in Patris ac Magiſtri noſtri manu & arbitrio ponentes, nihil minimum aut maximum, quod illi non probetur, non modo facere, ſed ne animo quidem verſare ſtatuimus. Nunquam vobis talia intentantibus obſequemur, nec geſtis veſtris ſuffragabimur: nec quicquam prorſus eorum quæ per vos innouata ſunt, amplectemur, præcipue cum Magiſtrum noſtrum à nobis ſeiunctum viderimus, qui & præſens exilium ſubire maluit, quam cauſam prodere & partes veſtras ſequi. Nobis vero quid accidere grauius poſſit, quam ſi canones ſacros, quos tanto ſtudio verſare conuenit, aſpernemur, & tam noxiis & periculoſis rebus nos dedamus: Non per ſancta virtutis certamina, patriſque præcepta in quibus educati ſumus, non cedemus, veritatem non deſeremus, vobis non adhærebimus.*

Monachorum Theodor. Stud. Conſtātia.

11. Dira perſecutio Niceph. Imp. in Orthodoxos, ex Epiſtola Theodor. Stud.

Stupuit ad hæc Imperator, omneſq; illos præclaros iuſtitiæ confeſſores, arcta cuſtodia concluſit, vt pedetentim de ſingulis ſupplicium deſumeret. Secutæ ſunt poſtea acres perſecutiones, inquiſitiones, diſiunctiones, exterminationes, ingentes minæ, iræ, interrogationes, reſponſa, multaque per omnes vrbes inueſtigatio facta, necubi aliquis fratrum lateret; adeo vt nonnulli præ timore perſequentium, in terræ foraminibus ſeſe abdiderint, vt ſeruari poſſint. Multi eo tempore abducti & in alium locum tranſlati ſunt. Theodorus Studita Athanaſio cuidam ſcribens exprobranſque Mæchianorum crudelitatem, numerabat ſacros confeſſores, qui à Mæchianis paſſi.

d lib. 1. ep. 48.

[d] *Quam,* inquit, *ob cauſam ego humilis incluſus hic teneor? Cur incluſus pater meus Plato ærumnis affectus eſt ab aliis ſegregatus primum, deinde in eum detruſus locum vbi nunc eſt? Cur Archiepiſcopus Theſſalonicæ Ioſephus ſcilicet ipſorum iudicio depoſitus, & in eas anguſtias redactus, vt cibum certa menſura caperet, miniſtris imperio adſtrictis, tum in palatio incluſus, ac nuper etiam in exilium eiectus? Cur reuerentia tua cum fratribus cuſtodiæ tradita Theſſalonicæ, & Theoſoſtus præpoſitus ex eadem ciuitate pulſus cum diſcipulis, & alter ibidem præpoſitus immodice diuerberatus? Cur Naucratius & Arſenius fratres arcta cuſtodia huc vſque detinentur, parique modo Baſilius & Gregorius? Cur Stephanus ille virtutis amans præpoſitus, cum diſcipulis quinquaginta ſex exactus monaſterio, cum vna cum centum & decem, & cum eo qui Epiſcopus ante fuerat, Mæchoſynodum tanquam Euangelii infractricem anathemate damnaſſet, ſicut miſſa ab eo litera teſtantur? Cur Antonius religioſiſſimus præpoſitus in cuſtodiam apud Amorium datus, cum eodem quo ſuperiori modo Mæchoſynodum vna cum fratribus ſuis anathematizaſſet? Cur Æmilianus frater à Nicomedienſi in Thymiam vinctus ductus eſt, verberibuſque & ludibriis affectus, direpto ab iis qui irruperant monaſterio, proinde ac ſi hoſtium ſpolia fuiſſent? Cur in Cherſone perſecutionem paſſus Leo piiſſimus Epiſcopus Valelides cognomento, & Antonius reuerendus præpoſitus cum aliis duobus cuſtodia ſeptus? Cur in Lipara inſula vltra Siciliam poſita fratres noſtri in cuſtodia detenti? Cur Latomi in Cherſone retentus, indeque ſub cuſtodia ad Imperatorem miſſus, tum Byzantii iterum in carcerem detruſus, & alii pariter in monaſterio detenti? Cur quæ poſt ſynodum geſta ſunt: Fratrum per Imperatorem diſcuſſio, cum diceret, nos quidem depoſitos, ſynodum vero ſanctam eſſe, & à ſe obſignatam, quandoquidem ſanctorum diſpenſatio eſſet adulterina copulatio, & indemnatus qui eam peregerat, eorumdemque cum admitteret illum nemo, aut ſingulorum ſeorſum, aut binorum, ternorum vt ſimul, atque etiam plurium per monaſteria & caſtra incluſio, nonnullorum etiam flagella & cruciatus, cum hæc iam vbique terrarum terra marique nota ſint, vulgoque iactata? Quam igitur ob cauſam hæc omnia, vt paucis complectar? Nonne quod adduci non poſſent, vt dicerent, aut aſſentirent, diſpenſationem fuiſſe Euangelii tranſgreſſionem, quam velut ſalutarem & ſanctis patribus aduerſarii vociferabantur, factis & verbis etiamnum in eo conſiſtunt, id loquentes, id agentes iſta perſecutione? Veritatem ex multitudine metiuntur: Mentiuntur. Audi, frater, quid S. Baſilius in ea dicat: Qui depoſita quæſtione rationem reddere non poteſt, cui non ſuppetit demonſtratio, ideoque perfugium habet in multitudine; is victum ſe fatetur, vt qui nullum habeat fiduciæ adiumentum, & poſt alia; oſtendat mihi vel vnus pulchritudinem veritatis & prompta mox erit perſuaſio. Multitudo autem ſine demonſtratione auctoritatem ſibi vendicans, terrere quidem poteſt, perſuadere non poteſt. Aut quot hominum myriades mihi perſuadeant, vt diem noctem putem, vel vt æreum nummum pro aureo habeam & accipiam? vel certum venenum ſalutarem pro cibo congruenti? Ergo terrenarum quidem rerum cauſa multitudinem vtique verebor, ſi mentiatur; in cæleſtibus autem decretis ad nutum ſine illa ratione ſequar, ab iis recedens quæ iam olim magno conſenſu ex diuinorum ſcriptorum teſtimonio tradita fuerunt? Non audiuimus Dominum dicentem: multi vocati, pauci vero electi? & iterum: Anguſta & arcta eſt via, quæ ducit ad vitam, & pauci inueniunt eam. Quis ergo ſanæ mentis non mauult ex paucis eſſe, qui per anguſtam introeant in ſalutem, quam ex multis qui per latam feruntur ad perditionem? Aut quis non magis optaſſet, ſi tempore illo vixiſſet, quo Beatus Stephanus certamen obiit, in illius parte cenſeri, qui ſolus lapidibus petebatur, qui omnium ludibrio expoſitus erat, quam inter multos illos, qui propter iniuſtam auctoritatem veriſimilem cauſam obtinere videbantur? Pluris eſt vnus Deo placens, quam myriades ſeſe arroganter iactantium, quemadmodum ex veteri Teſtamento diſcimus, cum millia multa è populo cæleſti plaga caderent, & Phinees ſolus fuerit, Deumque placarit, & ceſſarit percuſſio. Quod ſi dixiſſet ille: qui auſim ergo aduerſus ea quæ tam multi tanto contemptu faciunt? Qui refragari, qui ſic viuere* Num. 25.

decreue-

decreuerunt? nec facinus egregium edidiſſet ipſe, nec ceſſaſſet malum, nec ſeruati cæteri fuiſſent. Optimum ergo, optimum vel vnum iure audere, & iniuſtorum concordiam diſſoluere. Tu vero, ſi videtur, ſeruato Noe ſubmerſam multitudinem antepone: mihi vero permitte, vt cum paucis ad arcam conuolem. Et rurſum ſi placet, adiunge te multitudini Sodomorum: ego vero cum Loth abibo, quamuis ſolus turbæ viriliter ſe ſubducat. Enimuero mihi etiam reuerenda multitudo non inquiſitionem fugiens, ſed demonſtrationem præbens: non amare vlciſcens, ſed paterne caſtigans: non nouitate gaudens, ſed paternam retinens hæreditatem. Quamnam vero multitudinem mihi prædicas blanditiis & muneribus conductam? imperitia & ignorantia captam? metu & terrore proſtratam? quæ breuem peccati vſuram æternæ vitæ prætulit? quod multi aperte conſeſſi ſunt. Multitudine mendacium defendis? hinc mali vim declaraſti: quo enim plures malum tangit, tanto maior eſt calamitas. Hactenus Athanaſio Theodorus plane hoc tempore ſolus, qui lapſantes in Oriente canones ne ſoluerentur obſeruari curarit. Quamobrem, niſi tuba Theodori intonuiſſet tanto illato vulnere Euangelio, totus pene Oriens corruiſſet.

III. Nicephor. Imp ſæua Tyrannis. e *Theophan.* Nicephorus hoc eodem anno, cōtra vniuerſum populum tyrannidem exercuit, hunc in modum. [e] *Primo*, militias prorſus humiliare tractans, Chriſtianos exules ex omni themate in Sclauinias ferri iuſſit, horum autem ſubſtantias venumdari. Erat autem hæc res captiuitate non minor, multis ex amentia blaſphemantibus, & inimicorum curſus poſcentibus, aliis nihilominus circa ſepulchra parentalia lamentantibus, & defunctos beatos aſſeuerantibus, fuerunt autem & qui ſuſpendio vſi ſunt. *Secundo*, militare præcepit egenos, & armari aduerſus compatriotas, conferre nihilominus etiam decem & octo, ac dimidium numiſma per ſingulos Fiſco, vna cum omni proximitate ad publica tributa. *Tertio*, propendere iuſſit & augeri horum tributa & præſtare Cartiatiorum cauſa ſiliquas binas. *Quarto*, reliquos reditus omnes augmentari præcepit. *Quinto*, Orphanotropii Hoſpitalium, Heroeomiorum, Eccleſiarum quoque ac monaſteriorum regularium per ſingulos focos cenſus exigi à primo Tyrannidis eius anno præcepit: & quæ meliora erant in rebus, in regiam Curatoriam deferri iuſſit. *Sexto*, à Prætoribus inſpici iuſſit eos qui ex paupertate repente ditati eſſent, & ab his pecunias exigi, quaſi ab inuentoribus theſaurorum. *Septimo*, eos qui ante viginti annos, & vſq; ad hunc inuenerant dolium, aut vas quodcumque, omnibus pecuniis priuauit. *Octauo*, eos qui ex auis vel patribus hæreditauerunt, & diuiſa ſubſtantia, pauperes facti fuerunt: ex iiſdem annis viginti ſiclos ærario publico iuſſit præbere, & eos qui emerant extra Abydum ſeruilia corpora, bina numiſmata in tributum dare præcepit, maxime eos qui in Dodecaniſo erant. *Nono*, nancleros qui maritima inhabitabant, & maxime eos terreno labore minoris Aſiæ viuentes, emere de rebus quæ ab illo rapiebantur, cogebat, vtcumque appretiarentur ab ipſo. *Decimo*, inſignibus Conſtantinopoleos naucleris collectis, dedit in vſuram quatuor ſiliquarum numiſmata, cum auri duodecim librarum perſoluerent, ſimul & conſueta commercia. *Vndecimo*, aliquos ſeruorum ſubornabat, qui Dominis calumniam ſtruerent, vt eorum bonis potiretur. Dignum eſt & iſtud cauſa voluptatis & paradigmatis commemorari. Cerularius quidam erat in foro ex laboribus ſuis locuples, & nihil agens: quo accerſito, omnium vorax Imperator ait: Pone manum tuam in vertice meo, & iura quantum tibi ſit auri. Qui parum, tanquam indignus recuſans coactus eſt ab eo hoc facere, & centum libras ſe dixit habere: quas eadem hora auferri præcepit dicens: Tu quid opus habes ſolicitari? Prande mecum, & tolle libras decem, & his vade contentus. Hæc & alia multa indigna Nicephorus Imperator.

IV Concilia Hoc anno [f] celebratum eſt concilium Aquiſgranenſe, in cauſa proceſſionis Spiritus ſancti. Non quidem in

A dubium vertebant an à Patre Filioque procederet: ſed iſtud eos angebat, an in Symbolo Conſtantinopolitano, quod inter ſacrificium miſſæ canebant, deberent has quattuor ſyllabas, filioque adiungere. Ab hac ſynodo, Benarius & Ieſſe Epiſcopi, cum Adelhardo Abbate profecti Legati, Romam aduenere. In eorum gratiam, Leo Papa in Secretario Beati Petri Apoſtoli habito Concilio, decreuit, ne quicquam Symbolo aut adderent, aut ab eo detraherent. Huiuſce, duabus in laminis argenteis in altera Græce, in altera Latine, ſine tamen aliqua additione inſculpi iuſſit Leo, idem Symbolum Conſtantinopolitanum, eaſque tabulas præ foribus Baſilicæ S. Petri affigi. Poſterioribus temporibus ex quadam legitima cauſa, additum eſt: filioque: quemadmodum inferius narrabitur. Extat diſſertatio inter Aquiſgr. de proceſſione Spiritus ſancti. f *Annal. Franc.* De Cantando Symbolo in Eccl.
B Leonem Papam & Legatos prædictos facta, in Codice Antonii Auguſtini. Per idem tempus, ſeptimo Kalend. April. Sanctus Ludgerus Monaſterienſis Epiſcopus, mortuus eſt. Eum tam ſtudioſum in recitando diuino officio ferunt fuiſſe, vt cum aliquando inter recitandum ſecundo & tertio Carolus Magnus illum accerſiri curaſſet, noluerit omittere, neque venire, donec totum abſolueret. Subirato Carolo cauſam dixit; ſe non contumeliæ aut iniuriæ cauſa non veniſſe; ſed quia Deum homini præferendum eſſe noſſet. Nam & hoc, inquit, ipſe mihi præcepiſti, quando paſtoralis curæ ſolicitudinem mihi commendabas, vt Deo primum ſeruiendum ſcirem, poſthæc tuis imperiis obſecundarem.

Per id temporis, Hungus Rex Pictonum Scotorumque inſignem victoriam tulit, ex Athelſtano Veſt Saxo- *Scotorum hiſt lib.10.*
C num Regis filio. Hector Boetius eandem religioni & pietati refert acceptam, à patrocinio D. Andreæ Apoſt in cuius tutela Regnum Scotorum. Verbis eiuſdem rem narrabo, quæ iſta ſunt.

V. Inſignis victoria Regis Scotorum patrocinio D Andreæ obtenta. In Caſtris Hungi, poſt varias in crepuſculo prouecta & altiori nocte conſultationes, decretum omnium ſuffragiis, pugnæ fortunam experiundam, inque ea aut vincendum, aut moriendum fortiter & honeſte. Inde poſt concubia, cunctis in manifeſto diſcrimine ad religionem conuerſis, opemque à Chriſto religioſis precationibus petentibus, complura pia vota audita ſunt. Hungus Rex D. Andream, in cuius Pictica Scoticaque gens erat tutela, frequentibus ſuſpiriis lachrymiſque, & peculiaribus ſuis populis, ne iam impiis An-
D glorum armis in exitium abducerentur, auxiliaris foret, precatus eſt. Soluto Regi intempeſta nocte in ſoporem, extemplo aſtans Apoſt. iuſſit; alacriori eſſet animo, nec hoſtium multitudine terreretur, plurimamque ſpem in diuina locaret ope: fore vt glorioſam de Angelis poſtera die aſſequeretur victoriam. Mirum ſcribunt tunc accidiſſe; ſupra Pictonum Caſtra, lucidam cœlo apparuiſſe crucem, illius inſtar qua Apoſtolus Andreas pro Chriſti nomine ſupplicio olim erat affectus: hancque Apoſtolum ipſi Hungo oſtendiſſe, addidiſſeque, id oſtentum ante partam victoriam haud cœlo defuturum. Expertectus Rex, milites iam tum lucentem crucem intempeſta nocte admirātes, edocet: quam fortunam Diuus Andreas ſibi ſuoque exercitui fuiſſet pollicitus; per quietem hortatus, prima luce alacres hoſtes
E pugna adorirentur, minime ſibi propitio, & aduerſo hoſtibus; eoque eorum multitudinem minime timendam. Sequuta Regis verba grata omnium vociferatio; quam hoſtes audientes (nam hi noctem totam in armis perſeuerabant) Lucidam ſimul conſpicati Crucem quippiam mali portento tali ſibi præſagientes, ingenti pauore perculſi ſunt. Sub primam lucem Hungus eductis militibus, inſtructiſq; copiis, ſignum cum hoſtibus manus conferendi dedit, altiori voce inclamans Diuum Andream manifeſte auxiliatem adeſſe; quo duce abſque diſcrimine victoriam Pictones Scotoſque ſecuturam. Ad Regis verba, milites tanta vi in Anglos inuecti ſunt, vt cum impetum non poſſent ſuſtinere, primum Northumbri, mox tota acies impulſa

terga dedit. Ad occupata pridie quam pugnaretur impedimenta prædamque, primum fuga inclinauit: vbi maior cædes, quam in acie edita eſt. Captiui, qui cum impedimentis erant, inuere victoriam. Hi repente, vbi victis Anglis ſuos inſtare viderunt, maiori longe crudelitate in hoſtes, quam victores deſæuierunt. Vagata eſt demum cædes in tantum, vt ex numeroſo Anglorum exercitu, vix quingenti viri in pacatum euaſerint, Athelſtano Rege primo congreſſu lancea confoſſo, interemtoque. Secundum hæc victores depoſitis armis, Diui Reguli in Otholinia templum (nūc D. Andreæ ædem vocant) nudatis pedibus, vt Chriſti Apoſtolo accepto pro beneficio gratias haberent, Hungum Regem ſequuti magno innere petierunt. Illuc vbi deuentum, ſacris celebri pompa peractis, Pictorum Scotorumque nobiles ſecundum Regem, inde cætera multitudo Apoſtoli Andreæ reuerenter oſculati reliquias, immenſas gratias Chriſto atque eius Apoſtolo reddiderunt: polliciti, Hungo authore, ſe ſuamque poſteritatem ſigno crucis D. Andreæ, quoties ad prælium fuerit proficiſcendum, vt tam inſignis victoria parta diuinitus grata recordatione ſemper haberetur, pro inſigni deinceps vſuros. Manſit Pictis, & poſt eos deletos Scotis exinde hoc inſtitutum perpetuum. Hungus autem, vt ſe verum ſeruatoris Apoſtoli cultorem oſtenderet, augendæ religionis ſtudio ſacram ædem magnifico auxit apparatu, ac numerum ſacerdotum ad diuina exequenda. Præclara huic donaria intulit, calices, phialas, pelluibra, ſeruatoris ac XII. Apoſtolorum ſtatuas ex argento auroq́ue, & capſam pro reliquiis D. Andreæ aſſeruandis ex auro puriſſimo. Et præter hæc, Chriſti Eccleſiæ ad ſacerdotũ vſum, vt gerendis Eccleſiæ dignitatib⁹ ſuppeterēt facultates; armentorum, omnis generis fructuum, prouentuum & prædiorum vbilibet per ſuum regnum decimam partem libere erogauit. Et ne clerici deinceps ad profanum iudiciũ traherētur, neue quouis pro crimine vltimo afficerentur ſupplicio, edicto cauit.

Gratiarum actio poſt adeptam victoriam.

Statutum regis Scot. ne clerici ad profanum Iudicium trahantur.

LEONIS PAPÆ III. ANNO 15. CAROLI M. 10. Nicephor. 9.

I. *Niceph. Imp. fauet Manichęis g Theoph.*

ANno Chriſti 810. g Nicephorus Imperator ſemel incitatus contra damnatores Mæchoſynodi, perſecutionem non tantum in monachos, ſed etiam in reliquos continuauit. Princeps enim militares more ſeruorum vti Epiſcopis & inferioris ordinis clericis iuſſit. Adituris Epiſcopia & monaſteria tributum impoſuit perſoluendum. Aurea & argentea vaſa improbabat, eademq; licet ſacrata pro communibus habebat, illud Iudæ de vnguento Domino exhibito vſurpans: ad quid perditio iſta? Omnem etiam Chriſtianum diligentem proximum deridere conſueuerat, vtpote qui neq; veſtigium Chriſtiani repræſentaret: namq; Manichęorum amicus feruentiſſimus erat, reſponſis eorum ſemper, & immolationib. congratulatus. Inſuper plurimos Chriſtianorum trucidauit quorum die 23. Menſis Iulii, Græci ex menologio recitant memoriam, his verbis: cōmemoratio eorum, qui ſunt in Bulgaria interfecti ſub Nicephoro & Stauratio Imperatoribus, anno nono Imperii Nicephori, quorum alii lethalib. plagis acceptis, cum Chriſtum negare non paterentur, multiplicibus & acerbiſſimis tormentis ſubiecti, è vita diſceſſerunt, aliique enſe obtruncati, alii funibus vincti & ſuffocati, alii ſagittis confoſſi, alii deniq; carceribus & fame conſumpti expirarunt, & corona martyrū donati ſunt.

II *Sergius nequiſſimus Manichæus nouæ hæreſis auctor vnde Sergiotæ & Baanitæ.* h *Lucas Si-*

Per id temporis, h Sergius veritatis inimicus, ex locis Tiliæ ciuitati vicinis, Dryno patre genitus, diaboli maximus propugnator, acer ſub ouina pelle lupus, virtutū fraudulentus ſimulator, crucis Chriſti hoſtis, in Chriſti matrem ſanctoſq; contumelioſus, Prophetarum oſor, Apoſtolorum aduerſarius, Eccleſiæ perduellis, qui à diuinis litteris verſus ad fabulas & ad mendacia ſe conuertit, Dei filium conculcauit, & ſanguinem teſtamēti pollutum dixit, & Spiritui ſancto Paracletum ſe mentiens contumeliam fecit, & ſe lucidam eſſe ſtellam ſtulte ia-

A ctauit; Manichææ cuidam fęminæ adhærēs, in fraudem ab illa, erroremq; perductus, præcurſor factus eſt Antichriſti. Ita nimirum conueniebat, turpiſſimæ ſectæ miniſtros, vel ex Saracenis genus ducere, vel ex ſeruis, alios ex ſcortis naſci, alios ex fęminis fœdo errore ſeduci. Vn⁹ ex iis Sergius cum iuuenis adhuc eſſet, in fœminā quandam caſu incidit, moribus infamem, ſecta Manichæam. Illa vero diaboli ſectatrix, vt callida erat ac ſubdola, hoc modo eum ſubuertit. Interrogauit, cur Euangelia non legeret. At ille non intuens occultū nequitiæ venenum quod latebat, ſibi non licere, ſed dūtaxat ſolis ſacerdotibus, reſpondit. Tum maligna: Non ita eſt, inquit, vt putas: neque enim perſonarum acceptio eſt apud Deum: Omnes ſiquidem homines vult ſaluos fieri Domin⁹, & ad agnitionē veritatis venire. At ſacerdotes veſtri quo-

culus in ... ſter

Fere eadē initia & progreſſus Lutheraniſmi & Hagiomachorum Sergi⁹ quomodo a Manichæa muliere ſeductus.

B niam Dei verbum adulterant, & myſteria occulūt quæ in Euangeliis continentur, idcirco vobis audientibus omnia non legunt quæ ſcripta ſunt, ſed quædam legūt, quędam omittunt, ne poſſitis peruenire ad agnitionem veritatis. Scriptum enim in illis eſt, quod in illa die quidam dicent: Domine, domine, nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus? & reſpondens Rex dicet illis: Amen, amen dico vobis non noui vos. Scrutate & vide, num ita ſcriptū ſit. Quoſnam ergo iſtos eſſe putas, quibus Dominus dicet: non noui vos? Ad hæc ſtupidiſſimus homo, cum imperitus & rudis eſſet, hæſitans tacebat. Et nobis quidem, inquit, illa, Euangelici dicti ſententiam in promptu fuerit in hunc modum exponere: Quidam ſunt, hodieq; qui Chriſtianam vitam colunt, & pie viuere videntur: cæterum in-

C cantamētis quibuſdam, & dæmonas expellere, & morbos curare cōſueuerunt, ſicut olim Sceuæ filii, & qui dicebantur exorciſtæ, qui quidem (vt in Actis eſt Apoſtolorum) à dęmonibus obſeſſos adiurabant his verbis: adiuramus vos per Chriſtum, quem Paulus prædicat: exite ab his hominibus. Dæmones autem Chriſti nomine audito, trepidi fugabantur. Hoc ipſum nunc plurimi faciunt, non animaduertentes ſe huiuſmodi artibus ſalutis ſuæ iacturam facere. Clamabūt igitur in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus? Et reſpondebit Dominus: Amen, amen dico vobis, non noui vos. Sunt & alii, porro qui monaſticam vitam, & inculpatam vitæ formam ſuſceperunt, ſed ignauia & imperitia ſua in errores prolapſi ſunt: ideoq; cælorum Regnum minime conſe-

D quentur. His ne quid in illa die ab iuſto iudice ipſis debeatur conceduntur hic dona curationum, vt quando vociferabuntur: Domine, Domine, nonne in nomine tuo virtutes multas fecimus? audiēt pariter: Amice, non facio tibi iniuriam, accepiſti quæ tua erant in vita tua: nunc tolle quod tuum eſt & vade. Enimuero hæc, aut ſimilia ignorans Sergius, Euangelii codicem euoluit, & verba nactus quæ infelix illa pronunciarat: Dic, quæſo, ait, de quibus hæc Dominus dicit? Illa autem tum quidem nihil reſpondit, ſed pergēs ipſi percontari: Tu vero, inquit, de quibuſnam illud à Domino dictum eſſe cenſes, Multi ab Oriente & Occidente venient, & recūbent cum Abraham, Iſaac & Iacob in regno cælorum, filii autem regni eiicientur in tenebras exteriores? Quinam hi ſunt filii regni? Ille vero cum dicere neſciret, hos

E Iſraelitas eſſe, quorum adoptio propria fuerat, & cultus & promiſſio, quos Chriſtus ipſe filios vocat, cum Chananææ dicit, non eſt bonum ſumere panem filiorum, quiq; propterea eiecti ſunt, quia ipſum cruci affixerūt: hæc, inquam, reſpōdere neſciens infelix Sergius, & mœnadem illam ſalutis ſuæ ducem ſe nactum ratus, ſolicite cæpit de his omnibus interrogare. Tum vero præclara exitii magiſtra, cuius os ſepulchri patentis inſtar erat, aperte auſa eſt aduerſ⁹ ſanctos debacchari: filii, ait, regni, ſancti tui ſunt, qui & dæmones pellunt, & hominum ſanant infirmitates, quos tu tanq̄ Deos colis, relicto Domino viuente, immortali, quibus vtiq; die illa iuſtus iudex dicet: nunquā noui vos. Eodemq; filo ſingula percurrens Euangelii verba, & cuiuſq; vocis ſenſum, prout

capere illam videbat, mirifice deprauans, breui aptum reddidit diaboli inſtrumentum, dirumq; & ipſa contra humanum genus telum exacuit, quale ante illud tempus nullum fuerat. Qui enim hanc præceſſerunt, tametſi propter graue intemperantiæ cœnum, fœdaq; facinorum inquinamēta, & impias in Deum voces, malitia præcipui & inſignes erant: attamen fugiendi hominib. & abominandi paſſim iudicabantur. Quo fiebat, vt pauci ab eis in fraudem pertraherentur. Hic vero reiectis omnibus illorum flagitiis ac libidinibus, blaſphemias velut ſalubria dogmata cōplexus, virtutes nōnullas callide ſimulabat, pietatiſq; velut ſpecie ouina pelle lupum tegens, pietatis autem abnegans virtutem, iis qui ipſum non norant, certiſſimus ſalutis ductor videbatur. Æmulabatur enim virtutem improbitas, non ſecus ac folium pro tritico conſeri vult & haberi. Edoctus ergo ab exitioſa femina diaboli propugnator Sergius, cum hæreſim altius imbibiſſet, crederetque omnes homines, qui ſinceram & illibatam Chriſtianorum fidem noſtram ac pietatē colunt, in pernicie verſari: zelo ſatanico inſurgit, & nouus præco fit erroris, cognomentumque aſſumens Tychici, cuius nomen eſt celebre in epiſtolis Pauli, Pauli diſcipulum ſe vulgo iactauit, & ab eo miſſum ad prædicandū non Dei verbum, ſed hæreſim pernicioſam. Itaq; ciuitates ſingulas, regioneſq;, in quibus Apoſtolus veritatis verbum ante octingentos plus minus annos promulgarat, impigre circūcurſans, multos ab Orthodoxa fide auertit, & diabolo adiunxit. Quod ipſemet in quadam epiſtola gloriatur his verbis: ab Oriente, inquit, vſq; ad occaſum, à Borea ad Auſtrum cucurri nuntiās Euangelium Chriſti, gentibus meis laborans. Triginta n. & quatuor annorum ſpatio, ab Irenæ Auguſtæ Imperio, vſq; ad Theophilum Imperatorem perſiſtens conflauit illam, quæ etiamnum obtinet, defectionem, quam Paulus Apoſtolus Theſſalonicenſib⁹ prædixerat: quaq; iſte magnam Chriſti Eccleſiæ partem grauiter afflixit. Alios ſiquidem huiuſce vitæ cōmodis & facultatibus priuauit, ſiue illos ſpolians bonis, & ante diem perimens; alios etiam æterna ſpe ac iure deiecit, dum nefariis eius ritibus obſequuntur: multos ille coniuges diſſocians, eorum thoros diſcipulis inquinandos obiecit: multos infantes ab vberibus matris rapiens, per diſcipulos ſuos partim occidit, partim à genitoribus, Deoq; viuente qui ſuo ſanguine eos redemit, abducens vendidit Agarenis: formoſos adoleſcentes, adoleſcētulas vnigenitas à parentib. ſeiungens, barbarorum addixit ſeruituti; multos fratres & ſorores, conſanguineoſq; & amicos ſeparans, propriiſq; ſedibus exturbans, in remotas terras ablegauit: quorum gemitus & lamēta cæli aduſq; fornices penetrarunt: Monachos cōplures ac moniales, quæ virginitatem ſuam Chriſto deuouerant, p diſcipulos ſuos corrupit, & à monaſtica vita reuocans, à Deo ſimul alienauit. Multos deniq; Sacerdotes & Leuitas ab Orthodoxa religione auellens, & ex ouibus lupos faciens, hominiuoros eſſe docuit. Multos in vinculis & cuſtodiis mori coegit. Et tamen, cum animo tenebricoſus totus eſſet, ſe nihilominus lucidam ſtellam, & ſplendidam facem, & ſalutis ducem appellabat: cum multos in barathrum æternæ damnationis præcipitaſſet. Ab eo duę ſectæ infauſtæ prodierunt; ſcilicet, Baanitarū & Sergianorum. Quo n. tempore docere cœpit hic Sergius, cum multos diſcipulos ſibi cooptare ſtuderet, & ab Eccleſia Chriſti quoſq; paſſim abducere; bis terq; in faciem reſtitit Baanæ ſpurio diſcipulo ſuo & ſymmiſtæ, fictaq; pietatis imagine reprehendere illam coram vniuerſis auditoribus aggreſſus eſt, non fidei nomine, ſed propter immania & nefanda ipſius facinora. At Baanes contra, Sergio reſiſtens: tu nuper exortus, aiebat, & neminem doctorum noſtrorū vidiſti, cum nullo verſatus es: ego aūt Domini Epaphroditi ſum diſcipulus: & ſicut ab initio tradidit mihi, ſic doceo. Verum enimuero Sergius fœdam hominis colluuiem, q̄ docebat, deteſtans, palamq; illam inceſſens, hęreſim in duas partes diſcidit; eoſq; qui Baanæ ſtudebant, Baanitas appellauit, vt ille contra Sergiotas, Sergii huius ſectatores. Poſt obitū deinde Sergii non ferentes eius diſcipuli ſuam ipſorum ignominiam, & probra quibus paſſim ab omnibus onerabantur, Baanitis violētas manus intulerunt, vt eorum ab ſe conuicia abſtergerent ac delerent. Tum ex Sergii comperegrinorum numero, Theodotus hoc ſpectaculo indignatus; Nihil vobis, ait, & hominibus iſtis: omnes enim quoad prodiit magiſter noſter, vnam fidem colebamus, atq; ita à cæde facienda deſtiterunt.

Tychicum ſe vocat Pauli diſcipulum.

Sergii ſcelera.

Variis Manichæorū Sectis.

Baanitæ & Sergiſtæ.

Leonis Papæ III. An. 16. Carol. M. 11. Niceph. 10.

I. Nicephor. Imp. obduratum cor.

ANno Chriſti 811. [i] Nicephorus Imperator cōtra Bulgaros profecturus, miſit aliquos ex iis qui cū magiſtratu erant ad Theodorum Studitam, qui vel minis vel blanditiis viro perſuaderēt, vt ab Imp. acta approbaret. At diuinus ille tum ardentiore quodam zelo ſuccenſus, & tanq̄ Spir. numine afflatus ea vecordi prædixit, quæ timore illū ac metu concutere poterant, niſi amens prorſus & rationis expers fuiſſet. *Æquum, inquit, erat, Imperator, te actorum tuorum pœnitentia duci, & medicinam malo facere, ne temporis progreſſu difficile ad ſanandū, aut penitus etiam inſanabile redderetur. Sed quoniam haud vllū morbi tui ſenſum habes, vt non ſolum ipſe vltro te in laqueum inducas, ſed alios ētiam in eundem impellere conaris, & ruinam nolentibus ac perniciem pares: hac tibi omniū vindex & ſpectator occulti meis verbis prænunciat. ſcito, te quam viam nunc ingrederis, ex ea nunquam reuerſurum.* Succeſſit ſecūdum vaticinium Sancti. Contra Bulgaros n. profectus, ab iiſdem captus, capite reciſo interiit. Caput eius reciſum Crumus Bulgarorū Princeps ſuſpendit multis diebus in ligno in oſtentationem ad ſe venientium nationum: ac deinde denudatum, argento indidit, inq; crateris modū efformauit, & ex eo Principibus Sclauinorū propinauit. Stauratius eius filius vulneribus plurimis acceptis fuga ſibi conſuluit, Conſtantinopolimq; veniens ab aliquibus Imperator eſt acclamatus. Cæterum ſenatus & ordines auaritiam & libidinem tum Nicephori tum ipſius Staurarii deteſtati, Michaelem Curopalatam, quem Stauratius exoculare volebat, Imperatorem renūciarunt, atq; Patriarchæ coronandum obtulerunt. A quo cum ſibi eius affinis Stauratius metueret, morbo ex timore ingraueſcente, diem clauſit extremum: cum prius ex eodem metu ſe totondiſſet, & Monachi habitū ſumpſiſſet. Euectus ad imperium Michael, auaritiæ labem qua ſe Nicephorus contaminauerat obliterare conatus eſt, ampliſſimis donis, in omnes tam clericos q̄ laicos erogatis. Sed & Procopia ei⁹ vxor, quarto Idus Octob. coronata, liberalitate cum eo certauit, ingentiaq; munera in omnes diſtribuit. Curauit etiam ſchiſma inter Patriarcham & Monachos occaſione reſtitutionis Ioſephi conflatum, ſubmouere, pacemq; inter eos conciliare. Cui rei, ab exilio Platonem, Theodorum Studitam, & Ioſephum Theſſalonicenſem Archiepiſcopum, & reliquos alios reuocauit; Ioſephum aūt in ordinem redegit: illos vero Patriarchæ recōciliauit, & communione SS. deuinxit. Et quia Nicephorus Patriarchæ præ metu tyranni non auſus fuerat litteras cōmunicationis ad Leonem Pont. Rom. dare; tyranno ſublato ſtatim ſynodicā per Michaelem metropolitam Sinaculorū miſit; in qua pfeſſionem fidei ex Orthodoxiæ formula ſcripſit, ſeptē ſynodos Oecumenicas ſe amplecti teſtatus eſt; atq; nihil ſibi magis eſſe in votis aſſeruit, q̄ coniungi Eccleſiæ Romanæ, cuius cōmunionem ardentiſſime poſtulabat. In ſignum aūt dilectionis miſit Nicephorus Leoni Papæ encolpion aureum, cuius vna facies cryſtallum incluſum, altera picta nigello erat, & intus habebat alterum encolpion, in quo fuerant partes honorandi ligni in figura crucis poſiti, tunicā etiam candidam & penulam caſtaneam inconſutilem, ſtolam & ſimichenium auro variata, in linteamine ingenioſe inuoluta, & plumbeo ſignaculo obſignata.

i *Michael in Theodoro & Theoph.*

Nicephor. occiditur a Bulgaris.

II. Michael Curopal. Imperat.

Pap. Eccl. Orient. reddita.

III. De S. Petr. Patricio Conſtant.

Per ea tempora Græci ex menologio die prima Iulii memoriam Petri Patricii hoc elogio exornant: Petrus ſanctus Pater noſter ex Conſtantinopoli quidem ſub

Conſtant. & de martiribus in Bulgaria necatis à Græcis celebratus.

piiſſimo fuit Irenæ imperio Patricii filius Conſtantini, à quo etiam omnem ſcripturam didicit gentilem & Chriſtianam. Poſtmodum & vxori copulatus factus eſt Patricius,& propter fortitudinẽ electus familiaris miles à Nicephoro Principe Stauratii genitore. Et cũ imperatore profectus in expeditionẽ aduerſus Bulgaros, poſt ipſius cædem & filii Stauratii fugam fuit interceptus cum aliis quinquaginta, & à vinculis per orationem & apparitionem S. Ioannis liberatus, mundo relicto monaſticam vitam aſſumpſit, & in Olympo mõte cum Sancto ſe exercuit Ioannicio. Poſt vero eius mortem vrbem regiam petens, & in templo à ſe in Euandri loco extructo reſidens,& omnem obiens virtutem, multaq; patrans miracula, conſummatus eſt. In eodem Græcorum menologio die 23. Iulii recitatur, ſanctorum martyrum in Bulgaria necatorum commemoratio. Sub Nicephoro Stauratii patre imperatore geſtum eſt bellum à Romanis cum Bulgaris. Et cum imperator magnã conſecutus eſſet victoriam: delitiis & potib. populus vacabat exultans victoria: ſed reliquiæ barbarorum à diabolo concitatæ, in Romanos in caſtris degentes irruentes ceperunt imperatorem, & occiderunt, reliquorum aũt alios obtruncarunt, alios duxere captiuos. Hos autem Chriſtum negare cogebant; & quia non acquieuerunt, multis tormentis excruciatos, alios gladio obtruncarũt, alios ſuſpendio ſuffocarunt, ſagittis alios transfixerunt, reliqui conſumpti in carcere curſum conſummarunt.

IV. Teſtamẽtum Carol. Mag. de rebus ſuis mobilibus. k *Annal. Franc.*

In Occidente, k Carolus Magnus Imperator, teſtamento iterato, cuncta mobilia, inter filios & Eccleſias diſtribuit. Sed ex filiis ipſius Carolus & Pipinus, & filia Rothrudis olim Conſtantino deſponſata, in viuis eſſe hoc anno deſierũt. Reliquit Pipinus vnum filium Bernhardum, filias autem quinque, Adelhaidem, Atulam, Gundradam, Berthaidem & Thedradam ſuperſtites.

Leonis Papæ Anno 17. Caroli M. anno 12. Michaelis Curopalatæ anno 1.

I. Michael Imp. contra Manichæos. a *Theoph. & Luc. Siculus.*

Anno *Chriſti* 812. a Michael Imperator cupiens zizania hæreticorum ex Oriente euellere, contra Manichæos, & reliquos Iconoclaſtarum zelo iuſto exarſit: omneſq; promiſcue mulctari præcepit. Sergius Manichæorum anteſignanus, cum in Argeo annis aliquot cum diſcipulis hæſiſſet, iuſto tandem Dei iudicio, ſecuri diſſectus, vt qui Eccleſiam Dei diſſecuerat, in ignẽ miſſus eſt ſempiternum. Nam Thzamio quidam è Nicopoli caſtello hominem nactus in monte, qui Argeo ſuperimminet, faciendis aſſeribus intentum, aſcia ex manibus eius extorta, & in eum impacta ipſum interfecit. Ex iconoclaſtis vnum falſum eremitam, qui icona ſanctiſſimæ Dei genitricis depoſuerat, Michael lingua receſa mulctauit: collegam autem ſuum Nicolaum, promittentem ſe pœnitentiam acturum, omnibus publicauit, & confitentem ſua ipſius mala, tradidit illum in monaſterio cuſtodiendum, ne libera conuerſatione habitu proprio abuteretur. Inter hos pietatis imperatoriæ conatus, moritur S. Plato, variis confeſſionum coronis illuſtris.

S Platonis obitus. b *Theodor. in Platon.*

b E carcere ſuo redditus monaſterio, non amplius clauſum ſe detinebat: quoniam propter infirmitatem, non amplius corporis neceſſarium vſum per ſeipſum explere poterat: ſed modo in lectulo recubans ſuperioris exercitationis & certaminis atque laboris relaxatione, modo in aliqua humili ſede requieſcens, Dauidis Pſalmos pronunciabat, & mente Deum ipſum precabatur: quæque ad fratrum ſocietatem adiuuandam pertinebant, omnia conferebat ſalutaria conſilia, admonitiones, correctiones, pro vetere & paterna beneuolentia, qua vti in aſcætas conſueuerat. Non tamen valebat opus facere, neque genu flectere, neque lectionibus vacare, niſi quantum miniſtri alicuius propter ſe legentis opera vtebatur. Nihilominus his re- A bus dolebat, quaſi animam perdidiſſet, eo quod diuina & ſacra miniſteria non obiret, ſed à corporeis laboribus vacaret. Ac ſi quem cibum ſumebat morbo congruentem, vel lauacro, vt iuſſis pareret, vtebatur, Deo quidem ipſe gratias agebat, ſed ægre ferebat tamen, quod viueret remiſſius. Itaque vere ſtadium ipſum celeberrimus ille vir, & diuinum curſum exegit, quod dicitur, cum obedientia exoriens, & inobedientia deſinens. Iacebat ſenex ille ſenio admodum honorato, ad migrationem ipſam animam habens paratiſſimam. Illic & fratrum ſocietas circumfuſa ſanctarum eius orationum domum poſtulabat.

Cum igitur ſingulis benedixiſſet, eoſdem amplexatus ad ſepulchrum abiit admodum lætus, quod iampridem videre concupierat, quamuis voti compos antea B factus non fuiſſet, cum nõ pridem aſſecutus eſſet quod volebat. Cum igitur valde hilaris ſepulchrum ſuum vidiſſet, Deo gratias agens: Hæc, inquit, requies mea in ſæculum ſæculi. Eamque vocem adiunxit: voluntatem timentium ipſum faciet Dominus. Mouit & eorum qui foris erant non paucos, qui nullam temporis rationem habentes (erat enim ſacrorum ieiuniorum periodus) concurſu ad eum venerunt tam monachi, quam in cõmuni vita verſantes. Quibus cum ille benedixiſſet, reuerſi ſunt, ſanctam illius commendationem velut bonum aliquot viaticum accipientes. Quin etiam ſanctiſſimus ille Patriarcha cum ad eum veniſſet, eius orationum ſe participem fieri poſtulauit. Quarum compos factus, amplexus illum fuit. Itaque omnis diſcordiæ ſuſpicio remota eſt, cum olim triſtia illa quæ inter eos C acciderant, impedimento fuiſſent, quo minus id credi poſſet. Omnes igitur admonuit; pro omnibus Deum orauit: omnibus veniam dedit, qui inimice ſe in illum geſſerant, qui eum perſecuti fuerant, & moleſtiis affecerant. Hæc fecit diuinus ille vir, qui Chriſtum ipſum etiam moriens imitatus eſt.

S Platonis teſtamentum.

Quoniam vero & teſtamentum diſponi oportebat, dicam quodnam illud fuerit, Orthodoxa inquam fides, & legitima vitæ inſtitutio: hæc enim & viuens & moriẽs ſeruauit. Hoc autem vel illud diſtribuere, ad eum minime pertinebat: quoniã neq; de amictu ipſo quicquam diſponere, in poteſtate habebat. Ipſe autem funebre canticum ſibi ante mortem modulatus eſt. Cum enim thoracis morbo teneretur, & aſſiduo anhelitu laboraret, labia ipſa ex conſueta diuinorum eloquiorum me- D ditatione mouebat, ſummiſſaque voce illam præcipue cantici partem canebat: Reſurgent mortui & exurgent qui ſunt in monumentis, & lætabuntur qui ſunt in terra. Quem verſum hortabatur, vt ſecum vna canerent, qui præſto erant, quoad loqui potuit, & vocem tenuiſſimam emitteret. Canticum autem illud eius obitus cõſecutus eſt, qui iuſti Lazari, eiuſque diei feſti memoriam aduenientem anteceſſit; ad quem Lazarum canticum illud referebatur, quo cum partem habiturus erat. Poſtremo cum inſurrexiſſet, & Deum præcatus eſſet, vt ſaluus fieret, decoro habitu iacens, caputque ad dexteram inclinans, ita leniter tacito corporis motu, tanquam in proprium locum migrandum ſibi proponeret, cũ oculos ea hora clauſiſſet, qua ſol occidit, ſanctam animam Angelis tradidit, qui eam ad iuſtitiæ ſolem producerẽt, E die quarta menſis Aprilis.

c *Michael in Theod. Studita.*

c Cum autem per id tempus ex hac vita excederet ſanctiſſimus Plato, octuageſimum ætatis vno minus agens, vir plurimis defunctus laboribus, egregiis virtutum editis documentis, in eo etiam abundantem Patriarcha charitatis ſuæ vim, animiq; recte compoſiti ſpecimen exhibuit. Accurrens ipſemet vna cum clero ad monaſterium, moribundo ſancto adſtitit, totus in illum defixus, membra eius omnia complectens, ſuauiterque ſingula deoſculans. Cui quidem tanquam Patri patrum, cum innumeris luminibus, & thuris & ſuffitu iuſta perſoluiſſet, ægre tandem corpus ſepulturæ tradidit, multis vndecumq; confluentibus, eiuſq; depoſitionem pro virili prohibentibus, vt qui ne mortuo quidem ſancto priuari vellent.

II. Conuẽtus Conſtantinop. in quæſtione de reſtituẽdis fugitiuis. d *Cedren in Comp.*

Eodem anno [d] Kalend. Nouemb. habitus eſt conuentus Epiſcoporum & Magiſtratuum Cõſtantinopoli, in hac controuerſia. An paci inter Imperatorem & Crunnum Bulgarorum Regem ſtabiliendæ, Bulgari transfugæ, quos Crunnus repetebat eſſent reſtituendi. Præualuit ſententia eorum, qui non tradendos licet paucos dixerant. Sed tamen maximo damno Romanorũ, propter pacem repulſam, & multa incommoda accita. Palæſtinam & Syriam hoc anno Sarraceni vaſtantes, multos Chriſtianorum & Monachorum occiderunt, plurimos autem effugarũt. Eos Michael Imperator benigne habuit: & in vrbe quidem Monaſterium eis donauit; his autem qui in Cypro remanſerant multam pecuniã miſit. [e] Legatos etiam Caroli Imperatoris Michael eodem anno recepit, & cum eis ad Carolũ ſuos deſtinauit. qui cum Aquiſgrani conuenientes, Auguſtum appellauerunt eoq; ſalutato Romam profecti litteras cõmunionis Eccleſiaſticæ ſuo Imperatori poſtularunt.

Legatio Mich. Imp. ad Carol. Magn. & Leon. Pap. e *Annal. Franc.*

LEONIS PAPÆ III. ANNO 18. CAROLI M. 13. MICH. CUROP. 2.

I. Michael victus ab Bulgaris purpuram ponit, & monaſtice profitetur. f *Theoph. & Cedren.*

ANno Chriſti 813. [f] Renouato contra Bulgaros odio, cõtra eos Michael Imperator profectus eſt. Et primum quidem, re ipſa infecta rediit, eò quod Crunnus pugnæ copiam non feciſſet, ſed mœnibus ſeſe concluſiſſet. Secundo autem exiturus, litaniis voluit diuinam implorare clementiam. Cum autem vrbs eaſdem litanias in templo Apoſtolorum cũ Patriarcha Nicephoro celebraret, quidam Iconoclaſtarum & Manichæorũ Deo peroſi, Conſtantini Copronymi Sepulturam introgreſſi, ex ea ſtrepitum ingentem ediderunt, adeoq; alios fraudis conſcios incitauerunt, vt hunc impium & non Deum inuocarent: ſurge, dicentes, & auxiliare perditæ Reipublicæ. Diffamaueruntq; quia ſurrexit ſuper equũ ſedens, & vadit Bulgaros debellaturus, qui è contrario tartarum habitat cum dæmonibus. Iuit Michael vt prælio cum barbaris decerneret. Sed illi ſuperiores facti, ex nihilo fugientes copias Michaelis ceciderunt, ipſum autem Imperatorem vſq; in vrbem compulerũt. Is porro ſiue pudore, ſiue timore conſtrictus, Imperatoria inſignia, purpuram, calceos coccineos, & diadema; Leoni Armeno qui dolũ ſtruxerat, miſit, Imperio ſe ei cedere indicans, quod vel vitam amittere potius cenſeret, quam guttam vnam Chriſtiani ſanguinis fuſam cernere; iubenſq; eum ſine vllo metu aut dubitatione venire, & Regiam occupare. Cum ipſe vna cum vxore & filiis ad Oratorium Phari ſecedẽs, monaſticam profiteri inſtituiſſet. Ita Leo Armenus imperium capeſſiuit, & à Nicephoro Patriarcha coronam in ambone maioris Eccleſiæ accepit. Præſenſerat tunc Nicephorus Patriarcha peruerſitatem Leonis; ſcilicet, ab eo res Eccleſiæ agitatum, turbatumq; iri. Nam quo tempore diadema capiti eius impoſuit, viſum ei fuerat, ſpinis ac tribulis manum compungi; idq; omen malorum, quę poſtea eſſent euentura, fuerat interpretatus. Sexto à coronatione die Crunnus caſtris motis Conſtantinopolim prope metatus eſt. Ceterum quod videret vrbem non facile poſſe expugnari, pacem ineundam ſibi cum Imperatore conſtituit, ea vel vnica conditione, vt in Aurea porta contum ſuum figeret. Quod cum non permitteret Imperator, incenſo apud S. Mamantem palatio; & ex hippodromo acceptis æreis Leone, vrſo, & dracunculo, receſſit, & obſeſſam Hadrianopolim cœpit. Baſilius Imperator in ſuo menologio die 20. Ian. recitat memoriam Sanctorum Martyrum Manuelis, Georgii, Leonis & Sociorum à Bulgaris tunc peremptorum. Narrat; ſub Leonis Armeni principatu Crunnus Bulgarorum Princeps magno cum populo Hadrianopolim Thraciæ petens, lege belli expugnauit eam, & cum vrbe ſanctum quoque cœpit Manuelem Epiſcopum; quem brachiis prius ab humeris amputatis, mox per medium gladio diſſectum feris ad deuorandum proiecit. Crunnus vero propter peccatum excęcatus eſt, propriiq; populi incurrens odium, funibus ab eo ſuffocatus fuit. Bulgarorum vero ſuſcipiens imperium Zocus impiiſſimus omnes captiuos Chriſtianos congregauit, duces, presbyteros, diaconos & laicos; & cũ Chriſti fidem negare eos cogeret, & illi non acquieuiſſent, eoſdem diuerſis affectos tormentis crudeliter obtrũcauit. Theophanes Abbas in monaſterio Agri, virtutibus & miraculis clarus, hucuſq; hiſtoriam ſuam perduxit, quam Anaſtaſius Bibliothecarius circumcidit, & rudi ſtylo, in Latinum traduxit. Leo Armenus imperium nactus, minime quieuit. Namq; Michaelem cum coniuge Procopia, in inſulam Protam ſeu Principem relegauit, Theophylactum autem & Ignatium eius filios euirauit. Ignatius poſtea Eccleſiam Conſtantinopolitanam ſancte adminiſtrauit.

Leo Armenus Imperat. in Oriente.

Martyres ſub Bulgaris.

Leonis impietas.

II. Carolus M. filium ſui Ludouicũ renunciat Imperatorem. g *Thegan. Tritem. & Egbi[illegible]*

[g] Aquiſgrani, Carolus Magnus conuocatis Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus & Comitibus, Bernardo Pipini filio Regnum Italiæ detulit, Ludouicum a. imperatorẽ renunciauit, & orationib. ante altare præmiſſis coronauit. admonens eum inprimis omnipotentem Deum diligere & timere, eius præcepta in omnibus ſeruare, Eccleſias Dei gubernare & à prauis hominibus defendere, ſororibus ſuis & fratribus qui erãt natu iuniores, & nepotibus, & omnibus propinquis ſuis indeficientem miſericordiam ſemper oſtendere; deinde Sacerdotes honorare vt patres, populum diligere vt filios, ſuperbos & nequiſſimos homines in viam ſalutis coactos dirigere, cœnobiorum & pauperum conſolatorem eſſe præcepit. tũ deinde vt fideles miniſtros & Deum timẽtes conſtitueret, qui munera iniuſta odio haberent. Multum ab honore ſuo ſine cauſa diſcretionis deiiceret: ſemetipſum vero omni tempore corã Deo & omni populo irreprehenſibilem demõſtraret. Imperio abdicato Carolus nihil aliud cœpit agere, niſi orationib. & eleemoſynis vacare, & libros corrigere. Nam quatuor Euangelia Chriſti, cum Græcis & Syris contulit exemplis. Voluit etiam Carolus ſtatum Eccleſiæ bene diſpoſitum relinquere.

III. De quinq; Conciliis in Gallia celebratis.

Et quia nonnulla tum in clerum, tum in populũ vitia irrepſerant, voluit diuerſis in locis Concilia celebrari. Primum celebratum eſt Moguntiaci, in clauſtro Baſilicæ S. Albani Martyris. Ex quinquaginta ſex canonibus, extat etiam ille, ne clerici arma ferãt. Secunda ſynodus celebrata eſt Rhemis. Ex quadraginta quatuor canonibus, eſt etiam ille, vt Epiſcopi & Abbates, pauperes & indigentes ſecum ad menſam habeant, & lectionem in menſa audiant, & cibum ſumant cum laude & benedictione Dei. Tertia Turonẽſis numeratur ex quinquaginta & vno canonib. eſt quoq; ille, vt Peregrini & pauperes conuiuæ ſint Epiſcoporum, cum quibus non ſolũ corporali, ſed ſpirituali reficiantur alimento. Quarta Cabilonenſis ſexaginta ſeptem canones conſtituit, ex quibus vnus, vt Epiſcopi Scholas erigant, in quibus bonæ litteræ, atq; inprimis Theologicæ docerentur. Sugillarunt etiam Patres, aliquos peregrinorum, atq; de his decreuerunt hũc in modum: A quibuſdam qui Romam, Turonumve; & alia quædam loca ſub prætextu orationis inconſulte peragrant, plurimum erratur. Sunt presbyteri & diaconi, & ceteri in clero conſtituti, qui negligenter viuentes, in eo ſe purgari à peccatis putant, & miniſterio ſuo fungi debere, ſi præfata loca attingant. Sunt nihilominus laici, qui putant ſe impune peccare aut peccaſſe, qui hæc loca oraturi frequentẽt. Sunt quidam potentes, qui acquirendi cenſus gratia ſub prætextu Romani ſeu Turonici itineris multa acquirunt, multos pauperum opprimunt: & ꝙ ſola cupiditate faciunt, orationum ſiue locorum ſanctorum viſitationis cauſã ſe facere videri affectant. Sunt pauperes, qui vel ideo id faciunt, vt maiorem habeant materiam mendicandi: de quorum numero ſunt illi, qui circumquaq; vagantes, illo ſe pergere mentiuntur: vel quia tantũ ſunt vecordes, vt putent ſe ſanctorum locorum ſola viſitatione à peccatis purgari; non attendentes quod ait Beatus Hieronymus, non Hieroſolymam vidiſſe, ſed Hieroſolymis bene vixiſſe, laudandum eſt. De quibus omnibus Do-

Peregrinationum tollendi abuſus.

mini Imperatoris, qualiter ſint emendanda, ſentẽtia expectetur. Qui vero peccata ſua ſacerdotibus, in quorũ ſunt parochiis, confeſſi ſunt, & ab his agendæ pœnitentiæ conſilium acceperunt, ſi orationib. inſiſtendo, eleemoſynas largiẽdo, vitam emendando, mores cõponendo, Apoſtolorum limina, vel quorũlibet Sanctorum inuiſere deſiderãt, horum eſt deuotio modis omnib. collaudanda. Statuit porro Carolus, ne vagi Mangones per prouincias diſcurrant, neue pauperibus, qui ſibi manib. laborent, quicquam tribuere præſumant: ceterũ deuotionis gratia peregre euntes, vt hoſpitio excipiant. Ipſe etiam Carolus amabat peregrinos, & eorum ſuſcipiendorum magnam habebat curam, adeo vt eorũ multitudo non ſolum Palatio, verum & Regno non immerito videretur eſſe oneroſa. ipſe a. pro magnitudine animi huiuſmodi pondere minime grauabatur, cum & ingentia incommoda laude liberalitatis ac bonæ famæ mercede compenſaret. Quintum porro Conciliũ Arelate celebratum fuit: in quo Carolus, Comites ſubiectos eſſe debere Epiſcopo ordinauit. Et vt Eccleſiarũ libertati proſpiceret, vna cum Ludouico filio Imperatore, liberam Epiſcoporum & Abbatum electionem, hactenus à Principibus vſurpatam, reſtituit. Ceterum quod Legatos Epiſcopos viſitatores occaſione electionis faciendæ mitteret, illos nonniſi ad componenda ſtudia partium deſtinabat, iniungens vt ex præſcripto canonum omnia tranſigerent.

Electiones Epiſcoporum redditæ liberæ.

IV. S. Herbertus primũ Euangeliũ Oſtrogothis prædicauit.

Circa hæc tempora Herbertus Epiſcopus floruit. Is enim anno ab Incarnatione verbi octingenteſimo tertiodecimo[a], diuina diſponente miſericordia, apertũ eſt fidei oſtiũ per ampliſſima Aquilonis Regna, igniſq; iuxta Prophetiã, in Magog immiſſus, & in his qui habitarent in inſulis cõfidenter, cordis intima penetrans, calore verbi Dei repleuit; factumq; eſt nomen Domini laudabile à ſolis ortu & occaſu, ab Aquilone & mari. Enimuero laudatiſſimus, zeloq; fidei vere Apoſtolicus Imperator Carolus Magnus, Saxonia deuicta & ſubacta, oẽs ingenii atq; Imperii ſui vires ad augẽdam ꝓpagandamq; Chriſtianã fidem conuertens, vt voti facilius cõpos fieret, amicitia primũ, fœdere ac muneribus, vicinorũ Aquilonarium Regum animos ſibi deuinciẽdos putauit, deinde miſſis ac ſuſceptis vltro citroq; legationib. æque promptos illos in admittenda Euangelica luce reperit vt ſeſe in inferenda demonſtrauit.

Sedit eo tempore ad Sueciæ, Gothiæq; Regnorũ gubernacula Biornes, centeſimus in ordine Rex qui votiuam nactus occaſionẽ cum inclyto orbis Monarcha ineundæ cõfœderationis, religioniſq; Chriſtianæ cognoſcendæ, mox eruditos ac pios Chriſtianæ legis doctores ad ſe mitti poſtulauit, obtinuitq; cõplures; è quorũ numero clariſſimus extitit Herbertus Epiſcopus Belga natione. Hic primus cum ſociis Oſtrogothiam penetrauit, & in diuerſis eius locis, falſorũ Deorum cultum impugnans, diuini verbi ſemina ſparſit, primaq; Eccleſiæ Lincopenſis iecit fundamenta. Verũ quia nondũ aduenerat plenitudo temporis, quod Pater cœleſtis prouiderat de Gothis & Sueonibus, quibus ad vndecimam vſq; horã otiandum erat; ſuperuenit inimicus homo, & tenerum ſemen, ne in fructum erumperet, conculcauit. Cõſumptis enim verbi Dei nũciis, partim naturali, partim violenta morte & perſecutione, Gothi ad Idololatriam recidere, paucis, quos Deus præſciuit & prædeſtinauit, in ſuſcepta fide ac religione perſeuerantibus.

Herbertum primum omniũ apud Oſtrogothos verbum Dei prædicaſſe aſſerit Chronicon Epiſcoporũ Lincopenſium, cẽtum ab hinc retro annis Sudercopiæ impreſſum ab Olao Laurentii, & nonnulli alii Scriptores rerum Sueticarum: *Ioan. Magn. Hiſtoria Gothica lib. 17. c. 1. & in ſua Metropoli lib. 1.* De eius præterea laboribus, progreſſu, ſedis diuturnitate & mortis genere, nihil in his auctoribus comperi: Probabili tamen coniectura ductus, hunc Herbertum fuiſſe puto, qui poſtea primus Mindenſis in Germania factus fuit Epiſcopus. Is enim zelo prouehendæ Religionis Chriſtianæ tactus, Septẽ-

A trionales Prouincias adiiſſe fertur tempore Leonis Papæ & Caroli Magni. *Ioan. Vaſtouius Sigiſm. III. Reg. Polon. Bibliotb. Præfect.*

LEONIS PAPÆ III. ANNO 19. LVDOVICI Imp. anno 1. Leonis Armeni Imp. anno 1.

I. Leo Imp. ex Orthodoxo fraudi hæreticorum exceptus fit hæreticus, & hoſtis ſacrarum Imaginum.

ANno Chriſti 814.[a] Leo Imperator ſtatim ac imperium accepit, perſecutionem in Orthodoxos cauſa imaginum excitauit. Forte ei quidam Monachus Philomelienſis longe ante dignitatem prædixerat. Hũc
B itaque vt demereretur, munera Indica non modica illi miſit. Eum porro cum Legatus non reperiſſet; (iam enim in viuis eſſe deſierat) Sabbatio ipſius ſucceſſori delata offerebant: admonens vt litteris ac precibus Imperatorem remuneraretur. At Sabbatius vt erat totus impiæ Iconoclaſticæ hæreſi immerſus, munera reſpuere; ipſum retro abire iubere; adeoque Imperatorem dignatione iſta indignum dicere, ſimulachrorum cultui deditum, & Irenæ imperatricis, Taraſiique Patriarchæ ſtatutis obtemperantem. Irenam impuriſſimus homo Pardalim & Baccham, Taraſium vero nobilem in Patriarcharum numero, Taraxium, quaſi perturbatorem denominabat. Celerem quoque Imperii & vitæ amiſſionem Leoni minari, niſi quamprimum ſibi pareret, atque ſacras imagines deiiceret.
C Imperator iis litteris acceptis, cum ex Legato intellexiſſet, quæ ex Monacho audiuiſſet, animo maiorem in modum perturbato, Theodotum Meliſſenum ad ſe vocauit, cumque eo quid agendum ſit, deliberauit. At vero Theodotus iam pridem hæreſi iſta infectus, occaſionemque palam impietatem profitendi præſtolatus, hoc conſilii dedit Imperatori. In Degiſtenſi Monaſterio degere monachum quemdam, mirabilia edere facinora: cum hoc rem communicandam, eiuſque ſententiæ obtemperandum. Hæc cum Leone locutus, ſtatim ab hoc ad monachum eum ſe contulit, indicauitque Imperatorem vili habitu ad ipſum proxima nocte venturum, & de religione conſulturum, aliiſque grauiſſimis negotiis. Proinde meminiſſet, ei præſentem Imperii, vitæq; amiſſionem
D denunciare, niſi vltro Leonis Iſauri Imperatoris decretum amplectens, idola (ſic ſacras imagines appellabat) diuinis ædibus exturbaret. Sin hoc feciſſet, fore dominationem, vitamque eius diuturnam ac felicem. Hoc modo ſubornato monacho, & quæ cum Imperatore loqui deberet inſtructo, abiit. Paulo poſt noctu Imperatorem vili habitu velatum ad monachum adduxit. Ibi iam inito colloquio, monachus prope ad Imperatorem adſiſtens, veluti qui diuino inſtinctu Imperatoriam maieſtatem adeſſe ſentiret: Non recte, inquit, abs te factum eſt, Imperator, quod nos priuato habitu decepiſti, intus occultãs tuam perſonam. Sed quamquam tu hoc agis, nos tamen gratia Diuini Spiritus non diutius eſt paſſa à te falli. Hoc vt audiuit Imperator, ſeque fruſtra conatum vili habitu Imperatoriam dignitatem
E cælare putauit, animo percuſſus eſt, vt par erat, iſtius machinationis ignarus: monachumq; diuinum hominem eſſe falſus, imperata ab eo obedienter & ſine mora ſe facturum promiſit, atque ita venerabilium imaginum ab eo mandatam deiectionem ſuo ſuffragio probauit. Principio deinde cogitauit, quo pacto promiſſa occulte impleret, ne quam ea res in Eccleſia excitaret ſeditionem. Sed poſtea publice quoque ea de re propoſuit proceribus & Eccleſiaſticis partim vltro, partim contra animorum ſuorum ſententiam obtemperantibus. Interim enim aliquos conſilii ſui ſocios ſibi adiunxerat, ſcilicet Ioannem, vaticiniis aliiſque turpiſſimis rebus deditum cognomento Lecanomantem, lingua promptum, Sophiſticoq; artificio eruditũ: [b] tum

a Cedren. in Leone.

b Theoſterictus in Niceta.

Ioannem Grammaticum, & Antonium Syleum, ex monachis vero Leontium quemdam & Zoſimum, qui illis ipſis diebus in adulterio deprehenſus, truncus manibus mortuus eſt. Poſt hæc oēm monachorū multitudinem cū Epiſcopis & Metropolitis ad Sanctiſſimū Nicephorū Patriarchā coegit: & nocte in orationibus ab eis traſacta, mane ſubſequente eos omnes ad ſe in Palatium accerſiuit. Habebat autem ſecum intra Palatium occultos illos malorum magiſtros: quorum opera omnia ſe conficere poſſe exiſtimabat. Aderant & Imperatoris Optimates, & totus ſenatus. Ibi Patriarcha omnes affatus, interrogauit: Agite, dicite mihi: Poteſtne cadere ꝙ non eſt caſui expoſitum? Scilicet. At illi cum ad eius orationis obſcuritatem ambigerent, & nihil reſponderent, ſed ſe viciſſim intuerentur: ruſus Patriarcha ab eis quæſiuit: Num Leonis & Conſtantini Iſaurorum tempore ſanctæ imagines cecidiſſent? Illi vero cum capita deorſum inclinaſſent, & nutum verum eſſe, quod Patriarcha quæſierat, ſignificaſſent, quod ſatis erat ad eorum quæ priuatè inter ſe dixerāt propoſitum confirmandū: tum Patriarcha: Quando, ait, quod non ſtat, poteſt cadere? Ad hæc nihil reſpondens Imperator, ſed ad Patres cōuerſus, ait; Scitote Patres, me idem ſentire quod vos. Simulq; effigiem quandam, quam in ſinu geſtabat, extulit, & per ſimulationem illam adorās; ſentio, inquit, quod vos, vt videtis, neq; à vobis diſſideo. Verum quidam ſurrexere, qui aliter docentes, eam viam rectam eſſe dicunt, quam ipſi tenent. Prodeāt igitur coram vobis, & materia hęc inter vos inquiratur. Et ſiquidem vobis perſuaſerint, quod ipſi recte dicant, neq; vos quod bonum eſt, impediatis. Si vero ipſi à vobis perſuaſi fuerint, quod res nouas doceāt: deſiſtant à praua doctrina, & recti dogmatis ſententia vigeat, vt antea. Nam ſi de alia aliqua re minoris momenti ad me relatū eſſet, neq; ita me deceret eam rem tacite præterire: Quomodo de Eccleſiaſtica quæſtione tacuerim? Ea petitio Imperatoris, primo aſpectu videbatur eſſe non iniuſta; ceterum plena erat doli. Quod enim ſemel à Concilio Oecumenico definitum eſt, vólebat ille in dubium reuocare, & ſtatuta Patrum conuellere. Itaq; Orthodoxi, cum neq; paſſi eſſent eos homines de quibus Imperator dixerat, coram ſe prodire, neq; dicendi facultatem dandam eſſe dicerent, ſed veluti execrabiles quoſdam eos haberent; ad hæc cum certo ſcirent Imperatoris voluntatem ad malum procliuem eſſe, neq; vnquam illi ſe perſuaſuros fore, quamuis totam ſcripturam teſtem ei afferrent; Æmilianus Cyzici Epiſcopus dixit: Si quæſtio Eccleſiaſtica, Imperator, hæc eſt iſta vt dixiſti, in Eccleſia inquiratur vt mos eſt. Altius enim, & à principio ipſo, Eccleſiaſticæ quęſtiones in Eccleſiis, non in palatiis regiis inquiruntur. Reſpondit Imperator: ſed & ego filius ſum Eccleſiæ, & vt vos conciliem, vtroſq; veſtrum audiam, & vtraq; viciſſim diiudicans, vera cognoſcam. Ad hæc Michael Sinnaculorum Epiſcopus: ſi nos, inquir, conciliare vis: quare non id facis, quod conciliantem decet facere? quippe qui alios quidem in palatio occultos detines & ad te congregas, quibus excitatis impiorum dogmatum docendorum facultatē præbes: aliqui vero neque in angulis aliquid loqui audent, vbiq; edictis tuis perterrefacti. Non eſt hoc conciliantis, ſed tyrannidem inferentis indicium. Non eſt ita, inquit Imperator, ſed vt prædixi, ita ego ſum, vt vos eſtis. Sed quoniam ad me de ea re prouocatum eſt, non decet ſilentio me illa prętèrire. Quænam cauſa eſt, quare cum his hominibus nolitis loqui? An ipſi dubitatis, & teſtimonium non habetis, quib. dicta veſtra confirmentur? Ad hæc Theophylactus Epiſcopus Nicomediæ dixit: Teſtis Chriſtus eſt, cuius effigiem vides ante oculos inprimis deſcriptā, infinitis teſtimoniis nos abūdare, quib. id confirmare poſſimus, neq; dubitamus, vt tu ſuſpicaris: ſed non habent iſti aures audiendi, ob idq; nihil illos iuuaremus: potentia enim & imperio nos oppugnamur. Poſt hunc & Petrus Nicææ Epiſcopus; Quomodo, inquit, cum illis nos loqui vis, quib. tu auxilium affers? An illud ignoras, eos qui Manichæi dicuntur, ſi hunc ducas, & eorum propugnator ſis, à te adiutos, potentiores quam nos futuros? Non temere hoc Sāctiſſimus Petrus dixit; vbi enim impietas iſ ſa cum poteſtate coniuncta eſt, illic veritas ſuperari videtur, & iuſtitia tyrannide oppreſſa conculcatur. Poſt hęc ſacer Euthymius Sardenſis Epiſcopus liberiori vſus oratione, ſic Imperatorem allocutus eſt: Audias Imperator. Ex quo tempore Chriſtus in terram deſcendit, vſq; ad hunc diem per octingētes annos & amplius in Eccleſiis quæ vbicunq; gentium ſunt, Chriſtus ipſe depingitur, & in imaginib. adoratur. Et quiſnam tā arrogās eſt, qui audeat totam vocum traditionē à Sanctis Apoſtolis, Martyribus ac piis Patribus profectā diſſoluere, vel paululum mouere? Apoſtolo ipſo dicente: ſtate igitur fratres, & tenete traditiones quas edocti eſtis ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram. & alio loco: Quamuis Angelus de cœlo euangelizet vobis præter id ꝙ accepiſtis: eſto anathema. Quamobrem aduerſus eos qui ante nos hęreſim hanc excogitarunt, ſynodus apud Nicęam vrbem iterum collecta eſt ſub Irene & Conſtantino piis Imperatoribus. Hanc ſynodum ipſe Dei Filius proprio digito ſignauit. Quicunq; audebit ex ipſa mouere, vel expūgere, anathema eſto. Cum hæc audiſſet Imperator, & ſimulatæ mentis eſſet, facile ſe hæc pati diſſimulauit. Reſpondit a. & Theodorus vehemēs Eccleſiæ Magiſter, dux Studitarum: Ne tentes nunc, O Imperator, Eccleſiaſticum ſtatū diſſoluere. ait enim Apoſtolus: Quoſdam quidē poſuit Deus in Eccleſia primū Apoſtolos, deinde prophetas, tertio paſtores & Doctores ad profectionem ſanctorum: nō dixit, Reges. Tibi quidem, O Imperator, ciuilis ſtatus, & exercitus commiſſus eſt. Hæc igitur cura. Eccleſiam autē paſtoribus & doctoribus (vt ait Apoſtolus) derelinque. At ſi non vis hæc facere: ſi quis peruertēdæ Fidei noſtræ cauſa de cœlo nobis aliquid annuntiauerit, ipſum non audiemus: tantum abeſt, vt te audituri ſimus.

Tunc Imperator furore admodum exardeſcens, & quod recte dictum fuerat, velut iniurioſum quiddā accipiens, omnes eiecit, ſanctum vero Theodorum in exilium miſit? [c] Vix domū quiſq; redierat, cū afferūtur ad ſingulos Præfecti vrbis edicta, quib. continere ſe iubebet vnumquemq;, nihilq; prorſus cū aliis tractare nec inter ſe conferre, aut docere, aut de Fide prorſus loqui. Ea cum videret Theodorus, ſciens iſta non mediocrem afferre Orthodoxis ruinam, exacuit ſtylū, inq; facti deteſtationem eundem vibrauit. Maxime quod audiret Nicephorum Patriarcham publicū vitare, & in ſecreto cubiculi ſacrificare. Quamobrem inprimis Monaſticā vitam agentibus, tū deinde Nicephoro Patriarchæ ſcripſit, adhortans ad conſtantiam pro imaginum cultura. Intellexerat Imperator miſſionem inter illos intercedere. Itaq; rem ſecus quam erat interpretans, Nicephoro Patriarchæ ſcribens: [d] Deſcende, inquit, tu de ſede iſta, quoniam Eccleſia te non indiget. At ille reſcripſit: Non ita O Imperator, ego temere deſcendam. Non enim cauſa aliqua in me eſt, cur deponi debeam. At ſi rectæ Fidei gratia, & propter pietatem tyrannidem patior, ſiue per teipſum ſiue per aliquem regium tuum hominē mihi ſignifices, & ego deſcendam. Tunc Imperator miſit vnum ex optimatibus ſuis qui tyrānico more ipſum depoſuit. Ille vero cum in magnam deſcendiſſet Eccleſiam, & cereas faces accendiſſet, thuraq; & preces adhibuiſſet, cum populus ipſe illius peregrinationem lamētaretur, hanc orationem habuit: Filii, Chriſtianos vos inueni, Chriſtianos vos relinquo. Cumq; ad Acropolim deſcendiſſet, nauigium conſcendit, & venit in eum locum, in quem exul ducebatur. Illic autem in ieiuniis ac precibus, ſilentio, tolerantia, & multa patientia vſq; ad eum diem permanſit, quo ad Dominum ſuum migrauit. [e] Eo eiecto, videres tum impios ea patrantes, quę ſola ipſorū excogitaret & uperet improbitas, ſacras enim imagines impuris manibus rapientes ſolo impudenter (quam fuiſſe dicam tuam, Chriſte mi, tum temporis longanimitatem?) allidebant & frangebant, alias flammis

Simulatio Imperatoris.

Abnuunt Orthodoxi conferre cum hęret. de rebus ſemel iudicatis.

Egregia Orthodoxorum reſponſa ad Imp. de cultu Imaginum.

II. S. Theodorus pellitur in exilium ob defenſionem ſacrarum Imaginum.

c *Michael in Theod. Studita.*

Nicephorus Patriarcha Conſt tyrannice deponitur & in exilium pellitur.

d *Theoſter. ſupr.*

e *Michael ſupr.*

mis dabant alias luto & ſordibus obliniebant, nihil deniq; omittebant, quod ipſorum ſimiles facere conueniret. Abeũtem Nicephorum in exilium Theodorus Studita litteris laudauit, hiſq; elogiis ſalutauit: [f] Gaude, vere victor impietatis, qui virtutum quadrigis Fidei curſum conſummas. Salue magne ſol doctrinæ Orthodoxæ, cuius confeſſionis radiis vniuerſus orbis illuſtratur. Salue propugnator veritatis, veterum Sanctorum inſtar, virtutis pulchritudine collucens. Attolle in orbem oculos ex ſpecula mentis, & aſpice filios tuos, ſeu mauis, oues, paſtor bone, quamuis corpore diſperſas, animo tamen coniunctas totam pene Eccleſiam tuam variis locis occupantes, & confeſſionis tuæ fulgore, ſtellarum inſtar, iis qui in nocturnis hæreſeon tenebris verſantur, Orthodoxæ Fidei lumen oſtendentes: alias quidem Deo immolatas per athleticam conſummationem, alias decertantes ſine vllo præſentium rerum metu, ſed Deum flectentibus precib. tuis corroboratas. Hæc eſt gloria Eccleſiæ tuæ. Hoc inſigne ac ſymbolum Martyrii: quod ſequens ætas excipiens, Deum in te, vti nunc glorificabit. Multa tibi pro Chriſti imagine pugnanti encomia dicentur. [g] Cum a. Proconneſum abduceretur Nicephorus, Theophanes Confeſſor monaſterii magni Agri Præfectus, cum nauigio prætereuehi Diuino inſtinctu ſentiens, cum in parte prædii quadam ipſe ageret, ſuffitu & cereis profectus eſt. Sed & Nicephorus intenſis manibus, viciſſim Theophanem ſalutauit, flexiſq; genibus, rurſum eum veneratus, benedixit, cum quidem neuter alterum videret, ſed acie ſpiritus ſe mutuo cernentes, dignum inuicem honorẽ exhibuerunt. Et cum quidam vna nauigantium quæreret, quẽnam ita manibus in ſublime eleuatis ſalutaret; Sanctiſſimum Theophanem Confeſſorẽ (reſpondit) Agri Præpoſitum, qui nos facibus & ſuffitu excepit. Neq; multo poſt exitus veram Nicephori prædictionẽ oſtendit. Nã mox cum multis aliis Theophanes quoq; ab Eccleſia eiectus, infinitiſq; vexatus modis, Confeſſoris coronam deportauit: neq; ei datum eſt, Patriarcham poſſe videre, ne eius vel in hac parte falleret vaticinium.

f Theod. lib. 2. ep. 18.
g Cedren.

III. Theodorus Meliſſenus hæreticus Nicephoro ſurrogatur.

Relegato Nicephoro, ſolium Archiepiſcopale indigne conſcendit, ipſo Reſurrectionis Dominicæ die, Theodotus Meliſſenus Caſſiteras cognomine, qui Imperatorem in hæreſim induxerat. Is eo euectus, & Imperatoris potentiã ſibi habens adiumento, nõ iam in tenebris & angulis, ſed palam & pleno ore Iconoclaſtarũ hæreſim promulgauit. [h] Fuit Theodotus ex eorum numero qui Spatharii dicũtur, adoleſcentium ludibrium, rudis ac leuis, vt & theatrici rem ludicram eum appellare ſoliti ſint, qui aliquid ridiculum & falſum in eum dicere volebant: Hunc, aiunt, & ſeruam quandam ſecum habuiſſe eo nomine, quod renibus laboraret, re a. vera, vt voluptatem expleret. [i] Theodorus antequã in exilium abiret, acerbe plangens, animumq; deſpondens in tanta rerum acerbitate, dehiſcere ſibi terrã optabat, ne vel audire talia, vel cernere cogeretur. Veruntamen ne dolorem ſolus ſilentio ferre ac lugere videretur, nullumq; mali remedium inuenire, rẽ excogitauit, qua & hoſtes ſimul vlciſci poſſet, & monachos magis magiſq; confirmare. Monachos enim oẽs qui in eius monaſterio erãt, imagines accipere iuſſit, eaſq; manib. ſublimes geſtare, totumq; cœnobii ambitum circumire, hymnum illum dicendo. *Immaculatam imaginem tuam adoramus ô bone.* & quæ ſequuntur hymni ſacri, atque alios pariter victori Chriſto triumphales hymnos. Agebatur enim tum dies feſtus Palmarum, quem ante Paſſionẽ Reſurrectionẽq; Domini fideles omnes celebrare cõſueuimus. Miſit ad eum tyrannus, præcipiens vt taceret, aut, vt mortem obiret. At ille non modo nihil remiſit, ſed maiorem ẽt fiduciam ſumpſit, Fidem Orthodoxã qualis eſſet omnibus exponens, & imaginum venerationem verbis lucculenter declarans: quid contumelioſi conuiciatores ſui dicerent aut facerent, parum ducens.

h Theoſter. ſup.
Quis fuerit Theodotus.
i Michael ſupr.

IV. Synodus

Interim Pſeudopatriarcha, pſeudoſynodum coegerat, vtq; omnes Orthodoxi conuenirent præceperat. At Theodorus conſuluit, ne irent, neve cum hæreticis participarent, ſed per has ſe excuſarent. Has a. ille præſcripſit hũc in modum: Nos legibus diuinis Eccleſiaſticiſq; canonibus obſequentes, qui manifeſte ſic ſanciũt, nihil præter Epiſcopi ſui ſententiam dicere aut agere oportere, aut de his quæ ad Fidei dogma, vel ad aliam quampiam diuinam controuerſiam ſpectent inueſtigare aut penitus inquirere: nec venire abſente Patriarcha poſſumus, nec vocantibus vobis parere; ne reos nos ipſi faciamus, violatæq; legis culpam ſuſtineamus. Eſt enim talium vindex Deus, immine multos ſiuens eos, qui eius mandata deſpiciunt. Quare ignoſcite nobis, quod aduẽtum refugimus, quem noxiũ nobis fore ſcimus. Quid enim reſpondere vobis, aut loqui omnino poſſimus, proprio capite deſtituti, cui tanquam membra copulati omnes ſumus, & ſine quo reliquum corpus operari non poteſt? Paruus enim pariter & magnus, in vniuerſum omnes & ſinguli priuatim Patriarchæ noſtro colligati ſumus, ab eoq; pendemus, & pendebimus perpetuo. Hactenus Theodorus nomine omnium Monachorum. quo pariter argumento nomine omniũ Præpoſitorum ad eamdem pſeudoſynodum ſcripſit; demonſtrans parem analogiam in imagine Chriſti & Chriſto ipſo ſumendã eſſe omni recte ratiocinãti. Scilicet, vt quemadmodũ Chriſtus ipſe omni veneratione digniſſimus eſt, ita & eius imago. cum prototypi gloria (ſicut Magnus Baſilius docet) in ſimilitudinis expreſſione minime diuidatur. Teſtabatur indidem, ſe ne latum quidem crinem à Synodo Nicæna ſecunda poſſe diſcedere. Hac libertate vtentem Theodorum, Imperator tãdem in exilium abire imperauit. Is vero diſcipulis vale vltimo dicto, Meſopam delatus eſt, cum prius illos monuiſſet, ne quiſpiam eorum in monaſterio remaneret, ſed abirent omnes, quo via cuiq; ſalutem oſtenderet. Relegatus eſt pariter & Diuinus Pater Nicetas, cuius memoriam in Menologio Græci die 6. Octob. recolunt his verbis: Sancti Patris noſtri Nicetæ Confeſſoris memoria. Hic fuit Irenes Imperatricis conſanguineus: quem nõ modo per conſanguinitatem ſuſcepit, verum propter ipſius virtutem. Tantum enim laborauit, & virtute perfecit, vt ad ſacram Nicænam Synodum ſecundam fuerit ab Imperatricis facie miſſus, & ſecundum Dei placitum ibi ſe geſſerit. Multa vero pollẽs grauitate Patricius honoratus, Siciliæ Dux fuit electus: vbi cum ſe bene geſſiſſet erga viduas & orphanos, reuerſus reperit Imperium occupaſſe Leonem Armenum Iconomachum. quamobrẽ relicta dignitate, factus eſt monachus: Quo audito Imperator, volens eũ cruciare, ſaluatoris imaginem, vt eam cõbureret, vel ad ſe mitteret, ſignificauit. Sed ille id facere negans, ab ipſo relegatus eſt: & multas in exilio paſſus tentationes, conſummationem accepit. Deportatus eſt ẽt Æmilianus Epiſcopus Cyzici & Michael Epiſcopus Synnadenſium. Illius diem natalem Græci celebrant die 8. Auguſti, huius autem die 23. Maij.

hæret. aduerſus Imagines.
Orthodoxi exulant.

Theodorus Studita in exilio agens, catecheticam ſiue dogmaticam circularem epiſtolam ſcripſit, [k] omnib. vbiq; propter Chriſtum diſperſis fratribus, & iis qui in carceribus & exiliis detinebantur: oẽs ſtudioſe admonens, vt in certaminibus fortes perſeuerarent. In eadem epiſtola, à multis Sanctorum Patrum auctoritatib. docebat cultum imaginum, hæc memorans:

V. Catechetica Th. Stud. ep. ad omnes Orthodoxos pro cultu Imaginum.
k Lib. 2. ep. 8.

Petri, inquit, *Apoſtoli vox eſt in hiſtoria S. Pancratij: Fili Ioſeph, affer imaginem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & imprime illam in Pyrgiſco, vt videat populus qualem formam ſumpſerit Filius Dei; vt videntes, amplius credant; forma typum intuentes, & reminiſcantur eorum quæ per nos eis annuntiata ſunt. Vox Pauli eſt: O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit non obedire veritati, ante quorum oculos Ieſus Chriſtus præſcriptus eſt, & in vobis crucifixus? Vox Baſilij Magni eſt. Exprimatur etiã in tabula certaminis Præſes Chriſtus. & iterum: Imaginis habitus honor ad exemplar tranſit. Vox multarum palmarum Athanaſii:* [m] *Non tãquam Deos, imagines nos adoramus Chriſtiani, quod Græci faciunt, abſit: ſed affectum tantummodo, & charitatis noſtræ ſtudium erga figuram perſonæ per imaginem expreſſæ declaramus.*

l In Barlaam & ad Amphiloch.
m ad Antioch.

Vox

Vox Chryſoſtomi eſt: Ego ex cera fuſam amo picturam pietatis ergo factam, vidi enim Angelum in imagine barbarorum copias in fugam vertentem. Vidi protritas barbaras gentes, & Dauidem vera voce concinentem: Domine in ciuitate tua imaginem ipſorum ad nihilum rediges. Atque vt ceteras aliorum auctoritates prætermittam, multa enim ſuppetunt, ſi vnam adiecero, ad alia orationem conuertam: vox eſt diuinorum Patrum, qui ſexta ſynodo affuerunt: In quibuſdam ſanctarum Imaginum picturis agnus exprimitur, quem Præcurſor digito demonſtrat. Refert enim nobis verum illum Agnum, quem lex ſignificabat, nempe Chriſtum Dominum noſtrum. Nos igitur veteres figuras atque vmbras, vt veritatis notas & ſigna Eccleſiæ tradita complectentes, gratiam & veritatem anteponimus, quam ex plenitudine legis accepimus. Itaque vt id quod perfectum eſt, in picturis etiam omnium oculis ſubijciamus, Agnum illum qui mundi peccatum tollit, Chriſtum Deum noſtrum, loco veteris agni humana forma poſt hac exprimendum decreuimus, vt per humilitatem Dei verbi celſitudinem cogitemus, & in memoriam conuerſationis eius in carne, & cruciatuum & ſalutiferæ mortis eius, ex quo mundo redemptio parta eſt, reducamur.

B

Scripſerat hæc ad Orthodoxos Monachos Theodorus. Quod cum Imperator reſciuiſſet, multos eorum trucidari imperauit. Ex his [n] Thadæus, centum & triginta verborum ſuffragio, plenam laboris mercedem à S. Trinitate cum Martyribus accepit. Et quia reliquiæ ipſius Thadæi fuerant, vt idem Theodorus pronunciabat, ſanctificationis tangentibus largitrices: ideo ille ipſe Sanctus, precabatur: Oro te, dicens, Sancte Thadæe, intercede pro me indigno famulo tuo: neque enim audeo te filium appellare. Hactenus Theodorus.

n *Theod lib 2 ep. 5.*

VI. Reliquiæ ſacræ miſſæ Venetias.
o *Sabellic.*
p *Thegan.*
Caroli M. obitus.

C

[o] Leo Imp. poſtulantibus Legatis Angeli Patriciaci Ducis Veneti, miſit Venetias Zachariæ corpus cũ parte ſacratiſſimæ Crucis, ac Dominicæ veſtis, & alterius quæ fuit Deiparæ Virginis Mariæ. quæ Patriciacus Princeps nouo intulit templo, quod S. Zachariæ nomine ſtatuendum curauit. [p] In Occidente, Aquiſgrani, menſe Ianuario, Carolus Magnus Imp. febre valida correptus & pleuriſi afflictus, ſeptimo poſtquam decubuit die, ſacra communione percepta, oleo ſancto inunctus, Deo animam commẽdans deceſſit è vita, anno ætatis LXXII. Sepultus in Eccleſia Diuæ Deiparæ, ab Eccleſiis Galliæ, Belgii, atque Germaniæ relatus eſt in numerum Sanctorum. Eius tamen canonizationem à Paſchali Papa Schiſmatico factam, Eccleſia Romana non probauit.

VII. Ludouicus Pius Imp. in occid.

Carolo Magno Ludouicus filius in Imperium pleno iure ſuccedens, omnia ex præſcripto codicillorum, ſororibus, nepotibus, Leo Papæ, Eccleſiis, ſacerdotibus pauperibus, aduenis, viduis, orphaniſq; diſtribuit, nihilq; ſibi præter menſam argenteam ob amorem patris reſeruauit. Inſuper omnia à fratribus ſuis Eccleſiis aſſignata confirmauit.

D

Leonis Papæ III. An. 20. Ludov. 2. Leon. Arm. 2.

I. In Leonem Pap. coniuratio.
q *Annal. Franc.*

ANno *Chriſti* 815. [q] Mortuo Carolo Imperatore, aliqui ex primoribus Romanorum, ſecundo in Leonem confictis calumniis, ſeditionem contra eundem commouerunt, ipſumq; occidere tentauerũt. Occidiſſent proculdubio, niſi à Ludouico Imperatore, Bernardus Italiæ miſſus tumultum ſua præſentia repreſſiſſet, atq; Leonis innocentia demonſtrata, patrocinium Imperatoris illi impetraſſet.

E

II. Vis & fraus Leon. Imp. in Orthodoxos.
r *Theoſter. in Niceta.*

In Oriente, cum Imperator conſideraſſet, exilio ipſo in quod plurimos Sanctorum ablegarat, nihil aliud perfectum iri, niſi Patres illos alacriores reddi, quippe qui animos omnibus anguſtiis maiores haberent: verſutus conſilium mutauit, atq; omnes Conſtantinopolim reuocatos, Ioanni Lecanomanti affligendos tradidit, vt vel hac ratione eos frangeret. Is porro in obſcuros carceres, ſeminudos coniecit, pædoreque & ſqualore eos cruciauit. Nam neq; ſtratum erat in ergaſtulis, neque tegumentum: ſed humi proſtrati ſunt, teſtis quibuſdam pro puluinaribus vtentes: quibus ſingulis per foramen quoddam anguſtiſſimum panis eiuſq; putidi vnciam

A

veluti canibus proiiciebant, tantum videlicet, quantum ſatis eſſe videbatur, ne fame perirent. iiſdem & parum aquæ male olentis dabatur. Erat enim Imperatori præpoſitum, ſanctos viros vel ad ſententiam ſuam adducere, vel vita eos priuare. Cum autem aduerſarii illos vidiſſent malle mori, quam veritatem prodere; dederunt operam, vt ipſos eo nomine deciperent, quod nihil aliud ab eis quærerent, niſi vt ſemel cum Theodoto Patriarcha communicarent, neq; quidquam aliud facerent: deinde ſinguli ad ſua monaſteria regredi poſſent, cum ea fide & ſententia quam haberent. Exierunt itaq; è carcere, & vna ſecum Nicetam exire perſuaſerunt; cumq; ad oratorium picturis excultum veniſſent, manus Patriarchæ dederunt. Nam is aſtutiſſimus homo dicebat: Qui nõ adorat imaginem Chriſti, anathemati

B

ſubiiciatur.

III. Theodor. Stud aliud exilium eiuſq. pro fidei Cath. certamina.

Ea communione contaminati illi ad monaſteria redierunt; Solus autem Niceta lapſu cognito, Conſtantinopoli remanens, coram Imperatore ſe errasse teſtatus, communionem illius & Patriarchæ exhorruit, ſeq; mortem pro religione velle oppetere demonſtrauit. A qua ſententia cum diuelli non poſſe videretur, eum Imperator in inſulam Glyceriam relegauit. Eam inſulam detinebat Anthemius quidam præſtigiis deditus, ſacrilegus, verſutus, obliquus, doloſus, arrogans & crudelis. Hunc propter nimiam ipſius malitiam, monaſteriorum quæ illic erant, Præſidem fecerant impii homines. Talibus enim vitis tunc imperia in manus tradebantur, vt eorum potentia totum peruerteretur. Illum pp multam eius inſaniam, arrogantiam & temeritatem

C

eius loci homines Caipham nominabant. Hic cum ſanctum virum accepiſſet, & poteſtatem contra eum haberet, crudeliter eum affligebat. Cum enim in arcto carcere ipſum concluſiſſet perpetuo vexabat, neq; paululum illum, carcere proſpicere ſinebat, ipſe carceris clauem ſecum ferens, & per foramen quoddam paululum cibi ei dari iubens. quippe homines impii ei promiſerãt, ſi Nicetæ perſuaſiſſet, vt cum ipſis conueniret, maiore honore donandum. Quocirca nefarius homo Nicetam affligebat, ſperans viro ſancto perſuaſurum quod volebat. [ſ] Theodorum Imperator non reuocarat: eo quod ſciret illum poſſe multos virtute & ſermone, ad conſtantiam roborare. Is vero ea occaſione exilii bene vſus, totum fere tempus quod ſupererat, ſcribendis ad lapſos, & ad reliquos Orthodoxos epiſtolis impendit, vt illos quidem ad mentem ſanam reduceret, iſtos

ſ *Michael in Theod.*

D

vero ad certamina præpararet. Sciuit hoc Imperator, & Nicetam Alexii filium cui fidere omnia ſolebat omiſit, non quidem vt occideret: non enim volebat Martyrii coronam illi indulgere; ſed vt ad locum cui nomen Bonita deportatum concluderet, itaq; coerceret, vt neminem videre, neminem alloqui poſſet, non paucis, non pluribus. Quæ ille Theodoro cum detuliſſet: *Locum*, inquit, *mutabo haud grauate; nulli enim addictus ſum; meamque ſcio eſſe terram, quocunq; ducebar atq; in lucro mihi fore ipſam migrationem. Ceterum ſilere, linguamq; inhibere, mihi ſat ſcio, non expedit: nec vero inhibebo vnquam, nec adducar, vt ſuadentibus id vobis conſilio veſtro obtemperem.* Audiuit hanc viri iuſti libertatem Imperator; quare Nicetã iuſſit ſanctum plagis affligere, carnemq; verberibus minutatim con-

Pia fraus Nicetæ.

E

cidere, ac totum vibicibus opplere. Qui cum ad ſanctum perueniſſet, aduentuſq; ſui cauſam aperuiſſet, è veſtigio ille tunicam alacriter exuit, corpuſque ad accipienda vulnera alacriter expoſuit. Hoc enim, aiebat, optatum ſibi atq; expectatum fuiſſe iampridem. At compatiens vir ille ac repente miſericors, vt venerandas illas carnes nudas vidit, quas ætas & ieiunia ad ſummam maciem perduxerant, intimis ſenſibus indoluit. Itaque commotus eſt, vt nec attingere, nec propius de cetero accedere auderet, ne dum flagris dilaniare. Vnde & ſecum callidum quiddam comminiſcens, quo & Imperatoris iuſſa expleſſe, & ſanctum verberaſſe aſtantibus videretur; ouis pellem recẽs detractam accepit, viriq; humeris impoſuit, atq; in ea ſic verbera ſtrinxit, cũ hoc an-

Digitized by Google

audiſſet, vt ſolus cum ſolo relinqueretur, propter viri, vt aiebat, reuerentiã, eiuſq; corporis extenuationẽ & maciem. Quin vt guttas ẽt ex plagarum cruore profuſas oſtẽdere liceret: ipſe ſibi (ô animi benignitatem) ſanguinẽ ex brachio Canceolæ ictu elicuit, eoq; manante flagrũ imbuit, foraſq; ꝓgreſſus carne ſimul ac cruore tinctum oſtendit: ipſe porro anhelitu citato fatigationẽ ſimulabat. Ita pius ille, benedictionẽ à Sancto referẽs, eiuſq; precibus comitatus rediit, maxima pulcherrimi operis mercede honeſtatus. Sanctus a. eo terrore Leonis non mollior factus, tanto animoſius alios, quos nimirũ carceris diuturnitas viſq; illata perturbabat, congruẽtib. verbis adhortãs, ad futuros caſus iterũ confirmauit, eorumq; puſillanimitatẽ penitus abſterſit, adeo vt ipſimet veniã ſuis reſponſis eo nomine poſtularẽt, q̓ ceſſiſſe aliquantũ, animi ſtatũ exiguo tẽ, ore im . taſſe viderẽtur.

IV. Hiſpani cõ fugientes ad Francos bene habiti. [1] *Annal. Franc.*

In Occidente,[1] Ludouicus Imperator æqua libertate cũ Francis eſſe voluit, oẽs Hiſpanos, qui in Gallias à Saracenica tyrannide fugiẽtes conuenerant, ſedes ibidem collocatum. Dirum accidit. Comites quidã Hiſpani pari cum reliquis iure donati, ſed potentia & opib. præſtantes, reliquos libertate à Ludouico donatos, intoleranda ſeruitute opprimebant, adeoq; ſeruos ſibi eos conſtituebant, adeo vt oportuerit Ludouicũ, nouo reſcripto illos à tyrannide ſuorum gentilium vindicare.

LEONIS PAPÆ III. AN. 21. LVDOV. Imp. an. 3. Leon. Arm. an. 3.

I. Theophanes & alii Confeſſores puniti ob defenſionem ſacrarũ Imaginum. [m] *Auctor in vita.*

ANno Chriſti 816.[m] Theophanes Iſacius Præfect[us] Monaſterii Sigriani, alius à Theophane Abbate Agri, poſt biennii duriſſimũ carcerẽ, deportatus in inſulã Samothraciã, illic cito reddidit Deo Spiritũ confeſſionis gloria illuſtris. Vocauerat illũ Imperator, vt non manu tyrãnica, ſed blãditiis euerteret. Nãq; finxerat aduerſus hoſtes expeditionẽ ſibi impendere, adeoq; orationẽ illius expetere. Is porro quamq̃ ægritudine cõfectus, Cõſtantinopolim ſe deferri tolerauit. Eius pſentiam cũ tyrannus ſubuereretur, miſit, vt ſiquidẽ in animo haberet voluntati Imperatoriæ obtẽperare, atq; adeo, q̓ impius pollicebãtur, beatus eſſe; accederet: ſin ſecus, ſuſtineret. Sed ſciret, q̓ inuitus faceret, q̃ volẽs recuſaret, & maximi ſibi ipſe dedecoris atq; calamitatis auctor exiſteret. Ad q̓ diuinus vir, pſpecta dictorũ ſtultitia, ita nuntio reſpondit: Ego nec pecunias, nec poſſeſſiones, nec reliqua huius vitæ bona vllo modo curo. Quæ.n. adoleſcens, cũ his frui poſsẽ, amore Chriſti inflãmatus repudiaui, ea iã ſenex quomodo cõplectar, ab inſtitutoq; recedã? pſertim cũ corpus morbis confectũ ſit, vt vitę finis ꝓcul abeſſe non poſſit, & hęc inania eſſe cõſtet? Quod a. ad monaſteriũ ꝓpinquoſq; pertinet, id Deo curæ erit, cui à me cómendantur, & quib. ipſe Deus melius q̃ Imperatores & Principes poteſt cõſulere. Quod ſi, quẽadmodũ pueros parũ generoſos magiſtri ſcutica perterrefaciunt: ita tu me morbo & ſenectute cõfectũ minis territũ iri ſperas: rogus accẽdatur, parentur tormẽta, & omnia cruciatuũ genera; vt ſcias planiſſime Chriſti virtutẽ in meis infirmitatib. perfici. Ego q̓ per humũ iter facere nequeo, valetudinis infirmitate ſuperata, in ignẽ inſiliã. His auditis Imperator, Ioanni Lecanomantæ Sanctũ tradidit, ſperans pſtigiis ipſius omnino deceptũ iri. Sed tanq̃ aſinus ad lyrã deprehenſus eſt. Inuictã .n. viri ſancti libertatẽ admiratus, anteq̃ congrederetur, ſe victũ eſſe confeſſus eſt, Imperatoriq; annunciauit, eũ eſſe præſtantiorẽ, q̃ vt oratione, aut minis, ſuperari poſſet; quin ẽt ſi ibi diutius moraretur, fore vt aliorũ animos quos in ſentẽtiam ſuã adduxerat, abalienaret. Recluſit eũ poſtea in Eleutherii palatio, adhibitis cuſtodib[us], ne quis humanitate ductus ei pp Chriſtum patienti conſolationẽ vllã afferret. Itaq; corpus ipſius diuturna fame cõfectũ, paulatim tabeſcebat, & ad acerbã mortẽ appropinquabat. Morbi.n. medicorũ auxilio deſtituti grauius ſæuiebant, & vitã reddebant morte ipſa longe acerbiorẽ. At ipſe optatiſſimã Dei pulchritudinẽ mente contemplans, ea q̃ ne auditu quidẽ tolerabilia ſunt, patienti & æquo animo perferebat. Duos igitur annos cũ acerbiſſimũ carcerẽ pertuliſſet, in Samothraciã inſulam deportatus eſt; q̓ ipſe diuino animo pſpiciens, ei qui ſibi miniſtrabat, ꝓnunciauerat. Cumq; trib. & viginti diebus in inſula vixiſſet, tanq̃ ſuauis hoſtia cómuni Domino oblatus eſt, & eius manibus ſacrum ſpiritũ reddidit, vt ad diu optatã hæreditatẽ admitteretur. Neq; vero corpus eius q̓ victoriæ particeps fuerat, & animæ ſemp in omnib. bonis inſeruierat, meritis munerib. caruit. Nã piorum virorũ manib. in lignea arca cõpoſitum, & conuenientib. cantib. (vt tempus ferebat) elatum, admirandis gratiis à Deo fuit illuſtratum. Cũ.n. lues in pecora illius inſulæ deſæuiret, adeo vt mortua derepente conciderent, aq̃ arcæ illius admouentes (neq;.n. corpus audebant attingere) pecora peſte laborantia aſpergebantur, & periculo liberabãtur. Memoria S. Theoph. in Eccleſia celebris eſt, 12. die mẽſis Mart. Eiuſdẽ mẽſis die 27. S. Stephanus alter à priore idẽ ſubiens certamẽ, affectus multis ſuppliciis, relegatus, Deo reddidit ſpiritum, eãdemq; promeruit coronam. Exulauit pariter & Coſmas Chalcedonenſis Epiſcopus, qui & ipſe inter ſanctos Confeſſores receptus celebratur, in Menologio Græcorum die 18. Aprilis.

II. Alia Theo. Stud. certamina pro fide Orthod. [n] *Michael in Theod.*

Theodorus Studita exul iterum ad flagra poſtulatus eſt hac de cauſa.[n] Cũ.n. multi ad eũ obiter ventitare ſolerent, vtpote ſparſa iã paſſim eius fama & nominis celebritate, cuſtodib. vel pp viri reuerentiã aditũ non prohibentibus, vel pecuniæ præmio cuſtodiæ corã relaxantibus: accidit vt clericus quidã ex Aſia illac iter faciens, in Patris congreſſum veniret. Eius.n. virtute captus iam antea fuerat. Vt igitur illũ vidit, eiuſq; colloquio fruens, tũ alia quæ vſui erant inde hauſit, & aduerſus hæreticos ſummũ odiũ, auerſionẽq; ſuſcepit. Ab illo diſcedens, familiarẽ quendã ſuũ eiuſdẽ ordinis virũ, in eandẽ ſentẽtiã traxit, cũq; eo conſtituit, nec adire amplius Epiſcopũ ſuũ, nec cõmune cũ illo quicq̃ habere, quẽ ſcirent Iconoclaſtis cõſentire. Quod cũ ſuboluiſſet Epiſcopus, ad Aſię Pręfectũ clericos detulit ẽ veſtigio, & quam illis cauſa fuerit diſceſſionis. At ille cõfeſtim, ne horæ quidẽ ſpatio differẽs, omnia per expeditos nũtios retulit Imperatori, cõuiciis ſanctũ onerans, aliaq; addens peruerſi ingenii ſui morib. conſentanea. Simul a. Magiſtro militũ Orientis edixit, vt iure ſuo ageret. Hunc.n. vnũ clericorũ exilii cauſam & auctorẽ. Qui quidẽ veritus, ne quid mali hoc nomine pateretur, ẽ ſuis vnũ miſit, qui ſanctũ cęderet, & quinquagenis flagris priuatas repoſceret. Quo adueniente, & aduẽtus ſui cauſam exponẽte, Theodorus Ionã ipſe ſoluit illico, famuli operã minime præſtolans, poſitaq; veſte, nudũ corpus obtulit ad verbera: voluptati.n. mihi, inquit, eſt, corpuſculi huius flagellatio, atq; iſta demũ eius ſuprema depoſitio, quo citius nuda anima euolẽ ad eũ quẽ deſidero. Sed is quoq; miniſter, cõmiſeratione motus, ne attingere quidẽ ſanctũ auſus eſt. ceterũ alius crudelis ſuperueniens, & hũc ignauiæ accuſans, crudeliter Theodorũ flagellauit, centũq; plagis illi inflictis eũ ſemianimem humi iacentẽ reliquit. tũ obſcuro tetroq; carceri incluſit, vnaq; eius diſcipulũ Nicolaũ, qui Magiſtro aſſiduus comes erat, & nunq̃ ab eius latere diſcedebat, cuſtodib. præcipiens, vt fame ambos, aliiſq; incõmodis vexarent: vt ſi quid vitæ illis adhuc ſupeſſet, hoc ipſum breui abſumeretur. Fertur, ſumma inedia preſſum Theodorum diſcipulo hæc dixiſſe: Conantur (vt video) fili, homines iſti ad ceteras acerbitates, quas in nos exercent, ẽt fame nos extinguere, q̃ omnium miſerrimã mortẽ eſſe norunt. Sed collocemus etiãnum ſpem noſtrã in Deũ, qui non in ſolo pane alere poteſt, ſed alio longe præſtantiori cibo, quandoquidẽ ſpiritus omnis eius ſolius nutu ſuſtẽtatur. Et quoniã mihi ꝓ cæteris Dominici corporis participatio, corporis ſimul & animę alimẽtũ eſſe ſolet (habebat.n. vbiq; Pater ſecũ partes aliquas viuifici corporis, pagebatq; diuina myſteria quandocunq; celebrandi facultas erat) hunc ego ſolum cibum capiam, aliũ penitus nullum deguſtans: tibi vero vni ad victum cedant, quæ duobus præberi ſolent: quamq̃ id ęgre tibi ſuffecturum ſit, vtpote perexiguum.

Sed

Sed ſic fortaſſe corpuſculum ſuſtentabis, hoc leui ſolatio & vitã produces: exceſſumq; meum Occonomo & fratribus nunciabis, ſiquidem Dominus conſtituet. Hęc magna fiducia Theodorus. Porro magna tunc Dei prouidentia factum eſt, vt quędam ſancta anus virgo de ſupernis domus eius qua detinebantur, aliméta illis quotidiana miniſtraret, quidam etiam ex illuſtribus viris illac forte tranſiens, beneficentia vtrumq; recrearet. Ad Theodorum porro hoc tempore ſcripſerat Naucratius diſcipulus, conſulens, quid cum lapſis reuertentibus agere deberet. Recipiendos eſſe ad Eccleſiam, Theodorus, reſpondit; ſed cum certis obſeruationibus, quoad Orthodoxæ fidei rediret tranquillitas, quod ſi mors interueniret, communicarent. Non enim ſicut eos qui ab hæreſi conuertuntur, recipiendos eſſe iſtos exiſtimabat: ſed tanquam qui Dei nomen abnegarint, vel ad eius abnegationem Chriſtomachis communicarint, ſeu metu adacti, ſeu aliam ob cauſam. Ad huius enim abnegationem inquit, manifeſto communicarũt ſacram eius imaginem negantibus: quia imaginis negatio ad prototypum tranſit, vt clamans clamat S. Baſilius; nec aliter res ſe habet, tametſi negationẽ eleuare quidam velint. Per id etiam temporis ſcripſerat Theodor⁹ triginta monaſtibus, in quodam monaſterio commorantib. Hortabatur, vt in ea fidei conſtantia, quam factis oſtenderant, perſeuerarent. Scripſerat & ad Mariam Reginam à Cõſtantino Irenæ filio repudiatam, orans ne in tentatione deficeret, neue ad filiam Leoni Imperatori deſponſam, licet vocaretur ab ea, ad eam reuerteretur; ne forte à cõſortio Iconomachorum contaminaretur. Mirum eſt, quomodo eo tempore vinctus Theodorus ſuffecerit ad tot epiſtolas ex carcere ſcribendas. Namq; exinde plurimas dedit, hortatorias ad martyrium, catecheticas ad inſtructionem, dogmaticas aduerſus hæreticorum obiectiones, conſolatorias ad concaptiuos, luctuoſas ad lapſos, canonicas ad reſipiſcẽtes, remedia ex præſcripto canonum continentes: vt plane in ſummo otio & maxima libertate eum conſtitutũ fuiſſe quis dixerit, qui cuncta ab eo hoc tempore ſcripta conſideret. Ducentarum epiſtolarum numerum excedit ſumma, quas Theodorus perſecutionis tempore exul, & in carcere conſtitutus conſcripſit. Præclara eſt illa, quam ad eos qui propter Dominum in diuerſis carceribus detinebantur dedit, grauitatem iconoclaſtiæ demonſtrans, vel ex eo, quod paris impietatis eſſe exiſtimaret, negare Chriſtum, & negare eius imaginem. Dicebat: *y* ait Iudæus aut Ethnicus Chriſtiano. *Nega Chriſtum, nega Mariam. Hoc ipſum ait & Iconomachus. Imago n. Chriſti & Deipara eodem nomine Chriſtus & Deipara nuncupatur. Quare qui imaginem negari iubet, eum cuius imago eſt, negari haud dubie iubet. Non mea hæc ſententia, audi quid Moyſi dicat vniuerſorum Deus. Fac Cherubim: & tamen Cherubim imagines fieri iuſſit. Nec n. Cherubim naturam deſignaſſe, mentis compos nullus dicet. Rurſum: Fac ſerpentem æneum, & hic quoque ſerpentis imaginem exprimi iubet. Verum hæc eſt natura prototypi & exempli ab eo ducti, vt exemplum archetypi nomen ſumat, & vno ſublato alterũ tollatur, tanquam quæ ſimul ſint. Erat Angelus, ideo & Angeli imago. Erat ſerpens, ideo & imago ſerpentis, atq; ita rei cuiuſq;, & vocantur interdum quidem imagines, quorũ reipſa ſunt, interdum vero propter habitudinem, tanquam archetypa ipſa nuncupantur, & non imagines eorum. Hoc modo diuinus Apoſtolus: ſuper eamq; (inquit) Cherubim gloriæ obumbrantia propitiatoriũ, prototypi nomen tribuens imaginib. Audi & Baſilium Magnum: Exprimitur ẽt in tabula certaminis præſes Chriſtus: non n. ait, exprimitur imago præſidis certaminum Chriſti. Audi & Nyſſenum Gregorium: Præſto eſt Iſaac; Iſaac imaginem, Iſaac appellãtem. Audi Chryſoſt. Vidi Angelum in imagine: Non n. imaginẽ Angeli à ſe viſam dixit, ſed Angelum. In imagine quippe prototypum repræſentatur, ſicut à typo crucis, crux ipſa viuifica. Quatenus inſeparabile eſt vnum ab altero in adoratione, propterea & archetypi nomen obtinet imago. Crux n. crucis typus appellatur. Sic de Rege, omniq; homine, & de omni alia re vere dicere liceat, Regem dici ẽt Regis imaginem ait diuinus Baſil. & Petrum Petri imaginem, & Paulum Pauli imaginem (dicam aliquid ſublimius) & Deum quoq; hominem dici, tanquã Dei imaginem. Et iuxta ea quæ Baſil. docuit, etiã Chriſtus imago Chriſti. Dixit n. (iterum dico) exprimatur in tabula non imago Chriſti ſed Chriſtus. Quod ſi hæc non ferũt contentioſi, primum diuinas voces improbant, deinde Chriſtũ hominem nõ eſſe, ſi non verbo, reipſa docent. Si n. eſt homo, depingitur vtiq;: hominis n. proprietas prima eſt depingi: ſi vero non depingitur, homo non eſt ſed carnis expers & nondũ venit Chriſtus, ſicut Iudæi negãtur. Hanc ob cauſam & Deiparã quoq; depictam dolent, & ſanctos oẽs quaſi non mater Chriſti, nec famuli Chriſti eſſent. Exclamat vox aurea: verbis tuis opera mihi credibiliora ſunt. Conſequitur ergo reuera Iudaizare contra Iconomachos. Et qui ab eis patitur propter Chriſtũ, & pro Chriſto patientem propter Deiparã & pro Deipara, propter ſanctos & pro ſanctis quibuſcunq;, martyrem irrefragabilem & confeſſorẽ Chriſti eſſe q decertat & reſiſtit. Nec opponi quicquã contra poteſt. Machabæi martyres facti, qui ſuillas carnes edere abnuerẽt; Præcurſor Chriſti propter iudicium veritatis; alius qui obolũ offerre nollet ad ſtructurã idoli: alius ob mandatũ. Quid n. attinet multa loqui: & hic qui mori eſſe decertat, martyr non erit, vt inſerit quidã affirmãt: Martyr plane verus, nulla re diſcrepans ab illis, quos Iudæi vel Ethnici martyres fecerant: & martyr ac teſtis in cælo fidelis. Omnino ergo, ſi quis crucis typũ ſpreuit, in Chriſtum ipſum contemptũ hunc torquet: multo magis qui imaginem Chriſti negat, negationẽ in Chriſtum refert. Sic qui martyriũ pro alterutro ſuffert, martyr veriſſimus, ac magis ẽt in imagine, quia typus ſignũ imago forma eſt Chriſti.* Hactenus pro cultu & iniuria imaginũ Theod. ad fratres concaptiuos. *Scripſit eodem argumento, & Theophylacto Epiſc. Nicomediæ, & Theophilo Epiſ. Epheſi, & Ioſepho fratri Archiepiſc. Theſſal. & Petro Nicææ Epiſc. & omnib. reliquis exulibus Epiſcopis: nihil aliud fere inculcans, quã quod iniuria vel honor imaginis, redundaret in archetypũ. Quorum n. aut, vna eſt, & hypoſtatica ſimilitudo, horũ vna & eadem eſt adoratio: præterquam q imaginum ſubſtãtia nequaquã adoratur.*

De recipiendis lapſis.

III. De Theodori Epiſt. ſcriptis in carcere.

Præclara Theodori Epiſtola pro cultu & iniuria imaginũ. *y lib. 2. ep. 21.*

Eodem anno *z* pridie Idus Iun. Leo P. ex hac vita migrauit. Eius tẽpore, corp⁹ S. Iac. Apoſtoli multis indicib. ignis ſupne delabentis oſtenſum repertũ eſt Cõpoſtellę Alfonſo Caſto regnante. Ouetenſis quoq; Eccleſ. in Hiſpaniis, Archiepiſcopalẽ dignitatem obtinuit. Fere oẽs vrbis Eccleſias idem Pontifex auro, argento, veſte pcioſa, ſacriſq; imaginib. adornauit: quorum ingens catalogus apud Anaſtaſium Bibliothecarium. Fecit ordinationes tres per menſem Martii, in quibus creauit presbyteros triginta, diaconos vndecim, Epiſc. per diuerſa loca viginti ſex. Sepultus in Baſilica B. Petri, poſt decem dies ſucceſſorem accepit Stephan. Roman. Marini filiũ, eius nominis Pap. V. Fuit is à prima ætate in Patriarchio Lateranenſi ſub Hadriano Papa nutritus. Maxime enituit tum ſancta conuerſatione, tũ Euangelica prædicatione.

IV Obitus Pp. Leon. cui ſucceſſit Stephanus Pp V. Inuentio corporis S. Iac. *z Anaſtaſ.*

STEPHANI PAPÆ V. ANN. I.

AD Pontificatum electus Stephan. Papa, nihil prius magiſve curauit, q̃ vrbis Romanę pacem. Quam vt inter ſeditioſos conciliaret, in Gallias ad Ludou. Imp. conceſſit. Venienti obuiam miſit Ludou. Bernard. Regem Italiæ, ſuum ex fratre Pipino nepotem. Appropinquanti occurrere pręcepit Hildebaldum Archicapellanum ſacri Palatii, Theodulph. Epiſcop. Aurelianenſem, Ioan. Attrebatenſem, alioſq; miniſtros Eccleſiæ infulis ſacerdotalibus ornatos. Tandem ipſe in magno campo Rhementium illum præſtolans, ſupremo cum honore recepit. Equo n. deſcendens, toto corpore ter proſtratus in terram ante pedes Pontificis, adorauit & eleuatus dixit: Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus & illuxit nobis. Pontifex aũt reſpondit: Benedictus ſit Dn. Deus noſter, qui tribuit oculis noſtris ſecundum Dauid Regem videre. Tandẽ amplectentes ſe mutuo, Eccleſiam introierunt; varii aũt ordines pro tanta exultatione, canticum, Te Deum laudamus cecinerũt. Die Dominico Steph. Ludou. vnxit Imp. & coronã auream miræ pulchritudinis, pretioſiſſimis gẽmis ornatam q̃ ſecum a. portauerat, poſuit ſuper caput eius, & Irmingardam Reginã renunciauit Auguſtã, pariliq; diademate coronauit. Toto tẽpore quo apud Imp. fuit Steph. P. quotidie de vtilitate Eccl. cũ eo communicauit: ac tandem muneribus maximis honoratus, in vrbẽ reuerſus eſt.

V. Steph. V. proficiſcitur in Gallias & coronat Ludou. Imp. *a Vit. Lud. Imp. c. 38. 39 & Thegan. de geſtis Lud. c. 16. 17 18.*

Digitized by Google

PASCH. PAPÆ ANNO I. LVDOVIC. IMPER. ann. 4. Leon. Arm. Imper. ann. 4.

I. Stephani PP. V. obitus & creatio Paſchalis PP. a *Anaſt.*

ANno Chriſti 817. [a] Octauo Kalend. Febr. Stephanus Papa defunctus, ſucceſſorem habuit Paſch. Papā, Bonoſi filium, natione Romanum. Fuit à primæua ætate in Patriarchio Eccleſiæ literis ſacris eruditus, morib. ſanctus, caſtus, pius, innocens, magnanimus, loquela deuotus, pudicitia plenus. Pauperum amator, ſanctionumque Paternarum & traditionum obſeruans. Is in colloquiis diuinis frequentius cum religioſis ac ſanctis Monachis ſedula obſeruatione die noctuq; inſiſtebat, orationibuſque, vigiliis, ac quotidianis ieiuniis ſeſe ad perfectionem exercebat. [b] Expleta conſecratione ſolemni Theodorum Nomenclatorem Legatum ad Ludouicum Imperatorem cum Epiſtola Apologetica & maximis muneribus miſit. Inſinuans non ſe ambitione ac voluptate, ſed electione & populi acclamatione huic ſuccubuiſſe potius quam inſiluiſſe dignitati. Poſtulabat per literas, confirmationem pacti & amicitiæ, iuriumq; Eccleſiæ. Eam non grauate Imperator conceſſit. Conuocato enim Aquiſgrani ſexto Idus Iulii Epiſcoporum, Abbatum, Comitum & Procerum conuentu, in quo etiam pro reformatione Eccleſiaſtici ac præcipue Monaſtici ſtatus octuaginta numero capitula eo auctore ab Epiſcopis condita ſunt, his verbis conceptum Priuilegium Romanæ Eccleſiæ ſcripſit.

b *Vita Ludouici Imp.*

II. Conuentus Aquiſgran. Statuta & Capitula. pro confirmatione Iurium & bonorum Eccl. Rom.

c *Gratia. ex monument. vatic. diſt 63. Leo Oſtien lib. 1 c. 18.*

[c] *In nomine Domini Dei omnipotentis, Patris & Filii, & Sp. ſancti Amen. Ego Ludouicus Imperator Auguſtus, ſtatuo & concedo per hoc pactum confirmationis noſtræ tibi B. Petro Principi Apoſtolorum, & pro te vicario tuo Domino Paſchali ſummo Pontifici & vniuerſali Papæ, & ſucceſſoribus eius in perpetuum ſicut à prædeceſſoribus veſtris vſque nunc in veſtra poteſtate & ditione tenuiſtis, & diſpoſuiſtis ciuitatem Romanam cum ducatu ſuo, & ſuburbanis atque viculis omnibus & territoriis eius, montanis, & maritimis litoribus & portubus, ſeu cunctis ciuitatibus, caſtellis, oppidis ac viculis in Tuſciæ partibus, id eſt, Portum, Centumcellas, Cære, Bledam, Marturanum, Sutrinam, Nepe, Caſtellum Galleſii, Hortam, Polimartium, Ameriam, Tudertum, Peruſium, cum aliis tribus inſulis ſuis, Maiorem & Minorem, Pulueнſem & Lacum, Narniam, Otriculos cum omnibus finibus ac territoriis ad ſupradictas ciuitates pertinentibus. Simili modo & in partib. Campaniæ, Signiam, Anagniam, Ferentinum, Alatrum, Patricum, Fruſionem, cum aliis partibus Campaniæ; nec non & Tibur cum omnib. finibus & territoriis ad eaſdem ciuitates pertinētibus. Nec nō & Exarchatum Rauēnatenſem ſub integritate cum ſuburbanis, ciuitatibus, oppidis & caſtellis, quæ piæ recordationis Dominus Pipinus Rex, ac bonæ memoriæ genitor noſter Carolus Imperator B. Petro Apoſtolo & prædeceſſoribus veſtris iam dudum per donationis paginam reſtituerunt: hoc eſt, ciuitatem Rauennam & Æmiliam, Robium, Caſenam, Forum Pompilii, Forum Liuii, Fauentiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comaclum, & Adriam, & Gabelum cum omnibus finibus, territoriis atque inſulis in terra, marique ad prædictas ciuitates pertinentib. Simul & Pentapolim, videlicet, Ariminum, Piſaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Humanam, Æſium, Forum Sempronii, Montem Feretri, Vrbinum, & territorium Balnenſe, Calles, Luceolos, Eugubium, cum omnib. finibus ac terris ad eaſdem ciuitates pertinentib. Eodem modo territorium Sabinenſe, ſicut à genitore noſtro Carolo Imperat. B. Petro Apoſtolo per donationis ſcriptum conceſſum eſt ſub integritate, quemadmodum ab Itherio & Macenario Abbatibus, miſſis illius inter idem territoriū Sabinenſe & Reatinum definitū eſt. Item in partibus Tuſciæ Longobardorum Caſtellum Felicitatis, Vrbeuetum, Balneum Regis, Ferenti caſtrū, Viterbium, Martiam, Tuſcaniam, Populoniam, Soanam, Roſellas, & Inſulas Corſicā, & Sardiniā, & Siciliam ſub integritate cum omnib. adiacentibus & territoriis maritimis, litoribus, portub. ad ſupradictas ciuitates & inſulas pertinentib. Item in partibus Campaniæ, Soram, Arces, Aquinum, Arpinum, Theanum, Capuā, & patrimonia ad poteſtatem & ditionem noſtram pertinentia ſicut eſt patrimoniū Beneuentanum & Salernitanū, & patrimonium Calabriæ inferioris & ſuperioris, & patrimonium Neapolitanū, & vbicumq; in partib. Regni atq; Imperii à Deo nobis commiſſi patrimonia veſtra eſſe noſcuntur. Has oēs ſupradictas prouincias, vrbes, ciuitates, oppida & caſtella, viculos & territoria ſimulq; & patrimonia iam dicta Eccleſiæ tuæ, B. Petre Apoſtole. & per te vicario tuo ſpirituali Patri noſtro D. Paſchali ſummo Pōtifici & vniuerſali Papæ, eiuſq; ſucceſſorib. vſq; ad finem ſæculi eo modo cōfirmamus, vt in ſuo detineant iure, principatu ac ditione. Simili modo per hoc noſtrum confirmationis decretum, firmamus donationes quas piæ recordationis D. Pipinus Rex, auus noſter, & poſtea dominus & genitor noſter Carolus Imperator B. Petro Apoſtolo ſpontanea voluntate contulerunt. Nec non & cenſum & penſiones, ſeu cæteras donationes, quæ annuatim in Palatium Regis Lōgobardorum inferri ſolebant, ſiue de Tuſcia Longobardorum, ſiue de Ducatu Spoletano, ſicut in ſupradictis donationib. continetur, & inter ſanctæ memoriæ Hadrianum Papā, & Dominum & genitorem noſtrum Carolum Imper. conuenit, quando eidem Pontifici idem de ſupradictis Ducatibus, id eſt, Tuſcano & Spoletano, ſuæ auctoritatis præceptum cōfirmauit, eo ſcil. modo, vt annis ſingulis ſupradictus cenſus Eccleſiæ B. Petri Apoſtoli perſoluatur, ſalua ſuper eoſdem Ducatus noſtra in omnib. dominatione, & illorū ad noſtram ditionem ſubiectione. Cæterum, ſicut diximus, omnia ſupra nominata, ita ad noſtram poteſtatem per hoc noſtræ confirmationis decretum roboramus, vt in veſtro veſtrorumq; ſucceſſorum permaneant iure, principatu atq; ditione, vt neq; à nobis, neque à filiis & ſucceſſoribus noſtris per quodlibet argumentum ſiue machinationem in quacunq; parte minuatur veſtra poteſtas, aut vobis de ſupraſcriptis omnib. vel ſucceſſoribus veſtris inde aliquid ſubtrahatur, de ſupraſcriptis videlicet vrbibus, prouinciis, ciuitatibus, oppidis, caſtris, villis, inſulis, territoriis atque patrimoniis, nec non & penſionib. atque cenſibus, ita vt neque nos ea ſubtrahamus, neq; quibuslibet ſubtrahere volentib. conſentiamus; ſed potius omnia quæ ſuperius leguntur, id eſt, prouincias, ciuitates, vrbes, oppida, caſtella, territoria, patrimonia atque inſulas, cenſus ac penſiones, Eccleſiæ B. Petri Apoſtoli & Pontificibus in ſacratiſſima illius ſede in perpetuum reſidentibus, in quātum poſſumus, defendere nos promittimus, ad hoc vt omnia ea in illius ditione ad vtēdum & fruendum atq; diſponēdum firmiter valeat obtinere: nullamq; in eis nobis partem aut poteſtatem diſponendi aut iudicādi, ſubtrahendive aut minorandi vēdicamus; niſi quando ab illo qui eo tempore huius S. Eccleſiæ regimen tenuerit, rogati fuerimus. Et ſi quilibet homo de ſupradictis ciuitatibus ad veſtram Eccleſiam pertinentibus ad nos venerit, ſubtrahere ſe volens à veſtra iuriſdictione vel poteſtate, vel quamlibet aliam iniquam machinationem metuens, aut culpam commiſſam fugiens, nullo modo eum aliter recipiemus, niſi ad iuſtam pro eo faciendam interceſſionem, ita duntaxat ſi culpa quam commiſit venialis fuerit inuenta: ſin aliter, comprehenſum veſtræ poteſtati eum trademus, exceptis his qui violentiam vel oppreſſionem potentium paſſi, ideo ad nos venerint, vt per noſtram interceſſionem iuſtitiam accipere mereantur, quorum altera conditio eſt, & à ſuperioribus valde disiuncta.*

III. Electio & coronatio Rom. Pontificis libera.

Et quando diuina vocatione huius ſacratiſſimæ ſedis Pontifex de hoc mundo migrauerit, nullus ex Regno noſtro aut Francus aut Longobardus, aut de qualibet gente homo ſub noſtra poteſtate cōſtitutus licentiam habeat cōtra Romanos, aut publice, aut priuate veniendi, aut electionem faciendi: nulluſq; in ciuitatib. vel territoriis ad Eccleſiam B. Petri pertinentibus, aliquod malum propter hoc facere præſumat: ſed liceat Rom. cum omni veneratione & ſine aliqua perturbatione honorificam Pontifici ſuo exhibere ſepulturam, & eum quem diuina inſpiratione & Beati Petri interceſſione omnes Romani vno conſilio & vna concordia ſine aliqua promiſſione ad Pontificatus ordinem elegerint: ſine aliqua ambiguitate & contradictione more canonico conſecrari. Et cum conſecratus fuerit, Legati ad nos, vel ad ſucceſſores noſtros Reges Francorum dirigantur, qui inter nos & inter illum amicitiam & charitatem & pacem ſocient, ſicut temporibus piæ recordationis Domini Caroli atauí noſtri, ſiue Domini Pipini aui noſtri, vel & Caroli Imperatoris genitoris conſuetudo erat faciendi. Hoc autem vt ab omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris firmum eſſe credatur, firmiuſque per futuras generationes & ſæcula ventura cuſtodiatur, propria manus ſignaculo, & venerabilium Epiſcoporum, atque Abbatum, vel optimatum noſtrorum ſub iureiurando & ſubſcriptionibus pactum iſtud noſtræ confirmationis roborauimus, & per Legatum S. Romanæ Eccleſiæ Theodorum

A *Nomenclatorem Domino Paſchali Papæ direximus. Ego Ludouicus miſericordia Dei Imperator ſubſcripſi. Et ſubſcripſerunt tres filii eius, & Epiſcopi decem, & Abbates octo, & Comites quindecim, & Bibliothecarius vnus, & Manſionarius vnus, & Oſtiarius vnus.* His pro immunitate Eccleſiaſtica cõſtitutis Ludouicus Imperator, filium Lotharium Imperatorem renunciauit, Pipinum vero in Aquitaniam, Ludouicum autem in Baioariam miſit: vt ſciret populus cuius poteſtati parere deberet.

IV. Coniuratio Bernhardi Reg. Italiæ in Ludouic. Imp. eius ſupplicatiõ.

Per id temporis, cum didiciſſet Bernhardum nepotem Regem Italię deſciuiſſe, contractis copiis Cabellonum vſq; peruenit. Cui cum Bernardus ſe cerneret viribus imparem, & ad cœpta impotentem, vtpote a quo plurimi ſuorum quotidie deficerẽt, deſperatis rebus ad eum venit, armiſq; depoſitis pedibus eius ſe proſternẽs B errati veniã poſtulauit. Legis placito mortem vna cum complicibus merebatur. At Ludouicus, quanquam fere omnes reclamarent, oculos tantũ illi & Reginerio Comiti Palatii Imperatoris erui præcepit: Anſelmũ autem Mediolanenſem, Vuolfoldum Cremonẽſem, & Theodulfum Aurelianenſem Epiſcopos in monaſterium detruſit. Exoculati illi, poſt tertium diem obierunt, luctũque Ludouico attulerunt, cui dolebat maximopere, quod ſæuior in nepotem fuiſſet. [d] Ferunt, quia magno cum dolore fleuerit multo tempore, & confeſſionem dederit coram omnibus Epiſcopis ſuis, & iudicio eorum pœnitentiam ſuſceperit, & multa pauperibus pro expurgatione animæ ſuæ dederit; propter hoc tãtum, quia conſiliarios non prohibuerit agere hanc crudelitatem. Detruſit etiam pariter in monaſterium filios Caroli Magni naturales, in eiuſdem criminis ſuſpicionem adductos, C Drogonem, Theodoricum & Hugonem: Adelhardum autem Caroli conſobrinum iuſſit exulare. Drogonem Angelomus Lothario collaudabat, propter magnam eruditionem.

d *Thegan. in Ludou.*

V. Theod. Stud. ad Paſchal. PP. & alios antiſt. Orient. epiſt.

Eodem anno, [e] cum innotuiſſet in Oriente, Paſchalem Põtificem electum eſſe, Theodorus Studita ſcripſit ad eum epiſtolam miſſo Dionyſio diſcipulo. Miſit & tribus aliis Patriarchis, nempe Hieroſolymorum, Antiochiæ & Alexandriæ prudenter atq; opportune ſcriptas literas; quibus ſingulis commemorabat, quemadmodum Chriſti imago contumelioſe à perſecutoribus tractata eſſet, & Orthodoxi omnes in carcerem & exilium miſſi: ſimulq; orabat, vt opem ferrẽt Eccleſiæ fidei ac veritati periclitanti. Ad Paſchalem data, ſic ſe habet:

e *Mich. in Theodor.*

D [f] *Paſchali Papæ Romæ. In omnib. ſumma virtute prædito, lumini magno, Principi ſacerdotum primo, Domino noſtro Apoſtolico Papæ Paſchali, Ioannes, Theodoſius, Athanaſius, Ioannes, Theodorus minimi presbyteri & Præſides eorum qui Cathara, Pieridis, Paulo Petrii, Eucaria & Studiani. Iam fere audita ſunt omnino ſupremæ veſtræ beatitudini ea quæ propter peccata noſtra in noſtram Eccleſiam inuaſere. Etenim facti ſumus in parabolam & prouerbium omnib. gentibus, vt ſecundum ſcripturam loquar: non tamen par eſt renunciatio quæ fit exiliter, & per epiſtolas. Quare nos minimi, & ſi membrum corporis Chriſti vltimum ſumus, tamen capite noſtro comprehenſo, atque iis qui in fraternitate excellunt hic atq; illuc diſſipatis, potuimus quodammodo ex eo quod prope ſimus, & per mutuam ſignificationem in vnum fieri & Sp. & verbum, ſcribentes hæc tametſi confidenter. Audi, Apoſtolicum caput à Deo præpoſite Paſtor omniũ Chriſti, ianitor Regni cœlorum, E Petra fidei, ſuper quam ædificata eſt Eccleſia Catholica. Petrus n. tu, Petri ſedem exornans & gubernans. Lupi graues irruperunt in caulã Domini; portæ inferi, vt olim, ruptæ ſunt in ipſam. Quid hoc? Perſecutionem patitur Chriſtus cum matre & miniſtris. Siquidem contra imaginem incurſus, prototypi eſt perſecutio. Hinc detentio Patriarchalis capitis, & exilia, & relegationes Archiepiſcoporum, & Sacerdotum, & Monachorum, Monacharumque, & compedes, & vincula ferrea, tormentaq;, & ad extremũ mors. O horribilẽ auditionem! veneranda imago ſaluatoris noſtri Dei, quã & dæmones perhorreſcunt, contumeliis affecta, & ludibrio habita eſt, non ſolum in regia vrbe, verum etiam in omni regione & oppido. Altaria deleta ſunt, templa deſtructa, ſacra profanata, effuſus eſt ſanguis, & effunditur, eorum qui tenent Euangelium. Perſecutiones & exilia eorum qui adhuc reliqui ſunt. Conticuit*

f *Theod. lib. 2. ep. 12*

A *omne pium ob metum mortis: aperta eſt aduerſaria & blaſphema lingua. Commota eſt omnis caro in ambiguitate verſatur. Heu mihi, inquit Propheta, quia facti ſumus vt qui colligit calamum in meſſe & racemum in vindemia, cum non ſit botrus. In nos, ô beate, hæc omnia facta ſunt. Quæ quis non ægre tulerit in ſeipſo proximi damna conſiderans? Quis aũt non ratiocinatus fuerit, eſſe aduentus Antichriſti præludia, tantum differentia, quantum ab exemplari imago, in quam etiam inſaniuerit? Huc igitur ab Occidente, ô Chriſti imitator, exurge, & ne repellas in finẽ. Tibi dixit Chriſtus noſter: Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Ecce tempus, ecce locus: opitulare nobis, qui es à Deo ad hoc ordinatus, porrige manum, quantum fieri poteſt. Habes poteſtatem à Deo, eo quod omnium princeps es, in quo poſitus es. Terrete, ſupplicamus, hæreticas feras calamo diuini verbi tui, Paſtor bone, pone animã pro ouibus, ſupplicamus. Audiat Eccleſia quæ ſub cœlo eſt, quod à* B *vobis anathematizantur per ſynodum qui hæc auſi. Etiam S. Patres noſtros anathematizant. Hoc fuerit Deo acceptum, Angelis & ſanctis gaudium, concuſſis firmamẽtum, fundatis ſtabilimen, lapſis reſurrectio, omni Orthodoxorum Eccleſiæ exultatio, & tua ceres celſitudini ſecundum eos qui antiquitus præceſſerunt, æternum monimentum. Qui ſuis libris temporibus cum fecerunt ea, quæ à nobis peccatoribus nunc petuntur, S. ſancto afflati, & commemorantur, & beati habiti ſunt. Prorſus aũt credimus & confidimus quod miſericordia miſeratus vm flexus, noſtrã tenuem ſcripturam accipies, Chriſtum imitatus, qui Deus omniũ non recuſauit ab Abagaro epiſtolam accipere, & accepta reſcribere. Hæc Paſchali Theod. Præſtat ẽt addere fragmentum eius epiſtolæ, quã Alexandrino Patriarchæ ſcripſit, vt quanta tunc temporis perſecutio fuerit propter imagines excitata, non obſcurum fiat. [g] Inuaſit nos, ait, perſecutio, beatiſſime, & perſecutio grauiſſima. Olim qui-* C *dem Achab Eliam quærens Prophetam, loca omnia incendiſſe dicitur, incendio illo impii irã & furorem demonſtrante. Nũc vero & dignitate & corde Achabites, non Eliam ſolum depictum, ſed huius quoq; Dominum, D. Ieſum Chriſtum & Deum noſtrum, Deiparam, & S. vnumquemq; quærens quærit, inuentumq; magna ira delet ex omni ciuitate & regione ditionis ſuæ. Hinc euerſa altaria, templa Domini vaſtata, & priuata & publica, quæ in virorum & fœminarum habitaculis, tam vetera quàm recens extructa, miſerabile ſpectaculum! tanquam ſacie deformatos homines, & oſtẽta quadã, ſic Dei Eccleſias ornatu ſuo deſtitutas & informes relictas contemplari. Quis talia audiuit, aut vnq; vidit in priſcæ improbitatis exemplis? Ille ipſe, qui ceruicib. veſtris incumbit Arabs, mitius forſitan hac in parte erga Chriſtũ ſe gerit. At non ſic Talis eſt noſter. Parce Domine, ne des hæreditatẽ tuam in opprobriũ. Cum e pictas in tabulis imagines è ſacris donariis ſublatas, & libros qui earum* D *mentionem cõtinent, proſcindit, irridet, ſubſannat tanquam abominanda & Deo inuiſa piacula, quæ Deo accepta ſunt, & mundo ſalutaria: heu quis lachrymas teneat? quis gemitus ex imo pectore nõ edat? Viæ Sion lugent, eo quod non ſint qui pie ambulent in eis. Et vere oẽs declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt. Qui Epiſcopi videbãtur & ſacerdotes, monachi & ſæculares, omnis ſexus & omnis ætatis alii quidem circa fidem naufragium paſſi ſunt: alii ſi minus mente & cogitatione demerſi, & hæretica ſaltem communione, mortis metu contracta, eadem ex parte periculo inuoluti. Relicti tamen ſunt qui non curuauerũt genua ante Baal: ſiquidẽ tot numero, quot numerati ſunt à Deo. Ante oẽs, qui primus eſt ante nos ſacrum caput noſtrum & eiuſdem tecum dignitatis, Epiſcopi & Sacerdotes Domini, Monachi & Monachæ, iniquorum ludibriis & verberib. tentati fuerunt. Illi vinculis & carceribus, pane modico & aqua vitã trahentes: alii exiliis relegati: alii in deſertis &* E *montibus, in ſpeluncis & cauernis terræ verſantes: quidam inſuper flagellis cæſi, Martyres ad Dominum emigrarunt. Sunt qui ſacco incluſi in mare demerſi nocte fuerunt, vt ab iis qui viderunt, relatum eſt. Quid cætera? anathemate feriũtur S. Patres noſtri. Prædicantur qui impii fuerunt. Infantes, impietatis dogmata, tradito magiſtris tomo, docentur. Non eſt vſquam ſalutis profugium inter mortales, pium verbum proferre non licet, mox inſtant inſidiæ ita vt vir à coniuge ſua caueat. Iudices & pictaciorum oblatores ad hoc ipſum ab Imperatore mercedẽ capiunt, vt obſeruent, vbi quiſq; quid dicat à Cæſare diſcrepans, aut impietati non communicet, aut librum habeat de imagine tractantem, vel imaginem ipſam, aut exulem recipiat, aut captiuis pro Chriſto miniſtret. Quod ſi deprehendatur illico rapitur, cæditur, relegatur: Vnde & Dominos videas ſeruis ſupplicantes ſupplicii metu.*

Mich. [illegible]

g *Theod. lib. 2. ep. 14.*

[h] Irri-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

h *Theodor. ad Hieroſolym. lib. 2. epiſt. 15.*

[h] *Irridetur veneranda & tremenda imago Chriſti tanquam abominatio deſolationis, idolumque erroris: eodem modo qualibet alia Domina noſtra & ſanctorum. Subtrahuntur cantica ab antiquis accepta, in quibus imaginum fit mentio. Canuntur pro eis impia noua dogmata palam expoſita, qua & pueris ipſis traduntur à Magiſtris. Omnium rerum impia eſt conuerſio. Facti ſumus ſicut Sodoma & Gomorrha propter peccata noſtra; & procella hæreſis altius in dies aſſurgens nos operit: nec inuentus eſt qui Chriſtum Deum noſtrum expergeſaciat, vt increpet turbulentum hoc mare.*

Legatus Theodor. Stud. à Paſchal. PP. benigne habitus. Hieroſol. epiſt. mitti ad Leõ. Imp. i *Vita Theod. & Theoph.*

Hæc aliis tribus Patriarchis Theodorus. Et quidem Legatum ipſius benigne habuit, opportuneque reſcripſit Paſchalis Papa: [i] Hieroſolymitanus autem Patriarcha ex S. Sabæ Laura à Saracenis tunc temporis afflicta duos egregios Monachos, Theodorum & Theophanem fratres, ſanctitate claros, doctrina conſpicuos, Chriſtiana conſtantia firmos, reuera duo belli fulmina aduerſus graſſantem impietatem Conſtantinopolim deſtinauit. Eorum prior Imperatorem Leonem libera voce allocutus, increpauit dicens. Oblitus es eorum quæ Deo promiſiſti, ô Imperator, quorum interceſſor fuit Magnus Pontifex, quando tuo capiti Imperatoriam impoſuit coronam, cum videlicet promiſiſſes ſeruare fidem Catholicam. Parce animę tuę, & prius ornamentum reſtitue Eccleſiæ, & noli pugnare cum Deo iuſto iudice & forti, etiamſi non quotidie iram inſerat propter ſummam benignitatem. Hæc audiens Imperator, ſoluto prætextu lenitatis, in iram & furorem erupit: & rogauit, an eſſet aliquis eiuſdem animi & ſententiæ in pietate, cuius erat Theodorus. Poſtquã vero intellexit de fratre eius Theophane, & quod non minus quam naturam conſeruaret in dogmatibus cognationem & fraternitatem: ambos diu flagellis cæſos condemnauit, vt relegarentur ad oſtia Pont. iubens nemini meminem eis impertire nec cibum, nec potum: vt mali, inquit, ſic male atterantur.

Legati Theodori Epiſcop. Conſtant. Hæret. à Paſch. PP. Roma ingredi prohibentur.

Per idem tempus, Theodorus Patriarcha Conſtantinopolitanus Legatos ad Paſchalem Romanum miſit. Qui literas communicationis ab eo referrent. Sed Paſchalis non modo communionem eius eſt auerſatus, sed & Legatos, ne Romam propius accederent prohibuit.

PASCH. PAPÆ ANN. 2. LVDOV. 5.
Leon. Arm. 5.

I.
Legatio alia Theod. Stud ad Paſch. PP. k *Theod. lib 2. ep. 35.*

ANno Chriſti 818. [k] Theodorus Studitorum præpoſitus, vna cum tribus aliis (nam Ioa. Eucariæ lapſus erat) reliquis concaptiuis, miſſo Epiphanio ad Paſchalem Papam, gratias per literas egit, quod & multa egerit, dixeritque pro eorum conſolatione, & eorum epiſtolis, Apoſtolico calamo reſcripſerit, & hæreticos Theodori Apocriſarios, velut fures, ne in ſacrum quidem conſpectum admiſerit: ſed cũ procul adhuc eſſent, merito reiecerit: afflictorum autem calamitatibus ex literarum auditione & miſſorum relatione compatiens, indoluerit atque ingemuerit Dei exemplo tanquam propriis membris. Præclara poſtmodum encomia, ſummo Pontifici ſcripſit. *Vos,* inquit, *illimis ac ſincerus ab initio fons Orthodoxæ veritatis. Vos aduerſus omnem hæreticam procellam tranquillus ſepoſitus portus Eccleſiæ vniuerſa. Vos à Deo electa ciuitas refugii ſalutis. Conſoletur igitur nos ſancta & Apoſtolica anima tua. Primum quidem (quod & facere illam credimus) ne ſuas pro ſtabilitate & ſalute omnium Deum flectentes preces intermittat; ita obteſtamur ſacratiſſima viſcera: deinde vt quæ Spiritus ſancti inſtinctu pro humilitatis noſtra vtilitate ac perpetua virtutis tua laude deliberauit & ſtatuit, ad exitum Deo adiuuante perducat.* His ad Paſchalem datis literis, ſuggerebat etiam Epiphanio, vt ex ſuggeſtione Sancti Methodii, & Sancti Monobaſiæ Epiſcopi, apud Pontificem intercederet, vt is Legatos Conſtantinopolim mitteret. [l] Erat Romæ Sanctus Methodius, Nicephori Patriarchæ expulſi, ad ſedem Apoſtolicam prouocantis Apocryſarius. Sed miraculo ſtupendo Romæ curatus. Ipſe referebat cuidam ex amicis, quod cum Romæ degeret miſſus eo ad Pontificem, ob intentata Nicephoro ſanctiſſimo Patriarchæ crimina, ſe vexatũ fuiſſe, à carnis ſtudioſo malo genio, ſine intermiſſione dies noctesque ipſum titillante, & rei venereæ appetitum excitante. Itaque ſe ardentem ea cupiditate ac tantum non eo ſuccumbentem, Petro Apoſtolorum Principi ſe dedere ſtatuiſſe, multiſque precibus ab eo contendiſſe, vt ſe libidine ea liberaret. Hunc nocte aſtitiſſe, ac virilia ſua manu dextera tangente, combuſſiſſe, ſimulque dixiſſe. Nihil eſſe quod in poſterum ſibi ab iſta metueret voluptatis concupiſcentia: ſe ob vehementem dolorem ſomno excuſſum, talem repertum fuiſſe, qualem poſtea vidiſſent aliqui, cum adulterii accuſatus, ſeſe ab hoc crimine immunem eſſe oſtendiſſet. Porro Theodorus, non his quæ ad Paſchalem ſcripſerat contentus, voluit etiam omnibus vbique diſperſis fraternitatibus catecheticam ſcribere, doceréque quemadmodum diſperſi monaſticam viuendi rationem ſeruarent, & quomodo in perſecutione conſtantes perſiſterent, exemplo Thadæi martyris & aliorum confeſſorum, qui pro fide & imagine Chriſti ad mortem vſque decertarunt. Monebat præ cæteris vt ſibi à Leontio cauerent. Fuit is primo diſcipulus S. Theodori, imaginum & pietatis ardentiſſimus cultor, ſed tandem fidei deſertor. Hunc indicabat his verbis: Noſtis, ait, qualis ſit Leontius, eunuchorum genus non ſolum ingloriũ, vt quidam ſanctorum dixit, ſed & Chriſtum negans: neque adeo his finibus ſe continens, verum acerbe & crudeliter fratres noſtros excrucians, qui ante diſcipulus, nunc nugator Iudaizans: qui inter fratres eminentiores, nunc contra fratres ſupra quam iudices omnes: qui non ſimpliciter imaginem dicebat, ſed ſanctam imaginem ſiue Chriſti, ſiue Deiparæ, & cuiuslibet ſanctorum; nunc eas incendit & abolet, inſanientis inſtar fere blaſphemans. Vnde & Imperatori carus factus eſt, & monaſteriis noſtris potitur, & omnia miſer facit in contumeliam Chriſti: Hactenus Theodorus diſperſis.

Alia Theo. Stud catechetica epiſtola.

II.
Legatio à Paſchali miſſa in Orientem. m *Theod. lib. 2. ep. 37.*

[m] Interim Legati à Paſchali Pontifice Conſtantinopolim miſſi, eo aduenere, nihilque non egere ad demõſtrandam iconoclaſtarum impietatem, atq; imaginum ſanctitatem. Quorum doctrinæ cum non auſcultarent refractarii, à Coryphęo abrupti ſunt, & ab aliis trib⁹ Patriarchis, vtique & à Chriſto, qui caput eſt prędictorum. Cæterum Paſchalis Papa, cum in dies ſingulos, prope innumerabiles Monachos, ab Orientali perſecutione in vrbem confugientes benigne ſuſciperet, eos autem monaſteria iampridem pro Græcis ædificata non caperent, Eccleſiam S. Praxedis ruinam minantem inſtaurauit, ornauit, ditauit, & Græcis conuenis deputauit: tranſlatis in eam quam plurimis ſanctorum martyrum reliquiis, quorum corpora ex cæmeteriis dirutis extulerat. Extant adhuc in apſide eiuſdem Eccleſiæ muſiuo opere ſacræ imagines effigiatæ, quib. hi verſus adiuncti, cum prænotata ſymbola P.S.CAL.

Emicat aula pia è variis decorata metallis
Praxedis Domino ſuper æthra placentis honore
Pontificis ſummi ſtudio Paſchalis alumni,
Sedis Apoſtolicæ paſſim qui corpora condens
Plurima ſanctorum ſubter hæc mœnia ponit
Fretus vt his limen mereatur adire polorum.

III.
Præconia Iac. Stud. martyris. n *Ep. 100.*

Per id temporis, contigit in Oriente, Iacobum Studitam martyrio defungi. Eius præconia Theodorus Studita celebrabat literis ad Hypatium datis his verbis.

[n] *Nec nos ſine dolore, fili, accepimus dormitionem Iacobi Confeſſoris Chriſti & amabilis fratris noſtri, nec porro ſine lætitia. Illud quidem ex ſpirituali affectu (quid enim ille niſi filius, & talis filius, cuius ego propter peccata ne filius quidem dici merebar) hoc vero ſpei cauſa, nec noſtra duntaxat, quorum ille veluti membrum ſacer ornatus futurus erat, verum etiam totius Dei Eccleſiæ. Quid enim? qualem virum cenſes? an non Confeſſorem? non Martyrem? non ſanctum? A primis annis in aſcetica vita laboribus deſudauit, legitime ſubditus, obediens, aduerſus animi motus viriliter pugnans, incorruptum corpus afflictationibus cuſtodiens, quibus illud continebat & in ſeruitutem redigebat, ſine apparatu comedens, ſic dormiens cum adhuc ſanus eſſet, vt in admirationem raperet intuentes, ſeceſſum colens, vt plurimum quoad poterat, & ad ſeipſum reflectens, atque ad diuinum amorem inde aſſurgens. Ac ne quis fingi hoc à me exiſtimet animi gratia propter audientes: teſtis eſt Deus: & qui eius pædagogus fuit Ioannes, à quo mihi eorum quæ neſciebam explicatio. Atque hæc velut rude quoddam*

ſpecimen aſceticæ diſciplinæ. In confeſſione autem, quot & quantæ? ſpectaculum factus eſt Angelis & hominibus. O forte, Deoque charum cor. Ingreſſus eſt ſtadium, tanquam Dei miles impauidus, intrepidus, hinc inde tenebrarum miniſtri terga verberibus lanıarunt, pectora, brachia, ſanguinem hauſerunt, carnes conciderũt, humi ſtratum ſanctum reliquerunt, Scæuam mortem nullam prorſus metuentem, ſed martyrium Deo perfectum explentem, & hoc pro Chriſto Filio Dei ac Deo noſtro. Nam pro ſacra eius imagine decertare, pro eo ipſo eſt martyrium pati. Audiant manſueti & lætentur: exultent martyrum amatores & tripudient. Confundatur diabolus: concidat iconomachorum caterua, ex vtrorumque operibus, iuxta diuinum mandatum, vtraſque agnoſcite. Hi enim non hunc ſolum, ſed multos è noſtris, & non noſtrum, imo & noſtros (ſiquidem omnes vnum corpus ſumus in Chriſto Ieſu, qui eſt caput omnium) pariter diuexarunt, occiderunt, inedia peremerunt: & quæ alia his conſentanea ſunt. Ille vero ex intolerandis illis vulneribus, membris omnibus ſolutis, & exarmatus, & corpus acerbiſſimis doloribus chirurgicæ curationi ſubiecit, & fractus inde ad finem vſque tanquam quotidie moriens vitam traxit, & quidem cum gratiarum actione, & quidem cum humilitate. Quod ſi ſuum etiam obitum prædixit, hoc ipſum conſequens erat ex certaminibus. Maximum autem ad funus concurſum fuiſſe etiam illuſtrium in vtroque genere: id quoq; facit adorationis teſtimonium. Neque enim ad hominem obſcurum ſecundum carnem, niſi Dei nutu talis factus concurſus eſſet. Ille igitur in cœlum abiit, & appoſitus eſt ad commilitones, auctuſque eſt chorus Confeſſorum ac martyrum priorum, ex quo gaudium eſt in cœlo, & animi lætitia, cuius precibus ſaluemur, fratres, ipſe autem condignã obſequii ſui mercedem nanciſcatur.

IV. Florebat eodem tempore cœnobium Caſſinenſe, virorum ſanctitate. [o] Abbas Apollinaris inter alia miracula Lirim amnem ſicco veſtigio pertranſiit. [p] Sanctus Adelhardus Caroli Magni conſobrinus, & S. Ludgerus Monaſterienſis Epiſcopus, atque reliqui in eodem excelluerunt.

o *Leo Oſt. lib. 1. c. 21.*
p *Sur. 2. Ian.*
q *Et 20. Mart.*

Pasch. Papæ Anno 3. Lvdov. 6.
Leon. Arm. Imp. 6.

I. Conuentus Principum pro ſtatu Eccl. optime diſponendę. r *Annales Franc.*

Anno Chriſti 819. [r] Prima hyeme Ludouicus Imperator conuentu Principum congregato, nihil non egit, quicquid ad honorem ſanctę Dei Eccleſiæ perficere poſſe viſum fuit. Legibus etiam ſuis, capitula quædam ſuppleuit, eaq; omnia per ſuos miſſos Epiſcopis tranſmiſit, vt & hi Abbatibus, Comitibus & aliis Chriſti fidelibus, omnia ſancita renunciarent. Idem Ludouicus Imperator mortua Irmingarde coniuge duxit Iudith filiã Guelphi Comitis, de nobiliſſima ſtirpe Baioariorũ.

II. Theod Stud. nouę paſſionis. ſ *Michael in Studita Theod.*

In Oriente [ſ] Theodorus iam toto triennio in carcere perſeuerans, cum ex ſucco corpore multis infirmitatib. premeretur, nouo certamini ſe ſubiecit. Inciderant in manus Imperatoris, neſcio vnde, literæ, quas ſanctus dictarat, & immunem illum furore immenſo accenderant, vt quæ illius amentiæ, ſtuporiſq; notam, indiciumque continerent. Has ille ad magiſtrum militum Orientis miſit, addito mandato, vt Theodoro literas oſtenderet, eumq; ad extremum vſq; Spiritum acerrime diuerberaret. Hic ſimul ac aduenit, primo illũ interrogauit; eiuſne literæ vel alterius eſſent, quas manibus gerebat? Theodoro autem ſuas eſſe nec alterius affirmante, nullum aliud verbum addens, Nicolaum prius eius diſcipulum, tanquam epiſtolæ notarium, in oculis magiſtri nudum extendi, cædiq; imperauit. Deinde ſanctũ ipſum exuens centum illi verberũ plagas impoſuit, omnia propemodum oſſa diſſecans, oſſiumque ipſorum nexus, & colligationes deſtruens, quæ ſolæ illi ſupererant. Tranſiit inde rurſum ad Nicolaum, ratus illum propter verbera molliorem factũ: verbiſq; aſperrimis ad ſacratũ imaginum magiſtriq; eiurationem inſtigauit. Vt fortiorem vidit, iterum verberib. cruentatum pro mortuo reliquit. Aliquantum in ſe reuerſus, & prope moribundum aſpiciẽs Theodorum, ſui ipſius curã omittens, quãquam & ipſe peſſime habebat, totus in ſenis curam conuerſus, facto tantillum piſanę, rigauit arentem patris linguam, modi-

Nicolai in Theodor. pietas in tormentis.

A coq; in os infuſo potu, nõnihil eum refocillauit, ac veluti mortuum vitæ reſtituit. Vt vero vitalẽ vim et rediiſſe ſenſit, ad marcida membra iam medicanda ſe cõuertit; pleraq; n. carne penitus corrupta & graueolente tabo ac ſanie confecta putruerant, & cernere erat partes alias ab aliis pendentes omnes ad vſum iã factas inutiles: quam ob cauſam cultello eas detruncauit, & à ſeniorib. auulſit; ſi hoc forte pacto reliqua cohærere poſſent, cicatricemq; obducere. Nonaginta totos dies intolerabili dolore perfunctus Pater, nulla prorſus vel temporis pũcto percepta requie, in mediis adhuc laborib. labores alios & duriores carceres, & longiora itinera ipſe, qui oſtii limen vix egredi poterat, nactus, ſæuiſſimo tyranno nouos ei cruciatus affatim ſuppeditante. Smyrnam n. iuſſerat illum & Nicolaum trãſmigrare. Gaudebat tamen

Graue vtriuſq; exiliū.

B ille cum in tormẽtis, tum in grauiſſima peregrinatione: nihil aliud à fratribus diſperſis quibus demum ſcripſerat, q̃ conſtantiam & orationem. Illam pro illis, eam vero pro ſeipſo depoſcebat. Smyrnam vbi attigit, eius vrbis Antiſtiti vna cum diſcipulo traditus fuit, viro inter hæreſis patronos principi, impietatiſq; magiſtro; à quo in obſcurum ſub terra carcerem retruſus, in eo manſit, vni omnium inſpectori Domino intendens, quem vnum in ærumnis conſolatorem habebat & cuſtodem: quãdo & propter ipſum ſolũ tot ſuppliciis fuerat affectus. Breui poſt hæc tempore ſuperuenit iterum ipſe Anaſtaſius, ira feruens, martyriſq; ſanguinis ſitibundus, qui verbera prioribus acriora ſancto inflixit, cœtuſq; Imperatori retulit, cum tertio iam Theodorum cæcidiſſet; ita vt cẽtenos per vices ictus pertulerit, diſcipulo eius pari pœna decertante. Non tamen in eo carcere deſtitit Theo-

Crudelitas plusquam barbarica.

C dorus, à ſcribendis epiſtolis: illo vſus verbo: [t] *Principes huius ſæculi, arctius nos quam in priori carcere ſeueriuſq; cuſtodiunt: ſed verbum Dei non eſt alligatum, nec quieſcit amor, nec ſilet mandatum: propterea humilis iterum loquor: Audi cœlum & aurib. percipe terra, Moab ſpreuit, Byzãtina videlicet, Angelicum iugum excuſſit, velut vitula inſaniẽs, imperium detrectauit. Vias tuas ſcire nolo factis verbiſque pronunciauit, Corybantum more agitur, furit, ſanguinem bibit vt leana, vt aſpis aures obturat, reprehenſa reluctatur. Venit ad eam vox commonitoria velut è cœlo miſſa à ſupremo, à Romano throno: Quid feciſti, clamans. Chriſtum negaſti, Chriſti abrogans imaginem & Deiparæ, & ſanctorum omnium? Aperi obedientem aurem, audi Euangelica, Apoſtolica, Prophetica, paterna verba, & non admiſit, & non ſuſcepit, ſed auellens ſeipſam à primis veriſcu corpore Eccleſiæ (viuit ſi-*

Theodori in carcere exarantis epiſt. t *Lib. 2. ep. 62.*

D *quidem etiamnum Nicephorus ſacer) aduerſus Deum omnipotentem ceruices erigit, Chriſto inſultans, ſancta proculcans. Talia ſunt eius facinora, deſideratiſſimi. Et nobiſcum Deus, Oriens, Occidens, Aquilo, Mare. In his gaudium. Sin luctus; etiam propter eos qui pereunt. Age ergo, ſtate fortes, gratis animis has pro Chriſto ærumnas, quaſi theſauros abripientes. Tempus opportunum certantibus ſuauiter ſpirans, vnguentis fragrans tribulationum ſuper omnia aromata. Fluit martyrum ſanguis in Eccleſiam, irrigans eam vltra quam Eden quadruplicis fluminis fonte perfuſam. Accedunt martyrum Choro qui omni ætate fuerunt, & Confeſſorum. Hæc Theodorus ad fratres diſperſos, monens ad tolerantiam malorũ: ab illis [u] qui ſeipſos auulſerunt à corpore Chriſti, & ſupremo verticali throno, in quo Chriſtus fidei claues poſuit, aduerſus quem non præualuerunt vnquam, nec præualebunt vſq; ad conſummationem portæ inferi, ora ſcilicet hæreticorum, ſicut*

u *Et 63. Naucratio diſcipul.*

E *pollicitus eſt qui non mentitur.* [x] Gennadius poſtea Patriarcha Conſtantinopolitanus vrgebat his verbis Græcos in Concilio Florentino: aſſerens Eccleſiam Romãnam nunq̃ poſſe errare, propterea quod nunquam hæretici potuerunt contra eam præualere. Quamobrem idem concludebat: *Ergo, inquit, ibi Eccleſiã confitebimur, vbi non eſt hæreſis, nec iniquitas, neq; infidelitas, imo vero firma fides & inconcuſſa. At non ita apud Orientem, vbi abundat iniquitas & infidelitas. Non meus ſermo hic eſt, ſed Theod. Stud. prodeat, & dicat teſtimonium, quod nemo poterit inficiari. In decima quinta Catecheſi quam legitis quidem, at non intelligitis, quia nõ vultis. Videtur n. Doctor hic aduerſus impugnatores imaginũ pugnare, quando dicit: Audio enim quod Romæ Principis Apoſtolorum claues proponuntur ad adorandum, atq; in honore haberi, quan-*

Gennadius contra Græcos pro Eccl. Rom. x *In expoſit. pro Conc. Flor. c. 5. Sect 17.*

quam

Digitized by Google

quàm non claues ſenſibiles Dominus ei tradidit, ſed intellectuales ad ligandum atq; ſoluendum. At illo argenteas populo proponunt ad adorandum. Tanta igitur apud eos eſt fides, & ibi ſolida petra fidei, ſecundum verbum Dei fundata. Hic vero, vt videtur, abundat infidelitas ac improbitas. Vides quod & beatus hic, ibi confitetur ſolidam eſſe fidem, nec in Petro tantum, ſed & in eius ſucceſſoribus. Hæc Gennadius ex Studita Theodoro contra Græcos.

PASCH. PAPÆ ANNO 4. LVDOV. 7. Leon. Arm. 7.

I. Theod. Stud. in exilio propinquum Imperatoris oratione ſanat qui poſtea in hæreſim relapſus morbo correptus obiit.
y Michael in Theod.

ANno *Chriſti* 820. *y* Theodoro Studita, Smyrnæ in exilio mortem expectante, contigit Bardam Imperatoris propinquum ægrotare. Eius valetudinem cũ medici deploraſſent, aliqui ſuggeſſerunt, vt Smyrnam ſe deferri pateretur, Theodorumq; pro ſanitate imploraret. Iuit ille, orauit: Sanctus eum increpauit: ſcilicet ꝙ ſe ſanguine martyrum maculaſſet, Thadæumque occidiſſet. Barda aũt miſit è veſtigio, veniã petens tantorum facinorum, orans vt ſe præſenti periculo eriperet. Habebis me, inquit, deinceps obſequentem tibi, atq; ex legibus tuis vitam moderantem: tantum mihi hoc beneficium impende. Orantis cõmiſeratione tactus Theodorus, & morbum ſanauit, crebris precibus Deum exorãs, & cum corpore, vt animæ ſimul meli⁹ eſſet, effecit, miſſa ad eum Deiparę imagine, quam totius vitæ cuſtodem haberet. Hanc enim, inquit, ſi amplectare, colaſq;, recte ac feliciter ages in omnib⁹: ſin reieceris, grauiſſima ſenties, & cuiuis abominanda mala. Verum amẽs ille, ac ſupra modum ſtupidus, quaſi nihil noui accidiſſet, repẽte animum mutauit, rediitq; ad priſtinam hæreſim & errorem, peſſimo cõſiliario vſus Smyrnenſium Epiſcopo, à quo olei vaſculo donatus, eulogiæ nimirum nomine & valetudinis confirmandæ: ſimul ac illo ſe vnxit, morbo correptus infelicem animam exhalauit.

II. Leo Imp. occiditur iuxta altare.
z Cedren.

Reſpexit interim Deus gemitum compeditorum, Leonemq; Imperatorem regno & vita ſpoliauit. *z* Erat quidem Michael Amorienſis, lingua non tantum balb. ſed & malus: cui ſolenne fuit per temulentiam Imperatori detrahere. Maieſtatis accuſatus, cũ ad petulantiam maledicendi, etiam coniurationis conuinceretur, tulit ab Imperatore ſententiam, vt pridie natalitiorũ Chriſti, in camino lauacri, quod erat in Palatio, viuus coniectus inſpiciente Imperatore cremaretur. Cum aũt ad ſupplicium duceretur, idq; Imperator coram cernere geſtiret: interim vero dum expectaretur perambularent, Imperatrix Theodoſia Arſaberi filia, cognito quid agendum eſſet, celeriter thalamo exiit, Bacchęq; cuiuſdam inſtar, motu furioſo ſeſe agens, Imperatorem apprehenſum, flagitioſum ac Deo aduerſantẽ appellauit, qui ne ſacræ quidem diei parceret, Dominicum corpus percepturus. Ita Imperatoris impetum ea cohibuit, vt metuens ne Deum offenderet, in præſentia ſalute Michaelem donauerit, compedib. modo ferreis incluſum: quarum claue ſibi retenta, hominem Papiæ cuſtodiendum mandauit. Ad vxorem vero conuerſus: Feci, inquit, quod iuſſiſti, mulier, tuis bacchationib. perſuaſus: ſed tu mox cernes & proles noſtra quid euenturum ſit, etiamſi me hodie à peccato abſtinuiſti. Atq; hoc quidem ille, quanq̃ à vadidica inſpiratione alieniſſimus, vere vaticinat⁹ eſt.

Vaticinia & viſiones mortem eius præcedentes & præagientes.

Fertur hoc oraculum Sibyllinum inſcriptum libro cuidam bibliothecæ Imperatoriæ, quo non oracula modo continebantur, ſed ſigna Imperatorum coloribus depicta. In eo libro depicta erat fera Leo, cui ſuperne in dorſo litera .x. ad ventrem vſq; erat inſcripta. Et à tergo vir quidã accurrens Leonẽ per ipſam literam haſta configebat. Cum æque oraculum obſcurum videretur, ſolus eo tẽpore Quæſtor interpretabatur, Leonem dicens, olim Imperatorem fore, qui ipſo Chriſti natali mala morte eſſet interitur⁹. Neq; minus Leonem perterrebat matri eius oblata viſio: Ea n. per viſum acceperat, ſe, cum in ædem Deiparæ Blachernenſem crebro commearet, virgini cuidam occurrere albatis viris ſtipatæ. Porro ædem

A ſe videre ſanguine repletam, & virginem cuidam albatorum mandare, vt ollam ſanguine impleret, matrique Leonis bibendũ porrigeret. Se aũt multorum annorum viduitatem prætendere, cuius gratia neq; carnes, neq; quicquam ſanguine præditum guſtaſſet, ideoq; olla etiam hac abſtineret. Tum virginem iratam dicere: Qui ergo filius tuus non deſinet ſe multo cruore implere, eoq; me & filium Deum meum irritare? Atq; ab eo tẽpore mater viſionem iſtam tragice referens, non deſtiterat crimen dehortari, vt ab Iconomachorum hæreſi abſtineret. Leo quoq; ipſe vidit, quo gladio eſſet feriendus, (vt ipſe adhuc ſuperſtes ſua voce declarauit) Aſpexit enim B. Taraſium in ſomnis ad ſe accedere, & cum graui ira iubere cuidam nomine Michaeli, vt enſem in eum adigeret. Ille vero iuſſui morem gerens, gladio B transfegerit Imperatorem. Exagitabat eundem Leonem monachi apud Philomelium prædictio, & veſtis ſuæ à Michaele indutæ recordatio. Prædixit etiam interitum Leonis Magnus Ioannicius Anachoreta, manifeſtauitque Euſtraſio Monacho id roganti. His omnibus terroribus actus Imperator, metu concutiebatur, & animo fluctuabat, eamq; noctem inſomnem exigens, ſapientius quam ſibi commodum cõſilium iniit. Nam perrupta, qua ad Papiam ibatur, portula, domum eius intrauit, ſpeculatum quid ibi ageretur. Ingręſſo domum eam ſpectaculum oblatum eſt, quod eum haud vulgariter perterruit. Vidit namque damnatum alte ac magnifice admodum extructo thoro iacere, Papia in nudo pauimento recumbente; curioſiuſq; aggreſſus, vt deprehenderet, an Michael (quod ſolent anxii & in vitæ diſcrimine C conſtituti) ſomnum ancipitem ac curis plenum, an contra ſecurum atque ſuauem duceret: ſenſit eum profundo ſopori deditum, adeo vt ne contrectando quidem eum potuerit excitare. Hoc autem inſperato ſpectaculo ira acrius incenſa, diſceſſit, per ocium non Michaeli tantum ſed ipſi quoq; Papiæ exitium ſtructurus. Neq; hæc res Papiam fefellit, quod quidam Michaelis excubitorum ex puniceis cothurnis Imperatorem agnoſcens, ipſi quid actum eſſet, perſpicue indicaſſet. Itaque Papias cum ſuis animo grauiſſime perturbatus ac prope extra ſe raptus, de periculo effugiendo deliberauit. Iamque illuceſcebat, cum Michael hoc conſilium cepit. Simulauit ſe opera Theoctiſti (quem poſtea ad Caniclei dignitatem euexit) quaſdam animæ ſuæ mendas quibuſdam religioſis hominib. velle aperire. Cum- D que id Imperator permiſiſſet, licentiam nactus, Theoctiſto indicauit, tempus poſcere, vt ſociis coniurationis minaretur, niſi ipſum celerrime diſcrimine eriperet, ſe totam rem Imperatori enunciaturum. Hoc mandatum exequente Theoctiſto, conſpirationis populares non mediocris inceſſit ſolicitudo: anxieque, quomodo & ſuam, & Michaelis iam in extremo de vita ſua periculo verſantis ſalutem conſeruarent. Tandem conſilium compoſuerunt, quod & ipſos incolumes reddidit, & Michaeli cum vita imperium parauit. Mos tunc erat, vt qui in palatino templo pſallerent clerici, in Regia habitarent: ſed quiſque domi ſuæ degens circa tertiam noctis vigiliam ad portam Elephantinam ſeu Eburneam conueniebant, indeque in templum progreſſi, Deo matutina vota nuncupabant. Iis tum coniurati ſe- E ſe permiſcentes, pugionibus ſubter alas occultatis, vna introierunt, abditique in obſcuro templi loco, teſſeram expectarunt. Hymno abſoluto, venit etiam Imperator, ac pro more ſuo voce grandiore intonauit carmen:

Spreuere ſummi cuncta amore Principis.

Tum cõiurati confertim impetũ dederunt, qui eos initio per errorẽ in cleri magiſtrum tulit; ſiue ꝙ is corpore Imperatori adſimilis erat, ſiue ꝙ caput ſimili veſte velauerat: erat enim tempore eo magnum gelu, ideoq; quis caput ſuum denſiore pileo tectum non denudabat. Sed is quidem pileo detracto, oſtenſa caluicie, periculo ſe ſubtraxit. Imperator inſidias ſentiens, in penetrale altaris ſe ſubduxit, dirupta thuribuli catena, aut (vt alii perhibent) Sancta Cruce, ictus percuſſorum excepit.

Verum

Verum ij non ſinguli, ſed facto cuneo irruentes, alius capiti, alius ventri, alius alij corporis parti plagas intentabant. Leo aliquandiu cruce ſe defendit, ictibus gladiorum repulſis, donec feræ inſtar vndiquaq; impetibus ſuccubuit. Tandem quendam immani corpore gigantis ſimilem inferre ictum cernẽs, per inhabitãs templum illud numen iratum obſecratus eſt, vt ſibi parceret. Fuit nobilis ipſe Crambonitarum ſtirpe oriundus, ac dicens, non iuramentorum eſſe hoc, ſed cædis tempus, graui ictu manum Leonis abſcidit clauicula, ſimulque cornu crucis. Tandem vulneribus victo, & ad terram ſubſidenti quidam caput amputauit. Hunc finem vitę ſortitus eſt Leo menſe Decembri, octauo calendas eiuſdem, hora noctis prope decima, cum Imperium annos ſeptem, menſes quinque geſſiſſet, & maiori quam vllus anteceſſorum crudelitate atque impietate vſus, diligentiam in Repub. procuranda, inq; rebus bellicis fortitudinem ſuam obſcuraſſet. Aiunt vocem quoque ſtatim cælitus editam, quæ lætum de eius morte nuncium multis patefecerit, ac nauicularios quoſdam, qui eam audiuiſſent, notato tempore & nocte ea, ratiocinando eam veracem deprehendiſſe. Interfecti Leonis cadauer percuſſores crudeliter per ſpolia circumtraxerunt omnis metus vacui, quod ſuis armis Regiam vndiquaque cinxiſſent. Aula quoque Auguſtam eiecerunt, & in monaſterio quod dicebatur Dominorum recluſerunt; quatuor autem filios Leonis, Sabbathum qui Conſtantini nomine aſſumpto, Imperator quoque deſignatus erat, tum Baſilium, Gregorium & Theodoſiũ euirarunt: Michalem vero Papiæ cuſtodia liberatum, ferreiſque adhuc compedibus clauſum (earum enim claues in ſinu Leonis aſſeruabantur) Imperatorio ſolio collocarunt, & Imperatorem ſalutatum renunciarunt. Is porro ſub meridiem, fama iam vndiquaque diſſipata, malleo per vim diſſilis compedibus, neq; manibus ablutis, neque Dei metu in animum ſuum inducto, neque vlla re alia, quam decebat fieri, peracta, ad magnum S. Sophiæ templum prodiit, cupiens manu Patriarchę coronari, & ab vniuerſo populo Imperator ſalutari, ſolis fidens coniurationis ſociis, & percuſſoribus Leonis. Mirabantur homines Michaelis impudentiam, qui in ædem intraret, nõ vt homicida aliquis aut carnifex ſanguine pollutis manibus, ſed veluti victor, & qui palmã meruiſſet, eo facinore ſuperbiens, cum quidem ciuilem ſanguinem non quouis loco fudiſſet, ſed ad ſacram arã, vbi quotidiè Dominicus ſanguis effunditur, pro noſtris peccatis expiandis. Fuit hic Michael Amorii natus ſuperioris Phrygiæ vrbe, in qua ab antiquis temporibus Iudæorum, Athinganorum, aliorumq; impiorum multitudo habitabat, & quædã ibi hæreſis ex iſtorum diuturna atq; continenti inter ſe conflata conſuetudine, enata erat noua prorſus, & inuſitatis conſtans opinionibus, à qua & ipſe erat Imperator, traditę à maioribus ſuperſtitioni inhærens. Ea hæreſis ſuos ad diuinum ac ſalutare Baptiſmum admittebat quidem, in reliquis autẽ omnibus, dempta circumciſione, Moſaycam legem tenebat. Erat Michaeli præceptor, qui eum ijs ſacris initiauerat, & quaſi perfectus Hebræus quidam (ſicut is potius femina Hebraica fuit) quem domi fouebat, ab eoq; non ad religionem modo, ſed & ad rem domeſticam pertinentibus rebus inſtituebatur. Ab eo præoccupatus nihil integrum ſeruauerat, ſed erat prauæ religionis in eo quaſi colluuio quædam, cum & Chriſtianæ decreta adulteraret, & Iudaicam ſpuriis opinionibus pollueret. Fuitq; omnino quod pietatis profeſſionem attinet, talis in eo varietas & confuſio, qualis fertur Libycarum eſſe beſtiarum natura, quæ ex diuerſis animalibus ob aquæ defectum congreſſis naſcuntur.

Infelix mors Leon. Imp. crudeliſſimi & impiiſſimi.

III. Michael adhuc in carcere inclusus Imp. renunciatur.

Michaelis impudentia.

Quis & qualis Michael Imp.

IV. De ſancta Abundãtia virgine & eius miraculis.

Hoc tempore Spoleti in Vmbria, viuebat S. Abundantia virgo, Exuperio & Sigiſmunda nobilibus parentibus poſt multas eorum preces, nata. Dum ſacro lauacro regeneraretur, Eccleſiæ lãpades ſpontè accenſas, & campanas vltrò pulſatas eſſe tradũt. Ferũt etiam illam mox natam, mulierem quandam adulterii falsò accuſatam, diuinitus locutam, ab infamia atq; morte liberaſſe. Octennis, cum Eccleſiam ingreſſa, ante imaginem B. Mariæ puerum Ieſum geſtantis, oraret atque ab eo pomum aureum, in manibus illius depictum petiiſſet (mirabile dictu) puer manu extenſa pomum illi porrexit; illa autem domum profecta, flores hyemali tempore exortos, puero redonauit. Hieroſolymis reuerſa, eum relictam hęreditatem, in pauperes, & virgines pro pietate erogaſſet, in magno vitæ rigore, ſpiritum exhalauit: campanis ſponte ſonantibus, & Angelis Deo laudes canẽtibus. Ad eius corpus infirmi plures delati, ſanitatem priſtinam recuperarunt. *Ex Annal. Eccleſ. Spolet.*

V. De ſancto Exuperantio Cingulano Epiſc.

Per id temporis, Cinguli in Piceno, floruit S. Exuperantius Epiſcopus. Is in Africa patre Eulaſio & matre Perpetua natus, inque ſacris literis educatus, caſtitatem inter cæteras virtutes, & religionem, contra parentum voluntatem excoluit. Annos duodecim natus, cum ab Epiſcopo proprio baptiſmate lotus eſſet, accepta à patre bonorum parte ſibi obtingente, relictis parentibus & patria, multas ciuitates prędicatione & eleemoſynis, vna cũ Formario adoleſcente à ſe baptizato, recreauit ac deinde naui conſcenſa, cũ orationibus tempeſtatẽ maris ſedaſſet, nautaſque ad fidem Chriſti adduxiſſet, in Italiam appellens Paſchalem Rom. Pontif. acceſſit, vrbemque Romanam peſte laborantem, precibus liberauit; multiſque ægrotantibus ſanitatem reſtituit. Cingulanæ poſtmodum Eccleſiæ prælatus, cum eam quindecim annis adminiſtraſſet, finemque ſibi imminere ſenſiſſet, Clero ac populo ad fidem, obedientiam & pacem exhortato, ſuum Deo tradidit ſpiritum. Daria mulier graui infirmitate oppreſſa, cum digitum Exuperãtii defuncti oſculo excepiſſet, ſanitatem recepit. Finitimæ verò vrbes diuturnis infirmitatibus conflictatæ, cum ab Angelo admonitæ, corpus ſancti Epiſcopi loco honorificentiore condidiſſent, eam plagam ſuperauẽre; extructa in honorem illius Eccleſia. *Ex Annal. Eccleſ. Cingulane.*

VI. De tranſlatione ſancti Marci Venetias.

Per id temporis, [a] Duce Iuſtiniano reipublicæ Venetæ præfecto, Bonus tribunus Metamaucenſis, & Ruſticus Torcellenſis cum aliis quàmplurimis nobilibus & mercatoribus, Alexandriam præter omnem ſpem ſuam decem nauibus delatis, diutiuſque quam propoſuerant in vrbe hærentes in amicitiem Stauratii & Theodori, cuſtodum corporis S. Marci ſeſe inſinuauerunt. Poſt multos vltro citroq; ſermones, tandẽ conſiliũ ſuum illis reuelarunt, precatiq; ſunt, vellent corpus S. Euangeliſtæ extradere, atque ipſi vna Venetias commigrare. Difficiles illos cognouẽre: ſed tandem cum alterum illorum, Saracenus quidam Regulus, propter marmora pretioſa quæ ſingulis Eccleſiis detrahebat, malè mulctaſſet, tandem illis perſuaſere, vt ſacrum corpus auferrent, & ipſi Venetias deportarent. Die conſtituta, euntes prædicti cuſtodes, aperuerunt occultè ſepulchrum quod erat ex marmore, habens veluti incaſtratutas per latera in modum capſellæ, per quas tabula deſuper erat inducta. Iacebat autem beatum corpus vndiq; circumdatum chlamide ſerica, & poſitum reſupinum, habens à capite atq; ad pedes ſigilla impoſita per ea loca, quibus ora eiuſdem chlamydis deſuper iungebantur, cumque ignorarent quid agerent, tandem præcipuum inuenerunt conſilium; vertentes enim corpus, ſciderunt à dorſo chlamydem, vt ſalua ſigna quæ fuerant remanerent: & tunc adducentes corpus B. Claudiæ, quod in proximo fuerat tumulatum, in loco B. Marci repoſuerunt ſimili modo ſupinum, & chlamyde circumdantes ſigillorum quoq; impreſſiones in pectore ſtatuerunt: vt ſi fortuito diceret aliquis, quod corpus B. Marci furto ablatum eſſet, chlamydis ſigna quæ ibi remanſerãt, verum non eſſe oſtenderent. Tanta igitur ſublato corpore odoris fragrantia emanauit, vt non ſolum Eccleſia, ſed tota Alexãdria repleretur. Hoc iudicio omnes tũ Chriſtiani tum Saraceni concitati, in ſuſpicionem venerũt; corpus S. Marci à Venetis eſſe ſublatum. Cauti iſti occultarunt, & à portu ſoluentes nauigarunt. Subſecuta

miracula; Quidam dubitabat, an reuera ſancti Marci corpus eſſet, cum nauis in qua ſacrum corpus vehebatur repente conuerſa, alteramque aſſiliens, partem lateris illius confregit, qui de facto pignore dubitarat. Tempeſtas quoque marina eiuſdem ſancti corporis præſentia ſedata eſt. Inſuper dæmoniacus quidem liberatus, & multa alia miranda patrata, donec prid. Calen. Febr. corpus Venetias inferretur.

PASCHALIS PAPÆ ANNO 5. LVDOVICI Imp. ann. 8. Michaelis Balbi ann. 1.

I. De inuentione corporis S. Cæciliæ ſub Paſchali PP. a Anaſtaſ.

ANNO Chriſti 821. a Paſchalis Pontifex Romanus, corpora S. Cæciliæ, SS. Vrbani & Lucii Pontificũ, SS. Tiburtii, Valeriani & Maximi martyrum, ex reuelatione reperit, inque Eccleſiam S. Cæciliæ tranſtulit. Aliquando orationibus in templo S. Cæciliæ incumbens, vidit illud præ antiquitate labare: & propterea inſtauratione indigere. Cum autem illud magnis ſumptibus reædificaſſet, & muſico opere exornaſſet, noctu in Eccleſia S. Petri Apoſtoli, matutinas vigilias celebranti, apparuit ſancta Cæcilia ſpecie & ornatu illuſtris, monens, vt eius corpus inquireret, & transferret. Excuſanti, quia ab Aiſtulpho Longobardo ablatum fama vulgaret, reſpondit virgo: illum quidem olim quæſiuiſſe, ſed minime repeꝛiſſe: ſed iſtud opus Paſchali reſeruatũ eſſe. Iuit ille, & in cœmeterio Prætextati ſeu S. Sixti, ſons portam Appiam, corpus S. Cæciliæ reperit, aureis veſtimentis indutum. Iacebat prope & corpus S. Valeriani eius ſponſi; nec non & linteamina ſanguine eo imbuta, quem ex collo S. virginis ter percuſſo exceperant. Tulit hæc omnia Pontifex Paſchalis, & vna cum ſupra memoratis corporibus Diuorum, in templo S. Cæciliæ inſtaurato ſepeliuit: inſculpta marmori memoria his verſibus.

Hanc Fidei zelo Paſchalis primus ab imo
Eccleſiam renouans, dum corpora ſacra requirit,
Eleuat inuentum venerandum Martyris alma
Cæciliæ corpus. Hoc illud marmore condens.
Lucius, Vrbanus huic P ntifices ſociantur,
Voſque Dei teſtes Tiburti, Valeriane,
Maxime cum dictis conſortia digna tenetis
Hos colit egregios deuotè Roma Patronos.

Alia eiuſdẽ inuētio ſub Clem. VIII Sap.

Noſtra memoria, anno Domini M. D. IC. Paulus Sfondratus Gregorii XIV. Pont. Rom. nepos Cardinalis, poſtquam magnificentiſſimo ſumptu idem templum Diuæ Cæciliæ ſacrum exornaſſet, & diuerſis ſanctorum reliquiis multo argento incluſis locupletaſſet, eiuſdem Diuæ & aliorum ſupradictorum Martyrum corpora reperit, atq; Clemente VIII. Pontif. Max. auſpice, præſente, ferenteque indidem recondidit. Fuit corpus Diuæ Cæciliæ, in arca cupreſſina marmorea indita, vt à Paſchali erat reconditum, repertum, ad eius pedes quæ fuerãt madida ſanguine vela, & ſerica fila auro obducta quæ viſebantur, iam vetuſtate ſolutæ veſtis illius auro textæ, indices: alia vero ſupra martyris corpus ſerica, leuia tamen velamina poſita, ipſaque depreſſa, ſitum ipſum & habitum corporis oſtendebant. Ipſa vero virgo viſebatur (quod admiratione dignum) non vt aſſolet, in ſepulchro iacens reſupino corpore, ſed vt in lecto decumbens ſupra dextrum latus, contractis nonnihil ad modeſtiam genibus, vt dormientis imaginem redderet potius quam defunctæ. Ad eum modum vt iacebat, vna cũ ead. arca cupreſſina poſt annos 878. illæſa repoſitum eſt idem corpus in arca argentea ſtellis aureis intertexta, pretii aureorum 4.3.92. cui eſt inſcriptũ. *Corpus S. Cæciliæ virginis & martyris a Clemente VIII. Pont. Max. incluſum. Anno M. D. IC Pont. VIII.* Intus repoſuit argenteam laminam, Paulus eiuſdem Eccleſiæ Titularis, hac memoria exaratam: *Hic requieſcit corpus S. Cæciliæ virginis & martyris, quod a Paſchali primo Pont. Max. ipſa reuelante repertum, & in hanc Eccleſiam translatum, & ſub hoc altari vna cum corporibus SS. martyrum Lucii & Vrbani Pontificum, nec non Valeriani, Tiburtii & Maximi reconditum, iterum poſt annos fere octingentos, Clemente VIII. Pont. Max. cum iiſdem SS. martyrib. lucẽ aſpexit, die 20. Oct. anno Dominicæ incarnationis M. D. IC. Cuius S. virginis corpus prædictus D. N. Papa Clemẽs veteri lignea capſa in qua iacebat, argẽtea incluſa, intactum immutatumq; hoc eod. loco, in quo fuerat collocatum, poſt peract. miſſarum ſolẽnia maxima cum deuotione & lachrymis, toto ſpectante populo, repoſuit 22. Nouemb. ipſo feſto virginis die M. D. IC. Adcum latus in alia ſeorſum capſa prædicti tres martyres Valerianus, Tiburtius & Maximus requieſcunt, nec non ſub ipſo virginis corpore in alia ſimiliter arca prædicti duo martyres ac Pontifices Lucius & Vrbanus, prout à Paſchali Pontifice omnes in ea conditi ſunt. Ego Paulus Tituli S. Cæciliæ S. R. E. presbyter Cardinalis Sfondratus, cui licet miſerrimo peccatori prædicta corpora quæ diuturnitate temporis fere in tenebris iacebant & inuenire, & videre, & venerari a Deo Opt. Max. datum eſt, memoriam hanc hiſce literis cõſignaui.* Idem porro Illuſt. Card. Paul. Sfondratus, ea qua eſt pietate, magnanimitate, & erga ſanctorum cultum amplificandum deuotione, incomparabili expenſa, & inſuperabili ſplendore, mauſoleum Diuæ martyri extruxit: corpus quemadmodum conditum eſt niueo marmore expreſſit, & pretioſiſſimis lapidib' ſepulchralem ambitum exornauit: vt Nouatores Hagiomachi confundantur, quibus ſolemne eſt ſanctorum vrnas temerare. Plane enim nunc in impios, poteſt illud quod olim à B. Grego. Nazianzeno in Iulianum, vibrari: Nõ victimas pro Chriſto cæſas veritus es? Non magnos pugilas extimuiſti, Ioannem illum, Petrum, Paulum, Iacobum, Stephanum, Lucam, Theclam, eos qui & poſt illos & ante illos periculis ſe obiecerunt? qui cum igne & ferro, & belluis, & tyrannis, & præſentibus malis & denuntiatis, veluti in alienis corporibus, imo quaſi corporum expertes, dimicarunt. Cur? Ne pietatem vel verbotenus proderent. Quibus præclari honores & feſta conſtituta ſunt: à quibus dæmones propelluntur, & morbi curantur; quibus apparitiones & prædicationes: quorum vel ſola corpora idem poſſunt, quod animæ ſanctæ, ſiue tangantur, ſiue honorentur, quorum vel ſolæ ſanguinis guttæ, atq; exigua paſſionum ſigna idem poſſunt quod corpora. Sed hæc ſatis ex occaſione. b In Iulian. orat. 3.

II. Exules orthodoxi reſtituuntur Oriente. c Michael in Theod.

In Oriente, ſtatim ac Michael imperium corripuit, Patrum calamitates finem illico acceperunt, Imperatoris edicto reditum omnibus indulgente. Etſi enim hæreticarum partium is erat, haudquaquam tamen impudentia ſimilis priori, nec moleſtus vlli erat, quod ei obſequi nollent, quæ vellent agere ſinens vnumquemq;. Promulgato itaque edicto, quotquot Orthodoxorum vel in carcere, vel in exilio, vel in montibus & ſiluis aut aliis partibus profugi fuerant, omnes ad propria reuerſi ſunt. Theodorus quoque ſtudii præfectus regreſſus Conſtãtinopolim poſt gratias Deo peractas habuit imitari Nazianzenum, in perſtringendo Leone occiſo. Scribebat Naucratio diſcipulo, admonens: *Exultet,* inquit *non ciuitas hæc aut illa, ſed quæ ſub cœlo ſunt fere vniuerſa: quia ſuſtulit Dominus non Seon Regẽ Amorrhæorũ, neq; Og Regẽ Baſan, Reges paruos, ſed nuper exortũ magnum draconẽ, & magnam orbis partẽ populantem, tortuoſum ſerpentẽ, & blaſphemia ſibilantem, abominationem deſolationis, vas ira. filium Tabeel, ne dicã Cabalini nepotem, Achab, Iuliani exemplar, complementum mali, contumelioſum in Chriſtum, Deiparæ hoſtem, aduerſarium ſanctorũ omnium; quorum enim ſacros characteres perſecutus eſt, & è medio ſuſtulit, eorum procul dubio hoſtis penitus & perſecutor fuit. Lætentur cœli. & exultet terra. fluant montes dulcedinem & colles iuſtitiam. Cecidit hoſtis; contritus eſt qui nos calcabat; obſtructum eſt os loquens iniqua: repreſſa manus Abeſſalom, periit durus corde Pharao: & nondum mihi tempus & locus, vt auditu digna eloquar de peſſimo dracone. Hoc vero adiiciam ad ea quæ dixi: Oportuiſſe Apoſtatam tenebrarum filium, noctu occumbere: oportebat eum qui diuina templa deuaſtarat, in Dei templo nudatos in ſe gladios cernere: oportebat ad diuinum altare confugientem non ſaluari, qui altare ipſum deſtruxerat: in eam manum, quæ in ſancta extenſa fuerat, ſectionem inferri: in fauces quæ impia eructarant, gladium diſtringi: in humerum eius qui contumelioſè Chriſto inſultabat, opportunum vulnus* d lib. 2. ep. 3.

inſligi.

Quomodo ſub PP Clē. fuerit corpus S Cæciliæ incluſum.

A

ſtigi: pro iuſti ſanguinis effuſione iniuſtum ſanguinem ſpargi; pro ſectione & dilaniatione membrorum atque tergorum iuſſa Dei membra concidi: pro morte ſancta impiam mortem exhiberi: & pro purpura panniculis indui ſemen inglorium. Hæc in Leonem truculentum Theodorus: qui quod exiſtimaret Michaelem Orthodoxum eſſe, ad eum quoq; ſcripſit, orans cultum ſacrarum imaginum reſtitui: [e] *vt vniamur*, inquit, *nos vertici Eccleſiarum Dei Romæ, & per eam tribus Patriarchis.*

e & epiſt. 74

Theodori reditus Cõſtantinopolim.

f Michael & Theod.

Porro Theodorus cum Conſtantinopolim reuerteretur, maximo honore ab omnibus accipiebatur, etſi propter vitæ ſanctitatem, maxime tamen propter inſignia miracula, quæ tunc edebat. [f] Aliquam puellam cuidam deſponſam, ipſo nuptiarum die febris inuadens lecto affixerat. Theodorus autem confeſtim oleum abs ſe benedictum miſit, eoque iacentem perungi iuſſit. Peruncti melius habuit, febriſq; ardore liberata eſt. Aliquis nomine Leo ad ſanctum pergens, obuiam habuit pardalim in ſe irruentem. Cum autem in tanto diſcrimine quid ageret non haberet, animo ad Theodorum relato, collocans in illo vno ſpẽ ſalutis, intrepida voce pardalim compellauit.

Miraculum

B

Abſcede à me fera bellua, nec me propius attingere aude: quoniam ad Chriſti famulum Theodorũ pergo, cuius ego ſeruus, qui tutor ac cuſtos meus eſt in omnib⁹. Mirum dictu, nomine audito, bellua euolans è veſtigio, terramq; cõtuens terga dedit, & viam quaſi ſtudio declinans, longiſſimè ab ea receſſit. Aliam porro etiam mulierem, ſpiritus malignus, inſederat. Eam cum ad S. Theodorum maritus illius adduxiſſet, ipſe graui ærumnæ compatiens, mox vt vertici energumenæ manum impoſuit, & crucis ſigno impreſſo, orationes conſuetas addidit, ab infeſto dæmone liberauit. Sed & iſtud non minimum eſt miraculum. Fluuius eſt Prelearum agrum percurrens, qui agreſti vocabulo dicitur Onopnictes: ob eam cauſam opinor nomen id ſortitus, quod multa eius generis iumenta, nempe aſinorum ſuis vndis abſorbeat ac præfocet.

Aliud miraculum.

Aliud.

C

Is non raro intumeſcens, exundanteſque fluctus alueo effundens, non ſolum armenta, aliaque animantia rapit, ſed totum fere Preleenſium agrum cum incolis nonnunquam obruit, ac penitus deuaſtat. Cum igitur eo aduẽtantem ſanctum incolæ vidiſſent; pari omnes ſtudio preces obtulerunt, vti calamitatem hanc obruere vellet, quam perniciem, ruinamque ſuam appellabant, quaque perſeuerante iniucundam ſibi, nec vitam fore vitam ipſam affirmabant. Quorum vota nullo momento differens, feſtinauit ad fluuium Theodorus; veſpertinos hymnos perſoluit, crucem ligno efformatam in ripa quæ exundare ſolebat defixit, quam ex eo tempore contuens fluminis curſus, nunquam effluens ſuos alueo fluctus compeſcuit; nec damnũ amplius vllum intulit eluuione. Hæc & alia plurima in itinere miracula patrauit Theodorus. Diuerterat etiam ad Nicephorum Patriarcham exulem, propter ſedem ab alio occupatã reuerti recuſantem: apud quam cũ eſſet, Petrus incomparabili virtute celeberrimus monachus, habuit illum admonere, ne inſolita ratione viuendi alios à ſe alienaret: Nouum hoc, inquit, ſi me audis, ac penitus intactum vitæ genus paululum remitte; maliſq; ſimilem aliis rationẽ tenere, quæ proſit ſimul atq; expediat. Pone hoc quo cæteri veſcuntur, ad victum vtens, & vino interdum, cibiſq; aliis quantumlibet, vt & his veſci videare, falſumq; ex inedia cibiq; abſtinentia deuites, & iis qui tibi nunc detrahunt os claudas, nullaq; in re carpi poſſis. Deinde quoniam tibi inter cætera mos eſt nudis pedibus ingredi: mea quidem ſententia id minime neceſſarium videtur: quia ſatius duxerim te integumento aliquo pedes munire, eoſq; per hyemem illæſos ſeruare. Quæ cum ille in hunc modum ſuaſiſſet, eius viciſſim accuſatores verbis admonuit, ne tantum virũ temerè proſcinderent, nec iudicium ſibi accerſerent, contraria illi ſentientes, qui laudare potius admirariq; talẽ virum deberent. Venit tandem Conſtantinopolim Theodorus, vbi cum intellexiſſet Imperatorem velle, vt omnes Epiſcopi tam Orthodoxi quam etiam hæretici Iconomachi conuenirent, atq; vna ſimul de dogmatibus tractarent, Epiſcopi autem Catholici congreſſum hæreticorum deuitarent, nomine illorum ad Imperatorem ſcripſit, illud liberrimo calamo inculcans. [g] *Si*, inquit, *humanum quippiam eſſet, de quo ſermo eſt; & vel in ſanctiſſimi noſtri Patriarchæ poteſtate ſitum, vel in noſtra, non ſolum paruum aliquid, ſed totum ipſum cedere oporteret, ita iubente mandato. Cum autem de Deo ſermo ſit, & in Deum cui ſeruiunt omnia; non modo hic aut ille, ſed neque ſi Petrus & Paulus, neq; ſi Angelorum quiſpiam foret, demutare quippiam vel minimum auderet, tamquam euerſo ea ratione Euangelio vniuerſo. Iam vero ſermonem refellendi cauſa cum Heterodoxis conferre, Apoſtolico mandato repugnat, minimeq; conuenit, niſi ad correptionem tantummodo. Propterea indigni nos imperij veſtri famuli, ne hiſcere quidem contra præceptũ audemus. Quod ſi quod eſt huiuſmodi, de quo ambigat, aut diffidat, diuina magnificentia veſtra piè à Patriarcha diſſolui poſſe; iubeat magna ipſius & Deo confirmata manus ad communem vtilitatem à vetere Roma ſuſcipi declarationem, prout olim & ab initio paterna traditione tranſmiſſus mos fuit. Hæc enim, Chriſti æmule Imperator, ſuprema eſt Eccleſiarum Dei, in qua Petrus ſedem primus poſuit ac tenuit, ad quem Dominus dixit: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eã.*

Theodori reditus Cõſtantinopolim.

Theo lit g. ep. 86.

Rom. Eccl in dubiis conſulẽda:

Hactenus Imperatori nomine Orthodoxorũ Theodorus. Orabat etiam eotam, nomine eorundem, vt imagines reſtitueret. Quibus Imperator hoc ſolum abſurdè, ſtulteq; reſpondit: Tametſi, inquit, egregia & honeſta ſunt quæ dixiſtis; at mihi nequaquam amplectenda, qui hactenus imaginem nullam colui vel adoraui. Quocirca & me æquum eſt eum manere, qui fui, & vos pariter priſtinum ſtatum retinere, opinioneſque veſtras ſequi. Per me enim licebit; nec cuiquam obſiſtam; niſi quod imagines in regia vrbe à vobis erigi prorſus nolo, ſed extra eum procul, & vbicumq; volueritis. Quo audito, ſtatim Epiſcopi qui eum conuenerant exierunt, Theodoro ad Creſcentis loca redeunte ibiq; cum diſcipulis vitæ ſtadium decurrente. Fere in eadem verba Nicephoro Patriarchæ reſtaurationẽ imaginum & pietatis reuocationem poſtulanti Michael Balbus reſpondit; ſe nullum decretum de Fide conuellere ſtatuiſſe, neq; quicquam eorum quæ tradita iam & conceſſã haberẽtur, damnaturum vel mutaturum. Quiuis id ſecure ſequeretur, atq; ageret, quod ſibi probaretur atque liceret. Non tamen in hoc propoſito Imperator perſeuerauit; quippe qui ne initio quidẽ verus Chriſtianus fuit. Theodorus autem in propugnando cultu imaginũ perſeuerauit. Nam occaſione defectionis quam Thomas quidam Imperatoriã dignitatem ambiens hoc anno à Michaele Balbo fecerat, adeoq; Conſtantinopolim fere anno integro obſederat, is Conſtãtinopolim reuerſus, ad fratres diſperſos nondũq; ad ſua reuerſos catecheticam ſcripſit: Nicephorũ per literas recreauit, inque ſpem meliorem erexit, atque Euſtraſium quendam Præpoſitum monachorum, qui manus hæreticis, licet occulte dederat, reuocauit.

III. Stultũ Imp reſponſum de reſtitutione imaginum. h Michael in Theod. Reſtitutio imaginum vbique Cõſtantinopoli excepto.

Inter hæc [i] ille olim Lapſus, inde vero vltroneus confeſſor S. Niceta, poſt ſex annos exilii in Glyceria inſula exantlatos præſentib. Theophilo Epheſi, & Ioſepho Theſſalonicæ nobiliſſimis confeſſoribus Archiepiſcopis defunct⁹ eſt. Quando ad monaſterium quod ipſe excoluerat funus transferretur, tum & dæmones è multis qui vexabantur fugati ſunt & ægroti variis morbis liberati; inter quos & mulier ſanguinis profluuium patiens cum fide acceſſiſſet, & ſanctas reliquias ſolum tetigiſſet, ſanitati reſtituta eſt. Diem eius natalem 3. April. Eccleſia commemorat. Tranſlatũ quoq; eſt pariter in Eccleſiã S Procopii martyr. corpus S. Theophanis cõfeſ. qui poſt biennium carceris in inſula Samothrace obierat. [k] Aliquando S. Ioãnicius nauigauit adoratur⁹ ſanctũ eiuſd. Theophanis tabernaculũ, quod eſt in Sigriana. Illic reuertens & locũ præternauigans qui eſt ad borealem partẽ Apolloniadis, appulit Thaſo, qui autem in illa vitam ſuſceperãt monaſticam, & oẽs accolæ grauiter vexabantur à ſerpẽtum, qui in ea erant, multitudine. Iis enim repleta erat inſula, non paruũ afferens habitatoribus damnum. Itaq; oẽs ſanctũ orauerũt, vt eos liberaret ab illo nocumento. Orauit Deum Ioannicius, ſerpentes aũt oẽs ex cauernis proſerpſerunt,

IV. Obitus S. Nicetæ & miracula. i Theoſterictus in Niceta.

Miracula quædam Ioannicii. k In vita Ioannicii.

D

E

runt.& in mari ſeſe demerſerũt. Ad eum modũ ille cõtri- A
bulauit capita draconũ in aquis. Illud quoq; memorabi-
le per id temporis Ioannicius patrauit. Cuidam Senatori
ægrotabat vna ex ſuis filiab', mẽbraq; ei erant ſoluta, cũ
eſſet pia, & Chriſtianam ſeruaret religionem. Qui autem
ſancti ſororẽ duxerat vxorem, aduerſus Chriſti imagi-
nes grauiter inuehebatur. Accedens aũt beatus, illã qui-
dem precibus & ſigno crucis à morbo liberauit: hunc ve-
ro, cum admonens non poſſet perſuadere, vt à graui illa
abſtineret inſania, tradidit diſciplinę, & viſcerum deſpe-
cta cognatione, & ſui ſanguinis oblitus, propter verã re-
ligionem, precibus eũ oculis orbauit. Ita zelus pietatis
& verus Dei cultus gloriatur etiam cõtra ipſam naturã,
& verum in Deum deſiderium eſt validius neceſſitate co-
gnationis: nam illam quidem etiamſi genere ad eum nõ
attineret, quoniã tamen Chriſtianã obſeruabat religio-
nẽ, à morbo liberauit: hunc aũt etſi ſororem duxiſſet in
matrimonium, quoniam cũ diuinis pugnabat imaginib.
viſu priuauit; atq; æquum cenſuit, vt mali qui erant ma-
nifeſte caſtigarentur pro iis qui non cernebantur oculis. B

V. Orthodoxi in Oriente iterum pelluntur in exilium.

Eod. anno venientes ab exilio Conſtã. impulsu Theo-
dorus & Theophanes germani, cũ pietatẽ libere prædi-
caſſent, multos ex reliqua multitudine, & ex ipſis etiam
magiſtratib. in ſuã adduxerunt ſententiã; partim quidem
per expoſitionẽ canonum, quos germanus frater Theo-
phanes cecinit verſibus, partim aũt per orationũ quoq;
oppoſitionẽ, quas magnus cõſcripſerat Theodorus. Eo-
rum virtutẽ cum ferre nõ poſſet Ioan. Magus Ægyptius
& Mambre ſodalis, eos incluſit in carcere, & tandem vr-
be pulit. Contigit etiam tunc ipſum Theodorum Studi-
tam & alios ab vrbe eiici, non ferente Michaele illius in
dicendo libertatem.

VI. Primitiarũ martyrum Cordubæ. l S. Eulogius in memoria li Sanct. lib. 2. cap. 8.

In Hiſpaniis quoq; per idem tẽpus
perſecutionem grauiſſimã Habdaraghman Saracено-
rum Rex contra Chriſtianos excitauit. In ea, Cordubæ,
Artemia ſummæ ſanctimoniæ fœmina geminũ pignus C
per martyrium cœlo præmiſit, Adulphum ſcilicet & Io-
annem: qui in primordio Regni Principis huius viriliter
de hoſte triumpharũt, quorũ inſtar ſiderũ cœli geſta mi-
cantia ad emolumentũ Eccleſiæ ſanctę & exemplum de-
bilium, beatæ memoriæ Spera in Deo Abbas latiori ſtylo
cõpoſuit.

m Annal. Franc. in Ludou.

In Italia, [m] Fortunatus Patriarcha Gradenſis, à
Tiberio ſuo presbytero, apud Ludouicum Imp. maieſta-
ſtatis accuſatus, Conſtantinopolim ſe ſubduxit.

Paſch. Pp. An. VI. Lvdo. IX. Mich. Balb. II.

I. Ludou. Imper. publicã agit pœnit.

ANno Chriſti 822. Ludouicus Imp. Conuentum Ar-
chiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, ſpiri-
tualium virorum & Procerũ, Attiniaci habuit. In eo pri-
mum ſtuduit fratribus reconciliari, quos in monaſteriũ
detruſerat. Poſt hæc palam ſe erraſſe confeſſus, & Theo- D
doſii Imp. exemplum imitatus, pœnitentiam publicam
ſuſcepit, de his quæ in Bernhardum nepotem admiſerat.
Multas interim eleemoſynas erogauit: & monaſterium
Corbeienſe in quo Adelhardus defunctus eſt ædifi-
cauit: permiſitq; fratribus monaſticam commutare. Illi
porro quietiorem vitam complexi, nec quicquam ad ſæ-
culum reuerti voluerunt.

II. De Thoma Tyranno & obſidione Conſtantinopoli. n Cedren.

Conſtantinopolim vſq; in præſentem annũ Thomas
quidam obſedebat.[n] Hic ex obſcuriſſimo homine, famu-
loq; viri Senatorii Conſtantinopoli, propter pœnæ me-
tum ob inuaſum eius thorũ, transfugerat ad Sarracenos,
apud quos ad 25. annos, eiurata Chriſtiana fide perman-
ſerat. Poſtea vero rediens ad Romanos, ſe Conſtantinũ
finxit eſſe, filium Irenæ Imperatricis, eaq; ratione com-
parato ſibi perditioſiſſimorum hominum cætu, Arme-
niam ſub Leone & alias regiones occupauit. Creato ve- E
ro Michaele Imp. maioribus copiis ſimul collectis, diuer-
ſarum gentium Romani Imperii inimicis Conſtantino-
politanam ciuitatem obſedit, & loca complura munita
cœpit. Adiunxerat vero ſibi Gregorium Leonis Impera-
toris conſobrinum: ſed eum diffidentia oborta necauit.
Imperator tandem Regis Bulgarorum auxilio Thomam
cum ſuo exercitu profligauit, & Hadrianopolim fugien-
tem à ciuibus deditum viuum cœpit: & cum Anaſtaſio
ex monacho eius filio adoptiuo, mutilatis manibus &
pedibus lenta morte interfecit.

III. Creta inſula vnde Cãdia dicta. o Annal. Græc.

[o] Gortinæ in Creta inſula Cyrillum Epiſc. quod fidẽ
Chriſtianam negare nollet, Sarraceni martyrio conſum-
marunt. Vt autem inſulam tunc receptã retinerent, mo-
nachi cuiuſdem vſi conſilio, in loco Candace, vrbem
munitam erexerunt, ex qua vniuerſæ inſulæ domina-
rẽtur. Exinde Candax, & poſtea Candia appellari cœpit.

Paſch. Pp. Ann. VII. Lvdovic. X. Michael. Balbi 3.

I. Lotharius a Paſch. PP. coronatur Imp. p Vit. Ludo. Imp.

ANno Chriſti 823. [p] Paſchalis Romanus Pont. Lotha-
rium Ludouici filium Imp. renunciauit, ac die ſo-
lenni Paſchę diademate coronauit. Contigit tunc Theo-
dorum S.R.E. Primicerium & Leonem Nomenclatorẽ
luminib. priuari ac deinde in domo Epiſcopali Latera-
nẽſi decapitari. Cæterũ cum homicidæ laterent, Paſcha-
lem aliqui maligni quaſi reus eſſet criminis accuſarunt.
Habuit tunc Pontif. Legatos ad Imp. mittere, Ioan. Epi-
ſcopum Siluę Candidę & Benedictum Archidiaconum
S.R.E. qui Imperatori ſignificarent, Paſchalem Pont. ab
interfectorũ nece ſe cum plurimis Epiſcoporum Sacra-
mento canonice purgaſſe, neq; eius cædis conſcium eſ-
ſe. Ad eius quoq; innocentiæ demonſtrationem, voluit
illum Deus miraculo illuſtrare. [q] Caſu quodam exortũ q Anaſtaſ.
eſt incendium, à quo domus hoſpitalis Anglicana de-
flagrabat. Periculum autem fuerat, ne flammis volitanti-
bus Baſilica Diui Petri pateretur. Et dum hæc Paſchalis
Papa noctis conticinio perſenſiſſet, ſubito nudus pedes
accurrit: cui tanta omnipotentis Dei in eius aduentu mi-
ſericordia affuit, vt locum in quo primum conſtitit, ne-
quaquam vlterius impetus ignis trãſilire potuerit: ſed &
qui alia loca deuaſtabat prorſus extinctus fuerit.

II. Prodigia crebra.

Eodem anno in Oriente & Occidẽte crebra viſa pro-
digia, terræ motus, pluuiæ lapidum cum grandine, ignes
de cœlo lapſi, fulmina inuſitata, peſtilentia hominum &
animalium: conflagrationeſq; locorum. Illud etiam pro-
digii loco habitũ eſt, quod puella vnius ferme anni ſpa-
tium ſine cibo tranſegerit.[r] In territorio etiam Comen- r Aimonius in Chron.
ſi, in vico Grabadona, in Eccleſia S. Ioannis Baptiſtæ i-
mago S. Mariæ puerum Ieſum ſuo gremio cõtinentis, ac
Magorum munera offerentium in abſide eiuſdem Ec-
cleſiæ depicta, atque ob nimiam vetuſtatem iam pene
abolita, tanta claritate per duos dies effulſit, vt omnem
ſplendorem nouæ picturæ ſuæ venuſtatis pulchritudi-
nem cernentibus penitus vincere videretur. Magorum
tamen imagines, propter munera quæ offerebant, cla-
ritas illa minime irradiauit. Hæc cum didiciſſet Ludoui-
cus Imperator, crebro fieri ieiunia, orationumque in-
ſtantia, atque eleemoſynarum largitionibus Diuinita-
tem placandam eſſe per Sacerdotum officium mone-
bat; certiſſimè dicens, per hæc portendi magnam hu-
mano generi futuram cladem.[s] Inſtituit pariter, vt vnuſ- s Capitul. lib. 5. c. 150.
quiſque Epiſcopus tres miſſas & tria Pſalteria, vnum pro
Domino Rege, & alium pro exercitu Francorum, ter-
tium pro præſenti tribulatione recitaret. Totidem o-
mnes presbyteri, monachi & monachę, & canonici. Præ-
cepit etiam, vt Epiſcopi, Abbates, Abbatiſſæ, & Comites
eleemoſynas deſignatas erogarent.

III. Orthodoxi recuſant congreſſum Iconomachorum coram Imp. t Theod. lib. 2. ep. 129.

Conſtantinopoli Michael Imp. voluit iterum, vt Or-
thodoxi Epiſcopi cũ Iconomachis cõuenirent, deq; cul-
tu imaginũ corã differerent. Ab Orthodoxis congreſſum
recuſantibus, reſpõdit Imperatori Theodorus Studites,
id quod Leoni Sacellario ſcribẽs referebat: [t] *Nos, inquit,
qui præſentes aderamus, neq; mihi. Pont. noſter intulit, quæ pſe in-
iquum & alienum vt cum Heterodoxis ſermonem conferremus.
Nõ n. de reb. ſæculi, carniſq; ſermo eſt, de quib. iudicandi penes Imp.
poteſtas eſt & iudiciũ ſe ntare ſed de diuinis & cæleſtib. dogmati-
bus, quæ aliis commiſſa non ſunt, quam iis quibus Deus verbum di-
xit: Quæcunq; ligaueritis ſuper terrã, erunt ligata & in cœlis: &
quæcumq; ſolueritis ſuper terrã, erunt ſoluta & in cœlo. Quinã
aũt hi ſunt, quib. hoc iuſſum ſuit? Apoſtoli & eorũ ſucceſſores. Qui-
nam porro ſunt ſucceſſores? Qui Romanam nunc primam ſedem*

tenet.

Rom. ſedes prima ſedes Ad Imp. nō ſpectat diuinorum dogmatum iudicium ſed ſolum comprobare quæ decreta ſunt ab Epiſcop

A *tenet. Qui Conſtantinopolitanam ſecundum: qui Alexandrinam & Antiochenam, & qui Hieroſolymitanam. Hac prima ſedes qui niuertex, hoc eſt, quinq; Patriarcharū, poteſtas Eccleſia, penes hos diuinorum dogmatum iudicium. Imperatorum vero & Præſidum eſt opem ferre, & comprobare qua decreta ſunt, & recōciliare qui carnaliter diſsident ac diſcrepant. Haud aliud quicquam illis de diuinis dogmatibus, neq; à Deo traditum eſt: ne. ſi fiat, ſtabit. Propterea exploſa & reiecta fuerūt, circa diuinarum imaginum dogma, ea qua ſub Conſtantino quondā & Leone regia potentia atq; audacia in cōciliabulo acta, & perperā dicta ſunt, quorum cauſa diuiſa hac noſtra Eccleſia fuit à ceteris quatuor, anathematiſmis affecta perennibus approbante Spiritu ſancto. Poſt hac, Deo miſerante, erectum eſt cornu fidei orthodoxa, magna Irene imperium obtinente cum ſurculo ſuo, quo tempore coaluerunt qua diuulſa erant, vſq; ad proximum Leonem. Sub quo iterum diſcerpta eſt Eccleſia noſtra, & ab iiſdem pariter anathemate dānata. Fieri ergo nulla ratione poſſe, domine, vt ſeculari iudicio diuinum iudicium comparetur, aut coaleſcat hac Eccleſia non conſentientibus quinq; Patriarchis.*

IV. Quibus modis pax in Eccleſia conſeruari poſſit.

B *Quod ſi roget quiſpiam, quo pacto id fieri poſſit? Si excedant, inquam, Eccleſiis Dei Heterodoxi, & propriam ſedem recipiat Nicephorus ſacer Patriarcha. Qui coacto eorum conuentu cum quibus certamen ſuſtinuit, ſi fieri non poſſit, vt ab aliis Patriarchis adſint vicarii (quod certe fieri poteſt, ſi velit Imperator, Occidentalem intereſſe, cui & poteſtas ſumma defertur Synodi Oecumenica) attamen pacem confiiciet & coniunctionem, Synodicas ſuas ad prima ſedis Præſulem mittendo. Quod ſi hoc minime probet Imperator; deflexitq; (vt ipſe ait) à veritate Nicephorus Antiſtes. Mittenda eſt ad Romanum ex vtraq; parte legatio, & inde fidei accipienda certitudo. Etenim ſic res habet, vt ſi aberret vnus è Patriarchis, à cæteris eiuſdem ordinis (quemadmodum diuinus Dionyſius tradit) correctionem admittat, non ab Imperatoribus iudicetur, exurgant licet omnes quotquot vnquam fuerunt Imperatores Orthodoxi.* Hactenus Theodorus in negotio conueniendi.

C Cæterum ne Orthodoxi viderentur diſſedere iuſtæ cauſæ, cum ſubterfugerent eum cum hæreticis cōgreſſum, nomine omnium vbiq; exiſtentium Orthodoxorum, ſcripſit Imperatori eiuſq; filio apologeticā epiſtolā, qua de fide Catholica quā profitebātur, redderent cuiq; petenti rationem. Scripſit & alterā apologeticam Theodorus, aduerſus quoſdam, qui fingebāt, quaſi ſe à communione Patriarchæ Nicephori ſubtraxiſſet, & Idionomos, ſeu priuati iuris auctor, atque adeo ſchiſmaticus eſſet. Quam vt refelleret calumniam Nicephorum ſæpe ſæpius conueniebat; ille vero virtutem viri admiratus menſæ illum adhibebat, & fere vna eademq; cathedra cum eo conuiuabat.

V. Theodoræ Auguſtæ cū filio cultum imaginum complectitur ob reſtitutam eidē filio loquelam.

a *Curopalata*

D Per idem tēpus, Theodora Auguſta Leonis Armeni relicta, cum filio Baſilio cultum imaginum amplexa eſt, occaſione miraculi quod in Baſilio patratum aſpexerat. [a] Erat is vocis vſu, ab exectione virilium priuatus. Eius reſtitutionē cum à Deo poſtulaſſet, viſa eſt ſtatua ibi poſita Gregorii Nazianzeni, iubere eram quam porrigebat legere. Ac Baſilius fidem dicto habens, ingreſſus Eccleſiam, clara & puriſſima voce recitauit hæc: Rurſus Ieſus meus, eſt exordium panegyricæ orationis Gregorii Nazianzeni in lumina ſancta. Voce itaq; recepta, traditā ſibi à patre impietatem abominatus, gratū ſe erga ſacras exhibuit imagines. Theodorus Studita, Theodoræ Auguſtæ ſcribens congratulabatur, quod eam cum filio à via erroris ad pietatis ſemitam tranſtulerit.

Evgenii Papæ II. Anno I. Lvdovici Imp. ann. II. Michaelis Balbi Imp. an. 4.

I. Obitus Paſchal. Pp. cui ſucceſſit Eugenius II PP.

a *Anaſtaſ.*

E ANNO *Chriſti* 824. [a] Pridie Idus Maii, Paſchalis Papa defunctus eſt. Multa ſanctorum corpora reperit & in vrbem intulit: plurimas Eccleſias inſtaurauit, ornauit, ditauit. Innumerabileſq; captiuos numerata pecunia redemit, inq; libertatem aſſeruit. Succeſſorē habuit Eugenium ſecūdum hoc nomine Pontif. Romanum, filium Boemundi. Fuit Eugenius magna ſimplicitatis ac humilitatis, doctus ſcientia & ſermone præcipue, for-

ma decorus, largus petentibus, mundique contemptor, vtpote qui ſola Chriſto placita diebus ac noctibus cogitabat. [b] Aliqui, ſeditioſi nōnullos tumultus in electione illius concitarant, adeoque Antipapam elegerant. Eos vt Ludouicus componeret, Lotharium filium in vrbem miſit, qui ſtatim ac iniuncta patefecit, ſtatum populi Romani iamiudum quorundam Præſulum peruerſitate deprauatum Eugenii Pontificis beneuola aſſenſione ita correxit, vt omnes qui rerum ſuarum direptione grauiter fuerant deſolati, de reſtitutione bonorum ſuorum, quæ per illius aduētum Deo donante prouenerant, magnificè eſſent conſolati. Et quia in electionem Pontificum multa importunitate plurimi ſeſe ingerebant: ideo Conſtitutionem hanc in perpetuum ſanciuit: *Volumus vt ad electionē Pontificis nemo audeat venire, neq; liber, neq; ſeruus, qui aliquod impedimentum inferat, exceptis illis tantum Romanis, quibus antiqua conſuetudo fuit conceſſa per conſtitutionem ſanctorum Patrum eligendi Pontificem. Quod ſi quis contra noſtram iuſsionem facere auſus fuerit, exilio afficiatur.* His rebus confectis Lotharius in Gallias reuertens, ex S. Apollinaris Eccleſia, Rauennæ in Claſſe dicta, lapidem porphyreticum pretioſum admodum & ſummo prædidū ſplendore, in quo ſepultum fuerat Mauri Archiepiſcopi cadauer, abſtulit: quod in Gallias importatum S. Sebaſtiani altaris vſui ceſſit. Comes quoq; Lotharii Orthgarius Epiſcopus Moguntinus corpora SS. Seueri Epiſcopi, & vxoris eius Vincentiæ, & filiæ Innocentiæ Rauenna ſublata in ſuam Eccleſiam Moguntinam intulit, & honorificè recondidit.

Ob ſchiſma Lotharius Romam venit.

b *Vit. Ludo. Imperat.*

Conſtitutio Lotharii de libera Pont. Rom. electione.

[c] Michael Balbus Imp. Theodorum Protoſpatarium, Nicephorum Metropolitam Myrrhæ in Lycia, Fortunatum Patriarcham Gradenſem, & Theodorum Oeconomum S. Sophiæ Legatos ad Ludou. Imp. miſit, iiſdē Romanum Pontif. conuenire iuſſit, vt victoriam de Thoma impoſtore relatam renunciarent, & de cultu imaginum ſententiam requirerent. Ludouicus Imperator, quamquam hoc titulo non ipſum dignatus fuerat Balbus, ſed tantum Longobardorum & Francorum aſſertum Imp. appellauerat, Legatos illius ſummo cum honore ſuſcepit, pacis quam appetebant conditiones ſtabiliuit, & adiunctis comitibus Legatis Romam illos remiſit. Nulla prorſus adhibita fide, illis quæ de Catholicis Michael in literis mētiebatur, quaſi illi cruces ex Eccleſiis eieciſſent, & in locum earum imagines intuliſſent, atq; cultum latriæ eis impēdiſſent, ſcripſerat pariter Michaël Eugenio Papæ recens electo, & quia Catholicus non eſſe ſed videri appetebat, munera quoq; Diuo Petro per eoſdem miſerat, Euangelium aureum ex lapidibus pretioſis ornatum, patenamq; & calicem aureum ſimili modo ornatū, & nomine eius inſcriptū. Vn[9] ex Legatis Michael Theodorus Oeconomus libros S. Dionyſii Areopagitæ Græcè ſcriptos, pro magno munere Imperatori tunc obtulit; quos Hilduinus Abbas monaſterii S. Dionyſii Pariſiis conſtituti poſtea in Latinum vertit. Tātum autem abeſt, vt Ludouic. Imp. controuerſiæ de imaginibus cognitionem vſurparit, quin potius ad Eugenium totum negotiū retulerit, ſciens illius ſolius munus eſſe, ea de re inquirere, Concilia cōuocare, & quicquid ex canone ſacræ ſcripturæ, Conciliorum, SS. Patrum, & antiqua traditione eſſet, definire.

II. Legatio à Mich. Imp. ad Ludoui. Imp.

c *Annal. Franc.*

Libri Dion. Areopag. delati in Gall.

Ludo. Imp. controuerſ. de imaginibus cognitionem ad Eugen. PP. remittit.

Evgen. Pp. XI. Ann. II. Lvdov. XII. Michael. Balbi 5.

ANNO *Chriſti* 825. [d] Calend. Nouemb. iuſſu Ludouici Imp. conuenerunt prope vrbem Pariſiorum aliquot Epiſcopi, non quidē ad ſynodum, ſed ad collationē in cauſa imaginum faciendam. Aliquis lucifuga hoc tēpore eam collationem, nomine ſynodi Pariſienſis, typis Vechelianis Francofurti, ſed ſine nomine auctoris vulgauit, vt plane vel ab hoc vnico indicio clarum ſit, eam nomine ſynodi eſſe indignam; dignam autem quæ olim à Romano Pontif. reprobaretur; vtpote quæ ex diametro contra ſeptimam Oecumenicam ſynodum Nicenam ſe-

I. Collatio Patrū de cultu imaginum.

d *Synod. Pariſien.*

A cur dam depugnaret. Namq; illi Epiſcopi nimium ſcioli, ex ſola ſuſpicione, non autem canonum inſpectione, Patribus Nicænæ Synodi Concilii impoſuerant quaſi adorationem latriæ imaginibus omnibus decreuiſſent. Ideoque temerario auſu eandem Nicænam ſecundã Synodum damnauerant, & vulnus olim in Francofordienſi Synodo Eccleſiæ inflictum, ſed poſtea cicatrice obductum male refricarant, vixque in ſuam ſententiam Ludouicum Imperatorem datis ad eum literis non traduxerant: quinimo definitionem præſumtuosè factã ſummo Pontifici obtruſerant: forte ea ſpe illecti, vt in eandem opinionem ſecum illum abducerent. Cæterum Ludouicus minimè ignarus conſuetudinis Eccleſiaſticæ, ſecundum quam omnes quotquot fuere Orthodoxi, decreta in rebus fidei non aliunde expectabant, quam à ſede Romana: B Hieremiam ac Ionam Epiſcopos ad Pontificem Romanum miſit Legatos, qui ſententiam ab eo requirerent, in hac cauſa, ſcilicet. An tantum pingendæ collocandæq; in Eccleſiis imagines eſſent; iuxta quod illi Epiſcopi decreuerant: an vero etiam adorandæ, quod illi ipſi negauerant. Ipſi enim illi, zelum habentes ſed nõ ſecundum ſcientiam, hoc medium ad Eccleſias conciliandas, vel potiſſimum eſſe iudicarunt, vt imagines pingerentur, ſtatuerenturq; tamquam hiſtoriæ ſimplicium, non tamen adorarentur. In eam rem epiſtolam, Pacificatoriam quam vocabant, conſcripſerant, quam ſuo nomine Ludouicus, tum Romano Pontifici, tum Imperatori Balbo tranſmitteret. In ea totis conatibus inſudabant, vt ſummum Pont. illicerent, ad ſecundam Nicænam Synodum reprobandam. Falſi ſunt ſua ſpe illi Epiſcopi. C Nam neq; Eugenius Romanus, neq; Nicephorus Conſtantinopolitanus, neq; aliquis Orientalium orthodoxorum quicquam de cultu imaginũ detraxerũt; quin potius collatores illos tamquam decretis œcumenicis & Romanis retractatos coarguerunt: non tamen anathemate damnarunt. Nam q; non pertinaciter errationi adhæſerunt. [e] Claudius Taurinenſis Epiſcop. Felicis illius in Concilio Francofordienſi damnati hæretici diſcipulus, ſolus cupiens renouare vanitatum ſuarum ineptias, antequã diuerſorum contra eum ſcribentiũ telis perfoderetur, ſuo iudicio damnatus interiit. Ionas Aurelianenſis Epiſcop. contra illius apologeticum blaſphemiis refertum ſcripſit, atq; Lupo Abbati Ferrarienſi recognoſcendum librũ dedit. Scripſerunt & alii complures cõtra eundem, quorum monumenta pro cultu imaginum doctiſſima, etiam noſtri temporis perſtringunt.

II. Ludo. Imp. mittit legatos ad Eugen. PP. ſciſcitaturos de pictura & veneratione Imaginum.

III. Ionas Epiſ. Aurelian. ſcribit contra Claud. Taurinen. Epiſc. hæreticum.

e Vualfrid. Strabo de reb. Eccleſ. cap. 8.

D Eod. anno [f] ex decreto Synodi Aquiſgranenſis, Vulcãdus Epiſcopus, S. Huberti Leodienſis Epiſcopi corpus, miraculorum gloria hactenus illuſtre cum magna Eccleſiaſticorum gradus frequentia, ad Andianum ſuæ diœceſis monaſterium in Arduennam tranſtulit. [g] In Oriente, S. Ioannicius magnus Anachoreta, cum intellexiſſet magnũ numerũ Romanorum, in tetris carcerib. apud Bulgaros in captiuitate detineri, charitate erga vinctos cõmotus, ... ſoloq; ſigno crucis tum clauſtra carcerum aperuit, tum cõpedes & vincula cõpeditorum ſoluit, eoſq; cunctis plane in ſtuporem defixis, in libertatem aſſeruit. Scribens illi Theodorus Studita, magnas eius virtutes prædicabat, orabatq; vt pro ſalute Theoctiſti eremitæ in hæreſim delapſi Deum deprecaretur. Huic Theoctiſto iã conuerſo Theodorus per anacephalæoſim veræ fidei confeſſionem præſcribebat, in hæc verba: [h] *Ego vero nihil* E *præter ea quæ diuinitus reuelata ſunt ſanctis Apoſtolis & poſteris Patribus, ſuadebo vel præſcribã: ſed hoc ipſum quod ſcripſiſti, Credere te in ſanctam Trinitatem indiuiſam quidem ſecundum ſubſtantiam diſtinctam autem characteribus, Patrem, & Filium & Spiritum ſanctum vnum Deum, vnum Dominum, ſicut & vna eſt fides: eſt porro & Pater Deus, & Filius Deus, & Spiritus Deus, non tres Dij, abſit, ſed vnus Deus quemadmodum & Dominus. Hoc theologiæ dogma. De œconomia autem credere, quod vnus è Trinitate, Patris voluntate, & cooperatione ſancti Spiritus incarnatus eſt ex ſancta Deipara, per ingreſſum eiam Spiritu ſancto, & obumbrante Altiſſimi virtute, iuxta Euangelium, ex qua & natus eſt homo perfectus, idem & perfectus Deus, vnus hypoſtaſi,*

IV. Tranſlatio corporis S. Huberti.

f Annal. Calen. Oct.

g Vita S. Ioannicii.

V. Confeſſio ... Theoctiſto ... iam ... à Theod. ... h Theod. li. ... ep. 107.

A *duplex natura, ſicut diuini Patres & ſancta ſeptẽ œconomicæ Synodi expoſuerunt. Confiteri etiam virginem Deiparam eſſe, omnibus ſublimiorem, & honore præſtantiorem: quæ materno more intercedere poſſit apud Filium ſuum, & Dominum pro mundo. Confiteri etiam Angelos, quod & ipſi orent pro omnibus hominibus. Et dæmonum genus impermixtum in ſæcula ſempiterna. Eoſdem proprium domicilium per apoſtaſiã reliquiſſe, teſtiſq; ſupplicium à Deo damnatos eſſe. Confiteri etiam Sanctos omnes veluti Dei famulos intercedere apud Deum poſſe ad ſalutem noſtram. Ad hæc confiteri Sanctas imagines, tum ipſius Domini noſtri Ieſu Chriſti, tũ Matris eius, Angelorumq; & omnium Sanctorum adorare & recipere iuxta quæ ſancta Synodus Nicæna ſanxit. Anathema dicere omnibus hæreticis, quibus anathema dictum eſt ab omnibus ſynodis. Prædicare omnes Orthodoxos, qui ab eis laudati ſunt. Hæc eſt vera fides Chriſtianorum. Præter hæc qui ſentit, anathema ſit à Deo Patre, & Fi-* B *lio, & Spiritu ſancto.* Hæc Theoctiſto Theodorus in epiſt. plane aurea, quæ quanti facienda ſit, vna cum reliquis, ex vna earũ miraculo illuſtrata euidens eſt. Diuino Sophronio enarrabat mulier quædã genere nobilis miraculum quod ſibi acciderat, in hunc modum. Inuaſerat, inquit, domum meam, quæ in Rhabdo eſt, incendium, quã circum totam cõplexo igni, propius nihil erat, quam vt omnes meas facultates flãmis abſumi videretur. Nec iniecta vis aquæ, nec machinæ vllæ ad reſtinguendũ aptæ domare flammas poterant: tanto impetu cuncta comprehenderant. In hoc rerum articulo ſubiit animũ, Theodori epiſtolã, quam ad me nuper miſerat, è pera tollere atq; in ignem eiicere, ſi forte illam reueritus, vehementem illum impetũ aliquo modo repelleret. Vt ergo ad rem veni, & venerandas literas flammæ inieci, hoc ſimul inclamans: C S. Theodore adiuua periclitantem famulam tuã: videre mox fuit atrocem illam vim ignis reſtinctam ſubito languere, ac cinerẽ ſolum fumumq; poſt ſe relinquere. Planè dixeris, quot epiſtolas, tot fulmina eſſe ad ſternendos Hagiomachos & Iconomachos nouatores.

VI. Miraculum de Theod. Stud. epiſt.

l Michael in Theod.

Evgen. Pap. II. Ann. III. Lvdov. XIII. Michael. Balb. 6.

ANno Chriſti 826. Die 15. Nouemb. Eugenius Pp. ſexaginta trium Epiſcoporum Synodum Romæ celebrauit. Plurimos tunc canones ediderunt, pro Eccleſiaſtica diſciplina ſancienda. Ex illis ſunt præcipui. 1. vt Epiſcopus bono opere approbatus ordinetur. 2. vt nullus E- D piſcopus aliuſve Sacerdos munerib^9 ordinetur. 3. vt in eligendis Epiſcopis canonum regulæ ſeruentur. 4. vt Epiſcopi extra proprias parochias non morentur. 5. vt clerici intra clauſtra, in communibus dormitorio & refectorio viuant. 6. vt clerici non plures quam ſufficiant ordinentur. 7. ne Sacerdos aliquo ludo delectetur. 8. vt Sacerdotes fœnoris aliquid, aut ruſtica miniſteria non exerceant. 9. vt ſuſpecti ſacerdotes, ab Epiſcopis admoneantur. 10. vt laici ad miſſas audiendas in presbyterium non intrent. Reliquos canonum eius Concilii Romani habet Gratianus diuerſis in locis collocatos.

I. Cõc. Rom. ſub Eugen. II. PP. pro Eccleſ. diſciplina ſancienda.

Hoc anno [k] Hilduinus Abbas S. Dionyſii Pariſienſis monaſterii, Romam mittens, reliquias S. Sebaſt. martyris obtinuit, eaq; Sueſſione iuxta tumulũ S. Medardi collocauit. Secuta eſt illico miraculorum tanta multitudo, vt incredibilia prope videantur. Eghinardus quoq; , [l] falſo titulo Caroli Magni gener, corpora SS. martyrum Mar- E cellini & Petri ex eorum baſilica ſublata, in Galliis obtinuit. Ædificarat Eccleſiam in Odanaluuando oppido Germaniæ, quam dum reliquiis ſanctorum deſideraret ditare, quidam S. R. Eccleſiæ diacon^9, nomine Deus dona, operam ſuam illi pollicitus. Romamq; reuerſus, non ſine extremo periculo ſupradicta ſanctorum corpora ſuſtulit, inque Germaniam magnis itineribus detulit. Hæc cum Eghinarthus contemplari vellet, tãta copia ſanguinis ex ſacris corporibus effluxit, vt totis ſeptem diebus more perennis aquæ deſtillaret; nec niſi poſt orationes & ieiunia indicta ſtagnaretur. Iidem vero ſancti, in ſpecie duorum iuuenum Ruodlaudo puero Eghinardi per

II. Tranſlatio reliquiarũ S. Sebaſt. & SS. Marcellini & Petri.

k Annal. Franc.

l Libro de tranſlatione SS.

Digitized by Google

viſum apparuerunt, atque locum in quo collocari ſua corpora vellent indicarunt. Cum vero Eghinardus ea transferre differret, Hilfredo presbytero apparuit in viſione vir quidam habitu Sacerdotali, canitie veneranda conſpicuus, candida veſte indutus, qui monuit, vt Eghinardum negligentiæ argueret, adeoque impelleret, ad eadem ſacra pignora quantocius deponenda. Inter cætera miracula quæ tunc contigere, paralytica quædam ſanctimonialis, & puer quidam contractus, adeo vt niſi ſupinus iaceret, cœlum nō videret, ſanitate repentina à ſolius feretri contactu donatus eſt.

III. Regis Danorum conuerſio ad fidem Catho.
m *vita Ludou. Imp.*

Per idem tēpus,[m] Rex Danorum Herialdus è Northmaniæ partibus cum vxore veniens, Danorumque manum non paruam ſecum ducens, Moguntiaci apud ſanctum Albanum cum ſuis omnibus ſacri baptiſmatis vnda perfuſus, atque magnis muneribus ab Imperatore donatus eſt. Metuens autem Imperator, ne propter ſuſceptā religionem negaretur ei habitatio ſoli naturalis, Comitatum Rhiuſtri in Friſia illi aſſignauit, quo ſe ſuoſque ſi neceſſitas exigeret, tuto recipere poſſet. [n] Ebbo Rhemorum Archiepiſcopus auctoritate Romani Pontificis primus Euangelium genti Danorum & Slauorum prædicauit,[o] Sanctus autem Anſgarius feliciter indidem & in aliis Aquilonaribus prouinciis propagauit: Danorumq; & Slauorum Apoſtoli cognomen promeruit. Idem S. Anſgarius Sueciam cum Vithmaro ſocio penetrauit, & à Rege Biorn ſuſceptus, verbum Dei publicè annunciauit.

n *Aimon. lib. 4. c. 3.*
o *Adam. li. 1. c. 16. 17.*

IV. S. Theodori Studitæ obitus.

Eod. anno in Oriente Theodorus Studitarum Præpoſitus, confeſſione crebrius iterata clariſſimus, doctrina inſignis, vita admirabilis, & miraculis clariſſimus, in cœlos migrauit, die 11. Nouemb. cum annos 67. magna laude exegiſſet. Cum autem ſenſim ſe deficere animaduerteret, inprimiſque tempus ſui obitus adueniſſe, conſuetas laudū preces inchoari iuſſit: deinde myſteriis diuinis, vt animę viaticū & munimē eſſent, participauit. Mox etiā luminaria ſuccendi, & exordio, qui in funeribus cantantur hymnos cani innuit: diſcipulorumq; corona circumſtante, ac Pſalmum; Beati immaculati, decantante, in illis verbis: In æternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas, quia in ipſis viuificaſti me, animam reddidit, infima hæc deſerens, euolanſque ad beatitudinem illam ſummam, appoſituſque eſt ad Sanctos Sanctus, ad Sacerdotes Sacerdos, ad martyres martyr, ad diuinos præcones vox ingens, totum pene orbem ſuo ſono peruagata, ad Confeſſores confeſſione illuſtris, & nomen hoc præcipuo titulo conſecutus. Eius corpus in Principe inſula cōditum eſt. Michael diſcipulus qui vitam eius ex fide ſcripſit, hæc ad eum orabit: At tu ſanctiſſime Pater, ea laudabilis vitæ, mortiſque præmia in cœlo nunc percipis, lumini immenſo adſtans, beatæque ac ſempiternæ Trinitatis radiis clarus, ſinceriuſq; collucens; totum tota mente ſplendorem excipiens Deitatis, atq; ipſa eius coniunctione Deus factus: memento autem & gregis quem intimè adamaſti, pro quo animam poſuiſti, cui ſubſequenturum te, & pro eo interceſſurum promiſiſti. Te enim ipſo freti, opem tuam & tutelam depoſcimus (nota nobis eſt tua in nos cura, patrum optime ac filiorum amantiſſime) vt & in omnibus ad meliora nos ducas, & ad portum tandem trāquilliſſimum appellas, hancve nobis aſſidui officii mercedem tribuens, vt vitam inoffenſo pede claudamus, teq; patrono ac Duce in Deum omnium erecti, immenſa illa claritate perfruamur.

Non ita pridem in Bibliotheca Sfortiana repertum eſt S. Theodori teſtamentum, dignum quod ab omnibus Orthodoxis, & præcipue religioſis legatur. Placuit illud inſerere, ipſis verbis: Sancti ac Deiferi Patris noſtri & Confeſſoris Theodori Studienſis Præpoſiti teſtamentum.

V. S. Theodo. Studitæ teſtamentum lectu dignū.

Dauidicam vocem audiens: Curatus ſum & non ſum turbatus; & iterum; Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cū aſſidua miſeri corporis infirmitate captus, non poſſim vos omnes, filij mei & fratres atq; Patres, ſub exceſſu mei tempus adducere, propterea quod monaſteria iſta in diuerſis locis ſita ſunt, & quidam

A *dam propterea peregre profecti, velut inſtante iam migrationis ex hac vita mea articulo, teſtamentum hoc vobis prius condere inſtitui, rem congruam atq; vtilem me facturum arbitratus, vt cognoſcant qui ſupremam meam vocem audient, quemadmodum credam & ſentiam: & qualem poſt me futurum Præpoſitum relinquam, tum vt concordiam inde, pacemque in Chriſto ſeruetis, quam aſcenſurus in cœlos Dominus ſanctis diſcipulis ſuis & Apoſtolis reliquit.*

Credo igitur in Patrem, Filium ac Spiritum ſanctum, ſanctam conſubſtantialem Trinitatem, ſicut baptizatus ſum, regeneratus & conſummatus, Deum Patrē confitens, Deum Filium, Deum Spiritum ſanctum, vnum tres Deitate, ſicut vice verſa, tres vnum ſubſiſtentijs. Vnus eſt enim Deus Trinitas propter conſubſtantialitatem, licet diſtincta ſit propter ſubſiſtentiarum diſtinctionē. Confiteor deinde vnum è Trinitate Dominum noſtrum Ieſum Chri-
B *ſtum per immenſam erga homines charitatem ſuam in carne veniſſe ad ſalutem generis noſtri, ex ſancta & immaculata Deipara ſine humano ſemine carnem ſumpſiſſe, atque ex vtero ſecundum diuinum oraculum naturæ lege natum eſſe, duplicem ipſum exiſtentem, totum perfectum Deitate, quatenus non immutatum eſt, id quod erat: & totum perfectum humanitate, quatenus non dimiſit quicquam ex eo quod aſſumpſit, eundem vnum iuxta hypoſtaſin; ſicut in duabus naturis cognitum, ſic in totidem voluntatibus atque operationibus, per quas diuina & humana congruenter operatus eſt.*

Ad hæc omnem hæreticæ communionis errorem auerſor & abominor, ſex ſacris œcumenicis Synodis inhærens, nec non illi quæ in Nicæa ciuitate iterum contra Chriſtianorum accuſatores coacta nuper fuit, adorans & amplectens venerandas ſacraſque imagines Domini noſtri IESV CHRISTI, *Deiparæ, Apoſtolorum, Prophetarum, Martyrum, & omnium Sanctorum atque*
C *Iuſtorum. Quin etiam ſacras illorum interceſſiones, quæ propitium Deum reddunt, expoſco. Sanctiſſimas etiam reliquias vt Dei gratia refertas cum fide & timore colo, & amplector. Omnē quoque diuinitus inſpiratam veteris & noui teſtamenti ſcripturam recipio, omniumq; item diuinorum Patrum, Doctorum & monachorum vitas & ſcripta. Hoc vero dixerim propter veſanum illum Pamphilum, qui ex Oriente prodijt, & hos ſanctos traduxit, Marcum, inquam, Eſaiam, Barſanuphium, Dorotheum & Heſychium, non quidem Barſanuphium, Eſaiam & Dorotheum illos qui cum Acephalis coacephali, id eſt, ſine capite pariter fuerunt, & Decacerati, quod dicebatur, ſeu decem cornuum hæreſis participes, & quaſi concornes, quique à beato Sophronio in eius libello anathemate damnantur, cum diuerſi haud dubium iſti fuerint à prædictis quos ego ex paterna traditione recipio poſt interrogationem Taraſij Patriarchæ ſanctiſſimi aliorumque fide dignorum hominum, tum indigenarum, tum Orientalium,*
D *cum & Barſanuphij imaginem in ſacro magnæ Eccleſiæ veſtiario vna cum Antonio, Ephraim, aliiſque ſanctis Patribus extare conſtet, & in eorum doctrina nullum impietatis veſtigium offenderim, ſed è contra, magnum ſpiritualis animæ compendium, quoad nimirum per Synodicam inquiſitionem error quiſpiam in illis deprehendatur. Nam ſi illos ipſos eſſe liquebit, qui anathemate notati fuerint, aut vt ab iis diuerſi ſint, hæreſi tamen illa infectos: anathema illis & catathema, & pananathema à Patre, & Filio, & Spiritu ſancto.*

Confiteor inſuper monaſticum ſtatum ſublimem eſſe & excelſum, & Angelicū, qui & peccata omnia expurget abſolutæ vitæ perfectione, tum nimirum ſi ex diuini magnique Baſilii Aſceticorum legibus plene exigatur, & non dimidiata ex parte, vt ſolent quidam, qui aliqua diſſerunt, alia (vt placet) omittunt. Ita vt extra tres gradus qui in diuina ſcala oſtenſi ſunt, vitam hanc legitime ducere non liceat: non ſeruum poſſidere, non iu-
E *mentum ſexus fœminei, quorum vtrumque ab inſtituto alienum eſt, & animæ periculoſum. Atque hæc ego curſim paucis perſtrinxi, neque enim tempus patitur, vt pluribus exponam: ne quis forte mihi prauam opinionem attribuat, contra quam recte ſentio & doceo.*

His autem ita conſtitutis, proximum eſt, vt dicam etiam de Præpoſito. Primum igitur DOMINVM *& Patrem meum ac Patrem veſtrum, relinquo ſanctiſſimum Recluſum, eundem & Patrem, & lumen, & magiſtrum. Ille mihi & vobis præfuit in* DOMINO, *caputque noſtrum eſt; quamuis ſeipſum ſubduxerit ob* CHRISTI *æmulam humilitatem degens in*

Digitized by Google

ſilentio: cuius ductu ac precibus confido vos ſaluos fore, ſi modo congruentem erga illum fidem, obedientiamque præbeatis. Deinde quem ipſi communi calculo diuinitus, paterno conſilio præeunte perficietis. In quo enim conſenſerit fraternitas vniuerſa, & huic ego libens, volenſque ſuffragor.

VII. Præcepta S. Theo. Stud. ſucceſſori ſuo relicta.

Verum ades, Pater, ac fili, quicumque futurus es: en fidei tuæ trado in oculis Dei, electorumque Angelorum eius totam in Chriſto fraternitatem, vt eam ſuſcipias. At quod accipies? quo pacto reges? qua ratione cuſtodies? Tamquam agnos Chriſti, tamquam mẽbra tua chariſſima, foueto, procurans & diligens vnumquemque iuxta æquam charitatis menſuram; quoniam ex æquo membra corporis diligit vnuſquiſque. Aperi viſcera tua ad cõmiſerationem, introduc omnes in miſericordia, lacta illos, reforma illos, perfice illos in Domino. Acue mentem tuam prudentia, excita diligentiam fortitudine, confirma pectus fide ac ſpe: præcurre illis ad omne opus bonum: propugna aduerſus ſpirituales inimicos, defende, dirige, produc illos ad virtutis ſeuem, diuide illis terram tranquillam affectuum vacuitatis. Propterea mandata hæc tibi do, quæ obſeruare neceſſario debes. Non igitur immutabis abſque vrgente neceſſitate, formam & regulam, quam ab humilitate mea in omnibus accepiſti. Non poſſidebis ex mundo hoc quicquam, nec tibi ipſi propriè repones nec vnicum argẽteum. Non diuides animum & cor tuum alijs curis & ſolicitudinibus propter eos qui tibi à Deo commiſſi, & à me traditi ſunt, ſpirituales filios & fratres tuos. Non erogabis in tuos olim ſecundum carnem aut propinquos aut amicos aut ſodales, ex proprijs monaſterij rebus quicquam, nec viuens, nec poſt mortem, eleemoſynæ vel hæreditatis nomine. Neque enim ex ſæculo es, vt conſortium habeas cum ſæcularibus, niſi qui forte ex cœnobio in ordinem noſtrum tranſierint, atque ita eorum curam geras ad exemplum ſanctorum Patrum. Non poſſidebis ſeruum nec tuos in vſus, nec proprij monaſterij, nec denique ad agros hominem qui ad Dei imaginem factus eſt: hoc enim ſolis ſæcularibus conceſſum eſt, ſicut nuptiæ. Tu vero fratribus tuis te ipſum vnanimis famulum animo præſtare debes, licet externa ſpecie tamquam Dominus & magiſter reputere. Nec habeas iumentum fœminei ſexus, ad miniſteria neceſſaria tu qui fœminis omnino renuntiaſti, neque in monaſterio, neque in agris, cum nec quiſque ſanctorum Patrum noſtrorum vſus ſit, nec natura ipſa permittat. Non superueheris equis aut mulis abſque neceſſitate, ſed Chriſti exemplo, pedibus iter facies. Sin minus pullus aſini erit iumentum tuum. Curabis omnino, vt inter fratres communia & indiuiſa ſint omnia, & nihil cuiuſque proprij iure dominij vſque ad acum. Tibi vero & anima & corpus, nec præterea quicquam. Æqua lance charitatis diuiſa ſunto in omnes tuos ſpirituales filios ac fratres. Non habeas cum ſæcularibus adoptiones, aut confiliationes tu qui mundum fugis ac nuptias. Non enim reperitur in patribus: & ſi reperitur, raro: neque id lex eſt. Non epulare cum mulieribus, excepta matre tua ſecundum carnem, & ſorore tua, ſiue canonicæ fuerint, ſiue ſæculares, niſi vis aliqua & neceſſitas impellat, ſicut admonent ſancti Patres. Ne frequens ſis in egreſſibus & circumcurſionibus, proprium ouile deſerens ſine neceſſitate. Melius enim eſt & optabilius, vt vel otioſus in caula degens, ſeruare poſſis variabiles, & late errantes rationabiles oues. Obſeruabis prorſus, vt catechesim ter qualibet hebdomada facias veſperi, vel per temetipſum, vel alium quempiam è filijs: quoniam à Patribus traditum eſt, ſalutare. Non dabis paruum habitum, quem vocant, poſtea veluti magnum: vnus enim eſt habitus ſicuti & baptiſma, quemadmodum in more fuit ſanctorum Patrũ. Non trãſilies leges & regulas ſanctorum Patrum, præcipue ante omnes diuini & magni Baſilij ſed quicquid facies aut dices, tanquam teſtimonium habẽs ex ſcripturis facies, aut ex paterna conſuetudine, abſque diuini mandati præuaricatione. Non derelinques gregem tuum, vt ad alium tranſeas, aut ad dignitatem non reuertere, niſi ex conſenſu & approbatione fraternitatis. Non ineas amicitiam cum canonica, neque ingrediare monaſterium fœminarum, nec ſolus colloquare cum monacha vel ſæculari, niſi neceſſitas trahat, idque cum duabus ab vtraque parte perſonis adſtantibus; vnius enim (vt aiunt) facilis eſt calumnia. Non aperies oſtium monaſterij ad intromittendam fœminam vllam ſine magna neceſſitate. Non ſtatues tibi diuerſorium, aut ſpiritualibus filijs ſæcularem domum, in qua ſint etiam mulieres, crebro accedens; ſed apud religioſos viros potius diuerſare, & tranſitoriæ vitæ ſubſidia capere ſtudebis. Non habebis in cella tua diſcipulum adoleſcentem, quo aſſectare, ſed miniſteria tua obeant diuerſi fratres, & minime ſuſpecti. Non vteris veſtimento pretioſo & elaborato præterquam Sacerdotali, ſed humilibus Patrum exemplo induere & calceabere. Non eris delicatus & lautus, neque in priuato ſumptu tuo, neque in hoſpitum receptione, tamquam ea cura diſtraharis: hoc enim proprium eſt vitæ voluptuariæ. Nõ recondas aurum in monaſterio tuo, ſed quicquid in vnoquoque genere redundabit, indigentibus largire, adaperto atrio tuo, ſicut ſancti Patres. Non ſeruabis locum munitum, nec curam geras Oeconomicam, ſed clauis eſto tibi, ſumma cura animarum, ad ſoluendum & ligandum iuxta diuina oracula. Aurum autem & res vſui neceſſarias committes Oeconomis, cellarijs & cæteris vt cuique conuenit ex officio, ita nimirum vt omnium habeas poteſtatem: & transferas prout cum præceperis, in hunc vel illum, rationem exigens vniuſcuiuſque adminiſtrationis. Non antepones fratrum vtilitati perſonam cuiuſquam alterius hominis eminentis, ac potentis ſecundum ſæculum. Nec refugies pro diuinarum legum ac præceptorum obſeruatione, animam tuam vſque ad ſanguinem apponere. Non facies quicquam ex proprio ſenſu in vllare, ſiue ad animam ſpectet, ſiue ad corpus, primum ſine conſilio ac voto Domini ac Patris tui, deinde aliorum iudicio & pietate præcellentium, prout ſubiecta res poſtulat: vno enim forſitan opus eſt, aut duobus aut tribus aut pluribus etiam, ſicut à Patribus noſtris præceptum eſt. Hæc omnia & quæcumque alia accepiſti, ſeruabis & cuſtodies, vt bene tibi ſit, & recte ambules in Domino. Contrarium enim abſit vel dicere vel cogitare.

VIII. Exhortationes eiuſdẽ S. ad ſuos monachos.

Adeſte & vos, filii mei ac fratres, & audite miſerrimam vocem meam. Suſcipite Dominum Præpoſitum, ſicut elegiſtis ipſum omnes. Nemini enim fas eſt, vllo modo aliam quampiam vitam eligere, præter quam ſortitus eſt, & hoc vinculum eſt à Domino. Amplectimini illum tamquam ſucceſſorem meum, cum reuerentia & honore intuentes in eum; & legitimam obedientiæ regulam erga illum ſeruate, nouam eius in Domino promotionem minime ſpernentes, nec plus quicquam in eo requirentes, quam ei à Spiritu ſancto conceſſum ſit; quandoquidem ei ſufficit, vt ea obſeruet, quæ à mea humilitate præcepta ſunt. Quod ſi diligitis me, filii mei, mandata mea ſeruate, & pacem inter vos habetote. Angelicum promiſſum veſtrum incorruptum cuſtodite. In cœlis ambulantes, mundum odio habentes, ad mundi opera ne conuertamini. Solutis vinculis carnalium affectuum, ne in eoſdem iterum impingatis, qui omnibus caducis huius vitæ illecebris renũciaſtis: à propoſito veſtri ſtudii ne reſilitatis, riſum dæmonibus præbentes. Ad curſum obedientiæ vſque ad finem inſiſtite, vt immarceſcibilem iuſtitiæ coronam reportetis, humilitatem ſectantes, voluntatem propriam abnegate, ad ea ſolum vos conformãtes, quæ à Præpoſito veſtro fuerint approbata. Et ſiquidem hæc ſcitis, beati ſi ad finem vſque illa ſeruabitis. Vos enim martyrum chorus excipiet, coronisque in Regno cœlorum redimiti, ſempiternis bonis fruemini. De cætero, fratres, valete. Iter enim ingredior, vnde reditus non patet, quod omnes ab æuo ingreſſi ſunt, quod & vos poſtmodum, hac vita peracta, ingreſſuri eſtis. Ignoro autem, fratres mei, quo pergam, & quale iudicium me maneat, aut quisnam me locus excipiet. Opus enim bonum in conſpectu Dei nullum egi ne vnum quidem: at contra reus ſum omnis peccati. Veruntamen lætor & gaudeo, quod ex hoc mundo in cœlum abeo, à tenebris in lucem, à ſeruitute in libertatem, ab incolatu in veram habitationem & patriam, à peregrinis & alienis (incola enim ſum & peregrinus, ſicut omnes patres mei) ad mea & propria: confidentius adhuc dicam, quod ad Dominum meum abeo, ad Dominum & Deum meum, quem dilexit anima mea, quem agnoui patrem, tametſi non colui vt filius, quem poſſedi præ omnibus, tametſi vt germanus ſeruus non ſeruiui. Hæc vt inſipiens dixi, ſed propter vos dixi, vt propenſiores ſitis, & oretis pro ſalute mea, quam vbi adeptus fuero (ea ſpondeo in oculis veritatis) non deſiturum me confidenter orare DEVM ac DOMINVM meum pro omnibus vobis, vt bene vobis ſit, vt ſaluemini, & impleamini, expectans vnumquemque ſigillatim, cum ex mundo migrabit, vt videam, & excipiam, & amplectar. Fiduciam enim habeo, quod bonitas eius in idipſum nos omnes hoc ſeruabit, & in futuro ſæculo, eius mandatis obſequutos ad celebrandam ſummam eius potentiam. Recordamini humilium ſermonum meorum, filij. Depoſitum cuſtodite in Chriſto Ieſu Domino noſtro; cuius gloria, & [illegible] in ſæcula ſæculorum, Amen. Hactenus teſtamentum Theodori.

IX. Mich. Imp. monialem ducit in vxorem.

A Defuncto Theodoro Imp. cenſore, monitore & reprehenſore grauiſſimo, Michael Balbus aliis criminibus adiecit ſacrilegiũ. Mortua ſiquidem priore coniuge, deſponſatá Chriſto veteri Chriſtiano ritu virginem ſanctimonialem, nomine Euphroſynam, Conſtantini Imp. filiam, nemine reclamante duxit vxorem: quã poſtea illo mortuo, Theophilus filius paternum ſcelus execratus, in monaſteriũ redire coegit. Secuta eſt vltio facinoris. Dalmatia à Romano Imperio defecit: exercitus aũt Imp. cõtra Sarracenos in Cretam miſſus profligatus eſt, adeo, vt nec vnus Conſtantinopolim redire potuerit.

VALENTINI PP. ANN. I. LVDOV. IMP. AN. XIV. Michaelis. Imp. ann. 7.

I. Euphemius tyrannus Sarracenos in Siciliam introducit. a Curopalata.

B ANNO *Chriſti* 827. Reliquias SS. Marcellini & Petri martyrum Roma Aquiſgranum delatas, maximis miraculis Deus illuſtrauit: Multi ab infirmitatibus deploratis perſanati, multi à dæmoniis liberati: multæ apparitiones diuerſis hominibus factæ. Hæc omnia Eghinarthus accurata diligentia in libro peculiari deſcripſit.

Hoc ipſo tempore [a] Euphemius quidam turmæ cuiuſdam Dux, amore captus virginis, quæ à tenera ætate monaſtico habitu velata viuebat, cum nihil antiquius haberet quam amorem ſuum exſatiare, neq; leges quicquam curaret, ſed in ſolius Imp. exemplum intueretur, qui & ipſe ſimile facinus perpetrauerat, rapuit ex monaſterio virginem, & inuitam ad ſe traduxit. Huius virginis fratres Imp. factum enarrarunt: Imperator autem Præfecto Siciliæ mandauit, vt Euphemio, ſiquidem obſcænum crimẽ intuliſſe comperiret, naſum amputaret. Hæc ſentiens Euphemius, adſcitis in coniurationem iis quibus præerat, aliiſq; aliarum turmarum ductoribus, Præfectũ ſupplicium imponendi cauſam ad ſe venientem repulit, atq; ad Africæ Amiram ſiue Præfectum transfugit, promiſitq; ſe, modo ab ipſo Imperator Romanorum declaretur, omnem ipſi Siciliam ſubiecturum, atq; grande tributum ſoluturum. Accepit conditionem Amiras, & Euphemium magno exercitu inſtruxit, Imperatoris Romani titulo inſignitum, eiuſque opera Sicilia potitus eſt. Verum hic Euphemius Imperatoriæ indignationis fructum percepit, capite truncatus. Cum enim Imperatorio habitu Siciliã obiret, vt ab omnibus Imp. ſalutaretur, Syracuſas quoq; petiit. Vbi cum à ſuis ſtipatoribus longius prouolaſſet, & ad vrbem, tanto quantum ſagitta arcu emiſſa conficit, ſpacio acceſſiſſet, cũ oppidanis colloquẽs, eorumq; beneuolentiam oratione ſua captans, duo Syracuſani fratres ſolum & à ſuis amotum videntes, de eo interficiendo conſpirarunt. Itaq; ſimulato ſtudio & adulatorio geſtu ad hominem acceſſerunt, quaſi, vt Imperatorem debito honore afficerent. Ergo cum capite inclinato alterum ſalutaret Euphemius; ab eo crinibus arreptus, ab altero gladio percuſſus, capite amputato improbitatis ſuæ pœnas dedit. Agareni porro non Siciliam ex eo cunctam, ſed & Calabriam, & pleraſque Italiæ partes occupauerunt, omnia incurſionibus ac populationibus infeſtantes.

Euph. capite truncatur.

II. Obitus Eugenii II. PP. & creatio Valentini PP. & eius mors. b *Anaſtaſ.*

Hoc anno, die X. menſis Auguſti Eugenius Papa defunctus eſt. Die altera ab eius obitu, electus eſt Valentin⁹ natione Roman⁹ ex Patre Petro de regione via lata, magnæ ſanctitatis, ex Archidiacono ad Pontificatum aſſumptus. Diu multumq; reluctabatur electioni, ſe tanto regimine indignum eſſe aſſeuerans. Verum vniuerſi, qui millies in electione conclamarant; [b] Valentinus ſanctiſſimus Archidiaconus ſede Apoſtolica dignus: quanquam reluctantem, in ſedem Pontificiam eleuarunt, & ad Eccleſiam S. Dei Genitricis, & poſtea ad Diui Petri Baſilicam deduxerunt. Vix vno menſe Eccleſiam adminiſtrauit, cum multiplicibus bonis ornatus, ad cœleſtia Regna Chriſto vocante tranſiuit.

III. Greg. PP. IV.

In eius locum ſuffectus eſt die 24. Septem. Gregorius eius nominis quartus natione Romanus, patre Ioanne natus, ex presbytero Cardinali Tituli S. Marci Pontifex electus. Fuit Gregorius vir ſtrenuus ac benigniſſimus, ſanctitate ac pietate plenus, ornatus ſcientia, facundia plenus, modeſtus præ omnibus, firmiſſimus fide Catholica, in operibus iuſtus, & diuinarum literarum ſolertiſſimus inquiſitor, Eccleſiarum ſanctorum infatigabilis viſitator, pater pauperum, nutritor viduarũ nihil tranſitorium concupiſcens, æterna vero præmia bonorum in cœlis depoſcens. In Sacerdotio vixit caſtus atq; pudicus, redolens illud quod ſacra ſcriptura commemorabat: Sacerdotes Dei induantur iuſtitia: ita vt non niſi orationi, lectioni atque ieiunio vacaret. Electus ad Pontificatum, cum ſe imparem tanto muneri cerneret, in templum SS. Coſmæ & Damiani aufugit, inq; cryptis ſubterraneis ibidem ſe abdidit. Populus autem illum repetit, abſtraxit, & in Patriarchium duxit, atq; in beati Petri ſede collocauit. Euectus ad eam dignitatem, ſtatim corpus beati Gregorii Magni, ex loco prioris ſepulturæ tulit, & in Eccleſia B. Petri intra altare argenteis tabulis circumdatum recondidit, & Oratorium nomine ipſius dedicauit, abſidemq; eius deſuper aurato muſiuo depinxit, inque eodem Oratorio reliquias corporum beatorum martyrum Sebaſtiani, Gregorii & Tiburtii, ex cæmeteriis in quibus ante iacebant ſublata, in ſi paratis altaribus collocauit, eo animo, vt ſibi diuinum conciliaret auxilium per inuocationem ſanctorum.

Tranſlatio corporis S. Greg. Mag.

GREGORII PP. IV. ANN. I. LVDOVI. IMP. AN. 15. Michaelis Balbi. Ann. 8.

I. Miracula ad reliquias SS. Marcellini & Petri patrata.

C ANNO *Chriſti* 828. Nouis miraculis Deus illuſtrauit corpora SS. martyr. Marcellini & Petri Aquiſgranum delata. Cæcus quidam nomine Albricus, & lumen, & ſpiritum Prophetiæ ſimul, à contactu reliquiarum recepit: Giſalbertus quidã gibbo deformis & incuruus, erectus eſt: puella quædã nomine Hartlinga ab octo annis luminibus priua, tum & alia nomine Helmtada, & alia Eddela, pariter oculorum viſu deſtitutæ, tum Eberaldus quidam ſeruus cæcus, deſiderata luce donati ſunt. Plures alii cæci, ſurdi, muti, contracti, paralytici, aliiſque morbis afflicti, ſanctarum reliquiarum in monaſterio S. Bauonis contactu, ſanitatem recuperarunt: quorum omnium Eginarthus meminit in libro hac de re ſumma fide exſcripto. Iſtud eſt mirandum præ cæteris. Prædium eſt in pago Hitahgouue vocabulo Heegſtat, pertinens ad monaſterium ſancti Nazarii, de quo puella quædam annorum circiter ſedecim à ſpiritu erratico poſſeſſa, ad baſilicam martyrum à parentibus ſuis adducta eſt. Quæ cum ante tumbam ſacra corpora continentem veniſſet, & presbyter ſuper caput eius exorciſmum

D ſecundum conſuetudinem perlegiſſet, ac deinde dæmonem quomodo & quando in eam fuiſſet ingreſſus percontari cœpiſſet, non barbarica lingua, quam ſolũ puella nouerat, ſed Romana locutione presbytero reſpondit. Cumq; presbyter miraretur, atq; interrogaret, vnde illi Latinæ linguæ notitia, cum eam parentes illius ignorarent: Parentes, inquit, meas nunquã vidiſti. Tum preſbyter: Tu ergo, inquit, vnde es ſi iſti non ſunt parentes tui qui aſſiſtunt? Et dæmon per puellam: Ego, ait, ſum ſatelles & diſcipulus Satanæ & multo iam tempore apud inferos ianitor fui. Sed modo per annos aliquot cum ſociis meis vndecim Regnum Franciæ vaſtaui, frumentum & vinum & omnes alias fruges quæ ad vſum hominum de terra naſcuntur, iuxta quod iuſſi eramus, enecãdo deleuimus, pecora morbis interfecimus, luem ac peſtilen-

Clades Galliæ ob peccata populorum.

E tiam in ipſos homines immiſimus, omnes quoq; aduerſitates & cuncta mala, quæ iamdiu pro meritis ſuis patiuntur, nobis facientibus atq; ingerentibus, eis acciderũt. Hic cum presbyter ab eo quæreret, quanam de cauſa eis fuiſſet huiuſmodi conceſſa poteſtas: propter malitiã, inquit, populi huius, & multimodas iniquitates eorum qui ſuper eum conſtituti ſunt, qui munera & non iuſtitiã diligunt; qui plus hominem quã Deum metuunt; qui pauperes opprimunt, viduas & pupillos ad ſe vociferãtes audire nolunt, nulli iuſtitiam, niſi mercanti faciunt. Præter

Digitized by Google

hæc ſunt etiam alia multa atq; innumerabilia, quæ tam ab ipſo populo, quã à rectorib. eius quotidie committũtur, vt ſunt periuria, ebrietates, adulteria, homicidia, furta, rapinæ, quæ nemo ſibi prohibet, & cum facta fuerint, nemo eſt qui vindicet: potẽtiores quiq; turpibus lucris inſeruiũt, & loco ſuperiore, quẽ propter tegẽdos inferiores acceperũt, ad ſuperbiã & vanã gloriã abutuntur: odiũ & inuidiam nõ tã inter extraneos quã inter propinquos & affinitate coniunctos exercent: amicus amico nõ credit, frater fratrẽ odit, pater filiũ non diligit; rari ſunt qui fideliter ac deuote decimas dent; rariores, qui eleemoſynas faciant: & hoc ideo quia quicquid Deo vel pauperib. dare iubentur, id ſibi perire arbitrantur: iniquas mẽſuras & iniuſta põdera cõtra Dei præceptũ habere nõ verẽtur, fraude ſe alterutrũ circũueniũt, falſa teſtimonia dicere nõ erubeſcũt, dies Dominicos ac feriatos non cuſtodiũt, ſed in his ac ſi in cæteris prout volũtas eorũ tulerit, operãtur. Præter hæc alia ſunt multa, quæ Deus aut præcepit hominibus vt facerent, aut prohibuit, ne facerẽt: quia populus hic per contumaciã mandatis eius inobediẽs effectus eſt, permiſſi, imo iuſſi ſum⁹ ea facere in reb. humanis quæ ſuperius enarraui, vt perfidiæ ſuæ pœnas luant. Sũt n. perfidi atq; mendaces, cũ hoc ſeruare non curãt, quod in baptiſmo promiſerunt. Hæc omnia dæmon per os barbaræ puellæ latine locutus eſt. Et cũ presbyter imperando vrgere cæpiſſet, vt exiret: Exibo, inquit, nõ propter tuũ imperiũ, ſed propter ſanctorum poteſtatẽ, qui me in illa diutius permanere non permittunt. His dictis puellam in pauimẽtum proiecit, atq; ibi aliquantulũ velut dormiẽtem, prono corpore iacere fecit. Poſt paululum vero, illo recedẽte, quaſi de ſomno euigilans, per virtutem Chriſti & merita beatorum martyr. puella, cunctis qui aderant cernentibus atq; mirãtibus ſana ſurrexit: nec poſt exactũ à ſe dæmonem latine loqui potuit; vt palam poſſet intelligi, non illam per ſe, ſed dæmonium per os eius fuiſſe locutum.

II
Concilia indicta ad correctionẽ morum.
a Extat editionum ante enc. Pariſien ſub Ludou tom. 3. Concil.

Hæc cum ad aures Ludouici Imp. perlata eſſent, quia iam non boni homines, ſed mali dæmones Doctores eſſent, & incẽtores vitiorũ perſuaſoreſq; criminũ ad correctionem homines admonerent, ad expianda peccata, auertendaq; mala, primum omnium per vniuerſum Regnum, indixit triduanum ieiuniũ atq; preces. [a] Addidit etiam iubere, ad correctionem morum, quatuor in locis ſynodos celebrari. Primo ſcilicet in Moguntiacẽſi vrbe, vbi, inquit, cõueniant Metropolitani Autgarius, Anthbaldus, Hetto & Beruinus cum ſuffraganeis ſuis. Secundo quoq; in Pariſiorum vrbe, vbi futurus Antiſtes Senonicus, & Ebbo, Regnoardus, & Landranus Metropolitani cum ſuffraganeis ſuis conueniant. Tertio vero apud Lugdunum, vbi Agobardus, Bernardus, Andreas, Benedictus, Agericus cum ſuffraganeis ſuis ſimiliter conueniant. Quarto etiam apud Toloſanam vrbem, quo ſimul conueniant, Hotho, Bartholomæus, Adalelmus, Agiulfus cum ſuffraganeis ſuis. In quibus conuentibus, ait tractare, quærere, & cum Dei adiutorio inuenire debent de cauſis ad religionem Chriſtianam & eorum curam pertinentibus; quid à Principibus, reliquoq; populo, vel ita vt diuina auctoritas docet, aut aliter teneatur, vel quid inde ex parte vel toto dimiſſum ſit, vt non teneatur. Deinde quid in ipſorum qui paſtores populi conſtituti ſunt moribus, conuerſatione, & actibus inueniri poſſit, quod diuinæ regulæ atq; auctoritati non concordet, ſimulque inueniant, quę occaſiones in vtraq; ordine id effecerint, vt à recto ordine deuiatum ſit.

III.
Niceph. Epiſc. Conſtan. obitus
b Theophã. orat. de eius exilio.

Per id temporis Bulgari ab vna parte, & Aizo Dux Sarracenorum ab altera, fines Francorum inuaſerunt, & innumerabilia mala perpetrarunt. In Oriente S. Nicephorus Conſtantinopolitanus Patriarcha, anno XIV. exilii ſui defunctus iuxta templum S. Theodori martyris, in monaſterio quod ipſe à fundamentis conſtruxerat ſepultus eſt. [b] In exilio piam & ſanctam vitam traduxit, & virtutum ſtudio mentem ſuam incoluit, atq; expurgauit, ſeq; purum Dei, rerumq; diuinarum exemplum exhibuit, cum ſimilis eſſet Angelorum, & ſimul tum monaſticæ, tum Pontificiæ vitæ dignitatem virtutibus ſuis exornauit. Diem eius tertio Idus Martii celebrant Latini, Græci vero Iulii ſecunda. Floruiſſe hoc tempore, Anaſtaſium, Valentinum, & Nicolaum V. ſines Cardinales Romanos, auctor eſt Iacobus Cotellus in eo quem de Cardinalibus ſcripſit libro.

GREGOR. PAP. IV. AN. II. LVDOVIC. XVI.
Mich. Balb. 9.

IV.
c Anaſt.

ANNO Chriſti 829. [c] Gregorius Romanus Pontif. templum S. Marci vetuſtate collapſum inſtaurauit, & in eo corpus S. Hermetis martyris collocauit: atq; eid. templo multa & pretioſa dona aurea, argenteaq, conceſſit. Quoniam autem illius tempore Sarraceni Sicilia potiti Italiam infeſtabant, & Romanæ vrbi imminebant, ideo Oſtienſem portum communiuit, & Gregoriopolim appellauit, Suburbarũ vero in quo baſilica Diui Petri, formam ciuitatis ædificare cæpit, ſed morte præceptus Leoni quarto perficiendũ opus reliquit: à quo poſtmodum Leoniana ciuitas appellata.

I.
II.
Mich. Imp. moritur.
Mich. Imp. impia dogmata.
d Cedren. Zonar. & Curopalat.

Eodem anno [d] ipſis Calend. Octob. Michael Balbus Imperator dyſenteriæ morbo extinctus eſt. Initio imperii viſus eſt, æquiori fuiſſe animo in Orthodoxos; ſed hos non multo poſt impugnauit, ac præter alios multos crudeliter tractatos, etiam in ſanctum Methodium graſſatus, Euthymium Sardium Archiepiſcopum ob ſanctarum imaginum cultum in exilium miſit: deinde Methodium in Acrita concluſit, inclytum vero Euthymium filium eius Theophilus crudeliter flagris cæſum, in numerum martyrum recenſuit. Copronymum porro in omnibus imitatus, & Iudæis addictus Sabbatha ieiunari iubebat, reſurrectionem mortuorum non credebat, eoque futura bona ſuggillabat, Prophetas irridebat, dæmones eſſe negabat, ſcortationem peccatum non iudicabat, iurandum ſeſe Deum vniuerſi moderationem monebat, Iudæ ſalutem ominabatur, interq; beatos illum numerabat. Paſcha alieno tempore celebrari affirmabat: & ne quis imagini ſanctorum nomen ſancti adſcriberet, edicebat. Literaturam quoque adeo eſt auerſatus, vt nec pueros quidem ea permiſerit erudiri, ne vel veſaniæ eius coarguendæ, atque refellendæ, aliunde peterent, vel diſciplina adiuti cum oculorum ac linguæ velocitate in legendo vterentur, ipſi palmam huius rei præriperent, adeo enim in literis componendis & ſyllabis conficiendis tardus erat, vt librum alius facilius perlegeret, quam ipſe ſui nominis elementa recenſeret.

III.
Theophil. Imp. filius Michaelis.

Eo defuncto, Theophilus filius imperium capeſſiuit. Qui vt ſpecimen iuſtitiæ ederet, ſimul ac adminiſtrationem accepit, omnes qui auctores fuerant, vt pater ſuus imperium aſſequeretur, vel in rebus agendis eis vteretur, in Magnauram accerſiuit, fingens, cuique eorum magnam pro meritis gratiam relaturum. Omnibus autem congregatis, & veluti in ſagena concluſis, Prætori imperauit, vt contra eos lege ageret, eo quod non ſolum manus humano ſanguine contaminaſſent, verumetiam Chriſtum Domini, ſcilicet, Leonem Imp. inter altare occidiſſent. Nouercam quoque ſuam è regia domo eiectam in monaſterium coegit redire; cum nihil ei iuſiurandum profuiſſet, ad quod Michael ſenatum adegerat. Hæc initio à Theophilo geſta ſunt, haud indigna laudibus. Nam profitens ille iuſtitiam, omnibus improbis terrori, bonis vero erat admirationi; illiſque improbos odiſſe & iuſtus videretur, his autem valde grauis & auſterus.

IV.
Ludo. Imp. auget reditus monaſterii S. Germani Pariſ.
e Vit. Ludo. Imp & Aimon. lib 5. cap. 11.

In Galliis [e] Ludouicus Imperator, monaſterii ſancti Germani Pariſienſis reditus non ſolum confirmauit, ſed etiam auxit, conſtituens, vt monachis dentur annis ſingulis de tritico puro modii mille quadringenti & quadraginta: & in ſuſceptionem hoſpitum modii centum octoginta, quæ ſimul ſunt Modiorum mille ſexcenti & viginti. De vino Modiorum duo millia. De legumine Modiorum centum octoginta. De caſeo penſas centum ſexaginta. De pinguedine autẽ modii viginti,

Digitized by Google

A ginti, aut porci quinquaginta, quales meliores inuenire poſſunt, de butyro modiorum quatuor, de melle carrada vna in modios octo, ſicut ex cenſu de villa Lecarias perſoluitur, & menſale de duodecim villis melle & cera, id eſt, vnoquoque menſe ſextaria quatuor mellis & ceræ libras duas, de ſale modiorum centum. Volatilia cum ouis de duob' feſtis, id eſt, Paſcha & Natiuitate Domini. Ad veſtimenta procuranda villas octo, cũ omnibus pertinẽtibus ad eas. Hæc erat ſancti Imperatoris exercitatio, hic quotidianus ludus, hæc palæſtrica agonia, ſpectante Deo, quo eius vita in ſancta doctrina & operatione clarius eniteret, qui in pomparum ſublimitate conſtitutus, imitando Chriſtum, humilitate altius enitebat. Denique tunc cœperũt deponi ab Epiſcopis & clericis cingula baltheis aureis & gemmeis cultris ornata, exquiſitæ veſtes, ſed & calcaria talos ornantia relinqui. Monſtro ſimile ducebat, ſi Eccleſiaſticæ deputatus familiæ, conaretur ad ſæcularis gloriæ ornamenta aſpirare.

V.
Concil. Pariſ. pro recta diſciplina.

B Synodus Pariſiis ab Imperatore indicta, hoc anno à Patribus celebrata eſt. Scripſerunt ex ea ſynodici Imperatori Ludouico, tum vt carcinomata eius temporis omnium ordinum & ſtatuum oſtenderent, tum vt ipſum Principem ad ea curanda excitarent, ſuiq; officii admonerent. Fecerunt autem iſtud præclare, ex Diui Fulgentii ſententia, quam ſynodicæ epiſtolæ inſeruerunt. Hæc ſunt autem eius verba: Clementiſſimus quoq; Imperator nõ ideo eſt vas miſericordiæ præparatum in gloriam, quia apicem terreni principatus accepit, ſed ſi in Imperiali culmine recta fide viuat & vera cordis humilitate præditus culmẽ regiæ dignitatis ſanctæ Religioni ſubiiciat. Si magis in timore ſeruire Deo, quam in tumore dominari populo delectetur: Si in eo lenitas iracundiam mitiget, ornet benignitas poteſtatem: ſi ſe magis diligendum quam timendum cunctis exhibeat: ſi ſubiectis ſalubriter conſulat: C ſi iuſtitiam ſic teneat, vt miſericordiam non relinquat: ſi præ omnibus ita ſe ſanctæ matris Eccleſiæ meminerit filium, vt eius paci atq; trãquillitati per vniuerſum mundum prodeſſe ſuũ faciat principatum. Magis enim Chriſtianum regitur atq; propagatur imperium dũ Eccleſiaſtico ſtatui per omnem terram conſulitur, quam cũ in parte quacumq; terrarum pro tẽporali ſecuritate pugnatur. Regale autem miniſterium ſpecialiter eſt populũ Dei gubernare & regere cũ æquitate & iuſtitia; & vt pacem & concordiam habeãt ſtudere. Ipſe enim debet primo defenſor eſſe Eccleſiarum & ſeruorũ Dei, viduarũ, orphanorum, pauperumq; cæterorum. Addebant ex Iſidoro & iſtam monitionem: Principes ſęculi nonnunquã intra Eccleſiam poteſtatis adeptæ culmina tenent, vt per eandem poteſtatem, muniant Eccleſiaſticam diſciplinã. Cæterum intra Eccleſiam poteſtates neceſſariæ non eſſent, niſi vt quod non prævalet ſacerdos efficere per doctri- D næ ſermonẽ, poteſtas hoc imperet per diſciplinæ terrorẽ. Sæpe per Regnum terrenum cœleſte proficit, vt qui intra Eccleſiam poſiti contra fidem & diſciplinam Eccleſię agunt, rigore Principum conterantur, ipſamq; diſciplinã quam Eccleſia exercere non præualet, ceruicibus ſuperborum poteſtatis principalis imponat, & vt venerationẽ mereatur, virtute poteſtas impertiat. Cognoſcant Principes ſæculi Deo debere reddere rationẽ propter Eccleſiam, quam à Chriſto tuendam ſuſcipiunt. Nam ſiue augeatur pax & diſciplina Eccleſiæ, per fideles Principes, ſiue ſoluatur, ille ab eis rationem exiget, qui ſuam Eccleſiam eorum reddidit poteſtati.

*

Qualis debeat eſſe bonus Princeps.

Quanto poteſtates intra Eccleſiã ſint neceſſariæ.

GREGOR. PP. ANNO III. LVDOVICI IMP. ann. 17. Theoph. Imp. anno 1.

I.
Theophil. Imp. perſequitur cultores SS. imaginum.
a Acta S. Ioannicii.

E ANno Chriſti 830. [a] Theophilus Imp. mox vt ſibi adminiſtrationem ſtabiliuit, congerendo auro totus inhiabat; & alioqui non ferẽs eſſe Chriſtianus, & ſe impie gerens in diuinas imagines, & quomodo poteſtate ita etiam iconomachorum dogmate alios ſuperans, talẽ laqueum omnibus Chriſtianis abſcondit. Scribis & exactoribus omnem ſimul vicum occupauit, volens facere duo quæ ſunt peſſima; nempe & auaro ſuo animo grati- A ficari tributorum exactionibus & ſibi heri manifeſtum vnumquemq;, qui doctrinam ſequebatur orthodoxam, vt eos vi caperet, & efficeret, vt vel inuite adiungerentur hæreſi Iconomachorũ. Cum autem S. Ioannicius in quẽdam exactorem incidiſſet: Quid hic ſibi volunt, inquit, o frater? Rex te iam acceſſit, factorum tuorum redditurũ rationem. Et nec ſic quidem intelligis. Iam enim imminet & vrget (vt vides) iuſtitia: & niſi improbam hanc mentem mutaueris, peribis quidem miſerabiliter, miſerrimè autem punieris. Atq; ille quidem dicebat cum qui eſt in cœlis; Exactor autem putabat ſuum Regem eum acceſſere. Lætus itaque iam erat & ſpe bona præditus, vt qui ſciret, quod propter tributa diligenter exacta, eſſet apud Imperatorem magna conſecuturus. Eius autem ſpẽ irriſit futurum, & ea quæ à ſancto dicta fuerant, finis eſt conſequutus. Et ſtatim nouacula iræ Dei inebriata excidit exactorem, vt immortales illæ poſt mortem pœnæ ſumantur. Concepit exinde Imperator maximum timo- B rem. Quamobrem duos viros illuſtres, quos & ſciebat eſſe præditos maiori dicendi facultate quam alios, ad eũ miſit, interrogans: an oporteret adorare Chriſti figuram. Cum is autem ad hoc diuina & mundana reſpondiſſet ſapientia & perſuaſione, tantum abfuit, vt qui miſſi ab eo fuerant aliquid adducerent contra ea quæ ab ipſo dicta fuerant, vt relictis iis quæ prius tenebant, recte, & vt eis expoſuerat, pietatem & veram didicerint religionem.

II.
Conſpiratio in Ludo. Imp.
b Vit. Ludo. Imp.

In Occidente, [b] filiis & ſubditis Ludouici Imp. vehementer doluit, quod is Bernhard. Hiſpanum & Comitẽ limitum Hiſpaniarũ, & præfectum cubiculi ſui feciſſet. Exiſtimabant ab extero homine Gallicas res nõ poſſe ex fide adminiſtrari, & forte Iudithæ Imp. cõſuetudine pollutũ eſſe. Vulgauerunt & Pipino Rege Italię euocato, cõtra Ludouic. conſpirarũt; illud vnũ ab eo extorquere cupientes, vt is imperio ſeſe exueret. Pipinus cætera quidem C approbauit; ſed neq; filiis cũ patre, neq; ſubditis cũ Domino, armis, ſed legib. certandũ eſſe iudicauit. Quamobrem arma quidem omnibus deponere iuſſit, Conuentũ aũt Neomagi indixit; ex cuius ſentẽtia Bernhard' dignitate exutus, & imperio eiectus; Iuditha in monaſterium retruſa, Ludouicus aũt in adminiſtrationẽ imperii reſtitutus, qui ſolita vſus benignitate, criminis maieſtatis reos diuerſis mulctatos pœnis abſoluit, parcẽs omnibus adeo iuſto iudicio poſtulatis. Ad Ludouic. Imp. Amalarius Fortunatus Alcuini tũ diſcipulus libros de diuinis officii, ſcripſit, in quorum calce, multa felicia ei imprecatus eſt.

Ludouicus à perſecutione liberatur.

GREG. PP. IV. AN. 4. LVDOV. 18. Theoph. 2.

*
Auguſta cũ matre in diſcrimen adducta ob cultum imaginum.
c Ioan. Curopalata.

ANno Chriſti 831. Theophilo Imp. fuit vxor Theodora Auguſta, cui mater Theoctiſte religioſiſſima fœmina cohabitabat. Ambo erant pietate inſignes, & ima- D ginum feruentes cultrices. [c] Ipſa igitur Theoctiſte in ſuã domũ, ſitam prope monaſterium Gaſtricorũ ad ſe accerſitas Theodoræ puellas (erãt aũt quinq; numero, Thecla Anaſtaſia, Anna, Pulcheria & Maria) cũ aliis donis quibus fœminarum genus allici conſueuit, ſibi conciliabat, tum priuatim eas excipiens obſecrabat, ne mollirentur; neue, quod erant, fœminæ permanerent, ſed viros ſeſe præſtarent, & materna educatione digna & decentia excogitarent, paternam hæreſim deteſtantes. Et ſanctarum imaginum formam amplectens & ſimul eas in manibus iniiciens (ſeruabat autem in arca quadam) & manibus & ori ipſarum admouens, oſtendebat, & ad earum amorem illas prouocabat. Idque continenter faciens, ac neptibus erga ſanctas imagines deſiderium inflammans; haud latuit Theophilum percontantem, quidnam ipſis ab auia donatum ſit, & quid effectum ſit gratia dignum. E Aliæ igitur interrogationes ipſius ſtabili mente ac firmiter, velut occaſiones quaſdam firmiter ſuperabant: at Pulcheria ætate adhuc infans, & blanditias recenſuit, & copiam fructuum, adiecitque etiam venerandarum imaginum cultum: ita ſimplicia tum cogitans, tum dicens, imagunculas videlicet ipſi eſſe in arca reconditas, quas capiti, inquit, & ori noſtro admouet poſt oſcula. Hæc Imperatorem ad inſaniam excitarunt; ſed reuerẽtia

erga

erga mulierem, tum multo magis ab illa qua ea vtebatur loquendi libertate coërcitus. Etenim apertè ipſum illudebat atque redarguebat propter quotidianas confeſſorum perſecutiones, & declaratam hæreſim; & ſola fere perſpicuum faciens omnium erga illum odium: tantum prohibuit ne filiæ ad Theotiſten amplius accederent. His autem ſimilia Reginæ Theodoræ acciderunt. Alebatur apud Regiam Homunculus breuis, Homerico Therſitæ admodum ſimilis, Dendetis nomine: qui turpia loquens, riſum mouebat, & voluptatis cauſa apud Imperatorem degebat. Hic igitur, cum olim ingreſſus eſſet Auguſtæ cubiculum, ſacras imagines ipſam tegentem offendit: quas conſpicatus, quid eſſent interrogauit, propiuſque accedens cognouit. At Regina candidè reſpondit; imagunculæ: & has, inquit, amo plurimum. Conuiuabatur eo tempore Imperator, & ad ſe accedentem turpem iſtum adoleſcentem interrogauit; vbinam fuiſſet: Qui apud Manam, reſpondit. Ita enim Theodoram vocabat; ſeque conſpexiſſe pulchras imagunculas ab ipſa è puluinari extractas. Intellexit igitur Imperator, & vehementi ira percitus è menſa ſurrexit, confeſtimque ad illam ſe contulit: aliiſque multis probris lacerans, idolorum quoque cultricem incontinenti lingua vocauit; ſimulque narrauit, quæ ſibi dixiſſet illud monſtrum. Ipſa vero tunc iram deliniens Imperatoris: Male ſuſpicatus es, ait, ô Imperator; non vt opinatus es, ita reuera ſe habet; ſed in meum ſpeculum intenta defixos oculos habebam vna cum meis ancillis; & Dendetis intuitus quæ eo patiebantur formas, incōſiderate tibi hæc renunciauit. Ita hæc Imperatoris iram mitigauit his verbis. Dendetim autem ſatis decenti inſtruxit diſciplina, perſuaſitque ne vnquam de imagunculis quidpiam alicui narraret. Et idcirco cum aliquando Reginę ſuccenſebat, Theophilus à Dendere ſciſcitabatur; an rurſus pulchras imagunculas Mana amplecteretur. At ille admota labiis dextera manu: Tace de imagunculis, reſpondit, Imperator. Reuerebatur porro Theophilus magnopere vxorem, quam ſciret omnium virtutum genere præſtantem.

Scita Imperatricis illuſio.

II. *Amalarii legatio ad Greg. PP. pro off. Eccleſ.* *d lib. de ord. Antiph. c. 58.*

Eodem anno [d] Amalarius Fortunatus à Ludouico Imperatore Legatus ad Gregorium Romanum Pōtificem miſſus, de ordine Antiphonarum in Eccleſia concinendarum interrogauit: & de hoc eodem ordine librum ſcripſit, ſed non abſq; inſtructione Theodori S.R.E. Archidiaconi, quem huic officio Gregorius deputauit.

Gregor. Pp. IV. An. S. Lvdov. An. 19. Theoph. 3.

I. *Perſecutio Theophili Imp. magis graſſatur.* *e Ioan. Curopalat.*

Anno *Chriſti* 832. [e] Theophilus in eos qui imagines colunt ſęuire, & crudelitate omnes ſuperiores ſuperare contendebat. Nam cum alii pictas tolerаſſent, & pingere ſed non cum adiecto titulo Sancti non omnino interdixiſſent; Theophilus ne coloribus quidem formari voluit. Igitur detrahebantur eo tempore ab omni templo ſacræ imagines; & pro his feræ & aues inſculpebantur, quæ illius immanem ſeruilemq; dementiam arguerent. Hinc ſacroſanctæ opes repoſitæ, in forum proiectæ, contumelioſè illudebantur, hinc carceres facinoroſorum iis complebantur, qui in honore ſacras imagines haberent, monachis, Epiſcopis, paſtoribus, & his qui eas depinxiſſent: pleni iam montes erant & ſpeluncæ iis, qui vt fures & ſcelerum patratores fame & ſiti interfecti fuerunt. Nam cum monachis iuſſiſſet ad vrbes aditus intercludi, eoſque omnino expelli edicto ſanxiſſet; effecit vt monaſteria & ſolitaria loca multis atque perſpicuis hominibus complerentur, quippe cum ſancti viri virtutem prodere & ſacrum nollent indumētum, imo mallent fame & calamitatibus oppreſſi vitam finire.

II. Veruntamen ne tunc quidem libertas loquendi ex hominibus prorſus receſſit. Nam aliqui audaciores virtute facti, libere ad Theophilum accedētes loquebantur, oſtendebantque ex dictis ſanctorum Patrum, Dionyſii, Magni Hierothei, & Irenæi, non heri, aut paulo ante monachorum ſtatum adinuentum, ſed ex antiqua atque adeo priſca republica Chriſtiana: quin etiam ſanctarum imaginum ſignitas cū Apoſtolis viguiſſe demonſtrabant. Siquidem S. Euangeliſta Lucas Dei Genitricis formam expreſſit, & ipſe Chriſtus Dominus ac Deus noſter ſuam in quodam linteo depictam imaginē non manu confectam nobis reliquit. Ille igitur ſacroſancti viri Tyranni inſcitiam redarguerunt. Cumque ei immanitatem (quod admodum liberè loquebantur) obiecíſſent, poſt multas plagas & verbera atq; tormenta ex vrbe exterminati fuēre. Qui cum ad ſacrum Præcurſoris templum in Euxino Pōto ſitum perueniſſent, flagellorum plagis confecti, cœleſti quiete tandem dignati ſunt. Quorum veneranda corpora in terram inſepulta proiecta, integra & ſalua diutius permāſere, quoad fideles quidam ea ſuſcipientes ſepelienda curarunt, varioque honore certatim affecerunt ſanctos, qui pro Chriſto Deo martyrium ſubiere. Hos ęmulatus quidam alius monachus, qui nuper ad ſacerdotii principatum aſcenderat, coram tyranno aſtitit, non parua de cultu imaginum diſſeruit, addens illud Apoſtoli: Si quis vobis euangelizauerit, præterquam quod accepiſtis anathema ſit. Verum huic quoque plagas inflixit multas, & cum ſtabilior viſus eſſet in diſputando, ad Ioannem quendam miſit, iubens, vt hunc ipſum dialecticis demonſtrationibus in ſuam ſententiam adduceret. At generoſus ille decertator, non ſophiſticis, ſed Euangelicis & Apoſtolicis dictis magis mutum Ioannem reddidit quam piſces. Propter quam rem Theophilus indignatus, in exilium eum relegauit, qui paulo poſt cum magno Ignatio quoddam tempus commoratus, cum eum de futuris Imperatoribus edocuiſſet (erat enim futura præuidendi munere donatus) ad Dominum migrauit.

Certamina orthodoxorum pro defenſione ſacrarum imaginum.

Tyrannus vero ſacris imaginibus infeſtus, properabat perdere omnes pictores: vel ſi viuere mallent, iubebat vt ipſas expuentes, tamquam profana quædam pedibus in terrā proiecta conculcarent. Præter alios cōprehenſus eſt item Lazarus monachus, arte pingendi celebris, quem Theophilus Deo repugnans, prius obſequiis deuincire tentauit. Sed vbi omni adulatione præſtantiorem eum vidit, ad inſitam ſibi vim conuerſus eſt, tantiſq; tormentis ipſum excruciauit, vt nec ſupereſſe quidem poſſe exiſtimaretur. Ita corpore male habentem concluſit in carcere. Sed poſtquam illum conualuiſſe audiuit, rurſumq; imagines depingere, laminas ferreas ignitas illius palmis iuſſit admoueri, quoad animo tandem defectus athleta ſemimortuus concidiſſet. Iuſſit poſtea illum Imperator, Theodoræ precibus victus è carcere liberari. At is in templo præcurſoris, quod vocabatur, formidabilis, occultatus, atq; vt ſeſe habebat plagis male affectus, Præcurſoris expreſſit imaginem, quæ diu conſeruata, ſanabat ægrotos.

Inſignis cōfeſſio monachi pictoris.

III. *Sedes Amaburgen. erecta in metropol. Popul. Septentrion.* *f Adam lib. 1. cap. 17.*

In Aquilone, [f] cum ſanctus Anſgarius magnum retuliſſet ex gentilium prædicatione prouentum, Ludouicus Imperator habito Sacerdotum generali Concilio votum parentis impleri cupiens Amaburg ciuitatem Tranſalbianorum Metropolim cōſtituit omnibus barbaris nationibus Danorum, Suecorum, Slauonum, & aliis coniacentibus in circuitu populis. Ei autem cathedræ primum Archiepiſcopum ordinare fecit S. Anſgarium; quem auctoritate Gregorii IV. Papæ conſecrauit Drogo Metenſis Epiſcopus frater Imperatoris germanus, adſtantibus Odgario Moguntienſi, Ebbone Rhemenſi, Heddi Treuerenſi & aliis: conſentientibus vero Villerico Bremenſi, & Helingando Verdenſi Epiſcopis, quorum prius ea fuit diœceſis. Miſit S. Anſgario Gregorius pallium Archiepiſcopale, atq; eandem metropolitanæ ſedis erectionem priuilegio confirmauit, iubēs & iniungens vt Suedis & Slauis verbum vitæ annunciaret. Prędicauit Anſgarius inter alios Slauos, qui in tractu maritimo ſinus Codani & Luneburgenſi, & in Marchia Brandeburgenſi, etiamnum viuunt, communi cum

Polonis lingua, quamuis Teutonicæ admixtione corrupta, vtentes. Forte etiam penetrauit in intima Pomeraniæ, & ab his ad Caſſubiæ & Cuiauiæ incolas. Non enim ex vano, omnes quotquot ſunt hiſtoriæ Polonicæ ſcriptores, Piaſto per ea tempora priuatam vitam agenti, ferunt apparuiſſe, ſiue Angelorum, ſiue SS. Ioannis & Pauli Martyrum, par nobile, tunc quando hoſpitali tugurio peregrinos excipiebat, & annona miraculo augmentata illos eoſdem recreabat.

Diuina Regis parricidii punitio per mures. g Cromer. lib. 2. in Popielo & ſeq.

g Rempub. Polonam per id temporis adminiſtrabat Popielus, iuuenis alias moribus corruptus, & in paternos fratres maxime iniquus. Per ſpeciem enim epuli inuitatos, veneno extinxerat, & cadauera incondita eiecerat. Mirum dictu; ex cadaueribus putrefactis, inuſitatæ magnitudinis mures enati, impium parricidam cum celebrata vxore Teutonico genere nata, atque cum omnibus liberis fugiētem quoquo verſus per aquā flammamq; perſecuti, neque clauſtris, neq; ſatellitum cura, neque lacus Goplo aquis prohiberi potuerunt donec extinguerent. Principe Popielo extincto, Poloni Comitio Cruſuiciam indicto, de eligendo Monarcha deliberabant, eodem tempore fere omnes annonæ cariſtia laborabant. Erat tum Cruſuiciæ, Piaſtus nomine, Coſſiſconis filius, agello modico & mellificio vitam ſuſtentās, homo ſimplex & iuſtus, hoſpitalis & in egenos pro modo facultatum ſuarum beneficus. Forte tunc, filium ex Repicha vxore ſuſceptum, adhuc Gentilitio ritu tonſurus, & in primæ comæ tonſura nomen ei impoſiturus, amicos ad ceremoniam & conuiuium inuitarat. Priuſquam ſtata dies adeſſet, diuinitus obtulerunt ei ſeſe ignoti duo homines habitu peregrino, quos ille cum regia excluderentur, comiter inuitatos, hilare domum ſuam introduxit, menſam inſtruxit, & tum carnem porcinam, tum mulſum pro futuris conuiuiis præparatum eis laute appoſuit. Ibi res mira accidit. Accreuit porcina, & mulſa ex vaſis redundauit: excepit Piaſtus, vaſis admonitu hoſpitum conquiſitis: iiſdemq; auctoribus non ciues modo & amicos ſuos, verum & reliquam multitudinem conuiuio accepit. Quo miraculo vulgato, vna voce omnes Piaſtum non humanis ſuffragiis, ſed diuino indicio principem ſibi deſignatum delegerunt. Recuſauit ille; illi vim adhibuerunt, & vt erat veſte vili, & peronibus ex tiliæ cortice textis indutus, in regiam deduxerunt. Hoſpites autem illi perfuncti officio, diſparuerunt. Angelos aliqui, quemadmodum olim Abimelecho in Geneſi, vel Cornelio Centurioni in Actibus Apoſtolorum; aliqui vero Diuos Ioannem & Paulū Martyres, ſub Iuliano Apoſtata cæſos, apparuiſſe aſſerunt; ſiue vt ad fidem manuducerent, ſiue vt charitatem in egentes Deo acceptam eſſe teſtarentur. Vt vt eſt; non ex nihilo ſuſpicio eſt, iam tum radios diuinæ benignitatis Slauis Polonis vel illuxiſſe, vel illuceſcere cœpiſſe à prædicatione S. Anſgarii Slauorum Vandalorumque Apoſtoli.

Miraculoſa Regis Polon. electio.

IV. S. Anſgarii Epiſcopi pietas.

Hoc tempore vixit etiam S. Anſgarius, (vt de eius vita & prædicatione plenius informemur ex iis quæ Sacellanus Sereniſſ. Poloniæ Regis ad conditorem annal. miſit) cuius religioſa ſanctitas, diuina largiente gratia, ab ineunte creſcere cœpit ætate, & per ſingula vatum momenta ſua multiplicauit augmentata. Nam puer adhuc ſpirituales meruit videre viſiones de ſtatu totius cœleſtis curiæ, de pœnis Purgatorii, aliiſq; multis; quibus eruditus ſpernere huius vitæ contagia, & anhelare ad Regna cœleſtia cœpit. Ergo ſæculo monaſticis ſeſe apud Corbeiam Ord. S. Benedicti addixit diſciplinis, iugi oratione, vigiliis, & abſtinentia totus ad diuinum ſeruitium conuerſus. Non multo poſt ad meliorem vitam tranſiit Chriſtianiſſimus Imperator Carolus Magnus, cui filius Pius Ludouicus, vti hæres Regni & ſucceſſor Imperii, ita in cura propagandi Chriſtianiſmi ſolicitus, erat patris optimi imitator.

Suſcepta igitur cura Regni, primum ſacra religione ſtudium in promouenda adhibuit, conuocato Aquiſgrani concilio: vbi inter alia, multa de dilatando Chri-

A ſti cultu, deque Gothis, Sueonibuſque conuertendis conſtituta fuere. Deinde translato ex Franciæ Corbeia prope Sommam (flumen ita dictum) non longe ab vrbe Ambianenſi, bono Monachorum collegio ad ripam Viſurgi Saxoniæ Paderbornenſis Diæceſis, boni profectus optima fecit fundamenta. Erat in hac translatione Diuus Anſgarius, in primo tunc adoleſcentiæ flore conſtitutus: feruebat in eo & in eius ſociis diuinus amor; vt magnopere percuperēt & ſudorem & ſanguinem prædicando gentibus Aquilonaribus, quæ totæ adhuc ſeruiebant idolis, Dei Euangelio impendere quod eorum votum, adiuuante Deo, qui corda Regum in manibus habet, ita demum eſt completum. Nam à Biotno Sueonum Gothorumque Rege Legati ad Ludouicum miſſi, inter alia legationis ſuæ mandata, prædicatores idoneos poſtularunt. B Multos quippe in gente ille reperiri qui Chriſtianæ religionis deſiderio tenerentur. Regis item ad hoc propenſam voluntatem referebant.

V. In extaſim raptus, diuinitus admonetur gentibus vt verbum Dei prædicet.

Circumſpexit Imperator, quem tanto parem operi mitteret lucrandis Chriſto animabus. Iam tum multis compertum erat B. Patris Anſgarii Borbeiæ monachi, & inter alios viri doctiſſimi, feruens pro Chriſto deſiderium, & laudabile in Dania paulo ante ſub Haraldo Rege experimentum: ſed interpellare eum ſuper huiuſmodi negotio nemo præſumpſit. Terribile enim videbatur tantæ barbariei ſeſe committere, & gentem idolorum cultui aſſuetam noua prædicatione adoriri. Ita cunctis muſſitantibus, Anſgarius quodam tempore cum deuotioni vacaret impenſius, in extaſim raptus, immenſi luminis claritatem vidit vocemque audiuit C dicentem: *Vade & annuncia gentibus verbum Dei*: Nec mora; ad ſe reuerſus, obuiam ſe ferebat quærentibus prædicatorem. *Ecce*, inquit, *ego, mitte me*. Addebant ſe ſancto Patri ſocios Giſlemarus & Vithmarus, peregrinari pro Chriſto & ipſi cupientes. Profecti ſunt igitur cum legatis Regis Biorni, & læti peruenere in Daniam, vbi relicto Giſlemaro, S. Anſgarius cum Vithmaro in Sueoniam transfretauit, ſuſceptus benigne à Rege in Birca, tunc metropoli illius Regni. Hic obtenta prædicandi licentia proſperatum eſt opus in manibus eorum, multiplicante Chriſto ſemina bonarum frugum; cum plurimos per annum integrum Domino lucrarentur: in quibus Regem ipſum, eiuſque conſiliarium Herigarium Birræ Præfectum. Poſt biennium noui Corbeiam Apoſtoli repetunt, duorum regnorum aucti fide. Et D (ô mira Omnipotentis Dei prouidentia de vocatione gentium, quam diſponit artifex vt vult, & quando vult, & per quem vult) ecce quod longo prius tempore Villebrordum & Ebbonem, aliosque voluiſſe legimus, nec potuiſſe, nunc Anſgarium & voluiſſe & perfeciſſe miramur, dicentes cum Apoſtolo: *non eſt volentis neque currentis, ſed Dei miſerentis*. ergo cui vult miſeretur, & quem vult indurat: eaque de cauſa apud Imperatorem magnus, magnus in omni populo, quem gratia prædicationis in gentibus, cunctis fecit venerabilem, extitit.

VI. Id Archiepiſcopum Hamburgenſem conſecratur.

Igitur Ludouicus Imperator iam patris cœpta ad conſummationem perducere annifus, cum ſciret beati Patris Anſgarii præclara merita, quod iam Aquilonis Regna diuini verbi radiis illuſtraſſet prædicatione, aſſumptum de Corbeienſi Cœnobio magno Principum & E Epiſcoporum habito conſenſu, per maiora vota fecit Archiepiſcopum Hamburgenſem conſecrari, ſubiiciens eius ſpirituali ditioni omnia Aquilonis regna & quicquid vltra Albim eſt ſitum populorum, Vandalos Danos, Sueones, Gothos, Noricos, & quicquid gentium eſt, ex illo latere mundi, vſque in regionem nouiſſimam mortalibus habitatam. Quam rem cum Imperator per ſolennes Oratores Pontifici Gregorio IV. intimaſſet, ille promptus pallii miſſione, & Apoſtolica confirmatio-ne, omnia roborauit, conſtituens ſua vice legatum per omnia Regna Aquilonis, vſque ad vltimum terræ.

Legationis officium ſtrenue obit

Exinde Sanctus Pater, creditum ſibi in gentes lega-

Digitized by Google

tionis officium ſtrenue obiit, Danos, Sueones cæteroſque diuini verbi monitis in fide ſolidauit, alioſque conuertit, terra marique Chriſti circumferens Euangelium; minime territus aut tempeſtatum periculo, aut atrociſſimis minis aduerſantium. Hoc enim modo ſperabat martyrium, illud ſitiens, vt qualibet occaſione animam poneret in ſacro miniſterio. Si quando tamen perſecutionis ſæuiente procella, ab eo retardaretur officio, fratres in monaſterio Flandriæ Turholdt (quod ei refugii gratia permiſit Imperator, Gallicum locum homini Gallico) viſitabat, eoſque ſpirituali conſolatione de dono Dei, quo ipſe plenus erat, implebat. Cum vero ſic per annos aliquot Pontificalis miniſterium dignitatis laborioſe obiret, ſalutique gentium procurandæ ac propagandæ incumberet, vt ſemen diuini verbi iactum in terram humani cordis fructificaret, vt matureſceret, & horreo cœleſti aptum eſſet, inuidit inimicus homo tanto multorum ad ſalutem profectui, effecitque vt Normannorum graui incurſu res omnis turbaretur: Normanni enim Danis, Sueonibuſque mixtis (nam Galli omnes Aquilonares ſine diſcrimine Normannos vocant) ſiue quód vni ſæpe Regi parerent, ſiue quod paribus animis ab antiquo ferrentur ad prædam, mortuo Ludouico Imperatore, valida in diuerſum excurſione effuſi per Rhenum aſcendentes Agrippinam Coloniam, per Albim vero Hamburgum vaſtauerunt: ex quo incendio Anſgarius pene nudus elapſus ſeſe contulit in Ramſolam Prædium à venerabili ac prædiuite quadam illarum partium matrona Ibia nomine, dono ſibi datum. Ibi Oratorium cum patrum receptaculo conſtruxit. Turholdt quoque monaſterio deſtitutus eſt, eo quod cederet cum reliqua Gallia partitione fratrum in ius Caroli, quem poſtea dixere Caluum. Hocce rerum ſtatu nihilo factus eſt ſegnior Anſgarius: ſed vel ipſe creditas ſibi obibat prouincias, vel alios in regna miſit diuini verbi prædicatores.

VII
à Ludouico ob deſolatum Eccleſ. Hamburg. ſtatū Eccleſ. Bremenſi diu iam vacanti præficitur multoſq; ad ſidem Chriſti conuertit.

Ludouicus porro Ludouici Imperat. filius Germaniam ſortitus, Hamburgi ſubuerſionem miſeratus & Metropolitanæ Eccleſiæ deſolationem, ſtatumque Anſgarii Archipræſulis intima compaſſione pertractans, Bremenſi Eccleſiæ vacanti diu, multumque renitentem præfecit; Nicolao I. Pont. ſic indulgente, vt ambæ copularentur, & deinceps pro vna cenſerentur. Sanctus itaque Anſgarius Bremæ receptus, ſedit ibi annos duodeuiginti: nam antea in Hamburgenſi Cathedra ſola, præfuit annis ſexdecim.

Hoc regalis munificentiæ dono confeſſor Dei valde gauiſus, in Daniam feſtinauit, regemque Ericum ex perſecutore Chriſtianorum fidelem fecit Catholicum, Eccleſiamque in portu Haſuide erexit, quæ in hodiernum vſque ſub nomine Diui Anſgarii perſeuerat: Data per Regem licentia, vt quiſquis vellet in regno ſuo fieret Chriſtianus, infinita gentilium credidit multitudo: de quibus complures vt aqua baptiſmatis loti ſunt, ab omni etiam corporis infirmitate ſunt liberati.

Quibus ex voto completis, dum adhuc pro gente Sueonum æſtuaret, quæ mortuo Biorno fidei iugum videbatur abiecisse, Erici Regis commendatitias rogauit epiſtolas, & extemplo intrepidus à littore Daniæ ſoluens in Sueoniam nauigauit. Ibi Olaus tunc Rex, apud Bircam generalem ſui populi habuit conuentum: quem præueniente miſericordia Dei, ita placidum inuenit, vt ex eius imperio & populi conſenſu, & iactu ſortis, & Idoli reſponſo, Eccleſia ibidem fabricaretur, & baptiſmi ſuſcipiendi licentia paſſim omnibus concederetur. Reuerſus deinde Anſgarius, relicto in Sueonia Remberto presbytero, Ericum iuniorem, omni reliqua ſtirpe Regia ciuili bello deleta, Daniæ regnum ſuſceptſſe inuenit, eumque ingenito furore in Chriſticolas efferatum, ſacerdotes Dei expuliſſe, & Eccleſias claudi præcepiſſe. Ad eum igitur ſanctus venire non trepidans, comitante ſecum gratia diuina, cum ei memoriam maioris Erici replicaret, crudelem tyrannum ſic pacatum & placatum reddidit, vt Chriſtianitatem ipſe ſuſciperet, ſuiſque omnib. vt Chriſtiani fierent per edictum mandaret: inſuper in alio portu regni ſui ad Ripam, extrueret Eccleſiam: quam Sanctus Anſgarius itidem commendauit Rimberto.

VIII.
Eius res geſtæ.

Hamburgum veniens ad ſuam Eccleſiam de venditione Chriſtianorum Nordelbingos correxit. Friſios quoque adiens caſtigauit eos ob laborem Dominicæ diei. Pertinacius vero agentes, igne cœleſti mulctauit. Et quoniam totum ſtudium eius erat pro ſalute animarum, ſi quando à prædicatione gentilium foris liber erat, domi congregationum ſuarum curam egit. Quarum primam quæ Hamburgo quondam barbarica incurſione depulſa eſt ipſe tranſtulit in Ramſolam. Secundam Bremæ habuit ſanctorum virorum, qui habitu quidem vſi canonico, regula viuebant monaſtica. Tertiam ſanctarum virginum in Brixmon ordinauit; vbi deuota Chriſti matrona Ludgardis totum patrimonium ſuum offerens cœleſti ſponſo magnum chorum caſtitatis, ſuis nutriuit auſpiciis. Ad curam autem pauperum, & ſuſceptionem peregrinorum, multis locis hoſpitalia præparauit. Sed vnum habuit præcipuum Bremæ, quo ipſe quotidie veniens infirmis non erubuit miniſtrare, quorum plurimos verbo vel tactu ſanauit; ſacri etiam olei inunctione diuerſos à variis morbos & languores depulit. Prophetiæ ſpiritu extitit illuſtris. Nam S. Rembertum longe ante virtutis ſuæ æmulum, & in cathedra Pontificali ſucceſſorem, gratiaq; meritorum in cœleſti regno conſortem fore prædixit.

Baptizati ab illo mox omni corporis infirmitate liberabantur. Nec ſolum erga ſuos verum etiam erga alienos ſolicitus ſemper erat Anſgarius, captiuos redimendo, afflictos refouendo, domeſticos erudiendo, barbaros catechizando, foris Apoſtolus, intus monachus, nunquam viſus otioſus. Epiſcopos etiam tam voce, quam literis, vt vigilarent ſuper Dominicum gregem, commonuit; hos arguens, illos obſecrans.

Extabant diu epiſtolæ eius plures, aliaque monumenta, quæ nunc per incuriam perierunt. Vnam quidem epiſtolam, quam omnibus de ſua legatione ſcribit Epiſcopis, quamque ab Ebbone orſam aſſerit, ita claudit: *Deprecor, vt apud Deum intercedatis, quatenus hæc legatio creſcere & fructificare mereatur in Domino. Iam enim Deo propitio & apud Danos, & apud Sueones fundata eſt Eccleſia Chriſti & ſacerdotes abſque prohibitione, proprio funguntur officio. Omnipotens Deus faciat vos omnes huius operis pia beneuolentia participes, & in cæleſti gloria Chriſto cohæredes.*

IX.
Eius obitus.

Ætate tandem & laboribus fatigatus, anno ætatis ſuæ quarto ſupra ſexageſimum, graui adeo ægritudine quatuor amplius menſibus laborare cœpit, vt oſſibus & neruis duntaxat conſtare videretur. In diuinis tamen laudibus perſeuerans Deo ſemper gratias agebat, ſicque in cœlum oculis intentus, ſpiritum iam dudum meditatione cœlis aſſuetum authori ſuo commendauit, tertio nonas februarias. Anno poſt natum Chriſtum Octingenteſimo ſexageſimo quinto, cum ſediſſet annos triginta quatuor ſepultus Bremæ in Baſilica S. Petri Apoſtoli.

Vitam eius libro vno complexus eſt S. Rembertus Archiepiſcopus Bremenſis; ſed temporum iniuria interiit. De eo etiam *Eginhardus in geſtis Francorum, Helmoldus in Chron. cap. 4. 5. & ſeq. Albertus Albas Stadenſis in Chron. pag. 88. 89. 90. 91. 92. Annon. libr. 4. cap. 114. Saxo Gram. libr. 9. Albertus Crantzius in ſua Metropoli libr. 1. Sigebertus in Chron. Ioan. Magnus Hiſtor. Goth. libr. 17. & in ſua Metrop. lib. 1. Lupoldus Luneburgenſis, de zelo Chriſtianæ Religionis. Alexander Sculsetus in ſua Chronologia Cæſar. Baron. Tom. 10.*

Suffridus

Suffridus Petri in ſuo de viris Illuſtribus Friſiæ libro S. Anſgarium Friſium origine commemorat, cæteris omnibus ſcriptoribus Gallum natione affirmantibus.

X. Vithmarus D. Anſgarii ſocius eiuſq; res geſtæ.

Huic non inferior Vithmarus natione Gallus, monaſticam à teneris in Corbeia Franciæ profeſſus vitam, tantum vitæ puritate doctrinæque præſtantia valuit, cum apud ſuos, tum apud piiſſimum Imperatorem Carolum Magnum, vt dignus putaretur, qui in numerum eorum cooptaretur qui Saxoniam totamq; ſeptentrionem verbi Dei ſemente excolerent. Quare Diuo Anſgario ſocio ductoreq; in Saxoniam primum venit. Deinde iactis in ea religionis fundamentis, mare ingreſſus ad Bircam Sueoniæ Metropolim penetrauit pene nudus, à piratis ſpoliatus, à rege tamen & incolis ſuſceptus nouellæ plantationi doctrina verbi & operum ſanctitate ſtrenue inſudauit. Multos igitur & ipſe Chriſto Domino ſua prædicatione lucratus Corbeiam cum triumpho rediit patribus ad ſancta gaudentibus, narrans quantam in nationibus Dominus gratiam oſtendiſſet. Vtinamque tam feliciter fides perduraſſet, quam ſalutifera fuere primordia. Sed enim ſerpens antiquus tam ſalubribus inſtitutis callidiiare ſua multum obſtitit. Quippe ſanctis authoritatem nonnullorum opponens, tantas excitauit in regno procellas, vt publica prædicatio locum non haberet. Cæterum Proceribus auerſis plebs in fide erudita, quantum potuit, filiis acceptam à Chriſti prædicatoribus religionem contradidit & in occulto ſalutem largiente Domino ad multos propagauit.

Vithmarus autem ad amica clauſtri ſilentia reuerſus, reliquum vitæ in contemplatione rerum cœleſtium ac vigiliis tranſegit, & tandem bono fine quieuit.

De eo authores ſupra citati in vita S. Anſgarii, tempus vero quo in Sueonib. erudiendis verſatus eſt, apud auctores quos ſequor, non inuenio.

S. Rembertus à S. Anſgario ſucceſſor prædicitur.

Floruit hoc anno S. Rembertus, natione Gallus, puer à parentibus traditus eſt Patribus monaſterii Turhold, literis & pietate imbuendus. Quo loco, ea ætate, videns eum S. Anſgarius deuotius ſe in diuino officio gerentem, Prophetico ſpiritu prædixit, illum ſuæ virtutis æmulum, & in Cathedra Pontificali ſucceſſorem, gratiaque meritorum in cœleſti regno fore conſortem. Aſſumpſit eum ſtatim parentum voluntate in diſcipulum, & Apoſtolicæ legationis comitem: Tale in eo proſpiciens, quale olim Alexander Epiſcopus Alexandrinus in Athanaſio viro incomparabili, tum vero puero.

XI. Eligitur in Archiep. Bremen. ac pallium à Nicolao I accipit.

Anno igitur incarnationis Dominicæ quinquageſimo octauo ſupra octingenteſimum, cum ſecundo ex Suecia diſcederet Anſgarius, Rembertum tunc presbyterum Dominici gregis cuſtodem poſt ſe reliquit. Ea cura quantum profecerit, indicio ſunt honores redeſtiti à Ludouico Rege & vniuerſo clero decreti: Mortuo enim B. Anſgario in Archiepiſcopum Bremenſem omnium voto digniſſimus eligitur. Conſecratus à Lutberto Moguntinenſi Archiepiſcopo venit Corbeiam, veſtemque ſuſcepit cum profeſſione monaſtica: cui Adalgarius Abbas germanum & cognominem ſuum conceſſit Adalgarium, qui poſtea & ſocius prædicationis & hæres eſſe meruit dignitatis. Pallium Pontificale ſuſcepit à Papa Nicolao I. Inueſtituram feudalem à Ludouico Rege Germaniæ.

Eius Legatio & res geſtæ.

Legationis ſuæ officium, quod ad prædicandum gentibus verbum Dei primum à prædeceſſore ſuo ſuſceptum eſt & tunc ſibi iure ſucceſſionis quaſi hæreditarium prouenerat, impigre eſt executus; ipſe quidem in perſona, quoties occupationes aliæ ſinerent, eidem legationi inſiſtens; ſemper autem conſtitutos habens presbyteros, à quibus & verbum Dei gentiles identidem exciperent & ſolarium captiui referrent Chriſtiani.

In Eccleſiis inter ipſos paganos longe conſtitutis quodque grauiſſimum erat marinis, diſcriminibus adeundis erat perquam laborioſus. quæ d[illegible] ipſe frequenter ſuſtinens ſæpe naufragium, ſæpe etiam alia pericula pertulit, ſpe futuræ beatitudinis omnia præſentis vitæ aſpera leniens, illudq; Apoſtolicum continua meditatione reuoluens: nõ ſunt cõdignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Cum ſic per ſua tempora Rembertus in operibus pietatis exerceretur, præcipua illi cura fuit de redemptione captiuorum. Cumque plures tenerentur à Danis & Vandalis quam illius poſſent ære redimi, ſacra etiam vaſa diſtraxit, & redemptioni impendit miſerorum, ſanctius arbitratus precioſas Chriſto animas in libertatem ſtatuere quam aurum intra ſacrarium congerere. Tantus autem turbo tunc à Danis & Normannis incubuit Regionibus, vt non modo Saxonia, sed & Friſia inuiis paludibus inacceſſa, populationem ſuſtineret. Contigit vero eos diuino iudicio ad quendam Friſiæ pagum peruenire, quem in remotis ac mari magno vicinis locis ſitum (Norduide ei nomen eſt) euertere barbari ſunt aggreſſi. Erat illi eo tempore Rembertus Archiepiſcopus: cuius adhortationibus & doctrinis confortati agricolæ & regionis indigenæ Chriſtiani, cum hoſtibus fortiter congreſſi, proſtrauerunt ex illis 10378. Plures etiam dum fuga quærunt præſidium, in tranſitu fluuiorum enecati. Cuius rei miraculo merita S. Remberti penes Friſones egregia, & nomen eius, ſingulari quodam gentis colebantur deſiderio: adeo vt collis in quo ſanctus orauit, dum pugnarent, perpetua ceſpitis viriditate notatetur; & lapis, in quo genu flectens brachia poſuit veſtigium poſteris venerabile oſtendat.

Multis miraculis clarus.

Multis præterea ſanctum ſuum miraculis Dominus etiam viuentem illuſtrauit. Nam oratione ſua tempeſtatem maris frequenter eundo in Sueoniam, ſedauit. Cæcum illuminauit per confirmationem quam Epiſcopali more impertiuit. Sed & filium Regis Franciæ à Dæmonio liberauit: vbi, multis adſtantibus Epiſcopis, ſpiritus immundus ſæpe ex ore vexati clamabat Rembertum inter eos ſolum digne commiſſum abſoluere officium, ipſumque ſibi eſſe cruciatui.

Mirari ſane quis poſſet, quomodo ex illis Regnis iam Chriſti iugo manſuefactis tanta ſit facta ereptio Barbarorum Chriſticolas perſequentium; cum Anſgarius, Rembertus aliique crebra legatione fungentes prædicando in Dania, atque Suedia Chriſti fidem amplificarent, erectis per regna & prouincias Eccleſiis ac conſecratis inibi Epiſcopis.

Certe rei nouitas in religione, & regnorum amplitudo facile iſta fieri ſinebant, vt alii Chriſto credentes domi ſederent quieti, alii indomitis ceruicibus tanto ſæuirent acrius, quanto dolerent vehementius, propulſis antiquis ſuæ gentis ſuperſtitionibus, Chriſti fidem vbique iam conualeſcere. Quippe dulcedine prædæ iam diu innutriti non facile animum religioni ſubdere poterant, nec à diuturna conſuetudine latrocinandi dimoueri.

Rembertus vero cum Moyſe erat vir mitiſſimus, qui cum Apoſtolo omnium infirmitatibus compateretur, præcipuam curam gerens pauperum & captiuorum, iſtos redimendo, illorũ inopiam liberalitate ſubleuando. Cumque quadam vice regionem Danorum peragrando Eccleſiam nouellæ plantationis viſitaret in Sleſuico, videretque multitudinem Chriſtianorum catena trahi captiuam, quos partim per littora digraſſati, partim in ipſo mari nauigantes Dani ceperant: ſolito charitatis affectu commotus, & catenam oratione ad Deum fuſa perfregit, & equo cui forte inſidebat, in redemptionem miſerorum tradito captiuos laxauit, placauitque feroces animos Barbarorum. Presbyteri cuiuſdam nuper defuncti animam, quod ſibi in viſu apparens ſupplicaſſet, quadraginta dies in pane & aqua ieiunans, à tormentis purgatoriis abſoluit. Prædeceſſor eius cum quatuor fundaſſet cœnobia, ille

vnum addidit in ſolitudine Bueſcen. Cæterum omnium vigilem ſolicitudinem implens Hamburgenſis Cathedræ præcipuam egit curam, tam fratribus, quam pauperibus neceſſaria miniſtrans. Xenodochium Bremæ, quod ad ſuſtentationem pauperum à Sancto Anſgario fuit inſtitutum, ipſe inſigniter auxit: & non modo in ſuo Epiſcopatu, ſed vbicunque erant, & quicunque pauperes, alimoniam illis cum omni vigilantia curauit exhiberi, nobile poſteris verbum exhortationis relinquens: Non eſt, inquit, hæſitandum cunctis ſubuenire pauperibus: quia in quo ſit Chriſtus, ſeu quando ad nos venit ignoramus. Eleemoſynam verbi inceſſanter omnibus miniſtrauit: ad quod opus dicta S. Gregorii ſæpe replicauit, quæ etiam manu ſua deſcripſit. Epiſtolæ eius diuerſæ ac plures circumferuntur, ſed præcipua quædam ad virgines, in qua virginitatem corporis extollens oſtendit multas mente abire in Ægyptum, quantumuis corpore in monaſteriis perſeuerent. Tandem confectus labore & ſenio, quos per ſe non potuit, per Adalgarium Coadiutorem ſuum in Domino confortauit. Exceſſit autem ex hac luce, Anno Chriſti Octingenteſimo Octuageſimo octauo, Prid. Non. Februar. poſtquam ſediſſet in Archiepiſcopatu annis tribus & viginti. Sepultus Bremæ extra Baſilicam S. Petri, vti rogauerat. *Deco Baro Corbeienſis Abbas*, de ſui temporis mirabilibus actis. *Adam Brem. libr. 1. cap. 26. 36. 37. & 40. Helmoldus in Chron. lib. 1. cap. 8. Abbas Stad. pag. 93. 94. 95. & 96. Albert. Krantz. in ſua Metrop. libr. 2. cap. 2. 10. 11. Surius 4. Febr. Cæſar. Baron. Tom. 10. Recenſente Ioan. Vaſtouio, Sigiſm. III. Reg. Polon. Bibliotheca Præfecto.*

GREGORII PAPÆ IV. ANNO 6. LVDOVICI 20. Theoph. 4.

I. h *Vit. Th. & Theoph.*

ANno Chriſti 833.[h] Theophilus Imperator ſemel in imaginum cultores incenſus, Theodorum atque Theophanem fratres in theatrum productos, loris lacerari, & exinde in Aphuſiam inſulam relegari præcepit.

II. Pap. Greg. fruſtra laborat pro componenda pace inter Ludou. Imp. & filios eius. i *Vita Ludou. & Thegan. in Annal.*

In Galliis[i] turbæ filiorum Lotharii, Ludouici, & Pipini contra Ludouicum Imperatorem Patrem. Offenderat is Pipinum, quod ei Aquitaniam eripuiſſet, atque Carolo puero ex Iuditha nato conceſſiſſet. Quamobrem vt eum in ordinem redigerent, exercitum compararunt, & infeſta ſigna in Gallias intulerunt. Conabatur Gregorius Papa, funeſtas iſtarum acies diſſipare, & filios Patri reconciliare. Sed nec quicquam efficere potuit, Imperatore ſuſpectum illum, quaſi in partes filiorum declinaret, habente, illis vero tribus plus æquo inflammatis, nec niſi deiectionem Patris ſpirantibus. Itaque vt illum deponerent, Conuentu apud Compendium indicto, veterem culpam Bernardi exoculationis iam pœnitentia dilutam ei exprobrarunt, tum & recentes alias commenti, reum deſidiæ, ſcandali, ac perturbationis imperii eum peregerunt, & ex Scheda quæuis crimina obiecta confiteri coegerunt. Recitauit ille quæ iuſſerant; ac tum demum ſententiam Epiſcoporum non minus iniuſtam quam rigidam excudunt. Velut enim iniquum & inutilem, imperio exuerunt; & ad altare S. Sebaſtiani Martyris & S. Medardi Confeſſoris adductum gladio diſcinxerunt, purpura ſpoliarunt, ſceptrum rapuerunt, & cum cilicio, tum pulla veſte induerunt, tum Aquiſgranum Lothario in cuſtodiam tradiderunt: Iuditham vero in Italiam tranſmiſerunt, & in Monaſterio Dortonæ recluſerunt. Ebbo Rhemenſis ex ſeruo originario Archiepiſcopus, architectus fuit earum calamitatum, quas inuitus Ludouicus pro beneficiis ab ingratis ſuſtinuit. Ferunt: quod cum plurimi optimatum à Ludouico Imperatore ad eius filios noctu diſceſſiſſent,

Ludouicus imperio exuitur.

A reliquis ipſe dixiſſe: Ite & vos ad filios meos: nolo vt vllos propter me aut membrum aliquod aut vitam amittat. Interfuere tunc temporis in Galliis, Marcus Archiepiſcopus Epheſinus & Protoſpatharius Theophili Imperatoris, Legati ad Ludouicum miſſi: qui nihil aliud præterquam tragœdiæ lugubris quam viderant actionem in Orientem retulerunt.

GREGORII PAPÆ IV. ANNO 7. LVDOVICI 21. Theoph. 5.

I. Ludouicus reſtituitur in Imperiū ab Epiſc.

B ANno Chriſti 834. Poſt Ludouici Imper. depoſitionem tumultuatum eſt in Galliis. Æqui & recti amantes aliqui Epiſcopi & Comites, ex Aquitania & Germania, ad Monaſterium Diui Dionyſii conuenientes, auctoritate Gregorii Papæ freti, iniquam illam Epiſcoporum ſententiam apud Compendium anno ſuperiore latam reſciderunt, & Ludouico accito ante altare S. Martyris purpuram, ſceptrum, gladium, & vna imperium reſtituerunt, tum deinde Pipinum & Ludouicum filios illi ſupplices adduxerunt. Solus Lotharius repugnabat. Sed Ludouicus & Pipinus filii, contra fratrem caſtra mouentes, eum coegerunt, vt & ipſe ſupplex ad patrem veniret, & clementem indulgentemque experiretur. In ſignum grati animi erga Sanctum Dionyſium, iuſſit res & acta ipſius inquiri, & in Acta publica referri. præcepit pariter Pipino filio, res Eccleſiarum & Monaſteriorum iniu- C ſte ereptas reſtitui. Tradunt, Iuditham quoque ex monaſterio eductam, adque Imperium reſtitutam fuiſſe, eiuſdem Gregorii Pontificis auctoritate.

II. k *Ioan. Curopalata.*

In Oriente,[k] Theophilus Imperator aduerſus Saracenos vadens, Sanctum Methodium ſecum duxit. Siue vt ille obſcura, multiſque incognita diſſolueret, quod eximia ſapientia præditus eſſet; ſiue ab ipſo ſeditionem aliquam metueret, propter bellum contra ſacroſanctas imagines ſuſceptum: neque enim mediocriter colebat & obſeruabat viri in Republ. moderanda iudicium & religionem. Hac de cauſa viſum eſt Imperatori minus expedire, ſi illum ſibi à tergo relinqueret. Verum enimuero cum congreſſi D eſſent vtrimque exercitus, & Iſmaelitæ ſuperiores eſſent, circumdatus eſt Imperator, & parum aberat quin caperetur: niſi Mamel dux exercitus, ſemetipſum pro eo capi permiſiſſet. Reuerſus ergo Conſtantinopolim Imperator, in Methodium, quod non eius precibus adiutus hoſtes viciſſet, ſed ab eis ſuperatus eſſet, occaſione capta ex offenſa religione, ob cultum idolorum (ſic ſolitus appellare ſacras imagines) furorem conuertit. Quem ad ſe vocatum poſt diram verberibus de ipſo habitam quæſtionem, in exilium deportandum tradidit. nec quidem vt ceteris in Inſulam vel alia loca relegatis luce ſolis ſaltem frui conceſſit, ſed illud plane pauendum atque tremendum excogitauit, vt eum viuum in ſepulchrum vnum cum duobus latronibus includi fecerit, vt ſic viuus eſſet lucis vſura priuatus, & eſſet velu- E ti mortuus inter mortuos collocatus, piſcatori in curam datus, vt ei tantum cibi ſubminiſtraret, quantum ad vitam in miſeriis illis trahendam ſuppeteret. Sunt qui dicant, toto tempore Imperii Theophili eum in ea latebra clauſum vixiſſe: alii vero ex hac cauſa eductum eſſe. Nam cum Theophilus doctrinæ litterarum ſtudioſus in ſcripta quædam intellectu difficilia incidiſſet, nec quomodo ſe de illis explicaret, inuenire poſſet; intellecto de quodam, neminem mortalium eſſe, felicius ea qui declararet, quam incluſus ille ſepulchro Methodius, hominem inde ſtatim reuocauit, magnoque in pretio demum habuit.

§ Methodius ab Impio Theophil. Imp. viuus clauditur in ſepulchro.

III. Ducenti monachi Martyres in Hiſpaniis.

In Hiſpaniis apud Canadignam, octauo idus Auguſti, feria 4. qua celebratur natalis SS. Martyrum Iuſti atque Paſtoris, à Rege Zaſna Sarraceno interfecti ſunt propter Chriſtum monachi ducenti qua die ſunt cæſi, pauimentum clauſtri in quo ſepulti fuere, ſanguineo calore apparebat reſperſum, anniuerſario miraculo.

Gregorii Papæ Anno 8. Ludouici 22. Theoph. 6.

I Ebbo Archiep. Rhemenſ. deponitur Lud. Imp. abſoluitur ab iniqua ex communicatione. l *Vit. Lud. in Sigebert. in Chron.*

Anno *Chriſti* 835.[l] Ludouicus Imperator habuit conuentum Epiſcoporum & Principum in villa Theodonis. In eo Rhemenſis Archiepiſcopus Ebbo auctor depoſitionis Ludouici, crimen confeſſus, ſeipſum dignitate abdicauit: Ludouicus autem à ſeptem Archiepiſcopis, ab illa iniqua excommunicatione exſolutus, tum demum ſecuritatem conſcientiæ adeptus eſt. [m] Per ea tempora Theodulphus Abbas, coniurationis Bernhardi complex, in carcere tenebatur. Compoſuit inter alia poemata, hymnum quem Eccleſia in die Palmarum canere conſueuit, his verſibus.

Hymnus à Theodulpho abbate compoſitus.

Gloria, laus & honor tibi ſit Rex Chriſte Redemptor
Cui puerile decus prompſit Oſanna pium.
Iſrael es tu Rex, Dauidis & inclyta proles,
Nomine qui Domini Rex benedicte venis.
Cœtus in excelſis te laudat cælicus omnis,
Et mortalis homo, cuncta creata ſimul.
Plebs Hebræa tibi cum palmis obuia venit;
Cum prece, voto, hymnis aſſumus ecce tibi:
Hi tibi paſſuro ſoluebant munia laudis:
Nos tibi regnanti pangimus ecce melos.
Hi placuere tibi: placeat deuotio noſtra,
Rex pie, Rex clemens, cui bona cuncta placent,

Theodulph liberatur è carcere & fit Epiſc. n *Cod Vatic.*

Hæc carmina, cum forte fortuna pertranſeunte carceres Ludouico caneret Theodulphus, delectatus ille vocis & hymni melodia iuſſit eum excarcerari & in Aurelianenſem Epiſcopum conſecrari. Extat illius [n] epiſtola ad clerum ſuæ diœceſis ſcripta; in qua inſtruebat, vt curæ populi commiſſi inuigilarent; vt lectioni & orationi vacarent; vt operi manuum incumberent: vt mundo pane, vino, & aqua celebrarent: vt feminas ab altari, ſacrificiorum tempore arcerent: vt nihil profanum in Eccleſia conſeruari permitterent: vt non niſi ſacerdotes, vel homines ſanctitate illuſtres in Eccleſia ſepelirent: vt diſceptationes, tumultus, vaniloquia, & ceteras prophanas actiones in templis prohiberent: vt in domibus aut locis vilibus non ſacrificarent: vt fœminas ad cohabitationem non admitterent: vt ab ebrietate & tabernis abſtinerent: vt ab alterius adminiſtratione parochiæ ſeſe continerent: vt per vicos & villas ſcholas inſtituerent: vt populum, orationem Dominicam & ſymbolum docerent: vt eos pietatis operibus imbuerent; ſcilicet: ſingulis diebus mane & veſperi orare, ſanctoſque inuocare: Dies Dominicos obſeruare, & in eis nonniſi miſſæ & reliquis diuinis officiis vacare; hoſpitalitatem diligere; periurium vitare; falſum teſtimonium non dicere; pure non tantum dicta & facta, ſed etiam cogitationes confiteri: miſericordiæ opera exercere: filios & familiam in præceptis diuinis docere: tempore Quadrageſimæ ab vſu matrimonii ſe continere: ieiuniorum dies abſtinentia lacticiniorum & eleemoſynarum largitione tranſigere; ſingulis Dominicis Quadrageſimæ, & in cœna Domini, & in Paraſceue, in vigilia Paſchæ, & in die Reſurrectionis Domini, Sacramenta Corporis & ſanguinis Chriſti percipere: ante miſſarum ſolemnia peracta cibum non ſumere.

II. Theodoro

In Oriente, [o] cum Theodotus Meliſſenus, cognomento Caſſitera, in Epiſcopatu Conſtantinopolitano vita functus eſſet, Ioannes Theophili pædagogus illius excepit thronum, accepto ſacerdotio velut impietatis atque perfidiæ mercede. Tulit hunc Ioannem Conſtantinopolis à Morochazatiorum ſtirpe oriundum, quem ſenili iam ætate monaſterium glorioſiſſimorum Martyrum Sergii & Bacchi, quaſi draconem quemdam in Eccleſia deliteſcentem recepit. In qua ipſa per dignitatis gradus ad ſummum euentum, & Iconomachorum ſectæ egregiæ adductum, præſtigiis incumbentem, & peluium diuinationibus in omni vita, præcipueque dilectum Michaeli Balbo Theophili patri, ſiue quod eiuſdem hæreſis particeps eſſet, ſiue quod eloquentia præſtare videretur, & Magiſter Theophili fuiſſet, poſtquã habenas imperii ſuſcepit, ſyncellum ipſum declarandum, & hoc honore afficiendum curauit: deinde quoque Patriarcham Conſtantinopolis inſtituit; quod ei quædam per peluium vaticinia & præſtigias prædixiſſet. Excurſiones olim fecit in Romanorum regionem natio perfida & dura, ſub tribus ducibus militans. Quo vt veriſimile erat, dolente ac ſe excruciante Theophilo, Ioannes hortabatur, vt omnem animi metum deponeret, & fiducia complecteretur, ſi ſuo tantum conſilio obtemperaret. Fuit autem conſilium tale. In æreis ſtatuis, quæ ad Euripum Hippici ſtabant, etiam vna erat tribus capitibus ornata. Iuſſit igitur Ioannes totidem numero quot capita malleos ex ære conflari, eoſdemque viris manu præſtantibus committi: qui conſtituta quadam hora nocturna, ſecum ad illam ſtatuam quam dixerat, accederent: & quando ipſis imperaret, malleis capita valide percuterent, quoad in terram deiicerentur quaſi vno impetu & vna plaga. Imperator igitur his verbis oblectatus, ita fieri imperauit. Cumque eo profecti eſſent viri illi cum Ioanne nocte intempeſta (erat autem Ioannes laica veſte, ne deprehenderetur, indutus) dixiſſetque magica quædam verba, quibus omnem vim ſtatuæ ademit: iuſſit viros viriliter ac fortiter percutere. Et quidem duo validiſſimis ictibus duo ſtatuæ capita deiecerunt, tertius remiſſiore plaga illata, parum quidem inclinauit, non tamen totum præcidit caput. quibus ſimilia in ducibus illius nationis conſecuta ſunt. Exorta enim quadam ingenti ſeditione in exercitu, inſecutaque ipſa inteſtina pugna, duo duces ceciderunt, & tertius percuſſus eſt, non tamen lethali plaga. Doluit tamen ob vulnus acceptum, & victoriam Theophilo conceſſit: quemadmodum Ioannes prædixit. Erat etiam Ioanni mago frater germanus, nomine Arſaber, fortuna Patricius. Huic ager ſuburbanus fuit, ad ſiniſtram freti partem prope monaſterium S. Phocæ, quod ſumptuoſa habebat ædificia, porticuſque & balnea, & alia ad commorandum iucunda loca.

impiiſſimo ſuc... dit Ioannes p... in S... Conſt... o Ie... ropal...

Ioannes Epiſc. magus.

Fr. Ioannis Epiſ. ſimiliter mag[9].

Ibi magus frequentans hoſpitia; ſubterraneam quamdam conſtruxit domum, à tergo portis ædificatis, quibus volentes intromitteret. Admittebat igitur ad illam improbam officinam quicunque vellent; & modo ſeruabantur nuptæ, monachæ, & aliæ mulieres forma decoræ, quibuſcum ſtupra committebat modo extiſpicia, & peluium diuinationes, & incãtationes, & necromantiæ exercebantur, quibus ſæpenumero vi dæmonum futura quædam prædicebat. Eiuſmodi præceptore Theophilus doctus erat. Non mirum, ſi in omnem crudelitatem erga ſanctarum imaginum cultores armatus.

III. Theodori ac Theop. fratrũ inſigne certamen pro cultu Imag. p *Theodorus in ep. ad Ioan. Cyzicenum.*

Inaudita ſunt, quæ hoc anno in affligendis [p] Theodoro & Theophane fratribus excogitauit & patrauit. Iuſſerat illos Conſtantinopolim, ex Aphuſia inſula, poſt biennium exilii adduci. Qui cum in Triclinio Lauſiaci præſto eſſent, ille valde terribilis & iram ſpirãs, propius accedentes, Qui, & vbi nati, & vt quid venirent, interrogauit. Illi autem priuſquam reſponderent, iuſſit eos alapis & pugnis vultum cædi. Cum vix ægre conſiſterent, tandem vulpina aſſumpta imperauit, vt de Fide coram eo diſſererent, & ex ſacris ſcripturis cultum ima-

Digitized by Google

ginum demonſtrarent. Blaſphemias ille & maledicta abſona impudenti voce contra Chriſti Dei noſtri imaginem euomebat; cum Sanctus Theophanes, ex quadam Iſaiæ prophetæ oſtendiſſet. Negabat Theophilus; librũ ex Patriarchio afferri impetrauit Theophanes. ex quo cum impietatem ſuam redargui cerneret Imperator, primum ducentas plagas flagris vtriq; infligi, deinde facies eorum, iambis, qui eos duplici calumnia afficerent, inſculpi præcepit. Erant autem duodeni à Chriſtodulo quodam improbo meditati, his verſibus:

Cunctis ad vrbem eam adire volentibus
Stetere vbi verbi Dei caſti pedes
Terrarum Orbis vt per ad quæat conſiſtere,
Apparuerunt iſti honorando in loco.
Erroris impij mala vaſa & reproba.
Cum multa feciſſent ibiq; perturpia
Grauiaq;, quod deeſſet eis recta Fides,
Illinc abacti ſunt ſicut Apoſtata,
Confugientes autem ad vrbem Imperij
Stultitiam haud reliquerunt nefariam.
Quare notati & inſcripti vt maleſici
Damnantur, exiguntur q; improbi iterum.

Hos verſus, cum eis inſculpere vellent, hortabantur, vt vel ſemel imagines deteſtarentur; & tandem abirent, quo vellent. Cum nollent; ſed dicerent, iſtud perinde eſſe, ac ſi quis alium rogans dicat: nihil aliud peto, niſi ſemel tuum caput amputare, & tum poſtea vade quo velis: tunc iuſſit eos ſuper ſcamna extẽdi, & verſus iambos vultibus eorum inſculpi. Cum vero longo tempore vultus eorum exararent, occidente ſole, tenebris factis, vel inuiti ceſſarunt inſcribere. Egreſſuri dixerunt Præfecto, & iis qui aderant: Sciatis, Cherubim quæ has viderint litteras, eſſe ceſſura, & flammeam rompheam verſis tergis cõceſſuram nobis ingreſſum in paradiſum, vt quæ ſit reuerſitura noſtros vultus pro communi Domino tam ignominioſe inſculptos. Hoc enim à vobis ſolis factum eſt à ſæculo, & eſt hoc nouum inuentum, & reddidiſtis omnes benignos ac clementes, qui aduerſus diuinum noſtrum dogma inſanierunt. In facie Chriſti omnino agnoſcemini, & vobis exhibebuntur legendæ hæ litteræ. ipſe enim dixit: Quæcunq; feciſtis vni horum minimorum mihi feciſtis. Sic inſculptos Imperator, in Apameam Bithyniæ relegauit.q Quo cum deportatentur, & Methodii viuentis in ſepultura piſcatorem qui eum alebat, forte reperiſſent, per eundem in hanc ſententiam ſcripſerunt ad eum.

Cru ielitas noua & antea inaudita.

q *Cedren.*

Qui viuus inter viuos eſſe deſijt
Vitamq; præbet mortuus, terram incolens
Polumq; obit; vinclo grauatus vinculis,
Frontes, et ſcribuntq; inſcripti litteris.

Reſcripſit Methodius opera piſcatoris.

Quorum libro inſcripta ſunt cœleſtibus
Nomina, pieq; frontes inſcripta notis
Hos qui ſepultus ante funus eſt ſuum
Vinctos ſalutat, & ipſe vinculis grauis.

Iſti ſunt agones Sanctorum Confeſſorum, quos decertabant ſub Imperatore Theophilo: qui ita illum, qui propter nos homo factus eſt, verum Deum contumelijs afficiebat, eiuſq; veros cultores non breui ac definito tempore, ſed in omni vita vexabat, & in huiuſmodi calamitates coniiciebat, quibus nullum poſſit adhiberi remedium. Nec enim illos tres tantum, ſed & quamplurimos alios, quorum paſſionis Acta interciderunt, maximum in modum diuexauit. Inter hos Beatum Michaelem Syncellum, Eccleſiæ quæ eſt in ſancta ciuitate, multis cum aliis monachis in carcerem coniecit, diuturnis cruciatibus eos peruertere exiſtimans.

Plurimi alii ſancti vexati à Theoph. Imp.

IV. Feſtum omnium SS. in Gall. inſtitutum. r *Sigebert. in Chron.*

Hoc anno,r in Galliis à Gregorio ſummo Pontif. ex Conſtitutione Bonifaciana promulgatum eſt, vt plebs vniuerſa in Kalendis Nouembribus, ſicut in die Natalis Domini ad Eccleſiam in honorem omnium Sanctorum ad Miſſarum ſolemnia conuenire ſtuderet; vt quicquid fragilitas humana per ignorantiam aut negligentiam in ſolennitatibus Sanctorum minus plene peregiſſet, in hanc ſancta obſeruatione ſolueretur.

Gregorii Papæ IV. Anno 9. Ludouici 23. Theoph. 7.

ANno Chriſti 836.ſ Lotharius Rex Italiæ, indigne ferens ſe nomini Longobardiæ dominari, maiorem vero Italiæ partem in Romani Pontificis dominio eſſe, ciuitates Eccleſiæ ſubiectas infeſtabat, hominesq; trucidabat. Non ſuſtinuit Ludouicus Imperator, ea quæ auus, & pater, & ipſe Eccleſiæ conceſſerat, violari. Quamobrem Fulconem Abbatem & Richardum Comitem ad Lotharium miſit, qui admonerent, illi hoc iure dominium Italiæ permiſſum eſſe, vt Eccleſiæ bona non inuaderet, ſed tueretur: maxime quod ipſe ſe iureiurando ad hoc obſeruandũ aſtrinxiſſet. Adiunxit Adrebaldum Legatis, qui Romam ad Gregorium diuerteret, deq; rebus neceſſariis conſuleret. Reuertentibus ad Ludouicum Legatis, adiunxit ſuos, Petrum Centumcellenſem Epiſcopum, & Georgium Regionatium vrbis, ſimul Epiſcopum. Et quidem Gregorii Legatos non eſt paſſus Lotharius in Gallias ire: cæterum per paternos (ex quibus Adrebaldus litteras à Pontificiis miſſas occulte accepit & Ludouico dedit) Ludouico reſpondit, quædam ſe facere velle; quædam autem non poſſe. Quieuit Lothari⁹, quoad idẽ Ludouicus ſuperſtes fuit. qui nihil antiquius habuit, quam Eccleſiæ iura & bona defendere. Propterea etiam hoc anno Synodum Aquiſgrani conuocauit, vt auctoritate Epiſcopali cogeret Pipinum filium, ad reſtitutionem eorum quæ Eccleſiis rapuerat.

I. Lotharius rex infeſtat ditiones Rom. Pont. ſ *Vit. Lud.*

Ludouic. Imp. iuriũ & bonorũ Eccleſ. defenſor.

Eodem anno,t ex Monaſterio S. Dionyſii Pariſienſis ad Corbeienſe in Saxonia, translatum eſt corpus S. Viti. & u ex vrbe Cenomanenſi ad Badeibornenſem, corpus S. Liborii eiuſdem ciuitatis Epiſcopi. In huius translatione, cuncti ſenſerunt inæſtimabilis odoris ſuauitate totam Eccleſiam repente completam; qui diſſimilis omnibus odoramentis quæ in terris vel natura vel arte fiunt, clarum cœleſtis cuiuſdam præſentiæ dedit iudicium.

II. Tranſlatio Corporum SS. Viti & Liborii. t *Apud Sur. 15. Iun.* u *& 28. Septemb.*

Gregorii Papæ IV. Ann. 10. Ludouici 24. Theoph. 8.

ANno Chriſti 837.u Mediante feſtiuitate Paſchali dirum ſemper ac triſte portentum Aquiſgrani apparuit, ſcilicet, cometæ ſidus in ſigno virginis, in ea parte eiuſdem ſigni, qua penulam eius, ſubtus caudam vero ſerpentis ſimiliter, cornuq; conſtringunt. Quod cum non more errantium ſiderum, Orientem verſus peteret, per viginti quinq; dies, Leonis, Cancri & Geminorum ſigna tranſiens, in capite Tauri tandem ſub Aurigæ pedes, igneum globum, iubarumq; prolixitatem depoſuit, quas vſquequaq; antea porrexerat. Vidit iſtud portentum Imperator, & cum vel mutationem rerum publicatum, vel mortem Principis indicare comperiſſet, multas eleemoſynas pauperibus ac ſeruis Dei tam monachis quam canonicis porrigi, miſſaſque celebrari iuſſit. Conuentum quoq; generalem Principum Cariſiaci habuit; in quo Carolum filium enſe cinxit, & diademate regio coronatum, Neuſtriæ præfecit: omnes autem ſubditos ad meliorem frugem hortatus eſt.

I. Cometæ apparitio. u *Vit. Lud.*

Digitized by Google

Gregorii Papæ IV. Anno 11. Ludov. 25. Theoph. 9.

I. Defenſio Rom. eccl. Regib. Franc. debita.

ANno Chriſti 838. Mortuo Pipino Rege Aquitaniæ, Ludouicus Imperator, alia ratione prouincias inter filios partitus, illud pro immunitate Eccleſ. eis præſcripſit. Super omnia autem, inquit, iubemus atq; præcipimus, vt ipſi tres fratres curam & defenſionem Eccleſiæ S. Petri ſimul ſuſcipiant, ſicut quondam à proauo noſtro Carolo, & auo noſtro Pipino, & beatæ memoriæ genitore noſtro Carolo Imperatore, & à nobis poſtea ſuſcepta eſt: vt etiam cum Dei adiutorio ab hoſtibus defendere nitantur, & iuſtitiam ſuam quantum ad ipſos pertinet, & ratio poſtulauerit, habere faciant. Similiter de cæteris Eccleſiis, quæ ſub illorum fuerint poteſtate, præcipimus: vt iuſtitiam ſuam & honorem habeant, & paſtores atque rectores venerabilium locorum habeant poteſtatem rerum quæ ad ipſa pia loca pertinent, in quocunque de his tribus fratribus illarum Eccleſiarum poſſeſſiones fuerint.

II. Hoc anno S. Fridericus Traiectenſis Epiſcopus coronam martyrii adeptus eſt. Falſum, quia ſcitu Ludouici. Nam is legitimo connubio Iuditham ſibi copularat.

III. Simon collega S. Anſgarii in Euangelizando in Sueonia.

Eodem hoc anno vixit Simon, prius dictus Gaudebert. Ebbonis Archiepiſc. Rhem. in Gallia nepos, à quo ēt (cum ipſe Ebbo in adiutorium prædicationis S. Anſg. à Ludouico Imper. deſtinaretur, renueretque, ſeu corporis debilitate impeditus, ſeu domeſticis negotiis detentus) vicarius eidem Anſgario datus fuit. Is igitur conſecratus Epiſcopus, diuinæque gratiæ commendatus, Bircam eſt directus, vbi paratā prius ab Anſgario & Vithmaro inueniens viam ad ſalutem gentium, lapſos erexit, probauitq; infidelibus fidem ſignis ac virtutib. Eccleſiam ibid. beneuolentia omnium fretus extruxit, in qua publice Euangelium prædicauit, numerum credentium auxit, probe inſtructos in religione ſuſcepta roborauit. Cæterum non multo poſt commotione in Chriſtianos per Amundum Regno pulſum excitata, perſecutionis feruore coactus eſt Simon Sueonia cedere. De eo *ſcriptores rerum Sueticarum Adam Bren. libro primo, cap. 21. Abbas Stad. pag. 98. Alb. Krantz. in ſua metrop. libro primo, cap. 32. 33. & 37. Ioan. Mag. in ſua metrop. libro primo, pag. 6. & 7.* Nulla tamen apud hos temporis, quo ibidem moratus eſt expreſſio, neque quo ſe conuerterit, quid deinceps egerit, quoue modo vitæ finem clauſerit, nota vlla. *Ioan. Vaſtouius, Sigiſm. III. Reg. Polon. Bibioth. Præfect. recenſuit.*

Gregorii Pap. IV. Anno 12. Ludov. 26. Theoph. 10.

I. De appellationibus ad Rom. Pont. x *Cod. Biblioth. ſuper miner.*

ANno Chriſti 839.[x] Aldricus Cenomanenſis, Antiſtes. grauem à comprouincialibus Epiſcopis paſſus inuidiam, ad Gregorii Pontificis Romani tribunal appellauit. Et quia ab iiſdem laceſſebatur, ideo Gregorius omnibus Galliæ, Germaniæ & Europæ Epiſcopis ſcripſit, ne quam moleſtiam Aldrico inferrent, ſed ſi quid eſſet dignum, ad ſedem Apoſtolicam deferrent: maxime quod Innocentius Papa ſanxerit: Si maiores cauſæ in medio fuerint deuolutæ, ad ſedem Apoſtolicam, vt Nicena Synodus definiuit, & inueterata conſuetudo exegit, referant. Non nouum igitur, ait, aliquid præſenti iuſſione præcipimus, ſed illa quæ olim videntur indulta firmamus: cum nulli dubium ſit, quod non ſolum Pontificalis cauſatio, ſed omnis etiam religionis relatio, ad ſedem Apoſtolicam, quaſi ad caput Eccleſiarum debet referri, & inde normam ſumere, vnde ſumpſit exordium; ne caput inſtitutionis videatur omitti, cuius auctoris ſanctionem omnes teneant ſacerdotes, qui no-

A lunt ab Apoſtolicæ Petræ, ſuper quam Chriſtus vniuerſalem fundauit Eccleſiam, ſoliditate diuelli.

Gregorii Papæ IV. Anno 13. Ludov. 27. Theoph. 11.

I. Portentoſa ſolis eclipſis. y *Vit. Lud.*

ANno Chriſti 840. y Die tertia Litaniæ maioris deliquium ſolis contigit modo inſolito. In tantum enim lucis receſſu tenebræ præualuerunt, vt nihil à noctis veritate differre videretur. Stellarum namque ratus ordo ita cernebatur, vt nullus ſidus lucis ſolaris hebetudinem pateretur, quin potius luna, quę ſe ei aduerſam præbuerat, paulatim orientem petens, primum

B corniculatim illi lumen à parte occidentali reſtitueret in morem ſui, quando prima vel ſecunda cernitur, & ſic per augmenta totam venuſtatam tota rota ſolis reciperet. Ludouico Imperatori mortem portendebat: quæ ei ex hac cauſa accelerauit.

II. De pientiſſimo Lud. Imp. obitu.

Proxime præterita Quadrageſima acceperat, Ludouicum filium armis comparatis Alemaniam occupaſſe. Quam ille iniuriam cum ferre non poſſet, quanquam & ætate & morbo grauis eſſet, exercitum contra filium duxit, inque maiorem ægritudinem pars ex animi angore, pars ex incommodis belli, pars ex intemperie cœli incidit. In quandam inſulam Moguntiacæ ciuitati vicinam delatus, morboque confectus, totis quadraginta diebus nihil niſi Dominico corpore reficiebatur: ſingulis diebus ſacra confeſſione peccatorum præmiſſa. Ad-

C erāt ex Epiſcopis Hethius Treuirorum, Othgarius Moguntiæ, & Drogo frater illius Metenſium: ex filiis vero Lotharius & Carolus. Inter quos plurima largitus plurima quoq; Eccleſiis & pauperibus aſſignauit: tum demum Ludouico filio ſe parcere teſtatus eſt. Deinde ipſo die mortis ſacrificio de more à Drogone celebrato, ſacram hoſtiam ex eius manu ſumpſit; & benedici poſtulauit. Cum autem ea quæ ſolent in egreſſu animæ peragi, recitarentur, conuerſa facie in ſiniſtram partem, cum indignatione dixit; Foras, foras: ex quo patuit, malignum tunc adfuiſſe, ſed illum hunc expuliſſe. Exinde expulſo, elatis ad cœlum oculis, ridentis in ſpeciem intendebat, ſignoque ſanctæ crucis ſe ſignabat donec ad requiem euolaret 12. Kalend. Iul. Drogo Epiſcopus eius cadauer Metis tranſtulit, & magno cum honore ſepe-

D liuit.

III. Miranda contra raptores bonorum eccleſ. z *Hincmarus de trāſlat. S. Remigii.*

Aliqua miranda contra raptores bonorum Eccleſiæ, eius tempore acciderunt.[z] Duo quidam fuerant, qui dicerent, Siluam Rhemenſis Eccleſiæ, magis ad fiſcum pertinere, quam ad partem S. Remigii. Alter eorum dum inter ſuos porcos lupum magnæ magnitudinis conſpexiſſet, & fugientem conſectaretur, ab impetu quo in equo ferebatur, obuiæ arbori caput alliſit, & cerebro excuſſo expirauit: alter vero, cum dolabra ſaxum quoddam percuteret, & hūc eſſe limitem fiſci aſſereret, particulis ſilicis exilientibus excæcatus, vna cum ſocio tulit pœnam ſacrilegi mendacii. Alterum eſt, ſed ſtatim ab obitu Ludouici. Tumultuantibus Aquitanis, aliqui pagauorum ſuppellectilem ſuam in quoddam templū detulerant. Aliquis militum diripere feſtinans, oſtium

E templi vt effringeret calce percuſſit. Sed mox pes eius oſtio adhæſit, & reſupinus præſumptor in terram cecidit: eiulans & culpam dicens. Non potuit vlla ratione auelli, donec equum & quæ habebat, templo deuoneret, & S. Remigium inuocaret: cuius templum violare atten[illegible]. Ita poſt confeſſionem & lachrymas & votum, pes eius ab oſtio cui inhærebat ſolutus eſt: aridus tamen [illegible], ipſum claudum reddidit, donec computreſcente crure & femore, poſt diuturnum laborem moreretur.

IV. De transl. corporis S. Barth. a *Leo Oſtien in Chron. Caſſinate lib. 1 c. 26.*

Eodem anno, [a] corpus S. Barthol. Apoſtoli ex inſula Lipari Beneuentum delatum eſt.

V. Nithardus

Nithardus presbyter legationis fidei in Sueoniam Simoni ſocius aſſignatus ab Anſgario, in lucrū animarū

Digitized by Google

Socius S. Simonis epiſc. apud Sueones.

fructu ingenti diu incubuit, donec ſæua perſecutionis excitata tempeſtate ab Ancundo, poſt probra & contumelias vitam ſuam glorioſo martyrio cum aliis nonnullis Chriſtianis feliciter conſummaret. Nec dum ſcilicet perſpexerunt gentiles quantum boni eis inferret ſacrum Chriſti Euangelium, quod videlicet idolis eliminatis dæmonibuſque veris animatum hoſtibus abactis, in libertatem Spiritus reſpirarent, & nihilominus maiori rerum temporalium proſperitate vterentur inuitatenturque, ex hac luce in nunquam finiendam beatitudinem. Erat hic annus à nato Chriſto quadrageſimus poſt octingenteſimum, quo Pius Ludouicus Caroli Magni filius, rebus exceſſit humanis. De eo ſcript. rerum Suet. *Adam Bren. lib. 1. c. 21. Alb. Krantz. in ſua metrop. lib. 1. c. 33. Ioan. Mag. in ſua metrop. lib. 1. pag. 6 & 7.* Recenſente Ioan. Vaſtouio Sigiſm. III. Reg. Polon. Biblioth. Præf.

VI. S. Herigarius Martyr.

Eodem hoc anno vixit Herigarius (Ericus vulgo) Bireæ ciuitatis Præfectus, Regiſque conſiliarius, è primis quos S. Anſgarius ad fidem conuertit & baptizauit; vir inclytus velut alter Sebaſtianus ſub militari habitu Chriſti militem abſcondebat. Ædes proprias in Eccleſiam conuertit, in eaque Apoſtolico fungens munere Chriſtum prædicauit, euaſitq; virtutibus omni poſteritatis memoria celebris.

VII. Depulſis Regno, zelo gentilium, verbi Dei prædicatoribus vel gladio perſecutionis conſumptis, ſeptennio ſolus Chriſtianitatem ſuſtentauit, tantamque fidei gratiam meruit, vt potentia miraculorum, & exhortatione doctrinæ, multa Paganorum millia Chriſto fuerit lucratus. *Idem qui ſupra Adam Bren. libro primo, capit. 16. & 21. Abbas Stad. pag. 89. & Alb. Krantz. in ſua metrop. lib. 1. c. 32. & 33.* Recenſente Ioan. Vaſt.

GREGORII PAPÆ IV. ANNO 14. LOTHARII Imperat. anno 1. Theophili Imper. anno 12.

I. Prædictio S. Ioannicii de obitu Theoph. Imp. & pace futura Eccleſ. b *Vita S. Ioannicii.*

A*nno Chriſti* 841. Theophili Imperatoris obitum, & pacem ſubſequentem Eccleſiarum S. Ioannicius anachoreta, per id temporis prædixit. [b] Cum enim ad illum veniſſet Euſtratius præfectus monaſterii Agaurorum, & interrogaret: Quouſque res Eccleſiarũ non reddentur Eccleſiis? Quouſque, inquit, augebuntur res perſecutorum, & immanes nos beſtiæ lacerabunt? Reſpondit: Parum ſuſtine, ô frater, & intelliges potentiam Dei. Erit enim quidam Methodius, qui tenebit clauum Eccleſiæ, & eum diuino ſpiritu gubernabit, qui tollet quidem diuiſionem & diſſenſionem, decretis autem fidem conſtituet Orthodoxam, & ad ſummam pacem & concordiam rediget ſeditionem, & eos qui reſtiterant, dextera Domini ſubiunget.

c *Ioan Curopalat.*

Contigit & iſtud [c] Theophilo ſtudioſius inquirenti, quinam poſt ſe regnaturi eſſent, quædam muliercula ex Agarenis capta ſuperioribus bellis, ingenio ad huiuſcemodi prædicenda idoneo prædita, præſto fuit: & ſiue diuini numinis inſtinctu, ſiue dæmoniorum virtute concita: Tuus, inquit, Imperator, filius ſuccedet cum matre ſua; ſed poſtea Martinatiorum genus Imperium diutius adminiſtrabit. Ille ſimul atque hæc verba audiuit, Martinatium, licet ſibi dilectum, detondendum, & monachum inſtituendum curauit, eiuſque domum monachorum fecit hoſpitium. Et quia tum multa alia, tum vero reſtitutionem imaginum anus illa prædixerat, ideo multum dolens Theophilus, ſæpenumero Reginam hortabatur, & Theoctiſtum Dromi Logothetam iureiurando maxime formidabili obſtringebat, ne poſt ſuum obitum Ioannem Patriarchatus dignitate (quod ipſum mulier quoque renunciauerat) abdicarent, neue idolorum (ſic enim ſacroſanctas imagines

A appellabat) cultum permitterent. Poſt hæc aduerſus Sarracenos profectus, & Perſarum auxiliariorum proditione in diſcrimen adductus, vix fuga euaſit, & nobiliores captiuos reliquit, qui vna eum cohorte quadraginta duorum militum, Martyrium pro Chriſto ſubiere. Ex his præcipue fuere Theodorus Fortis, Theophilus, atque Boburzicus duces exercitus. Imperator porro ea clade conſternatus, in dyſenteriam lethalem incidit, & ex ea paulo poſt vita exceſſit.

II. Bellum ciuile inter Fräcorum Reges. d *Nithard. lib. 2. & 3.*

In Galliis, [d] Carolus & Ludouicus, à Lothario Monarchiam ambiente exacerbati, armis decertarunt. Victoria ad illos ceſſit, qua tam moderate ſunt vſi, vt fugientes nollent perſequi, ſed ad pacem reuocarent. Inerat eis ſcrupulus, de cæde aliorum. Sed Epiſcopi ad Concilium conuocati, decreuerunt, ne angerentur: eo
B quod pro ſola iuſtitia & æquitate decertauerint, & hoc Dei iudicio manifeſtum effectum ſit. At quicunq; conſcius ſibi, aut ira, aut odio, aut vana gloria, aut certe quolibet vitio quiddam in hac expeditione ſuaſit, vel geſſit, ſecrete confiteretur, & ſecundum modum culpæ diiudicaretur, pro occiſis vero triduanum ieiunium indiceretur, & crebra ſacrificia offerrentur. Carolum Regem Sueſſonicam vrbem petentem, Monachi S. Medardi obſecrarunt, vt corpora ſeu reliquias SS. Medardi, Sebaſtiani, Tiburtii, Petri & Marcellini, Marii, Marthæ, Audifax & Habacuc, Oneſimi, Mereſinæ, & Leocadiæ, Mariani, Pelagii & Mauri, Floriani cum ſex fratribus ſuis, Gildardi, Sereni & Remigii Rothomagorum Archiepiſcopi in Baſilicam, vbi nunc quieſcunt, transferret. Tranſtulit propriis humeris, & Bernacham vil-
C lam, rebus eiuſdem Eccleſiæ adiecit.

GREGORII PAPÆ IV. ANNO 15. LOTHARII Imperat. anno 2. Michaelis III. anno 1.

I. Conuentus Epiſc. Aquiſgr. a *Nithard. lib. 4.*

A*nno Chriſti* 842. [a] Lotharius Imperator contra fratres arma mouit. Ludouicus autem & Carolus, antequam bello decernerent, Epiſcoporum conuentum Aquiſgrani habuerunt. Quibus Epiſcopis ab initio geſta Lotharii conſiderantibus, quomodo Patrem ſuum Regno pepulerit: quoties populum Chriſtianum periurum ſua cupiditas effecerit: quoties patri & fratribus
D periurus extiterit; quoties fratres exhereditare atq; delere tentauerit: quot homicidia, adulteria, incendia, omnigenaque facinora ab eius nefandiſſima cupiditate, Eccleſia vniuerſalis perpeſſa ſit, inſuper quod neque ſcientiam, neque bonam voluntatem gubernandi haberet; viſum eſt omnibus illum Regno in Francia exuere, atque inter Ludouicum & Carolum illud partiri. Neuter voluit portionem aliquam deligere; ſed duodecim viris partitionem prouinciarum permiſit re.

b *Ioan. Curopalata.*

[b] Conſtantinopoli, Theophilus à morbo magis oppreſſus, Magnauram ſe contulit, vbi conuocato ſenatu, & reliquis claris ciuibus, ſuas calamitates tragice deplorans, conquerebatur, coactoſque petebat, vt ſuæ erga ſe beneuolentiæ meminiſſent, in fide & beneuolentia erga vxorem, filiumque ſuum ſeruanda, atque ipſis Impe-
E rium ab inſidiis tutum ſeruarent. Precabantur pro eius ſalute: quod ſi mori contingeret ſtudia erga Reginam & filium pollicebantur. Inter hæc, Theophobum coniurationis ſuſpectum in carcerem detrudi, & caput ei reciſum ſibi afferri iuſſit. Quo accepto, manibus capillos contingens ſupremum hoc verbum dixit: neq; poſt hoc ego ero Theophilus, neque tu Theophobus.

Viſio de Theoph. Imp. c *ex Triodio Græcorum.*

[c] Poſthæc, cum è viuis excedere deberet, os ſuum ſupra modum aperuit, ita vt etiam interiora ipſa intueri liceret. Auguſta vero Theodora maximo propterea dolore afflicta, vix ad ſomnum conuerſa, huiuſmodi viſionem aſpexit. Immaculatam ſcilicet Dei genitricem infantem ante omnia ſæcula genitum vlnis geſtantem, & Angelis luсidiſſimis circumſeptam,

Theophi-

A Theophilum autem eius coniugem ab ipſis flagris & contumeliis affectum. Cum igitur ſomnus ipſam dimiſiſſet, & Theophilus parum reſpiraſſet, vehementer exclamauit: Heu mihi miſero, qui propter ſanctas imagines percutior! Qua re audita, Imperatrix quamprimũ Deigenitricis imaginem ſuper ipſum collocauit, illam cum multis lacrymis deprecans. Theophilus verò licet ita ſe haberet, cum vidiſſet adſtantium quẽdam imaginem paruam collo alligatam geſtantem, illam arreptam oſculabatur & venerabatur. Quapropter continuo illud os, quod antea aduerſus imagines rugiebat, & guttur, quod ita turpe apertum cernebatur, ad priorem ſtatum conuerſum eſt, & à frequenti illa anguſtia & moleſtia requieuit, & obdormiuit: cum antea aperte confeſſus eſſet bonũ eſſe ſanctas imagines honorare & venerari, cum itemq; Imperatrix è ſuis arculis venerandas & ſan- B ctas imagines eduxiſſet, toto pectore nitebatur Theophilum adducere, vt illas veneraretur.

II. Theoph. Imp. obitus & Michael. III. Imper. qui imagines reſtituit.

Paulo tamẽ poſt Theophilus exceſſit è vita. & Theodora cum Michaele filio Imperium obtinuit, reuocatiſque illis omnibus qui in exilio & carceribus detinebantur, Ioannem qui & Mantiarcha, & Dæmonarcha potius quam Patriarcha dicendus fuerat throno eiecit, Methodium vero ſublimauit; omnibus autem vt libere agerent præcepit. Et Eſaia incluſo ſuadente, omnes profanos Iconoclaſtas eiecit; inque eos S. Methodius, D. Deiparentis imaginem ex collo geſtante Theodora, dixit: ſi quis has imagines non adorat, & veneratur, relatiue quidem & habitudine quadam, non latrice, non vt Deos, ſed tanquam imagines archetyporum, propter reuerentiam ipſorum, ſit illi anathema. C

III. Viſio de anima Th. Imp.

Obſecrauit illos poſtea Imperatrix, vt pro anima Theodori Deum orarent. Quapropter S. Methodius congregato vniuerſo populo, nec non & clero, & Epiſcopis omnibus; & præcipuis anachoretarum & aſcetarum, Ioannicio, Arſacio & Naucratio diſcipulis Theodori Studitæ, & Theophane ac Theodoro inſcriptis fratribus, & Michaele Syncello & Hagiopolita, totam noctem in orationibus & lachrymis perſeuerauit. Quia & ipſa Imperatrix Theodora hæc eadem cum mulierib. & reliquo populo faciendum curauit. Quæ dum ita fierent Theod. ſomno detenta diluculo Sextæ feriæ ſibi videbatur apud columnã, quæ dicitur crucis reperiri, & quoſdã illac magno cum ſtrepitu præterire, diuerſa tormentorum genera ſecum ferentes, in quorum medio D vinctus agebatur Theophilus Imperator, manibus retro reuinctis. Quem cum agnouiſſet Imperatrix conſequebatur & ipſa illos, qui eum ducebant. Cum autem ad æneam portam perueniſſent, vidit virum quendam aſpectu mirabilem, qui ante imaginem Christi ſedebat. At hunc cum Theophilum adduxiſſent, ſtiterunt eum. Quibus viſis Imperatrix, pedibus eius prouoluta pro Imperatore intercedebat. At ille aperto ore dixit: Magna eſt fides tua, ô mulier. Scito igitur, quod propter tuas lacrymas fidemque tuam, nec non propter preces & interceſſiones ſeruorum meorum & ſacerdotum, Theophilo viro tuo ignoſco. Deinde ait illis qui ipſum adducebant: ſoluite ipſum & tradite vxori ſuæ. Quæ illo recepto, receſſit exultans, & continuo ſomnus illam dimiſit. Hęc quidem Theodora Imperatrix vidit in ſomnis. Patriarcha vero Methodius, dum orationes ab E ipſo fiebant, recenti pagina accepta, ſcripſit in ipſa omnium hæreticorum Imperatorum nomina, inter quos & Theophilum collocauit, & hanc paginam occulte ſub altari poſuit, vt nullus aduerteret. Feria vero ſexta etiam ipſe Angelum quendam terribilem conſpexit, qui magnam ingrediebatur Eccleſiam; & eum illi appropinquaſſet, hæc aiunt dixiſſe: Exaudita eſt oratio tua, ô Epiſcope, & veniam obtinuit Theophilus Imperator. Non amplius igitur pro eo ſis Deo moleſtus. Hic autem vt experiretur, an eſſet vera viſio, ad altare accedens, accepta charta, atq; aperta inuenit, nomen Theophili omnino diuinitus deletum.

IV. Hæc cum didiciſſet Imperatrix magno perfuſa eſt A gaudio, & Patriarchæ ſignificauit, vt congregaret vniuerſum populum vna cum venerandis crucibus, & ſanctis imaginibus, in magna Dei Eccleſia, vt illi ſanctarum imaginum ornamentum reſtitueretur, & nouum miraculum omnibus manifeſtaretur. Cum itaque cęti in Eccleſia eſſent congregati, cum cereis accẽſis, Imperatrix vna cum filio acceſſit, & facta proceſſione cum ſanctis imaginibus, & ſacris ac venerandis ſanctæ crucis lignis, & ſacro ac diuino Euangelio, vſque ad eum locum, quod miliare nuncupatur, egreſſi ſunt, Domine miſerere, alta voce clamantes: & ita rurſus ad Eccleſiam reuerſi, ſacram liturgiam confecerunt, erectis videlicet ſanctis & venerabilibus imaginibus à præfatis ſanctis viris, celebrando, & omnia bona imprecando piis omnibus, & iis qui recte de Catholica fide ſentiunt; ſic- B ut è contra impiis, & qui ſanctarum imaginum honorem reſpuunt interdictis & anathemate ſtimulatis. Ex eo tempore ſtatuerunt illi ſancti confeſſores, vt ſingulis annis, prima Dominica Quadrageſimæ hęc ſacra panegyris celebraretur, vt non amplius in eandem impietatem iterum impingerent. Porro Theophanes confeſſor, cum altero quodam Studitarum, carmen victoriale pro ea celebritate compoſuerunt, quod etiamnum prima Dominica Quadrageſimæ, quando ſacrarum imaginum erectio Conſtantinopoli celebratur, ad matutinum concinitur, dignum illa fide, illa pietate, illo zelo. Placuit inſerere ad verbum ex Græco. Dominica prima ſanctæ Quadrageſimę Ad matutinum canuntur ſequentes canones, opus videlicet Domini Theophanis, cuius Acroſtichis hæc habet: Hodie venit ſplen- C dor pietatis à Deo miſſæ.

V. Odæ quæ cantatæ fuerunt poſt reſtitutionem imaginum.

Ode I. ton. 4. inſtar illius, Mare rubrum.

Exultantes hodie præ gaudio clamemus, fideles: Quam mirabilia ſunt opera tua, & quam magna, ô Chriſte, potentia tua, qui nobis vnionem & concordiam es operatus.

Diem lætitia, Chriſti fideles, emicæ celebremus: nunc enim cælum exultat & terra, & Angelorum ordines, & hominum cætus, variis hymnis feſtam diem celebrantes.

Maximum hoc beneficium conſecuti, manibus plaudamus, dum membra Chriſti inter ſe amica ad vnionem conueniſſe, conſpicimus, & Deum laudemus pacis illius auctorem.

Eccleſiæ conceſſum eſt hodie, vt ea mina pro adepta victoria concinat, dum diuino quidem nutu & conſilio Michael & Theodora noſtri Imperatores, pro ſua pietate, pides ſe præbent protecto- D *res.*

Gladii impiarum hæreſum iam defecerunt; Templum enim tuum, ô puriſſima & veneranda Deigenitrix, imaginibus exornatum omni cum pietate conſpicimus, & ſacro replemur gaudio.

Ode III.

Non amplius impiorum hæreticorum ſupercilium extollitur; Dei enim potentia rectam fidem confirmauit & roborauit.

Nubes, iuxta Propheticum inſtar, e cælo nobis viuificum hodie rorem demittant in hac quaſi pacis reſurrectione.

Myſtica Apoſtolorum Chriſti tuba, magno cum clangore ſuauiter reſonent, propter venerabilium imaginum erectionem.

Celebremus hymnis Dominum Chriſtum, qui nobis piam Re- E *ginam & Chriſti amantem conceſſit, vna cum eius filio à Deo coronato.*

Puriſſima virgo, tuum præſidium nos fideles adepti, diuina præterea nos gratia per te illuminari precamur.

Ode IV.

Dei verbum, magna præſtans miſericordia, aduentu S. Spiritus Eccleſiam tuam ſanctifica, & huius aſſiſtentia, omnem hæreſis depelle errorem.

Cum populum tuum maxima liberaueris Domine impietate redde illum è contra pietatis zelo ardentem, vt cum fide ad te clamet: Gloria ſit Domine, potentiæ tuæ.

Sacris imaginibus Chriſti, & Deigenitricis, veneranda templa illuſtrata conſpicientes, vt par eſt exultemus.

Impera-

Imperatrix Theodora corona exornata, verum Chriſti Regnum propterea obtinere cupiens, ſacram illius imaginem & ſanctorum ſimulachra erigenda curauit.

Incarnatum diuinum verbum, cum pepereris virgo, effecta es gratia plena, quapropter tui ſacri templi encænia celebramus.

Ode V.

Eccleſia tua, Domine, firmitatem ſtatue, vt æterno tempore maneat inconcuſſa, & à fluctibus hæreticorum immunis.

In omnem terram hilaritas hæc dimanauit, propter eã quam Deus fidelibus ſuis, lætitiam deſuper conceſſit, & auxilium.

Tu qui ſolus bonus es, quin etiam fons bonitatis exiſtis, exalta Domine Orthodoxorum Regum cornu, qui tuam venerantur imaginem,

Lumen pietatis quod occaſum neſcit exortũ eſt nobis; fidelium ſcilicet Regum reſcripto à Deo inſpirato, & diuino nutu immiſſo.

Innoua nobis antiquum decorem, immaculata Dei genitrix, & domum iſtam tuam gratia tua ſanctifica.

Ode VI.

Pingitur & veneratur à fidelibus ſummo cum honore Chriſti imago, & iterum animos aſſumit Chriſti Eccleſia, ea qua par eſt pietate celebrandi ſaluatorem.

Chriſti Eccleſia vultus demiſſione, & hæreſeos tenebris exuitur, & liberatur, & veſte lætitiæ induitur, atque diuina, & illuminante gratia exornatur.

Orthodoxorum populus gloriam & ſplendorem antiquum eſt adeptus, Theodoræ Imperatricis nutu, & eius filii Michaelis Imperatoris.

Ille qui teſtimonii tabernaculum fieri ſibi præcepit Deus, tanquam rationali in tabernaculo, in te ſolus inhabitat glorificatus, & tuam Eccleſiam miraculis glorioſam reddit.

Ode VII.

Angelorum exercitus diuino concitatus amore, in tanto Eccleſiæ gaudio nobiſcum choreas ducat, & hymnos Deo concinat inquiens. Benedictus es Domine in templo gloriæ tuæ.

Primogenitorum Eccleſia & panegyris ſummo repletur gaudio, dum ſacrum populum vnanimiter clamantem conſpicit: Benedictus es Domine in templo gloriæ tuæ.

Liberati prioris hæreſis obſcuritate, Theodoræ digniſſimæ Imperatricis nutu, cantemus omnes: Benedictus es Domine, in templo gloriæ tuæ.

Supra cœleſtes choros exaltata es, puriſſima virgo, dum tu ſola creatoris omnium facta es mater. gaudentes igitur clamamus: Benedicta es inter mulieres mater immaculata.

Ode VIII.

Patrias Eccleſiæ leges cuſtodientes, imagines pingimus & veneramur, ore & corde & animo, non ſolum eas quæ Chriſti ſunt, verumetiam ſanctorum eius, clamantes: Benedicite omnia opera Domino.

Imaginis honorem & venerationem ad prototypum procul dubio referentes, illam veneramur, ſanctorum Patrum documenta ſecuti, & Chriſto cum fide clamamus: Benedicite omnia opera Domino.

Veneranda Imperatrix Theodora S. Spiritus lumine mentem illuſtrata, & filium diuina ſapientia exornatum adepta, decorem Eccleſiæ Chriſti & pulchritudinem procurauit, benedicens vna cum fidelibus Ieſum Dominum, Deum ſimul & hominem.

Radiis intellectualis luminis illuſtrata, tua ſacra domus, omnes fideles S. Spiritus nube obumbrat & ſanctificat, illos vnanimiter clamantes: Benedicite omnia opera Domino.

Ode IX.

Sanctam Eccleſiam ſacris iterum imaginib. exornatam conſpicientes, cum veneratione omnes occurramus, & Chriſto clamemus: Te magnificamus, ô ter ſancte.

Honorem & gloriam adepta Eccleſia, tuam videlicet crucem & venerandas imagines ſanctorumq; figuras, cum lætitia & hilaritate Domine te magnificat.

Illuſtra miſericors Domine, diuina gloria tua Imperatores noſtros, & Angelorum cuſtodia & cautela illos circunda, gentium audaciam & ferociam illis ſubiiciendo.

Sublata eſt primæ matris tuæ maledictio, per te, ô S. Dei genitrix, cum tu vniuerſorum Dominum ineffabiliter pepereris virgo cuius imaginem nunc in figura veneramur.

Alter canon, qui canitur in erectione SS. imaginum, opus S. Patris Studitæ.

VI. Aliæ odæ ſimiles in erectione imaginũ.

Ode I. ton. 6. inſtar illius: Adiutor & protector eſt.

Canamus, ô fideles, cantum pro gratiarum actione vniuerſorum Deo & benefactori; quoniam erexit aram ſalutis, & potens imperium ad rectam fidem protegendam.

Apparauit reuera diuina gratia, & vniuerſo orbi honor & gloria eſt manifeſtata. Exultat propterea Chriſti Eccleſia, recepta ſtola, qua fuerat antea exuta.

Chriſti veſtem antea diſcerptam à ſeductore & pharmacorum concinnatore Ioanne, S. Patres iterum contexentes, Eccleſiæ illam reſtituerunt.

Domini figuram reſumens Eccleſia, gaudet & exultat vna cum filiis ſuis, cum ab illo victoriæ brauium acceperit, recta videlicet fidei Sacramenta.

Confundantur in poſterum & uereantur, Lezius ſcilicet furens & Antonius, vna cum Ioanne & Theodoro, ambobus fidei deſertoribus.

Ioannes & Mambre legislatori Moyſi olim aduerſati, ab ipſo fuere confuſi: nunc vero ſeductor Ioannes cum Antonio, eadem paſſi noſcuntur.

Tu Chriſte, Dei hoſtes diſſipaſti, & tuæ Eccleſiæ ſuum decorem reſtituiſti, pro qua vt bonus paſtor, ſanguinem tuum fudiſti. Gloria Patri.

Te Trinitatem, vnum Deum agnoſco & confiteor, & tuam diuinam potentiam adoro, libera me quæſo ab omnibus tentationibus. In te enim credo, Patrem & Filium, & ſanctiſſimum Spiritum.

Regiam ſtolam, ex te virgo Deus geſtans hominibus apparuit, in hominum forma, duplex ſecundum eſſentiam, cuius effigiem & figuram veneramur.

Ode III.

Gaudete omnes SS Patrum cætus & Apoſtolorum chorus, reſpicientes imaginum venerationem, quam vos ipſi nobis aperte tradidiſtis.

Pulchritudinem meam accepi, & decus meum, ac mea ſtola ſum induta, clamet immaculata Dei Eccleſia, qua illam Ioannes exuerat.

Confundimini impii aduerſum Dominum oblatrantes: carnem enim aſſumpſit, & apparuit in imagine, quam nos ad ipſum referentes, veneramur.

Impia dogmata, & inſanas doctrinas amentis Ioannis quis enarret? quis eius tropos & verſutias delphicas exponet?

Anathema dicamus Lezio & Ioanni, cum Antonio & impio Theodoro & blaſphemo, nec non inſano Theodoto.

Sanguis clamat, qui effuſus eſt à Ioan. pro diuina ſimilitudine & imagine Chriſti Domini carnem geſtantis.

Expulit Dominus alienigenarum turmas, & reſtituit ſua ſuis, gloria ſit propterea eius bonitati. Gloria Patri.

Voluntatem principio carentem & potentiam, & Regnum Trinitatis adoremus recta fide: Arium ſemper, vt par eſt conuitiis conſectantes.

Vere te Dominam confitemur, quæ Deum peperiſti, Neſtorii nugis neglectis, & ſanctorum Patrum dogmatibus inhærentes.

Ode IV.

Lætare Eccleſia, & vnaquæq; ciuitas & regio, cum exultatione nunc templa aperiat, & virginum domicilia, ſacras reliquias venerentur, & imagines Martyrum dignis honoribus exornent.

Chriſtus nos vocat: conuenite nunc alacri animo, diuini Patres, & conſpectum eius incarnationis, Apoſtolorum more celebrate, miracula etiam & Paſſionem, quæ ſacrum nos docuit Euangelium.

Congregamini gaudentes monachorum cætus, & hilari animo: ſi enim male præualuerint hoſtes fidei, iterum etiam vincentur miſeri, & conſilium quod huiuſmodi homines inierint, Dominus diſſipabit.

Patrum verbera, & vulnerum ſanguis reuera deſierunt, frequentia exilia quieuerunt, & pax omnib. procuratur, non præualebit amplius magicæ artis induſtria: Deus etenim eſt nobiſcum.

Iniquitatis vinea impietatis palmites extendit, & amarũ botrũ produxit, & ira draconum eſt vinum ipſorum, quo Domini populum reuera inebriarunt, ſua praua & obtenebrata mente.

Templũ tuũ contaminauerunt impii ſuis profanis manuũ impo

ſitionibus, & ſimoniacis, & hac de cauſa iuxta ſacros canones, iſtiuſmodi homines à diuina gloria ſunt deiecti, quibuſcum etiam Simon Magus & Ioannes & Antonius inſanus.

Feros illos & Dei hoſtes, profanum ſcilicet Antonium, & tranſgreſſorem Ioannem Satanæ mentem adeptum, & Eccleſiæ perturbatores, vt lupos infeſtos omnes fideles conuenientes anathemate damnemus: Gloria Patri.

Increata monarchia Pater, & Filius, & Spiritus S. te adoramus, quam Cherubim, multis oculis exornata, & Seraphim ſex alis circumdata laudant clamantia: ſanctus, ſanctus, ſanctus es, ô excelſe & omnipotens.

Sanctis ſanctior, & omnibus creaturis excelſior, tu ſola apparuiſti mater ſimul & virgo Dei genitrix, cum ipſum tuum creatorem pepereris. Quapropter tuam ſanctam imaginem veneramur.

Ode V.

Chriſtus vicit, exultet terra, quieuit tumultus. quieuerunt & lachrymæ ſeruorum Dei, fides vero vbiq; per vniuerſum orbem eſt promulgata.

In imagine cernentes cruci affixionem Domini, illam veneramur, Chriſtum & eius ſigna adorantes: non tamen illa veneramur, vt gentilium Deos.

Spiritus ille loquax & blaſphemus, Lezius ſcilicet, iam quieuit, qui frequenter quotidie aduerſus diuinam Chriſti effigiem, & ſanctorum oblatrabat.

Quanam de cauſa miſerrime homuncio immaculatam effigiem incarnationis Chriſti Domini & ſanctorum omnium odio es proſecutus: Num ſicuti idola nos fideles veneramur?

Impietatis inſtrumenta cum conueniſſent, conciliabulum coegerũt, impiorum videlicet ſacerdotum, aduerſus Deum excelſum, quod etiam olim fecerunt Iudæi, Anna ſcilicet & Caiphas.

In die illa extremi iudicii, ô infeliciſſime, aderunt, qui tuam impiam animam arguent; ſanctorum videlicet Patrum chorus, quorum denudata corpora innumerabilibus plagis afflixiſti.

Omnes Eccleſiæ clamare non deſinent, cum à te fuerint orbatæ Chriſti Domini imagine, & ſanctorum eius ſacris figuris. Gloria Patri.

Gloria tibi, & iterum gloria tibi ſit vna Trinitas, Pater & Filius & Spiritus ſanctus, qui vniuerſum orbem potentia tua contines, te deprecamur, vt ab omni malo eos, qui in te confidunt, liberare digneris.

Inſtar Lucernarii auro exornati, te veneramur ſancta Dei genitrix, quæ lumen intellectuale mundo peperiſti, & tenebroſam nebulam diſſipaſti.

Ode VI.

Vociferati ſunt vigiles Eccleſiæ Chriſti cuſtodes, ab ipſo petentes, vt ſibi pax largiretur, quos exaudiuit, & eorum precibus mentem adhibuit.

Detectæ ſunt ſeductoris illius artes & doli, ſanctorum Patrum dogmatibus: & Deus carne indutus ab omnibus celebratur, qui pro ſua diuinitate incircumſcriptus exiſtit.

Socii ſeductionis pudore confundantur, & pereant vna cum Anton. Theodot. & Lezius, & Theodor. in profundum perditionis.

Os tuum aperuiſti, ô miſer, non in canticis ſpiritualibus, ſed in blaſphemiis aduerſus Dominum tuum, venerandas imagines inſectando.

Peruertiſti SS. Patrum dogmata, Apoſtolorum doctrinis contraria ſcribendo, iuxta tuam falſam religionem & impiam, ô Ioannes Chriſti inimice.

Fumus tuus piorum oculos lachrymis repleuit; ſed vento ſacrorum doctorum diſſipatus eſt; ô inſane Ioannes.

Tu ſacram ſtolam dilaniaſti, quemadmodum olim Arius Chriſti veſtem. Quapropter merito ab Eccleſia procul inſtar canis es eiectus. Gloria Patri,

Vnum Deitatis principium in tribus perſonis glorifico. Vnus enim Deus eſt, Pater, Filius, & Spiritus S. licet idiomatibus diſtinguatur & perſonis.

O puriſſima virgo à Deo glorificata, ciuitas Dei à Prophetis merito expranunciata, ex qua ortus eſt ipſemet tui creator, qui te poſt partum, vt ante, virginem conſeruauit.

Ode VII.

Hæreſis fornacem quatuor annorum hebdomadas prædominantem, gratia nunc extinxit diuina, ardens quidem Chaldæos, & refrigerans pios Trinitatis cultores.

Exornata eſt & pulchra effecta Dei Eccleſia, recepta Dominicæ incarnationis ſacra imagine, & eius paſſionis, ac aliorum myſteriorum iuxta diuinas leges.

Chriſtiane Dei popule exulta, & hymnos Deo concine, dum vides Eccleſiam iterum illuſtratam diuinæ imaginis pulchritudine, quam cum Deus eſſet, geſtauit vt homo, vt nos homines ſaluos faceret.

Pauperiem paſſus eſt, & famem, & ſitim in carne Deus verbum: hæc ſiquidem ſunt naturæ humanæ idiomata, per quæ circumſcribitur: ipſe vero Deitate ſimplex exiſtit, & incircumſcriptus.

Portenta & vana prædictiones Ioannis illius Chriſto infenſi ſunt diſſipatæ qui ſe inſtar gentilium iactabat eorum ſcriptis, quæ merito iuſtorum voces & preces diſiecerunt.

Occulta & profana, & animalus pernicioſa tua dogmata quænam lingua poterit enarrare, vel prædictionem tuæ ventriloquæ phytoniſſæ, ô Ioannes: hoc nomine indigne procul dubio, cum potius Satanæ præcurſor, & Antichriſti exiſtas.

Non oportebat te, ô ſceleſtiſſime omnium, hoc nomine Ioannes videlicet nuncupari, ſed potius Pythagoram, & Saturnum vel Apollinem, vel alium quempiam profanorum illorum Deorum, quorum vitam es imitatus, eorum impudicitiis, delectatus. Gloria Patri.

Sempiternam omnipotentem incomprehenſibilem Trinitatem fideles omnes adoremus, Patrem & Filium & Sp. ſanctum, & diuinis laudibus inconfuſe celebremus, clamantes ſanctus, ſanctus, ſanctus es Deus.

Sancta Dei genitrix mater & virgo, hymnis celebranda, & glorificanda, libera nos ab omnibus delictis, qui tuum immaculatum partum veneramur: nullum enim aliud habemus præſidium præter te, ô Dei ſponſa.

Ode VIII.

Vna cum Propheta exultemus & lætemur fideles omnes: hæc enim eſt dies, in qua Chriſtus verbum Eccleſiæ ſuæ propriam reſtituit ſtolam.

Hoſtium inſtar acies ſtruxerunt aduerſus Chriſti imaginem, eodem animi furore Lezius & Ioannes ſocii Belial, iniquitatis ſecuri Eccleſiam abſcindentes.

Quis non deplorabit magnam hæreticorum audaciam, reſpiciens diuinam imaginem quæ eſt in æneæ porta palatii, à nefariis hominibus lapidibus percuſſam, Ioannis exemplo?

Quomodo non intellexiſti, ô capte oculis, & miſerrime, ac mentem obtenebrate, vniuerſum orbem Chriſti charactere inſignitum, ſed ſolus tu nactus es Iudæorum mentem?

Tu è medio omnino tollere animo cogitaſti ex Dei Eccleſiis Chriſti Domini imaginem carne præfulgentem, & ſanctorum omniũ: ſed diuina gratia tuam tyrannidem deſtruxit.

Sacras ſanctorum reliquias, & ipſorum imagines Lezius ille ferus, vna cum Ioanne, nullo pacto venerandas, impie aſſerebant, vt pietatis deſertores, Gloria Patri.

Omnes pie venerantes Dei maieſtatem, omnium auctorem in tribus perſonis, Patrem videlicet principio carentem, & verbum coæternum, ſpiritum quoque ſanctum ſimul præluentem glorificemus in ſæcula.

O Domine Dei genitrix, tu ſola exiſtis Chriſtianorum pons ſecurus, & fidelium gloria atque refugium, à periculis cunctis, omnes adiuuans atque liberans.

Ode IX.

Gentes omnes plaudite manibus, & SS Patrum chori accurrite, & qui clauſtra & montes incolitis, conuenite omnes & accedite, quos antea ille ſeductor & impius Ioannes fuerat perſecutus, vt eius magicas artes, & fraudes conculcetis, & profligetis.

Lætare eremus & vniuerſus orbis, montes etiam omnes dulcedinem ſtillate, & valles exultate, quoniam Chriſtus Dei verbum pacem omnibus eſt largitus, & S Eccleſiis fidei vnitatem.

Deus vltionum nunc libere egit, Chriſtus adſtitit, corroborans hodie S. Patres, vt eius aduentum libere prædicare valeant, atque imaginibus eius incarnationem deſignare.

Longanimis Domine, q; mirabilia ſunt opera tua? Quis tuam clementiã recenſebit? & quomodo intuẽs tuos ſacerdotes & monachos, dũ interficerentur propter tuã imaginem, ſeductores illos tãti mali auctores non cóbuſſiſti, ſed tãtas iniurias æquo animo tuliſti?

O Domi-

O Domine,qui Eccleſiam tuam inconcuſſam compegiſti,vt porta inferi aduerſus eam præualere nequeant, ipſe pacem tuam populo largire, vt te omnes alacri animo, vno ore laudemus & celebremus.

Anathema ſit illis Domine,qui tuæ incarnationis imaginem non venerantur,inprimis vero Ioanni, & Antonio, & Theodoro impio,vna cum Theodoto, & aliis fidei deſertoribus.

O Domine, qui Apoſtolis tuis pacem tuam dediſti, largire etiam nunc omnibus tranquillitatem,tua manu illos congregans qui ſunt diſſipati,& tanquam oues rationales S.Eccleſiæ gregi illos aggrega. Gloria Patri.

Deitatem glorifico Patris,& Filii, & S.Sancti, vnam ſcilicet naturam in tribus perſonis,eſſentiam indiuiſam ſuppoſitis diſtinctam,ſimul regnantem, omnia fouentem, omnipotentem, perfectum Imperium,omnia denique continentem.

Dei genitrix quæ omnium es auxilium, refugium, & protectio, oſtende quæſumus te, quod pro omnibus qui ad te confugiũt, vales intercedere, ſicut è contra impios reuicis tui filii potentia: Omnia ſiquidem potes,vt eius mater.

Hactenus ſacer hymnus,dulce poſt lachrymas canticum,& ſuauis poſt gemitus exultatio,compoſita à Theophane confeſſore, & aliquo Studitarum non vero illo mirifico Theodoro; nam is ante obierat. Inter retinendum illum hymnum, ante ſeptimam odam interpoſuerunt ſermonem, cuius partem inſeruimus ſuperius, in quo ſummatim totam hiſtoriam iconoclaſmi à Leonis Iſauri & Hermani Patriarchæ, vſque ad Michaelis & Theodoræ, & S. Methodii tempora, recitarunt, & ex eo tempore, qualibet prima Quadrageſimæ Dominica reuertente feſtiuitate reſtitutionis imaginum, in matutinis precibus recitare Græci conſueuerunt: victoriam de impietate proſtrata recenſentes.

S. Theoph

VII. Prudentia Auguſtæ in reſtituẽdis imaginibus.

Ferunt Theodoram Auguſtam admiranda prudentia in reſtituendis imaginibus vſam eſſe. [d] Dederat ei & puero Michaeli Theophilus moriens Curatores, Manualem magiſtrum & domeſticum,& Theoctiſtum Patricium& Logothetam Dromi.Ea quod videret Theoctiſtum,non difficilem eſſe ad reſtituendas imagines,animum illi ſuum aperuit:à Manuele vero, eo quod ambiguus eſſet, non tantum abſtinuit. Sed etiam cum is aliquando de ea re ſermonem iniecisset, vehementer ſe nouationem rerum exhorrere præ ſe tulit,donec is diuino conſilio ad amplexum imaginum cõpulſus eſt. Forte grauiſſimo morbo fuit occupatus, ita vt medici de eius valetudine dubitarent.Ibi duo Studitæ monachi accedentes, diuino freti inſtinctu, ſanitatem ei promiſerunt, ſi modo ſacræ imagines & priſcæ ac patriæ leges per eum reſtituerentur. Promiſit ille, ſubito conualuit, in palatium aduolauit Theodoræ in ſpeciem reluctanti minatus eſt vitæ illius ac filii amiſſionẽ, niſi ſacras imagines reſtitueret. At illa grato animo excepit,quæ antea ſummo deſiderio concupiuit. Statimque in tentoria Theoctiſti omnes Epiſcopos,clerum, monachos,Principes, optimates, ſenatum populumque in concilium conuocauit, &,vt cum Curatoribus & Methodio conuenerat,teſtimonia S.Scripturæ & SS.Patrum,atque acta ſeptimæ Synodi Nicænæ ſecundæ de cultu imaginum recitari imperauit. Quæ cum illi audiſſent,omnes vno ſenſu & conſenſu imagines eſſe recipiendas conclamarunt:Ioannem Patriarcham vocandum eiiciendumque, & S. Methodium ei ſufficiendum eſſe cenſuerunt.Miſſi, qui Ioannem accirent.At ille plumbo ſibi ventrem,terga & genas compungens liuidauit, vt videretur ab aliquibus flagris cæſus.Barda aũt Patricius,aſtu deprehenſo, cum ille infirmitatem prætexeret,cunctareturque venire,hominem eiecit.Concilii autem Patres,S.Methodium ei ſuffecerunt, Patriarchamque inaugurarunt: Theodorum autem illum vultu inciſum, Nicænæ ſedi impoſuerunt. Reſtitutis ſacris imaginibus Theodora omnibus Concilii Patribus conuiuium in palatio exhibuit:Sanctus autem Methodius, illud inprimis curauit, quemadmodum lapſos erigeret, Eccleſiamque hactenus ſciſſam reſarciret. Hi ſunt Canones Methodii ſanctiſſimi Patriarchæ Conſtantinopolitani de iis qui abnegarunt,per diuerſos modos & ætates.

[d] *Io Curopalata & Theoph. orat. in S. Niceph. Patriarch.*

S Method. eligitur Epiſcop. Conſtant.

[e] *Ext. Bibliothec. SS. PP tomo 10.*

VIII. Canones pœnitentiales Methodii pro lapſis.

1. *Si puer quidam comprehenſus fuerit, & abnegauerit ſeu metu, ſeu ignorantia & inſtitiatus propitiationis preces ſeptem diebus accipiat, & octauo die lauetur, & à lauacro linteo accinctus chriſmate inungatur, vt ſolent inungi qui baptizantur, & ferat veſtes nouas, ſecundum ordinem eorum qui illuminantur.*

2. *Si autem ſint adoleſcentes,vel ſenes,ſeniove confecti,ſiquidem per tormenta negauerunt, clementer ac benigne cum eis agatur, ſed duas Quadrageſimas ieiunent, vacantes orationibus, & genu flexiones aſſiduaſque preces peragentes.Duarum autem Quadrageſimarum fine appropinquante, octo diebus propitiatorias preces ſuſcipiant, & ſub omnibus qui inueniuntur cum ſacerdote qui pro eis Deum placat, eas faciant, & dicant intenſa voce, kyrie eleyſon,centies.Et ſicut ſuperius ſtatuimus,lauentur & vngantur ſecundum priorem conſtitutionem: & celebrato ſacrificio, SS. myſteriis digni habeantur, vacantes Eccleſiæ & ſacrorum celebrationi octo diebus.*

3. *Si qui autem ſua ſponte ad negandum transfugerunt: ii quidem habent canonem terribilem: ſed propter commiſerationem duos annos ieiunant à carnium & ouorum eſu, & à vino abſtinentes,genuum inflexiones facientes, ſi ſint quidem iuuenes & robuſti,quotidie centum diebus,ducenties dicentes, kyrie eleyſon. Duob. a. annis expletis, ante octo dies preces propitiatorias accipiant,& quæ ſequuntur vt prius ſtatutum eſt, in ipſis fiant,ſiue ſint viri,ſiue mulieres,modo ſint perfecta ætate.* Hactenus Methodius Patriarcha. [f] Qui,quod malas contuſas læſaſque à Theophilo propter cultum ſacratum imaginum haberet,neceſſe habebat, vt eas tenui quadam faſcia linea obligaret.Vnde mos inoleuit, hodieque durans,vt Pontifices ab anteriori parte lineas faſcias geſtent alligatas. In deuicta impietate, Monachi Studitæ non contemnendam, ſed fere primariam operam operauere, cum Manueli ſanitatem impetraſſent: is vero Imperatrici in reſtituendis imaginibus coadiutor fuiſſet. [g] Theophanes Archiepiſcopus Tauromeniæ in Sicilia, in die feſto imaginum, homilia dicta, poſt recitatam originem, & interitum iconoclaſtiæ, hæc adiungebat:

[f] *Glycas*

[g] *Hom 37.*

IX. Iubilus pro reſtitutis imaginibus.

Hoc feſtum agimus hodie duces impietatis anathematizantes, & ſacras imagines ſaluatoris noſtri & matris eius & omnium ſanctorum relatiue adorantes,non illis tanquam diis adhærentes, coloribus expreſſas imagines cultu proſequentes, ſed earum honorem in imagines, vt ait Magnus Baſilius, prototypum referentes, atque ita per ſenſum ad pietatem manu ducimur. Videmus enim in ſacris imaginibus Dominum noſtrum ex virgine mirabiliter natum; à magis cum muneribus adoratum: in vlnis ſenilibus Simeonis portatum; nudum in fluentis Iordanis Prophetica dextera baptizatum:operantem miracula ſolo verbo & motu voluntatis,ſuſcitantem mortuos, terrorem dæmonibus inicientem, ambulantem mari tanquam ſuper pauimentum, in ſolitudine copioſum conuiuium præbentem,audaciam Iudæ, illud iudicium impium in Chriſtum,crucifixionem,ſepulturam,reſurrectionem, aſcenſum in cœlos. Hæc cum depicta coloribus videmus, perſpicue illa nos videre putamus. Nouit enim pictura tanquam ſub aſpectum res ponere. Imo & honor imaginum ſuperne nobis ab initio lege ſancitus eſt. Præcepit enim olim Deus Moyſi duos cherubines erigere ex vtraque parte tabernaculi; & ipſe Dominus noſter in ſindone ſpeciem ſiue formam ſuam expreſſit ſine manu, & Abgaro Toparchæ Edeſſæ miſit. Nunquam vero hæc feciſſet, niſi imagines coli voluiſſet. Et illa Edeſſena ſanguinis fluxum paſſa, & à Domino ſanata, vt remuneraret tanti beneficii auctorem, ſtatuam ad ſimilitudinem ſaluatoris erexit; cuius fidem approbans Dominus, voluit vt ex pedibus ſtatuæ herba naſceretur, quæ omnem dolorem ſanaret. Imo & Lucas celebris Euangeliſta imaginem Dei matris cera & coloribus depinxit, ſacris vlnis Dominum amplectentem, quæ in Megalopoli, id eſt, in magna ciuitate hactenus conſeruatur. Omnis igitur imago in nomine Domini, aut Angelorum, aut Apoſtolorum, aut Prophetarum, aut Martyrum, aut Iuſtorum facta, ſancta eſt. Eos enim qui pro Chriſto claruerunt, omnium generum honoribus proſequi conuenit.

Hactenus Theophanes de ſumma dogmatis cultus imaginum.

GREGO-

GREGORII PAPÆ IV. AN. 16. LOTHARII IMP. ann. 3. Michaelis III. Imp. ann. 2.

I. Methodius a calumnia ſtupri mirabiliter ſe purgat.
a Ioan. Curopalata.

ANno Chriſti Aſſumpto Sancto Methodio ad Patriarchium Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ,[a] Ioannes qui fuerat eiectus, & eius frattes Arſaber Patricius, eiuſque ſocii Iconomachi, nec ſic quidem quieuere, ſed adhuc contra ſanctas imagines aliquid noui moliri audebant, & quædã impia facinora in homines pios machinabantur. Commenti.n. calumniam contra magnũ Methodium, innocentem conabãtur accuſare, atq; ita Orthodoxum cœtum offendere, corrupta quadam muliere multo auro, pollicitationibuſq;, ſi ſibi tm̃ conſentiret (parens illa mulier erat Metrophanis, qui poſtea Smyrnæ præfecturam geſſit.) Ei igitur perſuaſerunt, vt ad Reginam & tutores Imperatoris factum deferret, accuſaretq; eum ſecum rem habuiſſe. Hæc res velut horroris plena à ciuilib. & ſacris viris reprehendebatur. Aderant viri pii dolentes: neq; aberant impii exiſtimantes, vt minime vulgaris nota Orthodoxorũ inureretur Eccleſiæ. aderant & Sycophantæ ſuperbia elati atq; gaudentes, quaſi ſtatim accuſatio promptam habitura eſſet demõſtrationem & non incertum iudicium. Adducta in medium mulier, quæ docta fuerat, Iudicibus enarrabat. Indignabantur Iudices, & præ ceteris Magiſter militum Manuel, q. vnius viri opera Orthodoxorum multitudo periclitaretur, & aduerſariis ludibrio eſſet futura. His omnibus cognitis S. Methodius, qui ſtudebat impios de ſpe deiicere, & pios qua tenebantur, graui animi moleſtia liberare; neq; lapis offenſionis volebat eſſe Eccleſiæ; nihil hominum frequẽtiam veritus; reiecta veſte, in conſpectu omnium qui ſpectatores aderant, pudenda nudauit, omni honore & reuerentia reuera dignus. Et illa omnibus conſpecta ſunt ita morbo quodam cõſumpta, vt naturalis prorſus eſſent virtutis expertia. Factum hoc pudore ſceleratos perfudit, & calumniatores; pios autem viros quam maxima lætitia affecit. Cum aliqui propinquiorum quæſiuiſſent, qua ratione illi membra virilia contabuiſſent: ille reſpondens, rem alte à principio exorſus enarrabat: ſe olim Romam ad Papam miſſum propter excitatas ſanctiſſimo Patriarchæ Nicephoro lites: ibiq; commorantem, à dæmone carnis amatore, ſpiritu fornicationis moleſtia affectum. Qui vbi non deſtitit dies ac noctes ſe inuitare, & carnalis copulæ cupiditatem ſibi inicere, incenſum libidine, iamq; victum ſe agnoſcentem, Petro Apoſtolorum Principi addixiſſe ſeipſum, eiq; ſupplicaſſe, vt à corporea hac libidine ſe liberaret. Quem ſibi in ſomnis viſum nocte, dextera manu attigiſſe pudẽda, & incendiſſe, hæc locutum: ne amplius in poſterum voluptatis cupiditatem metueret: & a ſomno excitatum, non ſine vehementi cruciatu ita inueniſſe effectum, vt illi conſpexerant. Quæ cum dixiſſet Patriarcha, Manuel haud ferendum ratus illum improbum conatum, decreuit mulierem examinãdam, vt indicaret doli machinationem. Statim igitur ipſi intentatus eſt gladius, & virgæ ſpinis obſitæ adducebantur, & carnifices idonei præſto fuere: quibus infelix deterrita, rei veritatem patefecit, & quomodo dolus conſutus eſſet, & fraudem qua decepta eſſet, obligationem auri & multas pollicitationes: & eos nominauit, qui hæc patrarant, & totum rei indicauit commẽtum. Adiecit etiam; ſi quis domum ſuam abiret, eum aurum in Marſupio reperturum in quadam arca frumenti plena. Statimq; vnus è ſatellitibus miſſus eſt, & aurum adductum, & facinus fuit manifeſtatum. Ac debitas pœnas ſycophantæ perſoluiſſent, niſi impune hoc ipſis crimen dimitti petiiſſet Patriarcha Methodius, ſuum Dominũ imitatus. Hoc tantum pœnarum & ſupplicii ſubirẽt, vt annis ſingulis in publica Orthodoxorum celebritate, ab immaculatæ Dei genitricis templo quod eſt in Blachernis, cum facibus ad ſanctæ Sophiæ templum accederent, ibiq; ſuis auribus perciperent anathema illud. quod vſq; ad exitum vitæ ipſorum ſeruatum fuit. Execrabilis Ioannes in quoddã Monaſterium detruſus, cum in quadã parte conſpicatus eſſet reſtitutam imagine Chriſti Dei, eiuſq; matris & Angelorum; ſuo diacono præcepit, vt eo aſcendens, venerandarum imaginum oculos effoderet. Quod vbi audiuit pia Regina, zelo diuino incenſa, eidem oculos iuſſit effodi. Sed hoc factum non eſt, quod quidam probi viri interceſſere. Sed miſſis ſatellitibus, ducentis eum plagis loro percutiendum curauit.

Odium execrabile Ioannis in Imagines.

II. Lotharius Imp. conſultis primum Epiſcopis in partem Regni à frat. admittitur.
b Nithard. lib. 4.

In Galliis iterum turbæ fraternæ, Carolo & Ludouico contra Lotharium inquietum inquietis.[b] His cum impar eſſet Lotharius, quatuor viros illuſtres Legatos ad vtrumq; miſit, qui referrent, quod Lotharius cognouiſſet ſe in Deum & in illos deliquiſſe; nolletq; amplius, vt altercatio inter illos & populum Chriſtianum eſſet. Si vellent aliquid illi ſuper tertiam partem regni propter nomen Imperatoris, à Patre conceſſum, & propter dignitatem imperii, quam auus Regno Francorum adiecerat, augere, facerent: ſin aliter, tertiam tãtummodo partem totius, abſq; Longobardia, Baioaria & Aquitania illi concederent; regeretq; quiſque illorum Deo fauente, portionem regni ſui, prout melius poſſet: frueretur alter alterius ſubſidio ac beneuolentia: conficerent pacem, & leges ſibi inuicem ſubiectas. Hæc Lotharii Imperatoris poſtulata, fratres Ludouicus & Carolus, ad Epiſcopos & ſacerdotes, more ſolito detulerũt: vt quocunq; diuina auctoritas id vertere vellet, nutu ipſius, libenti animo pſto adeſſent. Quib. cum vndiq;, vt pax inter illos fieret, melius videretur, conſenſerunt, Legatos vocarũt, poſtulata cõceſſerunt.[c] Partitione bonorũ inter illos facta, Epiſcopium Rhemenſe quod Fulco presbyter tenebat, Carolus inter ſuos homines diuiſit, villamq; Iuliacam Richuuino Comiti in beneficium dedit. Miranda vltio ſecuta eſt à Deo. Cum enim vxor Richuuini nomine Berta in cubiculo villæ illius iaceret, venit ad eam S. Remigius dicens: Non eſt iſte locus tuus ad iacendum: alterius meriti & officii eſſe debet, qui hãc villam habere, & in hoc cubiculo iacere debet. Surge quantocyus, & hinc abſcede. Quod illa parui pendit, putans ſe viſum inane videre. Altera vice venit ad eam S. Remigius & dixit ei: Cur hinc non abſceſſiſti ſicut tibi pcepi? Vide ne amplius hic te inueniam. Quod illa vt prius pro nihilo duxit. Tertio vt venit ad eam S. Remigius dixit: Nõne etiam ſemel & ſecundo tibi præcepi, vt hinc abſcederes? Sed quia contempſiſti hinc pergere, aliorum deportatione abſcedes, & percuſſit illam virga quam tenebat in manu. Quæ, toto corpore in maximum tumorem conuerſo, quod vidit, viro ſuo Richuuino, & aliis quamplurimis dixit, & per aliquantos dies cruciata, vitam finiuit. Itaq; licet non tam frequenter exerat Deus in pernicioſos vindictam, non tamen vſquequaq; inulta deſerit præſumptorũ piacula. Nam & Blithgarius quidam eodem fere tempore manſum de theſauro Eccleſiæ in villa Tenoilo pretio apud Bernardum cuſtodem obtinuerat, & exinde famulos S. Remigii cum flagellis eiecerat. Clamantibus a. S. Remigiũ, vt eos adiuuaret: idem Blithgarius cum irriſione illis reſpondit: modo apparebit, qualiter vos S. Remigius liberabit. Videte quomodo in adiutorium veſtrũ venit. Et inter hæc verba cũ maximo clamore ingemuit, & incredibiliter inflando intumuit, crepuit, & mortuus eſt.

c Hinemar. de translat. S. Remigy.

Vltio diuina in vſurpatores bonorum Eccleſ.

III. Obitus Papæ Greg. IV.

Hoc anno,[d] Gregorius Papa IV. diem clauſit extremum. Fere æſtimationem omnem excedunt illa aurea, argentea, & gemmea donaria, quæ Eccleſiis vrbanis, & præſertim Sanctæ Dei Genitricis trans Tyberim, quam etiam deriuatione facta, ad Præſepe appellauerat, & præ cæteris ornandam diuitandamque delegerat, contulit. Rabanus Maurus Albini Flacci auditor, Germanorum ſcriptorum illuſtriſſimus, cum illi librum & de myſteriis Sanctæ Crucis metro conſcriptum dedicaſſet, magnis elogiis eum exornauit: atq; ipſius interceſſionem carminibus ad eum ſcriptis implorauit.

Mala Italis illata per Saracenos.
e Nithard. tum & Leo Oſtien Chr. Caſſin. lib. 1 c. 27. 28

[e] Eodem anno Italiæ magna pars, ſcilicet Campania, Beneuentum, Capua, Barium, & aliæ Apuliæ ciuitates, à Saracenis exuſtæ ſunt. Sigenulphus Princeps qui eos in auxilium euocauerat, magnas opes ex monaſte-

Digitized by Google

rio Caſſinate in ſubſidium belli contra Sichardum tulit: ſed exinde nulla victoria potitus eſt; quanquam hæc omnia Sarracenis auxiliaribus contuliſſet.

Sergii Papæ An. 1. Lotharii Imp. An. 4. Michaelis III. Imper. ann. 3.

I. Sergius Papa II. creatur. *Anaſtaſ.*

ANno Chriſti 844 a Quarto Idus Febr. Sergius Sergii filius, natione Romanus, ex Archipresbytero S.R.E. Pōtificatū electione cleri & ſanioris partis populi obtinuit. Veſani enim quidam, Ioannē ex Diacono Eccleſiæ Romanæ Antipontificem intruſerant, & portis Patriarchii Lateranenſis effractis eum initiare conabātur. Sed multitudine cleri, & ſenatus & exercitus & populi Deum timentis repulſi, ſummum ſacerdotium Sergio deferri tolerarunt. Fuit Sergius tam innocenter à matre educatus, vt nihil obſcenū vel libidinoſum ab eo quis audire vel videre poſſet. In patriarchium poſtea à Leone tertio Pontifice Max. propter puritatem indolis adſcitus, per omnes ſacrorum ordinum gradus, ad Pontificalem dignitatem euaſit. Erat enim origine inſignis, fide purus, moribus caſtus, prædicatione liberior, Deo humilis, hominibus charus, vultu alacris, mente alacrior, Eccleſiarum gubernator, plebium cultor, pauperum fautor, viduarum pater & conſolator, indigentium largitor, diſperſorum congregator & conſeruator, inanium ſæculariumq; rerum contemptor, ſolius ſapientiæ diuitiarum auidus amator.

II. Ludouicus filius Lotharii mittitur in vrbem.

Simul atq; conſecratum eſſe intellexit Lotharius Imperator, Ludouicum filium exercitu armatum cū Drogone Metenſi Archiepiſcopo, aliiſq; Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibuſq;, in Italiam miſit, vt diademate Imperii illum Sergius inſigniret. Quacunq; exercitum ducebat, cædibus & ſtupris & rapinis omnia vaſtabat: quamquam inſolentibus pluuiis & procellis, & corruſcationibus & fulminum ictu, ex Drogonis comitatu multi morerentur, adeoq; à Deo perterrerentur vniuerſi, ne vim auderent inferre Pontifici. Cogitabat namq; Ludouicus, iureiurando ſibi cunctos Italorum, & præcipue Romanorum aſtringere, ſuiq; iuris tam vrbem quam vniuerſam Italiam efficere. (Ludou. hostiliter adueniens pontifice recipitur.) Venienti in vrbem ad nonum milliarium vniuerſos Populi Romani Iudices cum ſignis; ad vnum vero ab vrbe milliarium ſcholas militiæ cum crucibus obuiam miſit; ipſe vero in gradibus ſcalæ ipſius Apoſtolicæ aulæ eum excepit, & ad Baſilicam Principis Apoſtolorum adduxit. Cum ad portas argenteas perueniſſent, vnus de exercitu à dæmonio arreptus, & in conſpectu Francorum grauiter vexatus adeo reliquos omnes abſterruit, vt nihil amplius de violentia ſedi Apoſtolicæ cogitarent. Ibi Sergius ianuas claudi præcipiens, Ludouico dixit: ſi pura mente, & ſincera voluntate, & pro ſalute Reipub. ac totius orbis, & huius Eccleſiæ aduenisti; has mea iuſſione ianuas ingredere. Sin aliter, nec per me, nec per meam iuſſionem iſtæ tibi portæ aperientur. (Ludou. Coronatur Rex Longobard.) Ludouicus porro, cum nullo maligno ſe adueniſſe animo profiteretur, à Sergio introductus, oleo ſanctificationis inunctus, & regio ac Imperatorio diademate Coronatus, Regnum Longobardorum adminiſtrandum ſuſcepit. Non deerant Epiſcopi & Comites, qui iuuenem impellerent, vt contra Eccleſiam Romanam aliquid tentaret & iuramentum a Romanis extorqueret. Ceterum Sergius tanta prudentia & conſtantia vſus eſt, vt & Romanos à præſtando iureiurando continuerit, & Ludouicum ab auſis temerariis cohibuerit. Ludouico interim Papiam ſecedente, Senatus Populuſq; Romanus Sergium Pontificem tanquam patrem patriæ, & libertatis vrbanæ aſſertorem, & veluti ſalutis auctorem ac pacis reſtitutorem venerabantur.

III. Victoria Hiſpanorum de Saracenis ope S. Iacobi. a *Lucas Tud.*

Hoc anno, Ramirus Rex Oueti in Hiſpania inſignem de Saracenis victoriam ope Sancti Iacobi Apoſtoli tulit. Cum is regnare cœpiſſet, miſerunt ad eum Saraceni, vt daret illis annuatim quinquaginta puellas nobiles, quas ſibi in matrimonium collocarent; & quinquaginta de plebe, vt ad ſolatium eſſet illis. A Nam eas Rex Mautegatus ſolebat antea concedere. Rex autem Ramirus cum hæc audiſſet, iratus eſt valde propter ſtuprum & ſacrilegium puellarum: congregatoq; magno exercitu, terram Maurorum hoſtiliter intrauit, & cuncta quæ in agreſtibus villis & agris vſque ad Nazarum reperit, ferro, flammaq; vaſtauit. Nec ſegniores Sarraceni fuere. Sed valida multitudine congregata, bellum ei apud Albellam intulerunt. Exercitus autem Regis Ramiri paulatim cœpit terga præbere, vſq; dum peruenit ad Calbilium collem. Ibi nox obſcuriſſima clauſit diem, ſpatiumque Chriſtianis dedit, orationibus cum lacrymis incumbendi. Inter hæc Ramiro obdormiſcenti, apparens Iacobus Apoſtolus ait: Dominus meus Ieſus Chriſtus alias prouincias aliis fratribus noſtris Apoſtolis diſtribuens, B totam Hiſpaniam meæ tutelæ deputauit, atq; mea protectione muniuit. Poſthæc manu ſua Apoſtolus manum Ramiri ſtringens, Confortare, dixit, & eſto robuſtus: ego enim ſum Iacobus Apoſtolus Chriſti, & venio in auxilium tibi. & mane auxilio Dei ſuperabis hanc innumerabilem multitudinem Saracenorum à quibus obſeſſus es. Multi tamen ex tuis, quibus iam parata eſt requies ſuperna, in iſto prælio coronam æternam ſuſcipient. & ne dubites ſuper hoc: videbis me in equo albo deferentem maximum vexillum album. Summo igitur mane, facta peccatorum veſtrorum confeſſione, & accepta corporis & ſanguinis Domini noſtri communione, armata manu non dubites inuadere caſtra barbarorum, pro certo enim noueris, eos in ore gladii ruituros. Quibus dictis Apoſtolus diſparuit. C Rex autem Ramirus ad ſe reuerſus, vocatis Epiſcopis, Abbatibus & Magnatibus, retulit eis viſionem. Qui gratias Deo agentes, iuſſis paruerunt, & bellum barbaris intulerunt. Beatus autem Iacobus quemadmodum promiſerat illis apparuit, ad pugnam animauit, atq; Saracenos ferire viſus eſt. Conſpecto vero illo, clamauerunt; Adiuua nos Deus, & B. Iacobe: & illa die, fere ſeptuaginta millia ex hoſtibus ceciderunt. Propter eam victoriam Ramirus Rex de conſilio Epiſcoporum & Abbatum, ex omnibus ditionibus acquiſitis & acquirendis, primitias frugum & vini, ad ædem Diui Iacobi, in perpetuum offerendas dedicauit. Ab eo tempore, nullus Saracenorum Principum, puellare tributum ab Hiſpanis exigere auſus fuit.

Plenior autem eiuſdem hiſtoriæ narratio ex Mauro IV.
D Caſtello Foterio petita ob priuilegii Regii contextum inſerenda eſt, quæ ſic habet. In Hiſpaniis, Ramirus Rex, ingentem de Mauris triumphum egit, à Diui Iacobi Apoſtoli apparitione. Abderrhamanus eo nomine ſecundus, Maurorum imperium obtinebat. Is natura ferox, perpetua rerum geſtarum felicitate ferocior effectus erat. Itaque legatione ad Ramirum miſſa, centum virgines ex fœdere olim cum Mautegato Rege inito, repræſentari tributi nomine flagitabat. quo poſtulato haud dubium niſi pareret, noui belli denunciatio continebatur. Grauis metus; ſed maior ignominia. Legati continuo extruſi; ne violarentur, ius gentium valuit. Tametſi fœdum atque intolerandum videbatur, nouo Regi, de re turpiſſima fuiſſe interpellatum. Quamobrem iuſſu Ramiri omnes quorum ætas idonea erat, tota E ditione arma induere compulſi, paucis exceptis agrorum cultui deſtinatis; ne cum fame ſimul & hoſtibus pugnare neceſſe eſſet. Ipſi Epiſcopi & viri ſacrati, caſtra ſecuti. Magna totius gentis, expectatio erat. Neque ſegnior Abderrhamanus, exercitum duxit. Ad Aluendam caſtra caſtris collata, pugnatumq; vtrinq; totis viribus ac copiis prima die, donec noctis ſuperuentu, proſpectum tenebræ abſtuliſſent, pugnamq; diremiſſent. Nox interpoſita ſaluti Chriſtianis fuit; vt in bello nihil tam paruum eſt, quod non interdum magnæ rei momentum faciat. Ramirus Rex imminutas numero copias, metu debilitatas in vicinum collem ſubduxit. Victum eſſe ea re confiteri viſus eſt. loco munito pro tempore, & vulneratis cura adhibita; in ſuprema rerum de-

Digitized by Google

ſperatione & luctu, omnes, vt fit, in vota & preces conuerſi. Regem mærore oppreſſum, & de rerum ſumma ſolicitum ſomnus complexus eſt. Dormiẽti, Diui Iacobi Apoſtoli ſpecies obiecta auguſtior quam pro humano habitu, bono eſſe animo iuſſit. de victoria nihil dubitaret, numinis ope, quam certo affuturã proxima luce ſpetaret. Rex ad has Diui Iacobi voces excitatus, lætuſq; nuncio, cum ex ſtratis ſe corripuiſſet, Præſules & magnates ad ſe vocari iuſſit. Cum conueniſſent, præter alia dixit. *Compertum habeo, viri præſtantes, quo loco res noſtræ ſint iuxta mecum vos omnes conſiderate. Heſterna pugna tantum non victi ſumus, non noſtra virtute, ſed noctis beneficio euaſimus, numero imminuti, debilitati viribus, oppreſſi metu. Hoſtilis exercitus ante validus, noſtra calamitate robuſtior euaſit. Neq; pugnæ repetendæ facultatem eſſe videtis, neq; fugæ ineundæ locum. diutius in his locis eſſe ſi maxime cupiamus, frumenti aliarumque rerum inopia haudquaquam patietur. Duram & ancipitem ſortis noſtræ neceſſitatem præſidio humano & viribus deſtitutam, tantumque non malorum pondere preſſam, diuinum numen quod certo vobis polliceor, faceſſat modo metus. neque animi aurib. officiat quo minus noſtris dictis fidem adiungatis, reſtituet atque ſuſtentabit. Temeritas in aſſeuerando turpis eſt, præſertim cum iudicandum eſt quantum rebus diuinis religionique tribuamus: cum ſit periculum, ne aut in neglectis impia fraude, aut ſuſceptis anili ſuperſtitione obligemur. Iacobus Apoſtolus mihi per quietem oblatus, victores nos fore pollicitus eſt. Erigite animos, mærorem omnem deponite. Vana non eſſe quæ dicimus, res euentus declarabit. Agite ergo pleni bona ſpe, in hoſtes irruite. Pro patria, pro libertate, pro communi ſalute certate. Licuit nobis cum ſumma turpitudine ſeruire Mauris. : ac quia intoleranda videbantur, arma corripuiſtis. Pulcherrimi incæpti & priſtinæ virtutis memores, Chriſtianæ religionis ignominiam, veſtræq; gentis dedecus, Deo auctore, Iacobo auſpice propulſate.* Hæc vbi dixit, aciem inſtrui & ſigna canere iuſſit. Chriſtiani magna alacritate in hoſtes impreſſionem fecerant, Diui Iacobi nomen magnis vocibus ingeminantes. quod ab ab hoc initio ſuſceptum in morem abiit, vt Hiſpanis militibus ſit pro teſſera militari. Barbari Hiſpanorum audacia, quos victos eſſe putabant commoti, & cælitus iniecta formidine perculſi, Chriſtianorum impetum non tulerunt. S. Iacobus, vti erat Regi pollicitus, in equo candido niueum vexillum præferre viſus eſt, quod rubræ Crucis figura diſtinctum erat. Eius aſpectu, Chriſtianis vires auctæ: barbaris animi concidebant. Fœda fuga fuit, neque minor cædes, amplius quam ſexaginta millia Mauri interempti. Victor exercitus ſecundum Deo gratias actis, pro Diuino munere, Diui Iacobi, cuius præſidio victoria conſtiterat, Compoſtellano templo voti ream vniuerſam Hiſpaniam fecit: tametſi pars maxima in Maurorum ditione erat, ex ſingulis iugeris agri vineæq; modium ſingulis annis frumenti aut vini pendendi. quod Romani Pontifices votum, nonnulli deinde ratum habuerunt, vt eorum diplomata oſtendunt. Ramirus quoque Rex diploma dedit, dignum quod ad perpetuam rei memoriam adiungatur. Ita habet.

Cat. Rex D. Ranimirvs I.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen.

Anteceſſorum facta per quæ ſucceſſores ad bonum poſſunt erudiri, non ſunt prætereunda ſub ſilentio, verum potius debent committi monumentis litterarum, vt eorum recordatione ad imitationem bonæ operationis inuitentur. Eapropter ego Ranemirus Rex, & à Deo mihi coniuncta Vrraca Regina, cum filio noſtro Rege Ordonio, & fratre meo Rege Garſia, oblationem noſtram quam glorioſiſſimo Apoſtolo Dei Iacobo fecimus, cum aſſenſu Archiepiſcoporum, Abbatum, & noſtrorum Principum, & omnium Hiſpaniæ Chriſtianorum, committimus obſeruationi; ne forte ſucceſſores noſtri, quod à nobis factum eſt per ignorantiam tentent irrumpere: & etiam per recordationem noſtræ operationis, ad ſimiliter operandum moueantur. Cauſæ, quibus ad faciendam oblationem iſtam compulſi ſumus, ſcribimus, vt ad notitiam ſucceſſorum reſeruentur in poſterum. Fuerunt igitur in antiquis temporibus, circa deſtructionem Hiſpaniæ, à Saracenis factam, Rege Roderico dominante, quidam noſtri anteceſſores pigri, negligentes, deſides, & inertes Chriſtianorum Principes, quorum vtique vita nulli fidelium extat imitanda. Hi, quod relatione non eſt dignum, ne Saracenorum infeſtationibus inquietarentur, conſtituerunt eis nefandos reditus annuatim perſoluendos, centum videlicet puellas excellentiſſimæ pulchritudinis, quinquaginta de nobilioribus, quinquaginta vero de plebe. Proh dolor! & exemplum poſteris non obſeruandum, pro pactione pacis temporalis & tranſitoriæ, tradebatur captiua Chriſtianitas luxuriæ Saracenorum explendæ. Ex prædictorum Principum ſemine nos producti, ex quo per Dei miſericordiam Regni ſuſcepimus gubernaculum, diuina inſpirante bonitate, prædicta gentis noſtræ opprobria cogitauimus abolere. Hac de tam digna cogitatione perficienda, communicauimus conſilium primo Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & Religioſis viris, poſtmodum vero vniuerſis noſtri Regni Principibus. Accepto tandem ſano & ſalubri conſilio, dedimus apud Legionem legem populis, & poſuimus conſuetudines, per vniuerſas Regni noſtri Prouincias obſeruandas. Deinde vniuerſis Regni noſtri Principibus edictum commune dedimus, quatenus quoſque robuſtos, & ad præliandum fortes viros, tam nobiles, quam ignobiles, tam milites quam pedites ab extremis Regni noſtri finibus euocarent, & vſque ad conſtitutum diem expeditionem facerent congregare. Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates & Religioſos viros vt intereſſent rogauimus, quatenus eorum orationibus noſtrorum per Dei gratiam ac miſericordiam augmentaretur fortitudo. Completum eſt itaque imperium noſtrum; & relictis ad excolendas terras tantummodo debilibus, & ad bellandum minus idoneis, congregati ſunt cæteri, non de noſtro imperio, ficut ſolent inuiti, ſed Deo ducente, per Dei amorem ſpontanei. Cum his ego Rex Ranemirus (de miſericordia Dei potius, quam de gentis noſtræ multitudine confidens) peragratis interiacentibus terris, iter mei exitus direxi in Naxaram, ac deinde declinaui in locum, qui nuncupatur Albella. Interim autem, Saraceni noſtrum aduentum, fama præcone, cognoſcentes, omnes ciſmarini in vnum contra nos congregati ſunt, tranſmarinis etiam per litteras, & nuntios, in ſuum auxilium conuocatis, inuaſerunt nos in multitudine graui, & in manu valida. Quid plura? quod ſine lachrymis non recordaremur, peccatis noſtris exigentibus, multis ex noſtris corruentibus, percuſſi, & vulnerati conuerſi ſumus in fugam; & confuſi peruenimus in collem, qui Clauigium nominatur, ac ibi in vna mole congregati, totam fere noctem in lachrymis, & orationibus conſumpſimus; ignorantes ex toto, quid in die eſſemus poſtea acturi. Interea ſomnus arripuit me Regem Ranemirum cogitantem multa, & anxium de periculo gentis Chriſtianæ. At mihi dormienti Beatus Iacobus Hiſpaniarum protector corporali ſpecie eſt ſe præſentare dignatus. Quem cum interrogaſſem cum admiratione, quiſnam eſſet? Apoſtolum Dei Beatum Iacobum, ſe eſſe confeſſus eſt. Cum ad hoc verbum vltra quam dici poteſt obſtupuiſſem, Beatus Apoſtolus ait: Nunquid ignorabas, quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus, alijs prouincias, alijs fratribus meis Apoſtolis diſtribuens, totam Hiſpaniam, meæ tutelæ per ſortem deputaſſet & meæ commiſiſſet protectioni? Et manu propria manum meam aſtringens, Confortare, inquit, & eſto robuſtus. Ego enim ero tibi in auxilium, & mane ſuperabis in manu Dei, Saracenorum, à quibus obſeſſus es, innumerabilem multitudinem. Multi tamen ex tuis, quibus iam parata eſt æterna requies, ſunt in inſtanti pugna, pro Chriſti nomine, Martyrij coronam ſuſcepturi. Et ne ſuper hoc detur locus dubitationi, & vos, & Saraceni videbitis me conſtanter in albo equo, dealbatã grandi ſpecie vexillum album deferentem. Summo igitur mane, facta peccatorum veſtrorum confeſſione, & accepta pœnitentia, celebratis miſſis, & accepta Dominici corporis & ſanguinis communione, armata manu ne dubitetis inuadere Saracenorum acies, inuocato nomine Domini, & meo; & pro certo noueritis, eos in ore gladij ruituros. Et his dictis, euanuit à conſpectu meo, viſu deſiderabilis Dei Apoſtolus. Ego autem pro tanta & tali viſione vehementer à ſomno excitatus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus & Religioſis viris ſeorſum vocatis, quicquid mihi fuerat reuelatum, lachrymis & ſingultibus, & nimia contritione cordis eodem ordine propalaui. Illi ergo prius in oratione prouoluti, Deo & Apoſtolo, pro tam admirabili conſolatione gratias egerunt innume-

ras, ac deinde rem adminiſtrare, prout nobis fuerat reuelatum, feſtinauimus. Armata itaque, & ordinata noſtrorum acie, venimus cum Sarracenis in pugnam: & Beatus Dei Apoſtolus apparuit, ſicut promiſerat vtriſque, inſtigando, & in pugnam animando noſtrorum acies, Sarracenorum vero turbas impediendo, & diuerberando. Quod quam cito nobis apparuit, cognouimus Beatiſſimi Apoſtoli promiſſionem impletam, & de tam præclara viſione exhilarati, nomen Dei, & Apoſtoli, in magnis vocibus, & nimio cordis affectu inuocauimus dicentes: Adiuua nos Deus, & Sancte Iacobe. Quæ quidem inuocatio, ibi tunc primo fuit facta in Hiſpania, & per Dei miſericordiam non in vanum. eo namque die corruerunt, circiter ſeptuaginta millia Sarracenorum. Tunc & euerſis eorum munitionibus, eos inſequendo, ciuitatem Calaforram cepimus, & Chriſtianæ religioni ſubiecimus. Tantum igitur Apoſtoli miraculum, poſt inopinatam victoriam conſiderantes, deliberauimus ſtatuere Patrono & Protectori noſtro Beatiſſimo Iacobo, donum aliquod in perpetuum permanſurum. Statuimus ergo per totam Hiſpaniam, ac in vniuerſis partibus Hiſpaniarum, quaſcunque Deus ſub Apoſtoli Iacobi præſidio dignabitur à Saracenis liberare, vouimus obſeruandum; quatenus de vnoquoque iugo boum, ſingula menſura de meliori fruge, ad modum primitiarum, & de vino ſimiliter, ad victum Canonicorum, in Eccleſia Beati Iacobi commorantium, annuatim miniſtris eiuſdem Eccleſiæ in perpetuum perſoluantur. Conceſſimus etiam, & in perpetuum confirmamus, quod Chriſtiani per totam Hiſpaniam in ſingulis expeditionibus, de eo quod à Sarracenis acquiſierint, ad menſuram portionis vnius militis glorioſo Patrono noſtro, & Hiſpaniarum Protectori Beato Iacobo fideliter attribuatur. Hæc omnia donatiua, vota & oblationes (ſicut ſuperius diximus) per iuramentum, nos omnes Chriſtiani Hiſpaniæ promiſimus annuatim Eccleſiæ Beati Iacobi: & damus pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris Canonice in perpetuum obſeruanda. Petimus ergo Pater Omnipotens æterne Deus, quatenus intercedentibus meritis Beati Iacobi, ne memineris Domine iniquitatum noſtrarum, ſed ſola miſericordia tua nobis proſit indignis. Et ea quæ ad honorem tuum, Beato Iacobo Apoſtolo tuo dedimus, & offerimus de eis, quæ per te, ipſo opitulante, acquiſiuimus, nobis & ſucceſſoribus noſtris proficiant ad remedium animarum, & per eius interceſſionem nos recipere digneris, cum electis tuis, in æterna tabernacula, qui in Trinitate viuis & regnas, in ſecula ſeculorum Amen. Volumus etiam, & in perpetuum ſtatuimus tenendum, quatenus quicunque ex genere noſtro, vel aliorum deſcenderit, ſemper ſuum præſtet auxilium, ad prætaxata Beati Iacobi Eccleſiæ donatiua. Quod ſi quis ex genere noſtro, vel aliorum deſcenderit, ad hoc noſtrum teſtamentum violandum venerit, vel ad implendum non adiuuerit, quiſquis ille fuerit Clericus, vel laicus, in inferno cum Iuda traditore, & Datam, & Abirom, quos terra viuos abſorbuit in perpetuum damnetur, & filij eius fiant orphani, & vxor eius vidua, & regnum eius temporale accipiat alter; & à communione Corporis & ſanguinis Chriſti fiat alienus, æterni vero Regni participatione priuetur perenniter. Inſuper Regiæ Maieſtati, & Eccleſiæ Beati Iacobi per medium, ſex mille libras argenti pariat. Et hoc ſcriptum ſemper maneat in robore. Nos etiam Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, qui illud idem miraculum, quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus famulo ſuo Illuſtri Regi noſtro Ranemiro, per Apoſtolum ſuum Iacobum dignatus eſt monſtrare, propriis oculis Deo iuuante vidimus: prædictum ipſius Regis noſtri, & noſtrum, & totius Hiſpaniæ Chriſtianitatis factum in perpetuum confirmamus, & canonice ſancimus obſeruandum. Si quis ad hoc ſcriptum, & Eccleſiæ Beati Iacobi donatiuum irrumpendum venerit, vel perſoluere renuerit, quiſquis ille fuerit, Rex, vel Princeps, ruſticus, Clericus, vel laicus, eum maledicimus, & excommunicamus, & cum Iuda traditore gehennali pœna damnamus in perpetuum cruciandum. Hoc idem ſucceſſores noſtri, Archiepiſcopi, Epiſcopi faciant deuote annuatim. Quod ſi renuerint, Omnipotentis Dei, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti auctoritate, & noſtra damnentur, & excommunicatione, & poteſtate ſibi à Deo tradita rei teneantur. Facta ſcriptura conſolationis, donationis, oblationis huius, in ciuitate Calaforra noto die, octauo Calend. Iunij. æra DCCC. LXXIV.

Ego Rex Ranemirus, cum coniuge mea Regina Vrraca, & filio noſtro Rege Ordonio, & fratre meo Rege Garſia, hoc ſcriptum quod fecimus, proprio robore confirmamus.

Ego Dulcis Cantabrienſis Archiepiſcopus, qui præſens fui confirmo.

Ego Suarius Ouetenſis Epiſcopus, qui præſens fui confirmo.

Ego Oueco Aſturicenſis Epiſcopus, qui præſens fui conf.

Ego Salomon Aſturienſis Epiſcopus, qui præſens fui, conf.

Ego Rodericus Lucenſis Epiſcopus, qui præſens fui conf.

Ego Petrus Irienſis Epiſcopus, qui præſens fui, conf.

Ego Regina Vrraca conf.

Ego Rex Ordonius eius filius conf.

Ego Rex Garſia frater Regis Ranemiri, confirmo.

Oſorius Petri Major domus Regis, qui præſens fui, conf.

Pelagius Gutterici Regis Armiger, qui præſens fui, conf.

Menendus Suarici poteſtas terræ, qui præſens fui, conf.

Rudericus Gunſaluus poteſtas terræ, qui præſens fui, conf.

Gudeſteus Oſorici poteſtas terræ, qui præſens fui, conf.

Suarius Menendici poteſtas terræ, qui præſens fui, conf.

Gutier Oſorici poteſtas terræ, qui præſens fui, conf.

Oſorius Guterrici poteſtas terræ, qui præſens fui, conf.

Ranemirus Garſiæ poteſtas terræ, qui præſens fui, conf.

Qui præſentes fuerunt.

Martinus teſtis.
Petrus teſtis.
Pelagius teſtis.
Suarius teſtis.
Menendus teſtis.
Vincentius Sagio Regis teſtis.

Nos omnes Hiſpaniæ terrarum habitatores populi, qui præſentes fuimus, & ſupraſcriptum miraculum Patroni, & Protectoris noſtri glorioſiſſimi Apoſtoli Iacobi propriis oculis vidimus, & triumphum de Sarracenis per Dei miſericordiam obtinuimus, quod ſuperius ſcriptum eſt Sancimus, & in perpetuum confirmamus permanſurum.

Hactenus priuilegii verba, apud Maurum Caſtellam Ferrerium, in libro quem de S. Iacobo Zebedei, Hiſpaniarum Apoſtolo, vulgauit. Aliquis imagini S. Iacobi Apoſtoli apud Florentinos in Baſilica S. Mariæ, quam Nouellam appellant, & FF. Prædicatores nunc inhabitant, iſtud elogium adſcripſit.

Ramirus I. Legionis Rex, Diui Iacobi ope, in quiete monentis, atque in acie albo in equo victoriam diuinitus adiuuantis, Maurum hoſtem recenti victoria exultantem, & centum nobilium virginum tributum quotannis impudenter ſibi dari poſcentem, ſexaginta hominum millibus interiectis, ſecundo prælio retrudit, & profligauit.

Per id temporis, in Hiſpaniis, ſub Odoario Abbate, ſummæ ſanctitatis & ſcientiæ viro, florebat monaſterium Setarienſe. Sanctus Eulogius presbyter Cordubenſis, Vuiliefindo Pampilonenſi Epiſcopo ſcribens referebat, quia in eo beatæ Congregationis collegio, quod pene centenarium numerum excedebat, veluti ſidera, alii quidem ſic, cæteri vero ſic, diuerſis meritorum virtutibus emicabant. Florebat in nonnullis perfecta charitas, quæ foras mittit timorem: pleroſque al- V. De monſterio Setarienſi.

to cul-

to culmine attollebat humilitas, qua ſeſe vnuſquiſque iuniore inferiorem reputans, imitatores præceptorum Dei fieri contendebant. Multi etiam cum eſſent corpore imbecilles, veruntamen magnanimitate ſubnixi, alacrioribus animis iniunctum exercebant obſequium. Sic quoq; in aliquos principatum ſuum obedientia, quæ omnium virtutum magiſtra eſt, vindicans, ſuos non patiebatur executores degenerare, ſed ſupra vires grandia exercere compellebat, quoſcunq; ſuo munere illuſtrauerat. Operabantur omnes certatim, alter alterum inuitans, contendebat præcellere. Augebatur inuicem ardor placendi Deo & fratribus, & vnuſquiſq; propriæ artis induſtriam, ad communem profectum exercitabat. Exercebant alii peregrinorum & hoſpitum diligentius curam: & quaſi declinanti Chriſto ad hoſpitia eorum, omnibus aduentantibus obſecundabant. Cum vero tot eſſent, nullus murmurans, nemo arrogans intererat. Studebant cuncti ſilentio, totamq; per noctem furtiuis precibus incumbentes, nocturnum chaos peruigili meditatione vincebant; magna ſe circumſpectione vallantes, ne Pſalmiſtæ denotarentur oraculis, qui ait: Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt. Cumq; in terris poſiti eſſent, Angelice degebant; & licet inter homines conuerſarentur, nihilominus propoſitum gerebant cœleſte.

VI. Translatio Corporis S. Theod. Studitæ Conſtanti. c *Michael in vita.*

Rabanus Maurus librum quem de laudibus & myſteriis S. Crucis Gregorio Papæ dedicauerat, ſed offerre non potuerat Sergio ſucceſſori obtulit. In Oriente,[c] quoniam Sanctum Theodori Studitæ corpus præcipuo quodam honore affici par erat; poſt annos decem & octo, ceſſante iam aduerſus Eccleſiam bello, quod poſtremum Theophilus excitarat, in Regiam vrbem clara & celebri pompa deuectum eſt: Illuſtri Methodio, piaque Theodora illud ab inſula exportantibus atque in Studii monaſterio collocantibus, in quo & Magni Platonis, & Beati quoq; Ioſephi duos arca pariter aſſeruatur. Quod cum inferretur, diuinus ipſe Patriarcha, Clerusque vniuerſus cum ingenti monachorum ac populi multitudine cum facibus, varioque ſuffitu extra vrbem obuiam effuſi, ſupinis manibus illud excipientes, ſaluum, integrum, ſanumq; ac miro fragrans odore repererunt, laudemq; Deo omnium Regi referentes, in Patrum thorum intulerunt.

SERGII PAPÆ II. ANN. 2. LOTHARII IMP. anno 5. Michaelis 3. Imper. anno 4.

I. Bulgari ad fidem conuerſi. a *Theoph. Orat. in S. Niceph.*

ANNO *Chriſti* 845.[a] Quadriennio à reſtitutione ſanctarum imaginum, S. Methodius diuino plane ſpiritu impulſus, opportune Theodotam Imperatricem admonuit; non eſſe ex Imperii & Reipub. dignitate, quod inter Patriarchas illuſtris Nicephorus, qui pro glorioſæ ſinceræq; fidei defenſione à ſacra ſede depulſus in longiſſimo exilio defunctus erat, negligeretur. Annuit Theodora, Methodius autem cum ſacerdotibus ac monachis ad S. Theodori templum, in quo gratiæ plenæ iacebant reliquiæ, acceſſit, & poſt nocturnum Pſalmorum cantum & myſticum ſacrificium, corpus quod integrum purumque vnde viginti annorum ſpatio remanſerat, retexit, & in area compoſuit, & ſublatum manibus ſacerdotum cum luminibus & frequenti Pſalmorum cantu in nauim illatum Conſtantinopolim adduxit: Michael autem Imperator cum Patriciis & vniuerſo ſenatu ad littus appulſo obuiam cum facibus accenſis iuit, & magno cum honore ad magnam primum Eccleſiam ex qua fuerat expulſus, & tandem ad SS. Apoſtolorum Templum tulit, ibidemq; tertio Idus Martii collocauit. Vix credi poteſt quanta bona imperio & religioni acceſſerint, ab hac pueri & fœminæ Imperantis pietate. Hoc enim tempore Bulgarorum

A gens hactenus idololatriæ dedita, & nimium ſæua, Chriſto nomen dedit: ex hac occaſione.[b] Bogaris eorum Princeps, cum audiſſet mulierem cum tenero adhuc puero Romanis imperare, audacia elatus, nuncios ad Reginam miſit, per quos minabatur, ſe fœdera ſoluturum, & Romanorum fines inuaſurum. At Regina nihil humile vel effœminatum cogitans: Et me, inquit, inuenies paratam ad reſiſtendum in acie, Deique nutu ſuperiorem. Si autem (quod abſit) victor ipſe fueris; hoc quoque pacto mea erit victoria: viceris enim non virum, ſed mulierem. Quibus verbis Bogaris confuſus & deterritus quieuit, & priſtina fœdera renouauit. Miſerunt autem vltro citroq; Legatos & Regina & Princeps. Et quidem Regina Legatos accepit etiam à quodam Theodoro, Cuphara cognomento, viro idoneo, & adminiſtrandæ Reipub. vtili, qui tunc in Bulgaria ca-

B ptiuus detinebatur: Princeps vero à ſorore ſua, quæ in quadam excurſione capta, in Regia commorabatur. Hæc enim iampridem captiua abducta, & Chriſtianorum religione initiata, literaſque edocta, quo tempore captiua erat, ac nuper liberata, non deſiſtebat fratri Chriſtianorum myſteria commendare, & in eius animum fidei ſemina inücere; qui tamen ante à Cuphara diuina myſteria fuerat edoctus. Inita autem permutatione, & reddita fratri muliere, reſtituto item Reginæ Cuphara, quamuis ante Princeps inſtructus eſſet, & diuinis imbutus myſteriis; adhuc tamen retinebat infidelitatem, proprio cultui addictus. Verum cum ingens fames Bulgarorum regionem occupaſſet, omnique deſtituerentur auxilio, Princeps ipſe Chriſtianorum Deum, vt ſibi opem ferret, inuocauit; idque face-

C re omnem ſibi ſubiectam nationem iuſſit: impetratoque remedio & fame liberati, ad veram religionem ſe contulerunt. Princeps noua lauacri regeneratione donatus, de nomine Imperatoris Romanorum, ab Epiſcopo Michael eſt appellatus. Aliud quoque accidit, quod Principem ipſum in veræ fidei cultu magis confirmauit. Inſatiabiliter iſte venationi deditus erat, qua oblectare ſe ſtudebat, non modo cum venatum ſe conferret, ſed etiam quando otioſus eſſet domi; idque per animalium pictas figuras. Conſtructa itaque noua domo, Methodium quemdam monachum arte pictorem iuſſit eam picturis ornare. Verum quaſi diuina quadam prouidentia ductus, non præſcripſit definite, quænam & qualia animalia depingeret, verum

D quæcunque ipſe vellet; tamen terribilia eſſent quæ pingerentur, vt ſpectantibus terrorem & metum incuterent. Ille autem nihil aliud terribilius noſcens ſecundo Chriſti aduentu, hunc ibi depinxit. Cumque iam finita eſſet illa pictura, conſpicatus Princeps ex altera parte iuſtorum cœtum coronari, ex altera vero impios puniri, & à pictore percepta picturæ mente, ſtatim propriam eiurauit religionem. Imbutuſque à Sancto Epiſcopo diuinis myſteriis, intempeſta nocte ſacrum percepit baptiſma. Cum autem cognouiſſent nationis præfecti, communem mutatum regionis cultum, in Principem conſpirarunt, eumque de imperio deiicere ſtuduerunt. quos ille parua quam ſecum habebat manu fudit, fugauitque, præeunte Crucis ſigno: & inopinata re perculſos, Chriſtianos effecit. Igitur

E tota natione ad vnum cultum traducta, Reginæ Theodoræ ſcripſit, petens concedi ſibi regionem, quod ſibi ſubiecti nimis anguſte habitarent: pollicebatur ſe gentem vnam tantum effecturum, pacemque perpetuam & immutabilem cum imperio ſeruaturum. Regina vero admodum benigne eius preces admiſit, eoque tempore deſertam regionem conceſſit, quæ eſt ab ea parte, quæ ferrea vocabatur, adusque Zagutam. Fuerunt hæc initia conuerſionis Bulgarorum: quorum perfectam aggregationem, Nicolao Romano Pontifici Deus reſeruauit. Per idem tempus Theodora Auguſta miſſis copiis contra Manichæos nimis auctos, plurimos eorum interfecit: cum ad prædicationem veritatis conuerti recuſarent.

b ... rop.

Digitized by Google

II
Concil Bellouacen. in quo creatus Hincmarus Archiepiſcopus Rhemenſis.

In Galliis ex Synodo Epiſcoporum Bellouaci celebrata, Eccleſiæ Rhemenſi poſt Ebbonis depoſitionem viduatæ præfectus eſt Hincmarus, ex monacho monaſterii S. Dionyſii Pariſienſis, Archiepiſcopus. Quo tempore Northmanni, Duce Ragenario à Principe Horicho præfecto freti, in Gallias irruperunt, & ferro flammiſq; omnia vaſtantes, Pariſienſem quoq; vrbem peruaſerunt.

Diuina vltio in Blaſphemos & ſacrilegos.
c *Apud Sur 25. Iulii.*

c Accidit miraculum tunc cum Eccleſiam S. Germani inuaſiſſent. Ignem ab eis iniectum, tecta concipere non potuerunt: ipſi vero introgreſſi, aliqui manibus obriguerunt, adeo vt manus eorum manubriis gladiorum perpetuo adhæſiſſent; alii cæcitate percuſſi tam vehementer, vt portas templi per quas redirent inuenire non potuerint: reliqui morbo dyſſenteriæ correpti, tam abundanti fluxione, vt ſimul animas cum excrementis eiicerent. Perculit ea plaga Ragenarium Ducem. Quamobrem certo auri & argenti pondere ex pactis à Carolo rege accepto exercitum ab vrbe retraxit, ſed quotidie a fluore deficiebat.

Reuerſus ad Horichum, auro & argento coram effuſo gloriabatur ſe Francos nihilo viciſſe. Tamen referebat dicens, quod in Galliis maiorem mortui quam viuentes haberent virtutem, nullumque ſibi inuenerint Northmanni reſiſtentem, præter Germanum mortuum ſenem. Hæc cum diceret, tremens illico ac pauens cecidit in terram, atque terrifica voce cœpit clamare, Germanum coram conſiſtere, eumque ſe baculo quem manu geſtabat, grauiter percutere. Quod videntes, Horich videlicet, vniuerſique aſtantes, ipſeque Kobbo Ludouici Regis Legatus, ſtupore nimio perculſi, admirati ſunt. Ragenarius autem ſic humiliatus, aliorum manibus elatus, maximiſque per triduum tormentis ignominioſe affectus, præcepit tandem vnam auream ſuæ ſimilitudinis ſtatuam fieri, eandemque per Kobbonem Legatum Germano ſeni deferri, ſpondens ſe, ſi euaderet, Chriſtianum deinceps futurum. Sed quia non ex omnibus Chriſti erat, idcirco nihil obtinuit. Sed ita prorſus inflatus ac turgidus crepuit, vitamque miſerrimus finiuit.

C

Qui ab illo exercitu remanſerant, omnes eodem plane modo quo Ragenarius interierunt: exceptis illis quos Horichus quaſi in vindictam decollauit. Contigit tunc Horichum nonnihil moueri ad fidem. Nam & Chriſtianos conquiſitos, liberos redire cum honore præcepit.

D

III.
Turonen. Ciuitas liberata ope S. Martini.
d *Odo Cluniacen. de translat. S. Martini.*

Aliud fere eodem tempore accidit, d cum Haſtinghus Northmannus, Turonum ciuitatem obſideret. Prope erat, vt iſtud caperet, cum ciues diuina inſpirante gratia, Beati Martini corpus pie rapuerunt, & ad locum in quo belli violentior impetus erat deferentes, mortuum pro viuis propugnatorem oppoſuerunt. Factum, vt metu concepti Dani fugerent, fugientes Turonici perſequerentur, caderent, caperent, & victoriam reportarent. In eiuſdem belli triumphalis memoriam, in ipſo loco, in quo ſancti conſtitit corpus, in eius honorem Eccleſiam conſtruxerunt, & propter euentum belli; *Sancti Martini Belli* denominauerunt.

E

IV.
Côcil. Melden. pro reformatione Eccl. & Regni.
e *Concil. Melden. tomo 3 Concil c 10.*

e Pace Galliis reddita, ad Synodum Meldenſem Epiſcopi conuenerunt, vt tantarum calamitatum, quibus Gallia conflictabatur cauſam inuenirent. Narrabant non vnam quam reperetant.

Peruentum eſt, aiunt, ad nos, quod auditu lugubre, & dictu nefas, actuque horribile ac nimis triſte dignoſcitur, quia contra omnem auctoritatem, contra Patrum decreta, & totius Chriſtianæ religionis conſuetudinem, in monaſteriis regularibus laici in medio ſacerdotum & Leuitarum ac cæterorum religioſorum virorum, vt Domini ac Magiſtri reſideant, & veluti

A

Abbates de illorum vita & conuerſatione decernant, eoſque diiudicent, ac regimina animarum, ac diuina eis ſecundum regulam non ſolum ſine præſentia, verumetiam ſine conſcientia Epiſcopi committant ſacratia: & ita præſumptiue doceant, qui noluerunt fieri diſcipuli veritatis, & ſaltu inordinato magiſtri fiant errotis. Quod quam temerario auſu præſumptum ſit, omnis ſcripturarum demonſtrat auctoritas: adeo vt ſicut ſcriptum eſt, nec in perſecutione Dominica ſine miniſtris Pontificum, Reſpub. ad comprehendendum Dominum, quanto magis ad ordinanda diuina ſeruitia auderet tranſmittere.

Et hæc vere eſt abominatio deſolationis, non ſolum religionis, ſed etiam præſentis ac perpetuæ ſalutis, & non ſolum ſubditorum & talium apocry-

B

photum doctorum, verum & Regis, & Regni, atque Regni primorum huius deteſtabilis inordinationis fautorum. Et quod adhuc habetur flebilius, quidam Epiſcoporum è vicino ſedentes, & iuxta prophetam, *Canes muti non valentes latrare*; nec opponere *murum pro domo Iſrael*; hæc ſcientes ſilent, & ſurda aure pertranſeunt.

Addebant Patres illi, in peruaſores rerum Eccleſiaſticarum; Interceſſionem fideliſſimarum oblationum deleuerunt, quibus Eccleſiaſticarum rerum peruaſores inconſulti, & in perniciem ſui ſine reuerentia abutuntur. quod ita verum eſſe, vt dicimus, Dominus proteſtatur dicens: Peccata populi mei comedunt. Peccata enim populi comedunt, qui contra auctoritatem diuinam res Eccleſiaſticas indebite peruadunt, & nec

C

interceſſionis ope, nec prædicationis conſilio, vel quocunque diuino auxilio pro peccatis eorum qui ea dederant, laborant, nec pio operi ad quod fides fidelium eas tradiderat, ſeruire permittunt. Sed & hoſpitalia Scotorum, quæ ſancti homines gentis illius in hoc regno conſtruxerunt, & rebus pro ſanctitate ſua acquiſitis ampliauerunt, ab eodem hoſpitalitatis officio funditus ſunt alienata; & non ſolum ſuperuenientes in eadem hoſpitalia non recipiuntur, verum etiam ipſi qui ab infantia in iiſdem locis militauerunt, ex iiſdem eiiciuntur, & oſtiatim mendicare coguntur. Hæc & reliqua plurima Gallorum vlcera, vngue Eccleſiaſtico Patres penetrarunt, & medicinam ab ipſo Rege eſſe voluerunt: memores illius, omne caput languidum, & ideo omne cor mœrens. Auſcultauit Carolus Rex Eccleſiaſticæ diſciplinæ. Quæ enim Rhemenſi Eccleſiæ abſtulerat, reſtituit.

D

V.
Vltio diuina in ſacrilegium.
f *Oros abb in Biblioth Vaticana.*

Per ea tempora, f Haidulphus Rauennas, monaſterium Foſſatenſe non impune rapuit & ſolo æquauit. Inuitauerat aliquando plurimos ſuorum ad conuiuium. Ibi poſt multam potationem iactabundus referre cœpit: Ne, inquiens, teterrimum genus monachorum per ſuccedentia tempora locum hunc, vanis ſpebus animatum, repetere aut vendicare valeat, cum domorum euerſione ablata ſunt teſtamenta prædiorum, quibus ſe opinari poterant poſſeſſiones tantorum recuperare bonorum.

Necdum verba compleuerat, cum ecce contra ſe ſuper menſam, ad quam laſciuiens reſidebat, aſtare vidit venerandi habitus monachum, cuius facies igneo

E

reſplendebat aſpectu, canities vero comptiſſimi dignitate honoris ſuper niuem micans candebat. Qui ferulam manu geſtans, toruiſq; aliquantiſper reſpiciens oculis, eum calce in ventre, ferula autem in capite fortiter percuſſit. Qui illico amens effectus, atque caput huc illucque ſuper ſcapulas crebro iactans, eiulando clamare cœpit: *Maure, tu me interficis: Maure, tu me interficis.*

Cumque hæc & alia cunctis qui aderant audientibus, oculis ex alliſione capitis cæcatus frequenter repeteret, Anni mulctatus damnatione, effuſis inteſtinis, infelicem finiuit vitam, particeps dæmoniorum effectus. Rorigo Comes illud ipſum monaſterium reædificauit,

& Hauz-

Digitized by Google

& Hauzlino filio Hauzberti à Carolo committi curauit.

VI. Translatio S. Mauri.

Porro hoc anno, quarto Idus Martii, tranſlata ſunt oſſa beatiſſimi Leuitæ Mauri ab eodem Hauzlino, aliiſque ſacerdotibus in locum in quo nunc venerantur, in arca ferrea cum honore recondita. Hac eadem etiam die reliquiæ protomartyris Stephani, quæ à Bertulfo Abbate tempore Clotharii Regis, iuxta prædicti ſancti Mauri tumulum ob eius venerationem in pyxide lignea reconditæ fuerant, ita intactæ & abſque macula ſunt repertæ, vt quaſi eodem die illic repoſitæ fuiſſe viderentur. Reperta & membrana inſcripta: Hic requieſcit corpus B. Mauri Monachi & Leuitæ, qui tempore Theodoberti Regis in Galliam venit, & 18. Kalen. Febr. è ſeculo migrauit. Beati quoque Petri Apoſtoli patrocinia, ſeu vela ad confeſſionem eius per foramen demiſſa, & fidelibus pro magno munere tranſmiſſa, ibidem reperta ſunt in arcula, quæ ad caput eius erecta, & arenoſo aggere cooperta pro conſeruatione eorundem vt opinari poteſt, decenter fuerant.

g *Frodoardus hiſt. Rhemen. lib. 3. c. 40.*

Per hæc ipſa tempora, g Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcopus templa à Northmannis diruta inſtaurabat, & in eis venerandam Dei genitricis filium in vlnis tenentis imaginem, ſuper altari pingebat, cum hoc diſticho:

Virgo Maria tenet hominem, Regemque, Deumque
Viſceribus propriis natum de famine ſancto.

Multis miraculis tunc inter alias Eccleſia Rhemenſis à cultu Diuæ Deiparæ illuſtrabatur, quæ Frodoardus deſcripſit.

IESV CHRISTI annus 846.

SERGII PAPÆ II. ANNO 3. LOTHARII Imper. anno 6. Michaelis III. Imper. anno 5.

I. Baſilicas SS. Petri & Pauli extra vrbem deprædantur Sarraceni. a *Leo Oſtien. lib. 1. c. 29.*

ANno *Chriſti* 846. a His temporibus ingens Sarracenorum multitudo ex Africa claſſe Romam deuecta Eccleſias SS. Apoſtolorum Petri & Pauli deprædati ſunt. Roma diſcedentes quicquid adusque Caietam fuit, flammis & ferro defœdarunt: Francorum exercitum profligarunt; atque monaſterium Caſſinum diripere voluerunt. Totam noctem orantibus monachis, ſanctus Apollinaris Baſſacio apparuit, aſſerens, Diuum Benedictum pro eis intercedere; ſecuroſque eſſe à barbaris iubere. Miranda res. Cum ſerenus eſſet dies, repente nubibus & procellis excitatis, pluuia tanta deſcendit, vt Carnello ſeu Liri flumine exundante, Sarracenos ab irruptione excluſerit. Accidit & iſtud. Cum iam prope Africam reuertentes nauigarent, repente conſpexerunt nauiculam quandam inter ſuas huc illucque crebro diſcurrere duos tantum homines habentem; quorum vnus pulchra canitie clerici ſpeciem præſe ferebat, alter habitu monachus videbatur. A quibus ſolerter requiſiti, vnde tam hilares, tamque feſtiui remearent, quidve geſſiſſent; Ex Italia ſe atque ex Roma ipſa redire, ibique cædes ingentes, rapinas atque incendia patraſſe faſſi ſunt. Petri, inquiebant, & Pauli Eccleſias vaſtauimus: ad Benedicti vero monaſterium prædandum, quoniam obiectu amnis ire nequiuim⁹, cellas eius trans ripam poſitas igne ſuccendimus. Cumque viciſſim & ipſi quærerent, quinam & ipſi eſſent; reſpondent: *Nos illi*, inquientes, *ſumus quorum domos diripuiſſe ac ſuccendiſſe ita gloriamini. Verum quinam ſimus, continuo ex euentu diſcetis.* His dictis repente euanuerunt: tantaque è veſtigio procella ſubſecuta eſt, vt naues omnes partim ſe collidentes, partim in montes & ſcopulos impulſæ naufragio perierint; vixque pauci euaſerunt, per quos cæteris iſta innoteſcerent. Hoc modo Petrus Apoſtolus ſuas iniurias vindicauit, & S. Benedictus ſuum monaſterium liberauit.

Naufragium Sarracenorū.

II. Conc. Pariſ. aduerſus raptores bonorum eccl. b *Epiſt. 40.*

In Galliis, omnes Epiſcopi qui anno ſuperiore Meldis Synodum celebrarant, iterum Pariſiis Synodum habuere. In hoc toti incubuerant, vt Carolum Regem impellerent, ad reſtituenda bona Eccleſiis erepta, & inter Comites diſtributa, necdum reſtituta. Nonnulla monaſterio Ferrarienſi abſtulerat. Quamobrem Lupus Abbas ei ſcribens, hæc habuit inculcare. b *Tempus eſt, vt Dei timor atque amor veſtram compungat mentem, quia iam peruenit corpus ad virilem ætatem. Nec differatis quæſo vlterius bonum, quod vos velle dicitis: quoniam cum neſciatis quid ſuperuentura pariat dies: tamen quia nobiſcum quotidie ad eius iudicium tenditis, cui veriſſime dicitur, tu redde vnicuique iuxta opera ſua; dubitare non poteſtis. Horribile eſt autem incidere in manus Dei viuentis. Nec vero dignemini dicere, vos non poſſe. Siquidem, vt ait Apoſtolus, Deus non irridetur. Scit ille quantum poteſtis conferre, qui nonniſi quod iuſtum eſt exigit: nec trepidetis timore, vbi non eſt timor. Audete potius beneſacere, ſi in hac vita proſpere, & in futura feliciter deſideratis regnare.*

III. De S. Ioan. obitu. c *Vita S. Ioannicii.*

Conſtantinopoli, c ſanctus Ioannicius è vita diſceſſit. Paulo ante obitum, S. Methodius Patriarcha ad eum venit, & vltimas preces petiit ab eo. Ille autem cum maximi feciſſet conuenire Methodium, & in longum tempus cum eo produxiſſet ſermonem, & deinde ſacro cætui & recens electo gregi ea quæ ad pietatem opus erāt, ſuaſiſſet; dicens, vt immobiliter permanerent in fide Orthodoxa, neque euerterentur à profanis vocibus hæreticorum, & inter ſe concordiam conſeruarent, neque blaſphemam ac maledicam linguam mouerent in Pontificem, ſubiunxit, quod neque multum tempus poſt ſuum deceſſum viueret Methodius. Tertio autem die poſtquam hæc dixiſſet, die 3. Nouemb. ad cœlum migrauit; Methodius autem anno ſequente die 14. Iunii ſecutus eſt. Deceſſum Ioannicii ſignificauit ignis columna apparens iis qui erant in monte Olympo; ſanctitatem vero illius oſtenderunt innumera miracula ad eius loculum patrata.

IV. Hartgar. Eremitæ zelus.

In Sueonia hoc anno necdum deferbuerat ferox illa gentilium in Chriſtianos vis, cum fama eius rei ad S. Anſgarium peruenit, tum apud Ramſolam exulantem, qui inſtar boni ac ſoliciti paſtoris, memor Dominici gregis, ne legatio ſua in gentes iniuria quapiam rencorani pateretur, mox Hartgarium Eremitam laudatiſſimæ vitæ virum ſui loco ſuffecit. Hartgarius ſarcinam impoſitam non detrectans, gentem ferocem adiit intrepidus, & non paucos de conuerſationis prædicationiſque ſuæ ſemente conſpectui diuino intulit animarum manipulos, gratiam largiente eo, qui dixit: *Ite in orbem vniuerſum & ego vobiſcum ſum omnib. diebus vſque ad conſummationem ſeculi.* De eo ſcript. rerum Suet. Adam. *Brem. libr. 1. c. 23. Abbas Stad. pag. 91. Alb. Krantz. in ſua Metrop. lib. 1. c. 33.* Reliquum eius vitæ curſum, labores, ac finem hactenus reperire nequiui. *Ioan. Vaſtou. Sigiſm. III. Reg. Polon. Biblioth. Præfect.*

IESV CHRISTI annus 847.

LEONIS PAPÆ IV. ANNO 1. LOTHARII Imperat. anno 7. Michaelis Imperat. anno 6.

I. Obitus Sergii Pp. II. & creatio Leonis IV. a *Anaſtaſ.*

ANno *Chriſti* 847. a Pridie Idus Aprilis Sergius Papa poſtquam Eccleſias complures inſtauraſſet & ornaſſet, maxime vero titulum Equitii, ſeu ſanctorum Silueſtri & Martini templum, in illud illatis, SS. Fabiani, Stephani & Soteris Pontif. & Aſterii eiuſque filiæ, Cyriaci & Mauri, Largi & Smaragdi Mart. Anaſtaſii & Innocentii Pontif. Quirini & Leonis Epiſc. Artemii, Nicandri & Creſcentiani Martr. Soteris, Paulinæ, Memmiæ, Iulianæ, Quirillæ, Theopiſtæ, & Sophiæ Virginum ac Martyrum, & Beatæ Cyriacæ viduæ,

aliorumque plurimorum SS. corporibus ditaſſet, migrauit ad Chriſtum. Sepultus eſt in Baſilica S. Petri. Eodem die electus eſt Pontifex Leo, eius nominis quartus, natione Romanus, ex patre Rodoaldo. Hic Catholicus & Apoſtolicus vir fuit multæ patientiæ & germanitatis, largus, pius, innocens, benignus, amator iuſtitiæ, diuinarum ſcripturarum indeficiens perſcrutator, ſuæ plebis feruentiſſimus gubernator, in cuius pectore, iuxta illud quod in ſancto Euangelio legitur, & ſerpentis prudentia, & ſimplicitas columbæ inhabitabat. Erat etiam totius ſanctitatis decore repletus, amator religioſorum hominum, nutritor pauperum & ſui contemptor. A puero, in monaſterio S. Martini educatus, ſtudio ſanctæ conuerſationis non velut puer, ſed quaſi perfectus monachus vixit. Deinde presbyter tituli SS. Quatuor coronatorum tantum ſpecimen virtutis de ſe præbuit, vt ſine mora omnium conſenſu dignus Pontificatu iudicaretur.

II. Leo ſe Imper. opponit conté dens nihil ipſis amplius iuris eſſe in confirmatione Pontificum.

Metuebant Romani, ne Lotharius & Ludouicus Impp. quicquam in eius confirmationem attentarent. Sed Leo animis ſumptis, capitula Imperialia Imperatoribus oppoſuit, oſtendens nihil eos amplius iuris poſſe vel debere vſurpare in confirmatione Pontificum. Hac moleſtia Leo liberatus, animum ad inſtaurandas, ornandas, & ditandas appoſuit Eccleſias, Sarracenorum incurſione violatas & expilatas. Fere inæſtimabilia ſunt, quæ omnibus tum vrbanis, tum ſuburbanis dedit; quorum omnium catalogum pertexuit Anaſtaſius.

III. Baſiliſcus per Leon. Pp. fugatus.

Excepit illius Pontificatus initia Baſiliſcus, ex quadam cauerna, iuxta Baſilicam B. Luciæ Martyris, quæ in Orphea ſita eſt, erumpens. Hic afflatu peſtifero quamplurimos enecabat, magnoque terrore vrbem afficiebat. Ab eo vt populum Leo liberaret, die aſſumptionis beatiſſimæ Deiparentis, prælata icona eiuſdem Diuæ Deiparæ, à Patriarchio Lateranenſi ad templum S. Hadriani, & ab eo ad Baſilic. S. Mariæ maioris, & extremo loco ad cryptam in qua anguis latebat, cum hymnis & canticis & vniuerſo clero ac populo nudus pedes proceſſit, ibidemque poſitis genibus cum lachrymis orauit, vt Deus ab eodem loco diri ſerpentis genus potentia ſua effugaret. Finita oratione & data populo benedictione cum ad Patriarchium reuerſus eſſet, baſiliſcus diſparuit effugatus. Aliud quoque accidit per idem tempus. Saxonum vicus igne concepto, & flantibus ventis, nulla ratione potuit ab incendio liberari, & periculum fuerat, ne Diui Petri Baſilica iiſdem flammis deflagraret. Occurrit Leo Papa, & tum oratione, tum ſigno crucis incendium extinxit. Terræ motus poſtea vrbem tam grauis inuaſit, vt elementa in omnibus concuſſa viderentur. Plurimas quoque Italiæ prouincias adeo vehementer agitauit, vt ciuitates à fundamentis corruerent. Vlciſcebatur Deus odia Chriſtianorum Italiæ Principum, qui alternis Sarracenorum auxilia contra ſe euocabant, adeoque ludibrio barbaris populum Chriſti ſanguine redemptum exponebant. [b] Namque hoc anno Maſſar Sarracenorum Dux, in auxilium Radelchis tyranni Beneuentani accitus, multas vrbes cædibus, ſtupris, ſacrilegiis fœdauit; multaque templa deuaſtauit; multa monaſteria expilauit.

b *Leo Oſtien. lib. 1. c. 30.*

IV. Concil. Mogunt. I. ſub Rabano pro iurib. eccl. vendicandis a manu laicorum.
c *Tom. 3. concil.*

In Galliis, Rabanus Maurus Orthgario Moguntinenſi Archiepiſcopo defuncto ſuffectus, circa Kalend. Octob. [c] Synodum Epiſcoporum & Abbatum Moguntiæ celebrauit, ex quo Ludouico Imperatori, defenſorem eum ſanctæ Dei Eccleſię appellantes ſupplicarunt, vt reliqua bona Eccleſiarum à laicis vſurpata reſtitui iuberet. Implorabant & tutelam: commemorantes, quia eorum temporibus nec ſancta loca venerarentur, neque miniſtri Dei condigne venerarentur, ſed vice verſa illi qui honorari debuerunt, flagellarentur, ſpoliarentur, atque diuerſis calumniis frangerentur. Innuebant & ſuffragia quæ pro eius incolumitate celebraſſent: miſſarum ſcilicet tria millia & quingentas, & pſalteriorum 1700. In eadem ſynodo tractarunt de ſtatu veræ religionis, atque vtilitate & profectu Chriſtianæ plebis. Itaque in vna turma conſidentes Epiſcopi, cum quibus Notariis, legenteſque ac perſcrutantes ſanctum Euangelium, nec non Epiſtolas & Actus Apoſtolorum, canones quoque, ac diuerſa SS. Patrum opuſcula cum cæteris ſacris dogmatibus, diligenti ſtudio perquiſierunt, quibus modis ſtatum Eccleſiæ Dei & Chriſtianæ plebis perfectum ſana doctrina & exemplis iuſtitiæ inconuulſum perficere & conſeruare poſſent. In altera vero turma ſederunt Abbates & probati monachi, regulam ſancti Benedicti legentes atque tractantes diligenter, qualiter monachorum vitam in meliorem ſtatum atq; augmentum cum Dei gratia perducerent: & vbicunq; per negligentiam atque deſidiam rectorum regularis ordo dilapſus fuiſſet, ruſum ſecundum normam S. Benedicti ad integrum reſtitueretur.

V. Pſeudopropheteſſa punitur.

Eodem anno Pſeudopropheteſſa quædam Moguntiacum venit, quæ Salomonis Epiſcopi Parochiam non minime turbauerat. Nam certum conſummationis ſæculi diem, aliaq; plura Dei ſolius notitia cognita, quaſi diuinitus ſibi reuelata, ſe ſcire fatebatur: & eodem anno diem extremum mundo imminere prædicabat. Vnde multi plebeii vtriuſq; ſexus timore perculſi ad eam venientes, munera illi ferebant, ſeque orationibus illius commendabant. Et quod grauius eſt, ſacri ordinis viri doctrinas Euangelicas poſtponentes illam quaſi magiſtram cœlitus deſtinatam ſequebantur. Hæc in præſentia Epiſcoporum apud S. Albanum deducta, & diligenter de ſuis aſſertionibus requiſita, presbyterum quendam ea ſibi ſuggeſſiſſe, & ſe talia quæſtus cauſa narraſſe, profeſſa eſt. Quapropter ſynodali iudicio, publicis cæſa flagellis, miniſterium prædicationis quod irrationabiliter arripuerat, & ſibi contra morem Eccleſiaſticum vendicare præſumpſerat, cum dedecore amiſit, ſuiſque vaticiniis finem confuſa impoſuit.

VI. Adulphus rex Angliæ ditionem ſuam vectigalem fecit eccl. Rom.
d *Polydor. hiſt. Angl.*

Hoc anno, [d] Adulphus Rex Anglorum ab incurſionibus Danorum liberatus, voti ſoluendi cauſa Romam venit, & tum domum Anglicam incendio in vrbe vaſtatam reſtituit, tum inſulæ partem quam poſſidebat, Romanæ Eccleſiæ vectigalem fecit, impoſita capitatione denarii in ſingulos, ſingulis annis ſummo Pontifici dependendos. Is cum ſacro ſubdiaconatus ordine eſſet initiatus, nec alium fratrem haberet, qui in regnum paternum ſuccederet, à Leone ſacris ſolutus, vxorem accepit.

VII. e *Nicet. in Ignat. & Nic. Papa ad Mich. imp.*

Conſtantinopoli, die 14. Iunii S. Methodius Patriarcha ad cœleſtem patriam emigrauit, propter confeſſionis & agonis certamen, quod pro pietate ſuſtinuit, ab omnibus veneratur & colitur. Nicolaus Papa, magnum antonomaſtice eum appellabat. [e] Succeſſit ei S. Ignatius, Nicephori Imper. ex filia nepos, filius autem Michaelis Imp. ab aduerſariis euiratus & in monaſterium detruſus. Is itaq; à primæua ſuæ ætatis propter innocentiam vitę, caſtitatis florem, & ſanctarum virtutum ornamenta, per ſingulos Eccleſiaſticos gradus aſcendens ex monaſtica vita, omni Eccleſiaſtico cętu conſentiente, Epiſcopatus culmen promeruit.

Leonis Papæ IV. Ann. 2. Lotharii Imp. ann. 8. Michael. III. Imp. ann. 7.

I. Leoninæ vrbis initium.
a *Anaſtaſ.*

Anno *Chriſti* 848. [a] Leo Papa diuino oraculo admonitus, vt Baſilicam vaticanam à frequentib. barbarorum incurſionib. tutam redderet, muro eam partem cingere cogitauit, eamq; rem tum ſenatui vrbano, tum Lothario Imper. renunciauit. Is porro nedum non improbauit opus, quin etiam multum argenti in id perficiendum miſit. Itaq; cunctis in eam impenſam Epiſcopis, monaſteriis, principibus & ciuibus contribuentibus, nouam vrbem inchoauit, & poſt ſextum annum conſummauit, nihil plane conſternatus incurſione Sarracenorum, qui per id temporis in ſinu Crotoniatæ claſſem Venetam adeo profligauerant, vt ne lembus quidem incolumis euaſerit.

Digitized by Google

II. Concil. Mogunt. II ſub Rabano. b *Annal. Franc. Pithou.*

[b] Rabanus Archiepiſcopus Moguntinus iuſſu Imperatoris ſynodum apud Moguntiam Epiſcoporum & Abbatum conuocauit, inque ea ipſis Kalend. Octob. hereticum quendam Gotheſcalcum presbyterum condemnauit, & multa ad decorem & vtilitatem Eccleſiæ conſtituit.

De Gotheſ. moribus & erroribus. c *Apud Frodoard. hiſt. Rhem. lib. 3. c. 13. Hincmarus Nic. Papa.*

[c] Fuit Gotheſcalcus monachus monaſterii Eccleſiæ Metropolitanæ Rhemenſis dicti Orbei, diœceſis Sueſſionenſis, quemadmodum Abbas & Monachi cum quibus verſatus fuerat teſtabantur, homo animo elatus, quietis impatiens, nouorum verborum cupidus, inſatiabili honoris ambitione incenſus, proteruus & tumultuoſus. Is vt falſa quadam nouitate ſui nominis famam adipiſceretur, adeptam latius opinionem propagaret, & propagatam ab obliuionis iniuria vindicaret, certos articulos omnium falſarum doctrinarum, quas tunc in illis partibus huc & illuc diſperſas eſſe nouerat, elegit & collegit, vt iſtis illecebris & lenociniis ſimplicium, deuotorumque ſenſus ineſcaret, & ineſcatos peruerteret; & magiſtri nomen vſurpans diſcipulos ad ſe pelliceret, & pellectos ſeduceret vitæ religioſæ ſimulatione: & iis præeſſet doctrina, qui à veritate auditum auertentes, & ad fabulas ſe conuertentes, ad ſua deſideria coaceruant ſibi magiſtros auribus prurientes. Tandem ordine ſacerdotali à Decano Rhemenſi initiatus (hæc autem promotio conſtitutionibus Eccleſiaſticis reluctabatur) contra ſuam regulam monaſticam ſuo monaſterio egreſſus eſt, & diſiunctiſſimas terras peragrauit, vt ſuæ falſæ doctrinæ virus euomeret. Deinde cum in ciuitate Moguntienſi Synodus coacta eſſet, huic interfuit, & ibi librum ſui erroris Archiepiſcopo Rabano obtulit; damnatuſque ab omnibus Germaniæ Epiſcopis, cum literis Synodi ad Eccleſiam Metropolitanam Rhemenſem miſſus, ab Hincmaro in cuiuſdam monaſterii carcere concluſus fuit, ne ſua praua conuerſatione alios inficeret. Veterem Prædeſtinatianorũ hæreſin, ſub Cœleſtino Papa, à ſancto Proſpero conuictam Gotheſcalcus innouabat, quia Deus æque iuſtos ac iniuſtos prædeſtinauit, & quia Chriſtus non eſt crucifixus nec mortuus pro ſalute totius mundi, ſed tantum horum qui ſaluantur, & quia nemo prædeſtinatorum poteſt peccare, & quia Deitas S. Trinitatis triplex eſſet. Eum talia blaſphemantem Patres ad Hincmarum remiſerunt: Hincmarus autem illum in carcere concluſit, cumque diutius ſuperſtes eſſet, neque ab amentia recederet; de eodem ad Nicolaum ſummum Pontificem ſcripſit: inſuper plura opera contra eundem euulgauit, & inter cætera collectionem ſententiarum Orthodoxorum Patrum, ad confutandas blaſphemias iſtius Gotheſcalci; & poema eruditiſſimum ad Carolum Regem de gratia & prædeſtinatione, de Sacramento corporis & ſanguinis Chriſti, de modo videndi Deum, de origine animæ, & de fide S. Trinitatis. Item duo alia volumina de eadem prædeſtinatione, contra eundem Gotheſcalcum.

Gotheſcalcus ab omnibus damnatus.

LEONIS PAPÆ IV. ANNO 3. LOTHARII Imper. anno 9. Michaelis III. Imper. anno 8.

I. Leo munit ſe contra Sarracenos. a *Anaſtaſ.*

ANno Chriſti 849. [a] Cum in vrbe innotuiſſet, Sarracenos ingenti claſſe ex Africa comparata, in Italiam venire, Leo maximis ſumptibus mœnia vrbana inſtaurabat, corpora ſanctorum in ſuburbanis ſepulta conquirebat, inque vrbem inferebat, Eccleſias reſtaurabat, & ditabat: & tum diuina, tum humana auxilia contra eoſdem depoſcebat. Opportune Neapolitani, Amalphitani & Caietani, contra illos proceſſerunt, ſed manus è propinquo cum vniuerſa claſſe conſerere non potuerunt.

Sarraceni male pereunt.

Namque Deus ipſe ſibi eam victoriam reſeruauit, qui procella excitata, naues Sarracenorum diſiecit, & A plures naufragorum in littora Tyrreni maris eiecit: quos poſtea Neapolitani & reliqui nacti, partim patibulis affixerunt, partim ad inſtauranda vrbis mœnia, aliaſque operas damnauerunt: Non aliunde exiliente virtute, quam ab oratione Leonis Papæ, qui tunc ad Portum Romanum conceſſerat, & multis cum lacrymis ſuper exercitum Chriſtianorum hanc orationem orauerat: *Deus, cuius dextera B. Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur erexit, atque B. Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberauit: exaudi nos propitius & concede, vt amborum meritis horum fidelium veſtrorum brachia contra inimicos ſanctæ tuæ Eccleſiæ dimicantia, omnipotenti dextera tua corroborentur, & conualeſcant: vt de percepto triumpho nomen ſanctum tuum in cunctis gentibus appareat glorioſum. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.* De hac victoria B miraculoſe parta, Leo Papa Lothario Imp. ſignificauit, eumque ad gratias agendas inuitauit.

II Concil. Turon. aduerſus Nomenoium Duc. Britan. b *Annal. Franc.*

Hoc anno, [b] in Britannia minori contra Carolum Regem, quidam Nomenoius tyrannidem aſſumpſit. Ne vero vlterius dire ſæuiret, ad eum Leo Papa commonitorias ſcripſit. Is autem neque litteras accipere, neque à furore & cædibus deſiſtere voluit. Eum vt Epiſcopi aliqua ratione reprimerent, viginti & duo ex eis Turonos ad Synodum conuenere. Ex ea Tyranno ſcribentes, flagitia illi exprobrabant ab eodem commiſſa.

b *Lupus epiſt. 84.*

[b] *Cupiditate*, aiebant, *tua, vaſtata eſt terra Chriſtianorum, templa partim deſtructa, partim cum oſſibus ſanctorum cæteriſque reliquiis incenſa; poſſeſſiones Eccleſiarum, quæ fuerunt vota fidelium redemptio animarum, patrimonia pauperum illicite in tuos vſus redacta: hereditates nobilium ablata, & maxima multitudo hominum* C *& interfecta, & ſeueritas oppreſſa: rapina crudeliſſime perpetrata, adulteria & corruptiones virginum paſſim commiſſa, Epiſcopi legitimi ſedibus propriis expulſi, &* (vt mitius loquamur) *quia dicere nolumus, fures & latrones, mercenarii introducti. Patroni noſtri beati Martini quondam diœceſis, ex qua vos eſſe negare non poteſtis, violata: omnes poſtremo Eccleſiaſtici ordines perturbati, quod nimis dolendo & compatiendo dicimus. Satis hæc ad tuam perditionem ſufficiebant, ſed ad cumulum malorum auxiſti temeritatem, & omnem caſiſti Chriſtianitatem, dum vicarium Beati Petri Apoſtolicum, cui dedit Deus primatum in omni orbe terrarum, ſpreuiſti. Cum enim eum poſtulaſſes, vt in libro ſuo te ſcriberet, & pro te Dei clementiam exoraret; & ille directis literis, ſe id facturum promiſiſſet, ſi ſe monentem obedienter audires: non ſolum nihil eorum quæ mandauerat feciſti, ſed ne litteras quidem ipſas recepiſti. Et quia nolebas* D *à malo deſinere, temniſti bene monentem audire. In eo igitur læſiſti Apoſtolos, quorum eſt Princeps Petrus: læſiſti Epiſcopos, qui iam cum Deo regnant in cœlis, & miraculis corruſcant in terris: læſiſti & nos, qui etſi non habemus eorum meritum, idem tamen diuina gratia poſſidemus officium. Lambertum quoque Epiſcopum, feciſti tuum participem, imo auctorem perturbationis populi Chriſtiani. Iube afferri libros diuinos, & in eis comminantem Dominum audies:* [c] *Impio præbes auxilium, & his qui eum oderunt, amicitia iungeris: &, non ſolum qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus, dignos eſſe morte inuenies.* Plura addiderunt Epiſcopi, concludentes, quod, *ſi non auſcultaret, ſciret anathematis vltionem in tartaro ſibi & Lamberto præparatam.*

c 2. Par.

III. S. Wulſtani obitus. d *Matth. Veſtmonaſterien.*

Hoc ipſo anno, [d] ſanctus Vulſtranus nepos duorum Regum Merciorum in Anglia occiſus eſt. In loco in quo E innocenter cæſus eſt, columna lucis vſque ad cœlum porrecta omnibus circumcirca incolis per triginta dies ſtabat conſpicua. Galli gloriantur hoc anno corpus S. Helenæ Magni Conſtantini matris ex vrbana Eccleſia SS. Martyrum Petri & Marcellini, per Theagiſum Monachum ſe recepiſſe, & illo Diœceſim Rhemenſem nobilitatam eſſe.

Digitized by Google

LEONIS PAPÆ IV. ANNO 4. LOTHARII Imperat. anno 10. Michaelis III. Imperat. anno 9.

I. Cordub. eccleſ. nobilitata martyrib. a S. *Eulog. memorial. Sanct. lib. 2. c. 1.*

ANno Chriſti 850. Habdaraghman Rex Sarracenorũ in Hiſpaniæ, Cordubã ſanguine martyrum, quem pro Chriſto immaniter effudit, illuſtrauit. a Perfectus nomine presbyter eius Eccleſiæ, cæteris ad martyrium viam aperuit, qui primus doloſa arte Sarracenorum inuitus primum, inde libens volenſq; certaminis campum ingreſſus, glorioſum triumphum de perfidia debellata, & Chriſti gloria prædicata reuexit, multiplicique corona dignus qui primum pilum in hoſtem, cominus pugnaturus iniecit, primuſque vexillum confeſſionis ſuper mœnia impietatis erexit. Hic in cœnobio S. Aciſcli monachus ab adoleſcentia militans, perfectæ vitæ ſtipendia merens, vbi fraude Arabum ad publicam confeſſionem adductus, Mahometum Pſeudoprophetam ſcita oratione inſectatus, & deteſtatus pariter, Chriſtum Dominum verum Deum confeſſus eſt. Cuius rei cauſa detruſus in carcerem, detentus ibi diutius, fortior ſpiritu redditus, vehementius in illorum Pſeudoprophetam inuectus, obtruncatione capitis nobile certamen expleuit 14. Kalend. Maii. Eius exemplo plurimi Chriſtianorum ex latebris exilientes ad martyrium conuolarunt, tanta alacritate, vt barbaros ſtupore nimio affecerint. Arbitrabantur enim perditionem Reipubl. ſuæ, & regni ſui excidium abhinc imminere. Inter alios Ioannes quidem propola, per vrbem circumductus, & flagris laceratus, tandem capite cæſus eſt.

Cordubæ præcipue hæc ſæuiſſima carnificina, in Chriſtianæ pietatis cultores exercebatur. Ignes, candentes laminæ, cruciatus cæteri in eorum corporibus conſumpti. Fides Chriſto ſeruata, & ſyncerę religionis cultus grauiſſimum crimen erat: ſed alia facinora obtenta, ne ſancitum olim fœdus, de retinenda Chriſtiana religione violati videretur. Abderrhamanus, & Mahomed eius filius, callido homines ingenio, rem ſuperis æque & hominibus gratam ſe facturos exiſtimabant, Chriſtianorum reliquiis à ſtirpe exſcindendis: & ad ſtabiliendi imperii rationes pertinere inprimis iudicabant ſi religionis diſſidio ſublato, vno ſocietatis vinculo ſubditi omnes conſtringerentur.

Quis rerũ ſtatus eſſet antea Cordubæ.

Chriſtianis quidem, quo primum tempore occupata à Barbaris & oppreſſa Hiſpania fuit, conceſſa à victoribus erat patriæ religionis libertas. Sacerdotes, Monachi, ſacræ virgines, inſigni veſte diſcreti à cæteris, atque ex veteri ritu detonſi in publico conſpiciebantur, tum aliis locis, tum præſertim Cordubæ, quod propter amplitudinem vrbis, & quoniam in ea ſedes imperii Maurici fixa erat, numeroſa piorum multitudo confluxerat. Multa erant tum monaſteria, tum templa, ex Chriſtiano ritu ſacrata. Aciſcli martyris vnum, Zoili martyris alterum; tertium Fauſti, Ianuarii & Martialis: præterea Cypriani, Geneſii, Eulaliæ, ſingulæ ſingulorum nominibus ædes ſacræ, atque hæc intra vrbem. Extra vrbis mœnia, octo monaſteria: vnum Chriſtophori nomine trans flumen: in vicinis montibus alterum Mariæ virginis, Cuteclarenſe vulgo dictum: tertium Tabanenſe: quartum Pillencellanienſe ſaluatori ſacrum; quintum Armilatenſe Zoili nomine; adhæc tria alia, Felicis, Martini; atque Iuſti & Paſtoris.

Ex his omnib. locis, ære, plebs rei diuinæ cauſa nullo vetante conuocabatur. Mahumetum tñ impiæ gentis conditorem primum, maledictis publice aut priuatim inceſſere capitale erat. Maurorum templa, intrare vetitum, ea modo ſeruarẽt Chriſtiani; cętera ſuis legibus viuere ſinebãtur: ac ferme priſtinam retinere libertatem. Tolerabilis erat hæc ſeruiendi conditio; nam & Comitum dignitatem inter captiuos Chriſtianos retentam inuenio: niſi ab his initiis eorum calamitates in dies au-

A ctæ eſſent. Vectigalia inprimis, quæ initio modica erant grauiora miſeris imperata: quorum magnitudine vrgente, finem aut modum orabant: & cum non impetrarent, morte ipſa vitam duriorem propagabant. Hinc veteris odii ſemina ad maturitatem perducta. Chriſtiani grauiſſimum iugum depellendi conſilia communicabant. Mauri ad Chriſtianorum nomen exhorrebant, ſeque vel ipſo veſtium contactu contaminari ac pollui perſuaſum habebant. Hinc piorum ſermones obſeruare, vultum habitumque notare, contumeliis & probris initium rixæ quærere, neque Chriſtiani dubitare, tam multis iniuriis prouocati, legem & inſtituta Maurorum palam execrari. Hinc Regibus impiis & magiſtratibus occaſio Chriſtianorum nationem inſectandi: eo grauioribus malis, quod è Chriſtianis non B pauci à Mauris ſtare viſi ſunt, & ſuorum audaciam criminari; negareque palam, qui in certamine occubuiſſent, martyrum honore dignos eſſe; ſc. quod nulla eorum virtute miracula ederentur; quodque nulla neceſſitate defendendæ religionis, ſed propriæ voluntatis obſtinatione & audacia ſe in diſcrimen obtuliſſent, conuitiaque in aduerſarios haudquaquam neceſſario iactarent; cum religionis patriæ retinendæ conceſſa facultas eſſet. Ac illud demum opponebatur, corpora eorum qui occubuiſſent haudquaquam incorrupta ſeruari, vt veris olim martyribus contigerat numinis argumento certiſſimo. Recaffredus Epiſcopus, & Seruandus Comes martyribus exagitandis, & piorum conatibus comprimendis, ſe duces præcipuos præbuerunt. Eorum incitatione, à Barbaris, homines honeſtiſſimi, C nullo ętatis aut ſexus diſcrimine, in ferrum atque vincla coniecti. Abderrhamano agente, Epiſcoporum cõuentus Cordubæ habitus eſt. Patrum ſententia iniuriarum damnati, quicumq; icti olim cum Mauris fœderis conditiones violaſſent. Acerbam vitæ conditionem, ſpectaculum miſerum ac terrum, Chriſtiani nominis gloriam ludibrio tunc fuiſſe: cum qui propugnare atque reſiſtere parabant, vno tempore, à fronte quidem à barbaris, à tergo autem vrgebantur ab iis, quorum vocibus & exemplo excitati potius atque erigi conſentaneum erat. Multos profecto debilitari animis atque concidere neceſſe fuit: alii numine pleni, in acie perſtiterunt, proque Chriſtiana religione vitam & ſanguinem profuderunt.

D Ramiri regnum tempore breue, gloria rerum geſtarum celeberrimum fuit: grauiſſimo ſeruitutis iugo è piorum ceruicibus depulſo, compreſſaque inſolenti Mauricæ gentis audacia. Quod enim, Hiſpaniæ antiqua dignitas reſtituta eſſet, vnius Ramiri virtuti & perpetuæ felicitati acceptum feratur, neceſſe eſt. Foris clarus fuit, domi admirandus: nec bellica gloria quam pacis artibus maior. Magica ſacra cantioneſque ignis ſupplicio coercuit, furta, quorum erat magna licentia, eruendis latronum oculis iuſtiſſima pœna, auferri amplius delicti facultatem. Extat eius Regis cippus Oueti, cum hac inſcriptione. II. Ramiri Regis virtutes.

Obiit Diuæ memoriæ Ranimirus Rex, die Kal. Febr. Obteſtor vos omnes, qui hæc lecturi eſtis, vt pro requie illius orare non deſinatis.

E Ordonius eius filius qui Ramiro patri, iuſtis ſolemni ritu peractis, regium inſigne, nomen, poteſtatem animumque ſuſcepit, fuit miti ac tractabili ingenio, ſuauiſſimis moribus, ac per totam vitam actionum modeſtia ſingulari: vnde Procerum & populi ſtudia promeruit, cunctorumque animos deuinxit: nullius vt memoria gratior eſſet ea tempeſtate, & conſequentibus annis. Ordonii Ramiri filii mores & animi dotes.

Iuſti æquique tenax fuit; neceſſaria quidem virtus, ſed fraudi obnoxia in magnis Principibus, niſi impetũ animi prudentia regi, neq; ſe dolis circumueniri ſinant, prauorum hominum, quorum in aulis Principum magna multitudo eſt, eorum aurib. inſidiãtium bonorũq; innocentiæ, ſeque & ſuos alieno ſanguine ſaginantium

& qua

Digitized by Google

& qua re Principes maxime moueri intelligunt, ea in multorum perniciem abutentium, vti Ordonio per id temporis accidit. A

II. [Ataul]phus [Epi]ſcop. [C]om[p]oſt. [gra]uiſſimi [cri]minis accuſatur apud Regem.

Quatuor Eccleſiæ Cōpoſtellanæ ſerui, Ataulphum Epiſcopum, præcipua & maxima ſanctitate virum grauiſſimi criminis reum apud regem poſtularunt. Vir ſanctus in curiam, ad dicēdam cauſam euocatus venit priuſquam aulam adiret ſacris operatus, vt erat infulis ornatus, in veſteque ſacra ad Regem acceſſit. Hæc res, quę à furore retinere debuit, religionemque animo commouere, vehementius concitauit: ſiue criminis deteſtatione, ſeu iniuriam interpretatus, quod ad ſe continuo non veniſſet. Itaque taurum indomitum, telis, canibuſque irritatum in præſulem aduenientem immitti imperauit: quod nefas erat inaudita cauſa quenquam ſupplicio dānare. In tanto periculo Ataulphus, crucis ſigno ſe muniuit: Taurus poſita ferocitate demiſſo capite acceſſit, cornuaque contrectanda Epiſcopo præbuit: quæ magno omnium qui aderant miraculo, in eius manibus hæſerunt. Rex & Proceres ex ea re, viri innocentia perſpecta, ad genua procumbentes veniam rogarūt. Dedit ille non inuitus; cum negaret, recuperata ſua dignitate ignominiaq; procurata, ſe vnquam commiſſurum, vt cum ea quæ per iniuriam ablata erat, nominis exiſtimatio reddita eſſet, Chriſtiani hominis officii oblitus videretur, & virtutem animi non habere, quam nunquam perdidiſſet. Sunt qui anathematis execratione delatorum caput deuouiſſe affirmant. Depulſo ſane periculo, cum Pontificatū abdicaſſet, Aſtures ſe contulit: vbi ſecretam ab hominum congreſſu vitam ſanctiſſimam ad multam ætatem exegit. Tauri cornua è tholo templi maximi Ouetenſis ſuſpenſa, diu rei geſtæ monimenta fuerunt, atq; hæc ſub initia Ordonii regni contigerunt. *Marian. lib. 7. c. 16.* B C

Ataulphus miraculoſe purgatus à crimine falſo ſibi impoſito.

IV. Northm. & Boemi in Francos

[c] Per hæc tempora iidem Northmanni regnum Caroli vaſtauerunt, illo deſidente, & auxilia à Lothario promiſſa reſpuente.

c *Annal. Pithæi.*

Lupus Abbas Ferrarienſis per literas eum admonebat; [d] vt officio ſuo par eſſe vellet, ſi ab hoſtibus tutus eſſe deſideraret. Quaqua n. verſum ad eius prouincias aditus patebat, omnes illum inuadebant.

d *Epiſt. 64.*

[e] Nam & Boemi tunc temporis Gallias peruaſerant, & Francorum multitudinem deuicerant. Huic bello ſpiritus malignus ſe præfuiſſe, per os arreptitii proteſtatus eſt, ſeque per ſe & per ſocios, ſpiritus ſcilicet ſuperbiæ & diſcordiæ egiſſe, vt Franci diffugerent, & victoriam amitterent. D

e *Sigebert. in Chron.*

Fames grauiſſima in Germania.

Germaniam quoque fames grauiſſima tunc afflixit: in qua Rabanus Archiepiſcopus trecentos pauperes alimento ſuſtentabat. Mirandum id accidit. [f] Venerat quædam mulier pene conſumpta inedia, cum puero paruulo refocillari deſiderans. Sed antequam limen portæ attingeret, præ nimia imbecillitate corruens, animam exhalauit. Puer vero mamillam matris mortuæ, quaſi viuentis de ſinu protrahens, & ſugere pertentans, multos intuētes ad lachrymas concitauit. Quidam etiam de Grabfelden cum vxore ſua & filio tenero Thuringiam vadens, vxori ſuadebat, vt filium occiderent, & inediam repellerent. Recuſabat illa tantum ſcelus perpetrare. Sed is infantem ex vlnis maternis rapiens trucidare diſponebat, & ſane occidiſſet, niſi Deus duos lupos ceruam lacerantes in proximo oſtendiſſet. Quos ille cum abegiſſet, & à cæde infantis ſeſe continuit, & rugientem ventrem cibo diuinitus oblato ſaturauit. E

f *Annal. Pithæi.*

Neapoli, ſanctus Athanaſius Sergii filius Epiſcopatum eius vrbis eo anno obtinuit.

LEONIS PAPÆ IV. ANNO 5. LOTHARII Imper. anno 11. Michaelis Imper. III. anno 10.

I De perſecutione Eccleſiæ Cordub.

ANNO Chriſti 851. Sarraceni Cordubenſes ſemel in Chriſtianos ſæuire incipientes, etiam in hunc annum perſecutionem continuarunt. Sanctus Eulogius recitabat, [a] quia tunc *repleta ſunt penetralia carceris clericorum cateruis: viduata eſt Eccleſia ſacro Præſulum & Sacerdotum officio. Horrent diuina tabernacula ſqualidam ſolitudinem: aranea texit templum: tenent cuncta ſilentium. Confuſi ſunt ſacerdotes & miniſtri altaris, quia diſperſi ſunt lapides ſanctuarii in capite omnium platearum: & deſinentibus in conuentu hymnus cantionum cœleſtium, reſonant abdita carceris murmure ſancta Pſalmorum. Non promit cantor diuinum carmen in publico: non vox Pſalmiſtæ tinnit in Chriſto: non lector concionatur in pulpito: non Leuita Euangelizat in populo: non Sacerdos thus infert altaribus: quia percuſſo paſtore, diſperſionem intulit aduerſarius gregi Catholico.*

a *Documētum Martyriale.*

Cordubenſem enim Epiſcopum Sarraceni detruſerant in carcerem. Aliorum martyria recenſebat Eulogius. [b] Primus fuit qui martyrium ſuſtinuit, Iſaac nomine, nobilis genere, ciuis Cordubenſis, fungens exceptoris officio, abdicans ſe à ſæculo, monaſticam vitam profeſſus. Vbi poſtquam triennium exegit, ſponte iudicem adiit, deteſtatuſque impiam Mahometi Sectam, eius ſententia duci iuſſus, tertio nonas Iunii martyr glorioſus occubuit. Eius corpus, vna cum aliis qui idem certamen obierunt igni exuſtum eſt, & cineres in amnem proiecti. Nonis Iunii, Sancius Eulogii auditor martyrium conſummauit. Rurſum vero ſex monachi, ſcilicet Petrus Sacerdos, Vualabonſus Diaconus, Sabinianus, Vuiſtremundus, Habentius & Hieremias, poſt duos item dies iudicem ſanctorum cædis auidum adeuntes, & Chriſtianam fidem profitentes, & Arabicam ſuperſtitionem execrantes, ſeptimo Idus Iunii decollati ſunt, corpora eorum ſtipitibus affixa, deinde exuſta; cineres vero demerſi ſunt. Hos ſecutus eſt Seſinandus Diaconus Cordubenſis, qui ſeptimo Kalend. Augusti, vt per viſum admonitus fuerat, iugulum carnifici præbuit ad martyrium conſumandum. Cuius corpus in amnem proiectum, oſſa autem poſtmodum reperta, in templo S. Aciſcli condita ſunt. Inde vero Paulus Eccleſiæ Cordubenſis Diaconus, idem exantlatus certamen, eandemq; martyrii coronam promeruit 13. Kalen. Auguſti. Octauo autem Kalend. Auguſti Theodomirus Monachus, eiuſdem certaminis paleſtram ingreſſus, parem palmam obtinuit; vnaque cum eo in Eccleſia S. Zoili Martyris conditus eſt. Secutæ & fœminæ, Nunilo & Alodia ſorores, patre Mahometano, matre vero quamuis Chriſtiana, non admodum tamen pia natæ. Hæ diuerſis primo tentatæ illecebris, deinde minis acerrimis impetitæ, cum nec illis abducerentur, nec his decederent, cæſæ gladio conſecutæ ſunt agonis mercedem: 11. Kalend. Nouemb. Harum corpora ab infidelibus occultata, magnis ſunt illuſtrata miraculis: adeo vt etiam erga Mahometanos eas inuocantibus celeri auxilio præſto eſſe conſueuiſſent. Has imitata Flora virgo, fratris proditione delata, robore fidei fortis in confeſſione perſiſtens, primum in capite ita eſt crudeliter verberata, vt non capillis tantum ſed & cute nudata os caluatiæ appareret, poſtea fratri tradita punienda, ſimulq; cuſtodienda, noctu fugiens, tutas nacta eſt vſq; ad tempus Martyrii latebras: tūc cum ſorore atq; compare virgine, Maria nomine, meruit inſigniri Martyrii corona. Maria enim & ipſa virginitatis flore inſignis, monitu fratris Martyris ad Martyrium inflāmata, monaſterium clam egreſſa, forū aditura, & pro Chriſto certamen quæſitura, diuertēs in Eccleſiam, ibi diuina prouidentia Floram inuenit, quam ad palmā Martyrii conſortē habere meruit. Ambæ itaq; ſimul cōfeſſæ, carcere clauſæ, à D. Elogio per libellū animatæ, ſacra ſignacula vultibus imprimentes, carnificis gladio colla libenter

Martyres Cordub. b *lib. 2. Memorial. Sanct. c. 1. 2. 3. & ſeq.*

ſubdiderunt. Tunc etiam S. Eulogius in carcerem detruſus eſt.

II. Mortui expetunt ſuffragia viuētium. c Frodoard. lib 3. c. 3.

In Galliis,[c] Ebbo ille à Rhemenſi ſede depoſitus, defunctus eſt. Ferunt quendam Bernoldum nomine, per viſum accepiſſe, ipſum Ebbonem cum aliis nonnullis Epiſcop. torqueri pœnis purgatorii, expetiiſſeq; eos ſuffragia viuentium, orationes & eleemoſynas, præcipue vero ſacratiſſimum miſſæ ſacrificium; quibus exhibitis, iidem pœnis fuerint alleuiati.

LEONIS PAPÆ IV. ANNO 6. LOTHARII Imper. anno 12. Michaelis III. Imper. anno 11.

I. Dedicatio noui ciuitatis Leon. a *Anaſtaſ.*

ANno *Chriſti* 852.[a] Leo Romanus Pontifex, abſoluta noua quam cæperat ciuitate, eam dedicauit, atque Leoninam appellauit. In dedicatione illius, omnes cum eo Epiſcopi, Cardinales, Clerus, ſenatus populuſq; Romanus, poſt litanias & pſalterium decantatum, nudis pedibus, capita conſperſi cinere, cum hymnis & canticis ſpiritualibus, muros in circuitu circumeūtes, aquam à Cardinalibus benedictam ſuper eos aſperſerunt. Leo autem tres orationes ad rem accommodas ſuper illos recitauit, orans Deum vt recens ædificata ciuitas & Chriſti conſeruaretur in æuum auxilio, & Angelorum ſanctorumque omnium præſidio ab vniuerſo inimicorum ſecura & imperterrita perduraret incurſu. Abſoluta mœniorum conſecratione, in Baſilicam D. Petri proceſſit, proque incolumitate populi, & ſtabilitate recens ædificatæ ciuitatis ſacrificium miſſæ celebrauit: in vigilia SS. Petri & Pauli Apoſtolorum. In ciuitatem quoque Portuenſem nouam Coloniam ex Corſica duxit: vt ii præſto eſſent, ad inſultus Sarracenorum retundendos, ſi forte conarentur rurſus Italiam inuadere. Cæterum cum & Sardi ſibi à Sarracenis metuerent, adeoque nouas ſedes requirerent, eis vicum triginta ab vrbe milliaribus, ab eorundem inhabitatione dictum vicum Sardorum aſſignauit, & Baſilicam ſacroſanctæ Dei genitricis indidem ſitam magnis muneribus amplificauit.

II. Alii Martyres Cordubenſes. b *S. Eulog. lib. 2. c. 9.*

In Hiſpaniis Saraceni in Chriſtianos Cordubenſes perſecutionem continuarunt. [b] Nam 13. die Ianuarii paſſi ſunt Humeſindus Toletanus, & ſeruus Dei Monachus, Die vero 27. Iulii necati ſunt ſancti Martyres Aurelius & Felix Cordubenſes viri coniugati, cum vxoribus ſuis Sabigotho & Liliosa, & cum Georgio Syro Monacho. Die deinde 20. Auguſti martyrio coronati ſunt duo Monachi vita ſanctiſſimi Chriſtophorus Cordubenſis & Leouigildus Eliberitanus. Inſuper die 14. Septemb. Emila & Hieremias Cordubenſes pro Chriſto cæſi, conſecuti ſunt inſignes Martyrii coronas. Die vero ſequenti ſanguinem pro Chriſto fuderunt, duo Monachi Rogellus Elibetitanus, & Seruio Syrus. Excarnificati ſunt pariter & plures alii ſancti. Namque ex Senatus & Philoſophorum ſuorum conſulto, vniuerſos Chriſti fideles trucidare decreuerat. A qua iuxta conſilium Domini fugientes plurimi latibula petierunt, & alio commigrarunt. Inter Sarracenos fuit quidam fidei deſertor exceptoris officio defungens. Is quanquam in alios, in ſanctum tamen Eulogium quam maxime ſæuiebat, compellens ex decreto pſeudoconcilii Apoſtatantium quorundam Epiſcoporum, vt ſanctos anathematizaret, & electos ſtylo perſequeretur.

III. Vltio diuina in Regem Saracenorum.

Rex porro ipſe Sarracenorum, creſcente numero Martyrum, magis animo exardeſcebat in eos: adeo vt corpora eorum iam extincta, ad ſtipites religare, & ignibus ſuppoſitis concremare imperarit. Tamdiu autem graſſatus eſt, donec ab Angelo percuſſus, primum linguæ vſum, deinde vitam infelix, priuſquam rogus ſanctorum cadauerum extingueretur, amiſerit. Pii, cœleſtem vindictam interpretati ſunt, effuſi Martyrum ſanguinis. Confirmauit opinionem, cum qua hora Martyrum corpora, in patibulis tabo ſanieq; diffluentia, è ſublimi palatii parte contemplatus, igne torrere mandaſſet, inter aſtantium manus collapſus, mutuſque effectus, eadem nocte obiiſſet, relictis filiis 44. filiabus 42. Succeſſit ei in regno Mahamet filius, inſignis perſecutor Chriſtianorum.

IV. Concil. Mogunt. III. ſub Rabano.

Eodem anno Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcopus, corpus S. Remigii Francorum Apoſtoli, ſecundo tranſtulit, & epitaphio verſib. ſcripto exornauit: à Leone autem Pontifice, pallium ad quotidianum vſum accepit; cum prius illud pro ſolemnitatibus obtinuiſſet. Rabanus Archiepiſcopus Moguntiæ, auctoritate Leonis Papæ, cum omnibus Epiſcopis atque Abbatibus Orientalis Franciæ, Baioariæ & Saxoniæ ſynodum congregauit, & in ea quæſtiones nonnullas definiuit. Carolus Rex Francorum, filios fratris ſui Pipini Regis, Pipinum & Carolum Regnum inquietantes cepit, & attonſos in monaſterium detruſit.

LEONIS PAPÆ IV. ANNO 7. LOTHARII Imperat. anno 13. Michaelis III. Imperat. anno 12.

I. Concil. Sueſſion. in cauſa ordinatorū ab Ebbone Rhemenſi. a *Frodoard lib. 3. c. 11. & Tom. 3. concil.*

ANno *Chriſti* 853. [a] Sueſſione in Galliis celebrata eſt Synodus Epiſcoporum, in Caroli Regis præſentia. Quæſitum eſt, de his quos Ebbo Rhemēſis ſub Ludouico Imp. ſede priuatus, ſacris initiauerat, an ſacerdotio fungi deberent. Itū eſt in ſententiam Hincmari, qui aiebat indignos illos eſſe hoc nomine, ac munere. Relatum ad ſedem Apoſtolicam decretum, ſententia poſtea Nicolai Papæ reſciſſum eſt. Conabatur quidē Hincmarus à Leone Pontifice, & poſtea à Nicolao Benedicti ſucceſſore confirmationem decreti ſynodalis Sueſſione facti obtinere. Cæterum à Leone reiectus fuit: à Benedicto autem ſucceſſore Nicolao doli ignaro ſubripuit, & in fraudem obtinuit: ſed cum adiecta à Benedicto anteceſſore (à quo ſimiliter confirmationē Hincmarus ſurripuit) conditione: ſcilicet; *Si ita eſt*, inquit, *noſtroque vt ſcriptis præſulatui intimaſti, & geſtorum ſerie demonſtraſti.* Et: *Saluo in omnibus iure Apoſtolicæ noſtræ ſedis*: &: *excepta poteſtate ſedis Romani Pontificis.* Cæterum, cum aliter rem propoſuerit Hincmarus Benedicto Romano Pontifici, quam erat reuera, proinde neque ea confirmatio in cauſa depoſitionis Sacerdotum ab Ebbone conſecratorum, quicquam habuit momenti. Ex eadem ſynodo miſſi ſunt à Carolo Rege, aliqui delegati, qui monaſteria & Eccleſias totius Regni Franciæ viſitarent, & ſi quid dignum reformatione vel reparatione inuenirent, decreto ſynodi ſtatuerent: & omnia eis ablata, auctoritate regia reſtituerent, atque à Northmanis vel Sarracenis diruta templa & alia ſacrorum virorum ædificia inſtaurarent.

Acta Synodi Sueſſio. reſciſſa.

II. Northm. Gallias infeſtant. b *Annal. Pithœi, & Oddo Cluniac. Abbas.*

Per idem enim tempus, [b] Northmani Ligeri fluuio deſcendentes, plurimas ciuitates Franciæ deuaſtarant, templa ſpoliauerant, diruerant, incenderant. Inter reliquas cædes quas tunc patrarant Nannetem irrumpentes, imbellem plebis multitudinem in Eccleſia SS. Petri & Pauli Apoſtolorum congregatam, vna cum ſacerdotibus, clericis, & monachis, interemerunt, atq; ſimul etiam Epiſcopum gladio percuſſerunt. Turonenſes ſibi ab incurſione eorum timentes, corpus S. Martini Antiſiodorum eo tempore in Eccleſiam S. Germani tranſtulerunt. Namque non longe iam à Turonis monaſterium maius peruaſerant, & in ea nonaginta quinque Monachos occiderant, reliquos autem viginti quatuor in fugam verterant, Abbatem autem Hebernum vt & illos, & theſauros Eccleſiæ perderet non quidem excarnificarunt, ſed diuturnis cruciatibus afflixerunt. Toto illo tempore quo Diui Martini ſacrum corpus Antiſiodori fuit, maximis miraculis illuſtratum eſt. Cæci ſiquidem viſum, claudi greſſum, febricitantes ſanitatem, aridi ſoſpitatem, leproſi mūdationem, paralytici membrorum reintegrationem recipiebant. Eam ob rem ex omnibus fere ciuitatibus populi confluebant, & maximis do-

Reliquiæ S. Martini liberatæ, à furore Northm.

Digitized by Google

nariis ſanctum Martinum honorabant. Tantus autem oblatæ pecuniæ excreuit cumulus, vt inuidiam clero Antiſiodorenſi moueret. Dicebant enim, ſe quoque in eodem templo corpus ſancti Germani habere, ac proinde æquum eſſe, parem eiuſdem pecuniæ portionem debere habere. His porro Turonenſes, corporis ſancti Martini cuſtodes reſpondentes aiebant. Miracula illa non à ſancto Germano, qui ante hac ibidem conditus per ea tempora nulla fecerat, ſed à ſancto Martino eſſe. Itaque nulla ratione illos poſſe quicquam ex oblatis ſancto Martino participare. Addebant: Vt, inquit, ex animo veſtro omnis ſuper hoc dubietatis ſcrupulus excludatur, leproſus hic qui præ oculis eſt, in medio, ſi placet, præſulum ſanandus inferatur. Si itaque Martini latere illius latus poſitum conualuerit, & Germani lateri eiuſdem latus adiunctum in lepra perſtiterit, virtutis auctori Martino miraculum adſcribatur. Si autem è conuerſo à Martini latere leproſi pars poſita non curetur, & Germano pars inhærens ſanetur: ad Germani merita patefacta virtus & miraculum transferatur. Acquieuerunt vtrique, & prolata iudicii ſententia ab omnibus approbatur, atque in argumentum agnoſcendæ veritatis, in medio præſulū leproſus ponitur. Decurſa igitur nocte illa in vigiliis & laudibus; mane illuceſcēte cōuenientib. vtriſq; partibus, medietas hominis à Martini parte poſita ſana & incolumis reperta eſt: pars autem altera, occulto Dei iudicio, ſananda dilata eſt. Vt autem per miraculum euidentius fides eluceret, leproſam partem iterum ſanandam verſus ſanctum Martinum conuerterunt, & mane facto ſub oculis omnium ſanatam repererunt. Procul dubio hoſpiti ſancto Martino, à ſancto Germano delato honore, ita vt non ſolum inter viuentes, ſed etiam vita functos Epiſcopos, Canonum antiquorum obſeruantia vigeret, ſcilicet, vt peregrino Epiſcopo deferat, qui recipit eum hoſpitio loci Præſul.

Notabile Miraculum

III. Eodem anno, [c] die octaua Decembris Leo Romanus Pontifex, ſexaginta ſeptem Epiſcoporum Synodum, Romæ coram confeſſione ſancti Petri, pro reformatione cleri habuit. Interfuerunt ei quatuor Epiſcopi Legati ab Imperatoribus deſtinati: Ioſeph Eporedienſis, Notingus Brixienſis, Petrus Spoletinus, & Petrus Aretinus. Quadraginta duos canones, ad profectum Eccleſiaſticorum & omnium Chriſtianorum conſtituit Leo, & poſt cætera decreta Pontificum ſcribi eos iuſſit, vt ex illis Epiſcopi erudirent ſubiectos. In eadem Synodo Anaſtaſius presbyter Cardinalis tituli B. Marcelli, ab omnibus canonice eſt depoſitus, eo quod parochiam ſuam per annos quinq; contra canonum inſtituta deſeruiſſet, & in aliena demorat* eſſet, neq; ad duo priora Concilia, per literas Apoſtolicas & per tres Epiſcopos vocatus venire voluiſſet. Subſcripſit decreto poſt Leonem Pp. Lotharius Imp. cum primum illud nactus eſſet: Inter Epiſcopos autem reliquos, *Creſcentius Triberſis Antiſtes*. Decretum porro antequam in Anaſtaſium tuliſſent, Canonem iſtum ſanxerunt: ſi quis presbyter parochiam propriam deſerens ad aliam properauit; deinde omnino demigrans, in alia parochia per multa tempora nititur immorari; vlterius ibidem non miniſtret: maxime ſi vocanti Epiſcopo ſuo, regredi ad propriam parochiam & commorari, obedire contempſerit. Quod ſi in hac diſciplinatione perdurat; à miniſterio modis omnibus amoueatur: ita vt nequaquam locum reſtitutionis inueniat.

III. Concil. Rō. pro diſciplina Eccleſ. c Anaſtaſ. Anaſt. Cardin. depoſitus ob deſertam parochiam.

IV. Cordubæ in Hiſpaniis, adepto patris Imperio Mahomad, conſeſtim in promptum odium contra Chriſtianos prorumpens, iuſſit Chriſtianos aut religionem aut vitam relinquere: tum deinde Eccleſias nuper ſtructas diruere, & quicquid nouo cultu in antiquis baſilicis ſplēdebat, fueratque temporibus Arabum rudi formatione adiectum elidere. Inter alios, adoleſcens quidam Fandila nomine aſpectu decorus, honeſtate vitæ probabilis, Sanctus & Timoratus ex monacho presbyter, primus hoc anno aditum exercendi martyrii, ſub huius tyranni priuilegio patefecit. Quodam enim tempore obfirmato vultu iudici aſtans, prædicauit Euang. lium ac impudicum exprobrauit vatem. Quo facto irritatus tyrannus, illum capite imminui imperauit. Sequenti die Anaſtaſius presbyter, cum hoſtem fidei, veridicis aſſertionum ſtimulis feriiſſet, gladio percuſſus eſt. Cū quo & Felix monachus ex oppido Complutēſi progenitus, & quadā occaſione in Aſturias deuolutus, cum fidem Catholicam confeſſus eſſet, abſciſſis ceruicibus triūphauit. Secuta eſt illos virgo quædam merito & nomine Digna. Paulo ante martyrium ſuum, vidit quadā nocte S. Agatham ſibi apparentem, roſas ac lilia manu geſtantem, & interroganti quæ eſſet, & cur veniret, reſpondentem: *Ego ſum Agatha olim propter Chriſtum diris attrita ſuppliciis: & nunc veni partem tibi purpurei muneris huius conferre. Accipe libens donarium, & viriliter age in Domino. Nam reliquias roſarum & liliorum quas in manibus ſeruo, poſt te ex hoc loco datura ſum migraturu.* Dixit Agatha, flores Dignæ dedit; illa ab his in amorem martyrii incaluit; ex monaſterio proceſſit: Iudicem crudelitatis & impietatis redarguit: & tandem ab iniquo capitis ſententiam excepit. Secuta eſt illam Benildis fœmina ætate iam prouecta, die 17. Calend. Iul. occiſa. Die autem 15. Calend. Octob. poſt multos fidei aſſerendæ congreſſus, ſancta Columba virgo Cordubenſis, palmam martyrii obtinuit. Nec multo poſt, alia virgo Pompoſa nomine ex cænobio ſancti Saluatoris ad paſſionis agonem contendens, fortitudinis præmium conſecuta occubuit.

IV. Alii Martyres Corduben. S. Euleg. memorial. lib 3. c. 1. 2. 4. & ſeq.

V. In hunc annum Marianus Scotus, qui poſt ducentos & triginta annos vixit & ſcripſit, primus auctor fabellæ, Leonis quarti obitum ponit, & Ioannem fœminam Pontificem fingit: iam à tota hiſtoria per ſcriptores Eccleſiaſticos exſibilatam. Non mirum, ſi recentiorum aliqui ſuas hiſtoricas narrationes, ea fabula contaminarint. Namque ad ſolum Marianum Scotum aſpexerunt, & ex illius proſtibulo, hanc ſtropham vel Scrofam mutuati, veri ac diligentis hiſtorici nomina amiſerunt. Florimundus Remundus inter alios ſufficiat Nouatoribus his, qui indoctas fabulas ſequuti, hanc impoſturam, ſeipſam per ſeipſam conuincentem amplectuntur, & diuendunt. Sane poſt Anaſtaſium bibliothecarium indubitatæ fidei hiſtoricum, nullus eorum qui temporibus Leonis & eius Succeſſoris Benedicti vixerunt, & ſcripſerunt, aliquem inter Leonem & Benedictum interceſſiſſe Pontificem memorarunt. Lupus Abbas Ferrarienſis, & Patres Concilii Tullenſis, & Nicolaus Papa, qui poſt annos quinque Benedicto ſucceſſit, Leonis immediatum ſucceſſorem Benedictum ponunt, mendacique reuincunt hominem Scotum totis duobus ſæculis & amplius. & toto vt vocant, cœlo, ab vrbe & à Leone quarto diſiunctum.

V. Confutatio fabulæ de Papiſſa Ioanna.

Porro nec tempus, nec locus, nec nomen, nec duratio, nec reliqua fabulæ iſtius conueniunt. Non tempus: Nam Leo quartus duobus annis, Anaſtaſio viuente, vidente, ſcribente ſuperſedit. Non locus: naſcituræ Ioannis iſtius confictæ: Nam aliqui Moguntinam Angliam, aliqui neſcio vbi terrarum ortam; & Athenis, quorum ſcholæ iamdudum extinctæ, doctam fœminam inſulſe inſulſi nepones tradunt. Nec nomen idem: Ioannam alii, alii Agnetem, nonnulli Gilbertam, Iſabellam, Margaritam: & alii quidem Ioannem ſeptimū, alii octauū, alii nonum fingunt. Cum tamen in hiſtoria Eccleſiaſtica ex fide publica Claſſicorum auctorum ſcitum, quis ſeptimus, octauus & nonus Ioannes Romanus Pontifex, & quia nullus eorum fœmina extiterit. Sed nec in tempore & loco proceſſionis, parturitionis, & durationis ſedis veriſimilia mentiuntur. Alii enim biennio, alii quatuor menſibus, alii vno anno Pontificatum illius definiunt. Clauſetus doctus impoſtor & ſutor, ad Laonicum Chalcocondilam quem Græcum fecit, Græco non Germano calamo aſſuere veritus non eſt iſtud putidum commentum, à Florimundo primum Orbi reuelatum.

Multimoda eius falſitas.

Digitized by Google

LEONIS PAPÆ IV. AN. VIII. LOTHARII IMP. an.14. Michael.3. Imp.an.13.

I. Centumcellæ à Leone PP.IV reædificatæ. a *Anaſtaſ.*

ANno *Chriſti* 854.[a] Centumcellenſes ciues ſibi quotidie à Saracenis metuentes, vrbem ſemirutam reliquerant, & in montibus ac ſiluis iniucundam vitam ducentes peterrabant. Horum itaq; Leo Papa miſertus, eo venit, & aliam ciuitatem loco munitam ac per reuelationem indicatam ædificauit. Nocte enim quadam dum in lectulo dormiret, viſus eſt ſibi ad eum locum, in quo nunc Centumcellæ ædificatæ ſunt, acceſſiſſe & loca ſingula cuidam Petro Magiſtro militum, quaſi per corporalem præſentiam in ipſa reuelatione per ordinem demonſtraſſe: ſcilicet, vbi Eccleſias, vbi portas, & vbi reliqua ædificiorum extrueret. Et quia præ loci anguſtia non niſi duæ portæ ibidem conſtruendæ erant, & iſtud quoque in arcana reuelatione digito ſignauit: expergefactus viſum aliis retulit; ciuitatem ædificauit, atque Leopolim appellauit, ditauit. Eccleſiíſque multa donaria aurea & argentea dedicauit.

II. Conc. Cõſtantinop. pro damnatione Epiſc. Conſtantinopol. b *Eulog. mẽ. ſanct. lib.3. cap. 12.* c *Nicol PP. epiſt 9.*

Eodem anno,[b] V. Idus Iulii, Cordubæ in Hiſpania S. Abundius presbyter martyrium conſummauit.

Conſtantinopoli,[c] Ignatius Patriarcha Concilio conuocato, Gregorium Epiſc. Syracuſanum depoſuit: atque tum à Leone, tum ab eius ſucceſſore Benedicto confirmationem eius ſententiæ poſtulauit. Sed hi ſedis Apoſtolicæ moderamina ſeruantes, noluerunt ſic vnam partem audire, vt aliæ parti nihil penitus reſeruarẽt. Quod cum Gregorius per Legatum ſuæ partis Zachariam nomine cognouiſſet; ſcilicet, ſedem Apoſtolicam in ſua depoſitione nullatenus conſenſiſſe, non gratias egit, nec à cæptis in Ignatium contumeliis conquieuit, ſed benignitate Dei & potentia ſedis Apoſtolicæ in ſuperbiam abutens, in eundem Ignatium Patriarcham ſuũ rediuiua iacula impietatis inhærenter exacuit, quærens vt is deponeretur, & in locum illius Photius Eunuchus ex laico intruderetur. Opportunè ad eius improbitatẽ[d] Michael Imp. ex ephæbis excedens tunc mutauit. Occiſo enim à Barda, Theoctiſto Curatore, Manuele autem altero Curatore morbo è vita ſublato, Pædagogi & Bardæ hominũ perditorum auſpiciis, plane ſimilis Neroni euaſit libidine, prodigalitate, ſæuitia, Diuum contemptu, atq; faſtidio matris recta conſulentis. Hæc omnia homini odium conciliabant, omniumq; in ipſum iram merito concitabant, & quod peſſimũ eſt, Cinædorũ ipſum comitãtium ſocietas, & ad omne turpe facinus paratura. Illos Michael in honore habens & colens, diuinis vero inſultans & illudens, ſacras veſtes auro cõtextas induit & chlamydes; turpiterque cogebat & impure res diuinas peragere, caſtiſſimaque myſteria, iſtorum Principem, Gryllum nomine, vocans Patriarcham, & reliquos vndecim Metropolitas: ſe quoque vnum è Sacerdotibus fieri voluit, qui Præſul Coloniæ appellabatur. Cumque oportebat eos canere, myſteriaque perficere, cithara cantiunculas abſoluebant, nunc ſenſim quodammodo & leui voce reſonantes, nunc incitata & clara, perinde atque in ſacris cæremoniis Sacerdotes ſacrorum hymnorum voces edere conſueuerant: habebantque vaſa inaurata, & pretioſis lapidibus ornata, quæ aceto & ſinapi implentes, iis qui ſumerent, porrigebant; ad hunc modum ſacroſancta & impolluta myſteria irridentes. Accidit quandoque vt improbus iſte cætus, cinædorum ſcilicet, quo repræſentabatur Patriarcha cum Epiſcopis, in via occurreret beato Ignatio Patriarchæ cũ ſacro clero & ſupplicationibus procedenti. Quo Gryllus conſpecto, turpiter ſimul & impudenter nihil cedens, rem iſta teſtudine, cum ſuis ſodalibus vehementioribus plauſibus vſus, ſanctos illos maledictis & turpibus probris laceſſebat. Iſte etiam impudentiſſimus Imp. aliquando matrẽ quoq; ſuam Theodoram in Palatio adhuc degentem acceſſiuit, vt à Patriarcha (nam iſtum eſſe B. Ignatium finxerat) benedictionem acciperet. Vt igitur honeſtiſſima mulier ſumma religione exiit, ſeque in terram proſtrauit, benedictionem petens, nihil omnino ſuſpicata; quippe cum interim Gryllus os occultaret: ſurgens ille oppedit, crepitum ſcilicet ventris emiſit, verbaq; proprio ore digna pertulit. Ipſa vero grauiter & iniquo animo factum illud ferens, execrationibus filium inſectabatur, ipſumq; propediem diuina prouidentia deſtitutum iri, quaſi Propheta, vaticinata eſt.

III. Mich. Imp corruptiſſimi mores. d *Ioan. Curopalat. in Michaele.*

Myſterior. Chriſt. deriſus per Imp.

BENEDICTI PP. III. ANN. I. LOTHARII IMP. ann.15. Michaelis 3. Imp.an.14.

I. Conc. Valent. contra hæret. a *Tom. 3. Concil.*

ANno *Chriſti* 855.[a] Sexto Idus Ian. celebrata eſt Synodus Valentina in Galliis, 14. Epiſcoporum. In ea, Gotheſcalcum Prædeſtinatianum Scotum iterum condemnarunt. Vetuerunt, ne vtraque pars litigantium, ſimul iuraret: neq; litigantes duello controuerſias dirimerent; vtq; in duello occidentes vel mutilantes velut homicidæ & latrones publici haberentur atq; damnarentur. Eius Synodi conſtitutiones, in Concilio Ticinenſi ab Epiſcopis Ciſalpinis celebrato, confirmatæ, atq; à Ludouico Imp. laudatæ ſunt. Hoc Ticinenſi Concilio abſoluto,[b] Ludouicus Imp. adhuc Leone viuente, Romam non ſine exercitu properauit. Quidam Daniel Magiſter militum, Gratianum item Magiſtrum militum detulerat, quaſi is Francos ab Italia exigere cogitaret, & diceret: Quia Franci nobis nihil boni faciunt, neq; adiutorium præbent, ſed magis quæ noſtra ſunt violenter tollunt: quare non aduocamus Græcos, cũ eis fœdus pacis componentes, & Francorum Regem & gentem de noſtro Regno & dominatione expellimus? Propter hæc verba Ludouicus furore ſuccenſus, & coniurationem metuens Romam venit, & iudicio coram Leone Pontifice inſtituto, contra Gratianum inquiſiuit. Tantum autem abeſt vt Daniel quicquam contra eundem demonſtrare potuerit, vt etiam calumniæ reus à toto ſenatu populoq; Romano fuerit accuſatus, conuictuſq;, criminis ſeipſum ore proprio damnauerit. Hoc peracto iudicio, S. Leo PP. obdormiuit in Domino die 16. Cal. Aug. & ſepult⁹ eſt in baſilica S. Petri Apoſt. Sanctorũ cultum præcipue dilexit: & ideo Eccleſias eorum inæſtimabilibus donis ornauit, & multa illorum corpora honorifica ſepultura recondidit. Præter alia plurima eius in cauſis diuerſis reſcripta, reperitur apud Anſelmum Lucenſem Epiſcopum, ſui temporis celebrem Theologum, homilia ad Epiſcopos vniuerſos ſcripta, quam quiſque Epiſcoporum in Synodis diœceſanis ad clericos recitaret: digna planè quæ in vtilitatem parochorum inſeratur. Eſt autem huiuſmodi.[c]

b *Anaſtaſ.*

II. S. Leon PP. obitus.

Homilia Leonis PP. ad vniuerſos Epiſc. c *Cod. Vaticanus, qui inſcribitur, liber Cenſuum.*

Fratres, presbyteri & Sacerdotes Domini, cooperatores mihi eſtis ordinis. Nos quidem quamuis indigni, locum Aaron tenemus; vos autem Eleazari & Ithamar. Nos vice duodecim Apoſtolorum fungimur: vos ad formam ſeptuaginta diſcipulorum eſtis. Nos paſtores veſtri ſumus, vos autem paſtores animarum vobis cõmiſſarum. Nos de vobis rationem reddituri ſumus Paſtori noſtro Ieſu Chriſto: vos de plebibus vobis commendatis. Et ideo, chariſſimi, videte periculum noſtrum & veſtrum. Admonemus itaq; & obſecramus, ſicut alibi ſcriptum inuenimus, fraternitatem veſtram, vt de communi ſalute veſtra cogitantes, attentius audiatis admonitionem noſtram: & quæ vobis ſuggerimus, memoriæ commendetis, & opere exercere ſtudeatis.

III. *Inprimis admonemus, firmiterq; præcipimus vt vita & conuerſatio veſtra irreprehẽſibilis ſit, ſcilicet vt cella & habitatio veſtra ſit iuxta Eccleſiam, & in ea fœminas non habeatis. Omni nocte ad nocturnas horas ſurgite; curſum veſtrum certis horis decantate: Miſſarum celebrationes deuote peragite: Corpus & ſanguinem Domini cum timore & reuerentia ſumite. Vaſa ſacra proprijs manibus abluite & extergite. Nullus miſſam cantet ſolus. Nullus ante ſ. lu ortum, niſi in natiuitate DOMINI. Nullus cantet eam niſi ieiunus. Nullus cantet qui non communicet. Nullus cantet ſine lumine, ſine amictu, ſine alba, ſtola, felonio & caſula. Veſtimenta nitida ſint, & ad nullos alios vſus ſint. Nullus in alba, qua in ſuo vſu vtitur, præſumat miſſas cãtare. Null⁹ in ligneo, plũbeo, aut vitreo calice audeat miſſã agere. Nulla*

Digitized by Google

fœmina ad altare Domini accedat, & calicē Domini non attingat. Corporale mundiſſimum ſit. Altare ſit coopertum mundiſſimis linteis; Super altare nihil ponatur niſi capſæ cum reliquijs ſanctorum, aut forte quatuor ſancta Dei Euangelia, aut pyxis cum corpore Domini ad viaticum pro infirmis: cætera in loco mundo recondantur. Miſſale plenarium, & Lectionarium, & Antiphonarium vnaquæque Eccleſia habeat. Locus in Secretario aut iuxta altare ſit præparatus, vbi aqua effundi poſſit, quando vaſa ſacra abluuntur, & ibi linteum nitidum cum aqua dependeat, vt ibi Sacerdos manus lauet poſt communionem. Eccleſiæ ſint coopertæ, & bene cameratæ, & atrium ſit ſemper mundatum. Nullus extra Eccleſiam per domos, aut in locis non conſecratis miſſas cantet ſine licentia ſui Epiſcopi. Omnis presbyter clericum habeat ſcholarem, qui epiſtolam vel lectionem legat, & ad miſſam reſpondeat, cum quo & Pſalmos cantet. Nullus cum calcaribus vel cultellis miſſam cantet, quia indecens & contra regulas Eccleſiæ eſt. Calicem & oblatam recta cruce ſignare, id eſt, non in circulo & variatione digitorum vt plurimi faciunt, ſed diſtrictis duobus digitis & pollice intus recluſo per quos Trinitas annuitur. Iſtud ſignum † recte facere ſtudete: Non enim aliter quidquam poteſtis benedicere. Infirmos viſitate, & vt ſua rationabiliter diſponant admonete: deinde reconciliate, & iuxta Apoſtolum, oleo ſancto inungite, & propria manu communicate: & nullus præſumat communionem laico aut fœminæ tradere ad deferendum infirmo. Nullus veſtrum pro baptizandis infantibus, aut infirmis reconciliandis, aut mortuis ſepeliendis præmium, aut munus exigat. Videte ne per negligentiam veſtram vllus infans abſque baptiſmo moriatur. Nullus veſtrum ſit ebrioſus, nullus ſit litigioſus quia ſeruum Dei non decet litigare. Nullus veſtrum arma ferat in ſeditione; quia arma veſtra ſpiritalia debent eſſe. Nullus canum aut auium iocis inſeruiat. Nullus in tabernis bibat. Vnuſquiſque veſtrum (quantum ei datur, & in ſe eſt) aliquid de ſacro Euangelio, vel de epiſtolis Apoſtolorum die Dominico vel feſtis diebus plebi ſuæ annunciet.

Vnuſquiſque presbyter officium ſuum rectè addiſcat; qui autem eſt illiteratus, ab officio ſuſpendatur, niſi emendet. Verbum Domini, & non fabulas inanes ex corde veſtro debetis populo annunciare & prædicare. Curam pauperum peregrinorum & orphanorum habete, & ad prandiola veſtra eos inuitate. Eſtote hoſpitales, vt à vobis alij bonum ſumant exemplum. Omni die Dominica ante miſſam aquam benedicite, vnde populus aſpergatur: & ad hoc proprium vas habete. Sacra vaſa & veſtimenta Sacerdotalia nolite pignori dare. Nullus veſtrum munus digne pœnitentem cuiuſcumque rei gratia ad reconciliationem adducat, & ei teſtimonium reconciliationis ferat. Nullus veſtrum vſuras exigat, aut conductor feneratorum exiſtat. Res & facultates quas poſt ordinationem veſtram acquiritis, ſciatis ad Eccleſiam matrem pertinere. Nullus ſine licentia Epiſcopi, per poteſtatem ſæcularem Eccleſiam acquirat. Nullus presbyter ſub poteſtate laicorum miniſter aut Caſtaldio fiat. Nullus per pecuniam Eccleſiam alterius ſupplantet. Nullus Eccleſiam, ad quam intitulatus eſt, dimittat, & ad aliam quæſtus gratia ſine licentia Epiſcopi migret. Nullus plures Eccleſias teneat, ſine adiutorio aliorum presbyterorum. Nullatenus vlla Eccleſia inter plures diuidatur. Nullus alterius parochianum, niſi in itinere, ſi ibi placitum fuerit, ad miſſam recipiat. Nullus in alterius parochia abſque proprij presbyteri voluntate vel rogatu miſſas cantet. Nullus decimam ad alium pertinentem recipiat. Nullus pœnitentem inuitet carnem manducare, & bibere vinum, niſi pro eo ad præſens eleemoſynam faciat. Nullus baptizare præſumat niſi in vigilijs Paſchæ & Pentecoſtes, niſi pro periculo mortis. Nullus clericus vel laicus in Eccleſia loqui audeat, tantum oret, maxime intra diuinum officium. In Sabbatho Paſchæ, extincto veteri, nouus ignis benedicatur, & per populum diuidatur, & aqua benedicta ſimiliter. Vnaquæque fontes lapideos habeat, & ſi lapideos habere non poſſit, vas ſaltem aliquod ad hoc paratum, in quo nihil aliud fiat, habeat. Attendite vt omnibus Parochianis veſtris ſymbolum Apoſtolorum, & orationem Dominicam inſinuetis. Vigilias Apoſtolorum, & ieiunium Quatuor temporum, & Rogationum, & Litanias maiores plebibus veſtris omni ſtudio obſeruandas inſinuate. Quarta feria ante Quadrageſimam, plebem ad Confeſſionem peccatorum inuitate, & iuxta qualitatem delicti pœnitentiam iniungite, non ex corde veſtro, ſed ſicut in Pœnitentiali ſcriptum eſt.

Ab illa quarta feria vſque in diem Reſurrectionis Domini nullus manducet carnem vel ſanguinem. Quatuor temporibus in anno, id eſt, in Natiuitate Domini, in Cœna Domini, Paſcha & Penteceſte, omnes fideles ad communionem corporis & ſanguinis Domini accedere admonete. Certis diebus & temporibus coniugatos abſtinere ab vxoribus exhortamini. Eulogias poſt miſſas in diebus feſtis plebi diſtribuite. Nullus veſtrum induatur veſtibus laicalibus. Nullus rem, aut poſſeſſiones, aut mancipium Eccleſiæ vendere, aut commutare, aut quocumque titulo alienare abſque licentia Epiſcopi præſumat. Die Dominica & alijs diebus feſtis abſque opere ſeruili, à veſpere vſque ad veſperam celebrare facite. Cantus & choros mulierum in Eccleſia vel in atrio Eccleſiæ prohibete: carmina diabolica, quæ nocturnis horis ſuper mortuos vulgus facere ſolet, & cachinnos quos exercet, ſub conteſtatione Dei omnipotentis vitate. Cum excommunicatis nolite communicare. Nullus præſumat illis miſſas cantare: ſed hoc ipſum plebibus annunciate. Ad nuptias niſi forte ad eas benedicendas, nullus veſtrum eat. Omnibus plebibus denunciate, vt nullus vxorem accipiat, niſi publicè nuptijs celebratis. Raptum omni modo prohibete, & vt nullus ad proximam ſanguinis accedat, firmiter prohibete: & ne alterius ſponſam quis ducat contradicite. Porcarios, bubulcos, & alios paſtores, diebus Dominicis ad miſſam venire admonete; & vt filijs ſuis Orationem Dominicam & ſymbolum inſinuent, & per alios faciant inſinuari. Chriſma ſemper ſit ſub ſera & ſigillo, propter quoſdam infideles. Volumus autem, fratres chariſſimi quatenus quæ noſtra percepiſtis traditione, quantum patitur humana infirmitas, bonis ſtudeatis operibus adimplere. Hactenus Leo PP. ad clericos. Huius etiam tempore, [d] Ethelulphus Rex Occidentalium Saxonum in Anglia Romam venit, vt SS. Apoſtolorum limina viſitaret. Venit & quidam [e] Vualbertus Saxonum nobiliſſimus atq; corpus S. Alexandri martyris filii S. Felicitatis ab eodem Leone obtinuit, & in collegio quodam Saxoniæ collocauit: quod ipſe, à patre inchoatum ædificauit.

Rex occiden Saxon. Romam venit.

[d] *Matthæus Vveſtmonaſter.*

[e] *Sax. Metrop. Grant lib. 2 c. 27.*

IV. Admiranda quæ contigerunt in monaſterio S. Gregorii de vrbe.

[f] *lib 4. Vitæ S. Greg. c. 86.*

Eiuſdem S. Leonis tempore, in monaſterio S. Gregorii ad Cliuum Scauri admirandum quiddam contigiſſe Ioannes diaconus narrabat. [f] Ioannes presbyter eiuſdem Præpoſitus, cuiuſdam fœminæ conſuetudine tenebatur. Podagræ morbo correptus, illam relinquere promiſit. Sed valetudine recuperata, ad conſuetos amores reuerſus eſt. Paulo poſt ægritudine affectus, non amplius è lecto ad diuina officia ſurrexit. Nocte eadem cuidam presbytero & monacho Diuus Gregorius apparens, monuit, vt ſurgeret & Præpoſito diceret, vt pœnitentiam ageret, & peculium impudenter congregatum pro peccato ſuo erogaret, tertia vero die mortem expectaret. Paruit, diſtribuit, febre affectus à diluculo tertii diei adusque tertiam horam totus exanimis iacuit, vt fratres moribundum iam exiſtimarent, miſſaſque pro eo, & diuina officia ſuper eum recitarent, nec tamen de actis illius murmurare omitterent. Donec ille hora ſeptima lenius habere incipiēs ad ſe fuerit reuerſus. Ibi ſubridendo oculos concutiens, Parcat, inquit, mihi Dominus, fratres. Quare me ſollicitare voluiſtis, qui ab ipſo huius diei principio vſque nunc coram Chriſto præſentibus multis millibus Angelorum, cum diabolo ad iudicium ſteti, & adiuuantibus me ſanctis Andrea & Gregorio, cūctis eius obiectionib. bene reſpondi: Sciatis aūt quia monaſterii ſextarium, modium, libram, cōſuetudinē eleemoſynarum, & luminum, omnemq; menſurā curioſiſſime Chriſto quærenti vſq; ad ſcabellum pedum eius portaui. Sed de vna obiectione, fateor, conuictus erubui, de qua me nimium, ſicut vidiſtis, laborando vexaui & me adhuc liberare non potui. Cumq; fratres de ea requirerent, ait: Non audeo dicere, quia quando vos me clamaſtis, & à S. Gregorio redire iuſſus ſum, vt vobis etiam de menſuris & conſuetudinibus monaſterii rationem ponerem, diabolus conqueſtus eſt, putans quod me pater Gregorius ad pœnitentiam remiſiſſet. Quapropter B. Gregorium vadem dedi, ne commotam calumniam cuilibet reuelarem. Illis magis imminentibus, & ſe pro eo Dominum deprecaturos promittentibus, vt cauſam fratrib. reuelaret, defunctorū quorundā domos

& viuentium merita proferebat, dicens: Iſte dignus, iſte indignus eſt. Rurſus interrogatus, ad monachos qui pridē ſecum remanſerant, conuerſus eſt, dicens: Omnia in quibus mihi detraxiſtis, fratres, audiui; quamquam reſpondere nequiuerim: & impedimentum mihi non modicum generaſtis, quia tam à vobis quam à diabolo ſub vno tempore accuſatus, neſciebam cui calumniæ primitus reſponderem. Sed ſi quando quemlibet migrantem videritis, compatimini ſorti communi, & nolite de eo iudicare, qui ad tam diſtincti Iudicis cum criminatore ſuo iudicium vadit. His expleris cunctos iuſſit abſcedere: ſolum presbyterum, *qui ſibi mortem prænunciarat, ſecum tenens. Qui ſolus remanere paueſcens, alterum ſecum tenuit, hortatus vt cauſam pro qua conflixerat, ſaltem ſibi pandere non timeret. At ille vehementer ingemuit, & conuerſo ad parietem capite, clamabat dicens: O Andreas, o Andreas, hoc anno pereas, qui me prauo conſilio ad periculum compuliſti. Adfuit interim medicus Zacharias, tactiſque temporibus iurare cœpit, presbyterum ex eadem valetudine minime moriturum. At ille, medicum repulit dicens: Fratres, iam totum corpus meum mortuum eſt: in extremis faucibus ſpiritum promiſſum teneo, continuò moriturus, tantum pſallite, vt reuideam Angelos quos videbam, & innuens vobis oſtendam. Quibus orantibus totus cœpit tremere, palleſcere, ſurſum deſideranter aſpicere: cum ſubito ſpiritus aduentare conſpiciens, reuolutis terribiliter oculis, monachis innuit, & abſceſſit; eoſque tanto terrore perculſos dimiſit, vt multis noctibus ibidem iacere timuerint. Eodem die, ſicut poſtea deprehenſum eſt, eodemque momento quando presbyter moriens Andreæ periculum fuerat imprecatus, idem Andreas fundi Barbiliani, poſiti ſcilicet in via Oſtienſi, conductor in lectulum decidit, in quo per multum temporis continuo languore correptus, ita totus emarcuit, vt omne corpus eius particulatim videretur diſſolui. Cumque defluentibus carnibus conſumi poſſet, mori non poſſ[et], vix [ferre] [...]ne fœtorem vulnerum, virique cruciatus iam ſuſtinere [non] poſſet, intellexit tanti languoris incommoda ſine diuinæ vltionis ſententia hunc nullatenus incurriſſe. Quem flendo curauit inquirere, vt quoniam à moriente Præpoſito fruſtra vocari non poterat, quid cum ipſo commiſerat, vt monachis reuelaret, ſi forte Dominus confeſſionem eius recipiens, eum à tantis cruciatibus liberaret. At ille cognoſcens malū quod fecerat latere non poſſe, monaſterii monachos conuocari rogauit, eiſq; confeſſus eſt, cum eodē Præpoſito quaſdam monaſterii chartulas rapuiſſe, ac receptis pretiis extraneis tradidiſſe; ſeq; certum exiſtere, quia pro hoc flagitio mori non poſſet, quouſq; hoc coram omnibus reuelaret. Quod verum eſſe oſtendit. Nam mox vt tantum facinus cunctis innotuit, is qui dudum mori volens non poterat, inter verba ſuæ confeſſionis ſpiritum exhalauit.

In eodem monaſterio, plane eod. tempore, & iſtud aliud contigit. Præerat monaſterio Anaſtaſius presbyter, vir quidem caſtitate conſpicuus, ſed aliquando in pauperes tenacior. Metuens enim, ne neceſſaria monachis deficerent, quadraginta pauperum quos beatus Gregorius paſci ſemel in anno decreuerat refectionem ſubduxit. Inſuper duodecim pauperum totidem denarios, qui die depoſitionis B. Gregorii pro cōmemoratione ab eo quondam inuitatorum, quorum tertiuſdecimus Angelum ſe eſſe profeſſus eſt, paſcebantur, penitus intercepit. Diſplicuit iſtud Diuo Gregorio. Quamobrem euidam presbytero apparēs, ait: Vade & dic œconomo, quia imminuit conſuetudinem quam ego conſtitui, Dominus quoq; dies eius imminuit. Quod œconomus vt audiuit, primo quidem contremuit, poſtea vero tanto minus credidit, quanto longius vitam ſuam cognoſcebat extendi. Cum ſub ipſis Albis Paſchalibus, in oratorio S. Seuerini cum fratribus veſpertinis aſſiſtens officiis, ardere parietem vidit, quem fratribus extinguere imperauit. Quibus hunc violentum credentibus, ipſe tandem ferulam quā tenebat proiiciens, manuſq; per parietem circumducēs, conabatur foris flammas extinguere, quas cōſtabat intima eius depaſcere. Deinde tandem ad hoſpitium rediēs, tanto febris ardore ſucccenſus eſt, vt peruenire ad diem ſeptimum nullatenus potuiſſet, ſcilicet, propter egenorum numerum imminutum.

V. Creatio Benedicti PP III.
g Anaſt.

Defuncto Leoni Pontif. g ſuffectus eſt reluctans Benedictus patria Romanus, Petri Vrſini (quemadmodum Ioan. Virgil. & Ioan. Sclinus affirmant) filius ex presbytero tituli Calliſti, ſapiens verbo, doctrina præclarus, ſobrius conuerſatione, loquela pacificus, cunctis compatiens, & vera forma gregis.

Anaſtaſii Pſeudopapæ ſcelera & expulſio.

Doluit Lothario ac Ludouico Imperatoribus, quod in hac electione, ius quod prætendebant non poſſent exercere. Ideoq; Anaſtaſium tituli S. Marcelli presbyterum à Leone Papa damnatum, opera miſſorum Legatorum intrudere, & vel armis introducere conati ſunt. Hominem omnem ſceleſtiſſimum, vt hoc vel vnicum factum demonſtrat. Iam pontem Miluium armatis circumdatus tranſierat, & in ciuitatem Leoninam cum Imperatoris Legatis intrauerat, cum ad baſilicam Principis Apoſto orum irruens, Deique paruipendens iudicium, tanta facinora perpetrauit, qualia vix Sarraceni ipſi. Imagines enim confregit, igneque cremauit; & Synodum quam ſuper ſanctuarii ianuas beatæ memoriæ Leo Papa pingere iuſſerat, deſtruxit. Denique Ieſu Chriſti eiuſque ſemper virginis Genitricis iconem bipenne ad ima deiecit. Deteſtabile iſtud ſcelus Orthodoxi viderunt & ingemuerunt; nec tamen vindicare, aut veſanum reprimere potuerunt. Is namque in Patriarchium Lateranenſis, vt erat armatis circumdatus, venit, fores effregit, Benedictum legitime electum è ſede detraxit, & in carcerem, Pontificalibus exutum detruſit, atque hominibus ſæuiſſimis olim à Leone damnatis cuſtodiendum tradidit. Conabantur Legati Epiſcopos & clericos & populos ad ſancta ſanctorum plorantes compellere, vt Anaſtaſium ſuſciperent. Fruſtra. Nulla enim ratione ſe permoueri paſſi ſunt, vt toties damnatum illum, & milies merito damnandum pro Pontifice legitimo haberēt. Ceſſerunt Legati precibus Orthodoxorum: & Anaſtaſio eiecto, Benedictum Pont. oſculatis eius pedibus adorarunt & populo exhibuerunt. Inito Pontificatu, omnibus qui in ſe peccauerant benigne indulſit, & ad ornandas locupletandaſq; Eccleſias animum adiecit.

VI. Lotharius Imp. factus monachus moritur.
h Regino.
Theodora Auguſta in monaſt. detruſa.
i Ioan. Curopalata.

Eod. ann. h Lotharius Imp. relicto imperio, filiiſq; regno diuiſo, omnib. bene diſpoſitis, coronam depoſuit, & monaſticū habitum in Pruniacenſi monaſterio ſuſcepit, in quo VI. Calend. Oct. ſpiritum Deo reddidit. Michael porro Imp. Orientis, vt obicem facinoribus ſuis amoueret, matrem Theodoram in ordinē redegit. Cum n. illa conſueuiſſet conferre ſe ad ſacrum tēplum Dei genitricis quod eſt in Blachernis, tū diuini cultus cauſa, tum vt cū filiabus lauaretur; vbi eā cognouit Michael illuc aduentaſſe, eiuſq; conſanguineū Bardā, miſſo Petrona fratre eius, rā totondit, & monachum cū filiab. eſſe iuſſit, ademptiſq; eis quas habebant diuitiis, illas priuato non regio more viuere ſtatuerūt. Non multo poſt Theodora è vita diſceſſit: filiæ vero illius Sophia, Maria, Irene viris illuſtribus in matrimonium collocatæ ſunt.

VII. Alii martyres Cordubæ.
k Eulog. mem. Sanct. lib. 3. c. 13. 14.

Cordubæ in Hiſpania, k Pridie Calend. Maias. Amator Tuccitanus, Petrus & Ludouicus Cordubenſes, cum munus prædicationis ſuſcepiſſent fidei Chriſti cauſa, à Sarracenis interfecti palmam martyrii obtinuere. Hos ſecutus eſt ad coronam Vuireſindus eadem ætate clarus.

Hoc anno, in humanis eſſe deſiit, Kennethus Scotorum Rex, multis nominibus, ſed præcipuè conditura legum inſignium commendatus. Placet eas inſerere, vt veterem Scotorum iuſtitiā pietatemq; indicandam. *Hector Boeth. hiſt. Scot. lib. 10.* illas hoc ordine memorabat.

1. *Singulis in regionibus, ſinguli ſint Iuriſperiti, vt ab initio eſt inſtitutum.*
2. *Horum filii à primaeua ætate leges diſcant.*
3. *Legum tabulas, Regum magnatumque cartophylacia ſoli hi ſeruent.*

4. Si

A 4 *Si horum quiſpiam criminis falſi conuictus fuerit, furca vitam finiat, abijciaturq; inſepultus.*

5 *Furti conuictum ſuſpendito, homicidij capite truncato.*

6 *Mulierẽ capitalis criminis damnatam, aut amne ſubmergito, aut defodito viuam.*

7 *Qui Dei nomen Diuorumve, Regis, aut tribus ſuæ Ducis, blaſphemia læſerit, ei linguam abſcindito.*

8 *Qui mendacij in proximi perniciem fuerit conuictus, ei gladium adimito, eiuſq; congreſſum exinde deuitato.*

9 *Capitalium inſimulatos ſeptem ſpectatæ fide viri, aut nouem, vndecim, tredecim, quindecim, aut numero maiori modo is impar fuerit, ex ſententia iudicanto.*

10 *Latrones, graſſatores, depopulatores agrorum, ferro punito.*

11 *Fugitiuos, bardos, otio addictos, ſcurras huiuſmodi genus loris & flagro cædunto.*

B 12 *Vxor non luet mariti ſcelus: viro autem fraudi erit, ſi eo ſciente quid vxor deliquerit.*

13 *Concubinam viri, eadem, cum ea qui cum deliquit, pœna torqueto.*

14 *Qui virginis rapuerit honorem, niſi iniuriæ authorem vitiata popoſcerit in virum, capitis pœnam luito.*

15 *Si quis alterius coniugem non inuitam vitiauerit, vterq; extremo afficiatur ſupplicio. Si vis mulieri fuerit illata, vir iniurius proximo, ferro damnabitur, mulier erit innoxia.*

16 *Filium, ſi parentibus iniurius fuerit, lingua, pede, manuve: eodem priuatum membro in crucem tollito, abijcitoque inſepultum.*

17 18 *Homicida, mutus, aut parenti ingratus, hæres non eſto.*

19 *Præſtigiatores, magos manes inuocantes, malis dæmonibus familiares, aut ab eis petentes auxilia, ad vnum concremato.*

C 20 *Semina niſi nociuis granis munda, terræ ne condito.*

21 *Qui ſua culpa agros ſatiles nociuis herbis labefactari ſiuerit, eũ ob primam culpam boue vno mulctato, ob ſecundam decem; ob tertiam vero, agris ipſis arceto.*

22 *Commilitonem, amicumve prælio forte caſum ſepelito, hoſtem ſinito inſepultum.*

23 *Aberrans pecus, aut Domino, aut furum indagatori, aut ſacerdoti reddito, quod ſi triduum penes te retinueris, furti reus eſto.*

24 *Qui rem proximi deperditam repererit, præconis voce denuntiet inuentam, alioquin furis deputetur ſupplicio.*

25 *Qui litigantem ſecum in iudicio percuſſerit, cauſa reus, pulſato homine abſoluto, dicatur.*

26 *Si coeuntibus bobus quævis illa incerto percuſſore interierit caſu, quæ earum fuerit incornuta cædis authorem iudicanto. Eius Dominus mortuo accepto animali, damnum proximo* D *reparabit.*

27 *Si ſus fœtus ſuos ederit, lapidibus obruito, eiuſque carnes ne comedito.*

28 *Suem ſegetes edentem, aut grunno cultum ſubruẽtem agrum, occidito impune.*

29 *Cætera animantia quæ nobiſcum degunt, ſi tua læſerint terræ naſcentia, donec eorum Dominus damnum reparauerit te penes ſeruato.*

Hæc ciuilia & popularia, cætera quæ ſequuntur, religioſa ſunt.

1 *Aras, templa, Diuorum ſtatuas, Oratoria, ſacella, ſacerdotes, omneſq; ſacra familia viros ex animo venerator.*

2 *Feſtos & ſolemnes dies, ieiunia, vigilias, & omnifarias cerimonias, quas Chriſto Regi, & ſacratiſſimæ eius militiæ decreuit humana pietas, multo honore obſeruato.*

3 *Lædere Chriſti ſacerdotem dicto factove, exitiale ſit.*

E 4 *Agrum quo quis forte occiſus ſepultus fuerit, ſeptennium incultum relinquito.*

5 *Sepulchrum omne ſacrum habeto; idq; crucis ſigno adornato: quod ne pede aliquando conculces, caueto.*

6 *Defuncti funus habita facultatum ratione curato.*

7 *Inſignis viri, aut qui de publica re optime fuerit meritus, celebri, lugubri tamen pompa funus efferto.*

8 *Duos huic adhibeto equeſtres: alterum vita functi arma induetum ferentem inſigne candido equo: alterum pulla veſte, velata facie, nigro equo inſidentem. Hic poſteaquam inter ſupplicatorum deductionem funuſque antecedens ad templum venerit; retroacto equo ad altare Dominum morte abſumptum vociferans, populo in eum execrante; vnde venit clericus ſe conferat. Ille ad altare recto pergens gradu depoſita arma equumq; offerat ſacerdoti, demortui inſigni admoto monumento; ſignificans eo Dominum immortali vita, patriaq; æternæ claritatis frui. Huiuſmodi ritũ virorum inſignium efferẽdi funera, parum, vt multis eſt viſum, religioſum, poſterior ætas aboleuit: Sacerdoti, equi armorumq; loco quinque ſterlingicis libris in oblationem tributis.*

His Kennethus Rex inſtitutis populum ritè inſtructum magna felicitate vſq; ad extremum vitæ rexit.

IV. De L[illegible]fredo Epiſc. Pap[illegible] & eius v[illegible]bus.

Hac tempeſtate claruit Lithifredus Epiſc. Papienſis. Hic inter cæteras virtutes, patientia enituit, & ſi enim illatas ſibi iniurias, abſque charitatis detrimento vlciſci potuiſſet, nolebat tamẽ, illud Apoſtoli vſurpans: *Patientia vobis neceſſaria eſt, vt reportetis promiſſiones.* Quin etiam contumelias à vilibus perſonis æquo animo tolerabat, familiari ſuo verba iniurioſa, à quodam in eum prolata, indignè ferenti, & vt iniuriam pro officii ſui dignitate vindicaret, ſuadenti, quod boni malis iuſta animaduerſione correptis, quietiores degunt; S. Epiſc. reſpondit, præſtare, vt boni à malis exercerentur, nec malorum mortem à bonis exoptandam eſſe. Vt enim aurum igne probatur, ſic boni ex malorum perſecutione perfectiores euadunt. Cum corpus S. Honoratæ virginis ex monaſterio S. Vincentii, in monaſterium, quod Hiſtoriarum dicebatur, transferre tentaſſet, nec potuiſſet, paulo poſt in ſomnis admonitus, cum triduo ieiunaſſet & oraſſet, illud ſolemni pompa tranſtulit. In qua translatione, hoc miraculum contigiſſe fertur, quod cum corpus virginis ad ædem S. Nicolai perueniſſet, adeo graue effectum eſt, vt portantes illud deponere cogerentur; cum autem S. Epiſc. pallium ſuum illi ſuperpoſuiſſet, facile delatum eſt. Mortuus eſt poſt ann. 10 in maiori Baſilica ſepultus. *Ex Monum. illius Eccleſ.*

BENEDICTI PP. III. AN. II. LVDOVICI II. IMP. an. 1. Michaelis III. Imp. an. 15.

I. Peſtilentia faucium in inundatione Tyberis cõſecuta. a Anaſtaſ. b Ioan. Diacon. vit. S. Greg.

ANNO *Chriſti* 856. [a] Roma, à vehementiſſima Tyberis inundatione, & à peſte faucum conſequente laborauit. [b] In ea calamitate Diuus Gregorius Ioanni monacho ad Cliuum Sauri ægrotanti apparuit, ſanitatem promittens, ſi Sabæ, Ioanni, Benedicto, Martino, Palumbis & Antonio monachis, Laurentio Cocco, Geminoſo Carpentario, Accepto Piſtori, Andreæ, Romano, & Leoni laicis atque Lucio Epiſcopo denunciaret, illos omnes dictim morituros. Denunciauit, & conualuit.

II. Mich. Imp. legatio ad Bened. Pp. c Anaſtaſ.

Eodem anno [c] Michael Imperator Benedicto Summo Põtifici per Lazarum monachum pictoriæ artis peritum munera ingentis pretii miſit. Quo etiam tempore Rex Lazorum Romam conceſſit, vt limina SS. Apoſtolorum viſitaret, & munera ſummo Antiſtiti pretioſa deferret. Lupus quoque Abbas Verarienſis, per Adulphum & Acaricum presbyteros, conſultorias eidem Benedicto ſcripſit, depoſcens mitti ſibi commentarios Diui Hieronymi ſuper Hieremiam.

III. Conci. Cariſiac. pro reformat. morum. d Ant. Auguſt. in S.

In Gallis, [d] à rebellicis contra Carolum Regem tumultuatum eſt. Lis imprimendis, poſtulauit ab Epiſcopis, vt Cariſianum ad Synodum celebrandam conuenirent. Conuenerunt; & epiſtolam ſynodicam ad factioſos ſcripſerunt; obſecrantes vt arma deponerent, pacem optatam regno reducerent, & arma parricidialia deponerẽt. Lupus Abbas Ferrarienſis monitu Caroli Regis ad eoſdem ſermonem ſcripſit; quo monebat, vt pacem amarent, factiones & conſpirationes tollerent, prædas & rapinas cõuerſationi Chriſtianę nimis contrarias, & à Regno Dei miſerrimos excludentes penitus deponerent; ac bono communi & publico certatim & vnanimiter conſulerent. Quidam Hubertus Subdiaconus Boſonis filius incredibilia per id temporis cum factioſis perpetra-

Digitized by Google

rat: & adulteriis, ſtupris, fornicationibus, ſacrilegiis, homicidiis ſeſe inquinarat. Hunc vt Benedictus caſtigaret, omnib. Archiepiſcopis & Epiſcopis ſcripſit, vt eum Romam mitterent, vel ire perſuaderẽt. Quod ſi triginta diebus elapſis venire neglexiſſet, excommunicationis ſententiam in eum tulit.

IV. ... Ar... o... Pe... & Tritem.

Hoc anno,[e] die quarta Februarii, Rabanus Archiepiſcopus Moguntinus, in vita eſſe deſiit. Vitam eius aliquis delineauit, epitaphio ſepulchrali poſito his verſibus, quæ Trithemius recenſet.

Lector honeſte meam ſi vis cognoſcere vitam
Tempore mortali diſcere ſic poteris.
Vrbe quidem hac genitus ſum, ac ſacro fonte renatus,
In Fulda poſthac dogma ſacrum didici.
Quo monachus factus, ſeniorum iuſſa ſequebar,
Norma mihi vitæ Regula ſancta fuit.
Sed licet incautè hanc, nec fixe ſemper haberem:
Cella tamen mihimet manſio grata fuit.
Aſt vbi iam plures tranſiſſent temporis anni.
Conuenere viri vertere facta loci.
Me abſtraxere domo inualidum, Regiq; tulere,
Poſcentes fungi Præſulis officio.
In quo nec meritum vitæ, nec dogma repertum eſt,
Nec paſtoris opus iure beneplacitum.
Promptus erat animus, ſed tardans debile corpus,
Feci quod potui; quodq; Deus dederat.
Nunc rogo te ex tumulo, frater dilecte, iuuando
Commendes Chriſto me vt precibus Domino.
Iudicis æterni me vt gratia ſaluet in æuum,
Non meritum aſpiciens, ſed pietatis opus.
Raban nempe mihi nomen, & lectio dulcis
Diuinæ legis ſemper vbiq; fuit.
Cui Deus omnipotens tribuas cœleſtia Regna.
Et veram requiem ſemper in arce poli.

Expoſuit Rabanus ſcripturam ſanctam à principio vſq; ad finem feliciter, vtpote Latine, Græce & Hebraice doctus.

V. Noui martyres Cordubenſ. f Eulog. in mem. ſanct. lib. 3 c. 15. 10. 17.

Eod. anno [f] Corduba in Hiſpania ciuitas, nouis eſt illuſtrata martyribus, vigente adhuc aduerſus Chriſtianos perſecutione Sarracenorũ. XV. Calend. Maias paſſi ſunt Helias presbyter, & Paulus ac Iſidorus monachi. IV. Cal. Iulias, Argimirus monachus æque glorioſo martyrio coronatus eſt. XIV. Calen. Auguſt. Aurea virgo clariſſima, quo debilior in certamine priori ſuccubuit, eo fortior in agone poſteriori certans, victrix inſigniorem martyrii palmam promeruit.

Benedicti Pp. III. Ann. III. Ludovici Imp. Ann. 2. Michaelis 3. Imp. Ann. 16.

I. Legatũ reg. Saxonũ de tot denariis Romã D. Petro annuè mittendis. a Chron. Pithœi. b Matthæus Veſtmonaſt.

ANno Chriſti 857. [a] Carolus Rabani in Archiepiſcopatu Moguntino ſucceſſor ſynodum Mogũtiæ celebrans, audiuit Coloniæ fulmen quoddam informe ignei draconis inſtar Baſilicam Diui Petri ſcidiſſe, & ex multitudine in eam conueniente, presbyterum iuxta altare S. Petri, diaconum ad altare S. Dionyſii, laicum ad altare SS. virginis Mariæ, exanimaſſe: ſex autem homines ſemimortuos proſtrauiſſe. [b] In Anglia Ethelwulphus Rex Occidentalium Saxonum religioſiſſimus moriens, teſtamẽto ſcripto diſpoſuit, vt in ſingulos annos trecenti mãcuſæ denariorum Diuo Petro Apoſtolo Romam mitterentur.

II. Apologetic. Eulogii pro SS martyribus. c Eulog. lib. 3. mẽ. ſanct.

Corduba in Hiſpaniis, tertio Idus Martias, à Sarracenis paſſi ſunt martyrium Rudericus & Salomon. Aliqui, indignos & hos & alios qui annis ſuperioribus pro Chriſto occubuerant, cenſebant, vt in numerum martyrum accenſerentur, eo quod multis miraculis illuſtrati eſſent. Sed S. Eulogius presbyter Apologetico ſcripto, honorẽ eorum eruere conatus eſt. Præſertim quod illud loco maximi miraculi eſſet, quia corpora eorum demerſa, & poſt viginti dierum ſpacium ex aquis extracta ſuauiſſimum odorem ſpirarint, & quia nonnulli è turba gentilium venientes ſumerent lapillos fluminis, qui cruore Martyrum erant reſperſi, & lymphis abluentes, proiicerent in pelago, ne Chriſtianis in emolumentum exiſterent.

Nicolai Pp. Ann. I. Ludov. II. Imp. Ann. III. Michaelis III. Imp. ann. 17.

I. Obitus Benedicti PP. & creatio Nicolai PP. a Anaſtaſ.

ANNO Chriſti 858. [a] Decimaſexta die menſis Februarii Benedictus Papa mortuus eſt, cum multa ornamenta Eccleſiis plurimis contuliſſet. In eius locum aſſumptus eſt, Nicolaus Romanus Theodori Regionarii Filius, modeſtia clarus, ſpiritu & ſcientia decoratus, & à teneris annis, ad magnas res gerendas, tum à patre, tum à ſummis Pontificibus educatus. Tertio à conſecratione die, Ludouicus Imperator qui tum præſens in vrbe fuerat, poſt epulum gratulatorium receſſit, ſedemque in loco qui dicitur Quintus, collocauit. Antequam exinde in Gallias reuerteretur, Nicolaus Pontifex cum Optimatibus & proceribus ad eũ properauit. Quẽ cum vidiſſet Auguſtus, obuius in eius aduentum occurrit, frenumque Cæſareis ſuis manibus apprehendens, pedeſtris more, quantum ſagittæ iactus extenditur, equum duxit. Cum quo imperiale ingreſſus tentorium, ſalubribus adinuicem fruebantur colloquiis, menſiſq; epulis peroratis, ſpirituali alacritate cibum pariter ſumpſerunt. Cibis vero & menſis remotis, ſereniſſimus Cæſar beato Præſuli plura contulit dona. Quibus ſusceptis equum conſcendens, conabatur reuerti. Auguſtus eius amore fretus imperialis equi ſuperaſcendens cathedram, ouanti cum eo incedebat animi voluptate. Cum autem ad quendam ſpacioſiſſimum itineris perueniſſent locum, Imperator equo deſcendit, equumq; Pontificis iterum duxit, & dulcibus oſculis adinuicem datis in tentorium reuerſus eſt.

Imp. pedes equũ Pont. freno ducit.

S. Anſgarius & eius ſucceſſores Legati ſedis Apoſtolicæ. b Adam Chron. lib. 1 c. 23 & ſeq.

[b] Eo tempore Nicolaus Papa ad preces Ludouici Eccleſiam Bremenſem cum Hamburgenſi, vniuit: & tam ipſum S. Anſgarium, quam ſucceſſores eius Legatos & Vicarios Apoſtolicæ ſedis conſtituit in omnibus gentibus Danorum, Suecorum & Slauorum. Rex Danorum Hericus nonnihil per id temporis Euãgelio reſtiterat, & cum Sacerdotes Dei expulerat, tum Eccleſias claudi præceperat. Cæterum ſanctus Anſgarius diuina comite gratia ſic placatum reddidit tyrannum, vt Chriſti religionem & ipſe ſuſceperit, & ſubditis omnibus ſuſcipere per edictum imperarit, & in alio portu Regni apud Ripam Eccleſiam extruxerit, in Dania ſecundam. Præcipua cura Sancto Anſgario fuit, in congregationes populum vniuerſum diſtribuere, verbum Dei illis annunciare, & pauperibus, infirmis, ac peregrinis excipiendis domos hoſpitales extruere.

II. Legatio Gallorum ad Ludou. Reg. aduerſ. Carol. c Chron. Pithœi.

In Galliis [c] per tyrannidem Caroli Regis, omnia loca prædonibus, factioſiſque hominibus plena erant; ita vt Eccleſiæ & monaſteria inuita eſſent, ſcelerata licentia omnia ſibi vendicante. Itaque vt periclitanti populo, & Eccleſiis deuaſtatis Ethelhardus Abbas & Otho Comes ſuccurrerent, à Ludouico Rege auxilia petierunt. Ludouicus porro non armis ſed pietate primum certandum eſſe cum fratre exiſtimans, Synodum Epiſcoporum VIII. Calend. Decembris indixit. Noluerunt illi coram Ludouico conuenire, metuentes aliquam oppreſſionem iurium Eccleſiæ & libertatis Gallorum. Sed in Cariſiaco Palatio congregati Synodicam illi ſcripſere, atq; Capitula miſere, ſecundum quæ & Eccleſiis immunitas, & populis libertas, & bona erepta iniuriam paſſis reſtituerentur. Excuſabant, cur non ad eum veniret: tũ deinde ſuggerebant inquirentes, quo animo Caroli Regnum introierit: demum in memoriam illi reuocabant, quas & ipſe Eccleſiis, Monaſteriis & locis piis iniurias intulerit: ad extremum orabant, vt Epiſcopis honorem & iuriſdictionem, facultates Eccleſiis & aliis, tutelam oppreſſis, Regi fratri regnum, pacem regno redintegraret. Memorabant, quia Carolus Princeps Pipini Re-

gis

Narratio de dimiſſione damnatione æterna Caroli Patris Reg. Pipini.

gis Pater, qui primus inter omnes Francorum Reges ac Principes res Eccleſiarum ab eis ſeparauit atque diuiſit, pro hoc ſolo maxime eſt æternaliter perditus. Nam ſanctus Eucherius Aurelianenſiũ Epiſcopus, qui, aiebant, in monaſterio S. Trudonis requieſcit, in oratione poſitus, ad alterum eſt ſæculum raptus, & inter cætera, quæ ſibi Domino oſtendente, conſpexit, vidit illum in inferiori inferno torqueri, cui interroganti ab Angelo eius ductore reſponſum eſt; quia ſanctorum iudicatione, qui in futuro iudicio cum Domino iudicabunt, quorũcunq; res abſtulit & diuiſit, ante illud iudicium anima & corpore ſempiternis pœnis eſt deputatus, & recepit ſimul cũ ſuis peccatis pœnas propter peccata omnium, qui res ſuas & facultates in honore & amore Domini ad ſanctorũ loca in luminaribus diuini cultus, & alimoniis ſeruorum Chriſti ac pauperum, pro animarum ſuarum redẽptione
B tradiderunt. Qui in ſe reuerſus, S. Bonifacium, & Fulradum Abbatem monaſterii S. Dionyſii, & ſummum Capellanum Regis Pipini ad ſe vocauit; eiſq; talia dicens, in ſignum dedit, vt ad ſepulchrum illius irent, & ſi corpus eius ibidem non reperiſſent, ea quæ dicebat, vera eſſe concrederent. Ipſi autem pergentes ad prædictum monaſterium, vbi corpus ipſius Caroli humatum fuerat, ſepulchrumque illius aperientes, viſus eſt ſubito exiiſſe draco, & totum illud ſepulchrum interius inuentum eſt denigratum, ac ſi fuiſſet exuſtum. Hæc & alia memorabant illi Epiſcopi Ludouico ſcribentes. Addebant parenæſim, dignam quæ à Regibus inprimis, atque ab omnibus Principibus Chriſtianis legatur. Eſt autem huiuſmodi.

III. *Admonitio Epiſcoporũ ad Ludou. à Regibus inprimis legenda.*

Oportet, vt qui Reges eſtis, & Domini appellamini, in illũ ſemper ſuſpẽſo corde ſuſpiciatis: à quo videlicet Rege Regum, & Domino Dominantium nomen Regis & Domini mutuatis. Vt ſicut ille diſponit orbem terræ in æquitate, & ad hoc conſtituit hominem, vt ipſe ſimiliter faciat; imitemini illum, ſi vultis regnare cum illo. Quia qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare, qui dicit: Eſtote perfecti, ſicut Pater veſter cæleſtis perfectus eſt. Et ſi dixeritis, quonam modo poſſum eſſe perfectus, cum alia enim ſcriptura dicat: Si quis in verbo non offendit, ille perfectus eſt vir non cadit à perfectione, qui non peccat cupiditate malitiæ. Septies enim in die cadit iuſtus, & conſurgit, impij autem corruunt in malum. Et iuſtus cum ceciderit non collidetur, quia Dominus ſupponit manum ſuam. Qualitercumque vero quis peccet, cupiditatis voluntate aut fragilitatis neceſſitate; nemo illi melius præualet iudicare vt conſcientia ſua, quæ non poteſt latere oculis inſpectoris ſui. Propterea ita oportet vos viuere; iudicare, & agere etiam in occulto, quaſi ſitis ſemper in publico: quia ſi de vobis irreprehenſibilia iudicabit, ſæpe etiam illa quæ D *vobis & in vobis laudauerit apud alios, de vobis reprehenſibilia iudicabit.*

Sic autem, vt diximus, adiuuante Domino, viuere, iudicare & agere præualebitis, ſi vos non ſtimulauerit amor priuatus: Si vos non inflammauerit cupiditas gloriæ: diuitiarum, poſſeſſionum & potentatus: ſi non plus credideritis alienæ linguæ, quam propriæ conſcientiæ: ſi vos non roſerit tinea adulationis: Si vos non arſerit liuor alienæ felicitatis: ſi vos non vexauerit neglectus animæ & amor carnis: ſi credideritis Regem Chriſtum non pro ſe, id eſt, non pro ſua neceſſitate mortuum, ſed pro nobis, vt viueremus qui mortui eramus; & vos plus ſtudeatis alijs viuere in ſalutis ſuæ vtilitatibus quam vobis ipſis in proprijs voluntatibus. ſi ſcientes, vos eſſe morituros, & vos credideritis de factis proprijs rationem Deo reddituros, & quæ digne receperitis, ſine fine & commutatione aliqua habituros.

E *Domum veſtram domeſticam ſic nutrite, regite, & diſponite, vt quando Regni populus ad vos conuenit, in vobis, & in domeſticis veſtris videant qualiter ſe atque domum, cum quanta humilitate atque caſtitate, quam ſobriè, quam iuſtè, quam piè nutrire debeant, diſponere & gubernare. Quia ſicut quidam ſapiens dixit, ſecundum mores Domini, erit familia cuſtodita. Et ideo domus Regis ſchola dicitur & diſciplina: quia non ſcholaſtici, id eſt, diſciplinati & bene correcti ſunt ſicut alij, ſed potius ipſa ſchola, quæ interpretatur diſciplina, id eſt, correctio dicitur, quæ alios habitu, inceſſu, verbo & totius bonitatis continentia corrigat. Et vos ſi capue illius non bene infixi in Domino virtutum inimici*

A *forte fueritis; & vos tædetis, & qui à vobis pẽdent, labentur. Quapropter ſicut Dominus ſub poteſtate conſtitutos, ex tentatorum occaſione, docuit reddere quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo; ita & vos qui ſub Deo eſtis, & ſuper homines eſtis, reddite quæ ſunt Dei Deo, & ſicut Cæſar æquus, quæ ſubditorum ſunt reddite illis.*

Reddite Deo puram & immaculatam fidem, & ſinceriſſimum cultum in Sacerdotibus, in Eccleſiarum priuilegijs, in ſacris locis, in Eccleſiaſticis & religioſis viris ac fœminis, in defenſione Eccleſiæ & Chriſtianitatis, in æquitate & iuſtitia populi Chriſtiani, in ſubleuatione & tranquillitate & conſolatione omnium indigentium, ſicut præmiſimus: reddite illi quotidianum penſum in quotidiana oratione, in iuſtis & aſſiduis eleemoſynis. Offerte illi deuotionem veſtram in ſacris oblationibus, & lachrymis, ſecundum multitudinem ac magnitudinem quotidianorum peccato-
B *rum profuſis: reddite ſubditis iudiciũ cum miſericordia, iuſtitiã cum æquitate; ſtudete exaltare humiles, & debellare atque humiliare ſuperbos: ſtudete a bonis plus diligi, quam timeri: curate vt mali ſi non propter Deum, vel ſaltem propter timorẽ veſtrum malum agere metuant: non plus apud vos lingua doloſa, manus plena, obſequium indebitum valeat quam æquitas, veritas & ſinceritas. Scientes ſcriptum: Quod qui excutit manũ ſuam ab omni munere, iſte in excelſis habitabit: vnde conſequenter intelligi debet; & non alius. munus enim eſt à lingua fauor, munus à manu donatio, munus ab obſequio indebita ſubiectio.*

Conſtituite miniſtros Palatij qui Deum cognoſcant, ament & metuant: qui maximam curam gerant, quatenus quicumq; maeſtuoſi palatium adierint, & per quos perrexerint, patrem & conſolatorem mirantes gaudendo vos videre, occurrant, non, qualiter dicere nolumus gemendo & maledicendo refugiant. Conſtituite Comites & miniſtros Reipublicæ, qui non diligant munera,
C *qui odiant auaritiam, qui deteſtentur ſuperbiam, qui non deprimant, neque dehoneſtent pagenſes, qui meſſes & vineas & prata & ſiluas eorum nequaquam deuaſtent; qui illorum pecora, vel ſuſcinctas, vel quæcumque illorum ſunt, non prædentur atque diripiant, ac per violentiam & mala ingenia quæ illorum ſunt nullo modo auferant. Qui Epiſcoporum ſuorum conſilio quæ Dei ſunt & Chriſtianitati conueniunt, faciant: qui placita non pro acquiſitione lucri teneant, ſed vt caſæ Dei viduæ & pupilli, ac populus iuſtitiam habeant, & plus litigantes ad concordiam ſalua iuſtitia, reuocare ſtudeant, quam committere vt ipſi inde aliquod lucrum poſſint habere: quos ſi pacificare non potuerint, tunc ſicut rectum eſt, iuſtum iudicium decerni cum magna ſolicitudine faciant, ſcientes ſcriptum eſſe: Indicabo tibi homo quid ſit bonum, id eſt, facere iudicium & iuſtitiam, & ſolicitum ambulare cum Deo tuo: id eſt, vt quod illi placet, & tibi placeat, & facias; quod illi diſplicet, tibi diſpliceat, & non facias.* D *Quod ſi fragilitatem feceris, non contumaciter vel pertinaciter in tuo facto malo perſeueres, ſed ſtatim pedem ſicut à ferro calido reuoca, & in viam voluntatis Domini tui dirige, & ſicut ſcriptum eſt: Quia ſunt viæ quæ videntur hominibus bonæ, & ducunt ad interitum; fac ſicut ſcriptura tibi præcipit: Quicumque es homo, interroga de via bona, & ambula per eam, quia ſi creditur Euangelio, ampla via eſt quæ ducit ad perditionem, & multi vadunt per illam; & arcta & anguſta via eſt, quæ ducit ad vitam, & pauci inueniunt eam. Propterea quicumque es, homo, audi Prophetam & ora cum Propheta: Legem pone mihi Domine viam iuſtificationum tuarum, & exquiram eam ſemper, &: Deduc me in ſemitam mandatorum tuorum, &: viam iniquitatis amoue à me, & de lege tua miſerere mei. Quia ſicut Hieremias Propheta ait: Non eſt hominis via eius, nec viri eſt vt ambulet & dirigat greſſus ſuos, ſed à DOMINO diriguntur greſſus viri, & viam eius volet.*
E *Ipſi Comites ſimiliter quantum poterint, ſimiles ſibi timentes DEVM, & iuſtitiam diligentes per ſe miniſtros conſtituant: quia ſicut ſeniores ſuos benignos & affabiles pagenſibus ſuis viderint: & ipſi pro modulo ſuo illos imitari in omni bonitate & iuſtitia certent.*

Homines etiam & potentes ſæculi, qui inter illas ſeditiones legis iugum & iuſtitiã æquitatis refugiunt, & talia & tanta fecerunt pro quib. Eccleſiaſticam & ſpecialẽ excõmunicationẽ meruerunt, ad legis & iuſtitiæ tramitẽ reuocate, & vt ad nos Epiſcopos humiliter, ſicut eis neceſſe eſt, veniant, iubete, vel cogite: & vt Eccleſiæ in quam peccauerunt, aut cum debita ac neceſſaria humilitate

ſatisfaciant, aut humiliter & veraciter ſe excuſent, qualiter abſolui à Domino per miniſterium Epiſcopale valeant, ſuadete, atq; regia poteſtate præcipite. Et ſi forte vos, vel quicunq; alij de eorum ſocietatis & de coniunctionis communicatione infecti, & condemnati ſunt; pœnitentiam quiſcumq; ſe recognoſcendo faciat, quia teſte ſacra auctoritate; non poterit abſolui à ſuis, qui peccatis damnabiliter grauatur externis: ſicut orans Deum ſanctus Propheta Dauid demonſtrat dicens: Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce ſeruo tuo.

Iudices denique villarum conſtituite, qui non ſint cupidi, qui non diligant auaritiam, & vſuras nec ipſi faciant, nec pecunias regias vel ſuas ad vſuras dent, neq; à ſuis ſubditis vſuras fieri ſinant. Quæ omnia per vos ſuper omnes miniſtros veſtros ordine exigant, neque per angarias in tempore congruo illos affligant, neque per dolos aut mala ingenia, ſiue inconuenientes precationes colonos condemnent; quia ſi per tales & alias huiuſmodi affectiones pondus argenti vel auri habueritis in area: maius & grauius pondus peccati quod habebitis in conſcientia veſtra & anima. Ædificent villas veſtras moderatis caſtellis, vt & honeſtas neceſſaria ſit, & anima non grauetur. Laborent & excolant terras & vineas in tempore cum debita ſolicitudine: ſeruent & diſpenſent laborata cum fideli diſcretione: faciant nutrimenta congrua & neceſſaria: cuſtodiant ſiluas, paſtionem defendant, & excolant prata, vnde habeant pabula; quatenus non ſit vobis neceſſe per quaſcumque occaſiones quorumcunq; hortatibus circumire loca Epiſcoporum, Abbatum, Abbatiſſarum, vel Comitum, & maiores quam ratio poſtulat paratas exquirere. & pauperes Eccleſiaſticos, & fidelium veſtrorum manſuarios in caricaturis & paraueredis contra debitum exigendis grauare, & peccatum de facultatibus indebite conſumptis in animam veſtram congerere.

Neq; à Comitibus vel fidelibus veſtris plus ſtudeatis quam lex & conſuetudo fuit tempore patris veſtri de hoc quod de Francis acciperent exquirere: quin potius habeatis vnde ſufficienter & honeſte cum domeſtica forte veſtra poſſitis viuere, & legationes palatium veſtrum adeuntes recipere: & ſicut ſcriptum eſt, vnde poſſitis de iuſtis laboribus neceſſitatem patientibus tribuere quia Rex & largus debet eſſe. & non quod largiatur, dona ſcilicet accipiat, de iniuſtitia vel iniquitate debet conquirere; Iudices villarum colonos diſtinguant, vt non Eccleſiaſticos homines, vel Francos pauperiores, aut alienos ſeruos propter priuilegium regium opprimãt, aut ſiluas vel quæcumq; alterum ſunt in ſua vicinitate deuaſtent. Quia Rex iuſtus, qui iuſtitiam debet diligere, miniſtros & colonos impios & iniquos non debet habere, ſed omnibus in ſe & in ſuis debet imitationem debitam demonſtrare, quia ſi ipſe Deum dilexerit, omnes boni diligent eum: & ſi ipſe Deum timuerit, omnes mali timebunt illum, & Rex atque ſui miniſtri per amorem Dei bonum faciant, & omnes bona facere doceant, vt per timorem Dei mala fugiant, & omnes in illis mala facere diſcant. Miſſos etiam tales per Regnum conſtituite, qui ſciant qualiter Comites & cæteri miniſtri Reipublic. iuſtitiam & iudicium populo faciant; qui ſicut Comitibus proponuntur, & in ſcientia & in iuſtitia ac veritate eis præmineant. Hæc & alia multa Ludouico Epiſcopi: in ſinem obſecrantes eum his verbis. Tandem Domine noſter Rex, contra Deum & contra animam veſtram nõ audiatis illos qui dixerint: (ſi forte vobis dixerint) Non tibi curæ ſit Rex, quæ tibi referant iſti felones atque ignobiles: hoc fac quod tibi diximus; quoniam cum noſtris, & non cum iſtorum parentibus tenuerunt parentes tui Regnum. Nos autem obſecramus Dominationem veſtram, attendite potius (ſi Chriſtianus Rex eſtis, ſicut &, Deo gratias, eſtis, & in illum creditis, & per illum regnare vultis; per quem, ſicut ſcriptum eſt, Reges regnant; Cuius eſt Regnum, imo orbis terræ & plenitudo eius) quia idem Deus in carne veniẽs, qui ſolus Rex potuit fieri & Sacerdos, & in cœlum aſcendens, ſuum Regnum, id eſt, Eccleſiam inter Pontificalem auctoritatem & regiam poteſtatem gubernandam diſpoſuit, non elegerit ad hoc nobiles & diuites, ſed pauperes & piſcatores, & ſicut ſcriptum eſt, ignobilia & contemptibilia mundi elegit. vt confundat fortia. Et fieri poteſt, vt tales vobis iſta dicant (ſi forte minus neceſſario Deum timentes vobis dixerint) cum quorum parentibus diabolus, qui ſecundum ſcripturam, eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, Regnum Chriſti, quod eſt Eccleſia conturbauerit, & nunc eos in regno ſuo, in inferno retineat, & ſecum in ſæcula retinebit. Pro certo autem ſciatis, quia cum noſtris parentibus, id eſt, cum Apoſtolis Chriſtus Rex Regum Regnum ſuum, id eſt, Eccleſiam conquiſiuit, ampliauit & erexit: & per nos, & nobiſcum (vtinam non ad iudicium veſtrum dicamus) eandem Eccleſiam, id eſt, Regnum ſuum quotidie acquirit, auget, & gubernat Dominus Ieſus Chriſtus, ſicut dictum eſt à Domino Eccleſiæ per Prophetam: Pro Patribus nati ſunt tibi filii; id eſt, pro Apoſtolis creanis ſibi Epiſcopos, qui te regant & doceant. Cum qua Eccleſia nobis à Deo commiſſa, Rex Chriſtiane ac Domine, ſicut literis veſtris iuſſiſtis, ieiuniis ac orationibus & litaniis Dominum, ſummum gubernatorem in naui ſanctæ Eccleſiæ fluctuante in hoc mare, id eſt, ſæculo naufragato, peccatis noſtris communibus dormientem, pulſare & excitare, & pro vobis deprecari ſtudebimus, vt quanto citius pro ſua ineffabili dignitate euigilet, & imperet ventis ac mari, id eſt tentationibus diabolicis & inquietudinibus ſæcularium hominum, vt redeat quandocumq; tranquillitas.

Hucuſque Epiſcoporum epiſtola ad Ludouicum.[d] At is, quantum ad cauſam Caroli attinet, non quieuit, ſed ſe ad arma conuertit. Cui cum ſe imparem Carolus videret, fuga ſibi conſuluit. Sed nec Ludouicus hyemare in Galliis quemadmodum diſpoſuerat potuit. Sorabiea enim rebellione nunciata reuerſus eſt. Carolus porro Legatus tum ad Nicolaum Romanum Pontif. tum ad Ludouicum nepotem Imperatorem miſit, qui vtrique referrent iniuriam, quam à fratre Ludouico Rege Germaniæ pateretur: quod is neq; læſus, neq; laceſſitus, Regnum ipſius inuaſerit. Vterq; non defuit ſuo officio: ſed datis ad Ludouicum literis poſtulatum, vt Regno Caroli excederet, aliena non inuaderet, & quæ charitatis atq; pacis eſſent procuraret. VI. Carol. ad Põt. & Imp. cõqueritur aduerſus Ludo. fratr. d Chronic. Franc.

Conſtantinopoli,[e] Ignatius Patriarcha Imperatorum filius & Imperatorum nepos, qui Angelicam vitam ſubiens, habitu monaſticæ conuerſationis indutus, Deo placabilis, Angelis reuerendus, & dæmonibus metuendus apparuit, hoc anno ſede eiectus, dignitate exutus, & in exilium miſſus, incredibiles calamitates ſuſtinuit. Bardam fratrem Theodoræ offenderat, quod eum & redarguiſſet, & Eccleſiæ ingreſſus illi interdixiſſet & à ſacrati corporis & ſanguinis Chriſti participatione, die ſacro Epiphaniæ eundem reieciſſet; propterea, quod is vxorem legitimam ſine cauſa repudiaſſet, & cuidam cognatæ contueſcens in inceſtu perſeueraret. Offenderat & Michaelem Imperatorem, quod Theodoram Auguſtam eius matrem à Palatio ab eo eiectam attondere & velare & habitu monaſtico induere recuſaſſet. Offenderat & Gregorium Syracuſanum Epiſcopum, quod eundem propter facinora quam plurima anathemate percuſſiſſet, atq; dignitatem illi ſecundum canonem abrogaſſet. Hi tres itaque odio contra eundem æſtuantes, re cum Photio viro illuſtri communicata, Patriarchalique officio ei promiſſo, Concilium Epiſcop. intra Palatium conuocarunt, & criminibus multis Ignatio innocenti impoſitis, non conuictum, reclamantibus plurimis Epiſcopis, primo in inſulam Therebinthum relegarunt, & in capratum ſtabulo, compedibus vinctum, in fœtoribus & ſordibus recluſerunt. Vbi cum eſſet, aliquot Epiſcopos ad eum miſerunt, qui ſuaderent, vt dignitatem Patriarchalem ſponte renunciaret, & libellum renunciationis remitteret. Recuſauit Ignatius: recuſanti, Leo ſacrarum largitionum domeſticus, maxillam pugnis appetens, duos ex illa molares dentes excuſſit, & poſt multas atque incredibiles vexationes & cruciatus, in Copronymi ſepulchro in modum rogi facto incluſit; Lampadum quæ ibi ardebant, aqua effuſa; ne dum ſiti cruciaretur, vel ex illa ſe refocillare poſſet. Hæcque omnia agebantur, vt ab eo libellum renunciationis extorquere poſſent. Inde tranſtulerũt ita vinctum ad Numera; & inde in inſulam Mitylenem: vti fiebant frequentes incurſus Barbarorum, & rapiebantur homines qui in illis locis habitabant, & gladii efficiebantur impendium. Ex amicis Ignatio tum clericis, tum monachis, tum Epiſcopis, multi cum infidelibus gentibus in Prætorio mulctati ſunt, fameque & ſiti ſeu cæteris miſeriis afflicti, ad ſecandum marmora pro lignis damnati ſunt. Alii autem pro eo vt aut lignis ferirentur, ſpatha percutiebantur, his qui feriebant non vt Sacerdotes, neque vt homines

V. Ignat. Conſtantinop. iniuſte relegatur. e Nicet. in Ignatio. Ioan. Curopal. & Cedren. & Act. octauæ Synodi.

Cruciatur Ignat. eiuſq. amici multi

carnem

Digitized by Google

carnem ferentes, ſed vt inanimata corpora percutientibus. Illud vero, quos calcibus ſubmittebant, & huic pœnæ ſubiectis viſcera euellebant, vt leue tormentum habebant. Id præterea quod monilibus ferreis afficiebat, & catenis vinciebat, fœnum poſt multos dies in eſcam præbēs, humanitatem multam eſſe putabat. Quot autem in tenebris & vmbra mortis, in fœtoribus mortiferis includebant; nec tegebant cum facerent, ſed gloriantes & cachinnantes magna voce, neſcientibus cum feritate atque iactantia loquebantur ludentes: & rogati vt talibus miſericordiam præberent, magis inſaniebant & deterius cauſabantur. Alios etiam in extremitates orbis, & alienigenarum loca fecit exulare.

VI. Photius intruditur in locum Ign.

Eiecto Ignatio Patriarcha, Michael Imp. cum Barda auunculo, Photiū ex ſecretario intruſerunt, diuitiis pollētem, ſcientiis ſæcularibus diſertiſſimum, antiquis etiā hac ex parte comparādum, ſacrarum vero literarum expertem. Sed quid ſero licet, vbi eum inuaſit libido ſpiritalis præfecturæ, eas non qua decet animi ſubmiſſione aggreſſus, nullo vſus magiſtro, magiſtrum qui docere alios poſſet, ſtatim profeſſus eſt: homo gloriæ appetentiſſimus, ſexq; diebus ex laico transformatus in Patriarcham, nimirum prima die ex laico monachus, ſecunda Anagnoſtes, tertia ſubdiaconus, quarta diaconus, quinta presbyter, ſexta denique Patriarcha ſedem Epiſcopalem conſcendit, alta voce pacem populi annuncians, nihil pace dignum cogitauit.

NICOLAI PP. AN II. LVDOVICI II. IMP. AN. 4 Michaelis III. Imp. ann. 18.

I. SS. Eulogii & Leocritiæ martyr. a *Aluaro in vita S. Eulogii.*

ANNO *Chriſti* 859.[a] Quinto Idus Martii, ſanctus Eulogius Cordubenſis presbyter, deſignatus vero Toletanus Antiſtes, Chriſti præco, Mahometanæ impietatis debellator, inſignis martyrum promotor, poſtquam coram Sarraceno Iudice, Mahomedi ſordes & vanitatem coarguiſſet, & necquicquam Chriſtum negare voluiſſet, gladio percuſſus eſt. Vadentem ad locum ſupplicii, vnus ex regiis Eunuchis alapam ei inflixerat, cui ille alteram porrigens; obſecro, inquit, vt hanc etiam verberando priori coæques, quam, cum ſecundo feriret, ille patiens & mitis iterum priorem porrexit. Occiſi cadauer mox vt proiectum eſt in alueum, columba miro candore niueſcens, videntibus omnibus, ſecans aera pennis, ſuper corpus martyris ſedit, quam omnes miſſilibus, petris hinc inde abigere conantes, & nihilominus conſiſtentem repellere nō valentes, manibus cominus voluerunt effugare. Sed illa in circuitu, corporis non volans, ſed ſiliens ſuper turrim corpori imminentem propius reſedit, & ad corpus beatiſſimi viri vultum conuertit. Aliquis vigilum palatii noctu ad alueum profectus, cum aquam haurire vellet, vidit ſuper corpus S. Eulogii quod deorſum iacebat, Sacerdotes miro candore niuentes, luminaria corruſcantia retinentes, & Pſalmos grauiter concinentes. Secuta eſt ſanctum Eulogium in martyrio beata virgo Leocritia, quarto poſt eum die decollata, & in fluuium Petim proiecta. Sed aquis nec ſubmergi potuit, nec celari: erecto enim corpore pergens, mirum omnibus viſum præbuit; & ſic à Chriſtianis educta, in baſilica ſancti Geneſii martyris condita eſt.

II. Pax inter Reges conciliato. b *Chron. Franc.*

In Galliis, [b] pax inter Reges Carolum caluum, & Ludouicum conciliata eſt. Ludouic. enim Rex Nicolai Romani Pontif. & Ludouici Imp. perterritus literis, ad fratrē miſit, omnia ſe facturū promittēs. Carolus porro Wormatiam ad eundem Epiſcopos Legatos dato eis commonitorio deſtinauit, qui cōditiones pacis ab eo reciperent, & receptas ſtabilirent.

III. Conc. Tullen. g. net. in cauſa

Ad eundum modum rebus cum fratre compoſitis Carolus, tum demum ipſe ſua ſponte, ad emendanda regni ſui errata, triginta octo Epiſcopos duodecim Prouinciarum apud Tullum ad Synodum celebrandam adeſſe permiſit: ipſeque vna cum eis & octo metropolitanis interfuit. Damnatus eſt imprimis Gotheſcalcus Scotus, qui Prædeſtinatianorū errores ſuſcitabat. Dānatus Wenilo Archiepiſcopus Senonenſis, quod contra iuſiurandum Ludouico regi relicto Carolo adhæſerat. Damnatus quidam Tortoldus diaconus, quod Epiſcopalem dignitatem in vrbe Baiocenſium occuparat, & rempublicam perturbarat. Damnatus Anſgarius Subdiaconus, quod viuo & incolumi Epiſcopo, ciuitatis Lingonum ſedē peruaſerat. Damnatus Atto Virdunenſium Epiſcopus, quod minus prouiſè quā ſacra auctoritas doceat, ad Epiſcopalem dignitatem peruenerat. Scriptum eſt etiam ex Synodali decretō, ad ſeditioſos, factioſorumque Principes, vt mortiferam ſocietatem relinquerent, & arma feralia deponerēt, & dato ſpatio pœnitentiæ nō abuterentur. Canones etiam numero 26. ediderunt illi Patres pro inſtauranda Eccleſiaſtica diſciplina. Inter quos eſt vnus de ſcholis inſtituendis, & bonarum literarum ſtudio reſtituendo.

Wenilonis proditoris & aliorum.

IV. Scholæ in Oriente per Bardam reſtitutæ. c *Ioan. Curopalat.*

Conſtantinopoli [c] ſolus Bardas omnia moderabatur, Michaele nihil de rebus publicis curante, ſed theatra & certamina equorum inſpectante: & quod deterius eſt, aurigante, & riſum ac ludum de ſe omnibus exhibente. Bardas autem omnia ad rempublicam ſpectantia obibat, & de imperio cogitabat, quomodo ipſum opportuno tempore ſibi adſciſceret. Externæ quoque ſapientiæ rationem habuit, quæ iampridem effluxerat, & ad nihil prorſus reciderat, Imperatorem ruſticitate ac ruditate. Definitis itaque cuique ſcholæ diſciplinis, ſupernæ vero Philoſophiæ in ipſa Regia, in Magnaura exercitio inſtituto, ex eo tempore doctrinæ efloreſcere cœperunt. Hoc opus pulcherrimum & celeberrimum haud potuit alias maculas, quibus infectus erat Bardas, abſtergere. Philoſophiæ dux & magiſter erat Leo Magnus ille Philoſophus ex fratre nepos Ioannis Patriarchæ, qui etiam Theſſalonicæ electus eſt, & paulo ante eiectis Iconomachis, ipſe quoque fuerat eiectus. Fuit Leo diſcipulus Michaelis Pſelli, qui laudationem in obitum Metaphraſti celeberrimi vitarum ſanctorum ſcriptoris habuit. Ex quo ſuſpicio nō modica eſt, non omnes vitas, quæ nomine Metaphraſti circunferuntur, ab eodem eſſe conſcriptas, ſcilicet eorum qui infra eius obitum vixerunt.

De Pſel. & Metaphraſto.

V. Ignatius multa à Photio paſſus.

Bardas porro adhuc magis inſanire contra Ignatium eiectum perrexit. Cum enim is Mytilene exul ageret, eius conſilio Photius congregata ſua iniquorum caterua in ſacro templo glorioſorum Apoſtolorum, priuationē promulgauit aduerſus eum abſentem, nec non illum anathemate damnauit, ipſe accuſator factus eſt Iudex. Quoſcumque autem videbat huic animo ſuo & iniquæ actioni adhærentes, & rebus quæ fiebant ſubſcribentes, inter præcipuos amicos habebat: qui vero huic iudicio iniquo ſe obiicientes, hæc approbare nolebant, hos prætorio & carceribus variis modis puniendos tradebat.

Legatio à Photio & Imp. & Nicol. PP.

Cum autem multi murmurarent, & hæc iniuſta Photii acta reprehenderent, conſilium iniit, prauum magis quam ſapiens, ſcilicet Legatos mittendi ad antiquam Romam, & à Nicolao Legatos petere, occaſionē videlicet, vt Eccleſiam corrigeret, nec non vt illos qui hæreſim Iconomachorum tuerentur, à Chriſtiano nomine omnino reſcinderet: reuera autem id curabat, vt Romanorum manu & auctoritate firmiorem redderet Ignatii depoſitionem. Miſit igitur Theophilum Epiſcopum Amorii, & Samuelem Epiſcopum Chonarum, & alios duos. Per hos etiam falſa ſcribere ad ſummum Pontificem veritus non eſt. Scripſit enim Ignatium propter ſenium, & infirmitatem, Eccleſiæ renunciaſſe Præfecturam, & ab illa receſſiſſe, & in quandam inſulam profectum in monaſterio manere cum omni honore, cultu & obſequio, tum ab Imperatoribus, tum etiam ab vniuerſa ciuitate habitum. In eandem quoque rem, vt Imperator ad Nicolaum Legatos mitteret, eidem perſuaſit. Sed is demum [d] Legatis cum epiſtolis ad ſedem Apoſtolicam deſtinatis, accuſationes quaſdam aduerſus

Commenta Photii.

d *Nicol. PP. Epiſt. 1.*

Digitized by Google

Ignatium Patriarcham per eos addidit, poſtulans à Nicolao Pont. vt à ſede Apoſtolica miſſos daret, qui ſcandala ipſa ſedarent, & ſchiſmata diſſiparent. Miſit & munera pretioſa ſummo Antiſtiti Imperator, nihil aliud contendens callido commento, quam vt iudicio ſedis Romanæ Ignatius damnaretur. [c] Quatuor Epiſcopi fuere miſſi vna cum Arſa Protoſpatario, Methodius Metropolitanus Hangrenſium, Samuel Chonarum Epiſcopus, Theophilus Zacynthi & Zacharias Thauromeniæ. Audiuit eos Nicolaus in baſilica S. Mariæ ad Præſepe nuncupata, non tamen ad communicationem cum reliquis Epiſcopis admiſit; licet eos ad audientiā recepiſſet per ſatisfactionem libelli & iuramenti. In literis quas Photius Nicolao ſcripſit, mentiebatur ſe tel rectantem ad tantum faſtigium raptum potius quam aſſumptum eſſe: Fidei poſtmodum ſymbolum literis inſertum oſtentabat, vt ea ratione Apoſtolicæ ſedis communicationem, Ignatii abrogationem, & ſui Epiſcopatus ſtabilimentum ſuffuraretur.

c *Act. 2. Synod. 8.*

NICOLAI PP. AN. III. LVDOVICI II. IMP. AN. V.
Michaelis III. Imp. ann. 19.

I.
Legatio à Nicolao PP. in Orientem.
a *Nicolai PP. epiſt. 5. 2 1.*

ANno *Chriſti* 860.[a] Die 25. menſis Septemb. Nicolaus Papa habito Patrum conſenſu, Legatos Conſtantinopolim mittere decreuit. Miſit Rodoaldum Portuenſis Eccleſiæ, & Zachariam ciuitatis Anagniæ, Epiſcopos. in ea quam Photio ſcribebat, fidem illius laudabat; cæterum ad Epiſcopatum aſſumptionem improbabat, quod contra canonem Sardicenſis Concilii, ex laico ad Patriarchatum proſiluiſſet. In ea vero quam Michaeli direxit, arguebat, quod abſque Romanæ ſedis, Romanique Pontificis conſenſu Concilium Conſtantinopoli conuocatum, Patriarcham legitimum depoſuiſſet, & de laicorum habitu alterum ſufficiſſet, contra Pontificum Romanorum decreta, & canones Conciliorum. Porro tam Photio quam Michaeli ſcribens Nicolaus ſuggerebat, ſe eo fine Legatos miſiſſe, vt inquirerent, quamobrem Ignatius ſpreuerit traditam ſibi à Deo plebem, & inſtituta Leonis Papæ atque Benedicti; & an in depoſitionis eius cenſura, canonicus tenor fuerit ſeruatus, an non. Secundo, qui eſſent obſeruationis actus, quodve ſtudium Photii circa Catholicæ fidei defenſionem: Item quæ eſſet Eccleſiaſticæ vtilitatis ex eius aſſumptione conſtantia. Hæc autem cum Legati per inquiſitionem cognouiſſent, noluit Nicolaus vt definirent, ſed rem integram, ad ſedem Apoſtolicam referrent. Quamobrem eiſdem iniunxit Legatis, ne cum Photio, niſi quaſi cum laico, vſque ad notitiam ſuam, communicarent. De venerabilibus autem Domini noſtri Ieſu Chriſti eiuſque Genitricis ſemper virginis Mariæ ac Sanctorum ipſi ſimaginibus, quicquid quæſtio attuliſſet, iuſtè ac piè diffinirent. Monebat etiam Imperatorem Nicolaus, vt antiquum ius Romani Pontificis, cuius vices gerebat Theſſalonicenſis Metropolitanus, per Epirum veterem, Epirum nouum, atque Illyricum, Macedoniam, Theſſaloniam, Achaiam, Daciam Ripenſem, Daciam Mediterraneam, Myſiam, Dardaniam, & Præualim, quarum Eccleſias temporibus S. Damaſi, Syrici, Innocentii, Bonifacii, Cæleſtini, Sixti, Leonis, Hilarii, Simplicii, Felicis atque Hormiſdæ ſanctorum Pontificum ſactis diſpoſitionibus regebantur, integrum eſſe, nec à Conſtantinopolitano Patriarcha violari iuberet. Præterea, vt Calabritanum Patrimonium & Siculum, Eccleſiæ Romanæ olim conceſſa, reſtitueret. Item vt conſecratio Syracuſano Archiepiſcopo à ſede Apoſtolica impendatur, neq; traditio ab Apoſtolis inſtituta vllatenus violetur. Ad extremū, vt Legati ſedis Apoſtolicæ ad colloquium eius admittantur, vt eis fides adhibeatur, vt ſine contrarietatis impetu audiantur: vtq; rebus ex animi ſententia confectis, vna cum miſſis ipſius Romam remittantur. Hæc Nicolaus Michaeli & Photio.

De literis Nic PP. ad Imperat. & Phot.

II.
Legati quomodo ſuſcepti Conſtantinopoli.

At Legati Conſtantinopolim venientes, neq; digne ſuſcepti ſunt, neq; vt decuerat, retenti: per centum dierum ſpatium, omnium niſi ſuorum perſonis loquendi facultate eis denegata. Scilicet, non alia de cauſa, niſi vt inquirendi locum, de depoſitione Ignatii non inuenirent. Bardus enim auunculus Michaelis Imperatoris, & Photii Patriarchæ intruſi affinis, omnia in gratiam Photii faciebat, Michaele, vino, laſciuia, & ſæuitia occupato & obruto. Cum talibus belluis potius quam hominibus Nicolao fuit certandum, cum ea quæ Petro per viſum oſtenſa ſunt cælitus demiſſa in linteo animalia immunda atque ferocia, ipſe ſibi aduerſantia pati coactus ſit. Confiſus tamen in eo, qui dixit Petro: Occide & manduca; nihil timuit aduerſus eiuſmodi truculenta monſtra, pro iuſtitiæ defenſione ſubire certamen. Porro quam amens fuerit Michael, vel ex hoc vnico indicio euidens eſt. [b] Cum nuntiato per ſignum factum à Protonotario Sarracenorum aduentu, cum eſſet in curru ipſe Imperator agitans equos, colore indutus Veneto, pro Venetorum parte ſollicitus; toruo ac terribili aſpectu eum intuitus: Et quomodo auſus es, o ſceleratum caput, inquit, de iſtiuſmodi rebus me alloqui in hoc neceſſario ludo occupatum, neque aliud quicquam curantem, quam videre medii ſiniſtram partem conuerſam, pro qua re omne mihi certamen eſt inſtitutum? Adeo erat mente captus, vt Imperii iacturam, agitationi equorum poſthaberet. Quoad ſæuitiam eius pertinet; Michael Imperator cum ſe vino ingurgitare conſueuiſſet, quo tempore ebrius erat, abſurda multa fieri imperabat: alii enim aures amputari, alii nares, alii caput.

Michael Imp amentia.
b *Ioan Curopalat.*

Mich. Imp ſæuitia.

III.
Conuent. Confluent de concordia inter Reges Franc.
c *Chron. Pithœi.*

[c] Francorum quinque Reges, Carolus & Ludouicus fratres, Lotharius, Ludouicus & Carolus eorū nepotes, Conuentu Epiſcoporum, Abbatum, & Comitum, Nonis Iunii, Confluentiæ in Secretario Baſilicæ S. Caſtoris facto, pacem perpetuam iureiurando interpoſito inter ſe confirmarunt. His editis capitulis, vt omniū præteritarū iniuriarum obliuiſcerentur, vt alterius bona alter nō cupiat, nec occupet. Vt alter alterum adiuuet ſicuti op' habuerit, vt alter alterius vagos homines non recipiat, nec audiat. Vt nullus Epiſcopus ſine præuia admonitione excommunicare aliquem audeat, vt contra legitime excommunicatū regia poteſtas conſurgat, vt alter alterius ſubditos non opprimat, vt contra Capitula delinquens, iudicio aliorum Regum & Epiſcoporum corrigatur & puniatur. His præclare ſtatutis Carolus maior non ſtetit. Quamobrem cæteri Reges, contra eum, Nicolai Pontificis Romani iudicium per literas poſtulauerunt. In iis Nicolaum Papam vniuerſalem totius Eccleſiæ, atque Patrem ſuum appellabant, & ad ſacra eius veſtigia ſe prouolutos eſſe teſtabantur, humilem ei ſubiectionem vnanimes modis omnibus obſeruare velle decernentes.

IV.
Prodigia in Scotia.

Hoc anno, Regnum Scotorum, à Britonum Anglorumque annis, magnam accepit calamitatem, quam varia prodigia facta prænunciauerant. Ferunt, in Laudonia infantem ſemeſtrem, matrem clara voce monuiſſe, eam regionem tota cum domo ocyus relinqueret, fore vt hoſtes Laudoniam Scotis ademptam occuparent. Boues ibidem paſcentes in agris, inſolitis emiſſis boatibus ſubitò interiiſſe. Piſces in Forthea æſtuario humana prope effigie à mari in arena deſtitutos mortuos. Ingentem vim ſerpentum in Gallouidia in morem pluuiæ ex aere decidiſſe, qui in vnum locum congeſti, ac putrefacti in hominum cæterorumque animantium perniciem, aerem infectum ſpirationi reddidere ineptum. Extinctus eſt per id tempor s Rex Donaldus, cui infelix regnum portenta iſta præſignificabant. Conſtantius ei ſuccedens, quod ſciret eas publicas clades, propter morum clerici ac populi corruptelam diuinitus immiſſas fuiſſe, publica authoritate ad comitium ſacros profanoſque viros principes, euocauit, vtque errata repararentur, ab eis vehementius poſtulauit. Decretum eſt.

Comitia in Scotia pro morum corruptione.

Decreta in Comitiis.

Chriſti Sacerdotes ſacrorum curam haberent diligẽtem, prophanis abſtinerent, ſacerdotiis viuerẽt ſuo quiſque contentus, augendæ religionis ſtudio, populum inſtituerent ſacro dogmate: adq; eum modum viuerent, vt docerent: militiæ deinceps donati immunitate, aſſiſterent Chriſti templis. Non alerent equos nec canes voluptatis cauſa: arma non ferrent. cauſas non agerent profanas. Si quiſpiam Chriſto initiatorum ſua munia minus diligenter obierit, quo minus Chriſtiano populo foret conſultum, primum pecunia mulctaretur, inde non reſipiſcens, abdicaretur ſacerdotio. Adoleſcentes ab omnibus prohibiti delitiis, non niſi ſemel in ſingulos dies alimento, & eo minus delicato alerentur, reficetenturve. Ab omni inebriante penitus abſtinerent. Si adoleſcens, puer aut puella inebriaretur, id illi capitale foret. Curſu, palaſtra, diſco, arcu, miſſilibus, iaculis exercerentur iuuenes vt otio, torpore, temulentia, cunctiſque animum effæminantibus liberis robuſtiores ad omnia toleranda redderentur. Aſſer eis cubile eſſet vnico ſagulo ſtratus, nihilque aut molliciem inducens, aut laſciuiam præ ſe ferens noctu interdiuve experirentur. Iuſſum eodem decreto, vt culinarii, popinones, cupediarii, ganeis euerſis exularent, edictis haud obtemperantes ſuſtolli in cruces. Harum ſanctionum obſeruatione, Scoti, breui temporis curriculo, facti ſunt ex gaſtrimargis & mulieroſis, temperati, ex mollibus laboris patientes & alacres; atque ex effæminatis viriles ſibi ac Reipubl. adminiſtratorib⁹ haud mediocriter profecere. *Hiſt. Scot. lib.* 10. *Hector. Boeth.*

V. Hoc anno, Tyberis, in fine Octob. & die 27 Decemb. eluuione vrbem inundauit.

NICOLAI PAP. ANN. IV. LVDOVICI II. IMP. ANNO VI. Michaelis III. Imperatoris anno 20.

I. Conciliabulum aduerſus Ignatiũ, Latrocinalis Synodus iure dictus. a *Niceta in Ignatio.*

ANNO *Chriſti* 861. Conſtantinopoli, [a] Michael Imperator & Photius Pſeudopatriarcha, ex conſilio Bardæ malorum omnium architecti, trecentorum decem & octo Epiſcoporum Conuentum, in cauſa Ignatii Patriarchæ habuere. Oecumenicam illi vocabant, ſiue propter præſentiam Legatorum ſedis Apoſtolicæ, ſiue propter tantam multitudinem conuenarum. Nicolaus Latrocinalem appellabat, propter vim extremam iuſtitiæ: Canonibus, Legatis, Ignatio, Epiſcopis aliquibus, à Photio & Barda per ſummam iniuriam illatam. Sedit in eo Conciliabulo velut iudex & accuſator Photius, cuius cauſa agebatur. Peragebatur Ignatius tamquam reus, & iam à multo tempore depoſitus; qui ſedem ſuam obtinere debuerat.

Quid in iſto Conciliabulo actum.

Legati ſedis Apoſtolicæ primo cuſtodia & inedia macerati, deinde etiam muneribus datis à Photio corrupti. Literæ Nicolai Pontificis à Legatis per Photium & Bardam correptæ, raſæ, mutilæ, inuerſæ, falſatæ. Septuaginta duo falſi teſtes contra Ignatium aliqui ex Anabaptiſtis hæreticis, aliqui pauperrimi, turpiſſimi & ſordidiſſimi, auro & pollicitationibus dignitatum ad periurium inducti. Sententia iniquè, ex canone quodam detorto, contra innocentem lata, promulgata, & in rem adducta. Sed hæc & alia omnia abunde ipſe Ignatius in epiſtola ad Nicolaum Romanum Pontificem data. Lubet plorantem audire: & tum cauſas, tum progreſſus depoſitionis illius ab ipſo noſſe.

Epiſtola Ignatii ad Nicol. PP. b *Cod. Columm.*

Fuit, inquit, mihi paucis ante diebus magna concertatio cum auunculo Imperatoris, cui nomen Bardas, qui hec omnia aduerſum me tyrannice promouit. Hunc Bardam ego frequenter ſancti Spiritus ſermonibus percutiebam: qui me contra comminationibus & calumniis percutere nitebatur. Noſtræ vero contertationis huius cauſa fuit Herodianum peccatum & inceſtus. Cumque Bardas reſipiſcere minus vellet, illum ab Eccleſia eieci. Imperator hoc audito, aliquando precibus mecum agebat, aliquando grauiſſimis minis, niſi auunculum ſuum recipere voluiſſem. Conſilio praterea Bardæ Imperator adducitur, vt voluerit matrem & ſorores è Regia eiicere; & propterea mihi præcepit, vt ipſas tonderem: quod ego facere recuſaui, cum mulieres illæ nullo pacto ſe tonderi permitterent. Hac igitur de cauſa ab Eccleſia eiectus ſui, expulaui etiam, & exilio mulctatus ſui, & vinctus & clauſus ante veſtrorum iudicum aduentum. Ii etiam qui nobiſcum ſunt, eadem paſſi ſunt mala. De quibus quidem cum literis vos edocuiſſemus, quas presbytero Laurentio, & duobus Stephanis, alteri videlicet ſubdiacono, alteri ſæculari, Epiſcoporum Legatorum famulis tradidimus: quos & iuramento obſtrinximus, vt veſtræ ſanctitati illas traderent. Nihil horum factum eſt.

Cum vero nobis mandatum fuit, vt coram tribunali illo nos conſtitueremus, clamauimus, appellantes ſanctitatem veſtram, vt ab ea iudicaremur. Sed nullus erat, qui nos audiret. Iterum vocati petiimus ab eis, vt nobis dicerent, quomodo ad eos accedere deberemus; vt monachi & condemnati, vel vt iudicandi? & mihi reſponderunt, vt eo pacto accederemus, vt digni ſumus. Quapropter ſacris induti veſtibus proceſſimus ad Concilium vel potius conciliabulum. B *Cumque non procul eſſemus, quos miſiſſet tyrannus, in ipſa via publica ſacris veſtibus me ſpoliant. Cum vero ad templum compulſi ſumus; mittuntur ad nos præfati tres famuli Legatorum, Laurentius, & duo Stephani, & dixerunt mihi: Quanam de cauſa cum damnatus ſis, Ignati, tot de cauſis, & depoſitus, ſacris veſtibus indui non dubitaſti? Auellentes igitur me vi ab his qui mecum erant, ſolum ſtiterunt imperatori: qui ſtatim contumeliis me onerauit. Ego vero cum dixiſſem, quod contumeliæ mitiores ſunt tormentis, paululum mitior factus eſt, & mihi præcepit, vt ligneo ſcamno ſederem, & interea colloquio habito, petii vt mihi liceret ſalutare Rodoaldum & Zachariam tuos Legatos. Qua re mihi conceſſa, illos ſalutaui. Interrogaui etiam de cauſa illorum aduentus. Qui dixerunt: Legati ſumus Papæ Nicolai, & miſſi ſumus, vt res tuas iudicemus. Iterum interrogaui; an literas haberent ſanctitatis tuæ. Qui reſponderunt, non habere, quoniam* C *non veniebant ad Patriarcham, ſed ad eum qui à propria Synodo iam fuerat damnatus, & parati erant ea facere quæ Canones præcipiunt. Ad hæc ego: Adulterum igitur Photium primum è medio tollite. Si vero hoc facere non poteſtis, nec iudices eritis. Ipſi autem iterum reſponderunt; Ita vult ille. Imperatorem videlicet indicantes.*

Poſt hæc qui circa Imperatorem erant, venerunt vt conſolarentur me, hortantes vt reſignarem Patriarchatus; idque tum blandis verbis, tum comminationibus facere nitebantur. Sed nullo pacto, vt id facerem, adducere potuerunt. Quapropter ad Metropolitas ſe conuerterunt, alios aliis de cauſis calumniantes; vt quod ipſi ratam habuerint reſignationem meam, & quomodo iterum me peterent in Patriarcham? Quibus reſponſum dederunt Metropolitæ, quod cum duo mala fuiſſent propoſita, Imperatoris videlicet indignatio, & populi tumultus, leuius elegimus tunc temporis, ſed vos qui aſſiſtitis Imperatori, reſtituite Patriarcha Ignatio ſedem ſuam, & de nobis nulla vos angat cura. D *Sed interea iterum qui circa Imperatorem erant, ad comminationes conuertebantur, aperte petentes à me ſpontaneam abdicationem, vt ita adulter Photius ſine metu Eccleſiam occuparet. Cum vero id facere omnino repugnarem, ita dies illa tranſiit, & concilium diſſolutum. Et hoc idẽ multis diebus faciebant. Cum autem quæ ipſi voluerunt, non ſunt aſſecuti, ad aliud technæ genus conuertuntur. Et cum miſiſſent prædictos Legatorum miniſtros, vocant me ad cõcilium. Ego vero dixi, quod illuc non accederem. Neq; enim viderã Iudices illos, Legatos ſcilicet, aliquid iuxta Eccleſiaſticas regulas facere; cum adulterum & intruſum Photium ab Eccleſia non eiicerent, ſed potius cum illo comedebant, & cuius munera iam diu acceperant. (Nam apud Rhegium vrbem illis obuiam miſſa ſunt veſtes ſacræ multæ: quapropter tales iudices nullo pacto ego accipio, ſed ad Papam me adducite, & inde iudicium libenter accipio. Hæc eadem qui mecũ erant, alta voce clamarunt. Proinde præfatas epiſtolas, vt nobis legerent petiimus; canonicæ enim demonſtrationes & decreta in ipſis inſerebantur Innocentii Papæ pro S. Ioanne Chryſoſtomo; quod videlicet non oporteret Ioannẽ ad iudicium vocari, antequã ipſe ad ſuam reſtitueretur ſedem.* E *Canon etiã Sardicenſis quartus hæc habet: Quod ſi quis Epiſcopus depoſitus fuerit, & dixerit ſe iterum habere quæ dicere poſſit ad ſuam defenſionem, nõ antea in eius ſede conſtituatur alius Epiſcopus, quã*

Epiſcopus

Epiſcopus Romana Eccleſia hac de re aliquid decernat. Alia etiam multa his ſimilia in epiſtolis, ſcripta leguntur; quæ te rogamus, vt quæras, o præſidum reuerendiſſime, & fratrum tuorum ſtudioſiſſime, vt tu illa legas. A

Cum igitur inſtarent, quærentes vt nos ad iſtos accederemus: hoc illis nos reſponſum dedimus. Vt videmini, fratres mei, neq; canones legiſtis, neque regulam Eccleſiaſticam ſcitis. Hæc eſt regula: vt Epiſcopus qui à Synodo vocatur, per duos Epiſcopos vocetur, & hoc bis, & ter fiat. Vos vero ab altero quidem diacono, altero vero ſæculari me vocari vultis. Nos igitur talia reſpondimus. At illi in medium attulerunt teſtes, qui dicebant, ſe paratos eſſe iurare, quod ego non ritè præpoſitus & electus ſui, neque legitimè ordinatus. Ad quæ ego iterum reſpondi: Quinam ſunt iſti? Et quiſnam fidem ipſis adhibebit? Et quiſnam Canon præcipit, vt Imperator teſtes adducat? Si igitur ego non ſum Epiſcopus, neque mœchus & adulter Photius: omnes B *vos indignarum manuum mearum creaturæ eſtis. Si ex Eccleſia eſſet mœchus Photius, annuiſſem fortaſſe libenter. Nunc vero quomodo alienum ab Eccleſia paſtorem illum conſtituam CHRISTI ouium? Multa quidem ſunt, quæ illi ſunt impedimento. Vnum quidem quod ex iis eſt, qui excommunicati ſunt & anathematizati, neque hoc ſolum à nobis paſſi ſunt, vt excommunicatione & anathemate damnarentur, & ab aliis ſedibus Patriarchalibus, verum etiam à veſtra poteſtate: damnati videlicet propter ſceleſtum illum Zachariam, ita vt non haberent facultatem, neque ſacrum facere, neque communicare, neque alios ordinare; qui nihilominus omnia ea confecerunt antequam abſoluerentur. Alterum vero impedimentum, quod ſæcularis ordinis erat, & ordinatus eſt paſtor Photius antequam ouis eſſet. Præterea quoniam ab anathemate damnato ac depoſito fuit ordinatus, nec non quando Metropolitas adduxit, vt ſibi adhærerent,* C *petierunt illi ab eo proprium chirographum de me, quod ſcripſit, addito etiam iuramento, nihil videlicet facturum contra me tanquam verum patrem. Neq; iam quadraginta tranſierunt dies ab eius ordinatione, quando publice me depoſuit, & anathemate damnauit licet abſentem. Fregerunt præterea digitos Archiepiſcopi Cyzici, Photii mandato, & abripuit ab eo Photius exemplum proprii chirographi, ac eundem ipſum præterea depoſuit, & alios quidem malis & minis adducebat, vt chirographum quod ſcripſerunt conculcarent, alios vero muneribus lucratus eſt. Tyrannus vero nihil, reſpondens ad ea quæ dixeram, venit vt introducerentur illi qui parati erant iurare, quod non rite & legitime ordinatus ſui. Ego vero coram præſentibus Epiſcopis alta voce dixi: O Patres, accipite vnam meæ humilis petitionem, & venite ad nos.*

Cum igitur me ſolum accepiſſent & iudices Legati, & Tyranni, D *& ab aliis me ſegregaſſent, iterum rogabant me de his rebus, de quibus antea rogauerant, vt reſignarem ſcilicet. Cum nihil profeciſſent, ad minas iterum conuertebantur. Deinde reliquerunt Epiſcopos carnifices illi, qui mecum erant, & receſſerunt, & Epiſcopi iterum eos trahere aggreſſi ſunt. Ego vero dicebam, quod oportet eos diſcere res meas & tunc petere à me quæ petunt, & à quonam poſſunt diſcere, præterquam à me ſolo? Alius enim nemo audet ex tanto numero Præpoſitorum & Pontificum, & laicorum ita libere & ingenue loqui. Viderunt enim illi Metropolitam Ancyræ veritatem clamantem & dicentem in Concilio; & quomodo barbarus homicida enſis vagina caput eius percuſſit, & ſanguine veſtes eius cruentauit, & quot alia mala præterea ei fecit. Hæc ego dixi. Et cum illi poſtea iterum conueniſſent venire ad me, ſegregati ſumus ad inuicem in diuerſas domos. Poſt decem vero dies tribunali & conciliabulo Caiphæ tractum me ſtiterunt, & eos qui falſum teſtimonium dicebant, quod videlicet nec rite, nec legitime electus ſui,* E *adduxerunt. Et quot plagas tunc mihi inflixerunt, quid opus eſt dicere? Septem enim diebus cum me ſatis ſuperq; male tractaſſent, ſine cibo, ſine ſomno, ſine quiete perdurare coegerunt. Hæc breuibus tibi manifeſtaui: Tu vero ſanctiſſime Domine, oſtende in me viſcera miſericordiæ, & iuxta illum magnum Paulum dic etiam; Quis infirmatur, & ego non infirmor? In mente reuoca prædeceſſores tuos Patriarchas, Fabianum inquam, Iulium, Innocentium, Leonem, & (vt breuiter dicam) omnes qui pro veritate aduerſus iniuſtitiam viriliter ſe geſſerunt: & hos imitare, & ad vindictam noſtri, qui tot iniuſta paſſi ſumus, exurge.* Hactenus Ignatius Nicolao Pontifici.

Habuit Nicolaus iſtud Concilium in cauſa damnationis Ignatii factum, latrocinalem conuentum appellare; idque per ordinem tum Michaeli Imperatori, tum Photio Pſeudopatriarchæ cum exprobratione demonſtrare. Ad eum enim modum hæc commemorabat ſcriptis ad illum & iſtum literis.

Primum, ait, [c] *Peruenientes miſſi noſtri Conſtantinopolim, minis tui Imperii (ſicut ipſi poſtea nonnunquam fatebantur) deterriti, & horrendis terroribus impulſi, ſpretis monitis noſtris, contemptis & epiſtolis ſibi à nobis coram tota Eccleſia noſtra datis, imo poſtpoſito timore Dei, ſicut poſtea claruit, in contrarium verterunt omnia quæ ſibi fuerant imperata. Nec valde mirandum, ſi meticuloſi, toties Imperatori ne Ignatius damnaretur repugnantes, fracti tandem fuere. Nam aliqui ab Imperatore ad eos miſſi, ſignificabant, quod niſi in omnibus obſequerentur voluntati eius, fore vt in exilium longe longius ablegarentur, vbi ſic ageretur cum ipſis, vt fame coacti ſuos cogerentur manducare pediculos.* II. Quare Nic. PP. vocaret iſtum conciliabulum latrocinalē conuentum c Nicol. PP. ep. 9.

Secundo; [d] *quia literarum ſedis Apoſtolicæ exemplar Legatis præreptum, falſificaſtis. In ea enim epiſtola ad originale exemplar ſcilicet collata, cum nõnulla addita, multa mutata, plura ſubtracta reperiantur, per omnia, ait, talis à vobis effecta eſt, vt aut nihil aut parū aliquid nos per eā de crebro dicti cõminiſtri noſtri Ignatii diſpoſuiſſe cauſa videamur. Siquidem cum nos inter alia commemoraſſemus, quod multoties conuentus factus fuerit ſanctorum Patrum, à quibus & deliberatum ac obſeruatum extitit, qualiter abſque Romanæ ſedis, Romanique Pontificis conſenſu nullius inſurgentis deliberationis terminus daretur. Vos eraſiſtis, abſque, & interpoſuiſtis cum, & alia addita quibus, vt ait, ſignificaretur ita deliberatum fuiſſe à ſanctis Patribus, vt cum ſedis Apoſtolicæ & Eccleſiæ veſtræ conſenſu omnis res finis debeat omnino proferri. Cum hoc, inquit, fieri nulla ratione valeat, nullo prorſus exemplo geſtum pateſcat; Præſertim cum hæc Apoſtolica ſemper ſedes in ſana doctrina perſtiterit, veſtra vero Eccleſia, quantum ad præſulatum pertinet, infirmante capite ſæpe languerit, ac per hoc iſta quiuerit adſciſcere quouis modo conſenſum, cuius peſſimum execrabatur non immerito ſenſum. Poſt hæc autem quidquid de iam ſæpe fratris & comminiſtri noſtri Ignatii tyrannica expulſione; quidquid de violatis paternis definitionibus, quidquid de Photii ſcripſeramus irregulari promotione, ſaltu quodam aſtutiæ tranſcendẽtes, etiam ſanctorum Patrum inſtituta, quæ ſancti Spiritus afflatu ſunt edita, ne ad Concilii peruenirent notitiam, contexiſtis, & veluti in quodam ſilentii ſudario legata, dum diuinitus attributa talenta fuerint, abſcondiſtis. Non ſiuimus epiſtolæ locus, in quo nos quidem Legatos noſtros commendantes, amplitudinem tuam deprecati fueramus, de ipſis inter alia aientes: Et cum in conuentu Eccleſiæ ſederint pro Eccleſiaſticis definitionibus, nihil à vobis, vel ab aliis alicuius contrarietatis impetum ſentiant. Vos vero protinus ſubintuliſtis, quaſi nos his continuatim ſubiunxiſſemus, perhibentes: A vobis enim quæ huiuſcemodi ſunt depoſitionis, & ſtatuta ſint, & definita. Hoc præcepto, veſtra vtinam Deo placens ſagacitas, innuere volens; quæcunque à Legatis noſtris ſtatuta fuerunt & definita, nos ſtatuiſſe & definiſſe per omnia dignoſcamur, qui tamen ſcriptus verſiculus, nec à vobis prodiit; nec eis, præter quod ad ſacras imagines pertinet, & id quoque irreprehenſibiliter definiendum, ſiue ſcripto, ſiue verbo terminare quidquam vel deliberare præcepimus.* d ead. ep. 9.

Tertio, Latrocinalē Synodū appellauit Nicolaus: [e] *quia illi tunc conuenerunt, ait, contra iam dictum venerabilem virum, aut ſuſpecti, & ab hinc & nudius tertius inimici eius erant, aut excommunicati, aut depoſiti, aut ſubiecti ipſius Photii, aut certe inferioris dignitatis extiterūt, quorū omnium nullus perſonarum legitimorum iudicium habere ſine dubio poterat. Quis enim de conſidētibus ibidē non de prædictis extitit hæreticis, atq; ſchiſmaticis? Nonne Gregorius Syracuſanus millies condemnatus? Nonne Eulampius, Petrus, item Petrus qui pro nefandis actibus ſuis, & ore cōfeſſis depoſitionem, deinde anathema inciderunt, & alii quos enumerare longiſſimū eſt? Ecce quales inter cæteros erant, qui contra præfatā regulā centum quinquaginta Patrū, os contra venerandū patrē ſuum aperire non ſint veriti, & cum eſſent ligati ligare, & cum eſſent mortui, & in ſuis penetralibus iam fœtidi, virum per totum mundum redolentem mortificare conati ſunt, & malæ opinionis nidore aſpergere tentauerunt. Hoc etiam (vt de Patriarchis omittamus) nec vnius Epiſcopus ciuitatulæ, aut quilibet ignota perſona, aduerſus tantum Pontificem ſententia* e & epiſt. 8.

extitit

Digitized by Google

extitit promulgator, qui non de ſuffraganeis & ſubiectis eius fuerit.

f Eadem epiſtol. 8 2. Paral. 26. *Quarto, Latrocinalem appellauit: quia, vos ô Imperator,*[f] *congregaſtis, an concilium aduerſus eum, & ad Imperij veſtri nutum cuncti ſunt famulati minores. Et ad votum ſecularium (vt cum pace veſtra dicamus) de ſolio Imperiali deſcendentes cathedram præſulatem, vt ita fateamur, aſcendiſtis, & pro deſiderio hoſtium eius, Auguſtalium obliti ſceptrorum, quemdam Regem Iſrael imitantes, aduerſus illum ſacerdotalis miniſterij arripuiſtis officium. præſertim cum Imperium veſtrum, ſuis publicæ rei quotidianis adminiſtrationibus debeat eſſe contentum. Dicite quæſumus, vbinam legiſtis, Imperatores anteceſſores veſtros in ſynodalibus conuentibus interfuiſſe, niſi forſitan in quibus de Fide tractatum eſt, quæ vniuerſalis eſt, quæ communis eſt, quæ non ſolum ad clericos, verum etiã ad laicos, & ad omnes omnino pertinet Chriſtianos? Vos autem non ſolum Synodo in cauſa ſacerdotis collectæ interfuiſtis, verum etiam numeroſa ſecularium millia ad videndum eius opprobrium congregaſtis: cum magis debueratis in hoc imitari Conſtantinum pium Auguſtum, de quo ſcriptũ eſt: Quia ſi vidiſſem aliquem eorum qui religioſo circumamicti ſunt habitu turpitudinem aliquam operantem, Chlamydem meam explicuiſſem, & cooperuiſſem eum, ne videretur à quoquam. Sed in vero hoc omnia obliuioni traduntur. Fit plauſus de Domini ſacerdote ſcurris & hiſtrionibus. Heu quomodo obſcuratum eſt aurum (libet cum Hieremia clamare) mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum! Deinde vero contra ritum Eccleſiaſticum, contraq; venerandas leges, de Imperialibus ædibus, & cui imperari poteſt ad falſum teſtimonium dicendum adhibetur: ſiunt ſuſpecti iudices, & mercenarij, & lupi cuſtod. &c.* Hæc Nicolaus ad Imperatorem: à quo ante omnem interrogationem Ignatius Antiſtes pulſus erat Eccleſia.

III. Quæ poſt Conciliab. paſſus Ignatius. Nicetas qui vitam Ignatii ſcripſit narrabat; quia poſt multam verborum contentionem, & moras, ſecundum nullã iuſtitiæ legem, ſola potentia furioſe vtentes, exuerunt Ignatium veſtibus quas habebat, laceris & ſordidis illum induentes Pontificalibus indumentis: quibus deinde verſa vice eundem expoliauerunt. Erat autem ſubdiaconus quidam mẽte inſanus & vita profanus, quem propterea Ignatius Patriarcha antea de gradu clericali deiecerat. Hic primus auferens Ignatio ſuperhumerale, & reliqua indumenta Pontificalia clamabat, vt moris eſt: INDIGNVS. Zacharias a. & Rodoaldus, & alii quidã profani eaſdem mittentes voces, iniquæ illi ſententiæ ſimul ſubſcripſerunt.[g] Primus vero ante omnes, quod nunquam fuit factum, Imperator in eundem Epiſcopũ Ignatium ſubſcripſerat (quod illi improperabat Nicolaus) Epiſcopos vero, qui Photio tanquam adultero & peruaſori communicare noluerant, exilio ipſe Photius relegauit, & ſui ſceleris complices in eorum ſubrogare locis non timuit.[h] Tunc vero cum Ignatium depoſuiſſent & eieciſſent, immaniſſimis & impiiſſimis hominibus tradiderunt eum puniendum, quouſq; manu propria ſuæ depoſitioni ſubſcriberet & confirmaret. Aderant autem qui ita illum affligebant, & moleſtiis afficiebant, vt duabus ſeptimanis carcere detentum inedia omnino confecerint: quinimo illum attollentes, & eius pedibus graues lapides alligantes, & valde eum inhumane percutientes, conterebant, & tum verbis tum geſtis ſubſannantes contumelioſe eum habebant. Poſt hæc tormenta, poſt minas, poſt vincula, poſt verbera, poſtquam ad modum Crucis ſuper marmora in faciem illum per totam noctem extendiſſent, atq; vinculis deuinxiſſent, & ſuper pauimentum lanceis pupugiſſent, & terram eius ſanguine madefeciſſent, vix ſpirantis manũ Theodorus quidam vi accepit, & Crucem in pagina, quaſi pro eo, loco ſubſcriptionis ſignauit, & Photio afferens tradidit. Hic vero accepto illo Crucis ſigno, ex ſeipſo deinde ita ſubſcripſit: Ignatius indignus Conſtantinopolitanus confiteor me ingreſſum eſſe ſine calculis, non canonice videlicet electum, & his annis non ſancte me geſſiſſe, ſed tyrannice.

g Nicol. ep. 8.

h Nicetas in Ignatio.

IV. Ignatius redit ad ſuũ monaſt. Hac ſubſcriptione miſſa Imperatori, dimiſerunt eum ab illa cuſtodia; qui maternam domum rediens, ibi paſſũ à multis laboribus reſpirabat. Inimicus vero Photius non quieſcebat dolos meditari, & mala aduerſus innocentem machinari. Suggeſſit igitur Principibus, vt iterum ad Apoſtolorum Eccleſiam illum deducerent, & cogerent lecta prius ſua depoſitione, ſuper ambonem ſeipſum anathematizare. poſtea vero oculos illi eruere, & manum abſcindere cogitabant. Ita odium illos profunde obcæcauerat, vt iuſtitiæ Dei nullus apud illos timor, ſed diaboli inuidia illis tantum cordi eſſet.

V. Ignatii fuga. Ipſum ſanctæ Pentecoſtes feſtum peragebatur: & ecce militum armatorum manus, domum in qua detinebatur Ignatius, ex tempore circumdedit. Sanctus igitur, cum mala quæ ſibi imminebant cerneret, & eorum inſaniam, vt fratrem ſuum interimerent, noſſet, conſilium iniit contrarium temporis iniquitati, ſua vero prudentia, & eo qui eum ducebat, ſpiritu dignum. Scilicet, ſeipſum immutauit, & laicalem famulorum indutus habitum, & duas ſportas ex vno pendentes ligno propriis humeris ſuſtolliens, inſtar alicuius baiulantis aufugit, cuſtodes media nocte latens. Feſtinabat autem vna cum ſuo diſcipulo Cypriano verſus Sabatticam regionem iter peragens, corde autem præ metu tremens, lacrymis madefactus, & nimis mæſtus currebat, vt Dauid ille fugiens a facie Saul. Diuina vero prouidentia huic noctu ambulanti obuiam fuit vir quidam facie ſatis decora, & barba & coma recte ornatus, alba veſte indutus, & equo albo vectus, & iter tenebat quaſi ad Blachernas. Ignotus autem vir ille, cum nec lumen vſquam adeſſet, nec aperte illum videre poſſet, tamen quiſquis ille fuerit, diuino ſpiritu motus, inquit: Deus, & ſanctiſſima Dei Genitrix te ab omni periculo, ſanctiſſime pater, & tuos cuſtodiat. Hoc verbum quaſi bonum omen deſuper ſibi adueniens, B. Ignatius ſuſcipiens, vt erat ſeruili & paupere habitu latens, alacrius procedebat, & nauicula conſcenſa ad Principis Proconneſi inſulas, & inde ad Propontidas nauigauit, aliam ex alia mutans, & in ſolitudine errans, & montibus ac ſpeluncis atq; foraminibus terræ ſe occultãs, Apoſtolorum more afflictus & male habitus viuendi rationem quærebat apud homines Chriſti dilectos mendicando. Photius vero ſpe fruſtratus, omnia monaſteria, & omnem ciuitatem inquirebat, ſicubi eum inueniret. Et cum non poſſet, Imperiali mandato grauem quemdam Oryphan deſtinauit, vt cum ſex curſoribus inſulas omnes & maritimam regionem percurreret; & ſicuti Ignatium capere contingeret, quamprimum occiderent, quaſi totius Imperii perturbatorem & euerſorem.

V. Terræmotus horribilis Conſtantinop. qui ſedatus fuit poſt reditum Ignatii. Menſis Auguſtus iuſtabat, & terroribus magnis Cõſtantinopolitana ciuitas concutiebatur; & cum omnis domus agitaretur, omnes timor mortis occupabat; clamantes vnam eſſe terræ motus huius cauſam, vnũ peccatum & impietatem, quæ aduerſus Patriarcham Ignatium exercebatur. Quadraginta vero diebus cum durauiſſet terræ motus, ita eorum ſæuitiam repreſſit, vt Principes, Michael ſcilicet & Bardas, iurauerint, quod neq; ipſe faceret vir Ignatius exul, neq; ii apud quos latebat, ſi manifeſtaretur malo vlli forent obnoxii, ſed illi liceat abſq; moleſtia ad ſuum monaſterium reuerti. Hæc cum Ignatius audiſſet, ſeipſum quamprimum manifeſtauit Patricio Petronio; qui cum Imperatoris auunculus eſſet ex matre, torquem ipſam Imperatoris cum obſidis inſtar attuliſſet, præbuit Patriarchæ. Hic vero eam collo ſuſpendens, ad Bardam delatus ſtetit. Cui ille: Cur, inquit, inſtar fugitiui cuiuſdam ad aliam ex alia regione percurrens peregrinaris? Hic vero inquit Chriſtus Rex & Saluator noſter præcepit, vt ſi vos perſecuti fuerint, ex hac ciuitate fugite in aliam. Ille itaq; victus virtute viri illius illæſum & immunem in ſuo monaſterio manere præcepit, & ita terræ motus quieuit.

VI. Dum hæc agerentur, interim Legati ſedis Apoſtolicæ Romam reuerſi nihil aliud Nicolao renunciauerunt, quam Ignatium quidem depoſitum, Photium vero ſuffectum eſſe. Poſt biduum aduolauit Leo Imperatoris miſſus, qui poſtulabat à Nicolao, Ignatii depoſitionem

& Photii inſtitutionem confirmari. Detulit is duo volumina Nicolao; quorum vnum depoſitionis Ignatii geſta continebat, alterum vero de ſanctis imaginibus acta habebat. Duæ namq; huius pſeudoſynodi Actiones habitæ ſunt; propter quas eadem Synodus duplex dicta reperitur, ab his qui eiuſdem canones decem & ſeptē numero, poſt ſeptimæ Synodi canones attexebant; vt eam octauæ Synodi titulo venditarent. Fecit iſtud Photius, homo omniū verſutiſſimus, & peſſimus. quod vel ſola Epiſtola illius ad Nicolaum ſcripta demonſtrat. In ea charitatem ſimulat, homo odio inflāmatus; pacis ſe ſtudioſum fingit, turbarum auctor. Humilitatem oſtentat, ambitione inflatus. inuitum ſe & reluctantē ad Patriarchatum raptum mentitur, Epiſcopatus raptor. Canones contra laicos ne ad Epiſcopatum aſſumantur innouat, ipſe ex laico in momento Antiſtes. Impoſtores Romæ haberi vult & turbulentos, eos qui ſine eius literis eo venirent, ipſe impoſtor, turbulentus, & ex falſitatibus concinnatus. Plane, ſi quis eā epiſtolam legat, nec intima rerum perſpiciat, quæ alienæ ſedis inuaſor, vndique ſpirans furorem tunc egerat, Saulem inter prophetas merito arbitretur. Tantum vero abeſt, vt[i] Nicolao Romano impoſuerit, vt is conuocata præſente Leone Michaelis Miſſo Eccleſia Romana, coram ipſo profeſſus fuerit, pro deiectione Ignatii & confirmatione Photii nunquam Legatos miſiſſe, nunquam miſſurum eſſe, nunquam conſenſiſſe, nunquam conſenſurum eſſe.

i *Nicol. ep.* 13.

VII. Concil. Lateran. in cauſa Ioan. Epiſc. Rauennat.
k *Hieron. Rub. hiſt. Rauen.*

[k] Eodem anno, Nicolaus Papa Synodum Lateranenſem celebrauit, in cauſa Ioannis Rauennatis Epiſcopi. Multi Rauennatum ab eodem Ioanne in reb. & iuris ſui proprietatib. incommoda ſuſtinebant, & vt à tantis oppreſſionibus eruerentur, ad Nicolaum Papā veniebant. Commonuit eum ſæpe ſæpius Nicolaus: ſed ille monita eius contemnens, peiora prioribus addere minime contemnebat, quoq; plus eum benigne Pontifex orabat & exhortabatur, tanto plus ſuper iniquitatem adiicere nō deſinebant. Nam quoſdam temere excommunicabat, quoſdam a. à viſitatione ſedis Apoſtolicæ auertebat; & quorumdam res ſine legali iudicio occupabat: nec non & S. R. Eccleſiæ prædia auferebat; miſſos illius ſpernebat, & gloriam B. Petri Apoſtoli, quātum in ſe erat euacuabat: Præcepta ēt iuris Sancti Petri, ſi apud quoſcunq; inueniebat, frangebat, & ad ius Sancti Apollinaris trāſferebat. Nam presbyteros & diaconos non ſolum ſibi ſubiectos, ſed etiam per Æmiliam conſtitutos ad Apoſtolicam ſedem pertinentes ſine canonico iudicio deponebat, & alios carceri, alios a. fœtidis ergaſtulis retrudi faciebat: alios crimen quod non fecerant, confiteri cogebat, Conſtituta præterea Eccleſiaſtica abſque ſedis Apoſtolicæ cōnſenſu deprimebat. Vocatus autē à ſummo Pontifice Romam, ſe ad Synodum non debere accurrere iactabat. Itaq; cum venire contempſiſſet, ter à ſummo Pontifice accitus, à ſancta Synodo communione priuatus eſt. Excommunicatus Papiam ad Ludouicū Imperatorē iuit, ſecularem tutelam quæſiuit, Legatoſq; Imperatoris ſecum Romam mitti poſtulauit. Miſit vna cum eo Ludouicus. At Nicolaus nihil ſeculo concedēs, Epiſcopis ad Synodum conuocatis, ſententiam in conuictum & confitentē tulit, vtq; omnibus quos vel iniuria vel damno affecerat ſatisfaceret, imperauit.

VIII. Alphonſus magnus regnat in Hiſpania.
l *Roder. Toletan. lib. 4 c. 16.*

Hoc anno[l] vita functo in Hiſpaniis Ordonio Gallaciæ Rege, eius filius Alfonſus cognomēto Magnus, tum pietate, tum bellica fortitudine illuſtris, Regnum obtinuit, ac ſtatim theſauros paternos pauperibus & Eccleſiis diſtribuit, nec non templum Diuo Iacobo olim terreum, quadratis lapidibus ſtruxit, columnis fulciuit, & auguſtiſſime exornauit, aliaſque multas Eccleſias fabricauit.

Nicolai Papæ An. 5. Ludovici Imp. an. 7. Michaelis III. Imp. ann. 21.

1. Incendium templi S. Sophiæ & terræmotus.
a *Niceta in Ignatio.*
Sacrorum deriſus per Imp. introductus.

ANno Chriſti 862.[a] Conſtātinopolis tremuit, & templum S. Sophię incendio conflagrauit, in vltionem ſcelerum Michaelis; maxime vero contemptus ſacrorum. Is enim ludibrio habens res ſacras, ſordidiſſimos quoſdam homunciones, & profaniſſimos ſcurras aduerſario Spiritu plenos, ſacerdotes & Pontifices ſine vlla religione & reuerentia ordinauit. Inter quos Theophilum quemdam Protoſpatarium hominem ridiculum & hiſtrionem, & omnium impurorum impuriſſimum, quaſi Patriarcham illis præponendo nominauit, riſum ſibi ipſi & cachinnum impurum execrabilis Imperator comparādo, & riſu propterea dignus, quæ ab ipſo ſancta Dei Eccleſia patiebatur, & Dei nomen blaſphemabatur inter gentes. Ita vero gaudebat hac ſua inſania, vt neq; eum pudebat hæc publice dicere, quod mihi quidem Patriarcha eſt Theophilus, Photius vero Bardæ, Chriſtianis vero Ignatius. Prædictus itaq; Theophilus Helluo ita publice in aula regia comam gerens, ſuis nefandis omnibus impuritatibus & ſcurrilitatibus ſacra myſteria, imitatione quadam deludendo, repræſentabat, quod ne impiiſſimi quidē Gentilium auſi ſunt. Photius dum res ſacras tanta cōtumelia affici cerneret, nedum non reprehendit quidē ſed nec muſſauit quicquam in re tanti momenti. Nec mirum: mercenarius enim erat non paſtor. Neque ouium ſalutem quærebat aut diuinum honorem, ſed qua ratione Michaeli gratificaretur, vt & Ignatium vita exueret, & ſibi Pontificatum ſtabiliret. Solus Baſilius Cretæ antea Epiſcopus, ſed propter Agarenorum incurſionem Theſſalonicam trāſlatus auſus eſt adire Michaelem Imp. & illum ſimul admoneri eum orans, vt abſtineret à ſacris muneribus, & ab illa turpi & impia ſacrarum rerū imitatione, & ſcurrili miniſterio. Hinc enim ille affirmabat, irritati Dei furorem. Ille vero grauiter offenſus ſenis faciem pugnis verberans dentes illi excuſſit, nec non terga ita flagris onerauit, vt pene ſemimortuum hominem reliquerit.

Imp. Impietas
II. Photii Sycophantiæ.

Photius porro nihili ea curabat, ſed quomodo Ignatium interimeret moliebatur. Vna die hoſpes quidam, couſque omnibus ignotus, monaſtico habitu indutus, Euſtratius nomine, Patriarchalem domum ex tempore ingrediens, binas fictas literas in conſpectu omnium attulit, quas Photius doloſe formauerat. alteras quidem ex perſona Ignatii ad Nicolaum Papam, quibus illum fuſius docebat de nouitatibus, quæ contra ipſum geſtæ fuerant, & de iniquitate Imperatoris; quas literas, vt iſte dicebat, cum Papa ipſe nec intueri voluiſſet, inde illas iterum reportabat: alteras ad Photium ipſum à Nicolao Papa, Apologiæ vim habentes, pro contentione, quæ interea inter eos orta erat, in poſterum pacem & communionem quaſi firmantes. Has cum Photius turbarum Magiſter accepiſſet, quamprimum Imperatori & Bardæ contra innocentem Ignatium oſtendit, & illos aduerſus eum irritauit, hæc addens; Ignatius nequiter ſe habet aduerſus veſtrum Imperium, & cum extraneis vos accuſat, & calumniatur, & iniuſtos nuncupat. Quapropter iuſtum eſſet, vt nec viuere permitteretur, dum talia aduerſus ſerenitatem veſtrā meditatur. Horum vero eſſe apertam demonſtrationem, literæ ipſæ docent, quibus nihil nos quidem offendit, ſed adiuuit potius, cum ſatis ſuperq; Papa ſciuerit veritatem, & pacem ac vnionem nobiſcum confirmarit. Non puto autem iuſtum eſſe, vt veſtrum Imperium ita ab ipſo vituperetur. Hæc quidem Photius ille Sycophanta. Quamprimum ergo cuſtodes & carcer Ignatio accuſato & innocenti præparantur. Magna etiam fit inquiſitio, an hæc ita ſe habeant. In medium tabellarius ille adducitur, & ab eo quæritur, vt indicaret, à quonam accepiſſet literas ad Papam. Hic vero cum primum dixiſſet, quod Cyprianus ille Ignatii ſocius & literas & viaticum ſufficiens illi dediſſet: qui per menſam quæſitus, vt illum

oſtenderet, quinam ſcilicet Cyprianus eſſet; nec vnquã inueniſſet, quem non cognouerat; tandem deprehẽſus fuit tabellarius, quod neq; Cyprianum, neq; alium hominem Ignatii cognouiſſet. Cum itaq; hoc pacto fraus ipſa deprehenſa fuiſſet, grauiſſimis verbis tabellarius à Barda mulctatus fuit; neq; eum Photius, quamquã ſæpius contendiſſet, liberare vnquam potuit. Itaque tum erga illum non nemo, tum vero ille erga Ignatium maiore furore exarſit, nihilq; aliud dies ac noctes molitus eſt, quam vt perderet innocentem. Aliquis Ignatii famulus & ipſe nomine Ignatius, Dominum apud Photium accuſauerat, quod is in templo Quadraginta Martyrum, Oratorium Dei Genitricis à Scythis dirutum inſtauraſſet. Quam rem quaſi magnam arripiens, ad Imperatorem detulit, ſcilicet, quod is exauctoratus, abſq; licentia à ſe petita, altare auſus eſſet erigere. Miſit deinde Amphilochium Cyzici & Theodorum Patarorũ Metropolitas, nec non Pantaleonem ſenatorem, qui profanis manibus ſacram illam aram deturbarent, & aliam iuxta litus maris erigerent.

III. Nicolai Pap. literæ aduerſus Photium. b Epiſt. 4. 56.

Porro tunc temporis, verum eſſe apparuit propheticum dictum de Eccleſiæ Catholicæ fundamenti lapide ſummo Pontifice: quia *abſorpti ſunt iuncti petræ iudices eorum.* Nicolaus enim Romanus Pontifex, ſucceſſor illius ſuper quem Chriſtus ædificauit Eccleſiam ſuam, auctoritate Apoſtolica quaſi abſorbuit; ſeu diſſipauit conatus eorum, qui Ignatium iudicarant. Namq; vbi ſatis ſuperq; iniquitatem in ſanctum virum perpetratam cognouiſſet, perſpectamq; habuiſſet, [b] ſcripſit & Photio, & Michaeli. Photio quidem, hoc titulo inſcripto, Nicolaus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei prudentiſſimo viro Photio. Scilicet, vti laico homini, nulloq; ſacro initiato legitimo ordine, quamuis ſe gereret Conſtantinopolitanum Patriarcham. Maxima ſupra modum modeſtia, reprobabat illius ex laico ſtatu ad Pontificatum aſſumptionem; neque quicquam illum Nectarii, Taraſii aut Ambroſii ex ſeculo ad Epiſcopalem dignitatem aſſumptorum exempla oſtendebat: cum Nectarius ſumma neceſſitate, Ambroſius diuina electione, Taraſius autem non ſine ſedis Apoſtolicæ reprehenſione aſcenderit: in eius autem electione, neq; vlla neceſſitas, neq; diuina electio quin potius ſumma detrimenta, & ſcandala, & ſchiſmata interuenerint. Arguebat etiam Photium immanitatis, quod in Legatos ſedis Apoſtolicæ exercuerat. Fere eiuſdem argumenti epiſtolam ſcripſit Michaeli Imperatori, & aliam encyclicam ad vniuerſam Eccleſiam, conteſtatus, Photium adulterum alienæ Eccleſiæ inuaſorem. Ignatium vero legitimum Patriarcham eſſe. In eadem epiſtola omnes alios Patriarchas, Metropolitanos & Epiſcopos monebat Nicolaus, vt ſuper Ignatii Patriarchæ ſacerdotii recuperatione, & Photii peruaſoris expulſione idem ſentirent.

IV. Concil. Rom. contra Theopaſchitas hæret.

Hoc anno Nicolaus Papa Synodum Romæ habuit; in quo contra Theopaſchitas hunc canonem ſanxit. Hi qui aiunt, quia Redemptor noſter & Dominus Ieſus Chriſtus Deus & Dei Filius paſſionem Crucis ſecundum Deitatem ſuſtinuit (quod impium eſt, & Catholicis mentibus execrabile) anathema ſit.

V. Loth. Rex dimiſſa legitima vxore pellicem ſubintroducit. c Cod. Ant. Auguſt. & ep. Nicol. 17 18 & ſeq.

Aquiſgrani, [c] die III. Kalend. Martiarum ex vocatione Lotharii Regis, conuocata eſt Synodus Archiepiſcoporum & Epiſcoporum, in cauſa eiuſdẽ. Duxerat is Theutpergam vxorem, & cum ea aliquanto tempore conuixerat. Cæterum iuuenili ardore exæſtuans, Vualdradam quam à pueritia cõſuetudine puerili iunctus amauit, in vxorem concupiuit, Theutpergam repudiauit, hanc coniunxit: vtq; id matrimonium ab Epiſcopis ratum haberetur, Synodum conuocauit. Fingebat illam priorem ſibi per fraudem adiunctam, Vualdradam autem à teneris ſibi à patre deſponſam eſſe. Nemo erat Epiſcoporum, qui in cauſam penitus inſpiceret, nemo qui Ioannis Baptiſtæ munere fungeretur: omnes quotquot aderant, cætus præuaricatorum facti, prius matrimonium diſſoluerunt, ſecundum autem contra ius & æquum approbarunt. Præſertim cum Lotharius Theutpergam ſtupri cum fratre admiſſi ream peragerer, Auentius autem Epiſcopus teſtaretur, ſe ſcire Vualdradæ cum Lothario adhuc puero deſponſationem. Lotharius porro decretum Synodi Aquiſgranenſis ad Nicolaum Romanum miſit, exiſtimans illud ab eo ſine vlla inquiſitione approbari. Interim autem plura alia Lotharii ſcelera Nicolao renunciata ſunt. Inter quæ & illud non contemnendum, quia Egeltrudam Bolonis Comitis vxorem toleraret iam ſeptimum annum libidini promiſcuæ vacare, neq; ad virum, qui impunitate delicti promiſſa ſalacem reuocabat, redire compelleret. Acceſſit & iſtud, quod Balduinus Comes Carolo Caluo ſubiectus, Iuditham Regis ſui ſororem rapuerit, & ſub tutela Lotharii Regis impune laſciuiret.

Lotharii ſcelera.

VI. Concil. à Sablonar.

Propter hæc facinora & patrata & tolerata, cum Lotharius male audiret, & inter conſanguineos Reges non minimas bellorum occaſiones exluberet, Nicolaus Papa iniunxit, vt Epiſcopi Galliarum & reliqui Proceres vna cum Regibus Sablonariæ conuenirent, & tum pacem inter Reges ſtabilirent, tum ſi quæ eſſent Lotharii errata corrigerent. Conuenerant Ludouicus & Carolus Reges fratres: aderat & Lotharius nepos: aderant & pluſq; ducenti viri illuſtres, Metropolitæ, Epiſcopi, Abbates, Comites. Coram quibus cum Lotharius omnia ſe facturum in ſe reciperet, ſi modo æquitatis & iuſtitiæ, dignitatiſq; eius ratio haberetur: illi autem non obſcure ſignificarent, multa in eo eſſe digna animaduerſione: ille ad ſummum Pontificem prouocauit, petiitq; vt ad Synodum in Galliis celebrandam aliquos deſtinaret, qui cauſam ipſius ex æquo & recto cognoſcerent.

Lothar. à Ro. Pont. appellat.

VII. Mittit Ni. Pap. legatos in Gall. qui de cauſa Lothar. Reg. cognoſcerent. d Diſt. 31. q. 2. cap. Lotharius.

Miſit Nicolaus Rodoaldum Portuenſem, & Ioannem Ficodenſem Epiſcopos Legatos, quibus, quid agerent, in hoc quod ſequitur Commonitorio præſcripſit. [d] *Lotharius Rex profitetur*, inquit, *Vualdradam ſe à patre accepiſſe, & ſororem poſtmodum admiſiſſe Huberti. Vbi primum diligenti inueſtigatione inquirite, & ſi eundem glorioſum Regem prædictam Vualdradam præmiſſis dotibus coram teſtibus ſecundum legem & ritum quo nuptiæ celebrari ſolent, per omnia iure ritu accepiſſe, & publica manifeſtatione eadem Vualdrada in ipſius matrimonium admiſſa eſt: reſtat vt perſcrutemini, cur illa repudiata ſit, vel filia Boſonis admiſſa. Sed quia idem glorioſus Rex metu Theutpergam ſe admiſiſſe dicit: vos illud Euangelium recolite, quod Dominus: Nolite, inquit, timere eos qui occidunt corpus, & reliqua: Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? In quibus Dominicis ſententiis conſiderandum eſt, quod ſi occiſores corporum timendi non ſunt, contra iuſtitiam homines impellentes, & lucrum totius mundi non prodeſt homini, anima perdita: quanto minus metu vnius hominis, tantus Rex debuit contra diuinum præceptum in immane præcipitium mergi? In hoc certe ſe magis reprehenſibilem oſtendit, in quo amorem mundi amorem Dei poſt poſuit. Vbi nihil aliud vobis præcipimus, manifeſtatione ſua eodẽ Rege conuicto, niſi vt ſecundum canonicam auctoritatem, noſtra vice freti, cauſam illius definiatis. Sin vero minime probatum fuerit, Vualdradam vxorem ſuiſſe legitimam, neque nuptias ſecundum morem celebratas, per benedictionem ſcilicet ſacerdotis filio noſtro Lothario extitiſſe coniunctam: ſuggerite illi, vt non moleſte ferat legitimam ſibi, ſi ipſa innocens apparuerit, reconciliari vxorem: nec in hoc carnis voto obtemperet, ſed potius diuinis præceptis obediens pudeat eum imo pertimeſcat in luxuriæ ſtercore putreſcere, & voluntatem propriam ſequendo, ante tribunal Chriſti diſtrictam ponere rationem. Præterea vos ſcire volo, quia præfata Theutperga Apoſtolicam ſedem bis & ter appellauit, & ſe à præfato Rege glorioſo, quiſta eſt, iniuſte fuiſſe deiectam, & vi coactam falſum contra ſe compoſuiſſe piaculum. Nam eo tempore ad Apoſtolicam ſedem libellum appellationis ſuæ miſit, in quo non quidem adhuc confeſſam, ſed vt contra ſe falſum diceret crimen, cogi ſeſe innotuit. Inſuper ſubiungens, quod ſi amplius compulſa fuero, ſcitote, non veritate, ſed timore mortis, & euadendi ſtudio (quia aliter non poſſum) quod voluerint, dicam vos autem memores eſtote mei hæc vobis inſinuantis. Vnde præcipimus vobis, vt cum eadem Theutperga ad condictam Synodum, ſicut ſtatuimus, aduenerit, cauſam eius diligenti examinatione tractetis. Et ſi ei obiicitur, quod illa crimen ſe aliquod admiſiſſe cõfeſſa fuiſſet,*

Digitized by Google

& contra illa violentiam ſe pertuliſſe proclamauerit; vel ſi inimicos ſibi iudices fuiſſe teſtata fuerit, tunc illud renouetis iudicium, ſecundum æquitatis normam, vt iniuſtitia mole non opprimatur. Hactenus Nicolaus Legatis. Scripſit etiam Lothario, Ludouico & Carolo Regibus, & omnibus Epiſcopis Metis ad Synodum congregatis; præſertim vero Carolo Regi & vxori eius pro Balduino Comite interceſſit,

VIII. eo quod is pœnitentia ductus Romam veniſſet, & crimen confeſſus recipi ad gratiam poſtularet. [c] Eodem anno ſexto Non. Iulii Sanctus Suithunus Epiſcopus Vuintonien. in Anglia, miraculis illuſtris, migrauit.

c Sur. 2. Iul.

IESV CHRISTI AN. 863.
NICOLAI PAPÆ ANNO 6. LVDOVICI II. IMP. ann. 8. Michaelis III. Imp. an. 22.

I. Concil. Rom. in cauſa legatorum præuaricatorum. a Nicol. ep. 7.

ANno Chriſti 863. Nicolaus Papa Romanus, conſiderans quam graui præuaricatione ſedis Apoſtolicæ Legati ante annum Conſtantinopolim in cauſa Ignatii & Photii miſſi ſeſe impiauerint, iudiciū de eis inſtituit. [a] Conuocato itaq; multarum prouinciarū Occidentalium regionum Sanctiſſimorum Epiſcoporum cætu, & collecta Sancta Synodo in Eccleſia Dei, vbi Beatus Petrus Apoſtolorum Princeps corpore floret, & virtutibus emicat, deinde pp frigidiorē locū in Eccleſia S. Saluatoris, q̃ ab auctore vocatur Conſtantiniana, & q̃ prima in toto orbe terrarū conſtructa eſt; ibiq; recitatis omnibus ſcripturis de Græco ſermone in Latinum conuerſis, tam videlicet nefanda Synodo, quæ Conſtantinopoli per Photium celebrata, quæ per Leonem Legatum Michaelis Imperatoris Romam miſſum Apoſtolicæ ſedi delata eſt, quam etiam Imperialibus epiſtolis, in quibus omnibus depoſitio Ignatii continebatur. Et deductus in medium Zacharias Epiſcopus (quia Rodoaldus propter abſentiam haberi ad præſens non poterat) & diſcuſſus, & diligenter examinatus, inuentus eſt, in depoſitione Ignatii, & communione Photii omnino culpabilis. In quo idem Zacharias tunc Epiſcopus, nūc autem honore & communione priuatus, ſe obnoxium recognoſcens, proprio ore ac proprio ſcripto, ſe Conſtantinopolim à ſede Apoſtolica directum eſſe, & quæ ſibi à nobis agenda fuerant iniuncta neglexiſſe, ac quæ fuerant prohibita peregiſſe, cōfeſſus eſt; Ignatium, ſcilicet, ſine iuſſione Apoſtolicæ ſedis deponendo, & Photio contra noſtri Apoſtolatus præceptionem communicando. Tunc decernente nobiſcum Sancta Synodo, depoſitionis & excommunicationis ſuæ ſententiā præfatus Zacharias accipiens, in foueam quam alii præparauit, incidit: alterius, id eſt, Rodoaldi, examinatione propter abſentiam vſq; ad aliam Synodum protelata. Quæ autem in eadem S. Synodo, vnanimiter de Ignatio Patriarcha, & de inuaſore Eccleſiæ ipſius Photio, atque fautoribus eius, nec non & de ſacris imaginibus ſtatuta & promulgata fuerint, Nicolaus referebat ſcripta epiſtola in hæc verba:

Zacharias Legat. excommunicatus.

II. Photius damnatus. b eadem ep. 6.

[b] *Photius qui ex Schiſmaticorum, & ſe à ſancta communionis participatione auertentium parte eſſe dignoſcitur; & ex ſeculari adminiſtratione, atq; militia, & ex ſ... ſubito tonſuratus à Gregorio Syracuſano dudum Epiſcopo in Synodo damnato, & ab Apoſtolica ſede conuicto Epiſcopus ordinatus eſt, & viuente ac ſuperſtite co ſacerdote noſtro Ignatio Sanctæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Patriarcha ſedem ipſius inuaſit, & ſponſam quā à Chriſto ſponſo immaculatam cuſtodiendam velut amicus ſponſi perceperat, non per oſtium, quod Chriſtus eſt, ſed aliunde ex aduerſo in ouile Dominicum more furis atq; latronis ingrediens, ac ſic violentus, rapax, & ſceleratus adulter irrupit: deinde cum damnatis & anathematizatis, atq; cum iis qui ne ſacerdotale officium ante audientiam præſumerent, à prædeceſſore meo beatæ memoriæ Benedicto Papa fuerant obligati, quotidie & indiſſerenter communicans, & conuerſans, contra fidem promiſſam, contraq; ſuam profeſſionem, qua pollicitus eſt, ſe aduerſus tam ſatum Patriarchā nullum ſiniſtrum conſilium eſſe facturum, congregauit Conciliū, & vna cum ſequacibus ſuis depoſitis & damnatis, excommunicatis & anathematizatis, & aliis ſine ſedibus, atq; cum his à quib. vel ille irregulariter & illicite prouectus fuerat, vel quos ipſe temere & indebite prouexerat, cōtra eundem fratrē & comminiſtrum noſtrum Ignatiū depoſitionem facere, & anathema dicere auſus eſt. Deinde Apoſtolicæ ſedis miſſos, quos pro cauſa ſanctarum imaginū, & pro inquirenda & nobis renuntianda tam ſati Patriarchæ deiectione, & ob inueniendum modū promotionis huius neophyti deſtinaueramus, quib. potuit argumentis à noſtris mandatis auertere, more Acacij quondā Conſtantinopolitani hæretici Patriarchæ præſumpſit. Et ad proceſſionem, quæ cum parib. ſuis habebatur (ſicut eorū profeſſione patefactum eſt, & ſancto ſpiritu reuelante, ſanctæ Synodo q̃ à vobis collecta eſt, claruit) ad dānatorū & Schiſmaticorū communionē, contempta legatione, q̃ vel Gentiliū more ſeruari debuit, pertraxit: & in illuſionem B. Petri Apoſtoli, à cuius ſede profecti fuerunt, non ſolum inefficaces redire fecit, ſed & impugnatores omniū quæ fuerant mādata monſtrauit. Poſtremo Epiſcopos qui ei tanq̃ adultero & peruaſori cōmunicare noluerūt, exilio relegauit, & ſui ſceleris cōplices in eorū ſubrogare locū non timuit, & vſq; hodie Eccleſiā Dei diuerſis perſecutionib. impugnare non deſinit, ita vt fratrē & Coepiſcopū noſtrum Ignatiū ſanctiſſimum Patriarchā inauditis pœnis & hoſtilib. tormentis afficere non quieſcat, & oēs quotquot pro veritate & fide cum eo perſiſtere comprehenderit, quib. præualet modis perdere impermiſſiſ ſe moliatur. Hæc & his ſimilia contra Euangelica, Apoſtolica, Propheticа atq; canonica inſtituta afferens; ſit Dei omnipotentis, & beatorum Apoſtolorū principum Petri & Pauli, & omnium ſimul ſanctorū atq; venerandorū ſex vniuerſalium Conciliorū authoritate (ſeptimam Nicolaus omiſit, non q. reiiceret, ſed quia nedum probata Acta nactus fuerat) nec non & Spiritus ſancti per nos iudicio, omni ſacerdotali honore & nomine alienus, & omni clericatus officio prorſus exutus. Ita vt ſi poſt notitiā huius ſanctionis, q̃ diuina inſpiratione deprōptam eſſe credimus, tū vnanimitate & concordia ſanctæ Synodi procul dubio promulgatam, tentauerit in Conſtantinopolitano throno præſidere, aut ſæpefatū venerabilem Coepiſcopum noſtrū Ignatium, quominus Eccleſiam ſibi cōmiſſam ſine quauis inquietudine regere poſſit, impedierit; vel ſi vlterius auſus fuerit aliquid de ſacro miniſterio, more ſacerdotis contingere; iuxta præcedētem conſuetudinē, nullo modo liceat ei communionis ſpem aut locum habere ſatiſfactionis: ſed anathematis vinculis innodatus, vnà cū communicatorib. ſuis atq; fautoribus perpetuo, Dei, poſt noſtrā mediocritatem, iudicio ac ſententia ſacrū corpus & ſanguinē Domini noſtri Ieſu Chriſti, non niſi vicino mortis periculo percipiat. Vt hac vnuſquiſq; diſcens, nequaq; de cætero temeraria præſumptione ex laico ſubito in Dominicis caſtris ex inſperato quodāmodo impetu irrepere audeat, & principatum amore, ante dictatum præſſare velit, q̃ tyronis conſummet officium; & ante ſentiet docere, q̃ diſcere, ſicut in eadem Conſtantinopolitana Eccleſia ſæpe præſumptū eſſe comperimus, & rurſum contēptu clericis, quorū, vtpote in tā magna vrbe, copioſa multitudo eſt, quiq; ab ipſis (vt diximus) cunabulis impraetermiſſo labore, in Eccleſia Chriſti deſudant, & indeſinēter Deo in noſtri vitutis obſequia exhibent, is qui de oru eſt, alterius ouilis Chriſti repētè principatum arripiat, & nitatur quos eſſe ſuos non recognoſcit, diſcerpere; & grex Dominicus incipiat eum extraneū & impoſitum omnino contemnere; præſertim cū perſpiciat, nihil ſibi ſtipendia profeciſſe meritorum, & alienum ſuorū cernat conſumere fructus laborum.

Placuit item ſanctæ Synodo, in Gregorium Syracuſanum antea depoſitum Epiſcopum malorum horum omnium auctorem iterare ſententiam, his verbis:

III. Sententia Concil. in Greg. Syracuſanum lata.

Gregorium ſane, qui Syracuſanæ Eccleſiæ irregulariter atq; Deo contempto præeſt, eo q. & ipſe ex parte Schiſmaticorū ſit, & poſtq; à Synodo, Epiſcopatus officio priuatus, & à deceſſore meo Sācto Papa Benedicto obligatus eſt, & Photiū laicū ſubito conſecrare in Epiſcopū non formidauit, & de ſacro miniſterio auſus eſt multa cōtingere, iuxta pcedentē conſuetudinē ſancimus, & iuxta canonicā deliberationē Apoſtolica auctoritate definimus ac ſtatuimus, omni ſacerdotali carere atq; priuatum fore miniſterio: ita vt nullo modo liceat ei in qualibet Synodo reſtitutionis ſpem aut locū habere ſatiſfactionis. Quod ſi de reliquo ſ... ſumpſerit in ſacro officio, more ſacerdotis, quouis tempore miniſtrare, anathema ſit. Sed & ſi cōtra fratrē & Coepiſcopum noſtrum Ignatium turbas excitauerit, vel ab eius cōmunione fideles auerterit, anathema ſit. Et oēs cōmunicantes ei ab Eccleſiis eiiciantur, ſed & ipſi anathema ſint.

Eos vero quos Photius neophytus & Conſtantinopolitana ſedis inuaſor, in quolibet Eccleſiaſtico ordine prouexit; quoniam manifeſtum eſt, eos in omnibus conſecrationibus ſua prauitati

Sent. contra promotos à Photio.

conſen-

Digitized by Google

conſenſiſſe, atque ei poſt inuaſionem communicaſſe: omni clericali officio priuamus, & Apoſtolica atque canonica auctoritate & ſynodali decreto eos penitus ſequeſtramus.

IV. Sentētiam Concil. pro B. Ignatio & aliis iniuſte deiectis.

Reuerendiſſimum autem & ſanctiſſimum fratrem Coepiſcopum noſtrum Ignatium ſanctæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Patriarcham, qui primo quidem Imperialis violentiæ terrore, proprio throno priuatus eſt, & poſtea à Photio adultero prauaricatore ac peruaſore ſedis Conſtantinopolitanæ, & ab eius complicibus excommunicatis videlicet & anathematizatis atque damnatis, & ſine Epiſcopalibus ſedibus, & à deceſſore meo ſanctæ recordationis Benedicto Papa obligatis hominibus anathematizatus eſt, & poſtremo ab Apoſtolicæ ſedis miſſo cōtra noſtram præceptionem, vt ſanctæ ſynodo Spiritus Sanctus reuelauit, & dudum Zacharias Epiſcopus, qui vnus de iiſdem duobus Legatis extitit, propria confeſſione manifeſtauit, infulis eſt ſacerdotalibus deſpoliatus: auctoritate ſummi Iudicis Domini noſtri Ieſu Chriſti, promulgamus, ſancimus, atq; decernimus, vnquam nec fuiſſe, nec eſſe depoſitum, vel anathematizatum, tanquam qui ab Imperiali potentia ſit abſq; vlla canonica auctoritate pulſus Eccleſia, & tanquam qui ab alligatis nullo poſſit haberi vinculo colligatus. & ab eis qui nullam eum iudicandi poteſtatem, vel ab Apoſtolica ſede auctoritatem habuerint, vt nullum ſui honoris diſcrimen pati debuerit. Et ideo illum, id eſt, eundem fratrem & conſacerdotem noſtrum Ignatium Patriarcham, omni vinculo anathematis ab eo remoto, per poteſtatem diuina voce in beatiſſimo Petro collatam, & per auctoritates ſacrorum canonum & Decretalium Conſtitutionum, more Sanctorum Patrum prolatarum, priſtino honori, priſtinaque dignitati & ſedi, priſtino gradui & Patriarchio, ac priſtinis & pontificalibus infulis atque officiis reſtituimus, ſtatuimus & confirmamus. Ita vt quicunque poſt notitiam huius Apoſtolicæ atq; ſynodicæ ſanctionis, quo minus omnia quæ præmiſimus inſignia Pontificatus recipiat, eum impedierit, & non in omnibus huic decreto obedierit, vel ſe ab eius communione ſeparauerit, vel vlterius contra eum aliquod iudicium perferre tentauerit abſq; ſedis duntaxat Apoſtolicæ præmiſſo conſenſu ſi quidem clericus fuerit, ab omni clericatus officio coram Deo & hominibus ſit alienus, atq; perenni pœna, tanquam qui magiſtrum prodiderit, cum Iuda traditore conſtringatur; & niſi à praua intentione receſſerit, perpetuo anathemate maneat condemnatus, ſi vero laicus extiterit ille (quiſquis eſt) huic noſtræ conſtitutioni contraire tentans, & eum ſedem & omnem priſtinam duntaxat dignitatem recipere non permiſerit; vel ſi poſt receptam priorem ſedem denuo illum impellere, & à Patriarchio expellere tentauerit, vel perſonæ ipſius ſeu ſacerdotali honori aliq; moleſtiam ſine primæ huius ſedis conſenſu intulerit: omni benedictione paterna priuetur, & maledictione Cham patris Chanaam, qui verecundiam patris ſui videns non cooperuit, ſed irriſit, mulctetur, & cum parricidis æterna pœna, Domino iudicante, percellatur, & nexibus anathematis non niſi reſipiſcens penitus eruatur.

Eos autem Epiſcopos, ſeu cuiuslibet ordinis clericos qui per iniuſtam deiectionem fratris & Coepiſcopi noſtri Ignatii, vel in exilio relegati, vel miniſterio & gradu iniuſte priuati ſunt; ſtatuimus, vt exilio diſſoluto proprias ſedes atq; gradus recipiant. Quod ſi quiſquam huic decreto noſtro contraire præſumpſerit, & vt ſedes vel gradus reſumant impedierit, quouſq; non obtemperauerit, anathema ſit. Sane ſi qui ex eis ab aliis criminantur, decernimus eos antea ſedes quidem & proprios gradus accipere; iudicari autem niſi à ſede Romana non patimur. Sed ſi quæ præter regulam forte egiſſe dicuntur, noſtro eos decreto iudicandos reſeruari ſtatuimus, iuxta quod & ſacri præcipiunt Canones.

III. Sententia Concil. de ſacris Imaginibus.

Quod vero oportet nos maiorum noſtrorum ſtatuta immoto mentis intuitu conſeruare, & in omnibus Sanctorum Patrum ſemper dogmata venerari, definimus de ſacris venerandis imaginibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, eiuſq; ſemper virginis Genitricis Mariæ, omniumq; Sanctorum, qui Deo ab Abel iuſto placuiſſe creduntur, quas Eccleſia ſancta in vniuerſo orbe diffuſa antiquitus accepit: quaſq; ſedis Apoſtolicæ Præſules pro eis decreuerunt ac ſtatuerunt, illibata periſiſtere atq; intemerata manere. Quapropter Ioannem quondam Conſtantinopolitanum Antiſtitem & ſequaces ipſius, qui eas frangendas atq; calcandas eſſe, ore polluto aſſeuerant, quamdiu de his nobiſcum non ſenſerint, & iuxta Sanctiſſimorum Pontificum Romanorum decreta & aliorum Catholicorum Patrum inſtituta non ſapuerint: ſancimus eos à

A *Chriſto & ab Eccleſia Catholica atq; Apoſtolica eſſe anathema.* Hactenus Nicolaus ex Synodo Romana, ad Michaelem, per eius miſſum Leonem à ſecretis.

IV. Mich. Imp. ſcribit iniurioſas literas ad Nic. Pap. [c] Nic. epiſt. 70.

[c] Reuerſo Conſtantinopolim Leone, Michael Imperator per epiſtolam à Nicolao ſcriptam comperiens, quod nec depoſitionem Ignatii, nec promotionē Photii Nicolaus Rom. Pont. ſuſcepiſſet, mox quemdam Legatum ſuum Michaelem Protoſpatarium cum epiſtola iniuriis plena ad Nicolaum direxit, & vt ſententiam ſuam ad votum illius commutaret, vehementer hortatus eſt. At Nicolaus iniurias quidem ſuas nihil curauit, licet circa iniurias ſuas non tacuerit. Scripſit enim per eundem Michaelem epiſtolam Imperatori, tum ab Eccleſia Romana falſas obiectiones repellere cupiēs, tum ipſum Imperatorem cum ſequacibus ſuis ſuper eo negotio ad rectum iuſtitiæ tramitem perducere anhelans. B

Photius dire perſequitur Chriſtianos. [d] Anaſt. in præfat. octauæ Synodi.

[d] Fidelium ſane Catalogus, cum Romani Papæ cenſuræ Photius minime pareret, magis inflammatus, ab eius ſe communione cateruatim ſequeſtrabat, horreſcens quod nec à tanta ſede perculſus corrigi conſenſerit: quippe cum durior ſilice etiam dura verbera impudenti fronte contempſerit. Quod ille impius moleſtiſſime ferens, acriter indignatus, alios quidem priuatione honorum & dignitatum, alios vero proſcriptione facultatum damnauit: hos exilio longo & carceribus relegauit, illos diuerſis tormentis affecit; atq; (vt breuiter omnia comprehendantur) nulla profeſſio, ſexus vel ætas, ab eo impunita deſerta eſt, niſi conſors ſuæ communionis inuenta. adeo vt communionem eius declinantium nonnullos, quibuſdam exceptis, qui contemplationi operam dantes, clauſi habebantur, abſtraxerit; C alios vero in monte olympo eremiticam vitam ducentes fugauerit, eorum tuguria ſeu ſpeluncas igne perdiderit: quemdam autem ſibi communicare renuentem etiam viuum ex inferiori parte vſq; ad dimidium corporis ſepelierit. Et quod horribilius eſt, conciliabulum, præſidente Michaele collegit.

Photii Inſania in Rom. Pontif.

Falſos homines quaſi vicarios Orientalium ſedium formauit, accuſatores muneribus armauit, & mendaciis inſtruxit, teſtes eos adſciuit, quos & accuſatores oppoſuit, iudices nonnunquam & in accuſati perſonam immiſit: exceſſus quoſdam quaſi Prælati ſummi Pontificis finxit, eique impegit: & ſicut putabat, damnatione ſimul & anathemate puniuit. Cunctis qui aderant, exceptis perpaucis, & his fautoribus impietatis, clamantibus: non eſſe iuſtum in ſummum D & primum Pontificem, & præcipue ab inferiori quolibet ſententiam proferri; cum id nec Canon quiſquam admittat, nec aliqua Eccleſiæ conſuetudo fieri doceat. Verum iſte falſarius falſorum exceſſuum aduerſus inſontem, abſentem, & inuictum, mendacem codicem compilauit. Mille circiter Antiſtitum ſubſcriptiones falſas interſeruit, ſibi nemine prorſus conſentiente vel ſubſcribente ex illa numeroſa Epiſcoporum multitudine, niſi vno & viginti præſulibus. Vnde iam profuſius ſancti habitus viri eum fugiebant, & quaſi ſquallorem quemdam declinabant, alterum Dioſcorum hunc appellantes, & præcurſorem Antichriſti, immo ipſum Antichriſtum exiſtimantes; quem ſcilicet, hominem peccati, filium perditionis Apoſtolus appellaſſet; qui profecto extolleretur ſuper omne quod dicitur Deus, aut quod colitur. E

III. Alia Photii fraudulenta impietas.

Super hæc & aliud iniquitatis ſuæ retiaculum quo mentes ſimplicium caperet, texuit. Quotquot ad exteriorem ab eo diſciplinam inſtruendi veniebant, proprio ſcripto ſpondere cogebat, ſe ſecūdum fidem Photii, de cætero credituros; quaſi duæ fides eſſent; vna ſcilicet Chriſti, altera Photii: & hoc nihilominus callide molitus, vt communioni ſuæ quoſque, vel quomodocunque laqueis irretiret; & eſſet impoſſibile, ſe vnquam euelli, quem nimirum conſtaret, tot fixis hærere radicibus, dum his nec aliam fidem niſi quam ipſe teneret, habere quoquo modo licuiſſet. quod maximum ſcandalum mortalibus excitauit, dicentibus: Itane Photius ſi hæreſiarches fuerit, debent filii noſtri aut Fidei Ca-

tholicæ deſertores eſſe, aut eſſe iuramenti vel ſui Chirographi tranſgreſſores? Nam & ante aliquot annos idē Photius duarum vnumquemque hominem animatum conſiſtere prædicabat. Qui cum à Conſtantino Philoſopho magnæ ſanctitatis, viro fortiſſimo, eius amico increpatus eſſet, dicente; Cur tantum errorem in populū ſpargens, tot animas interfeciſti? reſpondit: Non ſtudio quemquam lædendi talia, inquit, propoſui, ſed probādi quid Patriarcha Ignatius ageret, ſi tuo tempore quælibet hæreſis per Syllogiſmos philoſophorū exorta pateſceret, qui ſcilicet viros exteriori ſapientiæ repuliſſet. Verum ignoraui me ſub huius fomite propoſitionis tot animas fore læſurum. Ad quod ille: O ſapientiam mundi quæ infatuatur & deſtruitur! Iactaſti ſagittas in multitudinem copioſæ turbæ, & ignoraſti quemlibet ex his omnibus vulnerandum? Certe omnibus liquet, quia ſicut oculi quantumlibet ſint aperti, ſi ſemel quid palearum intra iacuerit, videre vltra non poſſunt: ita oculi ſapientiæ tuæ quātumlibet ſunt magni & patuli, auaritiæ tamen & inuidiæ fumo penitus obcæcati, tramitem iuſtitiæ videre non poſſunt; ac per id verū eſt quod neminem ictu tuo putaſti eſſe cædendum, cum his obcæcatum ſenſum prædictis aduerſus Patriarcham paſſionibus habens, nec quid inferris præuideris.

B

IV. Concil. Meten. dictū proſtibulum.

e Reginæ & Anaſtaſ.

Eodem anno, Metis, celebratum eſt Concilium, in cauſa repudii Theutpergæ Reginæ à Lothario Rege reiectæ. Antequam ſedis Apoſtolicæ Legati aduenirent, Theutgaudus Treuirenſis & Guntarius Colonienſis iudicium peragere volentes, Reginam in medio aſtare voluerunt, falſos teſtes audierunt, confeſſionem à Theutberga vi extortam examinarunt, approbarunt, & iuxta ea quæ audierant, hanc quidem legitime conuictam condemnarunt, & non eſſe Lotharii vxorem decreuerunt: Vualdradam autem perinde ac legitime olim Lothario deſponſam eidem pro coniuge aſſignarunt. Interim Legati ſedis Apoſtolicæ aduenientes, muneribus & pecunia corrupti, in ſententiam Epiſcoporum illorum tranſiuerunt: vt autem ſummus Pontifex recte peractum eſſe iudicium exiſtimaret, vtriq; Epiſcopo iudici impoſuerunt, vt Romam pergerent, & quid de hac controuerſia explorasſent, ſummo Pontifici renunciarent.

C

V. Concil. Rom pro ſciſſione Metenſis

Comparuerunt ambo coram Nicolao; qui rei indignitate permotus, Concilium Epiſcoporum in baſilica Lateranenſi habuit, & hæc quæ omnibus Galliarum Epiſcopis reſcripſerat, decreuit:

D

Incipiunt Capitula ſeu decreta Romanæ Synodi.

De Synodo in Metenſium vrbe à Theutgaudo & Gunthario Archiepiſcopis congregata abolenda.

Synodum, quæ nuper, id eſt, ſub piiſſimo Imperatore Ludouico per Indictionem vndecimam menſe Iunio in Metenſium vrbe ab Epiſcopis, qui noſtrum præuenerant iudicium, collecta eſt, quique Apoſtolicæ ſedis inſtituta temere violarunt, ex tunc & nunc, & in æternum iudicamus eſſe caſſatam; & cum Epheſino latrocinio reputatam, Apoſtolica auctoritate in perpetuum eſſe ſancimus damnandam, nec vocari Synodum, ſed tanquam adulteris fauentem, Proſtibulum appellari decernimus.

VI. Depoſitio Treuiren. & Colonien. Archiepiſc.

Theutgaudum Treuirenſem primatem Belgicæ prouinciæ, & Guntharium Agrippinæ Coloniæ Epiſcopos, nunc coram nobis & ſancta Synodo ſub geſtorum inſinuatione, qualiter cauſam Lotharii Regis, & duarum mulierum eius, Theutpergæ ſcilicet & Vualdradæ ſe recognouerint & iudicauerint, ſcriptum ſuper hoc propriis roboratum manibus offerentes; nihilque ſe plus vel minus, aut aliter egiſſe, ore proprio, multis coram poſitis affirmantes. Sententiam quam à ſede Apoſtolica in Engeltrudem vxorem Boſonis Sanctiſſimus frater noſter Mediolanenſis Archiepiſcopus Tado & ceteri Epiſcopi noſtri petierant emittendam, & nos diuino ſuccenſi zelo ſub anathematis obteſtatione canonice protuleramus, publice viua voce ſe violaſſe confitentes. In quibus omnibus inuenimus eos Apoſtolicas atque canonicas ſanctiones in pluribus exceſſiſſe, & æquitatis normam nequiter temeraſſe: omni iudicamus ſacerdotii officio permanere penitus alienos Spiritus Sancti iudicio, & Beati Petri per nos auctori-

E

A

tate omni Epiſcopali exutos regimine conſiſtere diffinimus. Quod ſi iuxta præcedentem conſuetudinem tanquam Epiſcopi auſi fuerint aliquid de ſacro miniſterio contingere, nullo modo liceat eis nec in alia Synodo reſtitutionis ſpem, aut locum habere ſatiſfactionis.

VII. De cete. Epiſc.

Ceteri autem Epiſcopi, qui complices horum, Theutgaudi ſcilicet & Guntharii, vel Sectatores eſſe feruntur: ſi cum his coniuncti ſeditionem, coniurationes & conſpirationes fecerint: vel ſi à Capite, id eſt, à ſede Beati Petri illis hærendo diſſenſerint, pari cum eiſdem ratione teneantur aſtricti. Quod ſi eum ſede Apoſtolica vnde eos principium Epiſcopatus ſumpſiſſe manifeſtum eſt ſapere de cetero per ſemetipſos, vel in ſſos ad nos Legatos, nos cū ſcriptis ſuis profeſſi extiterint; nouerint ſibi à nobis veniam non negandam, nec amiſſionem honorum ſuorum pro retroactis præſumptionibus aut ſubſcriptionibus, quas pro inſanis fecerunt geſtis, per nos vllo modo formidandum.

B

VIII. De Engeltrude.

Engeltrudem filiam quondam Mattefridi Comitis, quæ à Boſone proprio viro relicto, ecce iam per ſeptem circiter annos hac atq; illac vagabunda nuper cum fautoribus ſuis regulariter anathematizauimus; ſed propter contumaciam iterati anathematis vinculo duximus innodandam. Sit igitur à Patre, & Filio, & Spiritu Sancto vno & vero Deo, ab omnibus Sanctis Patribus, & ab vniuerſa Dei Catholica & Apoſtolica Eccleſia, & à nobis penitus anathema, cum omnibus complicibus, & communicatoribus, atque auxiliatoribus ſuis; ita vt ſicut iam decreuimus; ſiquis ei communicare vel fauere in aliquo præſumpſerit, ſiquidem clericus fuerit, in eodem vinculo conſtrictus, officium clericatus amittat; monachi vero & laici ſi inobedientes decreto præſenti fuerint, ſimiliter anathematizentur. Sane ſi eadem mulier ad virum ſuū reuerſa fuerit, vel ad Apoſtolicam Beati Petri ſedem properans: veniam ei poſt dignam ſatisfactionem proculdubio non negabimus. Verumtamen ſub priori vinculo anathematis, quo illam prius & nunc obligauimus, interim conſtricta permaneat. Si quis autem eidem Engeltrudi ad Apoſtolicam B. Petri ſedem Romam properanti vel occurrenti neſciens communicauerit, aut ſciens opem in veniendo præſtiterit, nullo pro hoc vinculo teneatur innexus.

C

IX. De ſententiis antiquis interdictis ſedis Apoſt.

Si quis dogmata, mandata, interdicta, ſanctiones, vel decreta pro Catholica Fide pro Eccleſiaſtica diſciplina, pro correctione fidelium pro emendatione ſceleratorum, vel interdictione imminentium vel futurorum malorum à ſedis Apoſtolicæ Præſule ſalubriter promulgata contempſerit anathema ſit.

f *Rempertus in hiſt. Longob. & Pithæus in Chron.*

Hactenus Nicolaus contra præuaricatores, qui tantum abeſt, vt ſe emendauerint, [f] quin potius Beneuentum ſe ad Ludouicum Imperatorem contulerint, & tū multis calumniis innocentem onerauerint, tum Imperatorem, vt in vrbem iret, variiſq; modis exagitaret Pōtificem impulerint; tum ipſi indignas ſua dignitate litteras, calumniis, opprobriis, & iniuriis plenas, eidem Nicolao obtruſerint, illud non humano ſed Satanæ auſu ingerentes; *Igitur* (ſcribebant) *ex tua leuitatis temeritate propria tibimet ſententia anathematis plagam inflixiſti exclamans: Qui præcepta Apoſtolica non ſeruat, anathema ſit: quæ multipliciter violare & violaſſe dignoſceris, diuinas leges ſimul & ſacros canones calcans, & quantum in te eſt euacuans, prædeceſſorum tuorum Pontificum veſtigia ſequi nolens.* Quod vero deterius eſt à tumidis Epiſcopis perpetratū; eaſdem iidem calumniis refertas litteras, contra Nicolaum Pontificem, ad Haganonem Bergomenſem & Ioannem Rauennatem Schiſmaticos & ad Photium Pſeudopatriarcham Conſtantinopolitanum, & reliquos Eccleſiæ perduelles ſcripſerint, vtq; iidem aliis Epiſcopis eaſdem litteras communicarent, petierint, adeoq; totum Orientem & Occidentem contra Eccleſiam Romanam concitarint: & non tantum ſpirituales, verum & ſeculares poteſtates, Imperatores, Reges & Principes contra eūdem armare voluerint. Photio Conſtantinopolitano nihil eo tēpore potuit accidere gratius, quam ea epiſtola diabolico ſpiritu concepta, & furore tumenti expreſſa. Hanc ille nactus, mox de Synodo vniuerſali totius mundi Epiſcoporum, contra Nicolaum & contra Romanā ſedem, conuocando, conſiliū iniit, datiſq; literis calūniatoriis ad Alexandrinæ, Antiochenæ & Hieroſolymitanæ ſedis Patriarchas aliosq; Oriētales Epiſcopos,

Calumniæ Epiſc. damnatorum in Nic. Papa.

D

E

has

has Theutgaudi & GunthARii attexuit, vtq; aliis quoq; eaſdem communicarent, imperauit.

Calumniæ Photii in Pont.

Quamquam etiam Photius alias impoſturas Romano Pontifici tunc affingat, quaſi is Bulgarorum gentem malis moribus & dogmatum corruptela deprauarit, ſcilicet, quod eos Sabbato ieiunare decreuerit; quod in prima Quadrageſimæ hebdomata, lacticiniorum eſum illis indulſerit: quod ſacerdotib. cœlibatum indixerit: quod iiſdem chriſmatis vnctionē interdixerit; quodq; ſymbolo, duo verba illa, *& filio*, ſeu *filioq;* videlicet Sp.S. procederet, adiunxerit: & quod grauius eſt, ſeptimam ſynodum in Occidentali Eccleſia nondū recitatit, neq; renunciarit: namque non renunciauerat Nicolaus, non quod reprobaret; ſed quia exempla à Græcis deprauata, nondum fuerat nactus ſincera: quæ paulo poſt ab Anaſtaſio Bibliothecario in Latinum verſa, ſinceritati reſtituta ſunt. Sed hæc de Theutgaudo & Gunthario & ſynodo Metenſi.

Aliqui Epiſc. pœnitentes.

Aliqui Epiſcoporum qui calculos cum duobus illis tulerant, pœnitentia ducti errorem ſuum confeſſi, & à Nicolao Pontifice abſoluti ſunt. Aduentius etiam Metenſium Epiſcopus, tum ipſe per ſe, tum pro eo Carolus Rex Nicolao ſcripſit, & indulgentiam impetrauit. Theutgardus inſuper ad ſe reuerſus, magna humilitate pulſauit fores Eccleſiæ; ſed ad dignitatem reſtitutus à Nicolao nō eſt: Guntharius ſolus maiori indies auerſione à ſactis non ceſſauit, & obſtinatior perſeuerauit.

Nouæ iniuriæ contra Nic. Pp.

Inter hæc de pœnitentia plurimorum Nicolai gaudia, admiſcuerunt ſe nouę iniurię. Aliqui Galliarum Epiſcopi ſub Carolo Caluo in ciuitate Siluanectenſi cōgregati, exiſtimantes quaſi Nicolaus Pontifex Acta Metenſis conciliabuli approbaſſet, magnæ amaritudinis epiſtolam eidem ſcripſerunt, atq; vt ſententiam mutare vellet obſecrarūt. Reſcripſit Nicolaus id quod res erat, ſe nunquam Lotharii cum Vualdrada matrimonium comprobaſſe, proindeque eos orabat. [g] Ne, inquit, ſimplices, quod adulteris aliquando ceſſerimus, falſo nos opinentur: non incongrue noſtri ſuper hoc animi votum omnibus fratribus & Coepiſcopis noſtris intimate, & concionando in Eccleſiis veſtris publice cunctis ad liquidum ſubditis exponite.

g *Nic. epiſt.* 32.

X. Hincmarus ſurripit à Nic. Pp. confirmationem geſt. ſuorum.

Iſtud quoq; auctariū doloris erat Nicolao, ab Hincmaro Rhemēſi Epiſcopo. Suffuratus ille fuerat à Nicolao approbationem Actorum Synodi Sueſſionenſis. Et quanquam Nicolaus maxima cautela, & nonniſi cum exceptis conditionibus illa geſta approbaſſet, tamen Hincmarus ſemel contra Rhotaldum Sueſſionem infenſus, vigore Actorum illius Synodi voluit illum ſede eiicere, aliiſq; pœnis Eccleſiaſticis deputare. Appellauit Rhotaldus à ſententia Hincmari: Hincmarus cōfirmationem Actorum oppoſuit ſcriptam à Benedicto & Nicolao: Nicolaus vero re penitius perſpecta, ſemel, ſecūdo & tertio Hincmarum admonuit, vt rem integram ad ſedem Apoſtolicam deferret: Hincmarus vero liuore & odio inflammatus, neq; dignitati ſedis, neq; canonibus receptis, neq; ipſi Chriſto ſupremam poteſtatis Romano Pontifici in vniuerſos fideles conferenti, quicquam concedere volebat.

Hincmarus multiplicibus ſe malis aſperſit.

Itaq; Nicolaum ſummopere angebat, & Rhotaldi contumelia, & ſedis Apoſtolicæ iniuria, & Hincmari caſus, quod tantus vir, qui viſus eſt ab adoleſcentia ſua ſcientia & ſapientia florere, qui in omnibus conciliis ab omnibus ſpectabatur, qui à regibus ſuper omnes ſui regni viros illuſtres colebatur, fraterno imbutus odio ad extremum emarcuerit: atq; ad tantam ſæuitiam incruduerit, vt non illi ſatis fuerit Rhotaldum Epiſcopatu exuere, niſi illum in monaſterium, & tādem in obſcurum carcerem, fame, ſiti, frigore, pædoreq; affligendum coniiceret, & appellationis acta contemneret. Præſertim cum non neſciret, quia, [h] *Priuilegia Romanæ Eccleſiæ, totius ſunt Chriſti remedia Eccleſiæ Catholicæ. Priuilegia*, inquam, *Petri arma ſunt cōtra omnes impetus prauitatum, & munimenta atque documenta Domini ſacerdotum, & omnium prorſus qui in ſublimitate conſiſtunt; imo cūctorum, qui ab iiſdem poteſtatibus diuerſis afficiuntur incommodis*, quod non minus vere quam grauiter Nicolaus Papa commemorabat. Pluſquam biennium, in ea contumacia, Hincmarus veſanire perſeuerauit.

h *Et epiſt.* 32.

Epiſtola Caroli Regis querelatoria ad Pont.

Auxit Nicolao dolorē Carolus Caluus Rex Galliarum, ad eundem data epiſtola querelis plena, quaſi is Balduinum Iudithæ viduæ raptorem profugum Romæ recepiſſet, abſoluiſſetq;. Itaq; & iſtud habuit excuſare, rationeſq; nō abiecti pœnitentis, non tamen abſoluti, apud profanos homines aſſignare: illudq; memorandū Carolo ſcribere: [i] *Nulli Regum graue videri debet, conſeruo debitum cenſum denariorū dimittere: qui fortaſſe à ſummo Regum & Domino Dn. decem millia talentorū ſibi relaxari deſiderat.*

i *Et ep.* 31.

X. Armenorum eccleſ.

Sed nec iſtud minuebat afflictionē Catholici paſtoris Nicolai, quod Photius in ea ꝙ ad reliquos Orientis Patriarchas ſcripſerat, de hæreſi Armenorū, per hæc tempora Eccleſiæ Orientalis Maculonum. Quæ ab eis præter rationem fierent & crederentur, hæc ſunt: [k] Dicunt naturam diuinam eſſe patibilem, & Arphtadocitarum hæreſim inducti, Trinitatem pati aiunt. Hoc autem etſi non audent aperte dicere, iis tamen quæ faciūt hoc declarant. Tres n. cruces coniungentes, & vni ligno tanquam iugo affigentes, nominant hoc: S. Trinitas. Adiiciunt autem ſancto atq; adeo ſanctiſſimo hymno illud: Qui crucifixus es pro nobis, Petri Fullonis rabiem ſequentes, & nobis quidem aſſerunt, ſe de filio hoc adiicere: ipſi aūt, Deum eſſe paſſibilem, aperte ſentiunt. Exiſtimant quoq; ſpiritum eſſe Patre & Filio minorem: vnde & paulo ante dictarum crucium mediam minorem ſtatuunt, in ſpiritus typum hanc eſſe reuelantes. Iidem & duarum Chriſti naturarum vnione, confuſionem decernunt. In pane quoque myſtico vtuntur azymis, ſc. Iudaizantes & in ſanctum calicem aquam nō immittunt. Et quinto menſis Ianuarii veſpere feſtum Euangeliſmi celebrant, tum aliam quoq; huius feſti conſequētiam facientes, tum etiam conueniens Euangelium legentes: Mane aūt Chriſti natalem celebrant, & in diuino ſacrificio S. Theophania. An aūt eo Euangeliſmi die, venerabiliſſimum ſaluatoris noſtri natalem fuiſſe exiſtimantes hoc feſtum celebrent, incertum. Manifeſtum autem eſt, quod non ſicut nos, carnem Domini in Dei matris vtero formatam eſſe exiſtimant. Quomodo enim fieri poſſet, vt infans vno die perfectus completuſque naſceretur? & innumerabiles abſurditates ex eo deducuntur. Sin autem exiſtimant poſt duodecim menſes anno in eundem reuerſo, editum eſſe partum, non tam magis humanam natiuitatem, quam ab equis & aſinis ſimilem introducunt. Hæc enim animalia poſt annum pariunt. In feſto autem ſanctorum Theophaniorum non oratione, non Euangelio, non hymno, non aliarum ſcripturarum lectione vtuntur, ſed crucem tantum in aquam immergentes, hoc ſibi ſufficere exiſtimant. Circumciſionem autem octo diebus poſt Theophaniam celebrantes, falluntur, neſcientes quod prius circumciſus, deinde baptizatus eſt. Deinde cum Magnus Greg. qui fuit Magnæ Armeniæ Epiſcopus, cauiſſet, Armeniæ Epiſcopum à nullo eſſe alio ordinandum, quam ab illius temporis Cæſareæ Cappadocię Archiepiſcopo, vbi ipſe quoque ordinatus eſt, & horrendę execrationes & anathema in eos ſit intentatum qui aliter faciunt: hæc quidem illi tranſgrediuntur, à Syriæ autem Amerano vniuerſalis eorum Epiſcopus ordinatur. Si autem negant Magnum Gregorium hæc conſtituiſſe, oſtendant nobis eius ad filios conſtitutiones, & os eis obturabitur. Sin autem adhuc dubitauerint; dicant, ſi poſſint, cum in eos ſententiam anathematis protulimus, quid ab eis factum nouimus. Quando n. vniuerſalis eorum Epiſcopus non ordinatur ex canonibus: quomodo qui ab eo ordinantur, fide digni habebuntur? Porro autem à ſacris quoque Euangeliis abſtulerunt vocem quæ dicit; Et factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis in terram deſcendentis: hoc eſſe imbecillitatis exiſtimantes, non diuinæ maieſtatis. Sed etiam hiſtoriam, quæ nos docet, quod mulier ad Ieſum, tanquam adultera adducta eſt, cum is autem dixiſſet: Qui non peccauit, lapidem in eam proiiciat, receſſerunt omnes, nec à Chriſto

k *S. Nic. on in Biblioth. Marg. tom.* 3.

Digitized by Google

condemnata eſt; reiiciunt: hanc auditionem multis eſſe pernicioſam dicentes. Comedunt autem & in Sabbatis & in Dominicis ſanctæ Quadrageſimæ oua, caſeum, & butyrum; & inprimis vniuerſalis eorum Epiſcopus; & eſt apud eos canon qui dicit, ſi quis butyrum, caſeum, & ouum, vino & oleo non æquiualere exiſtimet, ſit anathema. Septimana quoq; τῆς τυροφάγου carne veſcuntur, ieiunantes ſeptimana quæ eſt ante ἀπόκρεων intenſis ieiuniis, præter panem & aquam nihil aliud guſtantes. Vocant aũt hanc ſeptimanam Artiburtzia: neſciunt tamen quid ſibi velit vis huius nominis. Sed nonnulli quidem dicunt fuiſſe hoc cuiuſdam Sergii ieiunium, nonnulli vero Niniuitarum, aliqui vero Adami, quando ex Paradiſo deliciarum eiectus eſt. Et hinc ſine ratione ieiunare conuincuntur.

Quidam autem dicunt, & videtur verum eſſe quod ab eis dicitur, fuiſſe quendam apud eos Epiſcopum, qui vtebatur catulo cui erat cognomẽ Artziburtzes (id autem præcurſor, ſeu præceſſor Latine interpretatur) præcedebat enim Epiſcopum in vrbem vel vicum ingreſſurum: quo mortuo ſeptem dierum ieiunium ab Epiſcopo conſtitutum eſt in memoriam luctus, qui fuit propter canem. Sacram autem celebrantes, non ſolum capiti tegmen non detrahunt, ſed etiam capiti cucullam adiiciunt, licet diuinus Paulus aperte exclamet, *detectos eſſe debere in oratione.

Venerabiles autem imagines non adorant, ſed quod magis eſt, eorum vniuerſalis Epiſcop⁹ cum reliquis, eos qui adorant anathemate percutit. Nec crucem adorãt, niſi clauum in eam immiſerint, & ipſam etiam baptizauerint: poſtquam autem clauo fixa & baptizata crux fuerit, & alterum duorum lignorum diuiſum & relictum fuerit, rectum ſcilicet vel tranſuerſum, id ſolum quod relictum eſt, adorant. Sed & omnia fere quæ ſunt abolita legalia, adhuc peragunt. Agnum enim magno Dominico ſacrificant, & limina inungũt, & eius oſſa comburentes ſeruant cinerem cum ſanguine in ſignum expiationis: & velum ante altare ſtatuunt, & tintinnabula ipſi & altari appendunt. Quin etiam pro mortuis, ouium & boum ſacrificia peragunt, ſal benedicentes, dãt beſtiis in nutrimentum, & ſuper earum etiam capita dicunt quaſdam orationes, & eas mactant. Nominant autem hæc ſacrificia, natalitia. Si qui autem aliquid horum negant; eum qui hoc facit anathematizant. Iſtos errores tunc Armeni errabant, ſummumque dolorem Nicolao ingerebant.

XII. *Mala quæ paſſus eſt Nicol. PP. & eius in pauperes largitas. l Anaſtaſ.*

Mirum eſt quomodo is tantis animi angoribus, tantæq; moli par fuerit: cum in eum atq; Eccleſiam Romanam fere omnes portæ inferi conſurgerent. Verumtamen in tãta rerum perturbatione, cum præſentiſſimum remedium ſciret ab orationib. egenorũ, ideo omnium nomina claudorum, cæcorum, atq; ex toto debilium in vrbe Roma conſiſtentium apud ſe habens, quotidianum illis victum miniſtrare curioſe curabat. Nam reliquis pauperibus greſſum & vires habentibus huiuſcemodi vt viciſſim eos paſceret, ſapiẽtem reperit modum, ſcilicet bullas ſuo nomine titulatas fieri iuſſit, & has eis dari præcepit; vt quanti prima feria, quanti ſecunda, quanti tertia, vel cæteris aliis feriis prandere debuiſſent per ſignum bullarum facilius noſceretur. Et in illis quidem bullis, quæ eis datæ ſunt, qui prima feria refici debebant, fecit per ſingulas duos nodos, & ſic per omnes vſque in Sabbatum: vt quot feriæ eſſent, tot eſſent nodi per ſingulas bullas, includens in eis nuſcas vbi nodi fiebant: quatenus nullus pauper haberetur in vrbe, qui vel vno die de ſanctis eleemoſynis non eſſet refectus.

XIII. Eodem anno Odo Bellouacenſis Epiſcopus à Carolo Rege Romam miſſus, à Nicolao Pontifice ampliſſimum priuilegium exemptionis obtinuit monaſterio S. Carilephi in pago Cenomanenſi.

XIV. *S. Gosbert. martyr a S. Anſgario conſecratus Epiſcopus.*

Gosbertus a S. Anſgario conſecratus Epiſcopus, & in Sueoniam Euangelii prædicator ordinatus, turbata ibi per ſeditionem, recenter Chriſti religione fundata, prouincia extruditur, confugitq; ad conſecratorem ſuum à quo commendatus, ad vicinam tunc vacantem Eccleſiam Oſnaburgenſem, et digniſſime præfuit annis decẽ. Mortuo vero Ludouico Ludouici Imp. filio inuictiſſimo Germaniæ Rege, Daniæ Normanni infideles, multis millib. armati venere in Saxoniam. Occurrunt perfidis idololatris fideles Chriſtiani, Duce Brunone certi vel pro Chriſti mori, vel tantã repellere barbariem perfidorum. Graue prælium, vbi conuenere in loco Ebbecſtorii conſeritur, & diu fortiter inimicis Chriſti reſiſtitur. Sed vicit ferox & infinita barbaries, totumq; Chriſti agnum ad vnum concidit, tantam ſibi ſanctorum frequentiam martyrum, Chriſto in ſuo ſibi ſanguine conſecrante. Huic fidelium agmini ſociatus Gosbertus, vna cæde mactatus, pro Chriſto occubuit anno ſeptuageſimo ſexto poſt octingentos. De eo *Alb. Krantz. in ſua metrop. lib. 2. c. 3. 11. 12. & 6.* Ioan. Vaſtou. Sigiſm. III. Rege Polon. Biblioth. Præfect. recenſuit.

NICOLAI PAPÆ ANNO 7. LVDOV. II. IMP. anno 9. Michaelis III. Imperat. ann. 23

I. *Acta à Nicol. PP. in cauſa Rodoaldi præuaricatoris. a Nic. Epiſt. 7. & 13.*

ANno Chriſti 864. a Rodoaldus Portuenſis Epiſcopus rediens a Galliis, vbi non minorem quam in Conſtantinopolitana vrbe perſonam geſſerat, cum audiſſet Zachariam ſuum collegam eſſe damnatum, & ipſe propria conſcientia expauit. Monuerat illum Nicolaus, ne quid formidaret: promiſeratque illi nec quicquam ante ſententiam ſynodi contra illum motum iri. Cæterum cum impius fugiat nemine ſe perſequente, & is dum nihil magis quam bonis frueretur, ante tempus ſynodi, ante ſui purgationem, Eccleſiam & parochiam propriam deſerens, ad alias diœceſes, examen vtique ſubterfugiendo ſe contulit. Deſtinauit Nicolaus Epiſcopos, qui refugum quærerent, vocarent. At ille diuerſas tenebras penetrando, vtpote filius noctis & tenebrarum, qui opera lucis & diei ſemper refugiens cauſam ſuam ad manifeſtationem ſolis iuſtitiæ deduci formidabat, obedire deſpexit. Tandem cum non reperiſſet tutum ſuæ tergiuerſationis latibulum, redire auſus eſt. Rumor ferebatur, illum, quod erat, velle iterum fugam capeſſere. Quo audito Nicolaus, quia non poterat ſub tam horrendo næuo Eccleſiam non habentem maculam, neque rugam aut aliquid huiuſmodi deſerere, quo minus illum à falſa ſuſpicione redderet exortem, neque poterat perſonam in tantis præuaricationibus diffamatam, & tantorum ſcelerum rore aſperſam ſine ſatisfactione in communionem admittere, coram multis fratribus & Epiſcopis, coramque plurimis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ admonuit eum, ne ſine licentia diſcederet ab vrbe: ſed in ea reſidens ſine timore ſuis licenter vtens, & amicos & homines ſuos libere poſſidens, tempus ſynodi, qua purgandus eſſet, intrepidus expectaret, ſciens profecto nihil ſe iniuſtum ante vel poſt, præter examen ſynodicum fore paſſurum, ſed in iuſtitia, quam haberet, eſſe manſurum. Inſuper etiam ſciret, ſi quoque à Romana ſine licentia ſua diſceſſiſſet vrbe, quia tunc eſſet depoſitus & excommunicatus. Diſceſſit; hæc & alia multa obiecta non diluit; veraque eſſe, quæ de illo dicebantur, modis omnibus examen ſubterfugiendo, firmauit. Quapropter Nicolaus conuocata ſanctiſſimorum Epiſcoporum numeroſa & venerabili ſynodo in Baſilica Conſtantiniana, auctoritate Dei omnipotentis, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum Principum, & omnium ſimul ſanctorum, quorum regulas & decreta Rodoaldus multipliciter violauit, nec non ſui Apoſtolatus iudicio depoſuit eum, & à corpore & ſanguine Chriſti excommunicauit. Sanctorum ſcilicet Patrum ſtatuta ſequens, & præcipue ſancti Felicis exemplum, qui Vitalem & Miſenum Epiſcopos depoſuit & excommunicauit, eo quod huic apoſtaſiæ in Conſtantinopolitana vrbe olim par omnino piaculum perpetrarant.

Conc. Romanum in quo deponitur Rodoald. & excõmunicatur.

Eodem

II. Concil. Rom. in cauſa Lotharii reg. b *Nic. epiſt.* 27.

Eodem anno, [b] Nicolaus Romanus, in cauſa Lotharii Regis cupiens Synodum Romæ celebrare, Gallicanos Epiſcopos inuitauit. Excuſauerunt illos Reges, quod non poſſent venire; ſcilicet contra pyratas occupati. Reuera autem, quia non permittebant illos accedere; quod ſcirent in Lotharium fabam cudi. Quia vero ſciebant Nicolaum, etiam abſentibus Galliarum Epiſcopis, prolaturum eſſe in eundem Lotharium ſententiam; ſuaſerunt, vt is in vrbem ſe conferret. Volebat venire: at Nicolaus inhibuit, ſcribens, vt iter, qualis tunc erat, non arriperet; eo quod ſancta Romana Eccleſia talem reſpueret & contemneret, quod ſi cuperet venire, Theutpergam repudiatam reciperet, & ſacramento tutam efficeret. Quod ſi contra illam aliquid opponeret: illa iuramento ſe purgaret: & ſic randem ille à ſede Apoſtolica ex eius diſcretione iudicii pœnitentiam acciperet. Reſpondit Lotharius humiliter; quędam quidem excuſans; quorundam autem indulgentiam depoſcens.

III. Epiſt. Nic. Pp. ad Ermentrud. in cauſa Rothaldi Sueſſion Epiſc. c *Nic. epiſt.* 19. 34. 36. 37.

Per idem tempus, [c] Nicolaus non prætermiſit curare, vt Rothaldus Sueſſionenſis Epiſcopus, ab Epiſcopatu per Hincmarum depoſitus ex carcere liberaretur, & Romam venire permitteretur. In eam rem ſcripſit Epiſcopis qui eum condemnarant, vt illum liberum facerent. Quod ſi intra trigeſimum diem non præſtarent, neque in vrbem abire ſinerent, à celebratione incruenti myſterii, & à ſacrorum communione ſcirent ſe eſſe ſuſpenſos.

Dimiſerunt quidem illum Epiſcopi. Sed Hincmarus illum in itinere rurſum cepit, & tum Carolo, tum Ermentrudi Reginæ ſuaſit, vt Nicolao ſcriberent, qui vellet Rothaldum non tueri. Reſpondit Nicolaus Ermentrudi vt par erat: *Nos*, ait, *cauſam Rothaldi in virtute Dei non patiemur, vita comite indiſcuſſam relinqui, preterquam ſi ante idem venerabilis vir priſtino fuerit honori & dignitati redditus; quando coram noſtra ſpeciali præſentia diſcernenda cauſa ipſius fuerit præſentata. Quis, rogo*, ait, *in toto orbe Regni veſtri læſus aut lædendus clamaret vnquam ad ſublimitatem veſtram, cuius vos vocem poſtponeretis, & non magis vltione diſtricta ipſius iniurias vindicaretis: & nos quodammodo hortari videmini, vt vocem ſanguinis fratris noſtri non exaudiamus? Aut quomodo obturabimus aures ad clamores illius, cum vehementer paueamus, ne noſtra ob hoc fiat oratio execrabilis, clamemuſque (ſicut ſcriptum eſt) & non exaudiamur? Certe pro ſolicitudine quam circa Eccleſiam Domini retinemus vniuerſam, & pro ſpeciali, quam circa cunctos fratres noſtros principaliter habemus, etſi nunquam vocaſſet eam, à nobis ſumma diligentia quæri, & competenti debuerat ſtudio adiuuari. Quod autem ſcripſiſtis, quia ſi exaudiamus filium noſtrum Carolum, non detrimentum ſed augmentum priuilegiis Eccleſiæ noſtræ generetur; nos certiſſime credimus, quia priuilegia ſanctæ Romanæ Eccleſiæ nullum poſſunt ſuſtinere detrimentum; nec plantatio quam cæleſtis Pater plantauit, eradicari; nec fundamenta quæ ſummus poſuit Architectus, queant quibuslibet & quantislibet fluctuationibus amoueri. Verumtamen, chariſſima filia, magnum manet periculum tam eos qui ſua deſidia ea minus aliquo modo finunt, quam eos qui ſua præſumptione illa violare contendunt.*

Hæc Reginæ Nicolaus. Scripſit etiam Hincmaro, arguens & increpans contumacem, qđ ter & quater, etiam peremptorie admonitus, Rothaldum nondum eliberauerit. Monebat itaque, vt vna ſimul cum eo vel ipſe veniret, vel Legatos deſtinaret, qui ab eo damnatum accuſarent. Et quidem Rothaldum ire permiſit; ipſe autem neque iuit, neque accuſatores deſtinauit. Totis nouem menſibus Rothaldus illos expectauit. Porro cum nemo compareret, qui contra accuſaret; tunc Nicolaus conuocata Synodo in Eccleſia SS. Dei genitricis ad præſepe, pace miſſarum in vigilia Natiuitatis Domini ſolemnia, [d] fecit in ambone publice de Rothaldo ſermonem, ſignificans qualiter ſedem Apoſtolicam appellans depoſitus fuerit, & in conſpectu ſuo nullus per tot menſes accuſationi occurrerit. Denique conſentiente ſibi Epiſcoporum, presbyterorum, diaconorum, omniumq;

Neque Hincmar. neque accuſatores comparēt ante Sed. Apoſtol. contra Rothaldum. d *Anaſtaſ.*

conuentu, decreuit, vt dignus eſſet idem Rothaldus indui ſacerdotalibus indumentis, qui à nemine per tot menſes accuſabatur, & ad ſedis Apoſtolicæ iudicium proclamabat, ne honore ſuo priuaretur. Ibi veſtitus eſt Rothaldus Epiſcopali indumento, omni tempore ſe pollicens ſuis infeſtatoribus reſponſurum.

Sardi per id temporis inceſtu ſe maculabant. Hos vt emacularet Nicolaus, miſit Paulum Populonienſem Epiſcopum, & Saxum Abbatem commiſſos, qui eandem gentem Sardorum à tanto reuocarent errore. Excommunicauere omnes, quotquot eo ſcelere impiatos inuenerant: Romamq; abſolutionis petendæ cauſa ire compulerant. IV.

IESV CHRISTI annus 865.

NICOLAI PAPÆ ANNO 8. LVDOVICI II. Imper. anno 10. Michaelis III. Imp. anno 24.

ANno Chriſti 865. [a] Nicolaus Papa Rothaldum Sueſſionenſem Epiſcopum redire ad ſuam Eccleſiam iuſſit, omnibuſque Epiſcopis, & Regibus, & præcipue Hincmaro ſcripſit, vt illum liberum eſſe ſinerent in adminiſtratione officii. Miſit etiam Arſenium Legatum in cauſa Lotharii Regis & Vualdradæ, [b] ſcribens tum ipſi Lothario vt reſipiſceret, tum Epiſcopis vt admonerent, arguerent, corriperent. Summo honore ſuſceptus eſt tum à Ludouico & Carolo Regibus, tum à Francis Epiſcopis Coloniæ obuiam ei procedentibus.

I. Res bene geſta à Legato Sed. Apoſt. in cauſa Lotharii Reg. & aliorum. a *Anaſtaſ. & Nic. ep.* 39. b *Ep.* 27.

Vbi cum eſſet, [c] conuocato cōuentu Epiſc. Lothario Regi optionem dedit, vt vnum è duobus eligeret: aut propriæ reconciliari vxori, abdicato Vualdradæ pellicis conſortio; aut anathematis gladio feriri, vna cum fautoribus flagitii. Hac neceſſitate conſtrictus, vellet, nollet, Theutpergam Reginam in matrimoniū recepit, interpoſito iuriſiurandi ſacramento, illam ſe ita in reliquo habere, ſicut æquitatis iura dictant, legitimam vxorem eſſe tenendam, nec eam à ſe ſeparare, nec ipſa viuente, aliam ſuper eam inducere. Vualdradam quoque ex tunc dimiſit, & Romam ire iuſſit, vt rationem pro ſe daret. Engeltrudam quoque ad iureiurandum præſtandum coegit, quia vellet Boſoni Comiti marito eſſe ſupplex, inque loco deſignato per pœnitentiam iniunctam ſatisdare. Iurauit quidem illa, ſed fuga ſe ſubducens & Arſenio & omnibus illuſit. Quamobrem Arſenius excommunicationis vinculo illam innodauit. Nec tantum id ſumma cum laude Arſenius egit; ſed etiam pacem inter Reges Francorum conciliauit & corroborauit, quam poſtea Nicolaus Pontifex collaudauit.

c *Chron. Pithæi.*

Eodem anno, [d] Papa Nic. Seufredum Placentinum Epiſcopum, malitia Pauli cuiuſdam diaconi pulſum, ſedi ſuæ reſtituit: aquæ ductum apud S. Petrum inſtaurauit, & portum Oſtienſem communiuit. In quibus operibus cum eſſet, [e] Michael Imperator ſcurrilitatibus & ludis circenſibus occupatus, Michaelem Protoſpatharium Legatum ad eum miſit, ſcripſitque epiſtolam, quæ tantis erat verbis contumelioſis, imo blaſphemiis referta, vt ſcriptor eius non niſi in gutture colubri calamum tinxiſſe pareretur, & dictatoris labia pro dictionibus venena fudiſſe videantur.

II. Michael. Imp. indignas ſcribit literas ad Nic. Pp. quæ decreto Synodi fuerunt exuſtæ. d *Anaſt.* e *Nic. ep.* 9.

Non mirum. Nam ab eo qui [f] Neroni atque Sardanapalo maxime ſimillimus, toto tempore cum Mænadibus Bacchi orgia celebrabat, quique Photio & Bardæ hominibus ſceleſtiſſimis totum ſe promiſerat, non poterunt alia tinctura literæ exarari. Non extant quidem illæ: nam decreto Synodi publice exuſtæ ſunt.

III. Obiectiones Mich. Imp. contra Pont. & reſponſiones eiuſdē Pont. ad Imp. datæ. f *Conſtant. Manaſſes in annalib.*

Ex Nicolai tamen reſcripto facile eſt diuinare, quam acerbo graphio fuerint exaratæ. Forte tunc Nicolaus ab ægritudine laborabat. Cui quod Michael Legatus nihil temporis ad valetudinem recuperandam

concede-

condemnata eſt; reiiciunt: hanc auditionem multis eſſe perniciosam dicentes. Comedunt autem & in Sabbatis & in Dominicis ſanctæ Quadrageſimæ oua, caſeum, & butyrum; & inprimis vniuerſalis eorum Epiſcopus; & eſt apud eos canon qui dicit; ſi quis butyrum, caſeum, & ouum, vino & oleo non æquiualere exiſtimet, ſit anathema. Septimana quoq; τῆς τυροφάγου carne veſcuntur, ieiunantes ſeptimana quæ eſt ante ἀπόκρεων intenſis ieiuniis, præter panem & aquam nihil aliud guſtantes. Vocant aũt hanc ſeptimanam Artiburtzia: neſciunt tamen quid ſibi velit vis huius nominis. Sed nonnulli quidem dicunt fuiſſe hoc cuiuſdam Sergii ieiunium, nonnulli vero Niniuitarum, aliqui vero Adami, quando ex Paradiſo deliciarum eiectus eſt. Et hinc ſine ratione ieiunare conuincuntur.

Quidam autem dicunt; & videtur verum eſſe quod ab eis dicitur, fuiſſe quendam apud eos Epiſcopum, qui vtebatur catulo cui erat cognomẽ Artziburtzes (id autem præcurſor, ſeu præceſſor Latine interpretatur) præcedebat enim Epiſcopum in vrbem vel vicum ingreſſurum: quo mortuo ſeptem dierum ieiunium ab Epiſcopo conſtitutum eſt in memoriam luctus, qui fuit propter canem. Sacram autem celebrantes, non ſolum capiti tegmen non detrahunt, ſed etiam capiti cucullam adiiciunt, licet diuinus Paulus aperte exclamet, *derectos eſſe debere in oratione.

Venerabiles autem imagines non adorant, ſed quod magis eſt, eorum vniuerſalis Epiſcop⁹ cum reliquis, eos qui adorant anathemate percutit. Nec crucem adorãt, niſi clauum in eam immiſerint, & ipſam etiam baptizauerint: poſtquam autem clauo fixa & baptizata crux fuerit, & alterum duorum lignorum diuiſum & relictum fuerit, rectum ſcilicet vel tranſuerſum, id ſolum quod relictum eſt, adorant. Sed & omnia fere quæ ſunt abolita legalia, adhuc peragunt. Agnum enim magno Dominico ſacrificant, & limina inungũt, & eius oſſa comburentes ſeruant cinerem cum ſanguine in ſignum expiationis: & velum ante altare ſtatuunt, & tintinnabula ipſi & altari appendunt. Quin etiam pro mortuis, ouium & boum ſacrificia peragunt, ſal benedicentes, dãt beſtiis in nutrimentum, & ſuper earum etiam capita dicunt quaſdam orationes, & eas mactant. Nominant autem hæc ſacrificia, natalitia. Si qui autem aliquid horum negant; eum qui hoc facit anathematizant. Iſtos errores tunc Armeni errabant, ſummumque dolorem Nicolao ingerebant.

XII. Mala quæ paſſus eſt Nicol. PP. & eius in pauperes largitas. l *Anaſtaſ.*

Mirum eſt quomodo is tantis animi angoribus, tantæq; moli par fuerit: cum in eum atq; Eccleſiam Romanam fere omnes portæ inferi conſurgerent. Verumtamen in tãta rerum perturbatione, cum præſentiſſimum remedium ſciret ab orationib. egenorũ, ideó omnium nomina claudorum, cæcorum, atq; ex toto debilium in vrbe Roma conſiſtentium apud ſe habens, quotidianum illis victum miniſtrare curioſe curabat. Nam reliquis pauperibus greſſum & vires habentibus huiuſcemodi, vt viciſſim eos paſceret, ſapiẽtem reperit modum, ſcilicet bullas ſuo nomine titulatas fieri iuſſit, & has eis dari præcepit; vt quanti prima feria, quanti ſecunda, quanti tertia, vel cæteris aliis feriis prandere debuiſſent per ſignum bullarum facilius noſceretur. Et in illis quidem bullis, quæ eis datæ ſunt, qui prima feria refici debebant, fecit per ſingulas duos nodos, & ſic per omnes vſque in Sabbatum: vt quot feriæ eſſent, tot eſſent nodi per ſingulas bullas, includens in eis nuſcas vbi nodi fiebant: quatenus nullus pauper haberetur in vrbe, qui vel vno die de ſanctis eleemoſynis non eſſet refectus.

XIII.

Eodem anno Odo Bellouacenſis Epiſcopus à Carolo Rege Romam miſſus, à Nicolao Pontifice ampliſſimum priuilegium exemptionis obtinuit monaſterio S. Carilephi in pago Cenomanenſi.

XIV. S. Gosbert. martyr a S. Anſgario conſecratus Epiſcopus.

Gosbertus à S. Anſgario conſecratus Epiſcopus, & in Sueoniam Euangelii prædicator ordinatus, turbata ibi per ſeditionem, recenter Chriſti religione fundata, prouincia extruditur, confugitq; ad conſecratorem ſuum à quo commendatus, ad vicinam tunc vacantem Eccleſiam Oſnaburgenſem, ei digniſſime præfuit annis decẽ. Mortuo vero Ludouico Ludouici Imp. filio inuictiſſimo Germaniæ Rege, Daniæ Normanni infideles, multis millib. armati venere in Saxoniam. Occurrunt perfidis idololatris fideles Chriſtiani, Duce Brunon. certi vel pro Chriſti mori, vel tantã repellere barbariem perfidorum. Graue prælium, vbi conuenere in loco Ebbecſtorii conſeritur, & diu fortiter inimicis Chriſti reſiſtitur. Sed vicit ferox & infinita barbaries, totumq; Chriſti agnum ad vnum concidit, tantam ſibi ſanctorum frequentiam martyrum, Chriſto in ſuo ſibi ſanguine conſecrante. Huic fidelium agmini ſociatus Gosbertus, vna cæde mactatus, pro Chriſto occubuit anno ſeptuageſimo ſexto poſt octingentos. De eo *Alb. Krantz. in ſua metrop. lib. 2. c. 3. 11. 12. & 6.* Ioan. Vaſtou. Sigiſm. III. Rege Polon. Biblioth. Præfect. recenſuit.

Nicolai Papæ Anno 7. Lvdov. II. Imp. anno 9. Michaelis III. Imperat. ann. 23

I. Acta à Nicol. PP. in cauſa Rodoaldi prævaricatoris. a *Nic. Epiſt. 7. & 13.*

Anno *Chriſti* 864. a Rodoaldus Portuenſis Epiſcopus rediens à Galliis, vbi non minorem quam in Conſtantinopolitana vrbe perſonam geſſerat, cum audiſſet Zachariam ſuum collegam eſſe damnatum, & ipſe propria conſcientia expauit. Monuerat illum Nicolaus, ne quid formidaret: promiſeratque illi nec quicquam ante ſententiam ſynodi contra illum moturum. Cæterum cum impius fugiat nemine ſe perſequente, & is dum nihil magis quam bonis frueretur, ante tempus ſynodi, ante ſui purgationem, Eccleſiam & parochiam propriam deſerens, ad alias diœceſes, examen vtique ſubterfugiendo ſe contulit. Deſtinauit Nicolaus Epiſcopos, qui refugam quærerent, vocarent. At ille diuerſas tenebras penetrando, vtpote filius noctis & tenebrarum, qui opera lucis & diei ſemper refugiens cauſam ſuam ad manifeſtationem ſolis iuſtitiæ deduci formidabat, obedire deſpexit. Tandem cum non reperiſſet tutum ſuæ tergiuerſationis latibulum, redire auſus eſt. Rumor ferebatur, illum, quod erat, velle iterum fugam capeſſere. Quo audito Nicolaus, quia non poterat ſub tam horrendo næuo Eccleſiam non habentem maculam, neque rugam aut aliquid huiuſmodi deſerere, quo minus illum à falſa ſuſpicione redderet exortem, neque poterat perſonam in tantis præuaricationibus diffamatam, & tantorum ſcelerum rore aſperſam ſine ſatisfactione in communionem admittere, coram multis fratribus & Epiſcopis, coramque plurimis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ admonuit eum, ne ſine licentia diſcederet ab vrbe: ſed in ea reſidens ſine timore ſuis licenter vtens, & amicos & homines ſuos libere poſſidens, tempus ſynodi, qua purgandus eſſet, intrepidus expectaret, ſciens profecto nihil ſe iniuſtum ante vel poſt, præter examen ſynodicum fore paſſurum, ſed in iuſtitia, quam haberet, eſſe manſurum. Inſuper etiam ſciret, ſi quoque à Romana ſine licentia ſua diſceſſiſſet vrbe, quia tunc eſſet depoſitus & excommunicatus. Diſceſſit; hæc & alia multa obiecta non diluit; veraque eſſe, quæ de illo dicebantur, modis omnibus examen ſubterfugiendo, firmauit.

Conc. Roman. in quo deponitur Rodoald. & excõmunicatur.

Quapropter Nicolaus conuocata ſanctiſſimorum Epiſcoporum numeroſa & venerabili ſynodo in Baſilica Conſtantiniana, auctoritate Dei omnipotentis, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum Principum, & omnium ſimul ſanctorum, quorum regulas & decreta Rodoaldus multipliciter violauit, nec non ſui Apoſtolatus iudicio depoſuit eum, & à corpore & ſanguine Chriſti excommunicauit. Sanctorum ſcilicet Patrum ſtatuta ſequens, & præcipue ſancti Felicis exemplum, qui Vitalem & Miſenum Epiſcopos depoſuit & excommunicauit, eo quod huic apoſtaſiæ in Conſtantinopolitana vrbe olim par omnino piaculum perpetrarant.

Digitized by Google

II. Concil. Rom. in cauſa Lotharii reg.
b *Nic. epiſt.* 27.

Eodem anno, [b] Nicolaus Romanus, in cauſa Lotharii Regis cupiens Synodum Romæ celebrare, Gallicanos Epiſcopos inuitauit. Excuſauerunt illos Reges, quod non poſſent venire; ſcilicet contra pyratas occupati. Reuera autem, quia non permittebant illos accedere; quod ſcirent in Lotharium fabam cudi. Quia vero ſciebant Nicolaum, etiam abſentibus Galliarum Epiſcopis, prolaturum eſſe in eundem Lotharium ſententiam; ſuaſerunt, vt is in vrbem ſe conferret. Volebat venire: at Nicolaus inhibuit, ſcribens, vt iter, qualis tunc erat, non arriperet; eo quod ſancta Romana Eccleſia talem reſpueret & contemneret, quod ſi cuperet venire, Theutpergam repudiatam reciperet, & ſacramento tutam efficeret. Quod ſi contra illam aliquid opponeret: illa iuramento ſe purgaret: & ſic tandem ille à ſede Apoſtolica ex eius diſcretione iudicii pœnitentiam acciperet. Reſpondit Lotharius humiliter; quædam quidem excuſans; quorundam autem indulgentiam depoſcens.

III. Epiſt Nic. Pp. ad Ermentrud. in cauſa Rothaldi Sueſſion Epiſc.
c *Nic. epiſt.* 19. 34. 36. 37.

Per idem tempus, [c] Nicolaus non prætermiſit curare, vt Rothaldus Sueſſionenſis Epiſcopus, ab Epiſcopatu per Hincmarum depoſitus ex carcere liberaretur, & Romam venire permitteretur. In eam rem ſcripſit Epiſcopis qui eum condemnarant, vt illum liberum facerent. Quod ſi intra trigeſimum diem non præſtarent, neque in vrbem abire ſinerent, à celebratione incruenti myſterii, & à ſacrorum communione ſcirent ſe eſſe ſuſpenſos.

Dimiſerunt quidem illum Epiſcopi. Sed Hincmarus illum in itinere rurſum cepit, & tum Carolo, tum Ermentrudi Reginæ ſuaſit, vt Nicolao ſcriberent, qui vellet Rothaldum non tueri. Reſpondit Nicolaus Ermentrudi vt par erat: *Nos*, ait, *cauſam Rothaldi in virtute Dei non patiemur, vita comite indiſcuſſam relinqui, præterquam ſi ante idem venerabilis vir priſtino fuerit honori & dignitati redditus; quando coram noſtra ſpeciali præſentia diſcernenda cauſa ipſius fuerit præſentata. Quis, rogo*, ait, *in toto orbe Regni veſtri læſus aut lædendus clamaret vnquam ad ſublimitatem veſtram, cuius vos vocem poſtponeretis, & non magis vltione diſtricta ipſius iniurias vindicaretis: & nos quodammodo hortari videmini, vt vocem ſanguinis fratris noſtri non exaudiamus? Aut quomodo obturabimus aures ad clamores illius, cum vehementer paueamus, ne noſtra ob hoc fiat oratio execrabilis, clamemuſque (ſicut ſcriptum eſt) & non exaudiamur? Certe pro ſolicitudine quam circa Eccleſiam Domini retinemus vniuerſam, & pro ſpeciali, quam circa cunctos fratres noſtros principaliter habemus, etſi nunquam vocaſſet eam, à nobis ſumma diligentia quæri. & competenti debuerat ſtudio adiuuari. Quod autem ſcripſiſtis, quia ſi exaudiamus filium noſtrum Carolum, non detrimentum ſed augmentum priuilegiis Eccleſiæ noſtræ generetur; nos certiſſime credimus, quia priuilegia ſancta Romana Eccleſia nullum poſſunt ſuſtinere detrimentum; nec plantatio quam cæleſtis Pater plantauit, eradicari; nec fundamenta quæ ſummus poſuit Architectus, queant quibuslibet & quantislibet fluctuationibus amoueri. Verumtamen, chariſſima filia, magnum manet periculum tam eos qui ſua deſidia ea minus aliquo modo ſinunt, quam eos qui ſua præſumptione illa violare contendunt.*

Hæc Reginæ Nicolaus. Scripſit etiam Hincmaro, arguens & increpans contumacem, quod ter & quater, etiam peremptorie admonitus, Rothaldum nondum liberauerit. Monebat itaque, vt vna ſimul cum eo vel ipſe veniret, vel Legatos deſtinaret, qui ab eo damnatum accuſarent. Et quidem Rothaldum ire permiſit; ipſe autem neque iuit, neque accuſatores deſtinauit. Totis nouem menſibus Rothaldus illos expectauit. Porro cum nemo compareret, qui contra accuſaret; tunc Nicolaus conuocata Synodo in Eccleſia SS. Dei genitricis ad præſepe, pace miſſarum in vigilia Natiuitatis Domini ſolemnia, [d] fecit in ambone publice de Rothaldo ſermonem, ſignificans qualiter ſedem Apoſtolicam appellans depoſitus fuerit, & in conſpectu ſuo nullus per tot menſes accuſationi occurrerit. Denique conſentiente ſibi Epiſcoporum, presbyterorum, diaconorum, omniumq; conuentu, decreuit, vt dignus eſſet idem Rothaldus indui ſacerdotalibus indumentis, qui à nemine per tot menſes accuſabatur, & ad ſedis Apoſtolicæ iudicium proclamabat, ne honore ſuo priuaretur. Ibi veſtitus eſt Rothaldus Epiſcopali indumento, omni tempore ſe pollicens ſuis infeſtatoribus reſponſurum.

Neque Hincmar. neque accuſatores comparẽt ante Sed. Apoſtol. contra Rothaldum.
d *Anaſtaſ.*

IV.

Sardi per id temporis inceſtu ſe maculabant. Hos vt emacularet Nicolaus, miſit Paulum Populonienſem Epiſcopum, & Saxum Abbatem commiſſos, qui eandem gentem Sardorum à tanto reuocarent errore. Excommunicauere omnes, quotquot eo ſcelere impiatos inuenerant: Romamq; abſolutionis petendæ cauſa ire compulerant.

IESV CHRISTI
annus 865.

NICOLAI PAPÆ ANNO 8. LVDOVICI II. Imper. anno 10. Michaelis III. Imp. anno 24.

I. Res bene geſta à Legato Sed. Apoſt. in cauſa Lotharii Reg. & aliorum.
a *Anaſtaſ. & Nic. ep.* 39.
b *Ep.* 17.
c *Chron. Pithæi.*

ANno *Chriſti* 865. [a] Nicolaus Papa Rothaldum Sueſſionenſem Epiſcopum redire ad ſuam Eccleſiam iuſſit, omnibuſque Epiſcopis, & Regibus, & præcipue Hincmaro ſcripſit, vt illum liberum eſſe ſinerent in adminiſtratione officii. Miſit etiam Arſenium Legatum in cauſa Lotharii Regis & Vualdradæ, [b] ſcribens tum ipſi Lothario vt reſipiſceret, tum Epiſcopis vt admonerent, arguerent, corriperent. Summo honore ſuſceptus eſt tum à Ludouico & Carolo Regibus, tum à Francis Epiſcopis Coloniæ obuiam ei procedentibus.

Vbi cum eſſet, [c] conuocato cõuentu Epiſc. Lothario Regi optionem dedit, vt vnum è duobus eligeret: aut propriæ reconciliari vxori, abdicato Vualdradæ pellicis conſortio; aut anathematis gladio feriri, vna cum fautoribus flagitii. Hac neceſſitate conſtrictus, vellet, nollet, Theutpergam Reginam in matrimoniũ recepit, interpoſito iuriſiurandi ſacramento, illam ſe ita in reliquo habere, ſicut æquitatis iura dictant, legitimam vxorem eſſe tenendam, nec eam à ſe ſeparare, nec ipſa viuente, aliam ſuper eam inducere. Vualdradam quoque ex tunc dimiſit, & Romam ire iuſſit, vt rationem pro ſe daret. Engeltrudam quoque ad iureiurandum præſtandum coegit, quia vellet Boſoni Comiti marito eſſe ſupplex, inque loco deſignato per pœnitentiam iniunctam ſatisdare. Iurauit quidem illa, ſed fuga ſe ſubducens & Arſenio & omnibus illuſit. Quamobrem Arſenius excommunicationis vinculo illam innodauit. Nec tantum id ſumma cum laude Arſenius egit; ſed etiam pacem inter Reges Francorum conciliauit & corroborauit, quam poſtea Nicolaus Pontifex collaudauit.

II. Michael. Imp. indignas ſcribit literas ad Nic. Pp. quæ decreto Synodi fuerunt exuſtæ.
d *Anaſt.*
e *Nic. ep.* 9.

Eodem anno, [d] Papa Nic. Seufredum Placentinum Epiſcopum, malitia Pauli cuiuſdam diaconi pulſum, ſedi ſuæ reſtituit: aquæ ductum apud S. Petrum inſtaurauit, & portum Oſtienſem communiuit. In quibus operibus cum eſſet, [e] Michael Imperator ſcurrilitatibus & ludis circenſibus occupatus, Michaelem Protoſpatharium Legatum ad eum miſit, ſcripſitque epiſtolam, quæ tantis erat verbis contumelioſis, imo blaſphemiis referta, vt ſcriptor eius non niſi in gutture colubri calamum tinxiſſe pateretur, & dictatoris labia pro dictionibus venena fudiſſe videantur.

III. Obiectiones Mich. Imp. contra Pont. & reſponſiones eiuſdẽ Pont. ad Imp. datæ.
f *Conſtant. Manaſſes in annalib.*

Non mirum. Nam ab eo qui [f] Neroni atque Sardanapalo maxime ſimilimus, toto tempore cum Mænadibus Bacchi orgia celebrabat, quique Photio & Bardæ hominibus ſceleſtiſſimis totum ſe promiſerat, non potuerunt alia tinctura literæ exarari. Non extant quidem illæ: nam decreto Synodi publice exuſtæ ſunt.

Ex Nicolai tamen reſcripto facile eſt diuinare, quam acerbo graphio fuerint exaratæ. Forte tunc Nicolaus ab ægritudine laborabat. Cui quod Michael Legatus nihil temporis ad valetudinem recuperandam

concede-

Digitized by Google

concedere vellet, ſed Oſtiam velificationem expectaturus receſſiſſet: Nicolaus vt erat mala valetudine affectus, reſcripſit, cum modeſte, tum vere, tum fortiter. Iactabat Michael, neminem Imperatorum Orientalium, à ſextæ Synodi tempore literas communicatorias Romano Pontifici ſcripſiſſe! Reponebat Nicolaus; falſum eſſe, &, ſi verum eſſet, illorum potius dedecus & opprobrium futurum eſſet, vtpote vel hæreticorum vel tyrannorum. Mentiebatur Michael, omnes Imperatores Pontifici Romano ſcribentes, iubemus & præcipimus ſolere inſerere! Solum Mauritium inter Catholicos Imperatores id feciſſe, idque non à Deo impune oſtendebat Nicolaus. Irridebat Michael linguam Latinam, eamque barbaram appellabat! Reponebat Nicolaus; barbaram eſſe apud illum qui non intelligeret; & qui Romanorum Imperatoris nomine appellari appeteret, Romanorum tamen linguam ignoraret, cum alias ipſi Græci in ſuis ſacris, lectionem Epiſtolicam & Euangelicam Latina lingua primo pronuntiarent, deinde Græca. Indignabatur Michael, quod Ignatium reſtituerit, & Photium deiecerit Nicolaus. At iſte ſolius Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ exemplis ius ſuum demonſtrabat, cauſas appellantium cognoſcendi, oppreſſos liberandi, & de oppreſſoribus vindicias deſumendi. Priuilegia Romanæ Eccleſiæ Michael ſuggillabat! Verum Nicolaus commemorabat: *Eccleſiæ, inquit, Romanæ priuilegia Chriſti ore in B. Petro firmata, in Eccleſia ipſa diſpoſita, antiquitus obſeruata, & à ſanctis vniuerſalibus Synodis celebrata, atque à cuncta Eccleſia iugiter venerata, nullatenus poſſunt minui, nullatenus infringi, nullatenus commutari. Quoniam fundamentum quod Deus poſuit, humanus non valet amouere conatus; & quod Deus ſtatuit, firmum validumque conſiſtit. Ille que potiſſimum peccat, qui Dei ordinationi reſiſtere tentat. Priuilegia, inquam, iſtius ſedis vel Eccleſiæ perpetua ſunt: diuinitus radicata atque plantata ſunt; infringi poſſunt, transferri non poſſunt; trahi poſſunt, euelli non poſſunt. Quæ ante Imperium veſtrum fuerunt, & permanent (Deo gratias) hactenus illibata, manebuntque poſt vos; & quouſque Chriſtianum nomen prædicatum fuerit, illa ſubſiſtere non ceſſabunt immutilata. Illa igitur priuilegia huic S. Eccleſ. à Chriſto donata, à Synodis non donata, ſed iam ſolummodo venerata & celebrata; per quæ non tam honor, quam onus nobis incumbit (licet ipſum honorem non meritis noſtris, ſed ordinatione gratiæ Dei per B. Petrum, & in B. Petro ſimus adepti) nos cogunt, nos compellunt, omnem habere ſollicitudinem Eccleſiarum Dei.* Repoſcebat etiam Michael à Nicolao Pontifice, tum alios Orientis Monachos, tum præcipue Theognoſtum! cæterum Nicolaus oſtendens Romanam Eccleſiam eſſe vas illud cœlitus Petro oſtenſum, omnem ſimilitudinem reptilium & animantium continens, ſcil. omnes omnium nationum populos ſub tutelam B. Petri fugientes complectens, ſe iſtud non poſſe facere conſtanter profeſſus eſt: *Nolumus enim, ait, Deo auctore, nec Iudæ proditori ſimiles inueniri, nec paganorum excedere profecto nequitiam. Ipſi enim nihil tale penitus agere patiuntur, quale vos perpetrare hortamini nos. Denique cum quidam anteceſſorum veſtrorum quendam venerabilem virum ab Agarenorum Principe multis oblatis muneribus ſibi mitti popoſcerit, non ſolum minime impetrauit, verum etiam, vt fertur, ab eo quem quærebat, pudorem conſcientiæ ſcripta recepit. Quamuis, Deo gratias, & per principalem Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli poteſtatem, & ius habeamus, non ſolum monachos, verum etiam quoslibet clericos de quacunque diœceſi, cum neceſſe fuerit ad nos conuocare, atque Eccleſiaſticis exigentibus opportunitatibus mutare. Hoc quidem noſtrum. Veſtrum autem & piorum Imperatorum non eſt vllum penitus quærendi monachos miniſterium, niſi ad miſerendum, & orationes eorum ſubmiſſe poſcendum. Quod ſi forſitan opinamini, Theognoſtum apud nos Photio detrahere, Ignatiumque iugiter commendare. Scitote veraciter, quia nihil ipſe de vtroque loquitur, niſi quod in propatulo eſt, quod mundus dicit, quod omnis Eccleſia clamat, quod ipſi per innumeros homines Romam ab Alexandria, ab Hieroſolymis, à Conſtantinopoli, à confinibus eius, ab Olympo monte, atque à cæteris mundi partibus aduentantes agnouimus; ad extremum quoque quod nos per miſſos noſtros & diuerſa ſcripta intelleximus patenter. Ad extremum minabatur, vrbi excidium? Tamen Nicolaus intrepide reſpondebat; Chriſto, ait, propitio, atque cuſtode, de quo ſcriptum eſt; Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam; ſicut hactenus non timuimus, nec modo timemus, credentes ſuper muros eius Angelorum cuſtodiam; imo vero ſcientes, quod ſaluator poſitus ſit in ea murus & antemurale, id eſt, Apoſtolorum munimentum interceſſionum. Neque enim non legimus, aut obliti ſumus minarum Sennacherib Regis Aſſyriorum & ſeruorum Dei contra vrbem Hieruſalem & populum eius, quæ non minores, nec pauciores minis veſtris fuerunt. Et rurſum miſerationum Domini recordamur, & qualiter centum octuaginta quinque millia hominum de caſtris Aſſyriorum interierint; & vrbs cum habitantibus ſuis euaſerit, in mente recolimus, & gratias agimus, & ſpem ſummimus, ac fiducialiter de domo Domini, ſi virtutem ipſe donauerit, en tum Baal amouere curabimus, quoniam ipſe eſt nunc qui tunc, ipſe & in ſecula. Quid autem fecimus nos? Quid ſenſerunt homines? Certe non Cretam inuaſimus; non Siciliam exterminauimus; non innumeras Græcis ſubiectas prouincias obtinuimus; poſtremo non Eccleſias ſanctorum, interfectis numeroſis hominibus, ac ſuburbana Conſtantinopoleos, & quæ muris eius pene contigua incendimus. At vero de iſtis nulla fit vltio, qui pagani ſunt, qui alterius fidei ſunt, qui inimici Chriſti ſunt, qui veritatis miniſtris iugiter aduerſantur. Et nobis qui Dei gratia Chriſtiani ſumus, qui ex parentibus Chriſtianis exiſtimus atque Catholicis, qui vnius eiuſdemque fidei dogmata credimus, qui ſerui veſtri vocamur; qui veritatis cultores, quantum poſſumus eſſe deſideramus, minæ tuæ tenduntur, terrores promittuntur, etiam nonnullæ moleſtiæ irrogantur. Non eſt iſte ordo laudabilis: non eſt iſta commutatio mutabilis, vt qui innumera mala ingerunt, impuniti euadant; & qui nihil mali geſſerunt, pro his talia recipiant: & qui Chriſtum blaſphemant dimittantur; & qui Chriſtum celebrant, huiuſmodi minis ſubiiciantur. Sed habemus ad quem reſpiciamus nos; habemus in quo nos conſolemur. Fecerunt enim hoc & Iudæi, latronem dimittentes & ſaluatorem tenentes: occiſorem iuſtificantes, & viuificatorem condemnantes: Barabbam liberantes, & Chriſtum morti ſuadentes. Nolite itaque indignari, nolite aduerſus nos fruſtra cauſari, nolite peruerſorum hominum verba libenter audire, ſed potius nos audite. Nolite minas prætendere: quoniam nec illas, Domino protegente metuimus; nec per has præcepta veſtra, niſi fuerint diuinis iuſſis ornata, faciemus. Parati autem ſumus propter veritatem ſanguinem noſtrum effundere; ſiquidem plebem diuinitus nobis commiſſam nec vobis nec vlli veſtrum, propitio Chriſto, tradennus. Veſtrum autem eſt conſiderare, vtrum quod minamini valeatis nec ne perficere. Cogitate itaque dies antiquos, & annos æternos in mente habetote. Et quid Imperatores, qui perſecuti ſunt Eccleſiam Dei, & maxime Eccleſiam Romanam, id eſt, Nero, Diocletianus, Conſtantius, Anaſtaſius, & cæteri mortis eorum pertulerint, & vbi modo ſint attendite diligenter, & quantum ſit in Eccleſia Dei execrabilis fama eorum, & nomen deteſtabile ſapienter aduertite. Quanta autem Dei cultorum Auguſtorum qui Eccleſiam Dei exaltauerunt, & præcipue Romanam, Conſtantini, & Conſtantis, Theodoſii quoque maioris & Valentiniani & cæterorum laus in vniuerſa Eccleſia polleat, & eorum præconia vbique perſonent, & nomen eorum inter ſacra myſteria impræter miſſe commemoretur, attentius & ſedule recordamini, ſicque nos audire illos imitantes ſatagite.*

Hæc & alia Michaeli Nicolaus adiungens, vt ſi vellet iudicium in cauſa Ignatii & Photii redintegrari, mitteret vtraſque partes in vrbem. Addebat, ante finem propter falſarios literarum: *Quiſquis hanc epiſtolam noſtram Conſtantinopoli legerit, & Auguſtiſſimo filio noſtro Michaeli quidquam ex iis quæ ſcripta ſunt occultauerit, ne locum apud illum poſſit inuenire ſufficientem, anathema ſit. Quiſquis etiam interpretatus eam fuerit, & ex ea quidquam mutauerit, vel ſubtraxerit vel addiderit, præter illud quod idioma Græcæ dictionis exigit, vel interpretantis ſcientia intelligendi non tribuit, anathema ſit.* Vltimo loco Imperatori præcipiebat Nicolaus, vt omnia hactenus contra ſe, vel contra ſedem Romanam, aut contra Ignatium ab eo, vel Photio, vel quocumque alio ſcripta igni tradat.

Excommunicatio addita ad literas Nic. Papæ.

Sin autem, *ſcitote poſtquam in hac veſ pertinacia perſiſtere finetenus velle comperiemus: primum quidem congregatis cunctis nũ*

Occiden-

A *Occidentalium regionum venerabilibus ſacerdotibus, dictatores & diſpoſitores, atque præceptores tanta fallaciæ, ſeu derogationis ſanctorum vel paternarum traditionum, ab omni Chriſtiana compage remotos, Apoſtolica freti auctoritate diuini anathematis vinculis innodabimus: nec non & Patrum & prædeceſſorum meorum ſecuti veſtigia, qui ſoliti ſunt etiam numeroſorum Concilia nequiter celebrata caſſare Pontificum, ſi qua forte ſunt crebro dictæ, vel exemplaria fortaſsis epiſtolæ: quin potius non ſolum hæc, ſed & omnia ſcripta, quæ vel aduerſus fratrem & Coepiſcopum noſtrum Ignatium iniqua confecta, vel aduerſum nos cauſam illam canonice proſequentes furioſe deprompta ſunt, perenni damnationi mandabimus. Deinde vero decernentibus nobiſcum & ſimul conſiderantibus iiſdem ſanctiſsimis fratribus & Coepiſcopis noſtris, ipſam epiſtolam in ſtipite, videntibus cunctis, ſuſpenſam, vaſto ſuppoſito foco, ad vituperium veſtrum coram omnibus nationibus, quæ penes memoriam S. Petri multipliciter inueniuntur, extremæ perditioni donabimus. Quatenus his rite peractis, diſcat pius quod amet, & crudelis quod timeat.*

Minæ Nic. Papæ contra inobedientes.

B

IV. Campanæ incipiunt vſui eſſe Græcis. g *Sigebert. in Chron.* h *Adam hiſt. l. 1. c. 31.*

Eodem anno [g] corpora SS. Euſebii & Pontiani, Nicolao annuente in Gallias tranſlata ſunt. Campanæ vſui Græcis eſſe cæperunt, miſſæ Michaeli ab Vrſo Patriciaco Duce Veneto. [h] S. Anſgarius, Danorum, Suecorum & Slauonum Apoſtolus defunctus eſt. Succeſſit ei Rimbertus ex Diacono Hamburgenſis Archiepiſcopus à clero & populo electus.

NICOLAI PAPÆ ANNO 9. LVDOVICI Imper. II. anno 11. Michaelis III. Imp. anno 25.

C

I. Bulgarorũ legatio Romam miſſa. a *Anaſt. & Nicol. epiſt.* 106.

ANno Chriſti 866. Michaele Imperatore contra ſedem Apoſtolicam impie depugnãte, [a] Michaelem Bulgarorum Regem Deus excitauit, qui Eccleſiam recrearet. Hic enim menſe Auguſto Legatos ſuos ad Nicolaum Romanum Pontificem miſit, qui orarent, vt Nicolaus in Bulgariam Legatos ſuos deſtinaret, qui non baptizatos, ſacro fonte abluerent; ablutos autem, erroribus vel gentilium, vel ſchiſmaticorum imbutos edocerent. Aliqui enim profani illo penetrantes, ſeque cum non eſſent pro ſacerdotibus gerentes, multis falſimoniis deceperant. Dicebant, inter alias, apud Græcos, chriſma oriri, & exinde in vniuerſam Eccleſiam deriuari. Ambitione quoque eos inflauerant, vt prius Patriarcham habere apud ſe deſiderarent, quam Epiſcopos habuiſſent. Equinam etiam caudam in labaro, pro cruce & imaginibus ſacris depingebant; tum vero ad prælium progreſſuri dies & horas obſeruabant; incantationeſque, auguria, & nonnulla carmina adhibebant, atque aliis quam plurimis ſuperſtitionibus operam dabant. Itaque vt eos qui vel gentiliſmo, vel erroribus ſchiſmaticorum polluti fuerant, Nicolaus ab errore liberaret, & Chriſto, atq; Eccleſiæ ad perfectum adiungeret, Legatos in Bulgariam miſit, Paulum Populonienſem, & Formoſum Portuenſem magnæ ſanctitatis Epiſcopos.

D

II. Legatio Nic. Pp. in Bulgariam & Conſtantinop. b *Nic. epiſt.* 70. c *epiſt.* 9.

Et quia optabat Michelis quoq; Imperatoris, quanquam veſanientis, ſalutem, ſciretque nauale iter maxime periculoſum eſſe ideo cum iiſdem ad Bulgarorum Regem miſſis, [b] Conſtantinopolim quoq; alios ex concilio Romæ tunc habito, deſtinauit: ſcilicet; Donatum Epiſcopum Oſtienſem, Leonem tituli S. Laurentii in Damaſo S.R.E. presbyterum, nec non Marinum ſanctæ ſedis Apoſtolicæ diaconum. [c] Scripſit Michaeli Imperatori, vt diuini iudicii memor, nolit amplius Eccleſiam perturbare, & iniuſtam Photii cauſam promouere. Scripſit & ad Bardam Cæſarem, & ad Photium intruſum; illi quidem vt tutelam Ignatii ſuſcipere, huic vero vt reſipiſcere à malitia vellet perſuadens. Scripſit & Ignatio; & Theodoræ adhuc ſuperſtiti, ambos ad patientiam malorum exhortans. Namq; & ille, & illa, maximas calamitates ſuſtinuere. Baſilius Imp. in menologio Theodoram Auguſtam die 11. Febr. hoc ornabat elogio.

E

A Theodoræ Imperatricis, quę rectam fidem reddidit, memoria. Beata Theodora Imperatrix Theophili fuit Iconomachi coniux, ipſa autem Catholica. Ille quidem S. Methodium Patriarcham relegauit, & pro illo creauit Ioannem hæreticum, qui ſanctas combuſſit imagines. Illi autem tunc non licebat eas publice adorare, ſed in cubiculo habens eas occultas, nocte ſurgebat & adorabat, petens à Deo vt Orthodoxis miſericordiam exhiberet. Filium vero genuit Michaelem, quem rectam fidem docuit. Poſt viri tranſitum, ſtatim ſanctum Methodium reuocauit, & ſacram ſynodum reuocandam curauit, in qua ſunt ſacræ imagines reſtitutæ. Deinde ab Imperio eiecta, in monaſterio vna cum filiabus poſita, ibi in Domino quieuit. Extat eius imago, auro fuſa, digna vt immortalitati conſecretur, quæ fuit imaginum propugnatrix, reſtitutrix, conſeruatrix.

Elogium Theodoræ Auguſtæ.

B

III. Ludouic. Imp. Sarracenos debellat. d *Regino.*

Hoc anno, [d] Ludouicus contra Sarracenos Apuliam depopulantes, profectus, multis ciuitatibus receptis, Barim quadriennio obſedit. Nicolaus Pontifex in iſtud bellum profecturis, regna cœleſtia promittebat, neq; ex vano, vt Abbati Caſæ Marii, tempore S. Bernardi reuelatum fuit: vt ex eius epiſtola apparet, quæ inter eiuſdem S. Bernardi epiſtolas continetur.

IV. Turbę nouæ in Gall. præter Waldrad. pellic.

Gallicanæ turbæ Lotharii nondum quieuere hoc anno. Vualdrada enim eius pellex Romano itinere ſuſcepto, rediit, eidemque clam conſueſſe nunciabatur. Voluit ambos Nicolaus anathemate percellere. Sed Lotharius ſupplicibus literis præuenit, ſub iuramento aſſeuerans, ſe nedum illam non contigiſſe, verum neque aſpexiſſe. Aduentius quoq; Epiſcopus, id ipſum teſtabatur, quod Theutpergam ad inſtar & Reginæ, & coniugis Lotharius haberet, & nec Regis, nec mariti, nec amici officio deeſſet. Iſtud vt Nicolao minanti abdicationem Regni oſtenderet, Cancellarium miſit, ſuppliceſq; per eum ſcripſit, obſecrans ne hoſtibus eius fidem daret. Erat Carolus Caluus qui Lothario male volebat, & cauſas ad expellendum è regno inquirebat. Ideoq; & hæc & alia, contra illũ vel fingebat, vel ab aliis conficta Nicolao referebat, ſciuerant iſtud Epiſcopi Lothariani. Quamobrem Carolum per literas monuerunt, calumniis abſtineret, ſpem regni deponeret, neue aliena malis artibus procuraret.

C

D

V. Concil. Sueſſion. in cauſa cleric. Rhemen. & Hincmari. e *Codex Fab Pariſ. & Nicol. epiſt.* 46.

[e] Hincmarus etiam Rhemenſis, nec dum quieſcebat; ſed clericos ſuos Rhemenſes ab Ebbone initiatos deiicere conabatur. Cõmiſit Nicolaus Henrico Turonenſi Epiſcopo, vt Sueſſione Concilium conuocaret, eamq; controuerſiam definiret. Iudicio inſtituto conuictus eſt Hincmarus, literas Benedicti Papæ Romani, raſiſſe, vitiaſſe, aliaq; pro aliis in iiſdem inſeruiſſe; ſicque corruptis, innocentes condemnaſſe, quaſi Benedictus Papa ad eum modum Sueſſionẽſem priorem ſynodum approbaſſet; & Hincmaro ius dediſſet, ad deponendos illos, qui ab Ebbone ſacros ordines ſuſceperant. Cauſam exinde Nicolao Pontifici Hincmarus repræſentauit, vt illam priorem Sueſſionenſem ſynodum, datis ad Archiepiſcopos & Epiſcopos Sueſſione hoc anno congregatos literis reprobaret, omniaque ab Hincmaro vigore illius attentata irritaret, atque clericos ab eodem depoſitos reſtitueret. Supplex tandem Nicolao fuit Hincmarus, literaſque ad eum non cum cęteris Epiſcopis Sueſſione in ſynodo congregatis ſynodicas, ſed priuatas dedit, excuſans, quod non tantum deliquiſſet; quantum criminatores ei imponerent.

E

VI.

Per idem temporis Nicolaus Papa Ducibus Aquitaniæ ſcripſit, admonens, vt à tyrannica Prouinciæ vaſtatione deſiſterent. Recepit etiam ab Epiſcopo Turonenſi, miſſum decretum Rectionis Rhedonenſis Epiſcopi; in quo & formulam profeſſionis fidei Nicænæ ab electo ſcriptam, & modum electionis canonicæ factæ renunciat.

NICOLAI PAPÆ ANNO 10. LVDOV. II. IMP. anno 12. Michaelis III. Imperat. ann. 12.

I. Legatio ad Bulgaros digne excepta. a *Anaſtaſ.*

ANNO Chriſti 867. [a] Legati Apoſtolici in Bulgariam ad Regem Michaelem miſſi, benigneque ſuſcepti, ſalutaribus documentis populum erudiuere, & omnes à maximo vſque ad minimum ſacro baptiſmate abluere, omnemque ritum Chriſtianæ fidei Bulgaris tradidere. Vnde Rex fidei zelo ſuccenſus, omnes alienæ fidei quam Romanæ ablegauit, Archiepiſcopumq; ſibi cum ſacerdotibus dari poſtulauit. Cui vt ſatisfaceret Nicolaus plurimos ſpectatæ doctrinæ & fidei & virtutes ſacerdotes, & vna cum eis Dominicum Triuēſem, & Grimoaldum Polymartienſem, in Bulgariam deſtinauit. Non ea felicitate fuere Conſtantinopolim miſſi Donatus, Leo, & Marinus. Mox enim vt Bulgariam egreſſi ſunt, Conſtantinopolim ire deſiderantes, Theodorus Marca ab Imperatore deputatus, nedum nō ſiuit eos vlterius procedere, verum & multis iniuriis affectos, re infecta coegit redire. Tanta autem inſolentia vſus eſt, vt etiam equorum quibus vehebantur Legati capita percuteret, dicens: Imperator noſter vos ſane neceſſarios non habet. Imp. quoque Legatis Bulgariæ Regis fertur dixiſſe: niſi per Bulgariam miſſi ſedis Apoſtolicæ veniſſent, nec faciem meam, nec Romam diebus vitæ ſuæ vidiſſent.

Legati ad Imp. miſſi indigne habiti.

II. Nic. Papæ ad Epiſc. Concil. Trecen. & Bellouac. epiſtola querelatoria contumeliarum & iniuriarum quas pertuliſſet tūc Eccl. Rom. ab Orientalibus. b *epiſt. 70.*

Trecis & Belluaci in Galliis Epiſcopi Galliarum adhuc in cauſa Ebbonis ſynodos celebrabant. Ab his vt nonnihil conſolationis, Nicolaus pro ſalute Orientalium Eccleſiarum æſtuans, reciperet, ad eos epiſtolam ſcripſit narratiuam contumeliarum, calumniarum, & iniuriarum, quas hactenus Eccleſia Romana, & in vniuerſum vniuerſa occidentalis pertuliſſet. Memorabat his hiſce verbis: [b] *Ordinatis, inquit, tam quæ Bulgarorum gentis congruere fidei rudimentis agnouimus, quam quæ Conſtantinopolim mittere decreueramus, miſſos quoque noſtros cum Legatis iam memorati Regis per ipſius tranſituros regionem direximus. Quos Imperatores Græcorum non ſolum recipere minime conſenſere, verum etiam vehementer auerſati Bulgaros, animos commouere; eo quod per ſuam eos terram tranſire permiſerint, nihil aliud proculdubio innuentes, niſi quod eos, ſi per ſibi ſubiectas regiones tranſiſſent, illis periculis traderent, quibus prædictæ vrbis hæretici Principes ſæpe ſedis Apoſtolicæ Legatos, pro cauſa fidei, vel correctionis Eccleſiaſticæ deſtinatos tradidiſſe leguntur. Præterea cum Bulgarorum Rege demorantibus, & ad vrbem Conſtantinopolitanam iiſdem noſtris miſſis accedere conantibus, iidem Imperatores epiſtolam ſuam Regi Bulgarorum tranſmiſere: quam ille accipiens, nobis per Legatos noſtros deferri deuota mente decreuit. Accipientibus itaque nobis, & perſcrutantibus tandem cum aliis ſcriptis epiſtolam, non hanc ſæpe memorati Principes dictantes, niſi in lacu blaſphemiæ tinxiſſe calamum, & luto erroris vſi pro atramento fuiſſe, proculdubio potuere. Conantur enim tam noſtram ſpecialiter, quam omnem generaliter, quæ lingua Latina vtitur, Eccleſiam reprehendere; quod ieiunamus in Sabbato: quod Spiritum ſanctum à Patre & Filio procedere dicimus. Dicunt præterea, nos abominari nuptias, quia presbyteros ſortiri coniuges prohibemus. Et inſimulare tentant, quoniam eoſdem presbyteros chriſmate linire baptizatorum frontes prohibemus. Quod chriſma non ex aqua fluminis conficere fallaciter arbitrantur. Reprehendere nihilominus moliuntur, quod octo hebdomadibus ante Paſcha à carnium, & ſeptem hebdomadas à caſei & ouorum eſca, more ſuo, non ceſſamus. Mentiuntur quoque nos, ſicut per alia ipſorum ſcripta indicatur, agnum in Paſcha more Iudæorum ſuper altare cum Dominico corpore benedicere & offerre. Quin & reprehendere ſatagunt, quod penes nos clerici barbas ſuas radere non abnuunt. & quia diaconus, non ſumpto presbyteratus officio, apud nos Epiſcopus ordinatur, cum ipſi etiam illum quem Patriarcham ſuum nominant, à laico ſubito tonſuratum ac monachum factum ſaltu ad Epiſcopatus apicem Imperiali fauore & brachio prouehere (vt ipſi putant) non formidant. Et adhuc (quod eſt grauius) à nuntiis noſtris contra omnem regulam & præter omnem conſuetudinem libellum fidei, ſi ſe ab illis recipi vellent, exigere moliebantur, in quo tam iſta capitula, quam ea tenentes anathematizarent. Necnon & epiſtolas canonicas ab eo, quem ſuum Oecumenicum Patriarcham appellant, dandas improbe requirebat.*

Hactenus referebat impoſturas Græcorum Nicolaus, quibus vt & illi reſpōderent cum præſertim communis cauſa eſſet, omnes Epiſcopos auctoritate Apoſtolica & orabat, & inuitabat, & monebat: cum etiam ipſe ſatis abunde eas omnes calumnias repuliſſet, doctiſſima illis iiſdem apologia ſcripta & miſſa. Placet inſerere, namque ſunt nonnulla quæ in nouatores.

[c] *Quanto autem*, inquit, *liuore, quantaque vecordia iam deſignati Græcorum Principes eorumque ſatellites aduerſus nos, pro eo quod ſuis noluimus parere illicitis animoſitatibus, animati ſint, in eo manifeſte datur intelligi, quod aut falſa ſunt, quæ nobis impingere moliuntur: aut certe iam à priſco tempore, ſine cuiuſquam contradictione in Eccleſia Romana, imo in tota Occidentali parte hactenus cuſtodita, & cum floruerint etiam apud ipſos magni Doctores Eccleſiæ, nullus tamen eorum de his reprehenſionem fecit, niſi hi, qui non zelo iuſtitiæ feruidi, ſed zelo inuidiæ perculſi, Eccleſiæ lacerare traditiones anhelant; præcipue cum de ieiunio Sabbati tempore S. Silueſtri confeſſoris Chriſti ſit ſatis diſcuſſum, & diſputatum; atque vt celebraretur, per omnia definitum; nulluſque poſt hæc auſu temerario contra illud ſtatutum venire, aut ſaltem mutire præſumpſerit, cum potius è diuerſo ſedis Apoſtolicæ inſtitutio, & Eccleſia Romana ſequens obſeruantia eiuſdem ſalutiferi conſtituti executrix fuiſſe hucuſque reperiatur.* c *Eadem epiſt. 70.*

Præterea de proceſſione Spiritus ſancti, quis neſciat illuſtres viros & præcipue Latinos nonnulla ſcripſiſſe, quorum fulti auctoritatibus iſtorum ſane oppido reſpondere poſſemus inſaniæ, ſi vel illis nos reprehendendi, vel nobis eis contentioſa fauce gannientibus rationem reddendi conſuetudo qualibet extitiſſet? ſed quid mirum ſi hoc iſti prætendunt, cum etiam glorientur atque perhibeant, quando de Romana vrbe Imperatores Conſtantinopolim ſunt tranſlati, tunc & primatum Romanæ ſedis ad Conſtantinopolitanam Eccleſiam tranſmigraſſe, & cum dignitatibus regiis etiam Eccleſiæ Romanæ priuilegia tranſlata fuiſſe? Ita vt eiuſdem inuaſor Eccleſiæ Photius etiam ipſe ſe in ſcriptis ſuis Archiepiſcopum atque vniuerſalem Patriarcham appellet. Videte ergo fratres ſi hæc Eccleſiæ Chriſti non præiudicent: videte ſi tolerabilia valeant æſtimari: conſiderate ſi debeant illi Eccleſiæ Romanæ huiuſmodi derogationes vel detractiones ingerere, cum ipſa ex quo cœpit Chriſtiana religio dilatari, quæ ſemel in Petro patrono ac inſtitutore ſuſcepit, immutilata tenuerit, & incorrupta per alia climata mundi docuerit; nec apparuerit quiſquam per tot ſaltem ſeculorum curricula, qui eius traditionibus derogauerit, aut obuiare præſumpſerit, licet, vt retulimus, in Eccleſia crebro magni Doctores effulſerint: nec vlla ſit vnquam Eccleſia (vt non dicam Conſtantinopolitanam, quæ longe poſt inſtituta eſt) cuius hæc doctrinam vel auctoritatem ſecuta ſit; cum ipſa potius alias Eccleſias inſtituerit, atque nonnullas traditiones contulerit; adeo vt quemadmodum Bonifacius ſedis Apoſtolicæ Præſul teſtatur; inſtitutio vniuerſalis naſcentis Eccleſiæ, de Beati Petri ſumpſerit honore principium, in quo regimen eius & ſumma conſiſtit.

Hæc & multa alia Nicolaus occidentalibus Epiſcopis inculcabat; admonens vt ad ſynodum Oecumenicam conuenirent, & communibus ſtudiis pernicioſiſſimo ſchiſmati obuiam irent. [d] Hincmarus Rhemenſis Epiſcopus, & Odo Bellouacenſis Epiſcopus, contra Græcos hæc in parte certauere, demonſtrauerunt que:

Hincmarus Rhem. & Odo Bellouac. epiſc. certant contra Græcos. d *Frodoard. hiſt. Rhem.*

Sabbati ieiunium, ex traditione Apoſtolorum manaſſe.

Cœlibatum Sacerdotum ab Apoſtolis inſtitutum eſſe.

Spiritum ſanctum à patre filioque procedere, ipſiſſimam veritatem eſſe: reliquaque omnia vel calumnias vel friuole obiecta, ridiculaque potius quam ſeria eſſe.

III. S. Maximi

Sane S. Maximus martyr, tempore Conſtantis Eutychiani, ſatis ſuperq;, vel hac vnica ſentētia, pro Romanæ

Martyr. teſtimoniũ de Eccleſ. Rom. à qua originem habuiſſe teſtatur omnes alias orbis Eccleſias.

Eccleſiæ doctrina præſcripſit; in ea quam ad Marinum ſcripſit; non minus eleganter quam vere iſta ſubiiciens. *Omnes termini terræ, & quicunq; vbiq; terrarum Chriſtum Dominum pura mente & Orthodoxa Fide confitentur, quaſi ad ſolem æterni luminis, ad Sanctiſſimam Romanorum Eccleſiam, & eius Confeſſionem & Fidem intenti reſpiciunt, ex ipſa rutilantem ſplendorem recipientes ſpiritualium & Sanctorum dogmatum, quemadmodum ſex illæ ſanctæ Synodi Sacræ, & à Deo dilectæ, diſertis verbis & magna cum religione expoſuerunt, apertiſſime pronuntiantes Fidei Symbolum. Ab initio enim aduentus Incarnati verbi, vniuerſæ vbique terrarum Chriſtianorum Eccleſiæ à Sancta Romanorum Eccleſia originem habuerunt, & fundamentum ſolum & maximum, contra quod nullo pacto portæ inferi præualebunt, iuxta ipſiuſmet ſaluatoris noſtri promiſſionem; vt habeat ſcilicet claues Orthodoxæ in ipſum Fidei & confeſſionis, vt aperiat illis qui ad ipſam Romanam Eccleſiam cum pietate accedunt, veram & realem & ſolam pietatem quærẽtes. Et claudat econtra & obſtruat omne os hæreticum, quod loquitur iniquitatem in cælum.* Multa alia S. Maximus Martyr pro Eccleſia Catholica Romana.

B

Placuit tamen Photio, vel maxime propter Spiritus Sancti à Patre filioq; proceſſionem, ſchiſmate ſe ab eadem præcidere, occaſionemq; vindictæ exhibere, quam hoc anno iuſtus vindex, in Bardam & Michaelem Imperatores exeruit.

IV. De Bardæ Imp. obitu & ſignis interitum eius portendentibus. e *Ioan. Curopalata.*

C

e Signa primum, Bardæ interitum portendentia hæc fuere, crinitarum ſtellarum exortus, & ſomniorum viſio portentoſa. Siquidem viſus eſt ſibi in ſomnis, ad magnum templum cum Michaele Imp. accedere, quaſi panegyris celebraretur. Vt igitur eo peruenere, & vltra ſacrum templum proceſſere, exiſtimabat ſe videre quoſdam albis veſtibus indutos præeuntes, qui ipſum ducebant ad cancellos altaris: nihilque aliud conſpexit quam in throno Patriarchæ ſedentem quemdam ſenem, quem Petrum eſſe arbitratus eſt Principem Apoſtolorum, ad cuius pedes abiectus Beatus Ignatius volutabatur, malorum quæ ſuſtinuerat, vltionem requirens. Illum vero vni eorum qui aderant, gladium dediſſe, dixiſſeque hoc: Deo inuiſum, (ita Bardam Cæſarem appellantem) in ſiniſtro loco conſtitutum fruſtratim concide, impiumque filium (hoc nomine Michaelem Imperatorem indicantem) numera in iis qui ſunt in dextera parte, ſed ſimile ſupplicium ſume. Paulo apertius, fuſiuſque hæc omnia Barda Philotheo Logothetæ narrabat, [f] his verbis: O Philothee, inquit, viſionem vidi, quæ mihi omnia contriuit oſſa, & omnes neruos mihi diſſoluit. Videbar enim hac nocte, ac ſi proceſſio fieret, ad magnam Eccleſiam vna cum Imperatore ingredi, & in omnibus feneſtrarum ſuperioribus, tum inferioribus imagines videre Archangelorum verſus tabernaculum reſpicientes. Et cum prope ambonem eſſemus, duo, quaſi cubicularii, mihi viſi ſunt, quorum alter cum Imperatorem vinctum accepiſſet, & dextrorſum traheret, extra conuentum eiiciebat, quaſi reum & damnatum: alter vero eodem pacto ſiniſtrorſum me expellebat. Et cum ſtatim circumcirca reſpicerem; video in adytis ſedentem virum quemdam ſenem in omnibus ſimilem imagini Principis Apoſtolorum Petri, cui aſtabant duo terribiles viri, qui præpoſitorum vices gerere videbãtur. Video & ad genua ſenis ſedentis Ignatium procumbentem, & multis lacrymis ita circumfuſum, vt etiam ille miſeratione motus ingemuerit. Ignatius vero clamabat; Clauiger Regni Cœlorum, & Petra in qua Chriſtus Deus noſter firmauit Eccleſiam: ſi noſti, quod iniuria affectus ſim, conſolare ſenectutem meam multa mala paſſam. Ille vero ad Ignatium: Oſtende, inquit, eum qui te iniuria affecit, & Deus faciet vna cum tentatione prouentum. Et conuerſus Ignatius dextera manu me oſtendit, inquiens; Hic me maxime omnium offendit, & necdum iniuriis me afficere deſinit. Ille igitur qui in throno erat, nutu ſignificauit ei qui à dextris aſtabat, & valde paruo gladio euaginato dixit, vt ab omnibus audiri poſſet: Aſſume Bardam iſtum execrandum, & extra ante atrium Eccleſiæ illum mem-

f *Nicetas in Ignatio.*

D

E

A

bratim concide quamprimum. Itaq; tractus ego ad necem vidi præterea, quod manum vibrans aduerſus Imperatorem dixit illi: Impie fili expecta parumper. Et ita meipſum mẽbratim cõciſum deinde inſtar hepatis vidi. Et quidem ad eum modum, vt olim Pharaonẽ & Nabuchum Deus per ſomnia Bardam & Michaelem à ſceleribus deterrebat. Cæterum Barda, obliuioni comminationem tradens, feſtinabat ſuas iniquitates adimplere, vt deſuper ſibi ipſi iuſtam Dei iram accelerare. Quamprimum enim ipſo Quadrageſimæ principio, Leonem Pitademen, Photii affinem cum militibus ad inſulam miſit, quibus præcepit, vt ita Ignatium obſeruarent, vt nullo pacto ei liceret neque ſacrum facere, neque aliquem ad illum ingredi, nec egredi permitterent. Tribus autem menſibus hæc cuſtodia circa illum ſeruabatur; quibus peractis, inſomnii ſecuta eſt executio.

B

g Contra Cretenſes, cum Imperatore profectus, cum ad Dei Genitricis templum viatorum acceſſiſſet, & adytis appropinquaſſet, repente ab ipſius humeris dilapſa chlamys, citæ mortis indicio eum perturbauit. Pridie quam ab vrbe profecturus eſſet, teſtamentum, quaſi præſcius mortis fecit. Cretam autem proficiſcens, poſtquam in caſtris metatis locum tentorio deſignatum, meliorem, tutioremque quam Imperator accepiſſet, Baſilius Macedo regii cubiculi præfectus eam Michaelis contumeliam ægre ferens, coniuratos in Bardam concitauit, qui ſtrictis gladiis in fugientem irrumpentes, eum ad pedes Imperatoris obtruncarunt, fruſtratimq; conciderunt: deinde genitalia ipſius membra haſtæ appenſa per exercitum traduxerunt. Imperator porro ſeditione militari vix ſedata Conſtantinopolim reuerſus, Baſilium, Cæſarem renunciauit. Sed tamen Photium non refrenauit. Is enim nequicquam propter cædem Bardæ fractus, tum Baſilium apud Michaelem ſuggillabat, tum eundem Imperatorem aduerſus Nicolaum incitabat, vt Synodum Oecumenicam conuocaret, ſeque de illo vindicaret. Conabatur illum Baſilius à ſcelere reuocare. Sed non intelligebat, ipſum ſibi hac ratione necem moliri. Siquidem non ferens Michael obiurgationes, ac de medio Baſilium tollere cogitans, quaſi ſuæ voluntati eſſet impedimento; Baſilicinum quemdam regii dromonis remigem in medium adductum purpuram induit, eique diadema impoſuit. Cumque eum manu duxiſſet in ſenatum, inquit: Iampridem oportebat, amici, virum hunc ad illuſtria ornamenta Imperii perduci potius quam Baſilium, cuius nunc me pœnitet. Adeſt enim ei primum forma digna Imperio, deinde cognata corona, omniaque dignitati conueniunt. Hæc oratio cauſa fuit & principiũ, cur Michael periret. Aliud præterea euenit. Nam cum Michael ſe vino ingurgitare conſueuiſſet, quo tempore ebrius erat, abſurda multa fieri imperabat. alii enim aures amputari, alii nares, alii caput: quæ fieri Baſilius vetabat, non tam aliis quam ſibi ipſi metuens. Vt igitur ipſum ſibi obſtare Michael cognouit, contra ipſum tales inſidias molitus eſt. Cuidam præcepit, vt haſtam iaceret: verbo contra feram, ſed re contra Baſilium. Idque planum factũ eſt. Nam moriturus is qui iuſſus fuerat id facere, rem confeſſus fuit. Iecit igitur hic haſtam, ſed aberrauit, atque Baſilius ſeruatus eſt. Studuit autem ſeruatus aliquid potius committere quam pati. Itaque ad palatia Diui Mamantis, hora noctis tertia illum occidit. h Communicato enim cum coniuratis conſilio, cum Michael vino in cœna obrutus torperet, oppreſſuſque ſomno profundiſſimo iaceret, Baſilius egreſſus primum clauſtra cubiculi Imperatorii confregit, ne fores à cubiculariis claudi poſſent, deinde cum illis iuratis aduenit. Iis autem qui ante cubiculum excubabant, pauci adeo, percuſſores aditu prohibere conantibus, orto tumultu Imperator expergefactus, quidam cum ſtricto gladio ingreſſus manus ſuſtulit; quibus illi ambabus reſectis ad cæteros rediit. At Michael cum ex vino titubans, ebrietate impediente fugere non poſſet, mi-

C

D

E

g *Ioan. Curopalata.*

Michael Imp. infelix Mors cui ſucceſſit Baſilius ex præfecto Cubiculi.

h *Zonaras.*

Digitized by Google

ſemiuiuus etiam iacebat. In quem alius quidam ex Baſilianis adhuc viuere conſpicatus inſiliit, enſemque ita in eius pectus adegit, vt ventre etiam traiecto, inteſtina elaberentur. Ita impius ille & omnium ſceleſtiſſimus pœnas iuſtas inſaniæ & nequitiæ ſuæ tulit.

V. Photius eiicitur a Baſilio Imp. & in monaſterium detruditur. Ignatius reuocatur. i Nicetas in Ignatio.

Michaele occiſo, i Baſilius ad palatium euectus, Imperatoriſque nomine ſalutatus, Zachariam & ſocios Romam a Michaele miſſos, ex itinere reuocauit. Poſtera die Photium à Patriarchali ſede deiecit, & in Monaſterium Humbiæ detruſit. Poſtridie Eliam illuſtriſſimum regii exercitus Drungarium, vna cum regio dromone, naui ſcil. Imperatoria, ad ſanctiſſimum miſit Ignatium, vt illum cum ſummo honore in ciuitatem ab inſula reduceret. Vt autem manifeſtiora eſſent omnia quæ Photius in eum perpetrauerat, miſit ad eum vt ſcripturas ſuas omnes in Palatium remitteret. Iurabat iſte ſe propter feſtinationem nihil omnino earum accepiſſe.

Satanicæ ſcripturæ apud Photium inuentæ contra Ignat.

Cæterum famuli ipſius aliquid grauius metuentes, magna cum feſtinatione ſeptem ſaccos ſcripturarum plenos, plumbeo ſigillo ſignatos ad Calamonem illi propinquum tranſferentes, a famulis Præpoſiti Bahanæ conſpecti, ne occultari poſſent effecere. Ereptos enim ſaccos, ad Imperatorem detulerunt, quibus apertis, inuenerunt duos libros auro & argento decoris bracteatos, & ſerico tectos, intus vero literis valde pulchris & ornatis deſcriptos. Quorum alter continebat ſeptem Actiones Synodicas, quæ nunquam extiterunt, nec actæ ſunt, aduerſus Ignatium, ſed tantum diabolico conſilio fruſtra ſunt machinatæ. & ſingularum Actionum huiuſmodi initio hæc quæ ſequuntur depicta habebantur, opera videlicet Syracuſani illius Gregorii cognomento Asbeſtæ, erat enim bonus ille vir pingendi peritus, puto pro additamento ſuorum malorum, & depictus erat Ignatius.

In prima quidem Actione Ignatium depinxit, qui trahebatur & vapulabat. Supra vero illius caput ita ſcripſit; *Diabolus.*

In ſecunda iterum Actione depinxerat ſputis conſpurcatum, magna vi tractum, cuius inſcriptio talis erat; *Principium peccati.*

In tertia vero Actione eundem Ignatium exauctoratum pinxerat; & eius inſcriptio hæc erat; *Filius iniquitatis.*

In quarta itidem Actione eundem Ignatium anathemate atq; exilio damnatum poſuit. & eius inſcriptio erat; *Simon Magus.*

In principio deinde quintæ Actionis vinculis circumdatum Ignatium pinxerat, & vinctum; cuius erat inſcriptio: *Extollens ſe ſuper omne quod dicitur Deus.*

In ſexta vero Actione depinxit Ignatium damnationi traditum; & eius inſcriptio: *Abominatio deſolationis.*

In ſeptima tandem & extrema Actione, depinxit Ignatium protractum, vt illi caput amputaretur; & eius talis inſcriptio: *Antichriſtus.*

Et quidem hæc pro more hæreticorum pinxit Photius. i Obſtupeſcebant omnes qui inuentum hoc plane diabolicum aſpexerunt, & multas in eum contumelias coniecerunt. Præſertim vero cum audirent illos omnes narrantes, qui Actionum illarum impiarum ſcriptis dum legerentur interfuerunt, quinquaginta duo apertiſſima & omnibus perſpicua falſa Capitula ſcripta fuiſſe, impio quodam & inſano conſilio contra Beatum Ignatium prolata. Et in fine ſingulorum capitulorum reliquerat ſpatium verſus varias non ſcriptum. idque ea de cauſa, vt ſi quem aliquando inueniret ſui ſimilem & laqueo dignum, muneribus & dignitatibus illum decipere poſſet, & haberet locum, in quo illi mendacio poſſet ſubſcribere.

Aliæ aduerſus Nicol. Pap. quæ omnes poſtea cõcrematæ fuerunt.

Hæc quidem habebat alter librorum diaboli. Alter vero Synodica Acta aduerſus Nicolaum Papam Romanum, omnem videlicet calumniam & abſurdam blaſphemiam ad condemnationem ſancti illius viri & anathematiſmum impie & praue cõſlatum, dignum potius ipſo & operibus eius à dæmone ſuggeſtis. Hæc autem omnia audax ille Syracuſanus Gregorius ad amuſſim cum deſcripſiſſet, Zachariæ & Theodoro Legatis Michaelis præbuit Photius, multis cum encomiis & magnificis muneribus ad regem Franciæ, vt Papam Nicolaum tanquam throno depoſitum eiiceret. Alios vero duos apud ſe detinuit. Hos igitur quatuor libros cum accepiſſet Imperator, & Senatui atque Eccleſiæ cum manifeſtaſſet, ita Photii totam machinam & peſſimam conſcientiam vniuerſæ Reipub. manifeſtam reddidit. Quod cum omnes homines viderent, ſtupore perterriti ſunt, non ſolum pro Sophiſtæ illius Photii praua mente & garrulitate, verum etiam pro exceſſu longanimitatis & patientiæ Dei. Sed hos quidem libros deinde cum attuliſſent in Synodum, & in conſpectu etiam ipſius artificis Photii exprobraſſent, tandem igni tradiderunt.

Ignatii reſtitutio.

Porro quantum Ignatii reſtitutionem attinet, illum die Dominica, quæ in vigeſimam tertiam Nouembris inciderat, poſt nouem annos certaminis, quod in exilio maximis in calamitatibus decertarat, ſummo cum honore Baſilius in magnam Eccleſiam introduxit. Forte tunc cum ingrederetur, Ignatius, ſacerdos Sacrum in adytis faciens clamauerat: Gratias agamus Domino. Populus autem Patriarcham introeuntem videns, ſumma cum lætitia reſpondit: Dignum & iuſtum eſt. Ita Ignatius ad ſedem ſuam reſtitutus, vniuerſam illam Eccleſiam recreauit.

VI. Legationes ab Imp & Ignat. ad Nicol. Pap. k tom. 3. Decret. ep. l Octau. Synod. Act. 3.

Cuius lætitiæ vt & Nicolaum Pontificem Romanum faceret participem, Baſilium inprimis ad pœnitentiam ſcelerum, & ad condignam ſatisfactionem, tum deinde ad communicandum ſedi Romanæ admonuit. Et quidem ille multis cum lachrymis cædem Michaelis Imperatoris deplorauit; & in partem ſatisfactionis Templum Nean Sancto Michaeli ædificauit; & Nicolao Pontifici ſimul ac imperium obtinuerat ſcripſit, Baſiliumq; Spatarium Legatum ad eum miſit, qui depoſitionem Photii, & Ignatii reſtitutionem renunciaret: vtque Nicolaus Apocriſiarios ſuos Conſtantinopolim velit deſtinare obſecraret. Miſit quoque Ignatius Ioannem Metropolitam Sylei & Petrum Epiſcopum Troadæ ad Nicolaum cum literis Legatos, qui gratias pro adiutorio agerent, deque cauſa lapſorum ſedem Apoſtolicam conſulerent, qui & quomodo recipi deberent: quidue ſtatuendum foret, de iis qui manuum impoſitionem à Photio ſuſcepiſſent.

Præclara Baſilii Imp. a Pont. petitio.

Scripſit pariter obſecrans, vt Vicarios ſuos Epiſcopos Nicolaus deſtinaret, quibus cum Eccleſiam rationabiliter diſponeret. Præclara eſt illa, quam ſub finem epiſtolæ fecit Baſilius, petitio: Ita pater, inquit, ſpiritualis, & diuinitus honorande ſumme Pontifex, accelera pro noſtræ Eccleſiæ correctione & conflictu contra iuſtitiam atque veritatis ſatisfactionem, multam nobis congeriem bonorum donare, id eſt, vnitatem mundam, compagem ſpiritualem ab omni contentione & ſchiſmate liberam, Eccleſiam in Chriſto vnam, & ouile vni obſecundans paſtori, cuius tu miniſter ac immolator exiſtis veriſſimus. Saluto Sanctum & deſiderabile mihi caput quaſi labiis per literas. Hæc Baſilius Nicolao.

VII. Ruſſi ad fidem conuerſi. m Ioan. Curopal.

Per idem temporis, antequam Michael occideretur, m loca intra Euxinum Pontum, omnemque ipſius maritimam regionem exercitus Rhos, ſeu Ruſſorum prædabatur ac percurrebat. Sunt autem Rhoſi gens Scythica ad Arctorum Taurum habitans, effera & agreſtis, ipſique Conſtantinopoli graue intentauit periculum. Sed tamen haud multo poſt diuinam experti iram domum rediere. Quorum legatio Conſtantinopolim cum veniſſet, petiit & ſupplicauit, vt ſacrum ſibi baptiſma impertiretur. quod quidem illis facile conceſſum eſt.

VIII Lotharius Rex pellicis receptione coniugis eiectione & aliis ſceleribus ſe inquinat.

In Occidente, Lotharius Rex Waldradam pellicem iterum recepit; Theutpergam autem vxorem adeo vehementer afflixit, vt miſſionem ab eo in vrbem expoſceret. Concedebat ille vt fieret, ſi modo prius Nicolao Pontifici perſcriberet, ſe non iuſtam vxorem Lotharii

eſſe.

Digitized by Google

eſſe. Scripſit quidem illa metu mortis. Cæterum Nicolaus reſcripſit, ne mentiretur, neue mendacio animam propriam occideret.[n] Melius quippe tibi eſt, inquit, vt veritatem loquentem alius te occidat, quam tu teipſam mendacium dicens interimas. Scripſit etiam Nicolaus, Epiſcopis quidem, arguens eos quod ſegnes in corrigendo Lothario exiſterent: Carolo autem Regi quod ad ſcelus nepotis conniueret; Lothario autem, quod diuina humanaque iura violaret. Lotharius porro ſemel fallax, Nicolao reſpondit, ſeque Romam tum ad amplectenda illius veſtigia, tum ad euincendam calumniam, tum ad auxilium contra Saracenos ferendum, velle venire ſignificauit. Cæterum Nicolaus prohibuit ne veniret, ſed potius omnem ſiniſtræ ſuſpicionis fomitem à ſe abiiceret. Sin pergeret; minime vel ſuſciperetur, vel regrederetur, cum ea qua cupiebat honeſtate. Adiecit per id tempus Lotharius, & rapina ſeſe infamare. Helletrudi enim viduæ filiæ Lotharii Imp. bona relicta arripuit. Quæ cum ad ſummũ Pontificem, tanquam ad viduarum & Orphanorum Protectorem cófugeret, habuit Nicolaus Carolo Regi tutelam ipſius pupillæ committere.

n *Nicol. ep. 48.*

IX. Grauiorũ delictorũ abſolutio Pontifici reſeruata.
o *Nic. Fabr Pariſienſ. Codex.*

[o] Contigit etiam tunc temporis Romam pœnitentiæ cauſa veniſſe, quemdam Cumarum trium filiorum necatorem. Eum ad Ronoaldum proprium Epiſcopum Nicolaus remittens, iniunxit; vt triennio ante fores Eccleſiæ pro ſuis peccatis oraturus conſiſtat: & deinde inter auditores permaneat quadriennio: vt ſeptem annorum curricula abſque communione Dominici corporis & ſanguinis ducat: ita quidem, vt in omnibus diebus vitæ ſuæ carnem non manducet; & in iſto ſeptennio vinum non ſumat, niſi diebus Dominicis & feſtiuitatum: ab inde quinquennio tribus diebus per ſeptimanam à vino abſtineat; vt duodecim annis quantitas pœnitentiæ extendatur. Liceat tamen illi vxorem propriam non deſerere, ne forte incidat in adulterium, & pro occaſione vnius delicti, præcipitetur fragilitate carnis in peius. Conceſſimus etiam ei calceatum ad vos peruenire, ac deinde triennio diſcalceatum ire debere: vt veſtimentis ſecundum quantitatem temporis, & aeris temperiem indui, atque lacte perfrui. Cæterum vero ita actus ipſius diſcernentes, per omnia conſiderate atque diſponite, quatenus & Euangelica miſericordia in illo agnoſcatur, & canonica auctoritas conſeruetur.

X. Tranſlatio Corporis S. Clementis Romam & Nicol. Pap. obitus.
p *Leo Oſtienſ. Epiſc. apud Catal. SS. lib. 10. c. 98.*
q *Anaſtaſ.*
r *& Regino.*
Nicolai virtutes & præconia.
ſ *Ioan. diac. in vita S. Gregor. lib. 4.*

Hoc eodẽ anno [p] corpus S. Clementis Papæ & Martyris, à Cyrillo Slauorum Epiſcopo, ex inſula Cherſona ſublatum, Romam delatum, atque in Eccleſia eius nomine fabricata, conditum eſt.[q] Inter hæc Nicolaus Papa, idibus Nouembris, ex Deo vita deceſſit.[r] Poſt beatum Gregorium vſque in præſens, nullus Præſul in Romana vrbe Pontificali honore ſublimatus Nicolao videtur æquiparandus. Regibus & tyrannis imperauit, eiſque ac ſi Dominus orbis terrarum auctoritate præfuit. Epiſcopis & ſacerdotibus religioſis, ac Domini mandata obſeruantibus humilis, blandus, pius, manſuetus apparuit. Irreligioſis & à recto tramite exorbitantibus terribilis atque auſteritate plenus extitit, vt merito crederetur alter Elias, Deo ſuſcitante illis temporibus ſurrexiſſe, & ſi non corpore, tamen Spiritu & virtute.[ſ] Viſus eſt in cœlum receptus, vna cum S. Gregorio Magno apparuiſſe.

XI. Nicolao ſuccedit Hadrianus II in pauperes miſericordiſſimus.

Nouum Phineem, & Eliam ſucceſſor ipſius Hadrianus eum appellauit. Namque is ei decimonono Kalend. Ianuarii ex presbytero tituli S. Marci ſucceſſit; natus Romæ, ex Talaro patre, inque eadem vrbe ab ætate ineunte, per omnes gradus ſacros, virtute ad Pontificatus faſtigium euaſit. Miſericordiæ illius in pauperes vnicum & rarum exemplum Anaſtaſius narrabat. Cum die quadam inter compresbyteros ſuos à SS. Papa Sergio conſuetudinaliter denariis quadraginta perceptis, domus ſuæ portas reuertens ingredi vellet, ac præ multitudine peregrinorum, quæ ibi fiducialiter ſolito more, velut ad horreum commune confluxerat, omnino

A nequiret: miſericordia motus Equeſtri ſuo retulit, nil ſine tantis fratribus in tantillis denariis ſibi eſſe commune. Cumque ille neque tertiæ parti pauperum ſingulos denarios poſſe ſufficere intuliſſet: Virtute, inquiens, Chriſti qui de quinque panibus, & duobus piſcibus quinque millia hominum ſatiauit, non ſingulis ſingulos, ſed ternos ſingulis denarios erogabo. Hæc dicens, forinſecus portæ ſubſidens, ac de manu Equeſtris ſui ſuſcipiens, peregrinis cunctis egredientibus ternos ſigillatim denarios erogauit. In qua redundatione cum miraretur Equeſter non ſolum non defeciſſe denarios, quinimo ſuperfuiſſe; liberalis presbyter qui ſupererant, domum ſe recipiens, multitudini familiæ ſuæ ternos nihilominus perſonatim nummos largitus eſt. At cum ſex identidem ſupereſſent: Vides, inquit, quam largus,
B & quam ſuauis ſit omnipotentiſſimus Dominus, qui quadragenariam quantitatem nummorum & fratribus noſtris per ternos diſtribuit, & mihi ternos, & tibi ternos æqua ſorte ſeruauit? Erat præterea Hadrianus tantæ hoſpitalitatis & largitatis, vt non immerito Beato Iob in his poterat comparari. Non deſpiciebat intereuntem eum qui non haberet indumentum, ſed de ſuis ouium calefaciebat velleribus: nec buccellam quidem ſuam ſolus; nam hanc cum pupillis & egenis comedebat, quippe qui oculus eſſe cæcó, & pes probabatur exiſtere claudo. Pater erat pauperum, & viduæ conſolator. Oſtium eius viatori patebat, nec clauſa erat domus ipſius quidpiam poſtulantibus: adeo vt ab omni clericali gradu, ab omni ſenatorio & populari concordiſſimo cætu, ſicut poſt mortem Quarti Papæ Leo-
C nis, ita poſt obitum Tertii Benedicti Pontificis ſubire ſummum Pontificium, niſi ipſe diuerſis argumentis & exquiſitis excuſationibus verecunde ſubterfugeret, cogeretur. Incredibile eſt, quanto conſenſu electus, quanto gaudio exceptus fuerat Hadrianus: adeo vt etiam Schiſmaticorum in Germania Princeps Theutgardus, & Zacharias Anagninus, ad communionem & Eccleſiæ, & Sacrorum myſteriorum tunc acceſſerint. Intercepit hanc totius Orbis lætitiam Lampertus Dux Spoletinus. Is enim tempore conſecrationis Hadriani, armatus exercitu vrbem inuaſit, militibuſque vrbem in prædam conceſſit; maiorum domos multis muneribus vendidit, nullis monaſteriis, nullis Eccleſiis pepercit; quinimo nobiliſſimi generis puellas tam intra vrbem, quam extra ſatellitibus indifferenter ſtuprandas permiſit: nec
D receſſit, donec Imperatoris Ludouici armis Ducatum amitiſſet.

Hoſpitalitas & largitas Hadriani Pap.

Roma capitur à Lamp. Duce Spol.

Lotharius Rex cumprimum intellexiſſet Hadrianum aſſumptum eſſe, literis ad eum miſſis poſtulauit ad vrbem acceſſum: monuit eum primo Hadrianus; vt Waldradam dimitteret, & Theutpergam reciperet: quæ iam tum ad limina SS. Apoſtolorum Romam conceſſerat. Porro cum Lotharius aduentum in vrbem adornaret, Hadrianus ſpe cócepta, quia præſentia Theutpergæ poſſet illum reconciliare, conceſſit vt veniret. Siue, vt innocens benedictionem, ſiue vt nocens condigna pœnitentiæ remedia ſuſciperet.

XII. Lotharius Rex petit à Pont. facultatem veniendi Romam.

IESV CHRISTI
Ann. 868.

E

HADRIANI PAPÆ II. ANNO I. LVDOVICI II. Imp. an. 13. Baſilii Macedonis Imp. ann. 2.

I. Diuerſæ opiniones de affectu Hadriani in Nicol. prædeceſſ. ſuum.
a *Anaſtaſ.*

ANno Chriſti 868.[a] Hadrianus Papa; ſimul atque cathedram Pontificiam poſt Nicolai mortem aſcendit, quæ Nicolaus morte præuentus non poterat, perficere conatus eſt. Dominicum enim & Grimoaldum Epiſcopos in Bulgariam Legatos deſtinatos, dimiſit: Gaudericum Velitrenſem, Stephanum Nepeſinum Epiſcopos, & Ioannem cognomento Simonidem titulo maieſtatis ab Imperatore Ludouico in ergaſtula con-

Digitized by Google

iectos, intercesſione & auctoritate liberauit: Nicolaitanam Baſilicam omnium pulcherrimam, à Nicolao anteceſſore inchoatam perfecit, & ornauit: Nicolaitanuſque publice & ſcribi & appellari voluit. Hoc vnico tamen apud pleroſque in ſuſpicionem adductus eſt, quia Theutgaudum & Waldradam à Nicolao excommunicatos, perſpecta eorum in facie Eccleſiæ publica vitæ mutatione, & pœnitentia ad preces Ludouici Imp. abſoluit. Multi enim, præſertim Legati Imperatoris Baſilii, & alii Orientales in vrbe peregrini ſubmurmurabant, quaſi acta Nicolai reſcinderet. Eam opinionem vt ex animis omnium eximeret, præſertim quum iam videret, quia ab eius collegio, per dies aliquot quidam Græcorum & aliarum Gentium ſeruorum Dei per id tempus Romæ commorantium ſe abſtraxiſſent; ſexta feria ſeptuageſimæ, eos ſecundum conſuetudinem, refectionis gratia, ſolito plures numero conuocauit: manibus eorum ſolus aquam infudit, cibos appoſuit, pocula miniſtrauit. Et quod nullum Pontificum ante ſe nouerat feciſſe, vt eos promptiores ad prandium redderet, cum illis diſcubuit. Et canticis ſpiritalibus ibi per totum ſpatium iugiter concrepantium Deum laudans, dum ſurrexit ab epulis, in faciem ſuam coram omnibus procidit dicens: Rogo vos, & ſuppliciter obſecro, Patres, Fratres & filii, vt fundatis Domino pro ſancta Catholica Eccleſia preces. Oretis pro Chriſtianiſſimo filio noſtro Ludouico Imp. Auguſto, vt ei Dominus omnipotens ad noſtram perpetuam pacem Saracenorum ſubditam faciat nationem. Oretis etiam pro me fragili & imbecilli, vt det mihi Chriſtus virtutem, tantam Eccleſiæ ſuæ multitudinem in ſanctitate & iuſtitia regendi, qui commiſit B. Petro Apoſtolo cunctos regere quos redemit; quatenus qui curarum ſecularium puluere caligans, plerumque ſpiritualia minus luculenter intueor, veſtra mihi oratio, quæ tanto purior, quanto ab inquinamentis ſeculi remotior extat, diuinitus ſuffragetur. Cumque illi pro ſe magis illum oportere preces fundere clamarent, qui tanto acceptior apud Deum haberetur, quanto ſolus pro omnibus in labore feruentior: interna miſeratione commotus, cum lacrymis ait: Quia pro valde bonis orare, gratiarum actiones Domino perſoluere eſt: peto vt Dominum patrem, prædeceſſoremq; meum SS. & Orthodoxum Papam Nicolaum, in veſtris orationibus communem habentes, Domino grates referatis, qui eum, Eccleſiam ſuam miſeratus, elegit, & ad excludendum mundi tumidiſſimos ſtrepitus, ſicut os ſuæ protectionis armauit, & gladio ſpiritualis potentiæ roborauit. Quo audito cuncti famuli Domini, videlicet Hieroſolymitani, Antiocheni, Alexandrini & Conſtantinopolitani, quorum aliqui Legationibus mundi Principum fungebantur, ſtupore attoniti, in vocem clariſſimam prorupere, dicentes; Deo gratias; Deo gratias, te talem Eccleſiæ ſuæ præficiendum diſponenti; qui noſcis, tui patris & deceſſoris reuerentiam præ oculis ponens, gregem Dominicũ in virga & baculo paſcere, teſtamentumq; Patrũ non conuellere, ſed implere. Deo gratias, Deo gratias, qui in ſede ſui Apoſtoli non poſuit Apoſtaticum Papam qui domus ſuæ fundamenta poſuit non ſuper arenam, ſed ſuper firmiſſimam petram: qui te ſuccedere fecit ſanctiſſimo Papæ Nicolao, non ab eius decretis abſcedere. Eia ceſſet inuidia: mendax fama recedat. Domino noſtro Hadriano à Deo decreto ſummo Pontifici & vniuerſali Papæ vita. dictum eſt ter. Cumque manu ſilentium innuiſſet ſummus Præſul, intonuit, dicens Reuerendiſſimo, Sanctiſſimo & Orthodoxo Domino Nicolao à Deo decreto ſummo Pontifici, & vniuerſali Papæ ſempiterna memoria. dictum eſt ter: Nouo Eliæ vita perennis, & immarceſcibilis gloria. dictum eſt ter. Nouo Phinees æterni ſacerdotii infulas merenti, ſalus æterna. dictum eſt ter. Sequacibus eius pax & gratia. Fecerat hæc Hadrianus, & omnem ſcrupulum ex animis omnium exemerat.

Tolluntur ſiniſtra iudicia de affectu Hadriani erga Nicol.

II. Lotharii Regis Romam aduentus pro ſua purgatione. b *Regino.*

A Interim [b] Lotharius Rex, cum Waldradam & Theutgaudum abſolutos eſſe intellexit, Romam concedente Hadriano aduolauit: & à Pontifice honorifice ſuſceptus eſt. Cumque interroganti, an præcepto Nicolai ſatisfeciſſet, iureiurando omnia ſe præſtitiſſe affirmaret, & illud ipſum reliqui comites aſſererent, nec quiſquam aliud opponeret, Pontifex ad eos: Si veſtræ, inquit, teſtificationis verbis veritas ſuffragatur, cum omni alacritate mentis omnipotenti Deo multiplices gratiarum actiones referimus. Reſtat ergo fili chariſſime, vt ad Confeſſionem Sancti Petri accedas. Ibi Deo propitio hoſtiam ſalutarem pro tua non tam corporis quam animæ incolumitate immolabimus; ex qua nobiſcum te participare oportet, vt per hanc participationem membris Chriſti, vnde ab- B ſciſſus eſſe videbaris, merearis incorporari. Finitis igitur miſſarum ſolemnibus, inuitauit ſummus Pontifex eundem Regem ad menſam Chriſti, acceptoque in manib. corpore & ſanguine Domini, ita eum allocutus eſt: Si innoxium te recognoſcis à prohibito atque interdicto tibi à Nicolao adulterii ſcelere, & hoc fixa mente ſtatutum habes, vt nunquam diebus vitæ tuæ Waldradæ pellicis tuæ dudum à te repudiatæ miſcearis nefario concubitu; fiducialiter accede, & Sacramentum ſalutis æternæ tibi ad remiſſionem peccatorum profuturum percipe. Sin autem tua te conſcientia accuſat, teque lethali vulnere ſauciatum proclamat, aut iterum redire mente diſponis in mœchiæ volutabrum: nequaquam ſumere præſumas; ne forte ad iudicium & condemnationem tibi adueniat, quod fidelibus ad C remedium diuina prouidentia præparauit. Lotharius porro mente captus, obduratus, & obcæcatus, abſque retractatione communionem corporis & ſanguinis Domini de manu Pontificis ſumpſit; non expaueſcens illam ſententiam, quæ dicit: Horribile eſt incidere in manus Dei viuentis. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit.

Deinde conuerſus idem Præſul ad fautores & ſequaces Regis, vnicuique communionem obtulit in hæc verba: Si Domino & Regi tuo Lothario in obiecto adulterii crimine fauorem non præſtitiſti, neq; conſenſum tribuiſti, & Waldradæ & aliis ab hac ſede Apoſtolica excõmunicatis non cõmunicaſti: corpus & ſanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti proſit tibi in vitam ęternã. Quiſquis ſe læſum ſciens, auſu temerario cõmunionem ſub tali conteſtatione porrectam ſumere præſum- D pſit, diuino iudicio percuſſus ab hac luce ſubtractus eſt, antequam ſubſequentis anni rediret principium: perpauci qui ſe à communione ſubtraxerunt, vix mortis periculum euaſerunt.

III. Vltio diuina in Loth. & alios cũ periuro communicantes. c *Ioan diac. Vit. S Greg. lib. 4. c. 94.*

Porro Lotharius Roma egreſſus, morbo correptus, Placentiam perueniens, diem clauſit extremum ſexto Idus Auguſti. Tanta autem ſtrages in præfati Regis populo facta eſt, vt non peſte periiſſe, ſed hoſtili gladio corruiſſe virtus & nobilitas totius Regni videretur. quæ eo tempore tantæ fœcunditatis erat, vt in morem denſarum ſegetum pullulans, veluti quoddam examen Imperii fines impleuerit. Theutgaudus quoq; non multum ſuperſtes fuit.

[c] In monaſterio S. Gregorii ad Cliuum Scauri, ex liberalitate Hadriani Papæ viuebat. Cui Beatus Grego- E rius in ſomnis apparens, maximum terrorem, quo de ſuo monaſterio egrederetur, incuſſit. Ille perpendens, viſum fuiſſe phantaſticum, oratione facta, rurſum dormire cœpit; ſed ei Gregorius Pontificali habitu indutus apparens ait: Nonne dixi tibi, vt à monaſterio meo, quod in rebus propriis per inuocationem ſancti Andreæ Apoſtoli Domino dedicaui, recederes, quia diuerſorium fieri nullo modo licuiſſet? Cumque Theutgaudus hoſpitandi ibi licentiam ſuſcepiſſe ſe à Pontifice reſpondiſſet: Gregorius ait: Et tu qui petiſti, & ille qui dedit, vtrique contra Deum feciſtis, cuius vindictam citius incurres. Euigilans Theutgaudus, intremuit, & facta oratione ſopori ſe reddere voluit; cum-

repente venientium ſonitum audiens, vehementer expauit, ſeque dormire ſimulauit: Appropinquans ergo Gregorius, Sanctum Andream Apoſtolum per dexteram tenens, præcepit ſubdiacono qui ſe præibat cum lumine, dicens: Conſpice illum. Qui dum correptus in lectulo clauſis oculis reſediſſet, Gregorius ait: Aſpice in nos. Intuitus in eos Theutgaudus, magis intremuit: cumque ſibi taliter comminantem audiuit: Quia ſecundo commonitus, verbis oris mei credere noluiſti, & me tua inobedientia adeo prouocaſti, vt hunc Apoſtolum Dei huc fatigare ſtuduerim: ſcito cognoſcens, quia niſi hodie ab hoc meo monaſterio receſſeris, futura hebdomata cum tuis omnibus vita priuaberis. Si vero receſſeris, ab hac quidem momentanea ſententia liberaberis: ſed neque tu, neque aliquis hic tecum degentium ſuam patriam reuidebit. Mox Theutgaudus lectulo ſe proripuit, & primo ſuis, deinde monaſterii monachis, poſtremo quibuſcumque potuit, ſomnium reuelauit. Et quia aliud hoſpitium citius à Pontifice impetrare non potuit, apud Sabinos concedens, eodem anno cum ſuis omnibus vita priuatus eſt. Cui & ſi Hadrianus ignouit, Deus non ita: ſed pro diuturna contumacia pœna mortis corripuit.

De Theutgaudi obitu.

IV. Hadrian. Pap. præcipit conſeruari hæredi paterno Regnum Lothar. defuncti ſub pœna excommunicationis in contrauenientes.

Mortuo Lothario, Hadrianus omnibus Comitibus regni illius ſcripſit, adeoque ſub pœna excommunicationis præcepit, ne regnum Ludouico fratri Imperatori eius legitimo ſucceſſori debitum, vel Carolo vel Ludouico regibus, vel alicui cuipiam deferrent, ſed hæredi fraterno cōſeruarent. Quod ſane Regnum, inquit, ſi tyrannus aliquis contra diuinam & Apoſtolicam voluntatem inuadere præſumpſerit, Apoſtolicæ ſine mora ſuſtinebit vltionis cenſuram.

V. Concil. Trecen. in Gall.

Per idem tempus, Epiſcopis in Trecenſi Synodo congregatis, & Ludouico Germanorum Regi, & vniuerſis Galliarum Epiſcopis apud Sueſſonicam vrbem conuenientibus Hadrianus ſcripſit; renuncians illis, à ſede Apoſtolica conceſſum eſſe pallium, Vulfado Biturienſi Epiſcopo: & Actardo Nannetenſis Eccleſiæ Antiſtiti; qui tempore Nicolai Papæ ad vrbem conceſſerat, & quæ ab illo morte præuento non poterat, ab Hadriano obtinuerat. Et ne forte aliqui mirarentur, qui fiat, vt ille apud Nicolaum poſtulata concederet, rationem dignam ſede Apoſtolica reddebat; ſcribebatque: Quamdiu, inquit, merita Beati Petri Apoſtoli Deo cui omnia viuunt, non moriuntur: nequaquam fidei ſuæ vel ſolicitudinis hæredes deficient, nec deerunt prorſus, qui regulam, quam circa Dominum feruentiſſimæ charitatis oſtendit, pro quantitate virium, proque capacitate diuinitus collati doni ſequantur. Ipſe namque quidquid ab indignis miniſtris negligenter agitur, ſupplet: ipſe locum quem olim delibatione proprii corporis Domino conſecrauit, quiſcunque vel qualiſcunque vicarius extet, ſuæ tantum claritatis lumine hodieque indeficienter illuſtrat. Cui etſi deſunt merita ſucceſſoris, ſed adſunt beneficia deceſſoris, ac primi eiuſdem ſedis ſeſſoris.

V. Legatio Baſilii Imp. Ignat & Phot ad Hadrian. Pap. Romam venit.

d Anaſtaſ.

Eodem anno,[d] cum Baſilius Imp. filium ſuum Conſtantinum conſortem Imperii renunciaſſet, inque locum Nicolai Hadrianum ſucceſſiſſe intellexiſſet Iohannem Cæſareæ Cappadociæ Metropolitam & Baſilium Spatarium virum illuſtrem, antea ad Nicolaum deſtinatos Legatos ad eum miſit. Iniunxit etiam Ignatio & Photio, vt ſuos Legatos ad Hadrianum mitterent, qui præſente ſummo Antiſtite alternatim confligerent; & iuſtitia ſuffragante, aut iuſtificarent Photium, aut perpetuo condemnarent. Sed Petrus Metropolita Sardenſis, qui contra Ignatium vna cum ſociis à Photio mittebatur, licet noua naui, & quam ipſe ſibi elegerat, veheretur, naufragium ſimul & mortis periculum pertulit, & qui nauem Chriſti, hoc eſt, Eccleſiam ſciderat, nauis ſuæ ſciſſionem iuſto Dei iudicio incurrit. Nulluſque ex Photii Neophyti parte, niſi Monachulus, Methodius nomine ſolus euaſit: qui poſtmodum neque Photium pro cuius parte venerat, ne-

A que Ignatium contra quem, neque vniuerſalis Eccleſiæ ad q̄ venerat, iura ſuſcipiens, tertio conuentus, tertio pſidiæ denotatus, ſemel anathematizatus abſceſſit. At vero Baſilius Legatus Imperatoris, & Ioannes Metropolita Cæſareæ Cappadociæ, qui Nicolao fuerant deſtinati, huic SS. Hadriano Papæ cum Epiſcopis & Proceribus in Secretario S. Mariæ Maioris iuxta morem ſanctæ ſedis Apoſtolicæ reſidenti ſe ſatis humiliter præſentarunt, & dona atque litteras obtulerunt. Quibus ſuſceptis, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, cuius iuuamine Conſtantinopolitana Eccleſia de ſchiſmate purgata ſurrexerat, multiplices gratias retulere, ac poſt innumera laudum præconia concordi voce dixere: Deuotiſſimus veſter filius Imperator Baſilius, & Patriarcha munere veſtro reſtitutus Ignatius, dum Eccleſia Conſtantinopolitana per interuentum veſtrum

Expoſitio legationis.

B inuaſorem Photium pepuliſſent: in archiuo eius librum ſumma falſitate congeſtum contra ingenium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, Sanctiſſimique Papæ Nicolai repperere: quem bullatum, quaſi vere contagium, à ſua vrbe penitus pepulere, vobiſque vtpote ſummo Capiti, cui Chriſtus cœlo terraque ſoluendi atque ligandi poteſtatem tribuit, remiſere. Quem precamur, ſuſcipientes rimamini & fraudulentiam, quam inſontibus Conſtantinopolitanis noſter verſipellis Photius inferre potuit, ex eo quod in hanc Sanctam Romanam Eccleſiam non habentem maculam, neque rugam, aut aliquid huiuſcemodi, audacem linguam exacuit, prorſus aduertite. Et quid Eccleſiæ Dei de hoc latrocinio ſit ſentiendum, quod ſub nomine Concilii furtim ab

C eo confictum eſt, palam omnibus promulgate. Ad hæc, vtrarumque partium conſenſu Pontifex reſpondit: Contra ſedem Apoſtolicam Pontificemque ipſius quam Photius vocem non habuit, ſententiam forte præcipitare potuit, iudicium vero librare non potuit, quia à ſede Apoſtolica bis iudicatus, biſque damnatus eſt. Et quia vires ſuas Photius tranſcendens, in SS. Pontificem noſtrum Nicolaum falſa garrire non timuit: os ſuum nimirum in cœlum poſuit, & linguam ſuam vt in terram pertranſiret, exeruit: ideoque conciliabuli ipſius librum perſcrutandum admittimus, vt auctor illius & fabricator mendacii & inuentor peruerſorum dogmatum tertio iudicetur. Egreſſus Metropolita librum exhibuit, & in terram præcipitauit, imprecatorie illi dicens: Tu maledictus Conſtantino-

D poli, ſis Romæ iterum maledictus. Te miniſter diaboli Photius, nouus Simon, mendacii compilator aptauit. Te miniſter Chriſti Nicolaus, nouus Petrus, veritatis amator attriuit. Et Spatharius calce, enſeque ſuo librum percutiens ait: Credo quod in hoc opuſculo diabolus habitat, quia per os complicis ſui Photii ea quæ per ſe dicere nequit, eructat. Nam & ſubſcriptionem Baſilii noſtri Imperatoris poſt ſubſcriptionem Michaelis, quem ebrioſiſſimum nocte ſcribere ſuaſit, falſiſſime continet; quam eius non eſſe, reſtitutio Ignatii declarauit, & ſatisfactio noſtra (ſi vobis placuerit) iureiurando firmabit. Neque enim vnius ſemper Catholici Baſilii nomen non potuit falſo ſuis feralibus commentis inſerere, qui mutato charactere potuit multorum abſentium Epiſcoporum nomina cum paucis complicibus ſuis deſcribere; quorum videlicet Epiſco-

E porum vniuerſitas tam immunis eſt huius inſcriptionis, quam tenoris ignara. Siquidem nullus Conſtantinopolitanorum quando illud Conciliabulum collectum fuiſſet, quia re vera non fuit, agnouit. Sed quia Conſtantinopolim comprouinciales, velut regiam ciuitatem pro diuerſis negotiis, inſtar iſtius vrbis aſcendunt: peruicaciſſimus Photius mendacium ſuum veritatis medicamento (ſicut ei à primæuo fuerat inſtitutum) liniuit, dum in locum quorundam Schiſmaticorum Epiſcoporum, ciues quidem aliquotum illorum, ſed transfugas (vt fama vulgatum eſt) muneribus excæcatos ſubſcribere fecit. Inde eſt quod ſubſcriptionum iſtius videntur diuerſi characteres, & quidam eo-

rum acutiori pœna, quidam groſſa, nonnulli vero deceptum ſimulantes groſſiori manu membranam inquinantes deſcribunt; vt videlicet fraude præſentium ſimplicitati abſentium illudatur; & illud credat facilius vniuerſitatis eſſe veriſſimum, quod diſſimilibus literis fecerit falſitas eſſe diuerſum. At vos ilico ſubſcriptionum multitudinem, librum reſerantes, videbitis, fraudem vero, niſi Conſtantinopolim (vt omnis illa Eccleſia deprecatur) miſeritis, minime cognoſcetis.

VI. Photius excommunicatur ab Hadriano Pap. & liber dogmatum eius exuritur.

Tunc ſummus Pontifex vtriuſque linguæ peritis librum ſcrutandum per aliquot dierum ſpatium decreuit, & omnia quæ in eo continerentur coram Synodo fideliter propalare. Qui vbi ſtrenue perſcrutatus eſt venerabilis Pontifex, annitente omni ſenatorio, popularique conuentu, apud SS. Petrum Apoſtolum, in defenſionem ſuæ Eccleſiæ, deceſſoriſque ſui ſacrum
B
Concilium conuocauit. Et primum quidem per Legatos Conſtantinopoleos rei veritate luculenter audita, deceſſoris ſui huiuſmodi literas relegens, ſiniſtram ipſius famam purgauit. Deinde Photium cum ſuo conciliabulo, complicibuſque ſuis tertio anathemate percuſſit. Ad extremum vero cæterorum ſubſcriptionibus ſententiis roboratis, pro foribus graduum nefandi dogmatis librum, cunctorum pedibus conculcatum exuſſit.

Res miranda.

Quem nimirum rogus vt fomentum quoddam ignis accepit, & pene antequam ſemiuſtum credi potuiſſet, cum magno fœtore, piceoque odore conſumpſit. & cum forte focus inundatione pluuiæ naturaliter debuiſſet extingui, ad pluuiam quaſi ad olei guttas flamma conualuit, & in laudes Dei, Sanctique Papæ Nico-
C
lai, ſimulque Hadriani Summi Pontificis miraculi ſtupor, tam Latinorum quam Græcorum corda reſoluit. Decretũ vt Conſtantinopoli quoq; liber Photii & epiſtolæ blaſphemæ Michaelis Imp. in publico exurerẽtur.

c Octau. Synod. Act. 7.

[c] Scripſit de omnib. his Papa Hadrianus Baſilio, Imperatori atq; Ignatio Patriarchæ, & tum Theognoſtũ Exarchum, hactenus Romæ propter pietatem exulantem, tum Euthymium Spatharium Legatione ab Ignatio defunctum commendauit: tum omnia Photii acta, irritata à Patribus eſſe denunciauit. Non ceſſauit improbus Photius famam Hadriani proſcindere; & quaſi innocens Romæ damnatus eſſet, ſcriptis ad amicos literis conclamare. Perſtringebat ſalſe Ioannem Sacellarium, plurimum apud Baſilium potentem. Sed & iſte
D
non minus acriter tum irridebat, tum ſuggillabat eunuchum, cætera quidem ſterilem, ſed tamen mendaciorum & turpitudinum ſatis ſuperque fœcundiſſimum genitorem.

IESV CHRISTI
Annus 869.

HADRIANI PAPÆ II. ANN. 2. LVDOV. II. IMP. ANN. 14. Baſilii Macedonis Imp. ann. 3.

I. Legatio Hadriani Pap. Conſtantinop. a *Anaſtaſ.*

ANno Chriſti 869. [a] Hadrianus Papa poſtulationibus Baſilii Imp. & Ignatii Patriarchæ Conſtantinopolitani autem præbens, Legatos Conſtantinopolim deſtinauit Dominicum Oſtienſem, Stephanum Nepeſinum Epiſcopos, & Marinum S. R. E. Diaconum. Scripſit Baſilio Imperatori & Ignatio Patriarchæ, vt Synodum conuocarent, Legatiſq; Commonitorium dedit,
E
præcipiens vt in Synodo futura omne ſcandalum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ſolerter ſopirent, & ſegregatis à Methodio & Ignatio ſub ſatisfactione libelli, quem de ſcrinio ſuſceperant, proprias redderent Eccleſias: Photianis vero ſub eadem & ſtrictiori ſatisfactione communicarent quidem, ſed ſacerdotium, vſq; ad recidiuam Apoſtolicæ ſedis ſententiam, manente SS. Nicolai Papæ iudicio, protelarent. In ea quam Baſilio ſcripſit, expreſſit Hadrianus, quid ab eo deſideret: volumus, ait, per veſtræ pietatis induſtriam, illic numeroſum celebrari concilium, cui noſtri quoq; miſſi præſidentes, & culparum perſonarumq; differentias liquido cogno-

Petitio Hadriani Pap. à Baſilio Imp.

A
ſcentes, iuxta quod in mandatis acceperũt, ſingulorum libere diſcretiones exerceant. In quo videlicet ſacrato cætu, execrando vanitates concilii, quod aduerſus ſedis huius actum eſt prorſus iniuriam, cuncta decernimus exemplaria prorſus à ſuis poſſeſſoribus ablata, in mediumq; delata, contemplantibus cunctis, igne cremari; nec ſupereſſe apud quemlibet ex his omnibus ſaltem iora vnum, aut vnum apicem, niſi forte quis totius clericatus, immo totius nominis Chriſtiani dignitate, anathemate perculſus carere voluerit. Non enim nos tam deteſtandum collegium niſi Ariminenſi ſub Conſtantio, vel Epheſino à Dioſcoro congregato Latrocinio comparandum decernimus. Accendatur igitur circa protectorum tuorum reuerentiam, Beatorum videlicet Apoſtolorum Principum, fili chariſſime, tuæ zelus
B
pietatis, & tantorum ficta commenta præſtigiorum remanere nullo modo penes aliquem patiatur: ſed ſi quiſquam hæc defendere, vel occultare, ſibiq; in poſterum ſeruare tentauerit; tua publicis legibus promulget multiplex ſapientia, quid huiuſmodi perſona poſt Imperiale debeat edictum redargutionis incurrere, vel quantum conueniat, ſi non correctionis ſaltem correptionis incidere. quatenus per hoc pura conſcientia cum Pſalmiſta de cætero cauere valeas: Odiui congregationes malignorum, & cum impiis non ſedebo; lauabo inter innocentes manus meas. Poſcebat etiam Baſilium Hadrianus, vt Synodi Romæ celebratę Acta, in futura Synodo roborentur: vtq; duo Baſilii, vna cum Petro & Zoſimo profugi ex vrbe monachi, ad ſua monaſteria redire compellantur, Legati vero pari quo decet honore

Legati Põt. honorifice excepti Cõſtantinop.

ſuſcipiantur, remittanturque. His ſuſceptis literis, Lega-
C
ti ſedis Apoſtolicæ, Conſtantinopolim venientes, ſuprema cum reuerentia, tum in itinere, tum in ingreſſu in regiam, ſuſcepti, in Chryſotriclinio Imperatorẽ conuenerunt, ſalutarunt, mandata expoſuerunt, eaſq; literas reddiderunt. Imperator porro benigne eos habuit, orauitque, vt Eccleſiam Conſtantinopolitanam Photii pertinacia conturbatam, ad quietem reducerent, eamque rebus cenſuram adhiberent, quam cum omnibus Orientalibus Patriarchis, Metropolitis atq; Epiſcopis per biennium à ſancta matre omnium Eccleſiarum Romana Eccleſia expectarat.

II. Octaua Synodus oecumenica celebratur Conſtantinop.
b *Niceta in Ignatio.*

Anno itaq; tertio imperii Baſilii & Conſtantini Auguſtorum, die quinta menſis Octobris, feria quarta, prępoſitis pretioſis & viuificis lignis Sanctæ Crucis, & in-
D
temeratis ſalutis noſtræ Euangeliis in dextris partibus catechumenorum nominatiſſimi templi Sophiæ, præter Legatos Hadriani Papæ, poſt Ignatium Patriarcham conſederunt Antiocheni & Hieroſolymitani Patriarcharum Legati. Interfuit & Imperator cum filio, & cum multis Patriciis. Ex [b] cẽtum autem & duobus Epiſcopis qui Concilio ſubſcripſerunt, ſoli duodecim fuere, qui ab Ignatio exule quamquam intoleranda paſſi, nunquam receſſere. Cum Epiſcopis conſedit Bahanes Patricius & Præpoſitus Iudicis Cognitoris munere defungens.

c *Synod. 8. Act. 1.*

[c] Lecta imprimis Baſilii exhortatoria ad Synodum, vt ex recto & æquo iudicarent. Lectæ etiam Legatorum ſedis Apoſtolicæ literæ; & ab Ignatio Patriarcha atque vniuerſa Synodo gratiæ Deo pro tanto beneficio per Romanum Pontificem impertito actæ. Lectæ et-
E
iam literæ Theodoſii Patriarchæ Hieroſolymitani ad Ignatium Patriarcham; quib. ille excuſabat, quod propter Saracenos non potuerit mittere & ſcribere quemadmodum par erat. Pro Alexandrina ſede vacante ſatisfecit Elias Tyri Epiſcopus, tenens locum Patriarchæ ſede vacante. Demum lectus eſt libellus, à ſede Apoſtolica per Legatos miſſus, cui ſubſcribere tenerentur, qui ex Schiſmaticis recipi in Eccleſiam vellent, & Hadriano Papæ, aut Legatis offerre. Eſt autem huiuſmodi ad verbum.

III. Res geſtæ in prima Act.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Imperantibus Dominis piiſſimis & perpetuis Auguſtis Baſilio & Conſtantino eius filio à Deo coronatis pacificis, magnis Imp. anno tertio, menſe Octobris, indictione tertia.

Prima ſalus eſt rectæ fidei regulam cuſtodire. Deinde à Conſtitutis Dei & Patrum nullatenus deuiare. Vnum quippe horum ad fidem pertinet, alterum ad opus bonum. Sicut enim ſcriptum eſt: ſine fide impoſsibile eſt placere Deo: ſic rurſum legitur: Fides ſine operibus mortua eſt. Et quia non poteſt Domini noſtri Ieſu Chriſti prætermitti ſententia dicentis; Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; hæc quæ dicta ſunt, rerum probantur effectibus; quia in Sede Apoſtolica immaculata eſt ſemper Catholica ſeruata religio, & ſancta celebrata doctrina. Ab huius ergo fide atque doctrina ſeparari minime cupientes, & Patrum, & præcipue ſanctorum Sedis Apoſtolicæ Præſulum ſequentes in omnibus conſtituta; anathematizamus omnes hæreſes ſimul cum Iconomachis: anathematizamus etiam Photium, qui contra ſanctas regulas, & ſanctorum Pontificum Romanorum ſacra decreta repente de curiali adminiſtratione, ſæcularique militia ſublatus, ſuperſtite Ignatio Patriarcha, in Conſtantinopolitana eſt peruaſorie, imo tyrannice à quibuſdam ſchiſmaticis vel anathematizatis, atque depoſitis inſtitutus Eccleſia, donec Sedis Apoſtolicæ ſanctioni inobediens perſeuerans, eius ſententiam tam de ſe, quam de Patriarcha noſtro Ignatio ſpreuerit, & conciliabuli acta, quod ſe auctore contra Sedis Apoſtolicæ reuerentiam congregatum eſt, anathematizare diſtulerit. Sequimur autem ſanctam Synodum & amplectimur, quam beatæ recordationis Papa Nicolaus, cui & ipſe, Domine Coangelice ſumme Pontifex Hadriane ſubſcripſiſti, ante ſacratiſsimum Petri Apoſtolorum eximii corpus celebrauit. Simul & quam tu ibi ſuper ipſum nuper egiſti, & omnia quæ in his ſtatuta ſunt ſecundum decreti veſtri moderationem, venerabiliter conſeruabimus, recipientes quos recipiunt, & damnantes omnes, qui in illis damnati ſunt, & præcipue iam dictum Photium & Gregorium Syracuſanum; parricidas videlicet, qui contra ſpiritalem patrem ſuum linguas exerere minime formidarunt; itaque perſeuerantes in ſchiſmate ſequaces eorum, nec non & qui in illorum communionis ſocietate permanſerint, communionis omnes gratia cum ipſis dignos, ſi tamen vobis obedierint, iudicantes. Etenim quorum ſe quis communioni miſcuit, ipſorum ſimilem meruit in iuſtificatione vel damnatione ſententiam. Synagogas vero malignantium, imo ſpeluncam latronum, & conuenticula ſanguinum, & fabricatorum mendacii, atque inuentorum peruerſorum dogmatum, quæ ſub Michaele Imperatore bis contra beatiſsimum Patriarcham Ignatium, & ſemel aduerſus Sedis Apoſtolicæ principatum factioſe conſpirauerunt, inſolubilibus anathematis vinculis innodamus, & defendentes ea, vel ipſa geſta eorum celantes, & non potius ſi hæc inuenerint concremantes, & anathematizantes, vſque ad ſatisfactionem & obedientiam, dignos eadem anathematis ſententia iudicamus. Porro de venerabiliſsimo Ignatio Patriarcha noſtro, & de his qui ex parte ipſius ſunt, quod auctoritas Apoſtolicæ Sedis veſtræ decreuit, tota mente ſequimur, & religioſa deuotione veneramur, atque pro nosse & poſſe noſtro pia intentione ac ſpiritali conflictu defendimus. Quoniam, ſicut prædiximus, ſequentes in omnibus Apoſtolicam Sedem, & obſeruantes omnia eius conſtituta, ſperamus vt in vna communione, quam Sedes Apoſtolica prædicat, eſſe mereamur, in qua eſt integra & vera Chriſtianæ religionis ſoliditas, promittentes etiam ſequeſtratos à communione Eccleſiæ Catholicæ, id eſt, non conſentientes Sedi Apoſtolicæ eorum nomina inter ſacra non eſſe recitanda myſteria. Hanc autem profeſsionem meam, ego ille Epiſcopus, ſanctæ illius Eccleſiæ manu propria ſcripſi, & tibi ſanctiſsimo ac ter beato & Coangelico Domino ſummo Pontifici & vniuerſali Papæ Hadriano, per Legatos tuos, Donatum videlicet & Stephanum ſanctiſsimos Epiſcopos atque Marinum ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ diaconum obtuli, menſe illo, die illo, indictione quota. Subſcriptio: Ego ille Epiſcopus ſanctæ illius Eccleſiæ huic profeſsionis meæ libello facto à me beatiſsimo Hadr. ſummo Pontifici & vniuerſali Papæ ſubſcripſi, & teſtes qui ſubſcriberent rogaui.

Lecto ſuperiore libello, & rogata de eo Synodi ſententia, omnium vna voce laudatus & probatus eſt. Audita eſt poſtea relatio Actorum Concilii Romani in Photii cauſa. Rogati deinde Legati Patriarchalium Sedium, cur venientes Conſtantinopolim Photium non conuenerint, ſed vt execrabilem habuerint; reſponderunt & probauerunt, quod nunquam ab vlla Patriarchalium Sedium Orientalium eum receptum certo ſcirent, ſed & damnatum à Rom. Pont. Ex quorum reſponſione redargutum eſt falſitatis ipſum conciliabulum Photii aduerſus Rom. Pont. Nic. cui mentitus fuit, interfuiſſe & ſubſcripſiſſe Legatos Sedium Patriarchaliũ Orientis.

IV. Actio 2. de lapſis Epiſc. & aliis clericis.

Die ſeptima eiuſdem menſis Octob. ſecundo conuenientib. Patribus, introducti ſunt ſupplices Epiſcopi, presbyteri, diaconi & monachi, qui à Methodio & Ignatio ad Photium deſciuerant, admitti ad Eccleſiam poſtulantes. Criminabantur Photium, quia eſſet vir alia quidem loquẽs & alia cogitans, & operã dans mendacio; qui ſemper proponebat bona, & deueniebat ad mala, & erat potens ad ſuperandum & decipiendum, vt non ſit factus talis, nec futurus eſſet vllus hominum: planè ſimilis diabolo. Narrabãt, quia mentiretur, quaſi Sedes Patriarchales vna cum ipſo ſentirent in depoſitione Ignatii, & in damnatione Nicolai. Qui vero eius mẽdacium detexerant, quia in eos non mediocrem exercuerit crudelitatem, flagris, exiliis, proſcriptionibus, carceribus, atque aliis exquiſitis ſuppliciis. Quibus auditis, & interrogatis, an libellos oblatos ab Eccleſia Romana Synodo offerri vellent; libenter conſenſerunt. Impoſitiq; ſunt illi ſuper lignum S. Crucis & ſancta Dei quatuor Euangelia; vnde illi ſumentes & eorum Patriarchæ Ignatio offerentes, ab illo ex conſenſu Synodi, ſuperhumeralibus ipſis impoſitis, in Eccleſiam recepti ſunt. Poſt Epiſcopos qui ad pœnitentiam ſequuti ſunt presbyteri, & diaconi pariter eodem modo ab Ignatio Patriarcha Eccleſiæ reconciliati ſunt, redditis eis orariis tanquam inſignibus. Poſt hos vltimo loco ſubdiaconi pœnitentes admiſſi ſunt: omnes (vt continet eorum libellus) rogantes admitti per interceſsionẽ SS. Dei genitricis Mariæ, & ſanctorum Apoſtolorum, & SS. ac beatiſsimi Papæ Nicolai. Qui omnes, quãquam iudicati fuerint venia digni, pœnam tamen ſubierunt, in hunc modum à Synodo præſcriptam: Sit remedium & animæ ſalutem ferens, ac valde diſcretum Epitiminum, ſeu pœna ſacerdotum Eccleſiaſtica; ſi quidem carnibus veſcuntur, abſtinere à carne, caſeo & ouo. Hi vero qui carnes non comedunt, abſtinere à caſeo, ouo, & piſcibus quarta feria, & paraſceue: legumina & olera comedere cum oleo & pauco vino, facereque genuflexiones quinquaginta per ſingulos dies, & dicere kyrieeleyſon centies; & Domine peccaui, centies; &, Domine ignoſce mihi peccatori, centies recenſereque ſextum Pſalmum, & trigeſimum ſeptimum. Hæc tibi mando cuſtodire vſque ad Chriſti natiuitatem. Non autem habeas poteſtatem miniſtrandi, nec agendi quoque modo, quæ ſacerdotum ſunt. Et tũc in natalitiis magni Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti recipies ſacerdotium tuum, & mecum eris ſacerdotio fungens, & miniſtrans immortali æterno Deo.

V. Actio 3. 4. & 5.

Die 11. Octob. Theodulus Ancyræ & Nicephorus Nicææ Metropolitani, cum noluiſſent libellos offerre, tanquam refractarii reiecti ſunt. Lectæ ſunt poſtea literæ Baſilii Imp. & Ignatii Patriarchæ ad Nicol. Romanum; & Hadriani Romani ad Ignatium, hiſque laudatis finis actioni impoſitus eſt.

Die 13. Octob. quarto congregatis Patribus, auditi, conuicti, damnatiq; ſunt Zachar. & Theoph. Pſeudoepiſcopi, mentientes, quaſi eos & Photium Nic. Rom. Pont. ad cõmunionem admiſiſſet.

Die 19. Octob. iterum Patres conuenerunt, & Photium per laicos, tanquam vere laicum, aduocarunt; & ægre venientem; an vellet conſtituta SS. Patrum ſuſcipere, interrogarunt. Tacenti, conuictoq; de criminibus, tempus ad reſipiſcendum conceſſerunt. Sed cum illud recuſaret accipere; à conſeſſu eiecerunt.

VI. Actio 6. In qua Imp. perorat ad ſchiſmat. ſed fruſtra eos ad pœnitendum hortatur.

Die 25. Octob ſexto Patres conſidentes, Epiſcopos partis Photii, & præſertim Zachariam Chalcedonenſem friuola quædam pro eodem perorantem patienter audierunt. Quibus omnib. cum Metrophanes Metropolitanus Smyrnæ ſatisfeciſſet, adeoq; Photium impietatis conuiciſſet; ipſe Imp. hortatus eſt eos ad pœnitentiã humilitatem; inter alia hæc pronuntians: nouiſsima hora eſt, ait, & Iudex pro foribus eſt. fratres: ne præoccupemur ab eius Eccleſia ſequeſtrari, & longe ab illius gloria prohibeamur. Nihil turpe ducamus paſsionem manifeſtare, & vulnus oſtendere, ac locum pœnitentiæ & medicinam requirere, atq; intra atrium ſaluantiũ fieri ne confuſionem, obedientiam arbitrando, confuſionis æternæ ſumamus experimentum. Qualis aũt hæc eſt confuſio, fratres, procidere Deo & veniam expetere? Deo n. procidunt, qui Eccleſiæ & ſpiritualib. iſtis patribus procidunt. Confuſio quidem re vera eſt & maximus pudor, imo vero in Deum dimicatio, nolle vnumquemque proprium cõfiteri peccatum, & humiliari propter Chriſtum, & lucrari & ſe, & multos. Si aũt omnino hoc confuſionem arbitramini; Ego, cui Imperii ſuperpoſita eſt corona, forma vobis efficiar huius optimæ humilitatis. Ego qui imperitus & inſipiens ſum, bonum initium ero veſtrum, qui ſapientes eſtis &

ſcientia clari. Ego qui in peccatis volutatus ſum, primus vobis typus fiam, qui mundi eſtis, & virtuti operam datis. Ego primus memet ſuper pauimentum proiicio, purpuram & diadema parui pendens: aſcendite ad genas meas, & ſuper oculos meos incedite, nec reputetis magnum, Imperatoris calcare ſcapulas: nec reuereamini pedibus tangere verticem, cui ſuperimponitur à Deo donata corona. Omnia pati promptum habeo, & agere promptius, quæ vobis quidem confuſionem, mihi autem gloriam, & maximam claritatem conferre videntur. Neque n. in hoc curam gero gloriæ meæ; tantum vt videam communionem, vnitatem & vnam Eccleſiarum feſtinitatem; tantum ne animæ detrimentum patiar & gaudeat ſuper me ille omnium inimicus diabolus, captiuum ſumens, quod mihi deſiderandum eſt, tantum ſpei meæ lampas in ſperate non extinguatur, per quam feſtinabã communis illuſtrari lætitia ſimul & gaudio. Deponite igitur contentiones, fratres, & reſumite amorem fraternitatis: fugite diſſenſionem, & vnitatem amplectimini: odium auertite, & dilectionem in ſinum recipite: ſtate cum probabilibus, & capiti compaginamini. Recipite per obedientiam, diuinæ communionis gratiam; & nihil ob ſecularia ſitis ſolliciti. Sunt n. apud nos patientiſſimum Imperium noſtrum ſuſcipientium modi diuerſi, per quos conſolabimur, & inceſſanter quæ ſecundum ſeculum vobis opportuna fuerint, faciemus. Rurſus multimode decertabimus, obſecrantes rogantes, & omne ingeniũ commouentes ad ſpirituales Patres noſtros & Patriarchas, vt diſpenſent quid eorum quæ inſunt animo veſtro: tantum ne temere contra ſalutem veſtram agatis. Non n. eſt tempus ad pœnitentiam & receptionem acceptius, qui namq; hodie ligare & ſoluere Eccleſiæ negotia poſſunt, præſto ſunt. Dimittite importune tempus explorare, & rerum immutationem expectare; quæ & ſi fiet aliquãdo, nihil vobis conferet. Etenim & ſi alia tempus immutauerit, hoc commouere non poterit. Nam ſi actio vnius viri veſtri nil rationabile habens, cum tota erronea eſſet, tantum firma operata eſt, vt hunc vix ac difficile diſſoluere quiuerimus: actionẽ diuinã & iudicium quatuor Patriarchalium ſedium quis diſſoluere poterit? Ad quem n. confugietis, ſolutionem obligamenti petentes? Ad Romanum Præſulem? ſed ſinetenus vos condemnauit. Ad Antiochenum? ſed conſentaneus Romano, & conſonus factus eſt. Ad Hieroſolymitanum vel Alexandrinum? ſed & illi veſtræ damnationi conſenſerunt. At ſi & thronum aliquando Conſtantinopolitanum ille qui cuncta violat diabolus vobis commiſerit, & per vos metipſos conuenire volueritis, quis vos ſequetur? vel quomodo aperire oculos, & aſpicere quempiam poteritis, impugnati ab omnibus ſacerdotibus & Patriarchalibus ſedibus? Hæc & plura alia Baſilius Imperator ad ſchiſmaticos, quorum aures ſicut aſpidis ſurdæ eaſq; obturantis, quæ non exaudiet vocem incantãtium, & venefici incantantis ſapienter. Non tamen paſſa eſt Synodus ſe eorum pertinacia frangi: ſed decem dies ad reſipiſcendum eis concedere dignata eſt.

VII. Actio 7. in qua Photius cum ſuis ſequacibus diri ex-communicati.

Die vigeſima Octob. Photius introductus, magis quam antea obdurauit: & potius Legatos Sedis Apoſtolicæ debere pœnitere reſpondit. Hi quoque qui antea illius partes agebant interrogati, an vellent libellos offerre, obſtinato animo negauerũt, tam peruicaciter, vt Imp. habuerit eos hoc ſermone perſtringere: Dicite, vnde eſtis? De cœlo eſtis? an de terra in qua nos degimus? Et oſtendite ab hac hora: Quis, ſiue hæreſis mota eſt, ſiue ſchiſma emerſit in qualibet parte, & ſenſit aliquis extra quatuor Patriarchia, & ſaluatus eſt: & audio vos hodie. Quatuor Patriarchia, imo vero quinque, condemnatione condemnant vos. Quid vobis videtur ad hæc? Eſt quis adiuuet vos? Dicite. At illi à Synodo, ad Canones prouocarunt. Tunc Apoſtolicæ Sedis Legati, videntes quia illi iudicium quærebant ſubterfugere, iuſſerunt recitari acta Nicol. Papæ contra Photium, & acta Hadriani & Concilii Romani contra conciliabulum, & contra eundem Photium, eiuſque participes; lecta eſt etiam Legatorum Sedis Apoſtolicæ ad Synodum admonitio, vt ea omnia executioni contra Photium & Sectarios ipſius mandarentur. Factum eſt, & poſtea gratia acta, & anathematiſmi per Stephanum Archidiaconum pronunciati, in hunc modum: Photio Curiali & Inuaſori, anathema. Photio ſeculari & forenſi anathema. Photio neophyto & tyranno, anathema. Photio ſchiſmatico & damnato, anathema. Photio mœcho & parricidæ, anathema. Fabricatori mendaciorum, anathema. Inuentori peruerſorum dogmatum, anathema. Photio nouo Maximo Cynico, anathema. Nouo Dioſcoro, anathema. Nouo Iudæ, anathema. Omnibus ſequacibus & fautoribus eius anathema. Gregorio dudum Epiſcopo Syracuſano, anathema. Eulapio depoſito & ſchiſmatico anathema. Secutæ ſunt etiam acclamationes pleniſſimæ dictæ Imperatori, Imperatrici, Romanis Pontificibus Nicolao & Hadriano. Nicolao in hæc verba: Nicolai beatiſſimi Papæ Romani æterna memoria. Noui Phinees æterna memoria. Noui Danielis æterna memoria. Noui Martini æterna memoria. Hadriano ſic acclamatum; Hadriano ſanctiſſimo Papæ Romano, multi anni. Interemptori noui Simonis multos annos. Percutienti nouum mendacem Ananiam multos annos. Acclamatum & Legatis Apoſtolicis, & Ignatio, & Legatis Patriarchalium Sedium. Propter quas acclamationes, actis Synodi in margine aſcripti erãt hi iãbi:

Photius qui pridem inſuperabilem Petram
Fraudibus malignis conturbauit inſipienter,
Pellitur nunc vt atrociſſima fera
A thalamo caſto & venerabilibus templis,
Satanæ peſſimo miſerrimiſque tenebris
Bene præmiſſus & paſſus digne
A iudicibus recte ſentientibus atq; ſanctis,
Doctiſſimo videlicet Nicolao
Hadrianoq; diuino Papa Romano
Et Ignatio martyrium paſſo
Et tribus reliquis ſedibus Orientis
Orthodoxis & ſapientibus valde.

Subſcripſerunt poſtmodum primo Legati, deinde cum Imperatore reliqui. Et quia ſupra modum deteſtabantur crimen illud tam abominandum, non ſimplici atramento, ſed, horrendum dictu, ipſo ſaluatoris ſanguine calamum tingentes ita damnarunt Photium.

VIII. Actione 8. Combuſta ſcripta Photii & alii dãnati.

Die quinta Nouemb. octauo conſidentibus Patribus, iubente Baſilio Imp. poſitum eſt in medio Synodi vas æneum plenum igne: & delati ſunt in marſupio à Theophylacto reuerentiſſimo diacono & referendario omnes tomi chirographorum, qui exacti ſunt à Photio, ab omni ſacro catalogo & omni ordine clericorum tam magnæ Eccleſiæ, quam earum quæ foris ſunt, quam quæ etiam in magnis, & paruis, & omnibus ſenatoriæ dignitatis, & cunctis aliis tam illuſtribus, quam ignobilibus, atque his qui in omni arte ac diſciplina & diuerſo ſtudio eſſe videbantur, vſque ad pellarios & piſces vendentes, & lignarios, & acus facientes. Inſuper & libri qui ficte conſcripti ſunt cõtra beatiſſimum Nicolaum Papam, & geſtorum relationes ac Synodi, quæ contra Patriarcham Ignatium factæ ſunt à Photio. Hos omnes accipiens Georgius Orphanotrophus tradidit igni exurendos. Sicq; cremati ſunt & redacti in fauillam. Damnati ſunt quoque in eadem ſeſſione Petrus & Baſi. monachi, qui in gratiam Photii finxerant ſe ab vrbe detuliſſe libellos contra Nicol. Damnatus eſt pariter & Theodorus Iconomachus, qui negauit ſe colere imagines; & quod non inueniretur eſſe Chriſti præceptum. Reſponſum eſt; eſſe præceptum Chriſti intelligendum, quod ab vniuerſa Eccleſia Catholica eſt definitum.

IX. Actione 9. Diuerſæ aliæ ſententiæ in diuerſos latę.

Cæterum, vt omnes Concilii Actiones ſimul iungantur, operæ pretium eſt eas hic attexere, quæ anno ſequenti ſunt celebratæ. Die igitur 12. Febr. anno 870. nono Patres conuenientes, Legatus à Michaele Patriarcha Alexandrino recens creato veniens Ioſeph nomine Archidiaconus Alexandrinæ Eccleſiæ, prolatas ab eo literas, verum eſſe Legatum cognouerunt, eique omnia in præcedentibus ſeſſionibus Acta renunciauit. Quæ ſtatim ac audiuit, rata habuit ac confirmauit. Introducti ſunt poſtea tredecim falſi teſtes, qui contra Ignatium & Nicolaum peierarunt; iſtamque ſententiam in ſe prolatam audierunt. Definimus & promulgamus hos per ſeptem annos Epitimium habere: eſſe illos duobus annis extra Eccleſiam, & aliis duobus intra Eccleſiam audire diuinas ſcripturas vſque ad catechumenos; non tamen vllo modo communicare, ſed abſtinere à carnibus & vino quatuor annis, præter Dominicos dies & Dominicas feſtiuitates, & aliis tribus annis ſtare cum fidelibus, & mereri diuinam communionem in ſolis Dominicis ſolemnitatibus cum eleemoſynis, orationibus atque ieiuniis, ita vt tribus diebus hebdomadæ, ſecunda videlicet, quarta & ſexta feria abſtineant à carnibus & vino. Audita hac ſententia, ſuſceperunt quidem illam; ſupplicarunt tamen Synodo, vt Patriarchæ Ignatio, facultas diſpenſandi concederetur. His ad eum modum receptis, introducti ſunt mimi illi qui iubente Michaele Imp. ſe ſacerdotes eſſe finxerant, vno ex illis Patriarchæ formam exprimente, & orationem ſuper cæteros dante & ſacra

Multiplices Photii iniquitates.

miſcente;

Digitized by Google

miſcente; tuncq; elatius apparuit Photium qui iſta toleràuerat, ſciſſionibus mundum replentem, duas vero fides impie habentem, animas autem duas mortalium dicentem, & Imperium multipliciter incidētem, & Patriarcham primarium deponētem, alienumq; thronum inuadentem, mœchiam rurſus omnibus exprimentem, ignobilemq; populum aduocantem, ſubſcribere inuitos minitantem, Compatriarcham mitra exiſtentem, pauperum clericorum & orphanorum res conſumentem, & inſontes punientem, fideliumq; fidem in maledictionem exponentem, & Nicolai fidem proiieiētem, & ſcandalum omnib. excitantem, inimicum Dei diximus impie agentem. Introducti quoq; ſunt pariter falſi Vicarii ſeu Legati, quibus contra Nicolaum vſus eſt. Hi libere confeſſi ſunt falſitatem, admirante & deteſtante S. Synodo eiuſdem Photii multiplicem & immenſam iniquitatem.

X. Act. 10. & vlt. Legatis Lud. Imp. & Bulgarorum Lecti ſunt canones ſanciti à patribus Synodi. d *Anaſt. præfat. ad oct. Synod.*

Interim antequam Synodus abſolueretur, [d] à Ludov. Imp. Occidentis aduenit Legatio, filiam Ludouici Conſtātino Baſilii primogenito in matrimonium offerens. Principes Legationis fuere Anaſt. Bibl. Apoſtolicæ ſedis, Suppo comes conſobrinus Auguſtę, & Euerardus Præpoſitus menſæ Lud. Imp. Venit etiam Petrus, cum reliquis aliis Legatione defungens à Mich. Bulgarorum Rege. Hi omnes in vltima ſeſſione, die vltima Febr. feria tertia facta cum Patrib. conſidentes, audierunt recitari canones à Synodo ſancitos. Numerabantur viginti ſeptem; ex quib. ſunt principales; ſcilicet; 1. vt cultus ſacrarum imaginum firmus conſiſtat. 2. Vt quæ collata ſunt Photio, & ipſe in alios contulit ſacra miniſteria, nullius ſint efficaciæ. 3. Ne quis laicus in Epiſc. prouehatur dignitatem, niſi in ordine Lectoratus annum vnum, duos ſubdiaconatu, in diaconatu tres, in presbyteratu autem quatuor annos exegerit. 4. Vt cunctæ res geſtæ per Photium, potiſſimum in Nic. Rom. Pont. nullius ſint roboris. 5. Ne ſacras imagines anathematizati pingere audeant. 6. Ne chirographa ab Epiſcopis exigantur, niſi ex more tempore conſecrationis; hac n. arte Photius ſuam roborauit tyrannidem. 7. Vt extorta huiuſmodi chirographa per Photium nullius ſint roboris. 8. Ne quis ante ſententiam ſeparetur à communione proprii Patriarchæ. 9. Credentibus duas in vno corpore animas anathema. 10. Ne fauore Principum eligantur Epiſcopi. 11. Nonniſi qui in eadem Eccleſia militarunt, ad maiores gradus promoueantur, & non alii aliunde petiti. 12. Ne promoti ad Epiſcopat. indecentia obſequia exhibeant magiſtratibus; nimirum ne obuiam prodeant procul ab Eccleſiis ſuis: non ſe demittant ab equis vel mulis, vel procidant ac adorent eos; nec intrent ad Principes hora prandii, vbi indebita perſoluant obſequia, ſed veneratione digni habeantur, & qui libere errantes Principes valeant arguere. 13. Ne cymelia ſeu ornamenta Eccleſiæ poſſeſſionesve vendantur aut in emphyteuſim concedantur. 14. Ne laici luſus gratia ſacris veſtibus & miniſteriis abutantur. 15. Ne principes ſeculares ad iudicia Synodalia admittantur. 16. Ne conſcriptiones, præſertim infamatoriæ, contra Romanum Pontificem compliceantur, qui fecerint æquali pœna cum Dioſcoro & Photio puniantur. Quod ſi quis aliquid contra eūdem habuerit cōtrouerſiæ aut ambiguitatis, reuerenter eum adeat, & humiliter ſolutionem ab eo petat. 17. Ne Principes electioni Eccleſiaſt. ſeſe ingerant, qui ſe immiſcuerint, anathemate percellantur. 18. Vt quilibet à rebus, perſonis, & ſacris actionib. alienæ diœceſis ſe abſtineat. 19. Photio adhærentes Epiſcopi ab Ignatio vel Methodio conſecrati, etiam ſi reſipiſcant, ſpem nullam habeant reſtitutionis Epiſc. 20. Ne Epiſcopi pallio vtantur niſi loco & tempore congruo; & ne Monachi ad Epiſcopatum aſſumpti Monaſticum habitum deponant. Vltimo loco facta commemoratione ſeptem Oecumenicarum Synodorum, omnes confirmatæ ſunt; damnataq; hæreſes, ab illis iiſdem damnatæ. Secutæ acclamationes conſuetæ, & anathemata in Photium.

Epiſcopi non exhibeāt principibus obſequia indicentia.

XI. Ad extremum Baſil. Imp. gratias egit Patribus; tū deinde admonuit laicos, iſto memorādo alloquio: de vobis aūt laicis, inquit, tam qui in dignitatibus, quam qui abſolute conuerſamini quid amplius dicam, q̄ quia nobis nullo modo licet de Eccleſ. cauſis ſermonē mouere, neq; penitus reſiſtere integritati Eccleſiæ, & vniuerſali Synodo aduerſari? Hoc n. inueſtigare & q̄rere, Patriarcharum Pontificum & Sacerdotum eſt, qui regiminis officium ſortiti ſunt, qui ſacrificandi, qui ligandi atque ſoluendi poteſtatem habent, qui Eccleſiaſticas & cœleſtes adepti ſunt claues: non noſtrum qui paſci debemus qui ſanctificari, hoc eſt, benedici, qui ligari vel à ligamēto ſolui egemus. Quantæcunq; n. religionis & ſapientię laicus exiſtat, ouis vocari non deſinet. Rurſumq; quantumcunque Epiſcopus ſit irreuerentia plenus, & nudus omni virtute, donec Antiſtes eſt, & veritatis verbū recte prædicauerit, paſtoris nominationis & dignitatis damna non patitur. Quæ ergo nobis ratio eſt in ordine ouium conſtitutis, paſtores verborum ſubtilitate diſcutiēdi, & ea q̄ ſuper nos ſunt quærendi & ambiendi? Oportet nos cum timore & fide ſincera hos audire, & à facie eorum vereri; cum ſint miniſtri Domini omnipotentis, & eius formam poſſideant, & nihil amplius q̄ quæ noſtri ordinis ſunt, requirere. Nunc aūt (vt videmus) adeo multos malitia in inſaniam accendit, vt obliuiſcentes proprii ordinis, & quod pedes ſint minime cogitantes, legem ponere velint oculis, non vt natura ſe habet, ſed vt ipſi cupiunt; & ſinguli, ad accuſandum quidem maiores, exiſtunt ſemper promptiſſimi; ad corrigendum autem quid eorum in quibus accuſantur & criminantur, pigerrimi. Sed moneo & hortor omnes, qui tales ſunt, vt maledictum, & alternum odium auertentes, & iudicare iudices deſinentes, attendant ſibi, & ſecundum diuinam voluntatem conuerſari concēdant. Nam non quieſcet ſupernum iudicium, ſed contra diffidentes diuinus furor ſtillabit, & vltionem iuſtam opere oſtendet. Hactenus Baſilius ad laicos. Inuitabant eum Patres vt primo loco eum filiis ſubſcriberet. At non ſuſtinuit, niſi poſt Legatos ſubſcribentes. Tum n. demum ante omnes Epiſcopos ſubſcripſit, cum additamento ſigni SS. Crucis, ex cinnabro facta tinctura. Ita feliciter finem accepit, Synodus octaua, eaq; Oecumenica ab omnibus nūcupata; quicquid garriat Cretenſis quidam, & Marcus Epheſius, qui eam non octauam numerant. Sane, quod Patres tunc temporis congregati, à ſede Apoſtolica petierunt obtinueruntq; confirmationem Actorum in ea, quodque præſentibus Legatis Apoſtolicæ ſedis, omnia tam quæ circa fidei dogmata, quam circa ſchiſma ſopiendum acta ſunt, quanquam non nimis numeroſa conueniſſet Patrum multitudo meruit nomen & appellationem Oecumenicæ Synodi. Poſt diem tertium, cōuenientib Legatis ſedis Apoſtolicæ & aliorum Patriarcharum Orientalium, cum Ignatio Patriarcha, audita eſt Legatio Petri à Michaele Rege Bulgarorum. Poſtulabant decerni, cuinam Patriarchiæ aſcribi deberēt recens conuerſi Bulgarorum populi. Contendebat Ignatius, eos ad Conſtantinopolitanā, ratione dominii temporalis, pertinere cum Bulgaria ditioni Conſtantinop. Imp. ſubiecta fuerit. Cęterū ſedis Apoſtolicæ reſpondebant; diœceſes nō ex dominio temporali, ſed à ratione prædicatæ fidei, diſponi. Cū itaq; Bulgari fidem à Miſſis per Nic. Pap. Rom. prædicatam auſcultaſſent, & accepiſſent, iure merito non Græcis, ſed Latinis, & inter hos Rom. Pont. ſubiici deberent. Maxime vero, q eiuſdem Rom. Pont. auctoritas & iuriſdictio, non niſi limitibus terræ & cœli concludatur. Reponebant itaq; Legati, & merito, neq; ſe habere quicquam ab Hadr. Pont. commiſſum, quod hac in parte definirent, neq; quenquam poſſe ſedi Apoſtolicæ præiudicare, cui Bulgaria, & propter recentem à ſede Apoſtolica miſſionem, & propter antiquam Epiri totius ad Eccleſiam Romanam aſſignationem, & propter Romani Pontif. vniuerſalem ſuper omnes totius orbis eccleſias iuriſdictionē ſubiecta eſſet.

Scitum Imp Baſil. dictum de poteſtate Eccleſ.

Imp. non vult ſe ſubſcribere primo loco ſed ſolum poſt legatos Apoſtol.

XII. Contentio excitata de diœceſi Bulgarorū inter Legatos Sed. Apoſt. & Epiſcop. Conſtant. c *Anaſt. in Hadr.*

Offendit ea res aliquantum, & aliquos Epiſcoporum & ipſum Baſilium Imperatorem. Quamobrem illi quidem,

XIII. Summa Græcorum inuidia in Rom. eccl.

dem, quibus adhuc Photius in corde, criminari, quod chirographa ſeu libellos Legatis Romanis dediſſent, Eccleſiãq; Conſtantinopolitanam quaſi ancillam dominæ Romanæ ſubdidiſſent, cœperunt, adeoq; Imper. promouerunt, vt Legatorum Rom. cuſtodes induxerit, qui omnia chirographa ab Epiſcopis in Synodo Legatis data ſurriperent. Cum ergo vicarii, Donatus ſc. & Stephanus Epiſcopi, atq; Marinus diaconus ad collocutionem Patriarchæ perrexiſſent, cuſtodes fures facti, penetrantes domum, quãdam partem ex numeroſis illis chirographis clãculo abſtulere. Quo illi reuerſi comperto, Imperatori inter alia exprobrantes dixerunt: Nos quidem Romam ob omiſſa chirographa redire non audebimus; tu tamen inchoatæ pro Eccleſiæ ſtatu pietatis nihil omnino mercedis lucraberis. Anaſtaſius quoque Ludov. Imp. Legatus, his verbis Baſilio tranſmiſſis: non decet, inquit, Imperatoriam poteſtatem, aut ea facere quæ deſtruenda ſunt, vel deſtruere quę non deſtruenda conſiſtunt. Cum ergo conſenſu tuo chirographa facta fuerint; ſi male conſenſiſti, palam pœnitentiam age: & quod feciſti, non clam ſed palam deſtrue. Iam vero ſi bene feciſti, conſentiendo vt ſedi Apoſtolicæ pro futura cautela fierent ab Epiſcopis chirographa; quamobrem ea, pœnitens de bono, ſublata iri conſentis? Iam vero ſi fateris, quod non voto tuo factum fuerit, vt auferrentur chirographa; reſpondemus: Tum liquido patebit, voto tuo non fuiſſe tãtum piaculum commiſſum, cum hos diſtringens, quos vicariis pro cuſtodia dediſti, quæ ablata ſunt, eos reddere iure coegeris. Neq; enim alii debent reſtituere, vel corrigere ſi quid vicarii perdiderunt, vel ſi quid ſiniſtri perpeſſi ſunt, niſi illi, qui hos cum omnibus ſuis ad cuſtodiendum reuerenter, & ſaluandum incunctanter Imperatoria pietate perceperũt. His permotus Imperator, Legatos acciuit, eiſq; omnia ad vnũ chirographa reſtituit, ac Romã redire permiſit.

Legati apoſt. incidunt in Piratas.

Sed tamen Sclauenos ſubornauit, vt eos nauigantes inuaderent, & quicquid ſcriptorum penes illos inuenirent, eriperent. Cautiores Legati omnia chirographa Anaſtaſio Ludouici Legato deferenda, ſecreto commiſerant, ipſi vero nihil præter Acta Synodi autographa ſecum referebant: ita vt redeũtes, cum eos Sclaueni apud Dirrachium inuaſiſſent, non niſi actorum iacturam fecerint, quorum tamen aliud exemplar Anaſt. vna cum chirographis ſecum tulit. Non mirum, ſi adeo ingratum Baſilium experti fuiſſent. Hic enim inter cætera vitia, ingratitudinis morbo laborabat: quod vel ex hoc vnico facinore euidens eſt. [f] Cum aliquando venatum exiſſet, in ceruum incidit inuſitata magnitudine, elata in altum cornua geſtantem; quem perſequendo aſſecutus, cum ſtricto gladio percuſſurus eſſet, bellua ſe defendit, & tamo vno cornuum Zonæ Imperatoris infixo, illum ſublimem tulit cornib. ſuſpenſum; ac forſan ita periiſſet, niſi à quodam enſe diſſecta Zona fuiſſet ereptus. Cui mercedem ſalutis ſuæ præclaram reddidit ille capitis obtruncationem, ſpecioſa cauſa quæſita, quod enſem contra Imperatorem ſtrinxiſſet; nec reputauit, pro Imperatore potius ſtrinxiſſe, & remuneratione, magniſq; præmiis eſſe dignum.

Imp Baſil. notatus ingratitudinis vitio. f *Zonaras*

XIV. Bulgari petunt à Pont. Archiepiſc. in Bulgaria.

Hoc anno Legati Apoſtolici ex Bulgaria reuerſi, magnam eius Regis & gentis promptitudinem in fide amplectenda, quam experti fuerant, cum Hadriano renunciaſſent, magno gaudio illum & vniuerſam Eccleſiam affecerunt. Miſerat vna cum eis Rex Michael Legatos, qui vel Formoſum vel Marinum poſcerent Archiepiſcopali dignitate in Bulgaria exornari. Non poterat quenquam ex his duobus eis concedere, ſed Siluestrum quendam S. R. E. ſubdiaconum, & Leopardum Anconitanum, & Dominicum Triuentenſem Epiſcopum eis miſit, vt vnum ex his illi deligerent.

XV. Conciliabulum Meten. pro Carolo Caluo.

Per idem tempus, [g] Hadrian. Papa Carolo Caluo & Ludov. ſcripſit, ne regnum Ludov. Imper. poſt mortem Lotharii fratris ei debitum vſurparent. Eadem de cauſa omnes Epiſcopos, Duces, Comites, & cæteros primores in regno Caroli & Ludov. admonuit, vt ſuis Regib. auctores eſſent, ne aliena raperent. Carolus porro cõtemptis ſedis Apoſtolicæ literis & Legatis, Epiſcopos regni ſui Metim ad Synodum congregauit, & ab eis ſiue metu extorſit, ſiue promiſſis obtinuit, vt ei Regnum patrui adiudicarent, atq; diadema illius capiti imponerent. Inter Epiſcopos fuere, Hincmarus & Aduentius, qui cæteros in tam iniquam ſententiam illexerunt, auctoreſq; Carolo fuerunt, vt occupato regno patrui, Legatos ad Hadrian. Pontif. mitterent, qui duas aureas coronas gẽmis pretioſis ornatas, pro duobus Regnis quæ videbatur poſſidere ferrent, & non tam ſua ſponte, quam Epiſcoporum Synodali decreto, illud alterum regnum ab eo receptum eſſe renunciarent. Coronas Hadrianus repudiauit, Carolo autem acerrimas ſcripſit, iniuſtitiæ & rapinæ virum reprehendens, adq; reſtitutionem regni vſurpati commonefaciens. [h] Ludouicus rex qui partem eiuſdem regni etiam ipſe deſiderabat ad ſe deriuare, morbo grauiſſimo correptus, in diſcrimen vitæ adductus eſt. Neque optatam valetudinem potuit obtinere, donec quæ in theſauris habuerat in pauperes & Eccleſias & monaſteria erogaſſet.

g *Aimon. lib 6.c.24.*

Hadrian. ſcribit acerrime Carolo ob vſurpationem indebitam Regni Loth. h *Annal. Pithoi.*

XVI. Literæ Salom. Reg. Britan. ad Hadr. Pp. i *Hiſt. Brit. lib 2.c.27.*

Eodem anno, [i] Salomon Rex Britonum, poſtulans pallium pro Feſtiniano Antiſtite Dolenſi, tantæ magnitudinis quantæ erat Hadrianus Papa, auream ſtatuam lapidibus diuerſi generis ornatam, vna cum aliis muneribus magni pretii Hadriano miſit; trecentos quoq; ſolidos denariorum quotannis deinceps ex regno Britanniæ perſoluendos, eidem perpetuo aſſignauit. Hadrianus porro, poſt orationem ſeptemdialem, brachium S. Leonis Papæ, qui per inuidiam Romanorum, oculis linguaque priuatus, gratia Dei cooperante fuit mirabiliter reſtauratus, ei pro magno munere tranſmiſit: eo quod maximis miraculis ſanctus ille corruſcaret.

IESV CHRISTI annus 870.

HADRIANI PAP. II. ANN. 3. LVDOV. II. IMP. an. 15. Baſil. Maced. Imp. an. 4.

I. Rurſum Hadr. Pp. laborat pro Regn. Loth. aduerſ. Car. Calu. a *Annal. Franc.*

ANno Chriſti 870. [a] Ludov. Rex cum primum conualuiſſet, ſtatim partem regni à Carolo fratre vſurpati petiit, atq; obtinuit. Erat tunc temporis Ludov. Imp. in expeditione contra Sarracenos Apuliam & Calabriam occupantes, ita vt regnum ſibi fraternum alia ratione, q̃ per literas & curam Hadr. Pontif. vindicare non poſſet. Itaq; Hadr. Epiſc. Ducib. Comitib. & reliquis procerib. Caroli & Ludov. regum ſcripſit; increpans quod alienum ſuis regib. decreuiſſent, & monens vt eos ad reſtituendum impellerent. Quod ſi ſuaderi & moneri recuſarent, Hincmaro Rhem. iniunxit, vt ſe à communione Caroli ſubtraheret. Miſit ẽt ad vtrumq; regem Legatos, duos Ioan. & Petrum & Vuibboddum Epiſc. & Petrum S.R.E. presbyterum Cardinalem, qui regnum Ludov. Imper. ab Epiſc. maleconſultis abrogatum vindicarent: nec non Caroloman. filium Carolo Caluo reconciliarent. Namq; ferali odio eum pater proſecutus primum relegauerat, deinde in ergaſtulum, quanq̃ Iudicem omnium Chriſtianorum ſummum Pont. inuocaret, coniecerat. Et quidem Legati filium patri reconciliauerunt, cæterum vt regnum reſtitueret nequicq̃ efficere potuerunt; Hincmaro ille Rhem. Archiep. homine quidem doctiſſimo, ſed pſeudopolytic. auctore, partib. Caroli fautore, contra omne ius & fas ſententiã Metẽſis Synodi defendente. Habuit malignus fingere, quaſi audita ſcriberet, cum tamen ipſe auctor eſſet epiſtolæ, quã hoc tempore Hadr. ſcripſit, q̃ libenter oẽs & huius & anterioris ſeculi pſeudopolytici legunt, relegunt, inque ore habent. *De hoc ait, quod ſcripſiſtis, vt ſi ipſe Rex Carolus in obſtinationis ſuæ perfidia poſt meam conuentionem perſiſtere maluerit, quam iuxta veſtra monita reſipiſcere, ab illius me cõmunione & conſortio ſequeſtrem, & ſecundum Apoſtolum, nec Aue ei dicam: & ſi veſtræ communionis volo eſſe particeps, præſentiam eius modis omnibus deuitem: cum magno cordis dolore ac gemitu dico, quoniam & Eccleſiaſtici, & ſecularis ordinis viri, qui de diuerſis Regni partibus Rhemis plurimi conuenerunt, quos*

II. De Hincmari ad Hadr. virulenta reſpon.

manda-

Digitized by Google

mandatum noſtrum ibidem mihi delatum, quia non debuit, latere non potuit, exiguitati meæ, qui quantum ſciui & potui, ſemper Apoſtolicæ ſedis priuilegium extuli, improperando dixerunt & dicunt, nũquam huiuſmodi præceptionem ab illa ſede vlli prædeceſſorum meorum miſſam fuiſſe, cum inter Reges ſacramentis etiam confœderatos, ſed & inter patrem & filios, ac inter fratres prælia, & ſeditiones eorum temporibus fuiſſe noſcantur. Nec etiam ab hæreticorum vel ſchiſmaticorum, ſiue tyrannorum Imperatorũ ac Regum, quales fuerunt Conſtantius Arrianus, ac apoſtata Iulianus, & Maximus tyrannus, præſentia & ſalutatione, ſiue collocutione, ſedis Apoſtolicæ Pontifices, vel alii magnæ auctoritatis atque ſanctitatis Epiſcopi, cum locus & ratio ac cauſa exegit, ſe ſubtraxiſſe leguntur. Et dicunt, ſecularem ſcripturam dicere: Quia omne Regnum huius ſeculi bellis quæritur, victoriis propagatur, & non Apoſtolicis vel Epiſcoporum excommunicationibus obtinetur: & ſcripturam diuinam proponunt dicere: Quia Domini eſt Regnum, & cui voluerit dat illud miniſterio Angelorum & hominum. Quibus cum verba B. Iacobi Apoſtoli opponimus dicentis: vnde bella & lites inter vos? Et cum poteſtatem a Chriſto Sancto Petro primo Apoſtolorum, & in eo ſuis ſucceſſoribus datam, ſed & Apoſtolis & cæteris Epiſcopis Pontificatum ligandi & ſoluendi collatum inſinuare volumus, reſpondent: Et vos ergo ſolis orationibus veſtris regnum contra Northmannos & alios impetentes defendite, & noſtram defenſionem nolite quærere; & ſi vultis ad defenſionem habere noſtrum auxilium, ſicut volumus de veſtris orationibus habere adiutorium, nolite quærere noſtrum diſpendium, & petite Dominum Apoſtolicum, & quia Rex & Epiſcopus, ſimul eſſe non poteſt, & ſui anteceſſores Eccleſiaſticum ordinem, quod ſuum eſt, & non rempublicam, quod Regum eſt, diſpoſuerunt. Non præcipiat nobis habere Regem, qui nos in ſic longinquis non poſſit contra ſubitaneos & frequentes paganorum impetus adiuuare, & nos Francos non iubeat ſeruire, cui nolumus ſeruire, quia iſtud iugum ſui anteceſſores noſtris anteceſſoribus non impoſuerunt, & nos illud portare non poſſumus; quia ſcriptum eſſe in ſanctis libris audimus, vt pro libertate & hæreditate noſtra vſque ad mortem certare debeamus. Et ſi aliquis Epiſcopus aliquem Chriſtianum contra legem excommunicat, ſibi poteſtatem ligandi tollit, & nulli vitam æternam poteſt tollere, ſi ſua peccata illi eam non tollunt. Et non conuenit vlli Epiſcopo dicere, vt Chriſtianum, qui nomen incorrigibilis, per propria crimina, ſed pro terreno Regno alicui tollendo vel acquirendo, nomine Chriſtianitatis debeat priuare, & cum diabolo collocare, quem Chriſtus ſua morte & ſuo ſanguine de poteſtate diaboli venit redimere, & Chriſtianos pro fratribus ſuis animas docuit ponere. Præterea, ſi Dominus Apoſtolicus vult pacem quærere: ſic pacem quærat, vt rixam non moueat; quia nos non credemus, vt aliter ad Regnum Dei peruenire non poſſimus, ſi illum quem ſic commendat, terrenum Regem non habuerimus. Hæc & alia multa inſinuans ſcribebat Hincmarus, quaſi ex ore alieno audita; cum tamen ab eodem fuerint non minus impie, quam prauo exemplo conficta.

III. Reges Chriſtiani ſubiecti virgæ Petri Paſtoris.

Poterat ſane Politicis reponere Hincmarus, tunc reges non poſſe excommunicatione percelli à Romano Pontifice, cum inter Chriſti oues eſſe deſierint, cæterum quouſque inter eas ſe numerari gaudent, habent ſubeſſe virgæ Petri Paſtoris, cui quemadmodum Paulus aſſerebat, *in promptu eſt omnem vlciſci inobedientiam*, vlti ſunt ſane inobedientiam Orientalium Imperatorum, atq; ab eis excommunicatis Imperium in Francos propagarunt, adeo vt impudenter illud ex ſeculari paratura adduxerit Hincmarus: omne Regnum bellis quæritur, victoriis propagatur, & non Apoſtolicis vel Epiſcoporum excommunicationibus obtinetur. Imperium ſiquidem Carolo Magno quæſitum eſt non bellis, neque victoriis, ſed Hadriani primi conceſſione. Porro quod ſummus Pontifex non ſit Rex, ſimul & ſacerdos; habet tamen regale ſacerdotium, cum auctoritate cohibendi reges ne inuadant aliena; quod ſi peruaſerint, eos & monere, & corripere, & caſtigare ſi non reſtituerint, quæ multe rapuerunt. Conſtantium Iulianum & Maximum fruſtra opponebat Hincmarus cum illos & Epiſcopi & populi ſine cenſura euitaſſent. Quod ſi is Epiſcopus, qui contra legem aliquem Chriſtianum excommunicat, ſibi poteſtatem ligandi tollit: plane is qui

Pontifex habet regale ſacerdotium cum auctoritate cohibendi reges ne aliena inuadant.

A ſecundum legem excommunicat, excommunicãdi poteſtate ſe non priuat. Secundum autem legem, æquitatem, iuſtitiamq; Hadr. Papa Carolum Caluum toties, vt aliena reſtitueret, monitum, excõmunicationis vinculo ligari volebat: non erat itaq; opus canonem huic iuſtiſſimæ ſententiæ opponere, & Caluum quod aiunt, pilis obducere. Carolus porro exemplar omnium pſeudopoliticorum in ſe perfectiſſimum exhibuit, dum, quod his familiare eſt, in raptura alienorum, ſpirituales & diuinis vacãtes videri velle, & ipſe hoc tempore præſtitit; ſcribi n. ſibi aureis literis fecit libellum precum ſelectarum, quas quotidiano vſu recitaret. Cuiꝰ ſunt eæ preces Ingolſtadii anno D. 1583. magnam redolẽtes pietatem: ita vt aliquis putet exinde Carol. eximia ſanctitate fuiſſe. Cum tamen ex numero fuerit illorum Principũ, qui B quo magis exercent tyrannidem, eo magis culturam religionis affectant. Nam & filium ſuum Carolomãnum primo in ordinem clericalem redactum, beneficiis priuatum, pulſum, ab Epiſcopis damnari curauit, carceri mancipauit, & tandem, Hadriano mortuo, luminibus orbauit. [b] Pari impietate vſus eſt Hincmarus Rhemenſis, aduerſus Hincmarum nepotem ſuum Laudunẽſem Epiſcopum. Romam ibat iſte, vt deuotioni ſuæ faceret ſatis. At ille ſenior exiſtimans quaſi accuſatum iret, ex itinere eum retraxit, ſpoliauit, Synodo in villa Attiniaco conuocatæ coram Rege Carolo vinctũ repræſentauit, reum peregit, & ne ad ſedem Apoſtolicam appellanti locus defenſionis cõcederetur, obtinuit. Quamuis eam vim patiens coram Synodo humi proſtratus, gemente etiam Synodo experiretur. Suſtinuit tunc ille ſenex, ne- C potem Epiſcopatu exui, in exilium deportari, vinculis ferreis conſtringi: & ne qua ſpes ei ad Epiſc. redeundi foret, oculis euulſis excæcari. Addidit ſenex, libellum calumniarum plenum contra nepotem Hadriano Papæ ſcribere. Cum autem is, appellantem, ſibi mitti poſtularet noluit omnino tranſmittere, tamdiuq; eum detineri curauit, donec Hadr. ipſe ex hac vita ſublatus eſt, vindex acerrimus cõtemptæ Apoſtolicæ ſedis auctoritatis.

Libellus precum Caroli.

IV. Impietas Caroli in filium & Hincmari in nepotẽ.

b Frodoard lib. 3 c. 21.

Hoc anno, [c] Hinguar & Stubba Danorum duces in Angliam irrumpentes, pluimos vtriuſq; ſexus & ordinis inmaniter propter Chriſtum occiderũt. Ebba Colinghamenſis cœnobii Abbatiſſa, metuẽs ſibi & ſuis virginibus iacturam pudoris, ſalubri admonitione pꝛmiſſa, ipſa ſibi nouacula acuta naſum cũ labro ſuperiore præcidit, vtq; omnes exemplo ſuo ſe ad eum modum de- D formarent induxit. Barbari viſo hoc immani ſpectaculo ne vnam quidem ſanctimonialium contigerunt: cæterum igni iniecto eas omnes vna cum monaſterio exuſſerunt. Paſſæ ſunt martyrium exemplo S. Pelagiæ Antiochenæ; cuius illa eſt vox aurea apud Ambroſ. expreſſa timore ne diſpẽdium virginitatis pateretur: [d] *Moriamur, ſcilicet, vel ſi nolunt licere, moriamur. Deus remedio non offenditur & facinus fides abluit.* Sanctus quoq; Eadmundus Rex tunc temporis, cũ Humberto Helmhamenſi Epiſcopo, pro fide Chriſti occiſus eſt. Ad Eccleſ. Epiſc. ſuaſu confugerat, vt ſe membrũ Chriſti oſtenderet. Cæterũ à barbaris extractus, atq; ad arborem ligatus, & flagris cæſus, & ſagittis confixus, cum Chriſtũ negare nollet, capite reciſo martyrium conſummauit, 12. Kalend. Decemb.

V. Admirandum ſacrarum virginum factũ.

c Matth. Vueſtmon. in annalib.

Eadmundi Reg. martyr.

d lib. 3. de virgin.

Hoc anno Metrophanes Metropolitanus Smyrnæ, à E Manuele Patricio rogatus, res geſtas Photii Pſeudopatriarchæ, ex his quæ ſuperius diuerſis temporib. recitata ſunt, vna epiſtola feliciter perſtrinxit. Narrabat, quod Legati Papæ cum in Bulgariam veniſſent, ipſius Photii chriſmatis vnguentum reprobarunt, & omnes eos qui præerant, quiue ſubiiciebantur in Bulgarorũ regione, iterum ſacro chriſmate inunxerunt. Vnde furore percitus, pſeudoſynodum cõtra Nic. Pap. congregauit, falſos teſtes induxit, eumq; damnauit: atq; damnationis epiſtolam Ludov. Imp. vt eum deponeret, deſtinarat: niſi eam Baſil. præripuiſſet. Receſebat Photium quinquies damnatum eſſe; ſemel quidem ab Oecumenico, quater vero ab aliis Conciliis. Damnatum illum Baſilius in exilium relegauit: ex quo ad diuerſos ſuos amicos

VI. Metroph. ſcribit de rebus Photii.

Photius in exilium mittitur.

Digitized by Google

literas querimoniæ, & calumniarum, & maledicentiæ plenas ſcripſit: inter alia diuinæ vltioni deputans; quod ſemel Conſtantinopolis tremuiſſet.

Bulgaris Epiſc græcus datus.

Ignatius Patriarcha, auxilio Baſil. Imp. quaſi ad ſuam diœceſim Bulgari pertinerent, miſit eis Epiſcop. Theophylactum, non quidem eum qui poſterioribus ſeculis Euangelicos textus explanauit.

VII. Miraculum de imagine B virginis.

Per id temporis, Arnaldus Abbas Lubecenſis refert ſe vidiſſe miraculum inſigne apud quandam D. Deigenitricis imaginem. A Damaſco ad tria millia eſt locus quidam in montibus ſitus, qui Saidaneida vocatur, & à Chriſtianis inhabitabatur. Erat ibi Eccleſia in rure ſita, & in honore glorioſę virginis dedicata, in qua moniales virgines duodecim & monachi octo aſſidue Deo & B. Virgini ſeruiebant. In qua Eccleſia vidi, ait, tabulam ligneam ad menſuram vnius vlnæ longam, & latam ad modum dimidiæ vlnæ, retro altare in muro ſanctuarii in feneſtra poſitam, & ferro laquealiter cancellatim firmatam. In qua tabula effigies B. Virginis aliquando depicta fuit, ſed nunc (quod dictu mirabile eſt) pictura ſuper lignum eſt incarnata, & oleum odoriferum ſuper odorem balſami inceſſanter ex ea manat. De quo oleo multi Chriſtiani, Sarraceni, & Iudęi de diuerſis languoribus ſæpe liberantur, & nota quod oleum illud nunquam imminuitur, quantumcunq; inde accipiatur. Nec prædicta tabula à quoquam tãgi audetur; videri autem omnibus hominibus conceditur. Oleum vero illud à Chriſtiano religioſe conſeruatur, augmentatur, & cum pro quocunq; cum deuotione & fide ſincera ſumptum fuerit, pro honore SS. Virginis, indubitanter impetrabitur. Ad hunc locum in aſſumptione & die glorioſæ natiuitatis ſuæ omnes Sarraceni illius Prouinciæ vna cum Chriſtianis cauſa orandi confluunt: & Sarraceni ceremonialia ſua illic offerunt cum maxima deuotione. Hæc tabula primum Conſtantinopoli facta & depicta, & tandem à Patriarcha cuidam Abbatiſſæ pro magno munere donata fuit.

IESV CHRISTI annus 871.

HADRIANI PAPÆ II. ANNO 4. LVDOV. II. Imp. an. 16. Baſil. Maced. Imp. an. 5.

I. Bulgariam ſibi vendicans Ignat Pat Con. cum Imp Baſilio ab Adriano reprimitur. a In fine Octau Synodi & vita Hadr. Papa.

ANno Chriſti 871.[a] Baſil. Imp. & Ignatius Patriarcha, miſſo ad Hadrianum Romanum Theognoſto Abbate, ſcripſerunt, poſtulantes vt Lectores à Photio tonſi, ad ſacerdotium poſſent promoueri: vtq; Theodorus Metropolites Cariæ qui per vim cõmunicarat Photio, poſſet ſacerdotio defungi. Adiunxit Ignatius, innuens; vt ſacerdotes Latini ritus ex Bulgaria reuocaret; niſi vellet, illos videre vi expulſos. Reſcripſit Hadrianus, non ex re eſſe, ſi decreta Concilii tam facile conuellantur, ſiq; à Concilio damnati, ad dignitates reſtituãtur. Neq; enim nobis moris eſt, ait, vt pro libitu proprio paternis ſanctionibus abutamur; quemadmodum quibuſdam, qui apud vos ſumma rerum Eccleſiaſticarum gubernacula moderantes, tunc Synodorum ſtatuta, vel etiam Apoſtolicæ ſedis decreta proferũt, cum vel alios cædere, vel ſe iuuare concupiſcunt, & hæc tunc ſub ſilentio tegunt, quando fortaſſe contra ſe, vel pro aliis proponerẽtur. Quod autem cauſam Bulgaricam attinet, monuit Imperatorem, vt Ignatium cohiberet, ne in alienam meſſem mitteret falcem, ad Ignatium aũt ipſum ſcripſit ſeuere, quod contra omne ius & æquum, nulla habita dignitatis ratione, cum magna ignominia Grimoaldum Epiſcopum à ſede Apoſtolica ad prædicandum Euangelium miſſum è Bulgaria expelli tolerauerit, falſo aſſerentibus quibuſdam, quaſi Bulgaria decreta eſſet à Synodo octaua Patriarchę Conſtantinopolitano, cum nihil omnino in eadem Synodo de ea controuerſia definitum fuerit: ſed poſt triduum nonnulli ſermones tantum inter Legatos ſedis Apoſtolicæ & ipſum Ignatium interceſſerint.

II. Inter hæc Photius ab exilio non ceſſauit Baſil. Imper. Bahananem Præfectum, & aliquos ſuæ factionis Epiſc. literis interpellare: quibus calamitates ſuas explicabat, reſtitutionemq; & ſui, & librorum ereptorum depoſcebat. Et à Baſil. quidem nihil hactenus impetrauit: Bahanes aũt ſpebus magnis illum repleuit, adfore tempus opportunũ breui, quo dignitatẽ amiſſam recuperaret.

Photius exul dignitati reſtitui petit.

III. Lud. II. Rex Franc. ab Hadr. vngitur. b Aimon. lib 5. c. 28.

Hoc anno,[b] Ludouicus Imper. in feſto Pentecoſtes, diadema Regni Francorum, in Eccleſia S. Petri, ab Hadriano Pontifice ſuſcepit, & Beneuentum reuerſus eſt. Dolebat Baſilio Orientali, q̃ nomine Imp. Romani vteretur. Cæterũ Ludov. illi reſcripſit, illum quoq; iniuſte, nomen Baſilii quaſi proprium vſurpare: ſe aũt iuſto titulo Imp. Romani nomen obtinere à maiorib. acceptis, illis vero à Deo & à ſede Apoſtolica per impoſitionem & vnctionem manus conceſſam. A Romanis n. ait, hoc nomẽ & dignitatem aſſumpſimus, apud quos profecto primo tantę culmen ſublimitatis & appellationis effulſit, quorumq; gentem & vrbem diuinitus gubernãdam & matrem omnium Eccleſiarum Dei defendẽdam atq; ſublimandam ſuſcepimus; ex qua & regnandi prius & poſtmodum imperandi auctoritatem proſapiæ noſtræ ſeminarium ſumpſit. Nam Francorum Principes, primo Reges, deinde vero Imperatores dicti ſunt, ii duntaxat qui à Romano Põtifice ad hoc oleo ſancto perfuſi ſunt; in qua etiam Carolus M. Abauus noſter vnctione eiuſmodi per ſummum Pont. delibutus, primus ex gente & genealogia noſtra, pietate in eo abundante, & Imperator dictus, & Chriſtus Domini factus eſt. Porro ſi calumniaris Romanum Pontificem, quod geſſerit: calumniari poteris & Samuel, quod ſpreto Saule, quem ipſe vnxerat, Dauid in regem vngere non renuerit.

IV. Hadr. reſtituit Actardum Nametenſem Arch. Turonenſ. Prouinc. c Hadrian. epiſt.

Eodem anno,[c] Hadrianus Papa conſtituit Cardinalem Metropolit. & Archiepiſc. Turonicæ prouinciæ Actardum Nametenſem Archiepiſcopum, Legatum à Synodo Duziacẽſi Romam miſſum. Formulam conſecrationis exprimit Hadrianus Carolo Caluo Regi ſcribens, per ferulam, piſtacium, & annulum; nec non per noſtræ, ait, auctoritatis literale decretum. Reſcripſit etiam in cauſa Hincmari Laudunenſis Epiſcopi; vt appellanti ad ſedem Apoſtolicã, oſtenderentur literę ad ſedẽ Apoſtolicam contra eum ſcriptæ; tum & libellus continens ſecreta Synodi; tum etiam libellus cleri & plebis Laudunenſis proclamationem aduerſus eum continẽs. Quibus perlectis, ſi voluerit Romam venire; ne detineatur: ſin ſecus tanquam reus criminum condemnetur. Cæterum patruus illius Hincmarus Rhemenſis cõtemptor auctoritatis ſummi Pontificis, quanquam moneretur & ab Hadriano, & à Carolo Rege, & à reliquis Coepiſcopis, quibus omnibus Hadrianus ea de re perſcripſerat, noluit tamen permittere, vt nepos Hincmarus Laudunẽſis Romam iret. Quod cum ſummus Pontifex animaduertiſſet, acriores dedit ad Carolũ Regem, perſtringens eum, quod per conniuentiam illius ſtaret, quo minus Laudunenſis Epiſcopus Romam concederet. Cæterum is à ſeniore Hincmaro, & à ſuo odio inflammatus, petulantiſſimas more pſeudopoliticorum Hadriano remiſit: indignas plane Rege Chriſtiano.

Item Hincmarum Laudunẽſ. Epiſc. Romam vocat.

V. Victoria Regis Angli per auditam miſſam. d Matth. Weſtmon.

Per idem tempus,[d] Aethelredus Rex Occidẽtalium Anglorum, inſignem victoriam de Danis Angliam populantibus retulit, propter pietatem. Erat in tentorio miſſam audiens. Vbi cum ſæpe à ſuis inuitaretur ad certamen, conſtanter affirmauit, ſe non receſſurum priuſquam presbyter miſſam compleuiſſet. Quæ fides Chriſtiani Regis tantum ei profuit, vt illo die hoſtem potentiſſimum profligarit. Ei defuncto, ſucceſſit Alfredus Romæ olim à Leone IV. coronatus.

IESV CHRISTI annus 872.

HADRIANI PAP. II. ANN. 5. LVDOV. II. IMP. an. 17. Baſil. Maced. Imp. an. 6.

I. Moritur Adr. Papæ ſuccedit Ioan. VIII.

ANno Chriſti 872. Kalend. Nouemb. Hadrian. Papa ſecundus mortuus, ſucceſſorem accepit Ioannem octauum ex Archidiacono S.R.E. Pontificem.

Digitized by Google

II. Ludo. Imp. proditione Ducis Beneuentani captus Deo hic permittente. a *Regino & Herembert.*

Eodem tempore, [a] Baſilius Macedo literis Ludouici Imp. offenſus, Adelgiſum Ducem Beneuentanum ſubornauit, qui illi inſidias conſtrueret, ſi quomodo poſſet illū in ordinē redigere. Adelgiſus porro, cum Seoda Saraceno coniuratione facta, tunc cū à ſe Ludouicus exercitū amandaſſet, incenſo Palatio eum cepit, & in carcerē coniecit; neq; prius dimiſit, quā fortiſſimis iuramentis pollicitus eſſet ſe ſeruare, quæ ipſi pacta firmanda obtulerant proditores. Duas ob cauſas ferunt illū eſſe hoc opprobrio à Deo caſtigatū: Primo, quia veniens quodam tempore Romā, vt Guntharium atq; Theutgaudū Epiſcopos cōdemnatos ad priſtinam reduceret dignitatem, & nollet ei conſentire Nicolaus PP. vir Deo plenus, ſecūdum antiquum mōrem ei obuiam venit cum agmine Sacerdotali candidato. At ille ſpreto timore Dei, fuſtib. clerum cædi fecit: Cruces vero, omniaq; ſancta miniſteria pedibus calcari; Romamq; prædari. Voluit etiam Nicolaum officio priuare, niſi Dominus reſtitiſſet. Secūdo, quia capta Bari, Seodam omnium hominum flagitioſiſſimum, non iuxta voluntatem Domini protinus, vt dignum fuerat, interfici fecerit; oblitus videlicet quod Samuel coram Saule de Agag pinguiſſimo rege Amalechitarum egerit, quomodo in fruſta eum diſcerpi fecerit, quemadmodum etiam quidam Propheta Samariæ regi, de quodam ſcelerato dixit: *Quia dimiſiſti virum morte dignum, erit anima tua pro anima illius.*

III. S. Athan. Epiſcopi Neapolitani perſecutiones & mors per Sergiū Ducem fratris filium acceleratæ. b *Petrus diacon. Caſſinen.*

Idib. Iul. hoc anno, [b] S. Athanaſius Epiſc. Neapolitanus mortuus eſt. Defuncto eius fratre Gregorio Duce Neapolitano, cū Sergius nepos Principatū obtinuiſſet, neq; ex dignitate adminiſtraret, S. Athanaſius voluit eū admonere. Offendit ea res vxorem Sergii, quæ cū ipſa, tū per interpoſitas perſonas, adeo exacerbauit maritum in S. Antiſtitē, vt eū cuſtodiæ manciparit. Fremebant ciues vniuerſi contra Ducem, quod eorum Patrē ac Paſtorem tanta ignominia affeciſſet. Quamobrem metuens ne ſibi aliquid grauius cōtingeret, Epiſcopum quidem è carcere eduxit; fratres vero illius detinuit. Pœnitentia tandē ductus quod illū emiſiſſet, tantis eum calamitatibus vexauit, vt ſua ſponte in inſulam S. Saluatoris abierit exulatū. Recedēs, theſaurū Eccleſiæ annulo ſignauit, atq; foribus hæc præſcripſit: Anathema ſit, qui fecerit & iuſſerit abſq; mea præſentia vel iuſſione hanc ianuā aperire, vel aliquid hinc contingere.

Hæc cum Sergius audiſſet, miſit, qui dicerent Epiſcopo, vt ſe ea dignitate exueret; & tunc eum perſequi ille deſineret. At ſanctus Athanaſius: *Sponſam*, ait, *quam Deo donante ſuſcepi nulli viuenti viuēs, volenſq; vel nunquam: nec ordinandi licentiam, me ſuperſtite, alicui dabo. Monachi ſchema, illo viuente, non accipiam. Scortum eſt enim, primā relinquendo coniugem, alteri ſociari. Eos autem qui me charitatis cauſa ſequuti ſunt, non tradam, nec reijciam. Vnum autem ab illo peto, vt liceat mihi in tuto loco manere, quouſq; Dominus duritiem cordis eius emolliat.* Hæc locutus Athanaſius, non impetrauit quod petiit. Sergius enim Saracenis acceptis in inſulam venit: proculq; dubio Epiſcopum cepiſſet, niſi Imp. miſſo Marino præfecto Amalphitano illū periculo exemiſſet, atq; ad ſe adductum in honore habuiſſet. Impius porro Sergius, cum Pontificē habere nequiret, theſauros Eccleſię ab Anaſtaſio ſignatos diripuit, Sacerdotes fuſtibus cæſos, nudatoſq; per plateas ad ergaſtula traxit, Athanaſium Bibliothecarium & Cæſarium Abbatē Legatos Hadriani miſſos qui excōmunicationis ſententiam in eum ferrent ſpreuit; viroſq; Belial Romā miſit, qui veneno Epiſcopum extinguerent. Dolebat Athanaſio Neapolitanam ciuitatem diris à ſummo Pont. deuotam eſſe. Quamobrē nihil non egit, vt eam cenſuram Hadrianus ſubmoueret. Submouit quidem ille, eumq; ad ſuam Eccleſiam iuſſit redire. Quo dum regrederetur, veniens ad ciuitatem Nerulanam, tertio Calend. Iulii celebrata feſtiuitate ſanctorum Apoſtolorum, in oratorio ſancti Quirici defunctus eſt.

IV. Elogium Eccl. Neapolitanę.

Sanè Neapolitana Eccleſia & antiquiſſima, & florentiſſima ſemper eſt habita. In ea enim S. Petrus, S. Aſprem ordinauit Epiſcopum. Habet etiam laudem ab Agrippino Patrono, quinto ab Aſpremo Epiſcopo. Maxime vero celebris eſt ciuitas hæc miſericordiæ & pietatis hinc inde vallata omni bonitate; in qua non pauperes quærebant, ſed quærebantur. Duos aliquando habuit Epiſcopos, Latinum videlicet & Græcum, ſub vna tamen iuriſdictione Eccleſiam, Latino & Græco ritu ſacra peragentem adminiſtrante.

V. Legatio & munera ad Ludo. Reg. Germaniæ Baſilii. c *Annal. Fuldens.*

Eodem anno, [c] circa Epiphaniam, Baſilii Græcorum Imp. Legati cum muneribus & epiſtolis ad Ludouicum Regem Ratiſbonam venerunt, atque ei inter cætera xenia, cryſtallum miræ magnitudinis, auro gemmiſque pretioſis ornatum, cum parte non modica ſalutiferæ Crucis obtulerunt.

VI. Martyrium CC. monachorum ord. S. Benedicti ab Saracen. Rege Zapha die SS. Iuſti & Paſtoris occiſorum.

In hunc annum refert Alfonſus Diaconus, cædem pro fide Chriſti CC. monachorum ſancti Petri à Cardegna Ordinis ſancti Benedicti Hiſpaniarum Burgenſis Diœceſis, in eo quem de hoc argumento euulgauit libello. Ita habet.

Anno Chriſti octingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, qui fuit ſexto Alphonſi Regis tertii Caſtellæ Mahomad effero in Catholicos animo, non tam regnandi & ampliandi Imperii cupidine, quam odio in Chriſtianos concepto immani & crudeli, vigeſimo regni ſui anno, dimicaturus aduerſus eos, copias quam potuit ampliores collegit, non ſolum ex Hiſpania, ſed ex Africa militibus aſcitis. Alhabidus namque Almanſor, qui nomine Mahometis Africam gubernabat, triginta mille milites auxiliares tranſmiſit, Imperatorem eorum conſtituens Zapham Regem, nepotem ſuum. Mahomad autem duos potentiſſimos exercitus inſtruxit, alterum qui Legionenſi Regnum alterum qui comitatum Caſtellæ aggrederetur. Priori Albucacenum, poſteriori Almandarium ſtrenuos Duces præfecit.

Copias autem omnes in duos exercitus diuiſit, eo conſilio, vt dum alter eorum cum Alfonſo in prouincia Legionenſi congrederetur, alter liberè rerum in comitatu Caſtellæ potiretur, vrbeſque & munita quæque loca occuparet. Verum conſilium imprudens fuit, dum vires quæ collectæ potentiores, & formidabiles exiſtunt; diſperſæ, imbecilliores & ſuperabiles fiunt. Ita enim euenit. Alfonſus celerrimè Albucaceno occurrit: prælium conſertum: in quo Rex victor, Albucacenus ſuperatus fuit; exercitus hoſtilis terga vertit, quem Regius magna ſtrage vbique edita, longius inſectatus eſt. Non auſus Albucacenus diſſipatas copias, cum Almandario coniungere, inſequente Rege: neque vlla conſilii, aut reſpirandi opportunitate relicta inglorius Cordubam rediit. Almandarius autem in agro Salmanticenſi immoratus excurſiones faciens, miſit Zapham Regem, & Memoſar cum parte copiarum, vt Caſtellæ regionem infeſtarent.

Tanto autem odio hi duo Duces in Chriſtianos exardeſcebant, vt conuenerint de interficiendis illis, qui CHRISTI nomen non abnegarent, & Mahometum ac eius legem non confiterentur. Et ita in illa profectione, multos martyrio affecerunt, qui propter fidei conſtantiam nolentes abiurare & deſerere ſuum Ducem, etiam vitam profuderunt. Ad inſigne deinde & clariſſimum Cœnobium ſancti Petri à Cardegna, acies direxit Zapha, vbi ducenti monachi degebant, ſub diſciplina Stephani ſancti Abbatis, viri probi & religioſi, inſtituta ſancti Patris Benedicti ſequentes. Erat iſtud Cœnobium totius Hiſpaniæ, tum vetuſtate, tum numero monachorum, tum opulentia diuitiarum percelebre.

Porro huic tyranno fuit inuiſum & exoſum genus monachorum, propterea quod ij arctius Chriſtianam profeſſionē ſequerentur, & alios ad eiuſdem obſeruantiam firmius continendam, verbo & exemplo hortarentur. Itaque imprimis tentauit Abbatem, & monachos, Zafa, blanditiis, deinde minis. Sed eos conſtantiſſimos, in profeſſione fidei reperit. Nam ij ab Abbate Stephano animati, exemplum ſibi ſequendum ſanctorum Iuſti & Paſtoris (quorum natalitia illo die ce-

lebrabat Eccleſia Hiſpanica) propoſuerunt: ex quibus alter tredecim, alter ſeptem annos natus, non inquiſiti ſed vltro ſe obtulerant Iudici, & magna conſtantia martyrium pertulerant. Omnes igitur in parte clauſtri congregati, vnanimiter CHRISTVM confeſſi, Mahometum & eius legem execrantes Iſmaelitarum gladiis vna cum Sanctio Abbate cæſi ſunt, octano Idus Auguſti. Memoriam martyrii eorum ad poſteritatis memoriam marmori inſculpſerunt ſuperſtites Chriſtiani, iſtis verbis:

Aera DCCC. LXXII. IIII. F. VIII. ID. AVG. adliſa eſt Karadigna, & interfecti ſunt, ibi per Regem Zaſam, CC. Monachi de grege DOMINI, in die ſanctorum martyrum Iuſti & Paſtoris.

IOANNIS PAPÆ VIII. ANN. I. LVDOVICI II. Imper. anno 18 Baſilii Macedonis Imper. anno 7.

I. In Adelgiſum tyrannū mouet Ludo. Imp. a *Regino*

ANNO *Chriſti* 873. [a] Ludouicus Imp. Romam veniens, cum Ioanni Pontifici explicaſſet, quam contumeliam ab Adelgiſo ſuſtinuiſſet, ab iureiurando per vim extorto abſolutus, exercitum contra hoſtem miſit. Qui vim Imperatoris non ſuſtinens, in Corſicam inſulā fuga ſe recepit.

II. Ludou. Regis Germaniæ filius Carolus a dæmonio inuaditur. b *Annal. Franc.*

[b] Ludouico Regi Germaniæ mirum quiddam accidit hoc anno. Cum enim VII. Cal. Febr. curiam Francofordiæ introiſſet, in præſentia illius & Epiſcoporum ac Comitū, malignus ſpiritus Carolum filium eius minimum inuaſit, & grauiter vexauit: ita vt à ſex viris fortiſſimis vix teneri potuiſſet. Et ſatis iuſtè. Qui enim Regem à Deo electum & ordinatum decipere voluit, ipſe deceptus eſt, & qui patri ſuo laqueos tetendit, ipſe in laqueos diaboli incidit; quatenus ex ipſa vexatione diſceret, non eſſe cōſilium contra Deum. Rex autem & omnes qui cum illo erant vehementer contriſtati lachrymas fuderunt. Cūq; ad Eccleſiā duceretur, vt Epiſcopi pro eius ſanitate Domino ſupplicarent; nunc exili, nunc grandi voce clamitans, morſum ſe tenentibus aperto ore minabatur. Tunc Rex ad filium Ludouicū: videſne, ait, o fili, cuius vos dominio mancipatis, tuq; fraterq; tuus, quando aduerſum me aliquid ſiniſtri machinari cogitatis? modo intelligere poteris, ſi antea noluiſti, quod iuxta veritatis ſententiam, nihil opertum, quod non reueletur. Confitere ergo peccata tua, & age pœnitentiam, & DEVM humiliter poſtula, vt te relaxet. Ego etiam quantum in me eſt, indulgentiam tibi tribuō. Idem vero Carolus poſt ſedatam infeſtationem diaboli, viua voce retulit, ſe toties aduerſariæ poteſtati traditum, quoties contra Patrem conſpiraſſet.

III. Saracenos Roma arcēt Duces Pontificis.

Per idem temporis Saracenorum plurimi collectis viribus Romam infeſtare properabant. Feliciter illis Ioan. Pont. Ducem Spoletanum & Comites Interamnæ euocatos oppoſuit. Hi enim iunctis copiis, nō tantū infeſta agmina illorum auerterunt, ſed & maiori ex parte profligarunt.

IOANNIS PP. VIII. AN. II. LVDOVICI II. IMP. anno 19. Baſilii Maced. Imp. an. 8.

I. A Ludouic. Rege Germaniæ [illegible] Imp. à purgatorio [illegible] a *Annal. Pithœi.*

ANNO *Chriſti* 874. [a] Ludouico Regi Germaniæ Quadrageſimali tempore in oratione perſiſtenti, Ludouicus Pater Imp. apparens, Latino ſermone dixit; Adiuro te per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtū, vt me eripias ab his tormentis, in quibus detineor, vt tandem aliquando vitam poſſim habere æternam. Hac ergo viſione Rex perterritus, epiſtolas per cūcta Regni ſui monaſteria deſtinauit, vt pro anima pereuntis, iam à triginta annis defuncti Diuinam miſericordiam imploſarent.

II. Dux Saracenorum [illegible]

Eodem anno Abdila Dux Saracenorum miraculo extinctus eſt. In obſidione Salerni, Eccleſiam ſanctorum martyrum Fortunati, Caii & Anthes, lubrum habitaculum delegerat, & magno eorūdem ſanctorum martyrū improperio omne genus impudicitiæ ſuper altari eiuſdem Eccleſiæ, in quo ſtratum ſuum poſuerat, exercebat. Accidit, vt dum illic reluctantem virginem opprimere conaretur, repente trabs è tecto lapſa diuina viſione illum extinxerit: quamquam ab altaris perpendiculo procul diſtaret. Salernitani tandem Dei beneficio, ab ea longa obſidione ſunt liberati, profligatis Saracenis ab exercitu Ludouici Imperatoris.

[illegible]atum ex [illegible] pulſatur.

III. Abbas & monachi à Danis cæſi pro Chriſto

Per idem temporis, Beorredus Rex Merciorum in Anglorum regno à Danis pulſus Romam venit, indidemque diem clauſit extremum. Regina quoque eum ſecuta, Ticini defuncta eſt. In eadem Danorum irruptione Abbas cum vniuerſis monachis cœnobii Croyland, poſtquam vniuerſum Pſalterium recitaſſent, & ſacrum miſſæ ſacrificium celebraſſent, à Barbaris pro Chriſto ſuper altari occiſi ſunt.

IOANNIS PAPÆ VIII. ANN. III. LVDOVICI 2. Imper. anno 20. Baſilii Macedonis Imp. ann. 9.

I. Moritur Lud. 2. Imp. eius vxor monaſt. intrat. a *Regino*,

ANno *Chriſti* 875. [a] Menſe Auguſto, Ludouicus Imp. mortuus, Mediolani in templo S. Ambroſii conditus eſt. Fuit pius & miſericors, iuſtitiæ deditus, ſimplicitate purus, Eccleſiarum defenſor, orphanorum & pupillorum Pater, eleemoſynarum largus largitor, ſeruorum Dei humilis ſeruitor, vt iuſtitia eius maneret in ſæculum ſæculi. Relicta ipſius vidua Engilberga Auguſta ſeculo relicto, in monaſterium ſe recluſit: Ioannemque orauit, vt pro anima Ludouici ſacrificia iuberet offerri. Porro Ioan. Papa ſacris pro Ludouico abſolutis Carolū Caluum Romam acciuit, defenſorem eum Eccleſiæ elegit, & Imperiali diademate coronauit.

II. Monachi Corbeienſes Slauoniā peragrant & Euangelizant. b *lib.* 1. *c.* 6. & *lib.* 2. *c.* 12

Imperante Ludouico accidiſſe putat [b] Helmoldus, quod aliqui monachi ſanctitate inſignes de Corbeia egreſſi, peragratis multis Slauorum prouinciis, Rugianis quoque Euangelium prædicauerint, totaque inſula ad CHRISTVM conuerſa, Eccleſiam ibidem in honorem Saluatoris IESV CHRISTI, & memoriam beati Viti Corbeiæ patroni ædificarint. Quem ſanctum in tanta veneratione habuiſſe ferunt, vt poſtea religione Chriſtiana abiecta, ipſum tamen pro Deo coluerint, primatumque Deitatis illi tribuerint. Itaque ab omnibus Slauorum prouinciis illic reſponſa petebantur, & ſacrificiorum annuæ ſolutiones exhibebantur. Mercatoribus quoque ad eos appellentibus, nulla dabatur facultas vendendi vel emendi, niſi primum de mercibus ſuis Deo ipſorum pretioſa quæque delibaſſent. Flaminem etiam beati Viti, non ſecus ac Regem venerari conſueuerant.

IOANNES PAP. VIII. ANN. IV. CAROLI II. Imperat. ann. 1. Baſilii Macedonis Imp. ann. 10.

I. Carol. Cal. per Ioā. PP. Imper. eligitur & approbatur. a *Annal. Petri Pithœi.*

ANNO *Chriſti* 876. [a] Ioannes Papa Ticinum profectus Concilium Epiſcoporum celebrauit, in quo Caroli Calui Imperatoris coronationem confirmauit; atque confirmationem eam pro Concione his verbis enunciauit:

Elegimus merito & approbauimus vna cum annisu & voto omnium fratrum & Coepiſcoporum noſtrorum, atque aliorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ miniſtrorum, amplique ſenatus, totiuſque Romani populi, gentiſque togatæ, & ſecundum priſcam conſuetudinem, ſolemniter ad Imperij Romani ſceptra proueximus, & Auguſtali nomine decorauimus, vngentes eum oleo extrinſecus, vt interioris quoq; Spiritus ſancti monſtraremus virtutem, qua vnxit eum Dominus DEVS ſuus præ conſortibus ſuis, Chriſtum hunc oleo lætitiæ delibutum extrinſecus faciens, & Principem populi ſui conſtituens, ad imitationem ſcilicet veri Regis CHRISTI filij DOMINI noſtri, [illegible] ita vt quod

ipſe poſsidet per naturam, iſte conſequeretur per gratiam. Hæc & alia plurima Ioannes in Archiepiſcoporum, Epiſcoporum & Principum conſeſſu, pro inauguratione Caroli Calui. Cuius aſſumptionem vt Franci quoque ratam haberent, Legatos ſuos Ioannem Tuſcanenſem, Ioannem Aretinum atq; Anſegiſum Senonenſem Epiſcopos cum Imperatore in Gallias miſit, qui Conuentu Epiſcoporum & Procerum Pontigone indicto Imperatorem aureis indutum in Synodum introduxerunt, atq; vt à cunctis reciperetur perſuaſerunt.

II. Carol. Caluus hoſtis Eccleſ.

Fefellit Ioannem Pontificem ſpes de Carolo Caluo concepta. Quem enim exiſtimauit fore defenſorem Eccleſiarum & iurium, mox alium expertus eſt. Simul enim atque Francorum Epiſcopi, ipſius aſſumptioni ſubſcripſerunt, eos non velut Patres in honore habuit, ſed velut mancipia, in Synodo increpauit, & iudicium in cauſis eorum ſibi arrogauit, & nimis inſolenti habitu indutam Rachildem vxorem, in contumeliam illorum introduxit.

III. Idem Germaniæ regnum mortuo Ludouico inuadens vincitur miraculoſe à filiis Ludou.

Deinde cum accepiſſet Ludouicum Regem Germaniæ Franconofurdi diem ſuum obiiſſe, Regnum filiis debitum, iniuſte inuadere conatus eſt, neque vllis precibus pupillorum, neque in probationem iuſtitiæ miraculorum exhibitione reuocari potuit, quo minus arma ſumeret, & vi eripere vellet illud. Vt enim Ludouicus Iunior aduerſantem Imperatorem tyrannum iniuſtitiam omnino perſequi, & Deum perſequi palam oſtenderet, horrendum huiuſcemodi ob oculos eius ſpectaculum poſuit. Decem homines cum aqua calida, & decem cum ferro calido, & decem cum aqua frigida ad iudicium miſerat coram eis qui cum illo erant, petentibus omnibus, vt Deus in illo iudicio declararet, ſi per ius & æquum ille deberet habere portionem de Regno, quam pater ſuus illi dimiſit ex ea parte, quam cum Carolo fratre ſuo per conſenſionem illius & per Sacramentum accepit. Qui omnes illæſi reperti ſunt: ſed nullatenus frangere rapacem potuerunt, quin exercitu conſcripto in aciem procederet; erepturus pupillo regnum. Et quamquam Ioannes Pontifex illum per literas monuiſſet, ne aliena appeteret; ille tamen monitis Pontificiis ſpretis, ad inuadendũ pergebat. Mirum euenit. Cũ Ludouicus ſuos paucos eduxiſſet, tantus timor omnem exercitum Caroli Imp. inuaſit, vt prius ſe victos putarẽt, quam ad pugnam venirent. Et quod maioris eſt admirationis equorum latera quibus inſidebãt, calcaribus tundebãt & cruentabant, & illi quaſi ad ſtipitẽ ligati immobiles permanebãt. Armis quoq; ſuis pugnabãt, ſed paucos vulnerabant: acies enim quaſi retuſæ eſſent, neminẽ cædebãt. Ita Imp. turpi fuga vix euaſit: Racheldis autem Imp. in ead. fuga ad eum modum timore concuſſa eſt, vt proiceiſſe ex vtero fœtum potius, quam peperiſſe diceretur infantem haud diu futurum ſuperſtitem.

IV. Italiam ab Sarac vaſtatam liberare detrectat Caluus. b *Ioan. Pap. epiſt. 21.*

Dum hæc in Germania agerentur, [b] Saraceni vna cũ Marchionibus Italiam populabantur. Exponebat iſta omnia Carolo Imp. Ioannes Papa ſcribens: quia Chriſtianorum ſanguis effunditur, deuotus Deo populus continua ſtrage vaſtatur. Qui euadit ignẽ vel gladium, præda efficitur, captiuus trahitur, & exul perpetuus conſtituitur. Ciuitates, caſtra, villæ deſtitutæ habitatoribus perierunt: & Epiſcopi hac illacque diſperſi: ſola illis Apoſtolorum Principis limina derelicta ſunt in refugium, cum Epiſcopia eorum in ferarum ſunt redacta cubilia; & ipſis vagis & ſine tectis inuentis, non iam eis liceat prædicare ſed mendicare. Sedet in triſtitia, quin potius in ruina domina gentium, Regina vrbium, mater Eccleſiarum, conſolatio triſtium, portus periclitantiũ. Quod pagani reliquerunt, Marchiones deuaſtarunt; vt Prophetice dicamus: *reſiduum locuſtæ comedit bruchus.* Notabat Ioannes Sergium Neapolitanum, & Adelgiſum Beneuentanum Duces, qui nihilo Saracenis meliores omnia diuina humanaque violabant. Imperator porro, quamquam eum Ioannes fere ſanguineis lachrymis deprecaretur vt opem ferret, necquicquam penſi ducebat defendere Eccleſiam & populum Chriſtianum.

V. Amauit literas.

Laudabant pleriq; hominem à cultu literarum. Nam & Anaſtaſius Bibliothecarius vitam S. Dionyſii Areopagitæ à S. Methodio ſcriptam, à ſe autem in Latinum trãſlatam; & Ericus monachus Antiſiodorenſis libros de vita S. Germani à ſe compoſitos eidem Carolo Caluo nũcuparunt. Milo quoq; monachus S. Amandi ſcientia literarum clarus ſcripſit metrico ſtylo ad eundem Carolum librum de ſobrietate: Hubaldus autem ex eodem monaſterio librum trecentorum verſuum in laudem Caluorum Carolo pariter dedicauit.

VI. Alphonſus Rex Galæc. Legatos ad Ioan. Pont. mittit, de Conc. celebrando.

Hoc anno Alfonſus Rex Galæciarum, ad Ioannem Pontificem, Legatos deſtinauit, Seuerum & Deſiderium presbyteros, ac Raynaldum. Poſtulabat, vt eius auctoritate Epiſcopi ad Concilium cogerentur, quorum poteſtate, & Compoſtellanum templum recens Diuo Iacobo Apoſtolo ab eo ædificatum ſacraretur, & Ouetenſis Eccleſia Metropolitana diceretur & diſciplina Eccleſiaſtica ſanciretur. Omnia facile Ioannes Romanus Pontifex conceſſit, & tam Epiſcopis, Abbatibus & Orthodoxis Chriſtianis, quam Regi Aldefonſo ſcripſit; vt Epiſcopi Hiſpaniæ, Eccleſiam beati Iacobi Apoſtoli conſecrarent, & cum Rege pariter Concilium celebrarent; cum etiam ipſe auctoritate Apoſtolica Eccleſiam Ouetenſem Metropolitanam conſtituiſſet. Pontificiis literis perlectis, dies Epiſcopis tota ditione dicta, ad quam vtriuſq; rei perficiendæ cauſa conuenirent. Compoſtellam primum frequentes, omnino quatuordecim numero confluxerunt: pars iis vrbibus Prælati, quæ in Regis ditione erãt, pars quæ obtinebantur à Mauris minuti ſcilicet, & paulo amplius quam ſolo nomine Epiſcopi, & erat moribus ea tempeſtate receptum, vt vtrarumque vrbium Epiſcopi eſſent, ac earum præſertim, quæ vel ereptæ Mauris paulo poſt ad eorum ditionem redierant, vel ſperabatur breui eripiendas fore, Chriſtianique iuris futuras; in eamq; ſpem mortuis ſufficiebantur viui. Templum ergo Compoſtellanum iis Epiſcopis procurantibus, ſolemni ceremonia Nonis Maii, die Lunæ, tertio Aureo numero: Ara maxima nomine Saluatoris, dextra læuaque duæ aræ, prior Petri & Pauli nominibus, poſterior Ioannis Euangeliſtæ dicatæ. Nam quæ tegebat Iacobi Apoſtoli oſſa, quoniam perſuaſio erat, à ſeptem eius diſcipulis dicatam eſſe, ſacrari denuo non placuit. Hoſtia ſacra, in ea ſacrificatum. In vicino monte Sebaſtiani martyris nomine ædes, eodem tempore cõſecrata. His ex reb. Compoſtellana religio per ſe ſanctiſſima, vehementer aucta eſt. Poſt vndecim menſes iuſſu Regis, iidem Epiſcopi Ouetum conuenere: vt quod à Pontifice erat impetratum, communi conſenſu Ouetenſem Archiepiſcopum ſtatuerẽt. Ermenegildus omnium ſuffragiis electus, qui eo honore fungeretur & cæteris omnibus præeſſet. Placuit præterea Archidiaconus recti exempli creari, qui bis annuatim Synodos cogerent, omniaque conſtituerent tamquam rationem Deo reddituri: obirentque ſingulas diœceſes, monaſteria & parochias viſitarent. Additum præterea, vt Epiſcopi qui ditione carerent, Ouetenſi Præſuli vicariam operam exhiberent, eiuſque reditibus alerentur: iis aliiſque tota ditione Epiſcopis in Ouetenſi vrbe & diœceſi ſingulæ Eccleſiæ darentur, quarum reditibus viuerent, cum conuentus Eccleſiaſtici haberentur, & fortunarum domicilium eſſet, propter frequentes barbarorum irruptiones. Sedecim Epiſcopis templa duodecim deſignata attributaq;, partim ditione ſpoliatis, partim integris, Legionenſi, Aſturicenſi, Irienſi, Vlcenſi, Britonienſi, Aurienſi, Bracarenſi, (hic Archiepiſcopatus erat) Dumienſi, Tudenſi, Columbrienſi, Portucalenſi, Salmaticenſi, Caurienſi, Cæſarauguſtano, Calagurritano, Turiaſonenſi, Oſcenſi. Inde effectum eſt, vt ea tempeſtate Ouetum, Epiſcoporum ciuitas vulgo diceretur, Ouetenſis Eccleſiæ fines Regis volũtate deſcripti, magniſq; reditibus & poſſeſſionibus, vt ea ferebant tempora, amplificati ſunt. Vtroque loco Rex, Semena Regina, filii Regis & Proceres affuerunt. *Mariana lib. 7. cap. 18.*

Digitized by Google

Ioann. Pp. VIII. Ann. V. Caroli II. Imp. An. 2. Baſilii Maced. Imp. ann. 11.

I. Sergio Dux Neapolita. ab S. Athanaſio Epiſc & fratre capitur & iuſtè exoculatur. a epiſt. Ioan. Papæ.

Anno Chriſti 877.[a] Saraceni cum Marchionib. Campaniæ, Calabriæ & Apuliæ fæderibus initis, populos peſſumdabant, & trucidabant. Conabatur Ioan. per Legatos miſſos, eos à communione gentilium diſſociare, inque libertatem populum Chriſtianũ vindicare. Sed nihil potuit efficere apud diros illos & crudos tyrannos. Athanaſius Epiſcopus Neapolitanus monebat fratrem Sergium Ducem, ne Eccleſias, populumque perſequeretur. Cæterum cum nihil omnino proficeret, auxilio Neapolitanorum fretus, zeloque diuinæ iuſtitiæ incenſus Sergium cepit, in carcerem coniecit, oculis orbauit, & tandem Romam ad Ioannem Pontificem miſit. Laudabat Ioanes Epiſcopum, quod alterum Holofernem deuiciſſet. Namq; & Moyſes Leuitas à cæde fratrum & filiorum ſuorum olim reuertentes laudauit, dicens: Cõſecraſtis manus veſtras hodie Domino, vnuſquiſque in filio & fratre ſuo, vt detur vobis benedictio. Quamtumlibet enim debeat eſſe Chriſti Sacerdotium incruẽtum, cuius eſt & ſacrificium incruentum: & Epiſcopi ne ſint percuſſores, ab Apoſtolo admonentur: tamen qui ſpiritu oris ſui interfecit Ananiam & Saphiram Petrus, iſta tunc ſcribere docuit ſucc florem; atque probate ab alio iuſtè factum, quod ipſum ſcirent, impellente ſpiritu perpetraſſe. Zelus purgat facinus, quo etiam Dominus exceſſus, quamquam mitis & humilis corde, percuſſor eſt factus: & Petrus eodẽ æſtuans occiſor euaſit; eodemq; ardens Paulus excæcator. Zelus igitur non aufert nec polluit Sacerdotium, ſed (quod prædicatur in Phinee) reddit illud perpetuum & illuſtre.

II. Saracenis & PP. pacem redimere cogitur a lio recedẽte. b Aimon. lib. 5. c. 35.

Inter hæc Saraceni tota fere Campania deuaſtata, vrbi quoque Romanæ imminebant, & tam Sabinos, quam ſibi adiacentia loca prædabantur, Sanctorum baſilicas & altaria deſtruebant, Sacerdotes & ſanctimoniales occidebant vel in captiuitatem abducebant. Implorabat Ioannes à Carolo auxilia: quæ vix tandem ferre conſtituit. [b] Tributo enim ab omnibus Eccleſiis & clericis conſentientibus Legatis Ioannis exacto, exercitum in Italiam duxit: ſed cum Papiam vna cum Ioanne Pontifice iſſet re infecta receſſit. Fama enim vulgauerat, Carlomannum Ludouici fratris ſui filium, Gallias inuaſiſſe. Coactus eſt ad extremum Ioannes, pacem à Saracenis inuadentibus redimere; maximo ſane Chriſtianorum probro, qui inter ſe inteſtino odio digladiabantur.

III. Carol. veneno auferitur ab Iudæo.

Interim etiam Carolus Imperator veneno potatus à Sedechia medico Hebræo, mortuus, & Vercellis ſepultus, poſt ſeptennium, Pariſios relatus eſt. Succeſſit ei in Imperio Ludouicus filius cognomento Balbus, quod impeditæ linguæ eſſet. Rachildis Caroli relicta, ſemel ſolutis vinculis pietatis, inter alia illud impium perpetrauit, vt Abbatiſſam regularem monaſterii Oriuacenſis eiecerit, & accepta pecunia, eidem neophytam quandam perficiendam curauerit. Hincmarus Rhemenſis illud boni egit, vt & Ludouicum Balbum ad pietatem inſtruxerit, & huic profanæ acriores perſcripſerit, commonefaciens vt ex præſcripto Chriſtianæ viduæ, & decoro Imperatricis, non bellonæ more viueret.

Contra Photianos remedia Baſilius Imp. Orien petit à Ioan PP.

In Oriente, qui ex parte Photii fuerant, quod eſſent numero plurimi, Ignatio communicare recuſabant, turbas concitabant, Eccleſiamque ſchiſmate diuidebant. Coactus fuit Baſilius Legatos ad Ioannem Pontificem mittere; qui à Romana Eccleſia remedia conſueta poſtularent.

Ioannis Pp. VIII. Ann. VI. Lvdovici III. Imper. ann. 1. Baſilii Maced. Imperat. ann. 12.

I. Ioã. PP. ſcri pſit Baſilio vt legatis obediẽt & Bulgariam Eccl. Ignatius reſtitueret. a Ioan. epiſt. 80. & 78.

Anno Chriſti 878.[a] Ioannes PP. acceptis à Baſilio & Ignatio literis, duos Epiſc. Paulum Anconitanum & Eugenium Oſtienſem Legatos Conſtantinopolim miſit, & tam Imperatori, quam Patriarchæ ſcripſit, vt conſiliis Legatorum acquieſcerent, in iis quæ ad Photianos reprimendos: pacificandamq; Eccleſiam, decernerent. Monuit etiam vtrumque, vt Bulgariam iuriſdictioni Eccleſiæ Romanæ relinquerent, neque eius adminiſtrationem vſurparent. Addebat Ioannes in ea quam Ignatio miſit: *Porrò ſi intra triginta interualla dierum omnes, quos vel tu, vel Epiſcopi tui conſecraſſe in aliquo gradu putantur Eccleſiæ, à totius regionis Bulgaricæ terminis non eduxeris, & temetipſum ab omni Eccleſiaſtico illius iure detereſeos non ſubduxeris, tamdiu ſancto corpore, & pretioſo ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti, poſt duos menſes, à die numerandos, qua huius epiſtolæ tenorem acceperis, eſto priuatus, quamdiu his obſtinatus decretis minime obedientiæ colla ſubmiſeris. Iam vero ſi pertinaciter in hac indiſciplinatione & perſuaſione permanſeris, & Epiſcopos, & quotquot illic vel illi, vel tu conſecraſſe videris, foras illinc minus expuleris: omnipotentis Dei iudicio, atque beatorum Apoſtolorum Principum auctoritate, noſtraque mediocritatis ſententia, omni Patriarchatus eſto dignitate, quam fauore noſtro acceperas, alienus & exors, nullo penitus ſummi Sacerdotii priuilegio præditus vel potitus.* Hactenus Ioannes Ignatio.

II. Photius figmento Genealogiæ mendaciſſimæ ſe inſinuat Baſilio.

b Nicetas in Ignatio & Conſtantin. Manaſſes.

Arripuit exinde occaſionem Photius res Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ magis inuadendi; cum intellexiſſet, à Pontifice Romano tam acres ſcriptas fuiſſe. Quamobrem nihil non egit, vt ab exilio reuocaretur, vtque ſedi à qua eiectus fuerat, iterum reſtitueretur. Præter autem ſexcenta mala quæ aduerſus ſanctum Ignatium concitauit, etiam hoc excogitauit commentum, plane à diabolo inuentum, quo ſimplicitatem vel potius leuitatem Imperatoris deciperet. [b] Nomina eius, Eudociæ vxoris, & filiorum, Conſtantini ſcilicet, Leonis, Alexandri & Stephani ſcrutatus, ſingulorum primas literas accepit, & eas componens, hinc fraudis occaſionem ſuſcepit. Hiſtoriam enim & genealogiam hinc formauit & finxit eam, quæ neque eſt, neq; vnquam fuit. Et quidem Tiridatem illum magnum Armeniorum Regem, qui tempore magni illius Gregorii martyris fuit, conſtituit hiſtoriæ originem & primum auctorem: ex eo autem genealogiam nominibus quibus voluit confarcinans, aliam ex aliis fictam deduxit hiſtoriam. Quando vero ad partem Baſilii peruenit, hunc ſcripſit natiuitate talem, qualis Baſilius fuit, & eius nomen Beclas finxit fuiſſe, quem feliciſſimum & annoſiſſimum hic Photius omnium eorum qui hucuſque regnauerunt, futurum augurabatur. Fuit autem diſpoſitio eiuſmodi;

B.	Baſilius	Β
E.	Eudoxia	Ε
C.	Conſtantinus	Κ
L.	Leo	Λ
A.	Alexander	Α
S.	Stephanus	Σ

Fingit librum papyrum characteres antiqua.

Sexcentis etiam mendaciis, quibus delectari nouerat auditores, hiſtoriam illam cum repleſſet, vetuſtiſſimis quidem membranis inſcripſit, characteribus etiam Alexandrinis pro virili imitatis & antiquiſſimis papyris ab antiquiſſimo libro detractis omnia hæc obuoluit, ac deinde in magna Palatii Bibliotheca depoſuit. Qui vero in his omnibus fidelis miniſter Photio erat, & hanc fraudem ſimul ſtruebat, Theophanes fuit clericus regius, apud Imperatorem ſapientiæ nomine ſatis præſtans habitus, ac deinde Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus factus; hoc videlicet præmium artis ſuæ adeptus. Cum enim accepiſſet librum illum fictum, & in Bibliotheca depoſuiſſet, tempus opportunum nactus, illum oſtendit Imperatori tamquam omnium librorum mirabiliſſimum & ſecretiſſimum, quem finxit ſe non ſolum non intelligere, ſed nec alium quempiam præter ſolum Photium. Quamprimum itaque Imperator miſit ad Photium. Cæterum autem finxit iſte, ſe non poſſe alteri tradere arcanum, niſi illi pro quo ſcript' eſt liber, videlicet Imperatori. Ea ratione

Digitized by Google

in Palatium accitus vanis pollicitationibus Imperatorem deliniuit, & beneuolentiam ipſius ſuffuratus eſt. Inuit cum ad conciliandum eum Baſilio, Theodorus Santabatenus, habitu tantum Abbas, omnium autem malorum peſſimus, & omnium aſtutorũ aſtutiſſimus, propter ſcientiam magicam & inſomniorum dæmoniacam ſcientiam apud Imperatorem potẽtiſſimus. Hunc Ignatio ſuboffenſum nactus Photius, tantum egit, vt is cogitaret Ignatium deponere, & Photium reducere. Et ſine Photius tum Imperatoris gratia, tum Santabateni artibus fretus, nulla ratione habita canonis, ſibi Sacerdotium vſurpauit, & iam in Palatio manens, in loco qui dicitur Magnaura, Exarchos conſtituebat, & ordinationes habebat, & quæ neq; erant ad Eccleſiæ honorem, ſed ad contumeliam & Patriarchę afflictionem, & interitum animæ ſuæ, impiè impiiſſimus ille faciebat. Conabatur & Pontificis Romani Legatos, ad ſuam communionem inducere. Sed illi conſtanter recuſarunt, excuſantes, non ſe habere ſibi iſtud commiſſum à Ioanne.

III.
Ignatius Patr. in communione ſedis Apoſtolicę moritur.

Interim Ignatium contigit ex hac vita die 23. menſis Octob. migrare, ſcilicet in communione ſedis Apoſtolicæ; cuius præcepto vt ſatisfaceret, nondum duo menſes à receptis literis tranſierant. Antequam deceſſiſſet, cum ſacram oblationem in altari offerebat, vt in ipſomet altari ſacro aperta Spiritus ſancti aſſiſtentiæ argumenta cernerentur, videbatur diuinus & ſacer ille panis totus alteratus, totuſque inſtar cœleſtis carbonis factus gratia cœleſtis ignis micans. Viſa eſt etiam aliquando ſancta Crux, quæ ſuper ſacrum altare ſita eſt, concitata & eleuata: & dum ſacer panis exaltaretur, frequenter paulatim moueri eadem Crux videbatur; Sancti videlicet Spiritus obumbrationem hoc pacto ſignificans. Die vero Paſchatis præcipue, ita vehementer Crux ipſa commota eſt, vt omnes Sacerdotes & Pontifices, præſertim aliarum Patriarchalium ſedium, ob miraculum hoc perterriti, magna voce DEVM collaudarint. Media nocte paulo quam moreretur, cum diaconus ex more diceret: *Benedic Domine*; ille ſigno Crucis ori impreſſo, interrogauit, cuius ſancti ea die eſſet commemoratio. Cum reſpondiſſent, Iacobi fratris Domini; ille; Domini mei, inquit? Valete igitur. Deinde ſubiunxit: Benedictus Deus noſter, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen: & vna cum hoc hymno diſceſſit è vita. Tanta porro deuotio populi fuit erga defunctum, vt panes ſuper ſcamnum in quo iacuerat ponerent, & pro reliquiis aſſumerent: & veſtem quæ deſuper poſita erat, in ſexcentas diuiſam particulas, pro ſanctificatione inter ſe diſtribuerent. Duæ mulieres à malis ſpiritibus obſeſſæ, vt primum ſacrum tumulum Ignatii tetigerunt, coram omni populo ſanæ redditæ ſunt. Dicellæ Dux aliquando cum Agarenis dimicaturus, cum multo metu teneretur, & magnum Ignatium ſibi fautorẽ feruenter inuocaſſet; Vidi, inquit, apertis oculis eum in aere, quaſi ſuper album ſedentem equum, & me hortantem, vt ad dexteram partem ducerem exercitum, & quamprimum gloriam Dei me viſurum pollicentem. Quod cum militum Præfectus feciſſet, hoſtes magna vi deuicit. Multos præterea lepra & elephantia laborãtes ſanauit poſt mortem ſuam Ignatius, plures cæcos illuminauit, aliſq; morbis pene enecatos à morte liberauit.

Sãctiſſima Ignatii mors & eius ſuffragia.

IV.
Photius ſedem Patriarchalem tyrannicè occupat.

Nondum autem tertius dies depoſitionis S. Ignatii erat, cum Photius Patriarchalem occupauit ſedem, & antiquam illam tyrannicam latronum inſtar aſſumpſit mentem, & rabiem aduerſus Ignatium mortuum innouauit, & omnes eius familiares carceribus, exiliis, & plagis, & calamitatibus intolerabilibus afflixit, & omnes qui eius aſſenſui refragabantur tanquam non canonicè, nec legitimè factos ſexcentis artibus oppreſſit; alios quidem muneribus & dignitatibus & ſedium tranſlationibus, vt ſecum communicarent adducẽs, alios vero calumniando, multis modis turpia opera illis adſcribendo. Si quos autem non poterat inducere, Leoni Catacallo, excubiarum præfecto, ſuo cognato, homini ſæuiſſimo committebat, qui eadem immanitate, qua olim Licinius aduerſus Sanctos deſæuiens, multos quidem interemit, qui pro veritate conſtantes perſiſtebant; multos etiam grauitate tormentorum vicit, & tanquam munera Photio remiſit. Photius porro eos qui ab Ignatio initiati fuerant, ipſe ordinabat: pallia & oraria ab Ignatio ſacra, exſecrabatur: chirographa contraria iis quæ Ignatio aliqui dederant, extorquebat: expulſos ſedibus iterum reſtituebat: reſtitutos autem, iterum expellebat. Et hæc lupi officia cum ageret, Theodorum quemdam, quem ipſe dum in exilio ſederet Pathmorum Metropolitam conſtituerant, quemque iam pridem eius familiares, Aphantopolees, id eſt, ciuitatis inuiſibilis, quæ nunquam appareret, Epiſcopum nuncupabant, ad Ioannem Papam Apocriſarium miſit, ſcribens quod inuitus, & magna vi ab Eccleſia & à Repub. coactus ſedem Patriarchalem iterum ſuſceperit. Vt vero mendacium hoc magis confirmaret, per Petrum quemdam arcanorum ſcriptorem, qui deinde pro ſuarum fraudum mercede Sardenſium Eccleſiam accepit, omnium Metropolitanorum ſigilla ſuffuratus, ipſos etiam ignaros adduxit vt libello ſubſcriberent: hac occaſione illos decipiens, quod hæc fierent pro ſcripta cuiuſdam agri emptione. Ita fraude & aſtutia ille pręſtabat, & Ioanni Pontifici imponere ſatagebat.

Ignatii familiares cognatoſque immaniter perſequitur vt Lupus.

V.
Apocriſariũ Romam mittit.

VI.
Santabatenũ magum deiecto Euphemiano facit Epiſc. & alios.

Erant & illa alia auſpicia, nonniſi diaboli eum incitantis indicia, cum Euphemianum Euchaitarum Epiſcopum, dignitate propter Santabarenum ambientem exuit, huncq; ciuitati illi præfecit, & plurimos Epiſcopatus à multis Metropolitis in gratiam ipſius abſtraxit, illiq; conceſſit; nec non apud ſe illum collocauit, & Protothronum & primatem illum appellauit. Nicephorum etiam Nicææ Metropolitam coegit, vt Epiſcopatui renunciaret, orphanorumque alumnus fieret: Amphilochium autem Cyzici Epiſcopum Nicæam tranſtulit; & illo ſtatim mortuo, eius loco Gregorium Syracuſanum toties damnatum illic conſtituit: mortuum autem, antiquis Patribus comparauit atque elogiis quampluimis ornauit.

VII.
Baſilium Imp. punit morte filii & Syracuſis captis ab Saracenis.
c *Curopalata & Cedre*

Non tulit tamen Deus impune hanc Baſilii conniuentis, & Photii ſæuientis audaciam. Nam anno ſequẽte Conſtantinum Baſilii primogenitum virum optimum morte præmatura præripuit: Hoc vero anno Syracuſam in manus Agarenorum tradidit.[c] Porro excidium Syracuſanum Hadrianus, qui cum claſſe à Baſilio Imp. in auxilium mittebatur, ſed nimis remoratus, hoc modo cognouit. Locꝰ eſt in Peloponeſo ab opacitate ſiluæ qua eſt conſitus, Helos appellatus, eo loco vbi naues Romanæ in ſtatione erant. Quadam nocte audiere paſtores dæmonum ibi degentium vocem inter ſe colloquentium, & pridie captas, exciſaſque Syracuſas narrantium. Is ſermo ab aliis ad alios peruagatus, tãdem etiam ad Hadrianum pertingit. Iſque ad ſe vocatis paſtoribus & examinatis, deprehendit rumorem ad ſe perlatum ipſorũ verbis confirmari. Vtque ſuis etiam auribus fidem rei probaret, perductus ad eum locum à paſtoribus, dæmoneſque eorum opera percontatus, captam eſſe Syracuſas audiuit. Quam ex eo indicio animi contraxerat ægritudinem, eo lenibat, atq; ſe conſolabatur, quod fallacium dæmonum verbis fidem non adhibendam cenſeret: diem tamen ab eis indicatum notauit. Decimo poſt die, qui à Syracuſarum exitio fuga euaſerant, nuncii eius calamitatis venerũt. Hadrianus nihil iam dubitans ea de re ſtatim cum claſſe Conſtantinopolim rediit, ſupplexq; in magnum templum confugit, neq; tamẽ omnino ipſum ea ſuſpicio liberauit, ſed auulſus à templo, ſolum exilii cauſa vertere coactus eſt. Talibus auſpiciis Photius in ſedem intruſus eſt.

VII.
Roma capta à Spoletano Comite.
d *Ioan. PP. epiſt. 81 & 84. & ſeq.*

Eodem anno, Ioannes Papa maximam calamitatem ſuſtinuit.[d] Lambertus Vuitonis filius Comes Spoletanus & Albertus Bonifacii filius, Formoſo & Gregorio incitatoribus, Romam armati cum exercitu inuaſerant, & in verba Carolomanni ciues iurare compellebant. Cumq; Ioannes Pontifex his contradiceret, in cuſtodiam coniectus, miſeram vitam ibi egit. Tunc etiam Epiſcopos,

A presbyteros, diaconos & monachos religioſos, cum ſacris litaniis ad Eccleſiam Principis Apoſtolorum vadentes conturbarunt, fuſtibus ceciderunt, nequiter diſperſerunt, excõmunicatoſq; in vrbem intromiſerunt. Succeſſit, vt iuſſu Ioannis nec veſtis ſed cilicium fuit ſuper altare S. Petri, nec hymni ſed planctus lugubres auditi fuerint, coram confeſſione eiuſdem Principis Apoſtolorum. Benignitate tamen cuſtodum carceris Ioannes euaſit, & maritimo itinere in Gallias penetrauit, vbi cum eſſet, & Synodum Epiſcoporum Trecis indixit, & Carolomanno ſcripſit inquirens, ſi illo ſciente, volente, vel iubente, Imperii adminiſtratio illi decernatur; & ſi illo auctore Lambertus Spoletanus tanta iniuria vniuerſum fere clerum, præcipue vero ipſum affecerit. Scripſit etiam tunc ad diuerſos Epiſcopos & Comites, ſignificans quæ, à quo & cuius rei gratia tot calamitates pertulerit. Trecis etiam B Patres congregatos admonuit, vt pro defenſione Romanæ Eccleſiæ, non dubitarent conſurgere. In eandem rem & Ludouico regi Germaniæ ſcripſit, monuitque ne permitteret vniuerſum Occidentale Imperium propter Carolum ſolum commoueri.

IX. Hincmarũ Laudunenſ. Epiſc. captũ & dejectum priſtino honori reſtituit Io. PP. & Ludo. III coronat Imp.

Opportunè tunc accidit Ioannis PP. in Gallias aduẽtus. Hincmarus enim Laudunenſis Epiſcopus, toties à patruo ſuo Hincmaro Rhemenſi laceſſitus, bonis & dignitate exutus, inque carcerem teterrimum coniectus non etiam tum deſtitit ad ſedem Apoſtolicã prouocare, illorũq; interceſſionem poſtulare quoſcunq; ſciret eo animo illuc aduenisse. Quamobrẽ audita in Synodo Trecenſi eius cauſa, ſummus Pontif. illum Eccleſiæ ſuæ reſtituit, & vt coram ſe, quamquam exoculatus eſſet, ſacrum miſſæ officium ſolẽni ritu decantaret, omnino edixit. Ita C Deus admiranda ratione omnia diſpenſauit, vt quem oportebat Romam venire, appellationis vel licet proſequendæ cauſa; ad eum ſummus Pont. vir ſummæ humilitatis, adductus vel ſola pietate deſcendit. Ibidem Ludouicum Caroli Calui filium diademate Imperii coronauit, & indulgentias pugnantibus contra Paganos diſtribuit.

X. S. Crux ab Adelphonſo Rege donata templo S. Saluatoris Ouet.

Adelfonſus Rex Ouetanus in Hiſpania, crucem auream inæſtimabilibus gemmis diuitem, Eccleſiæ S. Saluatoris Ouetanæ ciuitatis, dedicauit. Ei cruci verbis inferius conceptis memoriam adſculpſit.

Suſceptum placide maneat hoc in honore Dei, quod offerunt, famuli CHRISTI, Aldefonſus Princeps, & Scemena Regina.

D *Quiſquis auferre hæc donaria noſtra præſumpſerit, fulmine diuino intereat ipſe.*

Hoc ſigno tuetur pius. Hoc ſigno vincitur inimicus. Hoc opus perfectum eſt. Conceſſum eſt ſancto Saluatori Ouetenſis ſedis; & operatum eſt in caſtello Gauzon. anno Regni noſtri XVII. diſcurrente æra DCCCC.XVI.

Viri docti in Anglia.

Elfridus autem Rex Anglorum, diuina reuelatione admonitus, contra Hitronem Danorum feliciter, & pugnauit & triumphauit. Iſtius Elfridi obſecratione, dialogos S. Gregorii Papæ, ab Erefrido Epiſco. Vuigornienſi conſtat eſſe in Latinum translatos.

Florebant eo tempore in Anglia, viri propter pietatem & doctrinam illuſtres, ſcilicet Grimbaldus monachus, qui in ſanctorum numerum relatus eſt: & Ioannes monachus, & Aſſerus qui ſcripſit Annales Britanniæ: & Ioannes Scotus maxima eruditione clariſſimus.

Io. Scotus.

Hic tamen apud Nicolaum Papam non bene audiuit. E Nam Carolo de eo hunc in modum ſcripſit: Relatum eſt Apoſtolatui noſtro, quod opus beati Dionyſii Areopagitæ, quod de diuinis nominibus, vel cœleſtibus ordinibus Græco deſcripſit eloquio, quidam vir Ioannes Scotus genere nuper in Latinum tranſtulerit. Quod iuxta morem nobis mitti, & noſtro iudicio debuit approbari: præſertim cum idem Ioannes licet multæ ſcientiæ eſſe prædicetur, olim non ſanè ſapere à quibuſdam frequenti rumore dicatur.

A **Ioannis Pp. VIII. An. VII. Baſilii Macedonis Imp. anno 13.**

I. Ludou. II. Imp. moritur. a Annal. Franc.

ANNO *Chriſti* 879. [a] Quarto Idus Aprilis, ipſo veſperi Paraſceues Ludouicus Imperator mortuus, reliquit filios Ludouicum & Carolomannum ex Anſgarde priori coniuge; Carolum autem poſthumum cognomẽto ſimplicem ex Adeleida ſecunda vxore. Morte eius audita Ioannes Synodum Epiſcoporum Romæ conuocauit, conſilioque eorum & aſſenſu Senatus populique Romani, detulit Imperii regimen, Ludouici, fratris Caroli Calui filio, Carolo cognomento Craſſo. Biennium tamen fere effluxit, antequam diadema decretum poſſet Carolus accipere.

Ioan. Imp. Photium in communionem Eccleſiæ admittit peſſimo exemplo. b *Io. PP. ep.* 168. 169. 170.

Hoc anno, [b] Theodorus Santabarenus homo verſutiſſimus, à Photio miſſus, vna cum Baſilii Imperatoris, & B Patriarchæ Hieroſolymitani Legatis Romam venit. Poſtulabãt omnes, vt Photium Ioannes PP. in communionem reciperet, eiuſque ad Eccleſiam reditum, & Patriarchatum ſua auctoritate firmaret. Pollicebatur Imperator, auxilia contra Saracenos vrbi imminentes: reſtitutionis quoq; Bulgaricarum Eccleſiarum Romanæ ſpem non modicam oſtendebat; deinde pacem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ diuturno ſchiſmate afflictæ turbatæque ex ea reſtitutione & communione futuram mentiebatur: fingens, quaſi aduerſæ partis Epiſcopi, eandem Photii reſtitutionem ſummis deſideriis expoſcerent. His & aliis rationib. paſſus eſt ſe moueri Ioannes: præſertim cum neque ab Imperatoribus Occidentis, neque à Francis, poterat obtinere quæ dies noctesque aduerſus barC baros flagitabat auxilia. Itaque grauiſſimo Eccleſiarum incommodo, Photium quem olim ipſe Archidiaconus reprobauerat, ad communionem Eccleſiaſticam admiſit; & propter robur Apoſtolici pectoris emollitum, fœminæ nomine audiuit; qui eum hoſtem quem Nicolaus & Hadrianus Pontifices feliciter proſtrauiſſent, ipſe erexiſſe, & lupum ouili Chriſtiano non tantum immiſiſſe ſed perfeciſſe viſus eſt. Non minimo ſuo quoque & probro, & damno.

III. Literas Io. PP. adulterat.

Inprimis enim Photius iam ſedis ſecurus, contra Ioannem conſurgens, literas illius ad Baſilium, Conſtantinum & Alexandrum Imperatores datas viriauit, & quædam quidem ex eis etaſit, quædam in rem ſuam inſcripſit, quædam contrario ſenſu inſeruit: hoc plane fine, vt ex iiſdem literis Ioannis, viderent vniuerſi, quaſi is & Concilium Romanum, &

Detegit eius impoſturas Metius.

D octauam Synodum œcumenicam damnaret, Photiumque Sanctis æquipararet. Federicus Metius Thermulatum Epiſcopus, eas quas Photius deprauauit, Latinas fecit, & collatis cum iis quæ in Regeſto Romano incorrupte conſeruantur, hominis impoſturas & malas artes veteratoris demonſtrauit. Cæterum erat quod Photius ad octauam Synodum reprobandam inſudaret: in ea enim cubitalibus literis ſua ſcelera notata eſſe ſciebat. Itaque vt eam aboleret, & Ioannis Papæ literas deprauauit, & ipſe eodem in loco Conſtantinopoli Pſeudoſynodum celebrauit, vt eam pro octaua œcumenica venditaret, ſeque dignum cœlo oſtenderet. Facile illi fuit Epiſcopos congregare. Nam & Legatos Apoſtolicæ ſedis corruperat, inque ſuam ſententiam traxerat, vt cæci cæcum ſequerentur.

IV. Tertium Legatum vt & reliquos a. etiam corrumpit Photius.

Quamquam vero Ioannes Papa prioribus Legatis tertium addidiſſet, Petrum S.R.E. presbyterum CardiE nalem; abſq; cuius arbitrio nihil omnino decernerent: tamen Photius peruerſus & hunc peruertit, & Commonitorium datum Legatis pari falſitate vitiauit, & in partem ſuam eſſe datum dixit; addito ad illud additamento; de abrogatione Concilii œcumenici octaui, ſub Hadriano Pontifice celebrati. Ita non accidit ſecundum quod in ſacris ſententiis eſt: *Funiculus triplex difficile rumpitur.* Siquidem arte ſua Photius illum in tenuiſſima fila reſoluit, & pro arbitrio vſus, telæ ſuæ quam erat orditus intexuit, etenim ad omnia & præ omnibus tres illi ab eo vnico, vt muta pecora ducti ſunt, magna cum ſedis Apoſtolicæ ignominia; vt numquam tam ſordida, tam-

que indigna bipe ſia ab Apoſtolica ſede fuerint miſſa, quæ etiam hanc indignitatem tolerarint, vt eis literas à Ioanne Papa ſcriptas Photius acceperit, & vt volebat Græco ſermone nou quidem reddiderit, ſed impoſturis, falſitatibus, & mendaciis reſperſerit, inque rem ſuam aptauerit.

V. Pſeudoſynodus Photiana die, anno, coſſ. caret vt pro œcumenica ſupponat Photius.

Porro quod Pſeudoſynodum Photianam attinet, neque die, neque anno, neque conſulibus eam definiuit, vt tãto facilius pro octaua Synodo ſupponeret. Numerum etiam Epiſcoporum trecentorum octuaginta trium finxit: cui promptum fuit nomina & ſubſcriptiones eorum componere. Paulum & Eugenium Legatos Ioannis ſibi communicaſſe iactauit: cum tamen illi in principio à communione eius abſtinerẽt. Eoſdem ſibi veſtes Sacerdotales & ornamenta Epiſcopalia à Ioanne detuliſſe mẽtitus eſt, cum in literis Ioannis quamuis ab eodem deprauatis, nulla eorum mentio habeatur. In ſecunda actione, B epiſtolas contra Synodum octauam aliquorum legi iuſſit. In tertia, negotium Bulgariæ ad iudicium Imperatoris reiecit. In quarta aliquos induxit, qui teſtificarentur Legatos Orientalium ad Synodum octauam miſſos, non fuiſſe ſedium Patriarchalium ſed Saracenorum. Induxit pariter & Legatos Romanos, poſtulantes, vt Synodus contra Photium habita abrogaretur, vtque ij qui Photio non communicarent, excommunicarentur. In quinta decreuit, ne à Photio excommunicati, à Pontifice Romano ſuſciperentur. In eadem ſeſſione calumniam Romanæ ſedi impoſuit, quaſi ſeptimam Synodum non recepiſſet. In ſexta actione, à Symbolo fidei, *filioq;* reiecit; & occulte Romanam Eccleſiam ſuggillauit. Baſilium etiam Imperatorem & filios induxit, vt actis Pſeudoſynodi ſubſcriberent, improbarentque cuncta quæ contra C Photium acta eſſent in octaua legitima Synodo, cui ipſe cum filiis ſubſcripſerat. In vltima ſeſſione lecta eſt in magna Eccleſia fidei definitio, in prædicta ſeſſione præcedenti probata, additis multiplicibus anathematiſmis, ſi quis quid adderet, vel minueret. Mirum eſt, quod eius temporis ſcriptores, neque Curopalates, nec Cedrenus, nec Zonaras, neque Glicas, neque Conſtantinus Manaſſes, de hac Photiana Pſeudoſynodo meminerint: cum tamen octauæ Synodi Oecumenicæ in qua Photius damnatus eſt, meminerint: cum tamen, ſi talis fuerit, tamque numeroſa, & quæ œcumenicam damnaſſet, haud videri poſſet ſilentio prætermiſſa. Suſpicio eſt, vt ea tota fuerit Photi ſtylo conficta, eiuſdemq; penicillo mendaciis colorata.

Seſſionum ſummæ.

In octaua Synodo œcumenica fuit damnatus Photius.

VI. Santabarenus magus def. fil. Conſtant. Imp. exhibet. c Zonaras.

Conſtantino Baſilii Imperat. primogenito defuncto, Theodorus Santabarenus, præſtigiis & necromantia clarus, eoq; nomine Baſilio familiaris, fertur Imperatori defunctũ filium oſtendiſſe viuentem, cum effeciſſet, vt Cõ- D ſtantinus equo inſidens patri occurrere videretur quem cum amplexus & deoſculatus eſſet, non amplius viderit Imperator. Aliis ſimilibus factis Santabarenus, Imperatore in admirationem adducto, effecerat, vt is totus ex ipſo penderet, & fidem ei haberet, neque vlla in re diſſideret. Imperator igitur hoc modo in Santabarenum affectus fuit.

VII. Leonem filium apud Patrem veteratoriè accuſat.

Sed Leo filius eius iam adultus, & Martinatii filia vxore ducta à patre Imperator ſalutatus, Santabareno non delectabatur, ſed eum veneficum appellabat, & præſtigiatorem, & Imperatoris deceptorem. His ille veluti ſpiculis quibuſdam ictus, ad vltionem inſurrexit, ſimulataque erga Leonem beneuolentia: Cum ſis, inquit, adoleſcens, Imperator, & cum patre veneris & equites, pugio E etiam tibi deferendus eſt, quo & contra feram viaris, & patri porrigas, cum res tulerit; aut etiam inſidiatores eius vlciſcaris. Is dolo non animaduerſo, pugionem, vt ille ſuaſerat, in calceo ferebat. Eo pugione Santabarenus ad delationem Leonis vſus: Imperator, inquit, filius tuus tibi inſidiatur. Indicio illud eſt; quod in venatu pugionem occultum gerit. His auditis venatum exiuit Baſilius; Leo patrem comitatus eſt. Inuento igitur pugione in calceo Leonis occultato, viſus eſt vera dixiſſe delator. Rei defenſione non admiſſa, ardens iracundia pater, filium in quodam cubiculo Imperatorio concluſit; cum animo oculos eruendi; Santabareno ad id eum inſtigante. Idque omnino futurum fuiſſet, niſi Photius & Princeps Senatus multis precibus Imperatorem à ſententia abduxiſſent.

IOANNIS PAP. VIII. ANN. VIII. BASILII Maced. Imp. ann. 14.

I. Ioan. PP reſtitutionem Photii approbat. a epiſt. 250. & 251.

ANno Chriſti 880. [a] Ioannes PP. cum primum intellexiſſet Photium ſedi Conſtantinopolitanæ reſtitutum eſſe exiſtimans id ad pacem Eccleſiarum conducere, eam reſtitutionem approbauit: ſed cum hac cautione in literis ad eundem & ad Baſilium adiecta: *Et ſi fortaſſe noſtri Legati in eadem Synodo cõtra Apoſtolicam præceptionẽ egerunt: nos nec recipimus, nec iudicamus alicuius exiſtere firmitatis.* Cum itaq; partim à reducibus Legatis, partim vero & magis abunde ab aliis Ioannes didiciſſet, quam plurima à Legatis & à Photio contra ſuam perceptionem acta fuiſſe. Namque præceperat, vt Photius coram Synodo erratorum & in Ignatium admiſſorum miſericordiam poſtularet: ille vero non tantum non petiit, ſed etiam omnia quæcumque olim contra Nicolaum, Hadrianum & Ignatiũ perpetraſſet à Synodo collaudati, omniaque contra ſe in octaua Synodo œcumenica tranſacta, damnari, reſcindiq; procurauit.

II. At auditis eius verſutiis in Synodo eum anathemate ferit cum ſociis. b Formoſ. ad Styliani.

[b] Conuocata itaque Synodo Ioannes in baſilica Principis Apoſtolorum, poſtquam Photius Eugenium ſocioſque eius ſeduxit, cum accepiſſet Euangelium & ambonem conſcendiſſet, omnibus audientibus ita dixit: *Quicumque non habet damnatum Photium diuina ſententia, ſicut ipſum reliquit Nicolaus & Hadrianus ſanctiſſimi Papæ prædeceſſores mei, ſit anathema.* Nec tantum Photius, ſed & Eugenius, & ſocii ipſius, quos ille vt ſecum communicarẽt adduxerat, quiq; etiam alios errare fecerunt, à Ioanne in ambone illos anathemate damnãte fuerant depoſiti. Synodo Romana abſoluta, miſit Ioannes Conſtantinopolim Marinum Epiſcopum Legatum: qui omnia à tribus illis; & à Pſeudoſynodo acta irritaret atque damnaret. [c] Conuocauit Marinus coram Baſilio Concilium Epiſcoporum, in quo commiſſa à Ioanne negotia feliciter trãſegerat. Et eum noluerit ſimul duci cum iis qui aliena ſentiebant, & quæ ipſe coram Baſilio ſynodicè geſſerat, diſſoluere, & annullare, ac irrita reddere; propterea 30. diebus carcere fuit detentus, id ſibi gloriæ potius tribuens, quam contumeliæ pro veritate pati.

c Stephan. PP. ad Baſilium Imp.

III. S. Method. Romam vocatus in Archiepiſcop ordinatur à Ioan PP. d Ioan epiſt. 247.

Hoc anno [d] ſanctus Methodius Morauiæ Apoſtolus, ab Ioanne accitus, Romam venit, vt rationem redderet fidei quam prædicabat. Cumq; coram Epiſcopis interrogatus, profeſſus eſſet, ſe orthodoxæ fidei ſymbolum ita credere, & inter ſacra miſſarum ſolemnia canere, ſicut S. Romana Eccl. ſia tenet, & in œcumenicis conciliis à S. Patribus ſecundum Euangelicam Chriſti Dei noſtri auctoritatem promulgatum atq; traditum conſtat: ad Eccleſiam propriis laboribus cõquiſitam remiſſus eſt, cum dignitate Archiepiſcopi.

IV. Slauorum lingua diuina celebrari permittit.

Presbyterum quoque eius Vuichinum nomine, Nitrenſis Eccleſiæ Epiſc. Ioannes tunc conſtituit, atq; oẽs Slauorum gẽtis qui in Morauia eſſent ſancto Methodio ſubiecit: poteſtatem inſuper conceſſit, Slauorum lingua, quorum literas Conſtantinus quidam Philoſophus repererat, laudes diuinas celebrandi. Neq; enim (ait ſcribens Sfentopulchro Comiti Morauiæ) tribus tantum, ſed omnibus linguis, Dominũ laudare, auctoritate ſacra monemur. Neque ſane fidei vel doctrinæ aliquid obſtat, ſiue miſſas in eadem Sclauonica lingua canere, ſiue ſacrũ Euangelium, vel lectiones diuinas noui & veteris teſtamenti bene trãſlatas & interpretatas legere, aut alia horarũ officia omnia pſallere: quoniã qui fecit tres linguas principales, Hebræam ſcilicet, Græcam & Latinam, ipſe creauit & alias omnes ad laudem & gloriam ſuam. Iubemus tamen, vt in omnibus Eccleſiis terræ veſtræ propter maiorem honorificentiam Euangelium Latine legatur, & poſtmodum Sclauonica lingua tranſlatum

in auribus populi Latina verba non intelligentis annuntietur, ſicut in quibuſdam Eccleſiis fieri videtur. Et ſi tibi & iudicibus tuis placet, miſſas Latina lingua magis audire, præcipimus, vt Latine miſſarum tibi ſolemnia celebrentur.

IV. Marchionē Tuſciæ & Ducē Spol. pœnitentes Ioan. PP. abſoluit. c epiſt. 258.

Eodem anno, menſe Nouemb. c Adalbertum Marchionem Tuſciæ, qui multa mala vrbi intulerat, vna cum Lamberto Duce Spoletino, conuerſum ad pœnitentiam, Ioannes Papa abſoluit.

Ioan. Pap. VIII. Ann. IX. Caroli III. Imp. ann. 1. Baſilii Maced. Imp. ann. 15.

I. Ioan. PP. excommunicat Athanaſium Epiſc. Neapolit. cum Saracenis fœderatum. a Leo Oſtiē. lib. 1. c. 42. b Ioan. epiſt. 270.

Anno *Chriſti* 881. Athanaſius Neapolitanus Epiſcopus, aſſumpta ciuili adminiſtratione eiuſdem ciuitatis, in tranſuerſum actus, conuerſus eſt, in arcum prauum. a Saracenis enim fœderatus, Beneuentum, Capuam, Salernum, Romamque depopulari cæpit; multaque templa, monaſteria, pagos & vrbes euertit. Contulerat ſe ad eum Ioannes Neapolim, vt à fœdere cum Saracenis inito illum reuocaret. Cæterum cum non poſſet, Romam reuerſus, Synodum conuocauit, & in ea hanc ſententiam contra eum ſcripſit: b *Omnibus Epiſcopis Caietam, Neapolim, Capuam, Berolaſim, Amalphim, Beneuentum & Salernum incolentibus. Athanaſium Neapolitanum Epiſcopum ſæpiſſimè admonitionibus, & multis argenti ponderibus datis, vt pactum cum Saracenis habitum diſrumperet, admonuimus. Ille autem idem pactum ſe omnimodo ſoluturum, & ab eorum ſocietate ſeparaturum eſſe promittens ſub ea conditione, vt ſi denuo cum illis quolibet modo fœdus habuiſſet, omni eſſet ſacerdotali honore priuatus & anathematizatus. Sed hæc omnia paruipendentem, & ad perditionem Chriſtianorum cum eis pactum habentem, & nos ſæpiſſime deludentem, & de præda eorum partem recipientem, iudicio & auctoritate Dei omnipotentis & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſimul & noſtra, cum omnibus ſequacibus ſuis, omni Eccleſiaſtica communione priuamus; & quouſque ſe ab ipſis Saracenis penitus ſegregauerit, velut totius Chriſtianitatis inimicum anathematizamus.* Hac ſententia Athanaſius percuſſus, miſit ad Ioannem Papam, Petrum Diaconum ſuum, qui beneficium abſolutionis ei obtineret. At Ioannes toties ab Athanaſio deceptus, noluit fidem ei adhibere. Sed Marinum Epiſcopum Legatum Neapolim miſit, qui præſcriberet, vt ſi vellet Eccleſiæ reconciliari, cæteros quidem Saracenos iugularet, Proceres vero illorum vinctos Romam tranſmitteret: neq; in poſterum aliquod fœdus cum eis percuteret. Quod ſi faceret, ſciret ſe & communione Eccleſiaſtica, & dignitate Epiſcopali priuandum, atque perpetuo anathemate damnandum.

II. Carol. Craſſus Romæ coronatur Imp. c Aimon. lib. 5. c. 40.

Eodem anno, c Carolus Craſſus, Italia in poſſeſſionem recepta Romam venit, & in die Natiuitatis Dominicæ diadema imperii ab Ioanne Papa accepit. Hincmarus Rhemenſis paræneticam ei ſcripſit, Eccleſiamque Gallicanam illi commendauit, orans vt eam pene collapſam reſtitueret, Regni diſſidia tolleret, Ludouici Balbi filiis idoneos Conſiliarios tribueret, qui eos docerent priuilegia Eccleſiaſtica tueri, Sacerdotes venerari, diuinum auxilium ſæpe implorare, orphanorum & pupillorum patrocinium ſuſcipere, improborum ſocietatem fugere, humilitatem, charitatem & manſuetudinem erga omnes ſectari.

III. Prodigia in Hiſpania & bellū Mauricum.

Eodem anno, vniuerſa Hiſpania terra mouit, multa ædificia concuſſa. Mahomede Rege ex ritu gentis ſactis in templo operante, fulmen repente delapſum, vnum & alterum ex iis qui prope erant interfecit: vnde magnus genti terror, neque vlla piacula cœleſtibus placandis omiſſa. Secutum eſt Mauricum bellum, quod plurimos Chriſtianorum exercuit. *Mariana lib. 7. c. 19.*

Ioann. Pp. VIII. Ann. X. Caroli III. Imp. An. 2. Baſilii Maced. Imp. ann. 16.

I. Saraceni Italiam de populantur & Rom. agrum. a Ioan. epiſt. 298.

Anno *Chriſti* 882. a Saraceni, cum Comitibus Italiæ, & Vuidone Marchione Spoletino, tanta clade Romani Pontificis & populi poſſeſſiones vaſtabant, vt vix Ioannes vel aliquis Romanorum auderet pedem efferre. Inter innumeras rapinas, deprædationes, & mala quamplurima, quidam ſceleratus, Longobardus nomine, homo Vuidonis Marchionis octuaginta tres homines cæpit, manibus ſingulis detruncatis apud Narnienſem ciuitatem. Ex quibus plures à tali inciſione perempti ſunt. In ea calamitate Ioannes auxilium Caroli Craſſi Imperatoris, & Adelfonſi magni Regis Gallæciæ per literas implorabat. Cumque in Gallias ea de re cogitaret ire, XVIII. Cal. Ian. mortuus eſt, ſepultus ante baſilicam S. Petri. Conſtituit vt Cardinales bis in hebdomada intra Palatium conuenirent, propter ſolicitudinem Eccleſiarum, & clericorum diſciplinam, & laicorum querimonias definiendas. Defuncto Ioanne, ſtatim tertio die electus fuit Pontifex Marinus Galleſio oppido oriundus, ille qui toties contra Photium depugnauit. Non enim alium poterant inuenire, quem opponerent tali monſtro.

Ioan. PP. moritur ſuccedit Marinus.

II. Mortuus Lud. Rex Germaniæ. b Frodoard. Hiſt. Rhem. lib. 3.

b Hincmarus etiam Rhemenſis hoc anno defunctus eſt. Fugerat ex ciuitate, incurſionem Northmanorum, per id temporis regnum Franciæ depopulantium. Cumque ſecum S. Rhemigii corpus extuliſſet, & ſiluestria loca trans fluuium Matronam expetiiſſet, apud villā Sparnacum defunctus eſt, vir ſcientia inſignis, verum ſedi Apoſtolicæ contumax. Mortuus eſt etiam Rex Germaniæ Ludouicus. Quo ſublato, facile fuit Northmannis, Leodium, Traiectum, Turgros, Tulpiacum, Vulpiacum, Noueſium, Coloniam Agrippinam, & Bonnam ciuitates cum adiacentibus caſtellis exuſſerunt. Prunienſe quoque cœnobium, interfectis omnibus quos ibi inuenerant, concremarunt. Rhemenſem ciuitatem nec murus, nec humana manus defendit, ſed Dei potentia, ac SS. merita, ne in illam hoſtes ingrederentur. Namq; grando inſolentis formæ & magnitudinis tunc ex inopinato cecidit, multiſq; hoſtiū percuſſis, reliquos ab inuaſione deterruit. Porro Carolus Imperator contra eos progreſſus, non ferro ſed auro eos exegit, datis duobus millibus & octoginta libris argenti ex Metenſi Eccleſiæ theſauro ablatis. Conceſſit quoque illis Friſiam vniuerſam, & vni eorum Godefrido, collocata in matrimonium Giſla Lotharii regis filia, cum pacto, vt is ſacra Chriſtianorum ſuſciperet. Ablutus eſt ſacro fonte vna cum eo, & Roricus eiuſdem gentis princeps, quem Hincmarus antequam moreretur monebat, vt ſemper in Dei voluntate & mandatorū illius obſeruatione proficiat, ſicut eū velle ac facere per multos audiebat; & vt nemo ei perſuadere valeat, quod contra Chriſtianos paganis auxiliū aut conſiliū præſtet, quia nihil ei prodeſſet baptiſmum Chriſtianitatis accepiſſe, ſi contra Chriſtianos per ſe vel per alios quoſcumq; peruerſa vel aduerſa fuerit machinatus.

Saraceni Germaniā euaſtant.

Carolus auro eos iacit.

III. Baptizantur Northmannorum Principes.

IV. 900. monachi à Barbaris cæſi. c Ioan. monach.

Hoc eodem anno, c monaſterium S. Vincentii ad Fontes Vulturni à Saracenis incenſum eſt, & nongenti in eo monachi ab iiſdem barbaris decollati ſunt.

Marini Pp. Ann. I. Caroli III. Imp. An. III. Baſilii Maced. Imp. ann. 17.

I. Marinus PP. Formoſum Epiſc. reuocat.

Anno *Chriſti* 883. Ad hæc vſque tempora Formoſus Portuenſis Epiſcopus, legationibus quamplurimis & conuerſione Bulgarorum clariſſimus, ſed ab Ioanne Romano Pontifice, vrbe & Eccleſia eiectus, atq; dignitate exutus perſeuerauit. Incertum, qua de cauſa Ioannes in illum tantopere ſæuierit, niſi forte acriorem dicendi libertatem, maximè in cauſa Photiana, in Photio vindicarit. Statim itaque ac Marinus Pontificatum obtinuit, cognita Formoſi cauſa, eum ad dignitatem, Eccleſiam, & vrbem reſtituit, atque ab ignominia liberauit, hacque de cauſa Baſilium irritauit. Nam is habuit ſcribere Marinum non eſſe Pontificem, quod ex ſede altera transferri non licet ad alteram. Cæterum his literis Stephanus Papa ſextus copioſe reſpondit. a Idem Pontifex Marinus Aelfredo Regi Angliæ, portionem non mo-

a Vuilhelm. de geſt. Reg. Angl. lib. 2. cap. 4.

dicam ligni S. Crucis miſit. Nam is Sigelinum Schireburgenſem Epiſcopum, Romam, & in Indias ad S. Thomæ Apoſtoli ſepulchrum, miſerat, qui gratias ad limina SS. Apoſtolorum referret, quod poſt multa exantlata pericula, Danos ex Anglia exegiſſet.

II. Photius proceſſ. Sp. S. à filio conuellere nititur. b *Eodem Biblioth. valliceл.*

Per id temporis [b] Photius Conſtantinopolitanus, Archiepiſcopo Aquileiæ, ſchiſmatic[a] ſchiſmatico, & perfidus perfido ſcripſit. In ea epiſtola inuectus eſt in Latinos, quaſi ſymbolum Nicænum, additione *filioque* deprauaſſent: totuſque in eo eſt, vt dogma de proceſſione Spiritus ſancti etiam à filio conuelleret; quamquam ſciret optime illud fuiſſe & SS. Patribus aſſertum. Multo ambitu orationis, & arte Peligna, conabatur perſuadere, ne hæ quatuor ſyllabæ adderentur.

III. Hugo Ætheteanus illi docte reſpondet. c *de hæreſ. lib. 3. c. 10.*

Cæterũ Hugo Ætherianus doctè illi reſpondebat, quia nulla inſimulatione, nulla reprehẽſione, nullaq; calumnia notandus eſt antiquioris Romæ Antiſtes, quod cauſa interpretationis dictionẽ vnam, dico autem, *ex filio* procedere Spiritum ſanctum, Sanctorumq; plurium Epiſcoporum, ſcientiſſimorum Cardinalium conſenſu habito, appoſuerit. Licuit enim ei, ſemperq; licebit fratres confirmare: decreta edere, eudere interpretationes, ſicubi aliquid obſcure ſcriptum ſit, & de voluntate ſcriptoris argumentari, iudicio voluntatis illius relicto facere, hoc perſuadente. Is enim eſt, cui oues & agni commiſſi ſunt, & ideirco non ſolum ſcripti recitator eſſe debet, verum interpres illorum quæ adſcripta non ſunt, vt caput ouium, & Dei paſtor. Qua in re manifeſtum eſt, antiquioris Romæ Pręſulem poteſtatem in Petro accepiſſe, fidem renouandi (vt verbis Patrum vtar) habendi curam & regimen omnium Sacerdotum, quinetiam omnium Chriſtianorum. Quare palã & publicè fit ex his, nequaquam licere cuipiam omnium calumniari ſanctiſſimam & magnam, omniumq; Principem Romanam Eccleſiã, quaſi aliam fidem cõſcripſerit, aut compoſuerit, aut docuerit. Nam neq; affert, neq; perdocet, neq; aliud tradit ſymbolum, ſi editum à SS. Patribus interpretetur, non perpetiens fidem labefactari apud quos ſemper effulſit. Quæ licet primatum habeat, attamen humiliat ſeipſam, reſpõdendo, quod Chalcedone celebrata ſynodus quõdã ſe calumniantibus reſpondit: Iniuſtè, inquit, arguor, dum non fidem, ſed memoriam renouo: non oppoſui, non ademi ſalutari ſymbolo, ſi dictionem occultam manifeſtaui. Renouaui enim vt Patres antedicti fidem, & appoſui Nicænæ, Conſtantinopolitanæ, atque Chalcedonenſi ſynodis, ſed nullo modo illis contraria; quia dũ illorum Patrum veſtigia perſequor, ſolummodo quæ tunc quæſita non ſunt, tempore poſt, per interpretationem & oppoſitionem verbi, quod non perſpicue ab omnibus intelligatur, enucleaui. Æquum eſt igitur, ratum habere, quod tanta Eccleſia decernit, quod tantus Pontifex enuntiat. Qui autem primæ ſedis, imo totius orbis Præſuli reſiſtunt, CHRISTI diſpoſitioni reſiſtunt, & niſi reſipiſcant, contumaciæ iudicio plectentur. Quicumque nauiculam Petri ſpernit, incaute nauigat, & niſi plumbeas moles peruicacitatis reiiciat, influent maria.

IV. Ioan. Scot. graphiis à diſcipulis confoſſus.

Hoc anno, Ioan. Scotus à pueris monaſterii cuiuſdam in Anglia quos docebat, graphiis confoſſus, occubuit, inter martyres in ſepulchrali marmore relatus.

IESV CHRISTI
Annus 884.

HADRIANI PP. III. ANN. I. CAROLI III. IMP. an. 4. Baſilii Maced. Imp. ann. 18.

I. Marini PP. obitus.

Hadriani PP. III. creatio.

ANNO *Chriſti* 884. Marinus Pont. Romanus poſtquam Photium impœnitentem, inq; deterius prolabentem execratus eſſet, neque vllis Baſilii precibus ad communionem cum eo ineundam induci poſſet, decimoquinto Calend. Februar. defunctus eſt. Succeſſorem accepit Hadrianum Romanum eius nominis tertium Pontificem; qui non minore zelo eundem impoſtorem Photium damnauit. Quamquam ſciret Baſilium Imperatorem velle pro eo terram cœlo miſcere. Namq; iram quam animo coquebat, per literas tunc Hadriano ſcriptas non redditas, euomuit: quibus poſtea Stephanus ſucceſſor abunde reſpondit.

Photius ſchiſmatic. damnatur.

II. Saraceni Caſſinum monaſter. exurunt & Bertharium Abb. martyrio afficiunt. a *Leo Oſtiẽ. lib. 1. c. 45.*

[a] Campaniam hoc anno Saraceni vaſtantes, etiam Caſſinum penetrarunt, & Bertharium Abbatem iuxta altare beati Martini occiderunt, & monaſterium exuſſerunt. Sola Eccleſia Domini Saluatoris non arſit, etſi pluries plurimos ignes illi ſubieciſſent. Porro monachi Theanum profecti, Angelgarium ſibi Abbatem præfecerunt, & in cella quæ in honorẽ B. Patris Benedicti fuerat conſtructa, manere cæperunt. Sepultus eſt autem memoratus Abbas & martyr Chriſti, ſanctus Bertharius in ſuperiori monaſterio iuxta Eccleſiam S. Benedicti in Capitulo fratrum. Adelfonſus Rex Gallæciæ fœdere in ſex annos cum Saracenis percuſſo, per Dulcitium Toletanum presbyterum corpora SS. martyrum Eugenii & Locritiæ multis miraculis clariſſima, ex Cordubenſi ciuitate in qua martyrium conſummarant, Ouetum tranſlata honorifice recondidit.

III Fœdus inter Adelfonſum Regem & Saracenos.

IESV CHRISTI
ANNVS 885.

STEPHANI PP. VI. AN. I. CAROLI III. IMP. ann. 5. Baſilii Macedon. Imperat. anno 19.

I. Hadriani PP obitus. a *Anaſtaſ. biblioth.* Stephanus PP. IV.

ANno *Chriſti* 885. [a] Hadrianus PP. decedens, Stephanum Romanũ ex presbytero SS. quatuor coronatorum electum ſucceſſorem Pontif. habuit, moribus bonis pollentẽ, literarum ſtudiis feruẽtem, & fere à teneris in Eccleſia enutritum. Erat enim Stephanus corpore caſtus, animo beneuolus, vultu hilaris, eloquio prudens, operibus largus, ingenio fæcundus, mærentium conſolator, pupillorum & inopum enutritor, omnibuſq; virtutũ floribus adornatus. Multam eo tempore paſſi fuerant Romani calamitatem, qua à locuſtis, qua à ſiccitate, qua à fame. Itaq; credentes ſe poſſe huius ſanctitate releuari, eum Pontif. delegerũt. Neq; eos ſpes fefellit. Priuſquam enim in Patriarchium Lateranenſe perduceretur, tanta pluuiarum cælitus facta eſt inundatio, quæ ſua vbertate terram à multo retro tempore aridam reficeret, vt aperto iudicio Deus oſtenderet, tanti viri meritis ac precibus omnibus populis ſe voluiſſe propitiari. Locuſtarum autem agmina ad eum modum extinxit. Quinque denarios aſſignauit, ſi quis ſextarium earundem attuliſſet. Cũ vero nec ſic minuerentur oratione facta aquam propriis manibus benedixit, vtq; prata locuſtis operta aſpergerent, præcepit. Factum, vt vbicumque ipſa aqua aſperſa eſt, nulla penitus locuſta remanſerit. Poſt conſecrationem, cum veſtiarium & ſacrarium S.R.E. inuiſeret; nec quicquam aut veſtium, aut vaſorum ſacrorũ, quinimo neque Crucem auream à Beliſario datam, neq; pecunias aliquas inueniſſet, ex patrimonio omnia in vſum Eccleſiæ, & pauperum accepit, egentibuſq; abundiſſime neceſſaria miniſtrauit.

Stephanus locuſtas aqua benedicta profligat.

II. Literæ Stephani PP. pro defenſione prædeceſſorum Pont. ad Baſilium in cauſa Photii. b *Cod. Columnen.*

Cæterum neq; fidei & Eccleſiæ res neglexit. Cum enim ex Baſilii Imp. literis ad prædeceſſorem ſuum datis intellexiſſet, ipſum ægre ferre, quod neque Marinus, neq; Hadrianus, voluiſſent Photio communicare, eidem reſcripſit Apoſtolico calamo dignam epiſtolam. Inter alia hæc ſcribebat; [b] *Si ouis Dei exiſtis* (quod in votis habemus) *ne tranſgrediaris limites Principum Apoſtolorum. Dic quæſo te: Quis te ſeduxit, vt Pontificẽ œcumenicum contumeliosi more ſchismatib. laceſſeres, & S.R.E. maledictis inceſſeres, cui cum omni veneratione ſubditus eſſe debes? An ignoras, quod hæc omnium Eccleſiarum princeps exiſtit? Quis te Pontificum iudicẽ conſtituit, quorum ſacris doctrinis dirigi debes, & a quibus preces pro te Deo offeruntur? Scis ſacrum illud elogium, quod ait: Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis meis nolite malignari? Hæc de omnibus Sacerdotibus dicta ſunt. DEO te æqualem*

facis,

Digitized by Google

facis, qui eius Angelos iudicare audes. Dicit enim Propheta: Labia Sacerdotis loquentur iudicium, & legem exquirent de ore eius: Angelus enim eſt Domini omnipotentis; Quomodo iudicatis Sacerdotes, qui ſolius Dei ſententiæ ſubijciuntur, & qui ſoli facultatem habent ligandi atque ſoluendi. Vide ad quodnā profundum te præcipitem dediſti. Audio in te, magnificentiſsime Imperator, laudari manſuetudinem, & patientiam Iob. Quapropter mirari ſatis non poſſum, quomodo ita turpiter lapſus ſis. Scripſiſti illum ſcilicet Marinum non eſſe Epiſcopum. Quomodo id noſti? Si vero id ignoras, quomodo ita præceps in eum ſententiam tuliſti? Magna quidem eſt Pontificum potentia. Non te latent res beati Ambroſii, & quid ipſe fecerit aduerſus Theodoſium Imperatorem. Quicumque dicunt, Marinum fuiſſe antea Epiſcopum, ac proinde non potuiſſe ad aliam ſedem transferri, oſtendant illi id aperte. Scito autem dilecte & omni honore digne Imperator, quod licet illi impedimento fuiſſet, quod obiicitur de Canone, cum tamen id nunquam fuerit: multitudo tamen SS. Patrum, & illorum auctoritas, & iudicium potuit illum conſtituere in primo gradu. Et Diuina prouidentia prænoſcens Eccleſiæ Dei vtilitatem, in ſede Principis Apoſtolorum Petri illum collocauit. Quid vero magnus ille Gregorius cognomento Theologus, nonne Nazianzo tranſlatus eſt, & Meletius Sebaſte Antiochiam, & Doſitheus Seleucia Tarſum Ciliciæ, & Reuerentius Archiphœnicæ Tyrum, Ioannes Gordoliæ Proconeſum, Theodorus Apamen Selymbriam, Alexander Cappadociæ Hierapolim? & multi alii diuerſis in locis tranſlati ſunt è ſuis ſedibus ad alienas. Dicat celſitudo tua, quibus accuſatoribus, & quibus teſtibus affirmantibus, beatum Marinum feciſſe quæ tu dicis, illum condemnaſti? An ignoras, in prima Nicæna Synodo quod beatus Papa Syluester proclamauerit per Legatos, reſidente ibidem ſancto Conſtantino, vt prima ſedes à nemine iudicetur. Hæc & plura alia Stephanus Baſilio, ad finem inſinuans, vt potius Stephano filio, iam ſacris initiato, Eccleſiam Conſtantinopolitanam committeret, quam lupum Photium vaſtatorem toleraret. Inuitabat illum pariter ad vrbis Romanæ ab Agarenis defenſionem, inſinuans maxima paupertate oppreſſam eſſe Eccleſiam Romanam; cum, ait, *neque oleum ſit nobis pro luminaribus Eccleſiæ iuxta debitum Dei honorem.*

III. Curat Stephanus PP. Eccleſias Occidental. c *Frodoard. lib. 4 hiſt. Rhemen. c. 1*

Non neglexit quoque Stephanus negotia Occidentalium Eccleſiarum. Namque poſcente [c] Fulcone Rhemenſi Archiepiſcopo priuilegia Eccleſiæ illius approbauit: Vuidonem Ducem eius cognatum pro filio adoptauit, & in ſpem imperii erexit: tum denique eidem & pluribus Epiſcopis Galliarum, in variis conſultationibus reſcripſit.

IV. Carolomā. obitus. d *Aimon. lib. 5 c. 45.* Ludouicus Ignauus ſucceſſor.

Eodem anno [d] mortuus eſt Rex Carolomannus. Succeſſit patri in Regno Ludouicus cognomento Ignauus: Ideo ſic nuncupatus, quod nihil ſtrenuè geſſiſſet, & Sanctimonialis ex kale monaſterio raptæ matrimonio ſe inquinaſſet. Fratrem porro illius Carolum ſimplicem, ex Adelaide poſteriori vxore natum, non maiorem ſex annis puerum, Fulco in patrocinium ſuſcepit, & Carolo Craſſo Imp. vt eius defenſionem acciperet, per literas commendauit.

IESV CHRISTI Annus 886.

Stephani Pp. VI. An. II. Caroli III. Imp. an. 6. Baſilii Maced. Imp. an. 20.

I. Leo Baſilii Imp. filius è carcere per pſittacum liberatur. a *Curopala.*

ANNO *Chriſti* 886. Baſilius Imp. paulo antequam moreretur, Leonem filium dolo Santabareni in ergaſtulum coniectum, ex ea occaſione eliberauit. [a] Erat in Regia, auis pſittacus, cui agnatum eſt humanam vocem imitari. Hæc ſiue ab aliquo edocta, ſiue alioquin caſu, ſæpe; *Heu, heu, Domine Leo*, pronunciabat. Cumque aliquando lautum feciſſet conuiuium Imperator, & auis præſente Senatu hæc eadem repeteret, mæſti à cibo abſtinebāt. Cauſam mæſtitiæ & abſtinentiæ interrogati, perfuſi lachrymis: Quem cibum, reſponderunt, o Imperator comedemus, quibus ab iſta rationis experte aue tale quid dicitur conuitium, cum tamen ratione præditi, & Domini noſtri ſtudioſi habeamur? Nam hoc animal ratione carens, ſuum dominum requirit. Nos autem genio indulgentes, dominum qui nihil peccauit, obliti ſumus. Qui ſi peccaſſe conuincitur, & in parentem dexteram armaſſe: omnes nos manu noſtra eum interficiemus, neque eius ſanguine vnquam explebimur. Si vero de quibus accuſatus eſt, calumniam coarguit; quoad lingua calumnians tantum in ipſum poterit? Mollitus his verbis Imperator, filium priſtino honori reſtituit: ipſe autem diarrhæa colliqueſcens, eodem Leone Imperii renunciato ſucceſſore deceſſit. Magnis Imperatoribus æquiparandus, ſi non ſe præuaricatione octauæ Synodi œcumenicæ, & Photii reſtitutione contaminaſſet.

Baſilii Imp. obitus, & Leonis ſubrogatio.

II. Laudabilia geſta Baſilii Imp.

Templa & monaſteria quam plurima ſiue inſtaurauit, ſiue à fundamentis erexit, ſiue imaginibus Diuæ Dei parentis aliorumque SS. exornauit: reditibus ditauit, Hymnocantoribus auxit: multos Iudæorum donis & largitionibus ad Chriſtianam religionem traxit; Bulgaros in fide confirmauit; Ruſſos ad fidem conuertit; Manichæos armis repreſſit: Leges ſaluberrimas ſcripſit; Menologium Sanctorum ſcribendum curauit: Scythas Chrouatos & Seruios deditione ſuſceptos à cæde Chriſtianorum continuit: Filio autem Leoni futuro Imperatori monita vere aurea, ſexaginta ſex capitibus comprehenſa, reliquit; quorum principes literæ hanc efficiunt ſententiam: *Baſilius in Chriſto Roman. Imp. Leoni charo filio, & Imperii collegæ.*

III. Literæ monitoriæ Baſilii ad Leonem filium.

Duas ex eis Lector habe: *Sanam*, inquit, *habe mentem in his quæ ad rectæ fidei doctrinam pertinent, & ſummo honore proſequere matrem tuam Eccleſiam, quæ in Spiritu ſancto te lactauit, & capiti tuo, ad Dei per Chriſtum laudem Imperij coronam mecum impoſuit. Si enim quos natura dedit tibi parentes, debes venerari, multo magis eos, qui te in Spiritu ſancto genuerunt, omni pietatis officio debes colere. Illi enim duraturam ad tempus vitam liberis per generationem impertiuntur: iſti vero æternam per generationem largiuntur. Honora ergo Eccleſiam Dei, vt tu viciſſim ab ea in honore habeare; & Sacerdotes eius reuerere tamquā ſpirituales patres, & deprecatores pro nobis ad Deum. Honor enim qui Sacerdotib. habetur, in Deum refertur; & ſicut propter te miniſtros tuos in honore habere iuſſū eſt, ita & propter Deum Sacerdotes eius magnifacere, & in pretio habere ſanctum. Quemadmodum enim honor qui eis habetur, ad Deum pertinet, ita eorum contumelia & contemptus longe etiam grauius eius iram prouocat.*

IV. Secundæ literæ Baſilii ad eundem.

Euoluere ne vnquam ceſſes hiſtorias veterum. Ibi enim reperies ſine labore, quæ alij magno cum labore congeſſerunt. Atque inde bonorum virtutes, & improborum vitia cognoſces, & vitæ humanæ varias mutationes, & rerum in ea conuerſiones, mundi huius inſtabilitatem, & Imperii ad cadendum pronitatem diſces. Breuiter malefactorum pœnas, & bonorum præmia leges; quorum illa effugies ne vltionis quæ inde ſequitur ſeueritatem patiaris, hæc autem amplecteris vt præmia quæ ex iis manant conſequi merearis. Hæc Baſilius cognomento Philoſophus.

V. De præclaris Baſilii ſcriptis.

Extat apud Illuſtriſſimum & Reuerendiſſimum P. Paulum Sfondratum Tit. S. Cæciliæ Cardinalem autographum Baſilii Menologium imaginibus magni pretii decoratum, per ſingulos dies, ſingulos Sanctos, quorum tunc memoria agitur oſtendens. Liber Baſilii, de iure, intercidit. Quam præclarus autem fuerit, ex his quæ apud alios reperiuntur accipe, ſimulque officium Patriarchæ atq; Epiſcopi diſce. Sic ſe habent in libro iuris Græcorum, ſub hoc titulo.

Qualem deceat eſſe Patriarcham.

Officium & definitio Patriarchæ. Patriarcha eſt imago Chriſti viua & animata, operibus & verbis in ſeipſa veritatem exprimens. Scopus Patriarchæ propoſitus eſt. Primum quidem vt quos à Deo accepit, in pietate ac honeſtate vitæ conſeruet. Deinde & omnes hæreticos pro virili ſua conuertat, ad rectam veritatis ſentētiam, & vnitatem Eccleſiæ. Vocantur autem hæretici tam legibus quam Canonibus, qui Catholicæ Eccleſiæ Societate non continentur. Præterea, vt infideles quoque claris & illuſtriſſimis & admirabilibus factis ſuis ſtupefaciens, imitatores fidei reddat. Finis Patriarchæ, creditarum ſibi animarum ſalus, & Chriſto quidem viuere, mundo vero crucifixum eſſe. *Propria* Patriarchæ, facultate docendi pollere, atque erga vniuerſos tam ſublimes quā humiles

Digitized by Google

æqualiter abſque animi contradictione ſemet gerere, ac manſuetum eſſe erga omnes ſe conuenientes, etiam in docendo & redarguendis contumacibus acrem. Pro veritate, æquitatiſque conſeruatione, proque pietate coram Imperatore loqui non erubeſcere. Cum autem Reſpubl. ex partibus & membris ad ſimilitudinem corporis humani conſtet; ampliſſimæ vero huius maximequè neceſſariæ partes ſunt Imperator & Patriarcha: ideoque ſubditorum pax & felicitas, tam animi ratione quam corporis eſt Imperii atque Pontificatus in omni vnanimitate conſenſus.

VI.
Ruſſi ex miraculo ad Chriſtum conuerſi.

Cæterum quod Ruſſorum ſeu Ruthenorum conuerſionem attinet, hi occaſione cuiuſdam miraculi ad fidem acceſſerunt. Miſerat ad eos Baſilius Archiepiſcop. quemdam, qui eius euangelium prędicaret. Cum autem adhuc ſuperſtitione tenerentur, & ipſe Princeps, & proceres illius, & adeo omnis natio, ſuum priſtinum cultum examinarēt, & Chriſtianorum fidem perpenderent, Archiepiſcopum illum qui ad eos nuper venerat acceritum Princeps interrogauit; quænam eſſent quæ ille annunciaret, quæ ipſum docere poſſet. Qui cum ſacrum diuinæ ſcripturæ librum protuliſſet, & quædam miracula recenſeret facta à Deo, quando humana forma aſſumpta apud homines erat; niſi aliquod (ita Ruſſorum multitudo reſpondit) ſimile nos conſpiciamus, & maxime quale aſſeris trium puerorum in fornace, nequaquā tibi creditum ſumus. Ille vero nunquam mentienti fide habita verbo illius qui dixit: Quodcumque petieritis in nomine meo, fiet vobis, &; Qui credit in me opera quæ facio & ipſe faciet, & maiora his faciet: Etſi, inquit, haud licet tentare Dominum Deum: attamen ſi ex animo decreuiſtis ad eum accedere, petite quodcumq; vultis, & hoc faciet omnino propter fidem veſtrā Deus, quamuis nos minimi ſimus & indigni. Ipſi autem ſtatim petierunt, diuini Euangelii volumen in ignem à ſe incenſum proiici, quod ſi illæſum ſeruaretur, ad eū ſe acceſſuros Deū, qui ab ipſo prædicaretur. Viſum eſt id faciendum. Et cum Sacerdos, ſublatis ad Deum oculis & manibus dixiſſet: Oſtende glorioſum ſanctum nomen tuum IESV Chriſte Deus noſter in oculis nationis huius: in fornacē proiectus eſt liber, incenſaq; fornace ad horas aliquot, & deinde penitus extincto & conſumpto igne, ſacrum illud volumen inuentum eſt permanſiſſe illæſum, nullo ab igne accepto detrimento. Quod conſpicati barbari, & miraculi magnitudine perculſi, ſine vlla controuerſia ad baptiſmum confugere.

VI.
De eximiis victoriis Baſilii Imp.

Id quidem ſub Baſilio Imperatore. Inter cuius præclaras Dei beneficio acceptas victorias, illa eſt memorabilis, qua magna gloria atque potentia claros hæreticos Manichæos ſub Theophrices eorum ciuitatis Principe Chyſochire militantes ſic proſtrauit, vt eorum innumera tunc multitudo collecta vt fumus euanuerit. Sed & in eo prælio magnopere eſt demonſtrata diuina potentia, quod ab eo geſtum eſt per Andream Ducem pium valde virum aduerſus Saracenos Tarſi regnantes, ad quem cū eorum Princeps literas miſiſſet ſuperbiæ & maledictorū plenas, & hæc indicantes: nunc videbo an Marię filius, *eiuſque parens tibi proderit, eum contra te cum meo exercitu progrediar. Quas literas conuicii plenas acceptas ipſi imagini Dei genetricis appendit, hæc locutus: Vide ô mater Dei, tuque ipſius Filius & Deus, qualia exprobrauit, & ſuperbè dixit contra tuum ſuperſtitem populum barbarus iſte arrogans. Quibus dictis, aſſumptis Romanis copiis contra Tarſum proficiſcebatur; & cum ad Podandum perueniſſet, ibi cum hoſtibus congreſſus, multâ cæde fudit & fugauit barbarorum multitudinem; cum prius ibi eorum Dominus occubuiſſet; pauci vero vix ſe Tarſum incolumes recepiſſent. Sepultis autem ſuis & hoſtibus in vnum locum coactis, magnaque erecta ad poſterorum memoriam columna, in patriam rediit cum ſpoliis, acceptam ferens Diuæ Genitrici victoriam.

IESV CHRISTI ANNVS 886.

LEONIS VI. IMPERATORIS AN. I.

ANNO Chriſti 886. [a] Iuſtis Baſilio Patri perſolutis Leo Imperator, Photium & Santabarenum impoſtores, ſibi aduerſantes expertus eſt. Cogitabat Theodorus quemdam Photii cognatum ad imperium euchere, & Leonem trucidare. Quorum conſilia cum Leoni renunciata eſſent, Photium quidem throno deiecit, & in monaſterium Armenorum relegauit: Impoſtorem vero Santabarenum flagris cæſum, oculis orbauit, & Athenas in exilium miſit; hominem ſecta Manichæum, profeſſione magum, ſimulatione Chriſtianum, & impoſturis quibus miracula affectabat, à Baſilio Imperatore creditum ſanctum. In locum autem Photii quem eiecit, Stephanum fratrem iam diaconi munere fungentem è monaſterio eductum, in ſedem Conſtantinopolitanam euexit, quidque cum Photio egiſſet, Stephano Pontifici Romano ſignificauit.

VII.
Photius Conſtantinop. Epiſc. ſolio ſuo deiectus.

Stephanus Epiſc. Conſtantinop. factus.

Eodem anno, die XVII. Ianuarii, [b] reperta ſunt in cœmeterio quodam viæ Salariæ, corpora ſanctorum martyrum Diodori, Mariani, & aliorum plurium, qui olim temporib' Stephani primi Papæ, ad venerationem Chryſanti & Dariæ recentium martyrum frequenti cœtu venerant, & occluſa à gentilibus per parietem ianua, ipſi quoque pari corona martyrii decorari meruerunt. Latuerunt vſque ad præſentem annum, nec niſi diuino beneficio reuelata ſunt. Deſiderabat Pontifex illa inuenire, adeoque foſſoribus iniunxerat, vt quærerent. Hi itaque cum foderent, inter montis ruinam quamdam, odore mirando perfuſi, eo indicio ſacra pignora illic recondita cognouerunt, & Stephano rem detulerunt. Nocturno tempore audiebātur in eadem crypta voces Angelorum pſallentium; lumenque inſolitum cernebatur, propter quod nemo propius audebat noctu illo accedere. Acceſſit tandem Stephanus, & litaniam indixit; congregatoque omni cœtu cleri & populi, diſcalceatus pedes, cum lampadibus, & crucibus, omnique apparatu Eccleſiaſtico, ſacras illas reliquias quas propriis manibus collegerat, feretro humeris ſuppoſitis extulit, & in vrbem tulit. Mirandum accidit, inter fodiendum, antequam ſacra oſſa reperta eſſent, lampas non niſi modicum olei habens, totis ſeptem diebus & noctibus miraculoſe ibi arſit oleo indeficiente. Adelfredus etiam quidam nomine operi præfectus, nonnihil ſacrarum reliquiarum clam ſubtraxerat: ſed mox grauiſſima infirmitate correptus, & lecto affixus, vidit duos venerandos viros in veſtibus albis, vultu terribili ad ſe venientes, increpanteſq; quomodo auderet, ſacra eorum corpora contingere: vtque illa reſtitueret, quæ abſtulerat, monentes. Cumq; ille negare vellet; ſe ea contigiſſe, vel quicquam ex eis rapuiſſe; viſus eſt ſibi, videre illos eoſdem duos viros, aliis iniungentes, vt eum finderent, inque partes ſcinderent, donec fateretur ſacrilegium ſe commiſiſſe, atque velle reddere, quæ tulerat. Totis ſeptem diebus ſemper hęc patiebatur; neq; poterat curari, donec furtum fateretur, & redderet. Stephanus porro Papa magnam partem reliquiarum, in Eccleſia ſanctorum Apoſtolorum; reliquam vero per diuerſos Cardinales titulos collocauit, & per monaſteria diuerſa diſtribuit, vbi plurimis poſtea fulgebant miraculis.

VIII.
Inuentæ reliquiæ martyrum Diodori & Mariani.
b apud Sur. die 17. Ian.

Miracula circa has reliquias.

IESV CHRISTI ANNVS 887.

STEPHANI PP. VI. AN. III. CAROLI III. IMP. an. 7. Leonis 6. Imp. ann. 2.

ANNO Chriſti 887. [a] Leo Imp. ſtatim atq; Photium & Santabarenū, omnium hominum peſtilentiſſimos eiecit, oēs Epiſc. presbyter. diaconos, monachos & reliquos pietatis cauſa exules, & in his Stylianū Neocæſariæ

a Codex Græc.

Metropo-

I. Imperatoris & Mapæ Epiſc. Cæſar. literæ pro diſpēſatione ad Pō.

Metropolitam, cognomento Mapam reuocauit: profeſſus; nec vllo pacto, decebat, cogam quemquam veſtrum, vt inuiti cum Photio communicetis, quin potius oro pietatem veſtram, vt communicetis cum fratre meo, & fiat vnum ouile. Sin autem inconſultis Romanis, qui Photium damnauerunt, nolueritis fratri meo cōuenire, quoniam videlicet à Photio diaconus fuit ordinatus: venite ſcribamus, & mittamus vna Romam ad Pontific. vt diſpenſet abſolutionē anathematis, iis qui à Photio fuerūt ordinati. Scripſit itaq; Leo Imp. ad Pontificem, ad quem etiam Mapa Metropolita Cæſareæ cum ſuis, & Conſtantinopolitanæ diœceſis Epiſcopis, presbyteris, diaconis, & cum omnibus Præpoſitis & presbyteris monachis per Occidentem & Orientem conſtitutis literas dedit, Photianique ſchiſmatis originem & progreſſus explicauit, obſecrans Stephanum, vt quoniam extorres ab Eccleſia per canonem, violentia ſeculari compulſi fuiſſent Photio communicare, eo eiecto, communioni & functionibus ſuis per miſericordiam ſedis Apoſtolicæ reſtituerentur. His verbis Mapa concludebat epiſtolam: *Quapropter tuā rogamus beatitudinem, vt populum* (parum abeſt) *deſperatum miſericorditer ſuſcipias. Rogat te Petrus, cuius ſedem adminiſtrandam obtines, qui ab omnium Domino edoctus fuit, vt ſeptuagies ſepties ignoſceret, etiam iis qui ſcienter deliquerint. Exaudi nos, vt etiam tu à Deo benignitatem deſuper obtineas, & longo tempore Eccleſiam Apoſtolicam regere valeas precibus ſanctiſſimæ Dei Genitricis, cæleſtium poteſtatum, Apoſtolorum, Prophetarum, Martyrum, Confeſſorum, & omnium Sanctorum.* Ad has

II Reſponſio Stephani PP. ad Imp.

literas Stephanus reſpondens, iudicium de Photio ſuſpendit; ignorans an abrenunciaſſet, an expulſus eſſet. Proinde ſignificauit, oportere, vtriuſque partis religioſiſſimos Epiſcopos mitti; vt perpenſa omni dubitatione, & veritate vtrimq; manifeſtata, *dicere*, inquit, *poſſimus, quod Deus voluerit. Romana enim Eccleſia inſtar ſpeculi & exemplaris reliquis Eccleſiis conſtituitur, & quodcumque definierit, in perpetuum manet incorruptum; & de hac cauſa ſententias magna cum inquiſitione ferre decet.* Hac epiſtola forte perculſus Photius, poſtea nuſquam comparuit: neque ſciri poteſt vbi locorum & qua morte obierit. Certum, quia ſchiſmatici ipſi pudore ſuffuſi Actionum ipſius ſcripta magno ſtudio conquirebant, & ne vulgarentur, neue perpetuo remanerent, ea incendebant.

III. Liberatā Northmannis Pariſien. b *Abbo. lib. 2. carm.*

Hoc anno,[b] Pariſienſis ciuitas à Northmanis obſeſſa, precibus Dei Genitricis, cui antiquitus dedicata eſt, & ſancti Germani Epiſcopi atque ſanctæ Genouefæ, aliorumque ſanctorum eius Eccleſiæ patronorum liberata fuit. Colonienſis Archiepiſcopus Synodum celebrauit,

IV. Synodus Colonienſ.

aduerſus raptores rerum Eccleſiaſticarum, oppreſſores pauperum, & inceſtas nuptias contrahentes.

V. De Athanaſii Neapol. Epiſc. calamitatibus & obitu.

Floruit hoc anno, Athanaſius Neapoli Sergio Præfecto patre natus, eo quod à Deo parentibus ſterilibus beati Athanaſii Epiſcopi Alexandrini interceſſione datus fuerit, ſic eſt appellatus. Hic in tantum profecit, vt Epiſcopo Neapolitano defuncto ſucceſſerit. Cum Epiſcopatum liberè exequeretur, multa à Sergio nepote impio, qui patri in Ducatu ſucceſſerat, incommoda, & calamitates paſſus eſt: nam ab eo in carcerem obſcurum eſt coniectus (licet poſtea dimiſſus fuerit, quod clerus & populus in Tyrannum concitaretur) & Epiſcopat. abdicare coactus. Cuius rei gratia, cum à Pontifice Dux & ciuitas anathemate percuſſa eſſet, ſanctus Epiſcopus Romam profectus, & à Pontifice benignè acceptus, dum impetrata populi Neapolitani abſolutione, ad Eccleſiam ſuam reuerteretur, in itinere apud Verulum obdormiuit Idibus Iulii. Eius corpus Caſinum delatum, ibi in æde ſancti Petri debito honore conditum fuit, donec ab Athanaſio II. Epiſcopo Neapolitano, Neapolim tranſlatum eſt. In qua tranſlatione, illud mirum accidit, quod cum lentè incederetur, præſertim in lectica, eadem tamen die à M. Caſino aduerſum vſque 60. m. p. diſtantem, peruentum eſt. Miraculis plurimis Neapoli enitens, ab ea ciuitate in Patronum vrbis acceptus eſt; maximè quod viuens, patriam apud Ludouicum Pium Imperatorem illi infenſum, opinione ſanctitatis, & eloquentiæ vi liberaſſet. *Ex Paul. Regio lib. 2. de SS. Reg. Neapolitan.*

IESV CHRISTI
Annvs 888.

Stephani Pap. VI. Ann. IV. Leonis VI. Imperatoris ann. 3.

I. Carol. Imp. rerum egeſtate oppreſſus, moritur a *Regino.*

Anno *Chriſti* 888. Idibus Ianuarii,[a] Carolus Imperator mortuus eſt, cum primum ab omnibus ſuis adeo derelictus eſſet, vt apud Arnulphum filium Carolomanni, victum quotidianum expoſceret. Iuſto Dei iudicio, illud perpeſſus eſt. Nam is ante Richardam coniugem leuiſſima ex ſuſpicione repudiaſſet; quamquam ipſa iureiurando interpoſito affirmaret, ſe nedum ab alio quopiam, ſed nec ab ipſo quoque Carolo vitiatam eſſe; & eouſque virginem perſeuerare.[b] Fertur libellus eiuſdem Caroli de viſione ipſi ante triennium oſtenſa de locis inferis & purgatoriis, in quibus complures Principum & Epiſcoporum vidit torqueri, qui bellorum ciuilium fomitem ſuccendiſſent.

b *Vuilelm. lib. 1. c. 2.*

II. Synodus Mogūt. pro ciuilibus bellis tollendis.

Per ea enim tempora Epiſcopi & Abbates in laude ponebant, in bellum procedere, in hoſtes irruere, eoſque cædere. Vnde fiebat, vt & ipſi ab illis viciſſim cæderentur, atque externis & ciuilibus bellis omnia deformarentur. Ad hos abuſus tollendos celebrata eſt Synodus Moguntina;[c] in qua deplorant templa euerſa, monaſteria direpta, Epiſcopos & reliquos Eccleſiaſticos vel gladio truncatos, vel diuerſis generibus mortis addictos: monachos autem & ſanctimoniales huc illucque vagantes.

c *tom 4. Cōcil. edit. Venet.*

III. Imperium inter multos diuiſum

Mortuo Carolo, Imperium in multas partes ſciſſum eſt. Berēgarium Foroiulienſes, Othonem Comitem Pariſienſes, Rodulphum Corradi filium aliqui alii, in Reges ſibi delegerunt.[d] Vuido autem Dux Spoletinus, & Italiæ Regnum & Imperium vniuerſum ſibi vſurpauit, & tandem à Formoſo Stephani ſucceſſore inunctus eſt.

d *Luitprād lib. 1. c. 6.*

[e] Mortuus eſt etiam S. Rembertus magnus Danorum Apoſtolus, ſancti Anſgarii in eadem functione imitator, & eius vitæ ſcriptor.

e *Adam lib. 1. c. 58*

Mortuus eſt pariter Stephanus Patriarcha Conſtantinopolitanus, in menologium Græcorum ad diem 17. Maii inter ſanctos relatus, hoc elogio.

IV. Elogium defuncti Stephani Epiſc. Conſtantinopolit.

Sancti Stephani Patriarchæ Conſtantinopolitani Baſilii Imperatoris filii memoria. Hic Baſilii quidem illuſtris Romanorū Imperatoris filius *fuit.* Et propter ſimplices eius mores atque prudentiam & quietem, virtutiſque ſublimitatem, adhuc iuuenis, Imperatoris & ſacræ Synodi, Clerique totius ac populi ſuffragio, Dei beneplacito atque iudicio Conſtantinopoleos Patriarcha fuit electus. In magno autem & ſacro throno collocatus, & magnum habens creditum gregem, totius illius Eccleſiæ curam gerens, vigil cuſtos, & verus Paſtor ad orthodoxæ fidei paſcua proprias agens pecudes, mendicos miſerans, viduas & orphanos protegens, iniuriamque patientes ab iniquorum eruens manibus, Deumq; colens in omnibus. Sic itaque faciens, & carnem continentia conſumens, in ipſo ætatis flore ad Chriſtū migrauit:[f] ab ipſis faſciis ſanctis. In eius locum ſuffectus eſt Antonius cognomento Cauleos.

f *Niceph. Philoſoph. in orat. funebri Antonii.*

V. In Anglia pecunia collecta Romā mittitur.

Per ea tempora,[g] Adelfredus Anglorum Epiſcopus collectam vniuerſalem tam clericis quā laicis indixit pro pecuniis colligendis, quas vna cum eleemoſynis per Æthelinum Vuintonieſem Epiſco. Romam miſit, & quicquid ex collectis deerat, de ſuo ſuppleuit.

g *Matthæus Vueſtmonaſt.*

VI Miraculum de imagine S. crucis lachrymas fundente.

Hoc eod. an.[h] in Aureliana vrbe Galliarum, contigit admodū memorabile atq; formidoloſum portentū. Erat ibi monaſterium cognomento Puellare, in honorem Apoſtolorum Principis conſecratum. In huius medio defixum ſtabat crucis vexillū, præ ſe ferens ipſius Saluatoris pro ſalute humana mortem patientis imaginem. Ab huius imaginis oculis per aliquot dierum ſpatiū, continuè,

h *Glaber. lib. 2. cap 5.*

multis

multis cernentibus, riuus emanauit lachrymarum. Ad quod nimirum terribile ſpectaculum inſpiciendum, multitudo maxima conuenit; dicentibus multis, quoddam eſſe præſagium ſuperuenturæ vrbi calamitatis. Quemadmodum enim ſaluator præſciens Hieroſolymæ euerſionem, ſuper illam fleuit, ſic denique & hanc Aurelianam paulo poſt imminentem cladem paſſuram, per expreſſam ſuæ imaginis figuram fleuiſſe comprobatur.

VI. De lupo Campanã pulſante.

Contigit & iſtud portentum. Noctu ingreſſis clericis ad laudes matutinas in Epiſcopali Eccleſia celebrãdas, ſubito lupus affuit, Eccleſiamq; ingreſſus, & funem ſigni ore arripiens, agitanſq; illud, inſonuit. Cernentes autem qui aderant, mentis ſtupore concuſſi, tandem clamore emiſſo, etſi inermes niſu, quo valuere illum exturbantes, ab Eccleſia expulerunt. Anno ſequenti, tota ciuitas arſit. Vbi cum etiam Eccleſia maior exuſta eſſet, Arnulphus genere & doctrina ſapientiæ pernobilis, ac paternorum fundorum reditibus locupletiſſimus, magno apparatu cœpit Eccleſiam Epiſcopalem, in honorem Sanctæ Crucis, à fundamentis extruere. Cumq; attentius operi inſiſteret, & cæmentarii fundamenta baſilicę locaturi, telluris perſcrutarentur ſoliditatem, copioſa auri pondera repererunt, quæ ad maximæ baſilicæ fabricam perficiendam abundanter ſuffecerunt.

Aurelium incendio conflagrat

IESV CHRISTI Ann. 889.

STEPHANI PAPÆ VI. ANN. 5. LEONIS VI. Imper. ann. 4.

I. Hunni Germaniam & Gall. affligunt. a *Luitpran.*

ANno Chriſti 889.[a] Arnulphus Rex, vt Zuuentebaldum aduerſantem ſibi in ordinem redigeret, cæca ambitione ductus, Hunnos in auxilium aduocauit. Totam illi Germaniam & vniuerſam fere Galliam pererrantes, multas mulieribus viduitates, patribus orbitates, virginibus corruptiones, ſacerdotibus populiſque Dei captiuitates, Eccleſiis deſolationes, terris inhabitatis ſolitudines attulerunt.

II. Legatio Orientaliũ ad Stephanum Pap. b *Cod. Colum.*

Eodem anno [b] Orientalium plurimi Epiſcopi, Stephano Papæ ſupplices literas ſcripſerunt, orantes, pro iis qui Photium inuiti receperunt, vt ad functiones Eccleſiaſticas aſſumantur & reſtituantur. Hoc.n. etiam, inquiebant, Magnus Athanaſius Alexandriæ Patriarcha ad Ruſticũ ſcripſit, quod oportet in Synodicis cõuentibus principes hęreſum & Schiſmatum damnatos reiicere, reliquos vero cum diſpenſatione recipere. Huic epiſtolæ Stephanus cum morte præuentus reſpondere minime potuiſſet, reſcripſit Formoſus.

IESV CHRISTI Ann. 890.

STEPHANI PAPÆ VI. ANN. 6. LEONIS VI. Imper. ann. 5.

I. Decreta Stephani Pap cõtra maleficos Chriſtianos. a *Cod. Anaſtaſ.*

ANno Chriſti 890.[a] Stephanus Papa videns in templis, Chriſtianos quidem non tantum ocioſis verbis, verum & maleficiis vacare, Præfectos autem ſacrarii, facultatem celebrandi ſacrificia, ſacerdotibus vendere, horum quidem auaritiam lege repreſſit, in illorum autem petulantiam & inſolentiam pro Concione inuectus eſt; iſtud addens: *Quiſquis deinceps tali contagio ſe polluere tentauerit, vt Chriſto contempto dæmones Chriſtianus adoret; alienum viuifici fieri corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, Spiritus Sancti iudicio, donec à tanta reſipiſcat ignauia, iudicamus. Qui vero tam ſalubribus interdictis contemptor extiterit, & in eadem peſtifera pertinacia perſeuerans, reſipiſcere neglexerit; in perpetuum à Deo Patre & Ieſu Chriſto Filio eius ſit anathema.*

Curauit deinde Stephanus, vt quicquid habere poſ-

A ſet ſacris daret Eccleſiis. Captiuos redimeret, ſolicitus exiſtens pro omnium ſalute. quia cum fama eius nominis atque actuum tam per Orientales, quam per Occidentales partes diffamaretur, pene omnes ad eum accurrebant, vt eius perciperent benedictionem.

II. Obitus virorum illuſtrium.

Hoc anno mortuus eſt, vir inſigni doctrina & ſanctitate, Samſon Abbas S. Zoili Cordubæ ciuitatis, qui inter perſecutiones Sarracenicas, perpetua confeſſione virtutem ſuæ conſtantiæ approbauit Eccleſiæ. Mortuus eſt indidem in Hiſpania S. Vintila qui in Orenſi diæceſi vitam eremiticam maxima cum laude vixit.

III. Eccleſia Morauien. exagitata. b *Regino.* IV. De Alani Ducis Britan. geſtis & victoriis.

[b] Eccleſia Morauiæ per hoc tempus afflictata eſt vehementer, occaſione defectionis eius Principis ab Arnulpho Rege; qui in eam ingreſſus prouinciam, omnes quas in ea reperit vrbes demolitus eſt; magno ſcandalo B Chriſtianorum. Eodem anno Dux Britanniæ Alanus coadunata tota contra hoſtes Northmannos Britannia tale votum vouit: vt ſi aduerſarios per diuinam virtutem ſuperare poſſet, decimam partem omnium ſuorum bonorum, Deo & Sancto Petro Romam deſtinaret. Omnibuſque autem Britonibus idem votum ſpondentibus, ad pugnam proceſſit, & commiſſo prælio, tanta ſtrage hoſtes fudit, vt vix quadringenti viri ex quindecim millibus ad claſſem repedarint.

V. Nicolaus Epiſc. Conſtantinop. c *Apud Metaph.* 12. *Febr.*

[c] Conſtantinopoli die duodecima Febr. Antonius Patriarcha magnæ ſanctitatis, & pro vnitate Eccleſiæ ardentiſſimi zeli mortuus eſt. Succeſſit ei in Epiſcopio, Nicolaus cognomento Myſticus. Erat id nomen dignitatis primæ poſt Chartularium; geſtabatq; pro inſigni, C tiaram, & prætextam locis vittatam.

IESV CHRISTI Ann. 891.

FORMOSI PAPÆ ANNO I. LEONIS VI. Imper. ann. 6.

I. Formoſus Pap. creatur.

ANno Chriſti 891. Stephano Pontifici Romano defuncto, in Epiſcopatum Eccleſiæ Catholicæ ſucceſſit Formoſus, ex Portuenſi Epiſcopio propter magnam ſanctitatem, & doctrinam, & in rebus præclare geſtis dexteritatem, ſollertiamq; tranſlatus. Mentiuntur, qui illi à Sergio, à quadam parte contra eum ele- D cto, commiſſa facinora affingunt. Tanta enim opinione virtutis fuit, vt ille Pontificibus Romanis non ſatis æquus Hincmarus, eius & familiaritatem, & orationes per literas expeteret.

II. Mittit Legatos Cõſtantinopolim in cauſa Photii.

Hic literis Orientalium ad Stephanum præmortuum datis reſponſurus, miſit Conſtantinopolim Legatos Epiſcopos, Landenulphum Capuanum, & Theophylactum Metropolitanum Ancyræ, & Petrum quemdam ſuum fidelem, qui ſententiam contra Photium ab eo approbatam promulgarent; ordinatos autem ab eo ſub conditione iſta reciperent, vt oblatis libellis ſe deliquiſſe faterentur, & pœnitentia veniam deprecarentur, pollicentes ſe nunquam tale quid commiſſuros.

E

IESV CHRISTI Ann. 892.

FORMOSI PAPÆ ANNO 2. WIDONIS IMP. ann. 1. Leonis VI. Imp. ann. 7.

I. Wido Regum inuidiam incurrit. a *Reginõ & Luitprand.*

ANno Chriſti 892.[a] Formoſus Pontifex, eò quia Widonem hactenus ſibi imperium vſurpantem, diademate imperatorio coronaſſet, magnam ſibi inuidiam apud Romanos; atque Arnulphum & Berengarium Reges conflauit. Natus eſt aliquot ante annis filius Lambertus Widoni. Northmanni Gallias vaſtabant, & Prumienſe monaſterium ſpoliarant, vbi tunc Regino Abbas hiſtoriarum ſui temporis ſcriptor, inui-

Digitized by Google

dorum perſecutione à dignitate deiectus eſt. Carolo ſimplici quatuordecim annorum puero, Fulco Rhemēſis Archiepiſcopus ex conſilio Synodi Regnum detulit, Odone Comite depulſo, qui illud tyrannice vſurpauerat. Aſſerebat, Regnum Galliarum ad hæredes legitimos, non ad alios pertinere.

II. Martyriū Arni Epiſc. b Ditmar. lib. 1.

b Arnus Epiſcopus vir Zeburgenſis Eccleſiæ nonus, cum ab expeditione Boemorum reuerſus, in pago Cutizi dicto, iuxta plateam, in parte Septentrionali, fixo ſuper vnum collem tentorio Miſſam caneret, hoſtili circumuallatus agmine, præmiſſiſq; omnibus per Martyrium, cum ſociis ſemetipſum obtulit, Deo Patri. In eodem loco multo tempore accenſa ſæpe videbantur luminaria, & Sanctos Martyres hos eſſe, nec Slaui dubitabant.

IESV CHRISTI Annus 893.

FORMOSI PAPÆ ANNO 3. WIDONIS IMP. ann. 2. Leonis VI. Imp. ann. 8.

I. Synodus Romana pro ſedandis perſecutionibus Eccleſiæ. a Freiewald lib 4 c. 2.

ANno Chriſti 893.[a] Propter grauiſſimas Eccleſiæ perſecutiones, Formoſus Papa Romæ indixit Synodum, ad quam inter cæteros Tranſalpinos Epiſcopos, vocauit Fulconem Rhemenſem Epiſcopum. Natæ erant hæ perſecutiones, partim à Photianis in Oriente, partim ab Epiſcopis Schiſmaticis in Africa, partim à Northmannis in Gallia. Itaq; vt eis obuiam iret, die Kalend. Mart. Synodum celebrauit. Porro Euerardo Comiti Romam venienti corpus S. Calliſti Papæ & Martyris dedit; cumq; in honorem Sancti Pontificis monaſterium ædificaſſet; illud autem Rodulpho Abbati hæreditario iure obueniſſet, priuilegiis quamplurimis illud roborauit.

II. Lambertus Imperator vnctus. b Curopal.

Eodem etiam anno Lamberthum Widonis filium ſacro vnguento in Imperatorem collegam Formoſum iunxit. b quo tempore Leo Imper. Turcarum & Hunnorum auxiliaribus copiis contra Bulgaros decertauit. Factum eſt tunc, vt Bulgari Romanæ Eccleſiæ, à qua donatiis & blanditiis Græcorum deſciuerant, ſe ſponte ſubiecerint.

III. Gregorii Scotorum Regis obitus, eius ſanctiones pro ſacerdotum immunitate.

Hoc anno, in fata conceſſit, Gregorius Scotorū Rex. Is olim, Sconæ, patrio ritu in fatali cathedra regio inſignitus diademate cum non ignoraret diuinam opem firmiſſimum eſſe regnis Regibuſque ſtabilimentum, atque ſine ea regna conſiſtere non poſſe, vt felici auſpicio inchoaret principatum & Fotſair primatum facto conſeſſu, pro Chriſti religionis augmento, quo liberius pietati addicti ſynceram colerent religionem, ſanxit cum omnium ſuffragiis, vt ſacerdotes à tributo & regiis (vt dicunt) exactionibus, militiaque deinceps eſſent immunes: ad prophana non traherentur iudicia. nonniſi ſanctis coram Epiſcopis cauſas dicerent. eſſet penes Antiſtites, priuatos publicoſque cogere præſtitam ſeruare fidem, violatam punire, ſanctiones edere in Chriſtianæ religionis commodum; diſſerere de controuerſiis, quæ de violata fide, re matrimoniali, frugum cæterorumq; fructuum decimis (erat ab initio ea portio ſacerdotibus deſtinata) teſtamentis, legatis, Legatariis orirentur: leges ac religiones interpretari. Iudicium iſt Dei Dinot ūq; blaſphemos, periuros, magicos, & non recte de Chriſti dogmate ſentientes ferre, quibus decernerent afficiendos ſuppliciis. Non obtemperantes ipſorum decretis diris execrationibus perſequi, qui videlicet prohiberentur veluti impii humanis congreſſibus, teſtimonium non ferrent, neq; quemlibet exercerent magiſtratum.

Erat & præter hæc Gregorii Sanctio, quam Scotorum Reges exinde religioſe obſeruarunt: vt Regium inter Scotos obiens faſtigium, ſacra atteſtatione firmaret, fidei adhibito Sacramento ſeſe Chriſti Eccleſiæ decus, libertatem, ſacerdoteſque ſumma ope ad vitæ exitum protecturum: haud paſſurum ſacris magiſtratibus, eo-

A rum ſanctionibus, religioniſque miniſtris haud officere. Erat Gregorio ingenitus quidam pietatis cultus, tantaque in ſermone ſententiarum grauitas, tantum in verbis pondus moduſque ac tam exquiſiti mores, vt quidquid diceret, ageretque, æqua trutina examinarum putaretur. Cœlebs ei vita fuit; abdicata Venere, perpetua caſtitate inſignis; iis ab adoleſcentia formata inſtitutis, quæ à lubrico retardarent.

IESV CHRISTI Annus 894.

FORMOSI PAPÆ ANNO 4. WIDONIS IMP. ann. 3. Leonis VI Imp. ann. 9.

B

ANno Chriſti 894. Formoſus Pontifex in diuerſis Negotiis Gallicanæ Eccleſiæ Fulconi Rhemenſi Archiepiſcopo frequentius conſulenti reſcripſit.[a] Regem quoque Anglorum Eduuardum comminata excommunicatione perterruit, vt Eccleſiis propter Danorum incurſus, ab Epiſcopis derelictis, prouideret, viroſque ſanctitate & prudentia illuſtres eis præficeret. Nam ad præſens nonniſi duo Epiſcopi in Anglia remanſerant. Conuentu itaq; Procerum ad certam diem indicto, de conſilio Pleimundi Archiepiſcopi Canthuarienſis, ſeptem Eccleſiis Epiſcopos repræſentauit à ſummo Pontif. conſecrandos.

I. Formoſus in Concil. Anglicano laborat pro pace Franciæ. a Wilelm. de reb. geſt. Reg. Angl. lib. 2.

C

IESV CHRISTI Annus 895.

FORMOSI PAPÆ ANN. 5. WIDONIS Imp. ann. 4. Leonis Imp. VI. ann. 10.

ANno Chriſti 895. Atto Archiepiſcopus Moguntinus, præſente Arnulpho Rege Synodum Triburi in Germania menſe Maio celebrauit. Sancita eſt in eo Eccleſiaſtica diſciplina; editis canonibus: 1. vt excommunicati ac Epiſcopi, ſi contemnant, nec ad pœnitentiam reuocentur, tanquam rebelles capiantur & ad Regem ducantur. 2. ne quis bannum ab Epiſcopis impoſitum contēnat, neq; tranſgrediatur, ſed ipſi omnes obediant. 3. vt cauſæ clericorum cum presbyteris Epiſcopo præcipiente finiantur. Præter alios canones, eſt quoque vnus contra falſis Apoſtolicis literis vtentes, dignus qui recenſeatur. Sic autem ſe habet.[a] In memoriam Beati Petri Apoſtoli honoremus Sanctam Romanam & Apoſtolicam ſedem; vt quæ nobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſe debeat magiſtra Eccleſiaſticæ rationis. Quare ſeruanda eſt cum manſuetudine humilitas: vt licet vix ferendum ab illa ſancta ſede imponatur iugum, conferamus, & pia deuotione toleremus. Si vero (quod non decet) quilibet ſiue ſit presbyter, ſiue diaconus, aliquam perturbationem machinando, & noſtro miniſterio inſidiando redarguatur falſam ab Apoſtolico detuliſſe epiſtolam, vel aliud quid, quod inde non conuenerit: ſalua fide & integra circa Apoſtolicum humilitate, penes Epiſcopum ſit poteſtas vtrum eum in carcerem, aut in aliam detrudat cuſtodiam, vſquequo per epiſtolam, aut per idoneos partis ſuæ Legatos Apoſtolicam interpellet ſublimitatem, vt potiſſimum ſua ſancta legatione dignetur decernere, quid de talibus iuſto ordine lex Romana ſtatuat definite; vt & is corrigatur, & cæteris modus imponatur.

I. Synodus Triburen. pro diſciplina Eccl.

D

a Concil. Tribur. c. 30.

E

Digitized by Google

IESV CHRISTI
Annus 896.

Formosi Papæ Ann. 6. Widonis Imp. ann. 5. Leonis VI. Imp. ann. 11.

I. Obitus Formoſi Pap. *a Regino.*

Arnulphi Regis inauguratio.

ANno Chriſti 896. [a] Formoſus Papa intolerandis ærumnis à Romanis diuexatus, hoc anno 18. Kalen. Ian. ex hac vita migrauit: cum prius Arnulphum Regem, in auxilium ſuum vocaſſet, atque venientem in vrbem Romanorum Imperatorem renunciaſſet. Hæc Arnulphi inauguratio magnam inuidiam Formoſo conflauit. Is enim paulo ante, Widoni & Lamberto imperium detulerat. Ioannes poſtmodum eius nominis Papa nonus, tanquam ſubreptam & nullam, decreto Synodali reiecit atque damnauit. neque vllus iudicio pollens Arnulphum retulit in ſeriem Imperatorum.

II. Bonifacius ſedem Apoſtolicam inuadit.

Mortuo Formoſo, Bonifacius quidam, ſemel diaconatus gradu, & iterum presbyterii dignitate, propter facinora exutus, damnatuſq; tyrannide ſedem inuaſit, ac diebus quindecim tenuit; digladiantibus inter ſe Romanis, aliis quidem Arnulpho, aliis vero Widoni addictis.

IESV CHRISTI
Annus 897.

Stephani Papæ VII. Anno 1. Widonis Imp. ann. 6. Leonis VI. Imp. ann. 12.

I. Bonifacius ſede pellitur ſubrogato Stephano VII. *a Luitpran. lib 1. c. 8.*

ANno Chriſti 897. [a] Adelbertus Marchio Tuſciæ, propter maximam potentiam, qua cæteris ducibus Italiæ præſtabat, cognomento Diues, monſtrum illud, ſcilicet Bonifacium intruſum vi eiecit, ſed non meliorem quidem, non quidem Sergium, ſed Stephanum, eo nomine ſeptimum intruſit: vtq; à Clero aſſumptio eius rata haberetur obtinuit. Hic impius, doctrinarumque ſanctarum inſcius, Formoſum è ſepulchro extrahere, atq; in ſedem Romani Pontificatus, ſacerdotalibus indutum collocare præcepit. Cui ait: Cum Portuenſis eſſes Epiſcopus, cur ambitionis Spiritu Romanam vniuerſalem ſedem vſurpaſti? His expletis, ſacratis mox exutum veſtimentis, digitiſque tribus abſciſſis, quibus benedicere moris eſt, in Tyberim iactare præcepit; cunctoſque quos ipſe ordinauerat, gradu proprio depoſitos iterum ordinauit. enim & hi qui à Iuda Domini noſtri Ieſu Chriſti proditore, ante proditionem ſalutem ſeu benedictionem Apoſtolicam perceperant, ea poſt proditionem ſuſpenſionemq; illius minime ſunt priuati, niſi quos improba forte fœdarunt flagitia.

Stephani Pſeudopapæ Impietas in cadauer Formoſi Pap.

II. Miraculum pro innocentia Formoſi Pap.

Voluit Deus in deteſtationem immanitatis Stephani, & in teſtimonium ſanctitatis Formoſi miraculum oſtendere. Siquidem dum à piſcatoribus poſtmodum eſſet inuentus, atque ad B. Petri Apoſtolorum Principis Eccleſiam deportatus; Sanctorum imagines hunc in loculo poſitum venerabiliter ſalutarunt. Ioannes poſtea Pontifex conuocato Concilio Romano, acta Stephani contra Formoſum damnauit. Nam & Stephanus Synodo congregata, omnia quæ immaniter in Formoſum geſſerat, Synodice confirmarat.

III. Conſtantia ſedis Apoſtolicæ in fide Catholica.

Eiuſmodi aliquot homines monſtruoſos, vita turpiſſimos, moribus perditiſſimos, & vſquequaque fœdiſſimos contigit, à Marchionibus & Ducibus Italiæ in ſedem Romanam violenter ſubrogari. qui quod à Fide Catholica non receſſiſſent, quinimo eam conſtanter tenuiſſent, inter Pontifices conſenſu cleri receptos numerantur. Sed de quibus illud poſſet prophenticum dici, *Omne caput languidum.*

b Frodoard. lib 4. c. 4.

[b] Sane Galliarum Epiſcopi, & inter hos Fulco Rhemenſis, maximo honore, Stephanum, propter dignitatem officii habuerunt, eique obſequentes fuere: quamquam ſcirent illum tam turpiter infamatum. Accidit tunc, vt ſacroſancta baſilica Lateranenſis, primaria Pontificis ſedes, Angelo malo impulſore, ab altari vſque ad portas ſolo proſtrata penitus corruerit, nec niſi Sanctuarium ipſum integrum, in quo ſedes Pontificia eminebat, remanſerit euidenti indicio, Romanam ſedem tantopere inconcuſſam perſiſtere, vt neque portæ inferi illi præualerent: vtpote cuius Thronus ſicut ſol, & ſicut Luna perfecta in æternum.

IESV CHRISTI
Annus 898.

Stephani Papæ VII. Anno 2. Widonis Imper. ann. 7. Leonis VI. Imp. anno 13.

I. Carolus Simplex Rex Fr. quærit amicitiam Northmannorum. *a Frodoardus histor. Rhemen. lib 4. c 5*

ANno Chriſti 898. [a] Carolus Rex cognomento ſimplex, metuens ſibi ab Odone Rege pariter in Galliis regnante, cogitabat auxiliares ſibi facere Northmannos. Quod cum primum ſciſſet Fulco Rhemenſis Archiepiſcopus, dignam, quæ à Politicis, qui omnia & diuina & humana iura propter lucellum mundanum contemnere ſolent, legatur, & memoria teneatur, ſcripſit Carolo iuueni epiſtolam. Ita habet:

Literæ Fulconis Rhemen. Archiep. ad Carol. de non incunda Societate cum Infidelibus.

Quis enim, inquit, *qui vobis ſicut oportet fidelis eſt, non expaueſcat, vos inimicorum Dei amicitiam velle, & in cladem ac ruinam nominis Chriſtiani, pagana arma & fœdera deteſtanda ſuſcipere: Nihil enim diſtat, vtrum quis ſe paganis ſociet, an abnegato Deo idola adoret. Nam ſi, vt ait Apoſtolus, bonos mores colloquia mala corrumpunt: quanto magis corrumpitur caſtitas animæ Chriſtianæ inimicorum ex conſiliis & ſocietate? Neque enim poterit non imitari quod aſſidue viderit; quinpotius aſſueſcet paulatim, & quaſi vinculo malæ conſuetudinis trahetur ad facinus. Certo progenitores veſtri Reges depoſito Gentilitio errore, diuino cultui ſe humiliter ſubdiderunt, & à Deo ſemper auxilium expetierunt; propter quod & feliciter regnauerunt, & Regni hæreditatem ad ſuos poſteros tranſmiſerunt. Vos econtra nunc Deum relinquitis (dicam certe licet nolens, quia Deum relinquitis cum vos eius hoſtibus ſociatis) vnde & merito propheticæ illa vox ad vos dirigitur, quæ quondam ad Regem Iſrael ſimilia facientem directa eſt:* Quia impio præbes auxilium, & his qui oderunt Deum amicitia iungeris. 2. Paral. 19.
Et certe cum deberetis malis præteritis terminum ponere, & rapinis & depradationibus pauperum renunciare, ac pro his omnibus pœnitentiam agere: nunc ad maiorem iram Dei prouocandam his qui Deum ignorant, & in ſua feritate confidunt, vos coniungitis. Credite mihi, quia nunquam ſic agendo ad Regnum peruenietis, immo velociter diſperdet vos Deus quem irritatis. Reuera qui tale vobis dant conſilium, non fideles, ſed per omnia infideles eſſe comprobantur. quos ſi audire volueritis, terrenum ſimul & cæleſte Regnum amittetis. Deprecor itaque vos per Deum, vt tale deſeratis conſilium, neque velitis vos maternum præcipitare interitum, & mihi cæteriſque, qui ſecundum Deum fideles vobis ſunt, æterni doloris afferre diſpendium. Melius enim fuerat vos non naſci, quam diaboli patrocinio velle regnare, & illos iuuare quos deberetis per omnia impugnare. Sciatis enim quia ſi hæc feceritis, & talibus conſiliis acquieueritis, nunquam me fidelem habebitis: ſed & quos vtrumque potuero à veſtra fidelitate reuocabo, & cum omnibus Coepiſcopis meis vos & omnes veſtros excommunicans æterno anathemate condemnabo. Pro fidelitate quam vobis ſeruo, hæc gemebundus ſcribo: quoniam cupio vos ſecundum Deum & ſecundum ſeculum ſemper eſſe honoratum, & non Satanæ ſed Chriſti adiutorio ad debitum vobis conſcendere Regni faſtigium. Regnum enim quod Deus dat, firmum habet fundamentum; quod vero per iniuſtitiam & rapinas acquiritur, caducum eſt, & cito decidit, nec diu poterit permanere Hactenus Fulco. Auſcultauit monenti Carolus; Deus autem pro illo ſatis egit.

II

Mortuo enim per id temporis Odone, omnium

Principum pari conſilio & voluntate, Regnum pro quo timuerat obtinuit.

IESV CHRISTI
Annus 899.

STEPHANI PAPÆ VII. ANNO 3. WIDONIS Imp. ann. 8. Leonis VI. Imp. ann. 14.

I. Arnulphi Imp. tur, is interitus a *Luitpran. lib. 1. c. 9. &* 10. Eiuſdem flagitia.

ANno Chriſt 899.[a] Tertio Kalend. Decemb. Arnulphus Imp. profectus in propria, turpiſſima valetudine expirauit. Nulla enim medicorum arte prohiberi potuit, quin pediculis ſcatentibus conſumeretur, atq; interiret: Iuſto Dei iudicio vindicante ſe de homine, qui innumerabilem Hunnorum multitudinem in perniciem Chriſtianorum induxerat. Tam ſceleſtus fuit Arnulphus, vt eo ſiue iubente, ſiue conniuente, ſacerdotes Dei vincti traherentur, ſacræ virgines vi opprimerentur, coniugatæ violarētur. Neq; enim Eccleſia confugientibus poterat eſſe aſylum. In his namque ſymbola faciebant, geſtus turpes, cantus ludicros & debacchationes: ſed & mulieres eodem tempore publice proſtituebantur.

II. Widonis Imp. obitus.

Mortuus eſt pariter Wido Imperator, cum Arnulphum iuxta Tarum fluuium ſequeretur. Ferunt Widonis vxorem, Arnulpho potionem ſoporiferam propinari curaſſe, ex qua ille deliquio mentis laborabat.

IESV CHRISTI
Annus 900.

STEPHANI PAPÆ VII. ANNO 4. LVDOV. IV. Imper. ann. 1. Leonis VI. Imp. anno 15.

I. Ludouicus Imperator acclamatur a *Luitpran*

ANno Chriſti 900. Arnulpho & Widone extinctis,[a] Berengarius Forojulii Dux, cum Ludouico filio Boſonis, armis de imperio decertarunt. Fugato autem Berengario, Ludouicus ſuperior factus, Romam venit, & Imperii diadema, Senatu populoque Romano conſentiente, à ſummo Pontifice accepit.

II. Stephanus Pap. ſtrangulatur. Romanus inuadit ſedē Apoſt.

Inter hæc Stephanus Papa, forte ab Adelberto Marchione Tuſciæ captus, ſede pulſus, & in carcerem coniectus ibidemq; neruo ſtrangulatus occubuit. Præualente autem Romanorum factione aduerſus Marchionem, quidam nomine Romanus, patria Galeſiano, patre Conſtantino natus, menſes quatuor & dies viginti, tyrannice pontificatum inuaſit.

III. Fulco Rhemenſis Epiſc. trucidatur. b *Frodoar. dus lib. 4. c.* 10. Diuinitus punitur interemptor Fulconis.

Eodem anno[b] Fulco Rhemenſis Archiepiſcopus à Balduino Comite, illo qui Caroli Calui filiam Iudithā viduam rapuerat, captus, lanceiſq; confoſſus mortuus eſt. Offenderat hominem res Eccleſiarum inuadentem & vſurpantem, quod literis Synodalibus eum admonuiſſet, & Regi perſuaſiſſet, vt ei Abbatiam S. Vedaſti eriperet. Itaque aliquos ſubornauit, qui obſeruarent ad Regis collegium procedentem. Quodam die paucis comitatus ibat, cum Sicarii Duce Winſmaro viſi, aggredientes eum interceperunt. & primum quidem quaſi de amicitia & de recuperatione Balduini mentionem fecerunt; demum vero improuiſum lanceis impetierunt, proſtrauerunt & peremerunt. Occiderunt & nonnullos ex eius familiaribus, qui corpore ſuo illum iam proſtratum defendere voluerunt.

Winſmarus eius interemptor ab Epiſcopis Regni Frācorum eſt cum ſuis complicibus excommunicatus. Inſuper etiam à Deo inſanabili vlcere percuſſus: ita vt putreſcentibus carnibus, & exundante ſanie, viuus deuoraretur à vermibus. Dumq; propter immenſitatem fœtoris nullus ad eum accedere poſſet, miſerrimam vitam miſerabili deceſſu finiuit.

BREVIARIVM SECVLI NONI.

PONTIFICVM, PATRVM & Doctorum, Dogmatum, Conciliorum, Hæreticorum, Perſecutionum, Imperatorum Orientis & Occidentis.

Summi Pontifices.

Leo III. Romanus filius Aſupii, ſedit annos 20. menſes 5.

Stephanus V. Romanus fil. Iulii Marini ſedit menſ. 7. dies 3.

Paſchalis Romanus filius Maximi Bonoſi ſedit ann. 7. menſ. 3.

Eugenius II. Romanus filius Boemundi ſed. ann. 3. menſ. 2.

Valentinus Rom. f. Leontii ſed. dies 40.

Gregorius IV. Rom. f. Ioannis ſed. ann. 16.

Sergius Rom. f. Sergii ſed. ann. 3. menſ. 1.

Leo IV. Rom. f. Rodoaldi ſed. ann. 8. menſ. 3.

Benedictus III. Rom. f. Petri ſed. ann. 2. menſ. 6.

Nicolaus Romanus filius Theodori ſed. ann. 9. menſes 6.

Hadrianus II. f. Talari ſed. ann. 4. menſ. 10.

Ioannes VIII. f. Gundi. ſed. ann. 10.

Marinus Galeſianus Tuſcus f. Palumbi ſed. ann. 1. dies 20.

Hadrianus III. Rom. ſed. ann. 1. menſ. 3.

Stephanus VI. Rom. cognomento Baſilicus f. Hadriani ſed. ann. 6.

Formoſus Portuenſis f. Leonis ſed. ann. 6.

Stephanus VII. Rom. f. Ioann. ſed. ann. 4.

Patres & Doctores, & Scriptores.

Nicolaus Papa.
Ionas Aurelianenſis.
Halduinus Abbas.
Haimo Haiberſtatenſis Epiſcopus.
Rabanus Maurus Moguntinenſis Archiepiſcopus.
Freculphus Lexouienſis Epiſcopus.
Strabus Fuldenſis Auctor Gloſſæ ordinariæ.
Walafridus Strabo Augienſis Abbas.
Aimonius Monachus.
Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcopus.
Anaſtaſius Bibliothecarius.
Ioannes Diaconus Romanus.
Remigius Antiſiodorenſis.
Amalarius Treuerenſis Archiepiſcopus.
Angelomus.
Fortunatus.
Eghinardus.

Dogmata Nouantibus contraria.

1 *Miſſam & cerimonias eius iuxta ritum S.R.E. conſuetas* aſtruit Amalarius lib. de Diuinis Officiis. Angelomus. Rabanus de inſtitutione Clericorum; Hincmarus in Capitulis. Strabo Fortunatus.

2 *Veritatem corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia: & tranſubſtantiationem.* Rabanus lib. de Sacramento Euchariſtiæ. Haimo in 1. Timoth. 2.

3 *Baptiſmum & cerimonias circa illum.* Hincmarus ad Hincmarum Laudunenſem. Haimo ſuper Aſcenſionem Domini. Rabanus epiſt. ad Reghinaldum.

4 *Confirmationem, Chryſma & alia Sacramenta.* Raban. de inſtit. Clericorum. Haimo ſuper Pſalm. 26. Nicolaus Papa in epiſt.

5 *SS. Inuocationem, reliquias, imagines, feſtiuitates.* Haimo

homil.

Digitized by Google

homil. de virginibus Raban. li. 4. c. 10. de ſermonum proprietate. Strabus in multis locis.

6 *Iuſtificationem, liberum arbitrium, & opera bona.* Haimo in c. 1. Malach. & lib. 1. in Iſaiam in 4. ad Hebr. ſuper Pſalm. 26. & 135. Rabanus in epiſtola ad Humbertum. Angelomus in cap. 7. tertii Regum. Strabus ſæpe in gloſſ. ordin.

7 *Pœnitentiam & Confeſſionem Sacramentalem.* Raban. in Eccleſiaſt. lib. 8. & inſtit. Cleric. ca. 14. 16. 30. & libr. de modo pœnitentiæ.

8 *Primatum Petri & Romani Pontificis.* Hincmarus ad Hincmarum Laudunenſem. Photius Græcus in Nomocanone.

9 *Suffragia pro defunctis & Purgatorium.* Haimo in 3. c. in 5. & 6. primæ ad Corinth. Rabanus lib. 8. Comment. in Eccl. c. 14. Photius in Bibliotheca.

Concilia.

Octauum Oecumenicum, Conſtantinopoli anno Chriſti 869. contra Photium. Prouincialia multa.

Hæretici.

Claudius Taurinen. Iconoclaſta. Godeſchalcus Gallus Prædeſtinatianus & aliqua ex parte Arrianus.

Perſecutiones.

Grauiſſima Cordubæ in Hiſpaniis, & in Campania Italiæ à Saracenis excitata.

A

Imperatores Orientis.

Irena Auguſta ſecundo poſt mortem filii Conſtantini. Imperauit annis 5.

Nicephorus Manichæus. Imperauit annis 10.

Michael Curopalates. Imperauit non totos duos annos

Leo Armenus Iconomachus. Imp. ann. 7.

Michael Balbus eiuſdem Sectæ. Imper. annos circiter 9.

Theophilus Iconoclaſta. Imp. ann. 12.

Michael III. & Theodora Auguſta, Imp. ann. 26.

Baſilius Macedo. Imp. ann. 20.

Leo VI. cognomento Philoſophus hoc ſeculum exceſſit.

B

Impp. Occidentis.

Carolus Magnus à Leone III. Pontif. Max. Romæ inauguratus Imperauit ann. 13.

Ludouicus pius. Imp. ann. 27.

Lotharius. Imp. ann. 15.

Ludouicus II. Imp. ann. 20.

Carolus Caluus. Imp. ann. 2.

Ludouicus III. cognomento Balbus. Imp. ann. 1.

Carolus III. cognom. Craſſus. Imp. ann. 7.

Wido ex Marchionibus Italiæ Imp. ann. 7.

Digitized by Google

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ,

EX ILLVSTRISSIMI CÆSARIS BARONII SACRÆ ROMANÆ ECCLESIÆ CARDINALIS BIBLIOTHECARII ANNALIBVS, ALIORVMQVE virorum Illuſtrium monumentis:

LIBER DECIMVS.

IESV CHRISTI Annus 901.

IOANNIS PAPÆ IX. ANN. 1. LVDOVICI IV. Imp. ann. 2. Leonis VI. Imp. ann. 16.

I. Theodori Pap. II creatio & obitus. Succeſſor Ioan. Pap. IX.

A*Nno Chriſti* 901. Stephani Quarti Pontificatum Romanum excepit, Theodorus eo nomine Secundus, Romæ patre Photio natus. Non plus diebus viginti Eccleſiæ præfuit, quibus Stephani in Formoſum acta abrogauit, ſucceſſoremq; habuit Ioannem Nonum patria Tiburtinum, profeſſione monachum, gradu diaconum.

II. Leo Imp. à Nicolao ob 4 Matrimonium initum excommunicatus. ſed. Conſtantinop. eum pellit. a Ioann. Curopal.

Eius tempore [a] Leo Imperator Orientis Nicolaum Patriarcham Conſtantinopolitanum cognomēto myſticum, ſede mouit. quod illum quarto vxoratum à Sacris eiecisſet, neque iterum, quamuis polliceretur, reſtituere vellet. Apud Græcos enim ſanctum fuerat, nedum quarto, ſed & tertio coniugem eſſe.

III. Euthymii ſuffectus Nicolao Imperatorem ab ex communicatione abſoluit.

In locum eiecti, ſuffecit Euthymium patrem ſuum ſpiritualem, virum multis annis exercitatione ſolitaria nobilitatum, denique prophetiæ Spiritu illuſtrem. Is Imperatorem à pœna fecit immunem, atq; à diuturno vinculo liberauit, & ad communionem admiſit. quamuis multi Epiſcoporum contradicerent, qui ſcilicet à partibus Nicolai ſtabant. Hinc ſchiſma in Eccleſia Conſtantinopolitana exortum, aliis Euthymium, aliis vero Nicolaum ſequentibus.

IV. De Theophania vxore Leonis Imp.

Priorem Leonis vxorem Theophaniam, cum propter vitę ſanctitatem, tum propter miracula perpetrata, inter ſanctos, ad diem 16. Decemb. Græci annumerant, hoc addito elogio; Beatæ Theophaniæ Leonis ſapientiſſimi Principis ſponſæ, memoria. Beata Theophania Conſtantinopoleos fœtus & Regina, Conſtantini filia fuit illuſtris, trium Imperatorum conſanguinea; cuius Mater Anna ſimiliter erat ſterilis vt illa prior Anna Samuelis prophetæ genitrix; ſed cum viro frequenter orans Sanctam Dominam noſtram Dei Genitricem, quæ præſertim ad Baſſi colebatur, ſanctam concepit Theophaniam, & natam virtutib. inſtruxit, literas quoque docens. Cum vero Baſilius illuſtris Imperator filio Leoni ſapientiſſimo vellet vxorem coniungere, nec hac meliorem inueniret, ipſam illi deſponſauit. Coronata vero & Imperatrix effecta, pauperum tamen non obliuiſcebatur, ſed ſolitam retinens virtutem & eleemoſynam, Deo qui ſibi quoq; cœlorum donauit Regnum pie famulabatur. Glicas miracula eius memorabat; Leo autem in honorem defunctæ pulcherrimum ſtruxit templum prope Eccleſiam SS. Apoſtolorum. Poſt hæc autem magnum vitæ diſcrimen adductus eſt. dum enim ex antiqua Imperatorum conſuetudine, ſolemni pompa ad Eccleſiam S. Mocii Martyris procederet, à quodam inſano, vecte percuſſus fuit in capite. Marcus Abbas illi tunc prædixit, quod ex eo vulnere nō moreretur; quinimo vitam ad decennium propagaret.

In Hiſpaniis, [b] cura Adelfonſi Magni Regis Gallaciæ, ab Ioanne Pontifice in Archiepiſcopalem erecta eſt Eccleſia Ouetana. Primus eius Archiepiſcopus Ermenegildus præſente Rege Synodum decem & ſeptem Epiſcoporum celebrauit; in qua multa in rem Eccleſiaſticam ſanxit.

V. Erecta Eccleſia Archiepiſcopalis Ouetana. b *Ambroſ. Morales.*

In Anglia, [c] Eduuardus Rex filius Ælfredi, contra Æthelualdum Citonem ſuum propinquum, qui ſanctimonialem ex monaſterio raptam in vxorē duxerat, comparato exercitu, cum in fugam vertit; illam vero impuram, in monaſterium à Sancta Cuthburga Inę Regis germana ædificatum, reuocauit.

VI. Bellum inter Eduuardum & Æthelualdum. c *Mathæus Weſtmonaſterienſ.*

IESV CHRISTI Annus 902.

IOANNIS PAPÆ IX. ANN. 2. LVDOVICI IV. Imp. ann. 3. Leonis VI. Imp. ann. 17.

I Expeditio Leonis Imp contra Saracenos. a *Apud Metaphraſt die 10. Nouem*

A*Nno Chriſti* 902. Leo Imperator, claſſe armata Himerium quemdam ſuum a Secretis contra Saracenos Cretam populantes deſtinauit. Huic Deus reuelauit res admirandas Theoctiſtes Lesbiæ, in eremo Paros inſulæ vitam degenti. Symeon quidam anachoreta enarrabat, quæ ipſe audierat ab altero viro pio, teſte oculeo eorum quæ viderat. Venatores, inquit, quidam ex Cretæa inſula huc venerunt, non multis abhinc annis. habet enim Inſula magnam copiam ceruorum & caprearum. Eorum vnus vir pius, & qui ſuæ curam gerebat animæ, narrauit narrationem valde conſentaneam Dei magnificentiæ, qui ſuo tempore facit mirabilia, & quæ ſunt præter hominum opinionem. Venit, inquit, aliquando huc venator, & cum aſcendiſſem ad diuinam ædem Dei Genitricis, adoraui, & precatus ſum, ſicut mihi ſemper erat mos. Cum autem poſt preces circumſpexiſſem,

Quomodo S. Thoctiſte Lesbia virgo in Eremo vitam degens reuelata fuerit.

vidi in ſolo parum aquæ in foſſa, & pauca grana lupinorum, quæ madefiebant. Locus n. hic alit plurimos lupinos, quomodo reliquæ inſulæ herbas diuerſas. Vidi ergo illos lupinos qui videbantur teneri, & me quędam ſubiit cogitatio, quod eſſet omnino aliquis, qui hos demiſiſſet in lacum, & quod, vt eſt veriſimile, vir aliquis diuinus hanc habitet ſolitudinem. Hoc ego reputans, feſtinabam venire ad ſocios, qui iam intrauerāt ſiluam. Optabam autem magnam hanc conſequi prędam. Sperabam enim fore, vt magnum aliquod lucrum ab eo acciperem, & cum quidem multū venati eſſemus, reliquis ad nauem reuerſis, ingreſſus templum Dominæ noſtræ, orabam. Vidi autem ad dexteram ſanctæ menſæ templi velut quoddam ſubtegumē, quod vento agitabatur, & rurſum viſus ſum videre telā araneæ. Poſtquam autem
B progreſſus volui diſcernere quod apparebat: audiui vocem dicentem; ſiſte gradum, neque vltra progrediaris, ô homo, neque accedas propius. Erubeſco enim, cum ſim fœmina, à te nuda conſpici. Hæc ergo cum audiſſem, & re admirabili obſtupefactus fuiſſem, volebam fugere, à carne enim mea pili exiliebant, & in modum ſpinarum erigebantur. Nam quod inaſpectatum repente apparet deiicit ac deprimit ſpiritus, etiamſi quis videatur eſſe animi audacis. Stabam itaq; obſtupefactus, & ore aperto. Poſtquam autem ad me redii animo confirmatus, rogaui quiſnam eſſet, & quomodo hanc habitet ſolitudinem: rurſus vox extitit, dicens: Iace mihi, rogo, tunicam, & cum tecta fuero, quantum mihi iubet diuina voluntas, non dubitabo dicere. Cum me itaq; ſuperiori amictu exuiſſem, eum dimiſi, & extra portam egreſſus
C ſum. Illa autem eū accepit & ſe induit. Paulo vero poſt reuerſus, video eam ſtantem vbi prius, & erat figura quidem mulier; id autem quod apparebat; erat ſupra hominem, pili albi, vultus niger, oſtendens parum alboris, pellis quæ cōtinebat membrorum compagem, cū nulla ineſſet caro, vmbræ ſimilis, forma quæ ſolum humanam ſeruabat ſimilitudinem. Cum vero magis exhorruiſſem, & illa iſtud animaduertiſſet, conuerſa ad Oriētem, vt quæ forte vellet meum ſedare animum, ne ea videretur eſſe ſpectrum, extenſis manibus precabatur, parum ſubmurmurans.

Conuerſa autem ad me dixit: Deus, ô homo, tui miſereatur. Sed quanam de cauſa in hanc ſolitudinem ab hominib. inhabitatam veniſti? Et quoniā diuina huc reduxit volūtas, meæ, vt æſtimo, gratia humilitatis, de me
D te omnia edocebo, vt voluiſti. Cum me aūt rurſus humi proſtrauiſſem, ea ſic cœpit loqui. Mihi, inquit, patria eſt Lesbos, Methymna ciuitas, nomen Theoctiſte, vitæ inſtitutio monachatus. Cum autem eſſem adhuc infans orbata parentibus, à cognatis tradita ſum in monaſterium virginum, & induta ſum habitu monaſtico. Nata vero decem & octo annos, in diebus Paſchalib. exeunti in vicum propinquum ciuitati ſalutatum ſororem. Habitabat enim in vico cum coniuge. Noctu autem irruētes Arabes Cretenſes, quorum dux erat Nyſiris, omnes abduxerunt captiuos & mane pæana canentes, enauigarunt, & huic inſulæ appulerunt. Adductis autem captiuis, cum quærerent pecuniam & pretia ſtatuerent, ego accepta occaſione, contendens in ſiluam, cui ſu fe-
E tor in intima ſiluæ, & de cætero non deſtiti fugere, donec petris & acutis lignis pedes perforaui, & conſcidi, & ſanguine terram infeci, & tandem defecta viribus, cecidi ſemimortua, & totam quidem noctem, non ferens dolorem vulnerum, acerbe tranſegi. Mane autem cum ſceleſtos prædones vidi nauigantes, liberata ſum ab omni dolore, & repleta ſum maxima animi voluptate. Et nunc iam triginta quinque annos & paulo plus hic alor perpetuis lupinis & herbis quę in ſolitudine naſcuntur; vel potius Dei verbo paſcor, recordata diuinorum eloquiorum, quod *non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit per os Dei.* Nuda autem euaſi contractis mihi pannis, cum quibus adducta ſum captiua. Induor autem & contegor manu diuina, omnia continente. Hæc cum dixiſſet, & manus in cœlum ſuſtuliſſet, egit

Narrat Theoctiſte ſuam originem, patriam, & cauſam quare ſolitudinem ingreſſa.

A gratias. Cum autem parum intermiſiſſet, quoniam videbat me tacite terram intuentem, nec audentem quidem eam oculis aſpicere fixis, dixit rurſus incipiens: Res quidem meæ, quomodo ſe habeant, narraui, ô homo: peto autem vt vna in re mihi gratificeris propter Dominum. Quando anno ſequenti nauigaturus es in hanc inſulam venandi cauſa (ſcio enim omnino te ventūrum, ſi Deus velit) vt in vaſe mundo mihi accipias vnum ex intemeratis donis corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Ex quo enim hanc habito ſolitudinem, tali dono nunquam ſum dignata. Hæc ergo cum homini dixiſſet, & iuſſiſſet nulli quicquam horum dicere, cum precatione dimiſit ad ſocios. Dimiſſus ille in patriam nauigauit; & anno vertente reuerſus, particulam diuinæ Euchariſtiæ (nam apud Græcos nondum exoleuerat mos, vt portan-
B di foras Euchariſtiam laico licentia eſſet) ſecum tulit, atque illi exhibuit. Illa porro cum diuinum donum accepiſſet, & lacrymis terram irrigaſſet, dixit: *Nunc dimittis ancillam tuam Domine, quoniam viderunt oculi mei ſalutare tuum.* Quoniam remiſſionem peccatorum in manibus accepi; nunc abibo, quo me iubet tua potentia. Dixerat hæc illa, & hominem remiſerat. Ille autem domum cum ſociis reuertens, quanquam paſſis velis totam noctem primam & ſecundam nauigaſſet, mane ſubſequenti eodem in portu vnde ſoluerat, ſe reperit. Sed ad locum in quo ſanctam proxime morituram reliquerat, regreſſus, illam nulla ratione potuit inuenire.

II. Miraculū de ſaxo templi D. Virginis.

Cæterum idem Simeon anachoreta narrabat, eodem tempore quo Nyſiris Arabs Parum penetraſſet, miraculum iſtud accidiſſe. Diuæ Deiparentis templi te-
C cto, ſuppoſitus erat lapis vnicus miranda magnitudine & elegantia pretioſus. Eum Arabs voluit in inſulam Cretam tranſportare. Poſtquam autem portas eſt dimenſus, & deinde hoc factum & diuinum tectum, & pulchre viſum eſt ſe habere, deiecit humi, & ad portas traxit, vt duceret. Id vero repente factum eſt maius & maius, idque ſæpe, donec tandem ceſſit Arabs. Cum autem fruſtra laboraſſet, & ſaxum non potuit efferre (nolebat enim, vt videtur, res diuina inquinari, & execrandis ſacrificiis deſeruire. Studebat enim, vt dicitur, id deponere in ſynagoga donariorum Agar) furore correptus cogitauit illud confringere. Statim autem vt confregit, non multo poſt dedit inſolentiæ pœnas, vt qui nauem in Eubææ promontorio quod vocatur Xylophagus fregerit, & in eo fuerit ſubmerſus.

III. Hunni vaſtant Italiam.

D Berengarius hoc anno contra Hunnos Italiam vaſtantes depugnans, nonniſi pecunia numerata pacem obtinuit; plurimaſque Eccleſias & monaſteria ab eis vaſtata inſtaurauit & ditauit.

IESV CHRISTI
Annus 903.

IOANNIS PAPÆ IX. ANNO 3. LVDOVICI IV. Imperat. ann. 4. Leonis VI. Imperat. ann. 18.

I. Bohemorum conuerſio. a Venceſl. & Dubrau

ANno Chriſti 903. Rerum Boemicarum [a] ſcriptores, ad hæc tempora gentis ſuæ ad Chriſti fidem con-
E uerſionem referunt. Aiunt, Suatopulchrum apud Moranos Velegradi regnantem, opera S. Cyrilli & Methodii, cum ſua gente nomen Chriſto dediſſe, literiſque ſummi Pontificis ad fidei conſtantiam animatum eſſe, eiuſque opera Boriuoium Boemorum ducem & ipſum Chriſtianum factum eſſe, & vxorem Ludimilam, gentemque ſuam in eandem ſententiam adduxiſſe.

Digitized by Google

IESV CHRISTI
Annus 904.

IOANNIS PAPÆ IX. ANNO 4. LAMBERTI Imperat. ann. 1. Leonis VI. Imperat. ann. 19.

I. Berengar. Dux Lud. Imperat. oculis & Imperio priuat.

ANno Chriſti 904. Ludouicum Imperatorem, Berengarius Foroiulii Dux & tyrannus, captum oculis & Imperio priuauit, ipſeque Romam profectus coronam Imperii violenter ab Ioanne Pontifice extorſit. Dolebat iſtud vehementer Ioanni, quod hominem trucem inauguraſſet, & Lamberto Imperium abrogaſſet. Quãobrem conuocato ſeptuaginta quatuor Epiſcoporum Concilio, cauſam vtriuſque propoſuit. Itum eſt in fauorem Lamberti, fere ab omni clero, ſenatu populoque Romano. Ex quorum ſententia, Imperium quidem abrogatum eſt Berengario, decretum vero Lamberto, iampridem coronato. In eadem Synodo reprobauerunt Epiſcopi, acta Stephani Papæ, contra defunctum Formoſum Pontificem eaque ignibus adiudicarunt: Ex qua etiam occaſione canonem ediderunt; ne quis mortuum in iudicio reum perageret; quia, inquiebant, ad iudicium vocari mortuus non poteſt; cum perſona quæ ad iudicium vocatur, ideo vocatur, vt aut fateatur obiecta, aut conuincatur obiectis. Omnibus vero patet, quia mortui cadauer pro ſe nec reſpondere, nec ſatisfacere poteſt.

Concil. Rom. ab rogat Bereng. Imp.

Et quia complures Epiſcoporum, fatebantur ſe per vim ad damnandum Formoſum à Stephano coactos eſſe; ideo eos ad functiones ſuas reſtituerunt: & vna etiam illos qui à Formoſo ordinati quidem, à Stephano vero fuerant ſuſpenſi.

II. Concil. Rauennenſe de rebus Imp. & Eccleſ.

Poſt hanc Romanam Synodum, aliam quoque idem Ioannes Papa, præſente Lamberto Imp. Rauennæ habuit, in qua tum Imperium illi ſtabiliuit, tum plurimos canones in rem Eccleſiaſticam conſtituit. Imperator etiam edixit: *vt priuilegium, inquit, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quod à priſcis temporibus per piiſſimos Imperatores ſtabilitum eſt atque firmatum, ita nunc à nobis firmetur; & diebus noſtris (ſicut condecet) inmutilatum ſeruetur, & ſancta Romana Eccleſia mater noſtra exaltetur, protegatur ac defendatur, quoad Imperii noſtri eſt.*

III. S. Grimb. obitus *Matthæus Vueſtmon.*

Eodem anno S. Grimbaldus presbyter vir magnæ ſanctitatis, & religioſiſſima fœmina Aluuitha Regina mater Eduuardi Regis Anglorum, migrauit è vita.

IESV CHRISTI
Annus 905.

BENEDICTI PAPÆ IV. ANNO 1. LAMBERTI Imper. ann. 2. Leonis VI. Imperat. ann. 20.

I. Ioan. Pp. IV. obitus.

ANno Chriſti 905. Ioannes Papa Romanus cum annos tres & dies quindecim ſediſſet, & tria Concilia celebraſſet, tandem è viuis abiit, Romæ pro foribus ante Baſilicam S. Petri ſepultus.

II. Northm. conuerſio. a *Frodoard hiſt. Rhem. lib. 4. c. 11.*

Eius tempore [a] Herueus Rhemenſis Archiepiſcopus cum aliis pluribus, Northmannorum plurimos qui Gallias inſederant, luce Euangelii illuſtrauit. Erant aliqui inter eos, qui Chriſtiana religione relicta, ad gentiliſmum conuerſi, iterato ad fidem reuerſi ſunt. Hos vt Epiſcopi benigne reciperent, pœnitentiamq; ſalutarem eis imponerent, Ioannes Papa reſcripſit.

III. Benedict. Pp. creatur

Succeſſit Ioanni Benedictus eius nominis Quartus, natione Romanus, patre Mammolo natus, qui magnam ſibi laudem inprimis ex amore pauperum conciliauit.

IESV CHRISTI
Annus 906.

BENEDICTI PAPÆ IV. ANNO 2. LAMBERTI Imper. ann. 3. Leonis VI. Imperat. ann. 21.

I. Adelphõſi Regis de Sarracenis victoria. a *Ambroſ. Moral. lib. 15. c. 18.*

ANno Chriſti 906. Per ea tempora [a] Adelphonſus cognomento Magnus Rex Gallæciæ, poſtquam anno ſuperiore cum Epiſcopis Concilium Ouetanum celebraſſet, & multas Eccleſias ſiue ędificaſſet, ſiue inſtauraſſet, contra Sarracenos profectus, magnam ex eis victoriam reportauit.

II. Poloni fidem Catholicam amplectuntur. b *Cromer. lib. 3.*

Apud Polonos [b] iam tum erant nonnulli, qui à Boemis & Morauis Chriſtianis peregre reuertentes, religionem Chriſtianam iiſdem temporibus domum referebant. Erant & externi partim in miniſterio & comitatu principis Polonorum Leſci, partim mercaturam in Polonia exercentes, partim etiam in receſſibus ſiluarum & ſolitudinum quo liberius Deo vacarent, degentes, Chriſtiani non pauci, quorum conſuetudine Poloni gentiles, ad Chriſtianam religionem latius propagandam amplectendamque acrius incitabantur.

IESV CHRISTI
Annus 907.

BENEDICTI PAPÆ IV. ANNO 3. LAMBERTI Imperat. ann. 4. Leonis VI. Imperat. ann. 22.

I. Benedicti Pp. IV. obitus ſubrogatio Leonis qui à Chriſtophoro ſede depulſus obit.

ANno Chriſti 907. Benedictus Papa, magnus pauperum amator, & pietatis cultor deſiit eſſe in viuis, ſepultuſque eſt apud ſanctum Petrum. Subrogatus eſt in eius locum Leo eius nominis Quintus patria Ardeatinus, qui tantum quadraginta diebus Eccleſiam adminiſtrauit, detruſuſque à Chriſtophoro Sedis Apoſtolicæ inuaſore ibidem clauſit diem extremum.

IESV CHRISTI
Annus 908.

CRISTHOPHORI PAPÆ ANNO 1. LAMBERTI Imper. ann. 5. Leonis VI. Imperat. ann. 23.

I. Sergius eiecto Chriſtoph. ſedem Pont. inuadit. a *Sigebert. in Chron.*

ANno Chriſti 908. Non diuturna fuit ſedes Chriſtophoro. [a] Namque & ipſe poſt ſeptimum menſem à Sergio inuaſore violenter pulſus, captus, vinctus, primo in carcerem, deinde in monaſterium detruſus, monaſticamque amplecti coactus, tandem exceſſit è viuis: in Baſilicam tamen S. Petri illatus. Succeſſit Sergius, ab Adelberto Marchione Tuſciæ, omnium ſceleſtiſſimo intruſus.

b *Luitpr. lib. 2. c. 13.*

[b] Fuit Adelberto Theodora Romana omnium verſutiſſima pellex. Eius itaque artibus caſtro ſancti Angeli ille potitus, vbi dominabatur, & ex illius conſilio, quem volebat ſedi Apoſtolicæ præficiebat.

II. Inſignis virtus Adelfonſi Regis. c *Ambroſ. Moral. lib. 15. c. 20.*

In Hiſpaniis [c] Adelfonſus Magnus Rex Gallæciæ, ſeipſo maior indies euadens, hoc anno Maximum ſe oſtendit. Garſias primogenitus illius, vna cum matre & fratribus, conſpirauerat in eum, vt regno expelleret. Is autem nolens ciuili & domeſtico bello exhauriri regni vires in vtilitatem Sarracenorum, ſponte filio ceſſit, ſeipſumque ſuperauit.

Digitized by Google

IESV CHRISTI
Annus 909.

SERGII PAPÆ ANNO 2. LAMBERTI IMP. anno 6. Leonis VI. Imperat. anno 24.

I. Concil. Sueſſionẽſ. pro fidei & morum reformatione.

a Cod. Concil. Epiſtola Synodica.

ANno Chriſti 909. Herueus Archiepiſcopus Rhemenſis, in pago Sueſſionenſi Concilium prouinciale celebrauit. Duodecim Epiſcopi interfuere, qui plurima ad fidei Orthodoxæ confirmationem, & ad morum reformationem, in commune edixere. Sub finem Synodicæ epiſtolæ, ad Eccleſiæ Romanæ reuerentiam & communionem ſe inuicem hortabantur, hoc vnico: a *Nos omnes generaliter alloquamur, qui iuſte & pie volunt viuere in communione ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ, quæ eſt vnum corpus Chriſti, cuius vnus eſt Dominus, vna fides, vnum baptiſma, quæ cum generaliter ab vno capite Chriſto ſuper petrã, id eſt, ſuper Confeſſionem Petri ſit ædificata: manifeſtum eſt, per omnem Italiam, Gallias & Hiſpaniam, nullum inſtituiſſe Eccleſias, niſi eos quos venerabilis Petrus, aut eius ſucceſſores conſtituerunt ſacerdotes. Et quoniam Eccleſia in noſtris quoque partibus, ſuper hanc petræ ſoliditatem non tantum fundata, ſed ab eo eiuſque ſucceſſoribus & eſt edocta, cum Dei gratia, ipſius B. Petri ſuffragantibus meritis, firmitatem fidei, quam primo percepit, hactenus inconcuſſam ſeruare ſtuduit, nullaque perfidorum conſortia recepit. At vero quia multi fide tantum Chriſtiani ſunt, opere vero à Chriſtiana doctrina diſſentiunt, atteſtante Iacobo Apoſtolo, dicimus, fidem non ſolum otioſam, ſed etiam mortuam eſſe ſine operibus.* Hæc & alia Herueus, b qui ſæpe conuentus ſynodales cum Epiſcopis diœceſeos habuit, in quibus de pace & religione ſanctæ Dei Eccleſiæ, ſtatuque Regni Francorum ſalubriter, competenterque tractauit.

b Frodoar. lib. 4. c. 13.

IESV CHRISTI
Annus 910.

ANASTASII PAPÆ III. ANNO 1. LAMBERTI Imperat. ann. 7. Leonis VI. Imperat. ann. 25.

I. Sergio Pp. defuncto ſubrogatur Anaſt.

a Sigon. de regno Ital. lib. 6.

ANno Chriſti 910. Sergio Papæ hoc anno defuncto, Anaſtaſius Romanus Luciani filius, in Pontificatu ſucceſſit. a Is Eccleſiam Ticinenſem magnis ornamentis decorauit, concedens Epiſcopo vmbellæ vſum, equoque albo vehi, crucem præuiam in itinere habere, & in Conciliis à læua ſummi Pontificis poteſtatem aſſidendi.

II. Lamberti Imp. interitus & laudes.

a Luitpr. lib. 1. c. 10.

Hoc eodem anno a Vgo Comes Mediolanenſis, Lambertum Imperatorem venationi vacantem dolo interemit, magno malo reipublicæ Chriſtianæ. Inerat namque illi honeſta morum probitas, ſancta & formidoloſa ſeueritas; & quem iuuentus ornauerat in corpore ſplendida, ſancta mentis canicies decorabat. Plane plus ille Reipublicæ, quam Reſpublica decoris ei contulerat. Quod ſi non cita mors illum rapuiſſet, is eſſet, qui poſt Romanam potentiam totum ſibi orbem poterat ſubiugare.

III. Berengar. ſolus Imp.

Sublato de medio Lamberto, Berengarius ſumma rerum potitus eſt, & Adelbertus Marchio Tuſciæ ad ſuum priſtinum reuerſus eſt principatum.

IESV CHRISTI
Annus 911.

ANASTASII PAPÆ III. ANNO 2. LEONIS VI. Imperat. ann. 26.

I. Leonis Imp. obitus & ſcripta a Ioan. Curopalat.

ANno Chriſti 911. a Die 11. menſis Maii, Leo Imperator ex ventris profluuio deceſſit, pietate, doctrina & factis magnus. Scripſit nouellas centum & tredecim conſtitutiones. Item epiſtolam ad Regem Sarracenorum de Chriſtianæ fidei veritate, & Sarracenorum impietate. In hac profitetur, Spiritum ſanctum à patre & filio procedere, ſic dicens: Ego ſum Dominus Deus A tuus, creator tuus, lumen de lumine, verbum de Patre, ex quibus Spiritus ſanctus procedit. Extant alia plurima eius ſcriptorum in Vaticano monumenta; ex quibus eſt oratio encyclica parænetica ad omnes Chriſtianos, & commentarius de re militari. In eo præter alia docebat, vt pridie eius diei, quo prælium ſit ineundum, curare debeat dux exercitus, per ſacerdotem, vniuerſum exercitum aqua luſtrali ſeu benedicta aſpergi, vtq; vniuerſus exercitus quotidie mane & veſpere Triſagion hymnum recitare conſueſcat.

II. Alexander & Conſt. filius Leonis Imp.

Leone vita functo Alexander frater eius iuuenis viginti annorum, cum Leonis filio Conſtantino puero Imperium ſuſcepit. Simul autem atque thronum occupauit, Euthymium Patriarcham expulit, & Nicolaum è Galacrenis ab exilio reuocauit. Cum Euthymius eiiceretur, B plurimi velut agreſtes in eum inuadentes feræ, pugnis eum percuſſerunt, colaphis ceciderunt, barbam euulſerunt, aliiſque contumeliis afflixerunt, equitem vocantes & adulterum, vt qui ad alienam vxorem ingreſſus eſſet, nempe Nicolai Eccleſiam accepiſſet. Clericus vero qui eius canos euulſerat, eadem hora domum ſuam reuerſus, eandem igne conſumptam reperit, & filiam male affectam & diſſolutam, quæ multos deinde annos ita vixit, vt mendicare cogeretur, & tolerandę vitę rationes inquirere. Euthym. porro in exilium ad Agathi loca miſſus, paulo poſt exceſſit è vita & in vrbem introductus, in ſuo monaſterio ſepultus eſt. Aderãt, tunc in vrbe legationis cauſa Sarraceni, & totius illius maioris quam ſcenicæ aut tragicę vllius fœditatis participes fuere, actorum ſimiles ſpectatores, quando nefas C erat alioqui, vt hæc impiorum theatro ſpectarentur, quæ tam ſcelerata ab impiis agebantur.

Euthym. Patriarcha throno pulſus male excipitur.

IESV CHRISTI
Annus 912.

LANDONIS PAPÆ ANNO 1. Conſtantini VIII. Solius Imper. ann. 1.

I. Anaſt. Pp. mors.

ANno Chriſti 912. Anaſtaſius Papa hoc anno mortuus, in Baſilica S. Petri conditus eſt. Carmen ſepulchrale, vatem eum nũcupat, cuius blando moderamine Sedem Apoſtolicam regentis merita, non poſſe claudi paruula humo ait.

II. De fœdo interitu Alex. Imp. a Ioan. Curopalat.

a Conſtantinopoli, die 6. menſis Iunii, Alexander D Imper. turpi exitu interiit. Lotus, pranſus, vinoque ebrius, poſt meridiem pila luſurus deſcendit, exortoque dolore quodam in ipſius inteſtinis, præ cibis quibus ſe ingurgitauerat, atque ebrietate, in palatium reuerſus multo è naribus ac pudendis effuſo, multo etiam ex ore excreato ſanguine, multis quoq; vermibus ſcatens mortuus eſt. Aretas Cæſarienſis vitio illi vertebat, quod operto capite templum ingredi ſoleret. De eodem pariter narrabat, quia ſolitus eſſet Bacchi ſtatuas in hippodromo colere. Inſuper Etempertus memorabat, quod idem Alexander intuitus ſtatuas deorum Roma Conſtantinopolim olim delatas, blaſphemam eam emiſit vocem: *Heu quando iſtas colebant Romani, potentiſſimi & inuicti perſeuerarunt!* iuſſitque eas ſerico operiri. Tunc ſe E quenti nocte per quietem vir aſpectu lucidus ei apparens, ſeuere eum coarguit & percuſſit dicens: Ego ſum Romanorum Princeps Petrus, & ſtatim euigilans timore vehementi correptus, ſanguinem ore vomens, exitiali morbo correptus, extinctus eſt. Poſt mortem intumeſcens, ſanie effluente, & vermibus erumpentibus, tam fœtido odore putebat, vt vix ad deſtinatam ſepulturam potuerit turpiter deferri. Vnde acceſſit, quod neque ſolita quidem viris piis poſt mortem adhiberi exequiarum, iuſta ei perſoluta fuere; neque regia exhibita à magiſtratibus pompa, præter pauciſſimos quoſdam, eoſdemque contemptiſſimos, qui cuilibet etiam de vulgo ſolitum officium præſtaturi fuiſſent.

Impia verba Alex.

Alexandro extincto, ſolus Conſtant. puer Imperium

obtinuit,

Digitized by Google

III. Conſtant. ſolus Imp.

obtinuit,tutorum præcipuo vſus Nicolao Patriarcha in republica adminiſtranda.

IV. Lando Pp. creatus obit ſucceditq; Ioan. X. b *Luitpr. lib. 2. c. 13.*

Anaſtaſio autem Pontifici ſucceſſit Lando, patria Sabinus,patre Trano natus.[b] Hic quod Theodoræ meretricis fauore,ab Adelberto Marchione datus eſſet;illa vero,Iohannem quendam presbyterum Rauennatem, deperiret; in eius gratiam,illum ex presbytero primum Bononienſi Eccleſiæ, deinde Petro defuncto, Rauennati præfecit. Nec multo poſt Landone defuncto,hoc ipſo anno Theodora pellex eundem Ioannem Petri ſolio intruſit, & decimum appellauit.

V. Singularis Dei prouidentia circa Eccleſ.

Magna tunc diuinæ prouidentiæ cura,in conſeruanda Eccleſia Romana enituit, quod non perierit tunc dũ non ex ritu priſco, non ex decretis Patrum, non homines ſanctitate commendatos, ſed ex libidinis voto, ad nutum proſtitutarum Pontifices intruderentur. Niſi enim ipſe, quanquam dormienti & conniuenti ſimilis in hac nauicula eſſet, dubio procul inter has Scyllas, charybdeſq; à ſyrenibus pellacibus,magis quam à gladiis & ſecuribus periiſſet.

VI. Ducis Aragoniorũ de Mauris nobilis victoria.

Hoc anno, Ennicus cognomento Ariſta, ab Aragoniis Dux electus, ex montib. Pirenæis cum exercitu deſcendens, Maurorum magnas copias deleuit, & victor in Nauarram peruenit. Cum vero cogitaret,quibus ſignis & armis vteretur,ei diuinitus reuelatum eſt, vt vbi in aerem crucem videret,illic conſiſteret. Quod vbiq; diligenter obſeruans, cum eſſet in planitie quadam inter Supratbros & Pyrenæos, in aere crucem candidam ſuſpexit, cuius figura ſignoque in vexillis & inſignibus perſeuerauit. *Lucius Marin. de reb. Hiſp. lib.* 8.

VII. Concil. Confluentinum pro diſcipl. Eccleſ. c *Iuo p. 9. c. 66.*

In Gallia,[c] iuſſu Caroli & Henrici Regum, octo Epiſcopi Confluentiam ad ſynodum celebrandam congregati, multa ad Eccleſiaſticam diſciplinam pertinentia ſtatuerunt.

VIII. Adelf. Pii Regis obitus. d *Ambroſ. Moral.*

In Hiſpaniis [d] Adelfonſus M. è vita diſceſſit. Paulo ante obitum, non vt Rex, ſed vt dux exercitus militans ſub Rege filio, ingens modeſtiæ & animi ſummiſſionis ſpecimen edens,ingenti victoria de Mauris potitus, dignus eſt à Deo habitus,qui in cœlo triumpharet. Annis quadraginta ſex regnum tenuit, duobus etiam annis computatis quibus Garſiæ filio illud renunciauit.Sed is non multo poſt Deo vindicante mortuus eſt; vt verum appareret illud ſacrum; *hereditas ad quam in principio feſtinatur,in fine benedictione carebit.*

Prou. 20.

IX. Berno fundator ord. Cluniac. obit. e *Sigebert. in Chron.*

Eodem anno,[e] Berno Abbas ordinis S.Benedicti Gigniacenſis,inſtitutor cænobii,& inſtituti fundator Cluniacenſis,multis è relictis ſuæ pietatis diſcipulis ad cœlũ emigrauit.Succeſſit ei Odo vir honeſtus,& valde probe in regulari exercitatione inſtitutus, ex Turonenſis Eccleſiæ canonico monachus. Porro Cluniacenſe cænobium fundauit Guilielmus Comes Aruernorũ, & Dux Aquitanorum: S. Giraldus autem Aureliacum, Ebbo vero Princeps partium Bituricenſium Dolenſe.

X. Rollo Dux Northm. baptizatur.

Rollo quoque Dux Northmannorum Gallias inuadentium, hoc tempore, Chriſtianam religionem amplexus,ſacro baptiſmate ablutus eſt.

IESV CHRISTI
Annus 913.
IOANNIS PAPÆ X. ANNO 2. CONSTANTINI VIII. Imp. ann. 2.

I. Ragneri Ducis Lotharingiæ pœnitẽtia.

ANno Chriſti 913. Raguerus Dux Lotharingiæ, pœnitentia correptus,quia multa bona Eccleſiis rapuiſſet, tandem per modum teſtitutionis, ampliſſimum latifundium monaſterio S.Eucharii donauit, diplomaq; dedit; in quo ſe perſecutorem Domini atq; eius ſponſæ Eccleſiæ, raptorem non ducem confitens, ob amorem acerbiſſimæ paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac B. Mariæ virginis matris eiuſdem Domini, & reuerentiam SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, ac glorioſi Matthiæ Apoſtoli martyris, nec non SS. Epiſcoporum & confeſſorum Eucharii, Valerii, & Materni, libere, pure, ſine fictione, cum magna cordis contritione reſtituere teſtatur,quæ iniuſte rapuerat.

A

IESV CHRISTI
Annus 914.
IOANNIS PAPÆ X. ANNO 3. CONSTANTINI VIII. Imp. ann. 3.

I. Simeon Rex Bulg. pacem init cum Conſtant. Imp. a *Ioan. Curopalat.*

ANno Chriſti 914.[a] Simeon Rex Bulgarorum Conſtantinopolim obſidens, à Nicolao Patriarcha, ad pacem componendam perſuaſus, accepta ab eodem benedictione,& capitio pro corona, ab Imperatore autem conuiuio exceptus & muneribus onuſtus, ad propria reuerſus eſt. Nec multo poſt ruptis fœderibus, Thraciam infeſtauit,& Hadrianopolim inuaſit. Zoe autem Auguſta Imperatoris mater Nicol. Patriarcham è palatio eiecit.

II. b *Leo Oſtiẽ. lib. 1. c. 56.*

B

[b]Ioannes Papa Apoſtolica auctoritate quam vſurparat, Ciſſinenſibus Monachis Abbatem, non ex gremio cænobii, ſed ex Archidiacono Capuanæ Eccl. præfecit.

III. De filio Leſco Principis cæco vltro illuminato. c *Cromer. lib. 2. in Ziemom.*

[c] Apud Polonos, Leſco Principe eius nominis quarto,ſuperiore anno defuncto,Ziemomyſlus ſucceſſit,nõ alia re nobilior, quam filio. Nam cũ aliquot annis, nullos ex vxore ſuſciperet liberos, natus eſt ei tãdem filius, ſed cæcus. Quæ res ipſi breui gaudio delibuto, maioris mæſtitiæ cauſa fuit: præſertim cum vxor vno illo partu edito, parere deſiiſſet. Septimum annum puer attigerat, quo prima coma pueris, gentili ritu attõderi, & nomen imponi ſolebat. Aderant ad ſolemne epulum proceres; ſed mæſti cum principe mæſto, cũ ecce inſperata omnibus lætitia effulſit. Puer n. ſeptennis, abſq; vlla medicorum,aut cuiuſquam omnino ope, lucem aſpexit. Nec mora, inopinato gaudio exultantib. vniuerſis, Ziemomyſlus, vt erat gentilis, diuinos & ariolos de Miecislai

C

(id nomen indiderant) filii ſucceſſibus, & quid portenderet, quod is cæcus natus, tanto interuallo videre cœpiſſet, percontatus fuit. Reſponderunt illi; *Poloniam eius principatu illuſtratum iri.* Cuncti opinabantur, gladio potentem futurum, atq; ex re militari gloriam ſibi, Polonis vero lucem & famam comparaturum. Id n. & nomen, ominis inſtar pollicebatur. Cæterum Deus, alio lumine, hactenus cæcam Sarmatiam, illuſtrare cogitabat, nimirum, illo quod deſurſum eſt à Patre luminum deſcendens, fidei & agnitionis vnius veri Dei. Hoc ſiquidem Principe per miraculum illuminato, non iam in priuato, ſed propalam exorientem ſolem iuſtitiæ, magno Dei beneficio, vniuerſum Regnum Poloniæ inſpexit.

D

IESV CHRISTI
Annus 915.
IOAN. X. PAPÆ ANN. 4. BERENG. IMP. AN. 1. Conſtantini Imp. VIII. ann. 4.

I. Sarraceni profligati ex Italia. a *Luitpr. lib. 2. c. 14. & Sigon. de regno Ital. lib. 6.*

ANno Chriſti 915.[a] Magno hactenus Chriſtianorum dãno, Sarraceni, Neapolitanis & Caietanis principibus fœderati, magnam Campaniæ, Apuliæ, & Calabriæ partem tenuerunt. Quamobrem quod antea Ioannes octauus, hoc idem Ioannes decimus Pontifex ſummopere curauit, vt illos quidem principes à Sarracenis diſſociaret, Imperatorem vero Orientis & reliquos Italiæ Duces & in his Ducem Spoletanũ, Comites Interamnæ, cæteroſq; Vmbriæ regulos contra eos armaret. Et quidem opera Conſtantini Imper. & Berengarii Marchionis, & Atenulphi Principis Capuani, inprimis vero orationibus SS. Apoſtolorum eam rem tam feliciter confecit, vt diſſocians Chriſtianis cum eis fœderatis, exercitu auxiliario eos omnes ad vnum, menſe Auguſto ab Italia eliminarit, partim cæſis, partim in captiuitatem ductis. Viſi ſunt autem à religioſis fidelibus in eodem bello SS. Apoſtoli Petrus & Paulus, quorum precibus creditum eſt Chriſtianos meruiſſe, vt de Sarracenis victoriam reportarent.

E

II. Berengar. Imper. creatur.

Itaq; Ioannes accedente cleri conſenſu legitimus Antiſtes, vt gratiam Berengario referret, Imper. Rom. eum renunciauit, & menſe Septembre inunxit.

In Hiſpaniis,[b] Ordonius M. Adelfonſi filius, defuncto

fratre

Digitized by Google

III. Ordonius Rex Legionenſis [b] *Ambroſ. Moral.*

A fratre Garſia, Regno potitus, ſedem Regni Legionem, ab Ouetana ciuitate tranſtulit, ibidem Synodo conuocata, ab Epiſcopis inunctus, nõ amplius Aſturicenſis ſed Legionenſis Rex appellari voluit. Tanta autem pietate excelluit, vt Regiam in baſilicam cathedralem conuerterit.

IV. Quorundam Epiſc. obitus. [c] *Adam lib. 1. c. 45.*

Eodem tempore duo inſignes ſanctitate Epiſcopi ex hac vita migrarunt, nempe, Attilanus Zamorenſis, poſtea ab Vrbano ſecundo in album ſanctorum relatus, & Gennadius Aſturicenſis. Mortuus eſt etiam in Germania [c] ſanctus Hogerus Archiepiſcopus Hamburgenſis; cuius corpus cum poſt annos centum, diruta ſenio capellula quæreretur, præter cruces pallii & ceruical Epiſcopi nihil potuit inueniri. Opinabantur aliqui reſurrectionem huius impletam eſſe, quod alias traditur in Dauide & Iohanne Euangeliſta completum eſſe. Hæc autem relata ſunt à nobis, potius ad declarandam viri ſanctitatem, quam de ea reſurrectione aſſerendam ſententiam.

IESV CHRISTI
Annus 916.

IOANNIS X. PAPÆ ANNO 5. BERENGARII Imp. ann. 2. Conſtantini VIII. cum Imper. ann. 5.

I. Pagani ob ſacrilegia diuinitus puniti. [a] *Adam lib. 1. c. 46.*

ANno Chriſti 916. [a] Danorum, Slauonum, Boemorum & Hungarorum confluges, Saxoniæ deuaſtabant Eccleſias. Et Hamburgenſis quidem à Slauis, Bremenſis autem & Auguſtana Hungarorum impetu demolita eſt. Ad hæc Hungari incenſis Eccleſiis, cruces C detruncatas reliquerunt, ſacerdotes ante altaria trucidarunt, clerum autem reliquum quem non occiderant, in captiuitatem abducebant. Sed non impune hæc patrarunt. Nam ſubito, & mirabilis orta tempeſtas à ſemioremis Eccleſiarum tectis ſcindulas eleuauit, quas in facies atque ora paganorum rotans, dum fugæ præſidium quærunt, aut in fluuium præcipitari compulit, aut in manus ciuium concludi.

IESV CHRISTI
Annus 917.

D IOANNIS X. PAPÆ ANNO 6. BERENGARII Imperat. ann. 3. Conſtantini VIII. Imper. ann. 6.

I. Crudelitas Barbarorũ in Chriſtianos. [a] *Adam lib. 1. c. 47.*

ANno Chriſti 917. [a] Per id temporis, Vnno Archiepiſcopus Hamburgenſis, ab Ioanne ſummo Pontif. pallium obtinuit; cum magna ſanctitatis opinione excelluiſſet. Porro Dani Slauis coniuncti ab vna parte, ab altera vero Boemicum Hungaris, barbarica feritate, trans Rhenanas prouincias, Lotharingiam & Franciam depopulabantur. Apud Danos autem Horm. Rex filius Ardeuuichi, crudeliſſimus & Chriſtianorum populis non mediocriter infeſtus, cum omnem in Dania Chriſtianitaté prorſus delere molitus eſſet, ſacerdotes Dei à Daniæ finibus depulit, plurimoſq; eorum per tormenta necauit.

E IESV CHRISTI
Annus 918.

IOANNIS X. PAPÆ ANNO 7. BERENGARII Imperat. ann. 4. Conſtantini VIII. Imper. ann. 7.

I. Ioan. Pp. Legatio ad S. Iacobi ſepulchrũ. [a] *Ambroſ. Moral. lib. 15. c. 47.*

ANno Chriſti 918. [a] Ioannes Romanus Pontifex, propter plurima delicta ſibi à diuino iudicio metuens Compoſtellam ad Siſenandum Epiſcopum miſit, poſtulans vt is vna cum populo, iuges pro ſe preces apud ſepulchrum S. Iacobi Apoſtoli funderet, Deumque ſibi & in vita, & in die obitus propitium redderet. Viciſſim Siſenandus Epiſcopus Iohannem presbyterum Legatum ad Iohannem Pontificem in vrbem miſit, qui & munera deferret, & de vſu miſſalis Mozarabici conſuleret, an Romano conueniret. Tot annos Romæ Ioannes permanſit, librumque Mazarabicum Romano contulit, atque à veritate Catholica in nullo prorſus reperit diſcrepare. Placuit tamen Siſenando, vt omiſſis reliquis tanquam leuioris momenti, Romano ritu ſacratiora illa potiſſimum verba, quibus ipſum diuinitus inſtitutum ſacrificium incruentum perficitur, proferrentur; quæ aliquib. additis vel mutatis ita in dicto miſſali ſcripta eſſent; videlicet: *Hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur.* Et; *Hic eſt calix noui teſtamenti in meo ſanguine, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.*

B IESV CHRISTI
Annus 919.

IOANNIS X. PAPÆ ANNO 8. BERENGARII Imp. an. 5. Conſtantini VIII. cum Romano Imp. ann. 8.

I. Romanus aſſumptus collega Conſtantini Imp. [a] *Curopal.*

ANno Chriſti 919. Flagrante [a] Conſtantinopoli contra Conſtantinum Imp. ſeditione, Romanum collegam Imperii aſſumpſit, & diademate coronauit. Is porro tyrannis male mulctatis, & Zoe Auguſta matre Imperatoris in monaſterium S. Euphemiæ detruſa, & detonſa, quo iuuenem ſibi magis obligaret, Helenam filiam in matrimonium ei collocauit.

II. Regnum Franciæ & Saxon. translatũ in Henricum. [b] *Ditmar. lib. 1.*

In Germania, [b] Conradus Saxonum & Francorum C Rex moriens, regnum tranſtulit in Henricum filium Othonis Ducis Saxoniæ. Hunc itaque ad eum modum electum, cum vellet Archiepiſcopus Moguntinus Herigerus inungere, minime acquieuit, reſpondens ſe vnctione indignum eſſe. Porro ipſam non ſine damno ab eo prætermiſſam, diuinitus oſtenſum eſt ſancto Vdalrico Auguſtano Epiſcopo per viſum, cum ei ab Apoſtolo Petro ad id ſignificandum oſtenſi ſunt duo gladii, alter cum capulo, ſine capulo alter, dictumq; ipſi ab eo: Dic Henrico Regi: Enſis ille qui ſine capulo eſt, ſignificat Regem, qui ſine benedictione Pontifical. Regnum tenebit: capulatus autem, qui benedictione diuina Regni gubernacula adminiſtrabit.

Henrici humilitas.

Ferunt quod eius Henrici auus paternus Henricus filiam Eruini ſenioris viduam velatam duxerit vxorem. Aliquando autem conſcientia D ſtimulante incitatus pergebat in vrbem, vt apud limina SS. Apoſtolorum diuinam miſericordiam ſibi conciliaret.

Cum vero magis pedes quam eques incederet, aliquibus interrogantibus, cur faceret; reſpondit; Culpam eſſe in cauſa. Tandem illam priorem in monaſterium remiſit, Matildemq; duxit, quæ illum patrem trium liberorum fecit.

III. Vnnonis Epiſcopi electio ac res geſtæ.

Hoc anno floruit venerabilis Vnno Archiepiſcopus vir habitu quidem corporis deſpicabilis, ſed Deo multum amabilis, hominibus quoque gratus, vita ſanctus, opere induſtrius, inclaruit anno incarnationis Dominicæ nongenteſimo vndeuigeſimo. Aſſumptio eius in Archiepiſcopatum, diuina voluntate facta liquido omnibus innotuit. Nam cum Ledradus Bremenſis chori præ- E poſitus, à clero & populo poſt Reginuardum ſurrogaretur, profectus eſt ſolenni more ad Regem Germaniæ Conradum Pontificalem ferulam, hoc eſt, regalia temporalis dominii iura, ab illo accepturus. In familia duxit Vnnonem ſuum tunc Capellanum. Cumq; in conſpectum Regis Ledradus prodiret electus non longe aberat Vnno, Dominum ſuum inſecutus. Rex electionis ordinem perſpiciens, ferulam, quam manu tenebat, Vnnoni, Ledrado à tergo adſtanti tradidit, eum Eccleſiæ Pontificem deſignans, agebat namque Regem diuinus, vt creditur, ſpiritus, qui olim in Samuele loquebatur, vt præteritis Ieſſe ſeſe eximiæ proceritatis filiis paruo Dauid regni ſceptrum & Prophetalis vnctio ſeruaretur. Vnno itaque diuinitus in Epiſcopatum

Digitized by Google

ſublimatus, pro ſua ſanctitate Principibus Conrado atque Henrico Regib. Romanorum venerandus & percharus euaſit.

Non multo namque poſt Conrado ſuffectus Henricus, vir timens Deum, & in eius miſericordia totam ponens fiduciam, cum ſtatuiſſet de Vngaris, Bohemis, Vandalis & Danis Germaniæ, ac potiſſimum Saxoniæ prædonibus, vindictam ſumere, Vngaros quidem multis grauibuſque præliis repreſſit; itemque Bohemos cæteroſque Vandalos vno ſed grandi adeo, vt reſidui pollicerentur imperata ſe facturos. Deinde cum exercitu ingreſſus Daniam Regem Gormonem Chriſtianorum hoſtem crudeliſſimum, primo ſtatim impetu ita conterruit, vt remandaret, paratum ſe cum Romanorum Rege per æqua paciſci. Per hanc Henrici victoriam videns venerabilis Vnno oſtium fidei eſſe gentibus reſeratum, non dormitabat. Præcipue vero quia legatio Hamburgenſis Eccleſiæ pro temporum malitia diu intermiſſa erat præueniente miſericordia Dei, & Regis operante virtute, datam occaſionem non eſt paſſus inanem præterire. Igitur nihil arduum nihilque periculoſum reputans, quod honori diuino & animarum lucro impenderetur, latitudinem ſuæ ditionis non per vicarios, ſed per ſeipſum conſtituit obire.

Poſtea vero quam Dei confeſſor peruenit ad Danos, Gormonem quidem præ ingenita placare nequiuit ferocitate, filium autem eius Haraldum ſua lucratus eſt prædicatione. Quem, adiuuante matre Tyra, fœmina Chriſtianiſſima, ita Chriſto fidelem perfecit, vt Chriſtianitatem, quam pater execrabatur, ille excoleret, & publice ſineret prædicari. Eius igitur fultus adiutorio, omnes Danorum inſulas penetrauit: Euangelizans regnum Dei gentibus & fidelibus, quos inibi ab aliis conuerſos repetit, captiuos etiam in Chriſto confortans conſolabatur.

Deinde veſtigia ſecutus magni Anſgarii, mare Balticum nauigans, graui labore peruenit Bircam, tunc caput Suetici regni, quo poſt obitum S. Anſgarii iam per annos prope quadraginta nemo doctorum auſus erat penetrare, præter ſolum Rembertum. Eo in portu confeſſor Domini Vnno egreſſus in terram deſueta populos compellare cœpit legatione: quippe Sueones & Gothi, propter barbaricæ excurſionis tempora, quibus paucis annis multi Reges cruento dominabantur imperio, Chriſtianæ religionis penitus obliti, haud facile inducebant animum ad Chriſti fidem recipiendam. Inſtituit tam opportune, importune, vt reges etiamſi ipſi non crederent, verbum tamen ſalutis ſpargi populo paterentur. Itaque factum eſt ſancti patris infatigabili inſtantia, vt populi, quorum patres per B. Anſg. & Rembertum Chriſto ſua nomina dederant, ſed temporum malitia ad cultum idolorum relapſi fuerant, poſtliminio demum ad Chriſtum vitæ fontem reuerterentur. Perfecto autem ſuæ legationis miniſterio, cum tandem rebus ad bonum modum compoſitis redire diſponeret Euangeliſta Chriſti, apud Bircam ægritudine correptus, ibidem feſſi corporis tabernaculum depoſuit. Anima vero beata multarum lucro diues animarum in regna ſyderea tranſuolauit. Diſcipuli Pontificis exequiis cum gaudio & fletu procuratis, reliquum quidem corpus ſepelierunt in eodem oppido: caput vero Bremam abſportatum decenti condiderunt honore in Eccleſia S. Petri ad altare: Exegit autem boni certaminis legitimum curſum; anno triceſimo ſexto poſt nongenteſimum circa medium Septembris, cum in Pontificatu exegiſſet annos decem & octo. Exemplar omnium Pontificum, vſque adeo pro ſalute credentium omnium ſolicitus, vt etiam, quæ omnibus ſolet eſſe chariſſima, vitam impenderet.

Nauigationis incommoda, ſenectutis labores, pericula maris, ac barbarorum difficultates omnes vno Chriſti amore, & animarum deſideratiſſimo ſemper lucro exuperans, iam breuis vitæ ſolicitæ officia (quę multi paſtores rebus poſtponunt inanibus, ipſe autem vigilantiſſima ſemper cura multorum ſaluti impenderet) perenni beatitudine compenſata inuenit, lætuſque nobis deſuper inclamat: ſicut audiuimus, ſic credimus in ciuitate Domini virtutum. De eo *Adam. Brem. lib. 1. c. 50. 51. & 52. Helmol. Abbas Stad. pag. 98. 102. 103. Saxo Gram. lib. 10. Albert. Krantz. in ſua Metrop. libr. 3. cap. 5. & 6. Genebrad. in ſua Chronolog. Cæſar. Baron. tom. 10. pag. 705. 833. & 860.* Recenſente Ioann. Vaſtou. Sigiſm. III. Pol. Reg. Biblioth.

IESV CHRISTI Annus 920.

IOANNIS X. PAPÆ ANNO 9. BERENGARII Imper. an. 6. Conſtantini VIII. cum Romano Imper. ann. 9.

ANno Chriſti 920. [a] Euthymio Patriarcha Conſtantinopolitano defuncto, facta eſt vnio Eccleſiarum Orientis, vnitis ſimul Metropolitanis & clericis, qui propter Nicolaum & Euthymium fuerant diuiſi. Inter conditiones vnionis ſtetit, vt Euthymius mortuus, in lembo regio ab exilio in vrbem reueheretur. Factum eſt & iſtud, magno populi plauſu; atque cadauer ipſius maxima cum celebritate in templum S. Æmiliani illatum.

I. Vnio Eccleſiarum Orient. [a] *Curopalates & Aretas Cæſarien. apud Lip. tom. 9.*

Ex Galliis, [b] Carolus ſimplex brachium S. Dionyſii Areopagitæ Henrico Regi Saxoniæ miſit, certiſſimo argumento, omnis iuris Imperii, à Gallis in Saxones, vna cum ſacris pignoribus tranſlati. Nam & iſtud Caroli Legatus Henrico narrabat: Poſtquam, ait, Francos Galliam inhabitantes deſeruit inſignis martyr Vitus, & ad noſtram perniciem, veſtramque perpetuam pacem Saxoniam viſitauit, communicare tecum maluit. Neque enim poſtquam tranſlatum eſt corpus eius à nobis, ciuilia vel externa ceſſauere bella: eodem quippe anno Dani & Northmanni regionem noſtram inuaſerunt. Ea vero narratione inſinuabat, futuram amplificationem Saxonum potentiæ, ſi modo qua par eſt deuotione reliquias S. Dionyſii exciperent. Excepit ſane maximo cum honore Henricus. Nam proſtratus in terram, oſcula eis impreſſit, & ſumma veneratione veneratus eſt.

II. Carolus ſimplex cum reliquiis S. Dionyſii Regnum Franciæ transfert in Saxones. [b] *Regino. & Vuitich.*

IESV CHRISTI Annus 921.

IOANNIS X. PAPÆ ANNO 10. BERENGARII Imp. an. 7. Conſtantini VIII. cum Romano Imper. ann. 10.

ANno Chriſti 921. [a] Inter reliquas conditiones vnionis Orientalium, quas ſuperiore anno ſtabilierant, promulgata eſt hoc anno illa, quæ Nicolao Patriarchæ exilii cauſa fuerat, de non ducenda quarta poſt priores defunctas vxore. Decreuerunt, ne vnquam quarta à viduo ſuperinduceretur; tertia vero, non niſi eo caſu, ſi ex prioribus defunctis vxoribus nullos liberos aliquis ſuſcepiſſet. In Occidentali Eccleſia ab antiquo tempore diuerſa fuit ſeruata conſuetudo, dum ad vitandam fornicationem, ſecundum illud Apoſtoli, melius eſt nubere, quam vri; nullus eſſet poſitus terminus nubendi. Narrabat [b] S. Hieronymus ſub Damaſi Pontificatu nouiſſe vxorem, quæ ſepeliſſet viginti duos viros, & virum qui ſuperuixiſſet viginti & vni vxoribus.

I. Decretum de non ducenda quarta vxore. [a] *Theodor. in Nomoc. Phot. tit. 3. de lect.*

Romanus Imperator Orientis hoc anno exitium ſibi comparare cœpit, cum nomen ſuum prius quam Conſtantinus literis & decretis inſcriberet.

II. De arrogantia Romani Imp. [b] *epiſt. ad Ageruch.*

Eodem anno [c] plurimi Anglorum deuotionis gratia ad limina SS. Apoſtolorum Romam properantes, inter anguſtias Alpium à Sarracenis interrepti lapidibus obruti fuerunt.

III. Angli à Sarracenis occiſi. [c] *Frodoard.*

IESV CHRISTI
Annus 922.

IOANNIS X. PAPÆ ANN. 11. BERENGARII IMP. ann. 8. Conſtantini VIII. cum Romano Imp. ann. 11.

I. Robertus contra Carolum vnctus Rex Franciæ. *a Frodoard*

ANno *Chriſti* 922.ª Galli à Carolo rege deſciuerunt, eo quod Aganonem quemdam Comitem præ cæteris magnificaret; & indicto Comitio Robertum Comitem Regem ſibi deſignarunt, & vt eũ Heriueus Rhemenſis Archiepiſcopus inauguraret, impetrarunt. Triduo tantum poſtq; Robertum Heriueus coronaſſet ſuperuixit, nec aliquod negotium in promouendo Roberto Carolo ſimplici faceſſiuit.

II. De reliquiis S. Petri Apoſt.

Delatæ fuerant tunc temporis in pagum Geſedis aliquæ reliquiæ ex barba S. Petri Apoſtoli: propter quarum præſentiam tot miracula patrata ſunt, vt inter cæcos, claudos & contractos, amplius quam centum ſeptuaginta ſanitate donati, dæmoniaci autem quotquot illuc adierant, ſano ſenſu, pulſis dæmonibus redierunt.

IESV CHRISTI
Annus 923.

IOANNIS X. PAPÆ ANNO 12. BERENGARII IMP. ann. 9. Conſtantini VIII. cum Romano Imp. ann. 12.

I. S. Eugeniæ & Pelagii Martyrium. *a Rodericus Toletanus.*

ANno *Chriſti* 923.ª Habdaraghmann huius nominis quartus Rex Saracenorum in Hiſpaniis, cum maximo in Chriſtianos odio deflagraret, Eugeniam virginem die 26. Martii, & poſtea Pelagium ad coronam Martyrii per gladium tranſmiſit.

II. Carolus prælio Robertũ Imp. victum occidit.

In Galliis Carolus ſimplex monitorum Fulconis Archiepiſcopi Rhemenſis oblitus, Northmannos in auxilium vocauit, & contra pactas inducias cum exercitu contra Robertum imparatum irruens, conſlato prælio illum occidit; ipſe vero victus ab eius filio Hugone fuga ſibi conſuluit, ac tandem dolo Eriberti Comitis captus, in carcerem detruſus eſt. Proceres autem Sueſſione congregati Rodulphum Richardi filium è Burgundia vocatum, apud S. Medardum in Regem elegerunt, dataque ei Emma Roberti filia in vxorem, Rhemis ab Archiepiſcopo Seulpho (nam Heriueus obierat, & Ioannes Papa huic pallium tranſmiſerat) coronari poſtularunt.

III. Eodem anno 19. Kalend. Febr. migrauit è vita Sigiſmundus Halberſtadenſis Epiſcopus, ſanctitate vitæ perſpicuus, ex cuius prædictione ſubrogatus eſt ei Bernhardus.

IESV CHRISTI
Annus 924.

IOANNIS X. PAPÆ ANN. 13. CONSTANTINI VIII. cum Romano Imp. an. 13.

I. Berengarii Imp. interitus. Papia ab Vngaris igne ſuccenſa. *a Luitpran. & Frodoar.*

ANno *Chriſti* 924.ª Berengarius Imperator, à ſuis Longobardis, occiſus eſt. Eius, ante obitum, ductu Vngari Italiam depopulati, Papiam quoq; vrbem populoſiſſimam atq; opulentiſſimam igne ſuccenderunt, vbi opes innumerabiles periere, Eccleſiæ quadraginta tres ſuccenſæ, vrbis ipſius Epiſcopus cum Epiſcopo Vercellenſi qui ſecum erat, igne fumoq; necatus: atq; ex illa pene innumerabili multitudine ducenti tantum ſuperfuiſſe memorabantur, qui ex reliquiis vrbis incenſæ, quas inter cineres legerant, argenti modios octo dederunt Vngaris, vitam muroſq; ciuitatis vacuæ redimentes. His expletis Vngari, per abrupta tranſeuntes Alpiũ iuga venerunt in Galliam; quos Rodulphus Ciſalpinæ
A Rex Galliæ & Hugo Viennenſis inter anguſtias collium Alpinorum clauſerunt, & per deuia montium euadentes, tandem proſtrauerunt.

II. Rodulphus Rex per Eleemoſynas ſanatur a S. Remigio.

Eo metu hoſtium liberatus Rodulphus, paulo poſt in ægritudinem incidens, Rhemos ad S. Remigium ſe deferri iuſſit. Vbi relicta vxori parte, quicquid in theſauris habuerat, in monaſteria Burgundiæ & Franciæ, atq; in pauperes erogauit. & quatuor hebdomatibus apud S. Remigium demoratus, tandem ſanitatem ope ſancti recuperauit.

III. Vdalricus Epiſc. Auguſt.

Eodem anno Sanctus Vdalricus nobili genere natus, Auguſtę Vindelicorum electus eſt Epiſcopus: nec ſine prophetica prædictione. Venerat aliquãdo Romam, vt limina S. Apoſtolorum viſitaret. Ibi à Marino Pontifice interrogatus, quis & vnde eſſet: ille vero ſe Auguſtanum & Albertonis Epiſcopi familiarem ingenue B confiteretur; intulit Marinus Papa: ne turberis animo, ô frater. Ille de quo mihi dixiſti, ſenior tuus Adalbero migrauit à ſeculo. & Deo iubente te decet eius Eccleſiæ eſſe paſtorem. Eo autem renuente, Marinus dixit: Cur recuſas deſtinationem Dei? Si nunc inconcuſſam & indeſolatam accipere & gubernare refragaris in tranquillitate: inantea vero deſtructam & depręd atam in perturbatione accipies, & cum labore gubernabis & reædificabis. Hæc audiens Vdalricus, inſcio pontifice altero die ab vrbe receſſit, & Auguſtam reuertens Albertonem mortuum reperit.

IV. Vindicta diuina in Elfredum periurum & raptorē rerum Eccleſiaſt. *d Vvilelm de geſt. Reg Angl. lib. 2. c. 6.*

Per idem temporis,ᵈ Elfredus Comes periurus, Æthelſtano Regi ſuo aduerſarius, iudicio Dei extinctus eſt. Factum ad eum modum ipſe Rex narrabat, in ea do- C nationis formula quam S. Petro Apoſtolo ſcripſit, his verbis: Sciant ſapientes regionis noſtræ non has præfatas terras me iniuſte rapuiſſe, rapinamque Deo dediſſe; ſed ſic eas accepi, quemadmodum iudicauerunt optimates Regni Anglorum, inſuper & Apoſtolicus Papa Romanæ Eccleſiæ Ioannes. Elfredo defuncto, qui noſtræ felicitati & vitæ æmulus extitit, nequitiæ inimicorum noſtrorum conſentiens, qui me voluerunt, patre meo defuncto, cæcare in vrbe Winthonia, ſi non me Deus ſua pietate eripuiſſet. Sed denudatis eorum machinamentis, remiſſus eſt ad Romanam Eccleſiam, vbi ſe coram Apoſtolico Ioanne iureiurando defenderet. Et hoc fecit coram altari S. Petri. Sed facto iuramento cecidit coram altari, & manu famulorum ſuorum portatus eſt ad ſcholam Anglorum, & ibi tertia nocte, vi- D tam finiuit. Et tunc Apoſtolicus ad nos remiſit, & quid de eo ageretur, à nobis conſuluit; ſcilicet, an cum cæteris Chriſtianis corpus eius poneretur. His peractis & nobis renunciatis, optimates regionis noſtræ, cum propinquorum eius turma efflagitabant omni humilitate, vt corpus illius per noſtram licentiam cum corporib. poneretur Chriſtianorum: noſq; illorum efflagitationi cõſentientes Romam remiſimus, & conſentiente Papa, poſitus eſt ad cęteros Chriſtianos, quamuis indignus. Et ſic iudicata eſt mihi tota poſſeſſio eius in magnis & modicis. Sed & hæc apicibus prænotauimus literarum; ne quamdiu Chriſtianitas regnat, aboleatur. Vnde mihi præfata poſſeſſio, quam Deo & Sancto Petro dedi, donatur; nec iuſtius noui quam Deo & Sancto Petro hanc poſſeſſionem dare, qui æmulum meum in conſpectu o- E mnium cadere fecerunt, & mihi proſperitatem Regni largiti ſunt.

IESV CHRISTI
Annus 825.

IOANNIS X. PAPÆ ANN. 14. CONSTANTINI cum Romano Imp. ann. 14.

I. Nobile Martyriũ Pelagii pueri. *a Ragnel. in hiſt.*

ANno *Chriſti* 925. Si quo alio, certe Pelagii pueri virginis & Martyris nobili confeſſione illuſtrata eſt Hiſpania.ª Fuit Ermogii Epiſcopi Sobrinus, non maior decenni, quando pro captiuo Epiſcopo redimendo da-

tus eſt obſes Habdarragmano Regi Saracenorum. Toto triennio & ſemis quo tenebatur incluſus, ad Martyrium quidem ille aſpirabat, à barbaris a.ad turpitudinē omnium turpiſſimam educabatur, milleq; modis tum vt à fide Chriſtiana recederet, tū vt tyranno obſequens eſſe vellet ſuadebatur. Interea poſt conſtantem fidei exhibitam confeſſionem, cum eum iocularitet Rex tangere, ſc.abuti vellet, *Tolle te canis:*(inquit S.Pelagius) *Nunquid me ſimilem tuu effœminatū exiſtimas?* Et ilico veſtimēta quæ indutus erat ſcidit, & fortem in palæſtra ſe athletam conſtituit, eligens potius digne pro Chriſto mori, quam turpiter cum diabolo viuere, & vitiis inquinari. Ipſum vero adhuc ſuaderi poſſe Rex exiſtimās, ſuis præcepit tyronibus, vt eum ſuaſoriis delinirent lenocinijs, ſi forte apoſtatando, tantis acquieſceret regalibus pompis. Sed ille adiuuante Domino, fortis ſtetit, & intrepide permanſit, Chriſtianum ſe ſolummodo prædicans, eiuſq; per ſecula præceptis obſecundare ſe dicens. Cuius feruentiſſimum Rex Spiritum contra ſe perſiſtere videns, atq; in ſuis deſideriis ſpretum eſſe intelligens, ira ſtimulatus: *Appendite, inquit, illum in forcipes ferreas, ac ſtrictum tamdiu ſurſum, deorſum, viciſſim euantes deponite, quouſq; aut animam exhalet, aut Chriſtum eſſe Dominum deneget.* Quod Beatus Pelagius, forti animo pro Chriſto tolerauit. Cum vero immobilem eius conſtantiam Rex videret, iuſſit eum membratim gladio ſcindi, & in flumen proiici. Qua miniſtri poteſtate accepta, per tam immania in eum, exerto pugione, ludibria debacchati ſunt, vt putares ſacrificia componere de eo, quem immolari, eis inſciis, in conſpectu Domini noſtri Ieſu Chriſti erat neceſſe. Nam alius brachium radicitus amputauit, alius tibias deſecauit, alius etiam ceruices ferire non deſtitit. Interea ſtabat Martyr intrepidus, nullum præter Dominum Ieſum Chriſtum inuocans, & dicens: *Domine eripe me de manu inimicorum meorum.* Porro manus etiā quas ille ad Deum eleuabat, gladio amputarunt; cum inter hæc Dominus ei apparens; *Veni*, inquit, *accipe coronam, quam tibi ab initio mundi promiſi.* Sub hac pœna mortuus ad cœlum volauit; corpus autem martyris barbarus in profluentem demerſit. Sed tandem pia ſedulitas Chriſtianorum illud reperit, & magno cum honore condidit. Paſſus eſt die Dominica, hora decima, ſexto Kalend. Iul.

Defuncto honores tanquam martyri habiti, cultuſq; decretus: corporis partes in Diui Geneſii, caput in Sancti Cypriani cœmeterio ſepulta. Eo maiori gloria dignus, quod quatuordecim non amplius annos natus erat, minus menſibus ſex, cum id virtutis & conſtantiæ ſpecimen dedit.

II. Pontificis Legati de ſtatu Hiſpaniæ inquirunt.

Quo tempore, Ordonio Legionis, & Carolo ſimplici Francorum Regibus, Zanellus Presb. à Ioanne Romano Pontifice, in Hiſpaniam legatus eſt hac occaſione. Diui Iacobi religione per omnes nationes peruagata, atq; Siſnandi Compoſtellani Epiſcopi virtutum celebri fama, Pontifex miſſo cum literis idoneo homine preces communicari petiit; vt propitiato Apoſtolo ſancto opem eius viuus mortuuſq; impetraret. Siſnandus Zanello in Italiam amandato, obtulit Pontifici obſequium: Rex etiam literas cum muneribus adiunxit. Zanellus officio defunctus, multis libris onuſtus in Hiſpaniam euoluto integro anno rediit; prætereà à Pontifice Legatus factus, cum poteſtate cognoſcendi, quæcunq; ad religionis ſtatum pertinebant. Perſuaſum Romanis ab antiquo, in precandi ratione Gothica multa deprauata eſſe; inſolenteſq; ſacrorum ritus atq; opiniones, de religione diſcrepantes inuectas. Ergo Zanellus in eam curam incumbendum iudicans, libros Eccleſiaſticos cū cura conquiſitos diligenter excuſſit, atq; in ritu quamuis diuerſo, contra quam ſuſpicabatur, omnia religioni conſentire deprehendit, Romamque rediens Pontifici viſa cognitaq; retulit in magno Patrum conceſſu. Gratias itaq; illi pro diuino munere agentes, libris comprobatis illud modo ſanxere; in ſacratiori ſecretaq; ſacrifici. Chriſtiani parte Romano ritu precandum videri nimirum alia myſtica verba, quibus panis vinumq; conuertitur, retenta tamen ſententia proferebant: ad hunc modum: *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hic eſt calix noui teſtamenti in meo ſanguine, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.* Quibus verbis, ne noſtra quidem ætate ij vtuntur, qui ritu Gotthorum ſacrificant diuina hoſtia Pontificum permiſſione. Hunc exitum ea tum controuerſia habuit, multis deinde ſeculis repetita; donec Hiſpanorum ſiue conſtantia, ſiue contumacia victa eſt, atq; Gotthica precandi ratio Romano ritu mutata. *Mariana lib. 7. c. vltimo.*

III. Seulpho veneno enecto puer quinquennis Archiepiſcopus Rhem eligitur. b *Frodoard lib 4 c.17. & 18.*

In Galliis [b] Heribertus Comes Aquitaniæ, à Seulpho Archiepiſcopo Rhemenſi, filio ſuo ſedem illam pactus eſt, vt in poteſtate haberet ius olei ſacri, quo Gallorum Reges ibidem inungebantur. Cæterum miniſtri Comitis moræ impatientes propinato Seulpho veneno, eum interemerunt. Seulpho ad hunc modum ſublato, tunc primum accidit in Eccleſia Dei videri monſtrum, nunquam hactenus in Orbe Chriſtiano viſum, nec auditum, immo nec puto mente conceptum, cum videlicet puer nondum quinquennis, nondum alicuius inferioris ordinis capax, vix ſub ferula prima addiſcens elementa Rhemenſis Archiepiſcopus electus eſt. Cæterum vt rata ea electio haberetur, Rodulphus Rex Summum Pontificem Ioannem interpellauit: atque is eandem confirmauit, delegato munere Epiſcopalium curarum Abboni Sueſſionenſi Epiſcopo.

IESV CHRISTI
Annus 926.

IOANNIS X. PAPÆ ANN. 15. CONSTANTINI VIII. cum Romano Imp. ann. 15.

I. Translatio reliquiarum SS. Hadriani & Nataliæ. a *Ambroſ. Moral lib 6 c 5.*

ANno Chriſti 926. [a] In Hiſpanias, ex Nicomedia Bithyniæ, delata ſunt ſacrata oſſa Sanctorum Hadriani Martyris & Nataliæ coniugis, & Legione in Eccleſia nomini eorum dedicata, à Rege Giſundo & Leubina coniuge, magno cum honore, nec ſine miraculorum gloria recondita.

II. Hugo Rex Italiæ b *Luitpran lib 3. c 4.*

[b] In Galliis, Hugo Comes Arelatenſis Berthæ filius Rodulphum Regem regno eiecit, atq; in Italiam penetrans, Regnum ab omnibus delatum ſuſcepit, fœdere percuſſo cum Ioanne Papa, Mantuæ obuio.

IESV CHRISTI
Annus 927.

IOANNIS X. PAPÆ ANN. 16. CONSTANTINI VIII. cum Romano Imp. ann. 16.

I. Concil. Duisburgenſ. a *Addit ad Regin Chr.*

ANno Chriſti 927. [a] Apud Duisburgenſes celebrata eſt Synodus, occaſione Bennonis Metenſis Epiſcopi, qui ante biennium, dum vitam eremiticam in Alpibus duceret, electus Metenſis Epiſcopus, hoc anno à Metenſibus excæcatus fuit. Et quidem omnes ſacrilegi excommunicatione percuſſi ſunt: cæterum Benno qui & Benedictus exemplo relictus magnæ tolerantiæ, ſucceſſorem habuit, Adallerani loco ſuſſubrogatum.

II. Adelfonſus Rex fit Monachus b *Moral. lib. 16 c. 9.10.*

In Hiſpaniis [b] Adelfonſus eius nominis Rex Quartus, cum amore monaſticæ vitæ ſeipſum Regno exuiſſet, & ſacræ deſertor militiæ factus, illud recuperare conaretur, à Ramiro cui illud reliquerat, captus oculis orbatus eſt. Eadem pœna affecit Ramirus tres filios Froilæ regis defuncti, cum aduerſus eū inſurrexiſſent. Sed patratæ ſæuitiæ pœnitens, multa monaſteria erexit, plura Eccleſiis donauit, atque delictum bonis operibus expiare curauit.

Digitized by Google

IESV CHRISTI
Annus 928.

LEONIS VI. PAPÆ ANN. 1. CONSTANTINI VIII. cum Romano Imp. ann. 17.

I. Ioannes Pap. in carcerem cõiectus. a *Luitpran. lib. 3. c. 12.* Leo Pap. VI.

ANno Chriſti 928.[a] Marchio Tuſciæ Wido, cum Marochia vxore olim ſcorto nobili, Ioanni Papæ infenſus, in Palatio Lateranenſi agentem miſſis militibus cepit, fratremq; ipſius Petrum ante oculos eiuſdẽ interfici præcepit, ipſum vero in carcerem coniectum, ceruicali impoſito ſuper faciem ſuffocari. per impudicam fœminam ſedi impoſitus, per impudicam quoque deiectus fuit. In eius locum ſubrogatus eſt Leo eius nominis Papa ſextus Chriſtophori Primicerii filius, nonniſi ſex menſibus & diebus quindecim ſuperſtes.[b] Conſtantinopolim hoc anno Symeon Rex Bulgarorum obſedit. Cumq; templum Dei genitricis apud Fontem incendiſſet, & cum exercitu prope Blachernas eſſet, colloquium Patriarchæ & Romani Imperatoris, quaſi de pace acturus poſtulauit. Quo cum vterq; veniſſet, aiunt Romanum Symeoni dixiſſe: Audiui te hominem Chriſtianum, & Dei cultorem eſſe, ſed facta nequaquam video verbis conſentire. Si. n. reuera Chriſtianus es; parce tandem nefandis cædibus, & impię ſanguinis effuſioni, & fœdus ini nobiſcum qui Chriſtiani ſumus, cũ & ipſe Chriſtianus ſis & voceris, neq; velis Chriſtianorũ dexteras ſanguine Chriſtianorum eiuſdem Fidei contaminari. Homo es etiam ipſe, & mortem expectas, & reſurrectionem, & iudicium, & præmium eorum quæ geſſeris in vita. Hodie es, & cras in puluerem diſſolueris. Si diuitiarum amore captus hoc facis; ego te his ad ſatietatem explebo: tantum amplectere pacem, & ama cõcordiam, vt etiam ipſe tranquillam vitam agas & incorruptam, & Chriſtiani tandem definant arma cõtra ſe mouere. Hæc dixit Imperator. Symeon vero pudore perfuſus ob eius humilis animi virtutem, pollicitus eſt ſe pacem facturũ: & ita data & accepta ſalute receſſere, cum Imperator magnis donis Symeonem oneraſſet.

b *Curopal.*

II. Symeon Rex Bulg. pacem cũ Romanis init.

III. Stephanus & Conſtantinus Imperatores coronati.

Die autem feſto Chriſti Natali, Romanus Imp. duobus filiis ſuis coronam impoſuit, Stephano & Conſtantino, tertiũ autem Theophylactum Patriarcha in clericum totondit, Syncellumq; cum ordine ſubdiaconatus creauit.

IESV CHRISTI
Annus 929.

STEPHANI VIII. PAPÆ ANN. 1. CONSTANTINI VIII. cum Romano Imp. an. 18.

I. Caroli ſimpl. Regis, & Leonis VI. Pap. obitus.

ANno Chriſti 929. Carolus cognomento ſimplex in Gallus, & Leo ſextus Papa Romæ, in carcere diem obierunt. In ſedem Leonis ſuffectus eſt Stephanus Romanus, patre Theudemundo natus.

II. De ſacra lancea Henrici Regis. a *Sigebert. in Chron. & apud Sur. 3. Octob.* De aliis ſacris muneribus Henrici. b *De geſt. Apoſt. Bremen. lib. 2. c. 1.*

Eodem anno,[a] lanceam mirandi operis, ex clauis Ieſu Chriſti crucifixi ſanctificatam, quæ dicitur primi & magni Conſtantini Imp. fuiſſe, donatam Rudolpho Regi Burgundiæ & Italiæ à Samſone Comite, Rex Henricus precibus, minis, muneribus, addita etiam parte prouinciæ Sueuorum à Rodulpho extorſit, & hanc ad inſigne & tutamen Imperii poſteris reliquit. Hoc poſtea victorioſo præeunte ſigno, hoſtes in ſe irruentes, Henricus ſemper terruit atq; fugauit.[b] Eidem Henrico Rex Galliarum Hugo, enſem Conſtantini Magni miſit, in quo literis aureis nomen antiqui poſſeſſoris legebatur: in capulo quoq; ſuper craſſas auri laminas clauum ferreum affixum cerneres, vnum ex quatuor, quos Iudaica perſecutio Dominici corporis aptarat ſupplicio. Lanceam quoq; pariter Caroli Magni miſit, quam Imperator inuictiſſimus contra Saracenos exercitum ducens, ſi quando in hoſtes vibrabat, nunquam niſi victor abibat. Ferebatur eſſe eadem, quæ Dominico lateri Centurionis manu impacta pretioſi vulneris hiatu paradiſum miſeris mortalibus aperuit. Vexillum item miſit Mauritii beatiſſimi Martyris, & Thebææ legionis principis, quo idem Rex in bello Hiſpano quoslibet infeſtos & confertos inimicorum cuneos diſrumpere, & in fugam ſolitus erat cogere.

IESV CHRISTI
Annus 930.

STEPHANI VIII. PAPÆ ANNO 2. CONSTANTINI VIII. cum Roman. Imp. ann. 19.

ANno Chriſti 930.[a] Henricus Rex Northmannorum & Abroditarum Regibus & populis bello ſuperatis, Fidem Catholicam & tributum imperauit. Iuuit pios eius conatus Vnni Archiepiſcopus Hamburgenſis, & hac occaſione bene vſus Danis & Suecis, & aliis Balthici littoris habitatoribus prædicauit, atque Haraldum, Gorm Daniæ regis filium, adeo ad Chriſti fidem emolliuit, vt permiſerit Eccleſias à Sacerdotibus pulſis deſolatas iterum frequentari, & verbum vitæ publice annunciari. I. Reformat. pietas in Dania. a *Adam lib. 1. c. 2. & ſeq.*

Conſtantinopoli Nicolao Patriarchæ defuncto, ſucceſſit Stephanus ex Archiepiſcopo Amaſeæ.

IESV CHRISTI
Annus 931.

IOANNIS XI. PAPÆ ANN. 1. CONSTANTINI VIII. cum Romano Imp. ann. 20.

ANno Chriſti 931. Stephano Papa mortuo,[a] Wido Marchio Tuſciæ & Marochia olim ſcortum, Ioannem Sergii pſeudopapæ ex eadem Marozia filium in Petri ſedem ſubrogauit, & vndecimum nuncupauit. Facile fuit potentiſſimæ mulieri, quæ vna cum viro vrbe & mole Hadriani potiebatur: ſub eorum tyrannide ſuſpirante & laborante Eccleſia. II. Stephani Pap. obitus. a *Luitpran.* Ioann. XI Pap. ſubrogatio.

IESV CHRISTI
Annus 932.

IOANNIS XI. PAPÆ ANNO 2. CONSTANTINI VIII. cum Romano Imp. ann. 21.

ANno Chriſti 932.[a] Arnoldus Baioariæ Dux, hoc anno in Italiam contra Hugonem Italiæ Regem exercitum duxit. Sed ab eo tractus domum ſe recepit. Sanctus Vdalricus Auguſtæ Vindelicorum Epiſcopus, per quietem vidit, in Concilio Sanctorum ipſum Arnoldum accuſari, & iudicari, vti ſacrilegum, deſtructorem monaſteriorum, & eorum bona laicis diuidentem. qui non multo poſt Auguſtana ciuitate deprædata occiſus eſt. I. Arnoldi Baioariæ Ducis impietas & obitus a *Otho lib. 6. c. 18.*

IESV CHRISTI
Annus 933.

IOANNIS XI. PAPÆ ANN. 3. CONSTANTINI VIII. cum Romano Imp. ann. 22.

ANno Chriſti 933.[a] Mortuo Widone Marchione Tuſciæ, Marozia ſcortum impudens eius relicta, fratrem illius Hugonem Regem Romam acciuit, pro connubio quod cum eo expetebat, vrbem pacta. Venit ille, & fraternam viduam ſibi iungens, mole Hadriani potitus, Romanos deſpicere præ Marozia cœpit. Semel I. De Widone Rege Italiæ turbas excitante. a *Luitpran. lib. 3. c. 12. & Frodoard*

etiam colaphum in faciem impegit, Alberico priuigno, Marozziæ ex Widone filio, aquam ſibi imprudenter affundenti. Qua contumelia offenſus ille, Romanos contra eum excitauit, & in turpem fugam compellens, ipſe vrbis adminiſtrationem vſurpauit: atq; Ioannem Pontificem & matrem propriam in cuſtodiá coniecit. Quãquam autem Ioannes detineretur, non tamen ab adminiſtratione Eccleſiæ vacabat. Per id.n. tempus, pallium miſit Arthaldo Archiepiſcopo Rhemenſi, qui eiecto Hugone puero intruſo, ad eam ſedem fuit electus.

Ioan. Pap. in carcerẽ coniectus.

II. Inſignis victoria Henrici Regis de Hungaris. b Witichin. lib. 2. c. 8 9

Eodem anno, [b] Henricus Rex contra Hungaros Germaniam inuadentes profectus, eos ad internecionem deleuit, triginta ſex millibus ex eis occiſis, cęteris captis, aut flumine abſorptis. Iuuit eum ad victoriam obtinendam, magna continentia, qua à Sacris Eccleſiæ vaſis abſtinuit. Profectutus.n. ad prælium, ſuis pro concione dixerat: Conſulite igitur vobis ipſis, & quid ſuper hac re faciendum eligite. Theſaurum diuinis officiis ſanctificatum tollamne, & dabo pro noſtra redemptione inimicis? An certe addam cultui diuino pecuniá & honorem, vt ab ipſo potius redimamur, qui vere noſter extat Creator & Redemptor? Ad hæc populus leuauit voces in altum, inquiens: ſe à Deo viuo & vero redimi omnimodis deſiderare, quia fidelis & iuſtus ſit in omnib. viis ſuis, & Sanctus in omnibus operibus ſuis. Operam ſuam deinde Regi promittens contra gẽtem acerrimam, dextris in cœlum eleuatis pactum firmauit. Rex porro Theſauris intactis, vexillo, quod Angelum, propter Angeli effigiem in eo depictam nuncupabat, prælato victoriá eam inſignem reportauit. Maxime quod vouiſſet, Symoniacam labem è regno ſuo extirpaturum, quæ conniuentia anteceſſorum altas radices defixerat.

III. Theophylactus Epiſ. Stephano puer ſubrogatur.

Conſtantinopoli Stephano Patriarcha defuncto, Theophylactus Romani filius ſexdecim annorum puer ſubrogatus eſt; commiſſa cura rei Eccleſiaſticæ Tryphoni monacho, donec ille adoleuiſſet.

Eodẽ anno Leucapenus Romanus Conſtantini Imp. copiarum præfectus cõtra Atenolphum, & Landolphũ principes Capuanos & Beneuẽtanos exercitum mouerat. Cumq; illi non tm̃ viriũ haberent, vt pares eſſe poſſent, Ioannes Pontifex Theobaldum Marchionem Spoleti, & Raynerium Comitem Interamnæ ad ſuppetias eis ferendas miſit.

IESV CHRISTI
Annus 934.
IOANNIS XI. PAPÆ ANN. 4. CONSTANTINI VIII. cum Romano Imp. ann. 23.

I. Ioan. Pap. concedit pallium Epiſcopis Conſt. a Luitpran.

ANno Chriſti 934. [a] Ioanne Papa in vinculis detento, Romanus Imp. Legatos in vrbem magnis cũ muneribus miſit, qui Theophylacto Patriarchæ Conſtantinopolitano pallium depoſcerent. Effecit Alberici tyranni cupiditas, vt ex Pontificis nomine Theophylacto literæ mitterentur, quarum auctoritate, tum ipſe, tum ſucceſſores abſq; Pontificum Romanorũ permiſſu palliis vterentur. Ex quo turpi commercio vituperandus mos inoleuit, vt non ſolum Patriarchæ, ſed etiam Epiſcopi totius Græciæ palliis vterentur.

II Miracula Rhemis in Eccleſia D. virginis. b Frodoard

Hoc eodem anno, miranda plurima plurimis in locis euenere. [b] Rhemis in Eccleſia Beatæ Dei genitricis Mariæ, ſolennitate annunciationis Domini, dum Sacra Miſſarum ſolemnia ab Attaldo præſule inibi celebrarentur, quidam iuuenis cõtractis poplitum neruis repere ſolitus, repente reſolutis, extenſiſq; genuum crurũq; compagib. aſſurrexit, retẽtatoq; greſſu, iádiu oblita veſtigia recepit. Item in Eccleſia S. Hilarii ante portã Martis cæcus quidam nomine Paulus illuminatus eſt; cum prius in ſomnis admonitus eſſet, vt ad ipſum locum veniret, ibiq; lumen recipere deberet. Eodem anno diaconus quidam Vicedunenſis, nomine Adelmannus languore depreſſus, ſpiritum viſus eſt amiſiſſe. Sed antequã feretro imponeretur, reuerſus, ita ſurrexit validus, vt

A ſibi videretur nihil ęgritudinis ſuiſſe perpeſſus. Qui ſe diuerſa ſuppliciorum & refrigerii loca vidiſſe, ſeque loco pœnali deputatum, & tandem Dei genitricis precibus, beato quoq; Martino intercedente, ad agendam pœnitentiam præſenti vitæ redditum eſſe, teſtabatur.

IESV CHRISTI
Annus 935.
IOANNIS XI. PAPÆ ANNO 5. CONSTANTINI VIII. cum Romano Imp. ann. 24.

I. Conc. Macranum. a Frodoard

ANno Chriſti 935. [a] Rhemis in Gallia, apud Sanctam Macram Arraldus Epiſcopus Rhemenſis Synodũ Epiſcoporũ celebrauit; in qua ꝑdones & Eccleſiarũ
B rerum inuaſores ad correctionem vocauit. Tanto a. zelo Arthaldus, cõtra ſacrilegos feruebat, vt antequam pallium à Summo Pontifice acciperet, Milonem Comitem propter Catalaunenſe Epiſcopium deprædatum, habuerit anathemate percellere.

IESV CHRISTI
Annus 936.
LEONIS VII. PAPÆ ANN. I. CONSTANTINI VIII. cum Romano Imp. ann. 25.

I. Henrici Regis obitus & laudes. a Witichin. lib. 1 & Crant. in Metrop. lib. 2. c. 11 & Luitprand lib. 4. c. 7.

ANno Chriſti 936. [a] Henricus Rex perdomitis circũquaq; gentibus, duabuſq; Epiſcopalibus ſedibus erectis, atq; pietate Chriſtiana etiam in Gentiles propagata, cogitabat, Romã deuotionis gratia proficiſci. Sed
C infirmitate correptus, itinere intermiſſo, cum ſe morbo grauari ſenſiſſet, conuocato omni populo, Regnum Othoni filio reliquit, pietatiſq; mercedem recepturus in cœlum euolauit. Mathildis eius religioſiſſima coniunx, cadauer in Saxoniam deportatum, in Sanctimonialium cœnobio repoſuit, & celebre exequiarum officium perſoluens, viuam pro eo hoſtiam offerri curauit. Danos ab immolatione hominum Henricus auocauit, Regemq; eorum ad fidem Chriſtianam inuitauit. Eccleſiã in Valetheue in terra Luneburgenſi erexit, cui primum Epiſcopum Marcum, virum ſanctitate vitæ conſpicuum & miraculis illuſtrem præficiendum obtinuit: alterum vero Epiſcopatum in oppido Miſna ad Albin fluuium cõſtituit: aliaq; monaſteria ædificauit, in quib. maxima be-
D neficentiæ monumenta donauit. Eo autem defuncto, Otho eius filius regnum capeſſiuit, Aquiſgrani ab Hildeberto Archiepiſcopo Moguntino, conſenſu Wigfridi Archiepiſcopi Colonienſis inunctus.

Ludouicus Franciæ Rex. b Frodoard

Eodem anno [b] Ludouicus Caroli ſimplicis filius, hactenus in Anglia apud Regem Ethelſtanum auunculum ſuum, propter metum tyrannorum occultus, ab Hugone Comite euocatus, Rhemis ab Archiepiſcopo Arthaldo coronam regni accepit. præſentib. Principibus cum Epiſcopis viginti & amplius. Sicq; ad progeniem Caroli Magni per Ludouicum Francorum regnum reuertitur.

Ioan. Pap. mortuo ſubrogatur Leo VII. c Luitpran ſup. c. 3.

Romæ, mortuo Ioanne Papa, Leo quidam ſeruus Dei ſubditus eſt. [c] Ianuæ in Alpibus Cottiis fons ſanguinis largiſſime fluxit ſubſecuturam ruinã inſinuãs. Eo quip-
E pe anno Pœni inopinato irrumpẽtes, Eccleſiis deuaſtatis, multis interfectis, multis interceptis, impune in Africam reuerſi ſunt.

I. Hugo Romam obſidet. Manaſſes plures Epiſcopatus inuadit.

Per hoc idem tempus, Rex Hugo, vrbẽ exercitu admoto tentauit. Sed fame & peſte equorum diuexatus, & Odonis Abbatis ſermone perſuaſus nequicquã rebus ſuccedentibus, ad propria reuertit, cum Alberico pacẽ facta, & filia ſua ei in matrimonium collocata. Hæc cum audiſſet eius affinis Manaſſes Arelatenſis ciuitatis Epiſcopus, in Italiam relicta Eccleſia cõuolauit. Quo adiutore ſperans Hugo Regnũ ſe poſſe firmius obtinere, cõtra ius faſq;, Veronẽſem, Tridentinã, Mantuanã & Mediolanenſem Eccleſias ei cõmendauit, ſeu, in eſcam & prædã dedit. Et vt aliquo prætextu, peccatũ velut ficus

folijs obtegeret, id ſe agere tradebat exemplo Principis Apoſtolorum, qui Antiochenam, Alexandrinam & Romanam poſſediſſet Eccleſias. Iſtud boni tantummodo contigerat, quod Odo Abbas à Leone Pontifice euocatus tanquam ſequeſter pacem inter Hugonem & Albericum conciliauerit, atque ab vrbe, hoſtem prædæ inhiantem auerterit.

II. Hunni Archiepiſcopi obitus.

In Germania, Hunni Archiepiſcopus Hamburgenſis, à Danorum & Slauorum prædicatione reuertens, apud Bircam fatis ceſſit. Adaldagus ei ſucceſſit, doctrina & miraculis clarus, quibus, apud Slauos euangeliſtæ munere functus, Eccleſiam illuſtrauit.

III. De Odone Abbat.

Odo Abbas, eodem anno, monaſticam vitam reformabat. Fuit tantæ perfectionis, vt furibus, & percuſſori ſuo qui voluerat eum occidere, pecunias muneris loco obtulerit.

IESV CHRISTI
Annus 937.

LEONIS PAPÆ VII. ANNO 2. CONSTANTINI VIII. cum Romano Imp. ann. 26.

I. Vaſtatio Hungarorum in Italia. a *Frodoard.*

ANno Chriſti 937. Hungari Italiam & Gallias peruaſtarunt. In Galliis,[a] cœli pars ardere viſa eſt, & Vngarorum perſecutio ab eadem parte per Franciam inſecuta eſt, qua villæ & agri depopulati, domus, baſilicæq; conflagratæ, captiuorum educta multitudo. Nonnullas tamen Eccleſias, ignibus applicatis, non valuerunt ſuccendere. Eccleſiam S. Mariæ apud Rhemos, demptis etiam ſegetum metis, quæ parietibus pene ipſius quibus inhærebant exuſtis, incendere nequiuerunt. In Eccleſia Beati Baſoli cum quidam Vngarorum ſuper altare aſcēdere nitens, aræ manum applicuiſſet, ipſa manus eius altaris inhæſit lapidibus, nec omnino potuit auelli, donec cæteris Vngaris aræ ſaxum circa ipſam manum incidentibus, partem lapidis qui manui eius inhæſerat, in admirationem omnium, perferre coactus ethnicus.

Quædam Eccleſiæ ab incendio diuinitus præſeruatæ.

II. De Adalgaro à vinculis liberato.

Quidam presbyter de Bauonis Curte, nomine Adalgarius captus eſt ab eis & adductus vſq; ad pagum Bituricenſem. Qui cum in vinculis & compedibus ferreis eſſet, noctu viſio cuidam concaptiuo apparuit iuſſumq; eſt, vt diceret eidem presbytero, quatenus fugam caperet, vt ſe reſolutum videret. pariterq; cum viſione catena ipſa reſerata eſt. At ille mortem metuens, quam barbarus illi ſæpe minabatur, ſi eum forte de fuga forte reprehendiſſet: catena ſibi pedes reuinciens, & ferram quæ exilierat in compede requirens, iterum munire ſibi ferra ſtuduit vincula, non auſus euadere fuga. Nocte altera iterum viſio memorata facta eſt captiuo, quæ presbyterum ad eandem fugam roboraret, iterumque vincula ipſius reſoluta ſunt. Animatus ad id tunc tandem presbyter fugam petiit, & in palude quadam diebus aliquibus latens, vbi prætertiſſe barbaros comperit, patriam tum demum repetiit.

III. De Huebaldo monacho.

Orbacenſis etiam monaſterii monachum nomine Huebaldum, frequenter trucidare ethnici voluerunt, nec carnem eius incidere valuerunt. Quidā enim presbyter nudum eum vidit in medio poſitum, & ſagittis vndiq; appetitum, nec ſummotenus ſaltem cute præciſa vulneratum. reſiliebant enim ab eius corpore, vt ab adamante, reſciſſæ ſagittæ, nec ſignum ictus vllum eius apparebat in cute. Sed & gladio cum omni conatu eum nudū ſe vidiſſe percuti dixit, ac nihilominus caro ipſius intemerata permanſit.

IV. De duobus terribilibus monſtris in Albione.

Hoc anno, nata ſunt in Albione duo monſtra; alterum inter Danos Hermaphroditus homo, porcino capite, thorace ſupra quam humanum eſſet prominente, ventre obeſo, pedibus prope anſerinis, cruribus autem humanis: ſetoſus vndiq; atq; aſpectu fœdus. In Northumbria alterum, cui ſexus vnus erat virilis, vnuſq; venter; pectora autem duo carinata, non vt hominis lata, brachia quatuor: biceps erat, apparebatque, quemad-

A modū ſupra vmbilicum in duos thoraces ſciſſum erat duas voluntates contraria pene ſemper ſentientes in ſe habere: & per id diuerſos in monſtro eſſe homines, quorum alter dormiuit, altero vigilante; auerſabatur alter cibum altero petente; vterq; nonnunquam alteri conuiciabatur; proceſſumq; quandoque in tantam contumeliam, vt mutuis verberibus & vnguibus ſe laniarent. vno tandem longa valetudine confecto mortemq; obeunte, alterum, cum extincti cadaueris fœtorem ferre non poſſet, breui mors eſt inſequuta.

V. Sanguis erumpit ex monte.

Sanguis ſub idem tempus ex latere monticuli cuiuſdam in Gallouidia erupit, perq; dies ſeptem perpetuo fluuio manauit. Vnde riuuli qui frequentes ea ſunt in regione, ſanguine mixti, cruentum in Oceanum Hibernicum ad aliquot à terra paſſuum millia aſpectui horribilem reddidere lapſum.
B Prodigio id erat multorum præſagio, haud parum Scotici ſanguinis non ſine gentis pernicie breui effundendum. & vt oſtenti illius interpretibus, maior adhiberetur fides infelix congreſſus paulo poſt ad Bronigſeldum ſequutus effecit. Hector Boeth.

IESV CHRISTI
Annus 938.

LEONIS VII. PAPÆ ANN. 3. CONSTANTINI VIII. cum Romano Imper. anno 27.

I. Chriſtianorū præclara victoria de Saracenis pietate duce. a *Morales lib. 14 15. 16.*

C ANno Chriſti 938.[a] Ramirus Rex Legionenſis in Hiſpania, frequentibus prœliis Saracenos in ſe adeo exciuit, vt de Chriſtianis funditus excindendis Abderragham Rex illorum totam curam ſuſceperit, & centum quinquaginta millia peditum, equitum vero quinquaginta millia partim ex Africa, partim aliunde eduxerit. Chriſtiani porro cum ſe impares numero & viribus perſpicerent, ad diuinum implorandum auxilium ſeſe conuerterunt. Ibi Ramirus nuncupatis diuinitati votis, hoſtes aggreſſus eſt, præuiis duobus Angelis equeſtrium militum formam præferentibus. Horum ope ex inſperato potitus eſt victoria, cæſis octuaginta millibus hoſtium, ducto captiuo Rege Mauro nomine Abenain Cæſaranguſtæ regnante, cæteris in fugam conuerſis ac diſperſis, ipſoq; Rege Abderrhagam cum paucis
D profugo Cordubam ſe recipiente. Magnam tunc barbarus Cordubæ in Chriſtianos exorſus eſt perſecutionē: inter quos martyrio coronauit Sanctum victorem, & Sanctam Euphroſynam.

III. De Oddone Abbate vitam S. Martini ſcribente. b *Ioann. diſcipul. Odonis.*

Romæ,[b] Oddo Abbas, à Leone propter reformanda monaſteria vocatus, cum in cœnobio S. Pauli operi incumberet, ab Abbate Balduino rogatus fuit, vt vitam Beati Martini Epiſcopi, quam Sulpitius in Galli & Poſthumiani dialogo ſcripſit, quibuſdā ſcholiis illuſtraret. Paruit ilico vir ſanctus, & accito fratre Otheccario, operi manum admouit. Interim dum ſunt in opera, pulſatur campana hora veſpertina. Mox illi (vt habet regula) relictis illis quæ in manibus habebant, ad Eccleſiam properant. relicto codice aperto, in loco illo, vbi reſederant. Erat autem tunc hyems. Eadem nocte tanta vis
E imbriū de cœlo ruit, vt omnes monaſterii officinæ implerentur. Porro locus ille, in quo codex ab eis relictus erat, ita ſitus eſt, vt aqua quæ ex obliquo è vicinis tectis labitur inſtar torrentis in eum decidat. Manſit itaque apertus codex, fluxerunt aquæ illa nocte copioſiſſimæ, & quamuis codicis abluerent margines, ſcripturam ipſam attingere non auſæ fuere. Mane coram omnibus exhibitus eſt liber, ſtupebant fratres nihil eſſe læſum à pluuia. Et hoc quidem contigit propter ſanctitatem tum S. Martini, tum etiam Oddonis. Et quanquam hoc miraculo ſuam probitatem declaraſſet, duros tamen monachos, in monaſterio Eliæ, quod ei Albericus conceſſerat, non potuit ab eſu carnium retrahere, licet etiam piſces fere quotidie illis apponeret.

Digitized by Google

III. Miraculũ de Piſcina Odonis.

Contigit & iſtud aliud miraculum. Cum à longinqua regione petendi eſſent piſces,& tum equi, tum famuli fatigati deficerent, illo Dominum deprecante, vallis cui monaſterium præeminet,non ita procul,coniunctis inter ſe collibus,ita concluſa eſt, vt exiguo torrenti per eam mananti exitus præcluderetur. Inde igitur paulatim magna aquarum collecta vis lacum effecit, vt nec deinceps fuit Præpoſito piſces emere, lacu illo eos ſuppeditante. Ab hoc miraculo fama ſanctitatis illius longe lateque peruagata, plurimos principum excitauit, vt Odonem ad monaſticam diſciplinam inſtaurandam expeterent. Hinc factum eſt, vt Cluniacenſe nomen per Cluniacenſis Abbatis alumnos in diuerſas prouincias diſpertitos, fuerit breui tempore mirifice propagatum.

IV. Martyriũ Wenceslai Principis Boemiæ.

Eodem anno Wenceslaus Princeps Boemiæ, à Boleslao fratre impio principatum ambiente, ante fores Eccleſiæ in oratione cæſus, ad quartum Octobris inter Sanctos Martyres relatus eſt.

V. Otto Rex pietate hoſtes in fugam conuertit. c Witichin lib. 2.

Eodem anno, c rebellantibus aduerſus Ottonem Regem Henrico fratre,Ebérardo Duce Francorum,atque Giſleberto Lotharingiæ Duce, comparatoq; validiſſimo exercitu, Ottone vero aduerſus eos expeditionem parante; vt oſtenderet Deus, non vinci hoſtes armis tantum,ſed precibus, & præualere iuſtam cauſam omni apparatu potentiſſimo,atq; fidendum potius diuinæ quam humanæ potentiæ; in tranſitu Rheni, ſic permiſit Ottonis diſcidi copias, vt aliis ad ripam vlteriorem tranſmiſſis,aliis in citeriore remorantibus cum Ottone,neceſſe fuerat illi qui amnem tranſmiſerant, ex improuiſo apparente ingenti hoſtium exercitu, cum illis manus conferre. Et quamuis pauciſſimi eſſent, numero,eos tamen vicerunt atque fugarunt, incruenta parta victoria. Rex enim ſuorum tantam conſtantiam conſiderans, quoniam fluuio intercedente,corporali præſentia ſubuenire illis non poterat, recordatus populi Domini,qui repugnantes ſibi Amalechitas orationibus Moyſi ſerui Dei deuicerat, protinus de equo deſcendit,ſeque cum omni populo lacrymas fundens ante victoriferos clauos manibus Domini noſtri Ieſu Chriſti affixos ſuæque lanceæ impoſitos, in orationem dedit.quantum autem iuſti viri oratio valeret, res manifeſta probauit.Eo namque orante, cum ex ſuis nullus occumberet hoſtes ſunt in fugam conuerſi:nonnulliq; eorum cur fugerent,ignorabant.

IESV CHRISTI
Annus 939.

LEONIS VII. PAPÆ ANN. 4. CONSTANtini VIII. cum Romano Imp. ann. 28.

I. Hoſtes Ottonis Regis, vires reſumunt. a Luitpran. li.4.c.15.16

Insignis pietas Ottonis.

ANno Chriſti 939.Superiore anno hoſtes Ottonis fugati,viribus receptis contra eum in Alſatiam caſtra mouerunt.Ibi Otto ad victoriam obtinendam, pietate viam ſibi aperuit.a Comes quidam tunc prædiues cum eo erat, cuius multitudo militum Regiam aciem condecorabat. Hic itaque videns quamplurimos ex Regis acie deſertores ac transfugas fieri non interiorem, ſed exteriorem conſiderans hominem, tacitus hæc ſecum expendit: Quicquid à Rege in hac perturbatione conſtituto petiero, ſine dubio impetrabo, præſertim cum & acre bellum immineat, ac ne ſe deſeram, ſubtimeat.Nuntius itaque directis Regi ſupplicauit, vt Abbatiam quandam Laureiſhem dictam, prædiis ditiſſimam ſibi concederet cum ſuis poſſeſſionibus: vt quod ſibi deerat, militibus ſuis dare præualeret. Tandem Rege innuente,velle illi ſoli hac de re reſpondere; mox accurrit, & nonniſi Abbatiam poſtulauit. Cui Rex populo circumſtante: Obedire, inquit, magis oportet Deo quam hominibus. Quis enim ſanum ſapiens ignorat, te hæc non humilitate petitionis, ſed com-

A minationis auctoritate dixiſſe ? Scriptum eſt enim: *Nolite ſanctum dare canibus.* Quod quamuis de Doctoribus ſpiritualiter intelligendum eſſe prædicetur, ego tamen ſatis me dare ſanctum canibus cenſeo, ſi monaſteriorum prædia, quæ à Religioſis viris Deo ſunt militantibus tradita, tulero, & ſeculo militantibus dedero.

Tibi vero tam procaciter iniuſta petenti, ſub teſtimonio totius populi, nec hoc,nec aliud vnquam te à me accepturum eſſe teſtificor. Si cordi tibi eſt cum cæteris infidelibus auolare : quanto citius, tanto melius. His auditis (quia facies ſpeculum eſt mentis) cordis verecundiam vultus rubore nudauit, concituſque ad pedes Regis corruens ſe peccaſſe, & grauiter deliquiſſe,confeſſus eſt.

II. Euerardus Dux Franciæ & Giſlebertus Lotharingiæ truncati.

B Interim Euerardus & Giſlebertus, audito Regem in Alſatia eſſe, quoniam neminem qui eis reſiſteret verebantur, permagno collecto exercitu, Rheni alueum ad Andernacum pertranſeunt, Regiſque fideles circumquaque demoliri procedunt. Vdo ſane Hermanni Ducis Sueuorum frater, nec non & Conradus cognomento ſapiens Regi fideles, ipſis in partibus erant. Sed quia iſtorum copiæ illorum copiis impares extiterant, his occurrere trepidabant. verum iubente Deo,non locutionis,ſed inſpirationis modo, hos cum multis ſpoliis redeuntes pone ſequuntur. Cumque paululum proceſſiſſent ; quidam eis flens & eiulans obuiam venit ſacerdos. Qui rogatus ab eis quo iret? Cur fleret: Ab iſtis, inquit, prædonibus ego venio, qui paupertatis meæ ærumnam, vno quod poſſidebam iu-
C mento ablato, dilatarunt. Quod cum præfatus Vdo & Conradus audirent; An Giſlebertum atque Euerardum viderit, examuſſim ſunt ſciſcitati. Quo reſpondente ; quoniam cum præda cunctis pœne trans Rhenum miſſis, ipſi ſoli cum eorum electis militibus (quod nec bene vertat) capiunt cibum: tanta celeritate ſuper eos irruunt, vt ſi videres, non eos currere, ſed diceres tranſuolare. Quid plura ? Euerardus gladiis occiditur, Giſlebertus Rheni vndis ſubmergitur; quas quoniam exuperare præ multitudine non potuit, anima recedente defecit. Cæterorum vero nullus aufugit,qui non aut viuus caperetur, aut gladio truncaretur. Ea victoria Otto parta,gratias quidem Deo egit,Henrico vero fratri rebellionis principi ſupplicibus votis veniam petenti benignus indulſit;immo & Duca-
D tu Burgundiæ ipſum donauit.

III. S. Gerardus Eremita reſtitutor diſciplinæ monaſt.

Hoc ſeculo ex Auſtrariarum Ducibus cluxit Sanctus Gerardus. qui ſolitariam prius vitam eligens ad reſtituendam penitus collapſam diſciplinam monaſticam à Deo vocatum, vtiliter eo munere functus eſt,adeo vt decem & octo monaſteria ad regularem obſeruantiam reuocarit.

IV. Stephanus Pap. ſucceſſor Leonis.

Eodem anno Leo Papa deceſſit. cui ſucceſſit Pontifex Stephanus Nonus patria Germanus, à quo Sanctus Gerardus Romam veniens literas Apoſtolicas pro monaſterio Broinenſi accepit.

IESV CHRISTI
E
Annus 940.

STEPHANI IX. PAPÆ ANN. I. CONSTANtini VIII. cum Romano Imp. ann. 29.

I. De Stephani Pap. electione.

ANno Chriſti 940. Stephanus Papa, præter voluntatem aliquorum aſſumptus, iniurias plurimas ab Alberici partibus tulit. Nam crebris ictibus faciem eius ita deformarunt, vt plurimis diebus in publicum non prodiret. Quamobrem Otto Rex contumeliam ſui patriotæ vindicare cupiens, cogitauit ſeſe electioni Pontificum immiſcere,tantamque Romanorum inſolentiam reprimere.

In An-

Digitized by Google

II. Diſcrimen Edmundi Regis ob repulſam S. Dunſta. a *apud Sur. 19. Maii.*

In Anglia [a] ſublato ex hac vita Rege Ethelſtano, Edmundus frater in regnum ſucceſſit, ſanctumq; Dunſtanum in adminiſtrationem rerum ſuarum, miſſis ad eum nuntiis, euocauit. Dunſtanus itaque ſuo conſilio Regni negotia diſponebat, ipſe lites & contentiones, ſi quando oriebantur, deſtruebat; ipſo pacem & concordiam inter omnes nutriebat. Nullus in qualibet cauſa vnquã de iniuria ſibi illata conqueſtus eſt, ſi ad comprobandam iudicis ſententiam Dunſtanus mediator aut arbiter ſederet. Rex ipſe & Principes quiq;, ita ei ſubmiſſi erant, vt contra id quod ipſe iuberet, aut ordinaret, nemo quidquam faceret. Non poterat hæc ferre pacis inimicus. Quamobrem aliquos excitauit, qui ſanctum à latere Regio amouerent. Amoto illo, Rex in extremum vitæ diſcrimen venit, ſcilicet in venatione ceruum inſequens, in præruptum montis, vnde præcipitium patebat delatus. Et ceruus quidem in barathrum vna cum canibus incidit; equus autem regem vehens in extremo margine ſubſiſtit, tunc quando ille recoluit, Dunſtanum ſumma cum iniuria ſe eieciſſe. Proindeq; orationem illius cum expoſtulauit, à præſenti periculo incolumis euaſit, & Dunſtanum ad regiam reuocauit.

III De reliquiis S. Mauritii.

Eodem anno S. Vdalricus ab Agaunenſib. monachis, reliquias plures S. Mauritii & martyrum Thebæorum, impetrauit ibidemque alteram de SS. Trinitate, alteram vero miſſam de celebritate dominicæ die recitauit. Tunc enim ſacerdotibus liberum fuerat quot vellent vno die miſſas celebrare, quod ex Vualafrido colligas capite vigeſimo primo, & fortaſſis ex S. Leonis Papæ epiſtola ſeptuageſima nona ad Dioſcorum capite ſecundo.

IV Concil. Salegustad. celebranda indies vna miſſa.

Concilium etiam Saleguſtadienſe, cui Bruno Auguſtanus interfuit, conſtituerat, ne quis trium miſſarum numerum excederet. Alexander vero Pontifex, qui anno 1073. obiit ad vnam tantummodo reuocauit.

IESV CHRISTI
Annus 941.

STEPHANI IX. PAPÆ ANNO 2. CONSTANTINI VIII. cum Roman. Imper. ann. 30.

I. Concil. Sueſſion. in cauſa Archiep. Rhemen. a *Frodoard in Chron.*

ANno Chriſti 941. [a] Sueſſione celebrata Epiſcoporum Synodo, Artaldo qui ad Rhemenſem Sedem ex monacho fuerat aſſumptus, abrogarunt Epiſcopatum, & Hugoni adhuc quinquenni puero olim electo, & à Sede Apoſtolica approbato adiudicarunt. Inter cęteras cauſas, propter quas Hotaldum ea dignitate exuerint, erat, quia is iuramento ſeſe aſtrinxerat, nunquam illud munus deſideraturum.

II. Frideric. ſe purgat de coniuratione. b *Vuitich. lib. 2.*

Hoc tempore [b] Fridericus Archiepiſcopus Moguntinus coniurationis ab Henrico Ottonis fratre poſtulatus, purgauit crimen publica teſtificatione per corporis & ſanguinis Chriſti perceptionem.

III. Ruſſorum crudelitas in Chriſtianos. c *Curopal.*

In Oriente, [c] Ruſſi gentiles claſſe comparata, Imperium infeſtarunt, maxima crudelitate in Chriſtianos ſęuientes. Ex his enim quos ceperant alios in crucem egere, alios clauis in terram affixere. Qui vero ex captis ſacerdotii dignitate præſtabant, horum capita acutis clauis traiecere.

IESV CHRISTI
Annus 942.

STEPHANI PAPÆ IX. ANNO 3. CONSTANTINI VIII. cum Roman. Imper. ann. 31.

I. Steph. Pp. laborat pro Lud. Rege Fran. a *Frodoard. in Chron.*

ANno Chriſti 942. [a] Galli à Rege ſuo Ludouic. ex Anglia maximo cum deſiderio euocato, deſciſcere moliebantur. Quod cum Stephanus Papa intellexiſſet, Damoſum Epiſcopum Legatum in Franciam miſit, ſcriptis ad Principes Regni literis, ne quippiam contra regem ſuum conarentur: quod ſi illum vt par erat non pacifice reciperent, anathematis vinculo innodarentur. Interim vero Legatos Romam mitterent, qui imperatis ſatisfactum eſſe renunciarent. Per hos ab vrbe reduces Stephanus Papa Hugoni Rhemenſi pallium miſit, eique dignitatem Archiepiſcopalem confirmauit.

II. Oddonis Clun. Abb. obitus. b *apud Sur. 18. Nov.*

Romæ hoc ipſo tẽpore, [b] Oddo Abbas inſtaurata in plurimis monaſteriis diſciplina magna ægritudine correptus, Deum deprecatus eſt, vt Turonis apud ſepulchrum S. Martini diem extremum obire poſſet. Sequenti itaque nocte vidit virum quendam præſtanti forma, audiuitque in viſione ſibi dicentem: Iam quidem, ô ſancta, & Deo dilecta anima, inſtat tempus vocationis & diſſolutionis tuæ, ſed Martinus retinet te precibus ſuis, vtque poſſis redire in patriam vires ſubminiſtrat. Cum autem eo perueneris, mox tibi vita pro morte, & beata electorum ſocietas pro laboribus tuis à Chriſto donabitur. Viſionem mox conſecuta ſanitate, Turonos rediit, & 14. Kalend. Decemb. cum ſacroſancta Euchariſtia prius ſe communicaſſet, vinculis carnis abſolutus liber ad ſuperos abiit. Adelbero Metenſis Epiſcopus multam cum eo nauauit operam, in reſtituenda monaſtica diſciplina.

III. Priuilegia monaſterii S. Vincent.

Conſtantinopolitani Imperatores propter diſcordias Ducum Italiæ, Calabria, Apulia, atque ea Campaniæ parte quam Vulturnus alluit potiti, monaſterio S. Vincentii ad fontes Vulturni priuilegium exemptionis ab omnibus reipublicæ oneribus & exactionibus conceſſerunt.

IESV CHRISTI
Annus 943.

MARINI II. PAPÆ ANNO 1. CONSTANTINI VIII. cum Roman. Imper. ann. 32.

I. Stephano IX Papæ mortuo ſuccedit Marinus II.

ANno Chriſti 943. Stephanus Papa ex hac vita migrauit. In eius locum acceſſit Marinus Romanus, eo nomine ſecundus, ſpiritu Prophetiæ clarus. Hic totum ſe dedit ad componendam Eccleſiam, in Cleri & Monachorum reformatione, baſilicarum reſtauratione & pauperum cura. Curauit etiam per literas, vt inter Principes Chriſtianos pax componeretur.

IESV CHRISTI
Annus 944.

MARINI II. PAPÆ ANNO 2. CONSTANTINI VIII. cum Roman. Imper. ann. 33.

I. Tryphon ſuccedens Theophyl Patriarcha Conſtant. eiectus. a *Curopal.*

ANno Chriſti 944. [a] Theophylacto Patriarchæ Conſtantinopolitano iam adulto, Tryphon Coepiſcopus, qui hactenus res illius Eccleſiæ adminiſtrauit; loco cedere recuſauit, propter quod cum Imperator angeretur, & quid conſilii caperet, prorſus ignoraret, Cæſarias Theophanes, pollicitus ei ſuam operam, eo aſtu Tryphonem deiecit. Hominem conueniens dixit; Imperator quidem alias multas cauſas contra te habet, ait, Sed hanc præcipue, quia ferunt te literas ignorare. Si igitur hanc vnicam remoueris, lupus inhians videbuntur ii, qui contra te machinantur.

Si quid igitur mihi auſcultes, tota Synodo præſente, in charta non ſcripta ſcriptum nomen tuum & ſacerdotii dignitatem mittito Imperatori, vt certior de hac re factus, de ſpe decidat, deſiſtatque contra te aliquid moliri. Viſum eſt vtile conſilium. Quamobrem conuocata Synodo, calumniam de ignorantia literarum pro concione eleuauit; & charta aſſumpta coram omnib. ita ſcripſit: Tryphon miſeratione diuina Archiepiſcopus Conſtantinop. nouæ Romæ, & Oecumenicus

Digitized by Google

Patriarcha. Et ſcripta per Protothronum miſit Imperatori. Quibus ille acceptis, & alia in non ſcripta charta deſuper contenta, cauſam cur ſe abdicaret, ſcripſit, videlicet indignum ſe throno cuicunque volenti cedere. Et hac excuſatione ad Synodum allata, ab Eccleſia Tryphon remouetur, multum conquerens de fraude, & Protothronum grauiter accuſans.

II. Romanus filius Cõſt. Imp Hugonis filiam ducit in vxorem. b Luitpran lib 5 c 5. c Apud Metaphraſ. 16 Aug. De miraculis imaginis ſaluatoris Conſtantinopolim delatæ.

Eodem anno b Conſtantinus Imper. filio ſuo Romano, Bertham Hugonis Regis Italiæ ex concubina filiam matrimonio collocauit. Edeſſam quoque Syriç à Sarracenis infeſſam obſidione cinxit, neque prius eam ſoluit, quam barbari ipſi traderent epiſtolam manu ſaluatoris Dei ad Abgarum ſcriptam, & imaginem ei non manu factam miſſam. Ea cum Conſtantinopolim deferretur, miraculis inclaruit. Nauis enim qua Euphratem traiicerent, ad littus aduerſum, ſine remigio, ſola per ſe applicuit, tempeſtas ſubito exorta in momento ſedata eſt, cęci plurimi & claudi ſanati; manus aridæ aliquib. reſtitutæ, dæmoniacus multa in laudem imaginis locutus, paralyticus quidam curatus; & alii ab aliis ægritudinibus liberati.

Abrahamius vir Deo charus Epiſcopus Samoſatæ, erat qui hæc pretioſa donaria Imperatori miſſa deferebat. Quæ ſimul atque Conſtantinopolim illata ſunt, Deus imperium ſoli Conſtantino reſtituit. d Qui enim hactenus rerum potiebatur Romanus, à proprio filio Stephano captus, attonſus, inque exilium deportatus eſt. Paulo poſt Stephanus cum Conſtantino fratre de Imperio certantes, in menſa tenti, & in inſulas relegati ſunt: magnoque Dei beneficio, ſoli Conſtantino Imperium reliquerunt.

Curopal.

III. De Pauli anachoretæ ſanctitate. Vita S. Pauli in actis.

Florebat eo tempore in Latio, e Paulus anachoreta mirabili ſanctitate. Hic ſemel à Photio Patricio Legato Imperatoris ad ſe miſſo, vt non manufactæ Chriſti imagini, quam mantile factum appellabant, lineum æquale velum applicaret, idque ſibi mittere non grauaretur. Factum eſt quod poſtulabat, miſſumque velum ex animi ſententia, quod cum expandiſſet, Chriſti effigiem in eo ad amuſſim expreſſam, & figuræ figuram exactiſſimam vidit; cum cæteris aliis nihil tale appareret. Porro huic Photio Patricio, dum apud Paulum verſaretur curæ fuit, externa etiam hæc obſeruare, qualis eius facies eſſet, quales oculi, vox, greſſus & alia, tum inprimis quales oculi & aſpectus. Etenim hoc etiam illi in mandatis dederat, Conſtantinus Imperator. Conatus itaque eſt iuſſa exequi, ſed nulla ratione potuit. Diſcedens enim deducenti ſe Simeoni arcanum prodens, faſſus eſt: Conatus, inquit, perſępe in eius faciem oculos defigere, nunquam potui. Nam ex ea tanquam radius quidam ſolis emiſſus oculos meos perſtringebat, & claudere cogebat. Hinc notus factus eſt omnibus, adeo vt Petrus Bulgariæ Princeps perhumanis illum epiſtolis modeſtiſſimiſq; crebro ſalutaret: & vt pro ſalute ſua Deum deprecaretur, orabat. Pontifex etiam Romanus, cum eius aures tanti viri fama impleſſet, monachum quendam prouectum ad eum miſit, non alia de cauſa, quam vt eum ſalutaret, vitamque ipſius & formam penitus agnoſceret, reuerſuſque poſtea omnia ipſi vt ſe haberent, explicaret. Aliquando Conſtantinus Imper. claſſe contra Saracenos Cretenſes comparata, miſerat ad eum conſulendum; ſi ex re foret expeditio illa. Diſſuaſit Paulus, ne illam ſuſciperet, neue Baſilium Rhodium pro redemptione captiuorum mitteret. Cum autem in ſententia ſua perſiſteret, damno ſuo didicit, quid fuerit Paulo diuinanti non parere. Hæc de illo ex occaſione tranſlationis ſanctæ imaginis; quæ poſtmodum Conſtantinopoli Romam delata, & in Eccleſia titulo ſancti Silueſtri collocata eſt.

IESV CHRISTI Annus 945.

Marini II. Papæ Anno 3. Conſtantini VIII. Solius Imper. ann. 34.

I. Hugo Rex imperio priuatus fit Monach. a Luitpran. lib. 5. c. 13. b Frodoard. hoc anno.

Anno Chriſti 945. a Hugo Rex Italiæ in pœnam iuncti cum Sarracenis fœderis, à Manaſſe aſſini quem tot Epiſcopatibus onerauerat derelictus, & à ſuis pulſus, in Burgundiam ſe recepit, ibique monaſterio S. Petri magnis ſumptib. ædificato, monaſticam profeſſus eſt. b Ludouicus quoq; Rex Francorum dolo Hugonis principis à Northmannis comprehenſus, annum integrum in vinculis egit, neq; inde dimiſſus, niſi dato Hugoni quod petierat caſtro Laudunenſi.

II. De obitu Theotili Turonenſ.

S. Theotilus Turonenſis Epiſcopus conabatur inter eos pacem componere. Verum perficere non potuit, morte pręmatura ereptus. Narrant, quod cum vltimum exhalaſſet ſpiritum, apparuit ſignum quoddam luminis per aera diſcurrens cubitum longitudinis habere viſum cuius lumine ad depellendas noctis tenebras ſufficienter perfuncti ſunt, qui funus eius curabant, & fere per millia ducenta Turonicam in vrbem ferebant.

IESV CHRISTI Annus 946.

Agapiti II. Papæ Anno 1. Conſtantini VIII. Imp. Solius ann. 35.

I. Marini Pp. obitus. Succeſſio Agapiti Pp. II. a Leo Oſtieſ. lib. 1. c. 60. & ſeq.

Anno Chriſti 946. Marinus Papa per id temporis mortuus eſt. a Paulo ante obitum, Sico Epiſcopo Capuano ſub intermin atione anathematis præcepit, vt Eccleſiam S. Angeli pro monaſterio ædificando à prædeceſſore illius monachis Caſſinenſibus datam, quam ille diacono ſuo in beneficium dederat, diacono expulſo monachis reſtitueret. Succeſſit Marino in Pontificatum Agapitus, eius nominis ſecundus, cuius extat priuilegium confirmationis cœnobii Gemblacenſis, quod tunc temporis S. Guibertus extruxit.

II. Inuentum corpus Hunegundis virginis miraculis clarũ. b Apud Sur. 25. Aug.

Eodem anno, b apud Nouiomum in Gallia, repertum & tranſlatum eſt corpus S. Hunegundis virginis. Cum primum fuit retectum, multa illic diuinitus declarata ſunt miracula, atque ingens ſplendor perpetuo ad ſacrum corpus permanſit, ita vt à pectore virginis & furſum, pro ſordibus pulueris nitentia relucerent fragmina margaritarum, & quibuſdam clariſſimis erumpentibus ſcintillis aſpicientium reuerberaretur obtutus. Tãta etiam ibidẽ ſentiebatur odoris fragrantia, vt omnium nares ineffabili ſatietate complerentur. Quicunque autem ſacrum illud corpus poterant intueri, quocunque eſſent affecti morbo, ilico curabantur. Porro odoris illius ſemper accreſcebat ſuauitas. Inter cętera autem miracula ipſo die eleuationis SS. Virginis, cum ſæuiſſimus morb. totum illum pagum adeo occuparet, vt vix eſſet domus in qua non iaceret ægrotus, omnes illi cum eleuato ſacro corpore ſimul è ſuis lectulis ſani ſurrexere.

III. Legatio Conſtant. Imp. ad Bereng. c Luitpran. lib. 6 c. 1. 2.

c Conſtantinus Imper. hoc anno, legationem ad Berengarium Italiæ tyrannum miſit, pro nurus ſuæ fratre Lothario, vt eius rationem haberet. Berengarius etiam ad Conſtantinum miſit Legatum Luithprandum hiſtoriarum ſui temporis ſcriptorem.

IV. S. Liſdag. Epiſcopus & Martyr.

Vixit hoc anno Liſdagus Epiſcopus & Martyr. qui, poſteaquam ad ſuperos euolaſſet B. Vnno, voluntate Ottonis Regis ſuffectus eſt in Archiepiſcopum Bremẽſem, genere illuſtris, ætate iuuenis, veruntamen induſtrius. Hic primam ſibi religionis conſeruandæ propagandæq; curam ſuſcipiendam putauit. Qua in re Ottonis Regis familiaritate fretus, quaſcunque emergentes facile ſuperauit difficultates. Emundus quoq; Gothorum Sueonumq; Rex, Erici filius, Haraldo Daniæ Regi Chriſtiano confœderatus, Chriſtianis eo venientib. placabilis fuit. Itaq; ex legatione ſua, quæ pro gentium ſalute primo a prædeceſſorib. ſuis ſuſcepta fuerat, hoc illi ordine prouenit, vt quod alii in lachrymis ſeminauerant, ipſe meteret in gaudio, plurimum ſolicitus, totoq;

Digitized by Google

animi deſiderio incenſus æſtuabat, quomodo perficeret quod religioſo conceperat affectu.

Liſdagus ergo Friſia oriundus, inter alios Apoſtolicæ vocationis viros ab Adalgado ordinatus, Sueonibus, Danis, Normannis prædicauit. Cum enim nullæ adhuc certæ Epiſcopis conſtitutæ eſſent ſedes, vel tutæ ſatis, ob perſecutiones paſſim ingruentes, quiſq; plantandæ ſtudio Chriſtianitatis, in vlteriora progreſſus verbũ Dei tam ſuis quam alienis, prædicare certabat. Sic vir ſanctus zelo Dei feruens, prouincias ſibi creditas ſolerter obiuit, ſerenſq; verbum Dei in agro cordis humani, multos conuertit ad Chriſtum; vt & populum cœleſti doctrina indies Deo multiplicaret, & ipſe bonis exemplis, iter cœleſtis regni commonſtraret, donec ſpiritum cum ſanguine pro Chriſto martyr profunderet, ab infidelibus apud Ripam ciuitatem trucidatus. Anno ſalutis humanæ nongenteſimo quinquageſimo, multis poſt mortem clareſcens miraculis. *Adam Brem. lib. 2. c. 16. Abb. Stad. p. 110.* qui mortem eius refert in annum 984. *Alb. rt. Krantz. in ſua Metrop. li. 3. c. 17. 26. & 40.* Recenſente Ioan. Vaſtou. Sigiſm. III. Reg. Polon. Biblioth. Præfect.

IESV CHRISTI
Annus 947.
AGAPITI II. PAPÆ ANNO 2. CONSTANTINI VIII. Solius Imp. an. 36.

I. Synodus Virdun. in cauſa Epiſ. Rhem. [a] *Frodoard hoc anno.*

ANno Chriſti 947.[a] Iterum pro Epiſcopatu Rhemenſi turbæ. Artaldus eiectus ſedem illam occupauit, & ad Synodum Virduni à Roberto Treuicenſi indictã, Hugonem à Stephano Papa confirmatum euocauit. Is autem quod hoſtile iudicium fore exiſtimaret, ad Agapiti Papæ ſedem prouocauit, & quaſi vniuerſi ſuæ Diœceſeos Epiſcopi pro ſe ſcriberent, fictas ab eis literas, per Sigeboldum clericum Agapito miſit, viciſſimq; ad Epiſcopos ſuos à Sede Apoſtolica ſubripuit.

II. De S. Ælfegi Winton. Epiſc. obitu & miraculis. [b] *Flor. hiſt.*

Hoc anno S. Aelfegus Vuintonienſis in Anglia Epiſcopus, ſanctitate & ſpiritu Prophetiæ clarus, cœleſtem coronam accepit. De eo legitur, quod in die cinerum, cum de more pœnitentes de Eccleſiæ liminib. remoueret, hortatus eſt eas, vt tempore Quadrageſimali ieiunio & caſtitati vacantes, diebus illis vxorum etiam delitiis abſtinerent. Quorum vnus, cæteris Epiſcopi iuſſionibus reuerenter obtemperantibus, ioculari cœpit dicens; ſe abſtinere non poſſe à Venere, à cibo, pariter & coniugio. Cui Epiſcopus: contriſtas me miſer oppido, neſciens quid tibi pariat dies ventura. Et ſic homo ille recedens durum B. Ælfegi Prophetiam nebulo experitur, dum poſtera luce in cubiculo fuerit repertus exanimis, incertum, vtrum à diabolo ſuffocat⁹. Altero quoq; tempore, dũ ſacros ordines celebraſſet, tres monachos ad ordinem promouit presbyteratus. Completis itaque ordinibus, aſtantibus dixit: Hodie tribus monachis manus impoſui, quorum duo pontificalis ordinis gratiam obtinebunt, vnus in ciuitate Vuigorniæ, ac deinde in Cantia, alter meam ſedem quandoq; implebit. Tertius voluptatum petulantia accenſus exitum miſerabilem ſortietur. Quam vtique ſancti præſulis Prophetiam, vt prædixerat, rerum exitus comprobauit.

III. [c] *Dithmar. Chron. li. 2.*

Eodem anno,[c] ſeptimo Kalend. Febr. Regis Ottonis coniunx Ædita ſanctitate, & poſt obitum miraculis clara, ad cœlum emigrauit.

IESV CHRISTI
Annus 948.
AGAPITI II. PAPÆ ANNO 3. CONSTANTINI VIII. Imp. ann. 37.

I. Synodus Moſom. in cauſa Epiſ. Rhem. [a] *Frodoard.*

ANno Chriſti 948.[a] Agapitus Pontifex Marinum Legatum miſit, in Gallias, tum vt Regnum Ludouico factione Hugonis Comitis inquietum, ſtabiliret, tum vt cauſam Artaldi & Hugonis Epiſcopatum Rhemenſem ad ſe trahentium cognoſceret. Eius rei ergo, Marinus Synodum apud caſtrum Moſom habuit, & Hugoni literarum Apoſtolicarum ſurreptori, accito & nolenti comparere, dignitatem abrogauit, atq; Artaldo adiudicauit, propter hanc vel vnicam rationem, quia olim puero, iuxta canones tanti officii incapaci, per vim ſuffragatoribus illatam, Præſulatus delatus fuit.

II Synodus Engelheim. in cauſa Marini.

Aliam quoq; Synodum in Engelheim palatio regali, idem Marinus celebrauit, in qua prædictum Hugonem Rhemenſis Eccleſiæ peruaſorem, ab Eccleſiæ Dei gremio Epiſcopi repulerunt, donec ad pœnitentiam & dignam ſatisfactionem venire procuraret.

III. Synodus Treuiren.

Tertiam porro Synodum apud Treuiros conuocauit, in qua Hugonem Comitem, iniuriarum à Ludouico Rege accuſatum, neq; comparentem, excommunicationis gladio percuſſerunt, donec Ludouico ſatisdaret. Quod ſi tempore præſtituto negligeret, abſolutionem non amplius à Marino, neq; à quoquam Epiſcoporum, ſed à ſummo Pontifice expeteret.

IESV CHRISTI
Annus 949.
AGAPITI II. PAPÆ ANNO 4. CONSTANTINI VIII. Imp. ann. 38.

I. Synodus Rom.

ANno Chriſti 949. Agapitus Papa Romæ apud S. Petrum Concilio Epiſcoporum congregato, Acta Synodi Engelheimenſis contra vtrumque Hugonem confirmauit.

II. Otto Rex Germaniæ debellatis hoſtibus fidem propagat. [a] *Adam lib. 2. c. 2.* [b] *Vuitich. lib. 3.*

[a] Otto Rex Germaniæ Haraldo Danorum Principe, atq; aliis gentibus debellatis, fidem Catholicam in Fionia, Selandia, Scadenauia, ac Suecia, erectis auctoritate ſummi Pontificis, per Adaldagum Hamburgenſem Epiſcopatibus propagauit. [b] Contigit autem contentionem ſuper cultura deorum fieri in quodam conuiuio, Rege præſente, Danis affirmantibus Chriſtum quidem eſſe Deum, ſed alios fore eo maiores deos: quippe qui potiora mortalib. ſigna & prodigia per ſe oſtenderent. Contra hæc clericus quidam, poſtmodum autem factus Epiſcopus nomine Poppo, vnum verum Deum Patrem cum filio vnigenito Domino noſtro Ieſu Chriſto, & Sp. ſancto, ſimulacra vero dæmonia eſſe teſtatus eſt: Haraldus autem Rex, qui velox traditur fuiſſe ad audiendum, tardus ad loquendum, interrogauit, ſi hanc fidem per ſemetipſum declarare vellet. Ille incunctanter velle reſpondit. Rex vero cuſtodiri clericum in craſtinum iuſſit.

Rex Daniæ per miraculum cõuerſus.

Mane aũt facto, ingentis ponderis ferrum igne ſuccendi, clericumq; ob fidem Catholicam illud candens deferre imperauit. Confeſſor autem Chriſti indubitanter ferrum rapuit, tam diuque deportauit, donec Rex ipſe decreuiſſet. Manum poſtea incolumẽ cunctis oſtendit fidemque Catholicam omnibus probabilem fecit. Ad hæc Rex conuerſus, Chriſtum Deum ſolum colendum decreuit, idola demoliri præcepit. atq; Dei ſacerdotib. & miniſtris debitum honorem impendit. [c] Ferũt etiam Ottonem Slauos reliquos prælio ſubegiſſe, domitiſque & tributum, & fidem Chriſtianam impoſuiſſe. Aiunt quoque [d] his temporibus accidiſſe plurimas animarum ſenſibiles apparitiones, ad indicandam earum immortalitatem quam Slaui negabant.

[c] *Adam ſup. c. 3.* [d] *Dithm. lib. 2.*

III. Berengar. pacem bonis Eccleſiæ pactus cum Vngaris. [e] *Luitpran. lib. 5. c. 15.*

Per idem tempus, [e] Taxis Rex Vngarorum magno cum exercitu in Italiam venit. Cui Berengarius non ex propria pecunia, ſed ex Eccleſiarum & pauperum collectione decem modios nummorum dedit. Fecit autem hoc non vt populi curam haberet, ſed vt hac occaſione magnam pecuniam congregaret. In omni enim ætate, omnique ſexu, tam ab ablactatis quam à lactentibus, nummum ab omnibus & ſingulis exegit, quibus æs commiſcens, ex paucis decem modios fecit, cæteram vero partem, & quicquid ex Eccleſiis tulit, ſibi retinuit.

Digitized by Google

IESV CHRISTI
Annus 950.

AGAPITI II. PAPÆ ANNO 5. CONSTANTINI VIII. Imp. ann. 39.

I. Lotharii Regis Italię mors. a *Frodoard.*

ANno Chriſti 950. [a] Lothario Rege Italiæ ſiue ex veneno, ſiue ex phreneſi defuncto, Adelais eius vxor Regina auxilium ab Ottone Rege Germaniæ poſtulauit. Petiit etiam eadem Pontifex Agapitus; cum videret Berengarium tyrannide arrepta vim Eccleſiis intuliſſe, & totum fere argentum ſacrum rapuiſſe.

II. Item Ramiri Regis Legionen. ſanctitate clari. b *Ambroſ. Moral. lib. 16. c. 19.*

In Hiſpaniis [b] Ramirus Rex Legionenſis, apud Talaueram Sarracenis prælio deletis, ægritudine afflictus, Legionem ſe deferri imperauit. Ibi facta confeſſione, & SS. corpore Chriſti ſuſcepto, ſe Regno abdicauit, proclamans cum lachrymis: *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus illuc reuertar. Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo.* His ita tranſactis, vitam finiuit, & in monaſterio S. Saluatoris, quod filiæ ſuæ conſtruxerat, conditus eſt. Rex magnus bellica virtute, maior pietate, maximus religione. Regnum ab eo tenuit filius Ordonius 3. eius nominis tertius.

IESV CHRISTI
Annus 951.

AGAPITI II. PAPÆ ANNO 6. CONSTANTINI Imp. VIII. ann. 40.

I. Otto Bereng. vincit. a *Frodoard.*

ANno Chriſti 951. [a] Otto Rex in Italiam veniens, Berengario & Adelberto eius filio fugatis, duabuſq; eius filiabus captis & in Germaniam miſſis, Adelaidem Lotharii Regis relictam ſibi in matrimonio collocauit.

II. Amalaph. Angl. Rex ſacrilegii dat pœnas. b *Matth. Weſtmon. hoc anno.*

In Anglia, [b] Amalaphus tyrannus cum adeo inualuiſſet, vt eius regni partem dimidiam poſſideret, alteram Edmundus legitimus Rex teneret; cum aggreſſus fuiſſet Eccleſiam S. Baltheri incendio exurere, mox numine vindice repentina morte percuſſus, Regnum vniuerſum Angliæ Eadmundo reliquit.

IESV CHRISTI
Annus 952.

AGAPITI II. PAPÆ ANNO 7. CONSTANTINI VIII. Imper. ann. 41.

I. Berengar. Imp. Ital. reſtitutus iniurioſus eſt in Epiſcopos. a *Frodoard.*

ANno Chriſti 952. [a] Agapitus Pontifex Ottonem Regem Romam inuitauit. Sed is Alberici Principis vires metuens, nec quicquam proceſſit, ſed Auguſtam Rætiæ prouinciæ reuerſus, Conuentum Epiſcoporum, nec non Principum Francorum, Saxonum, Bauarorum, Alemannorum & Longobardorum habuit, vbi Berengario cum filio Adelberto ſeſe ſubmittenti Italiæ adminiſtrationem reddidit: Berengarius itaq; in Italiam reuertens, cum Epiſcopos & Principes male habuiſſet, omnium odium & inimicitiam in ſe conuertit. Otto vero haud ingratus Deo pro beneficiis acceptis, multa Eccleſiis, præſertim vero Oſnaburgenſi beneficia conceſſit.

IESV CHRISTI
Annus 953.

AGAPITI II. PAPÆ ANNO 8. CONſtantini VIII. Imper. anno 42.

I Conſpiratio contra Ott. facta. a [illegible]

ANno Chriſti 953. [a] Otto Rex nimium amore Adelaidæ Reginæ delinitus, matri illius Bertæ contra ius faſque Abbatiam Merenſtein appellatam in gratiam illius, ſed non impune dedit. Mox enim in eum Luithul-

A phus filius, cum Duce Chunrado conſpirauit. [b] Arnolphus Comes Palatinus filius Arnolphi Ducis Bauariæ, pro factione Luithulphi Auguſtanam ciuitatem inuadens, eam deprædatus; neque ſine diuina vltione. Qui tres Eccleſiæ SS. Deiparentis rapuerant, digitos ſibi prærodentes, abalienati à ſenſu mouebantur. Aliquis libro quodam vendito equum ſibi coemerat. Quem cum demulcens, vxori glorioſus oſtenderet, potioremque libro ab Eccleſia ſublato aſſereret, calcibus equinis percuſſus interiit. Ipſe Arnolphus in aciem progreſſus, in articulo tumultus primus occiſus eſt. Quidam etiam homo de Epiſcopatu Eiſtettenſi, partem viliſſimi menſalis ad ſuam proprietatem portauit, & ſtatim à dæmonio arreptus, nullum abſcondendi locum ab eo inuenire potuit, neque in Eccleſia, neq; extra Eccleſiam, neq; B aſperſus aqua benedicta, quin iuxta eum videretur manere, donec Auguſtam regrediens, iniuſte inde rapta reportauit, & Epiſcopum cum ſcopis ei flagella imponere pro Chriſti nomine & pro pœnitentia delicti poſtulauit.

Vltio Dei in ſacrilegos. b *Vita S. Vdalrici.*

Per idem tempus [c] Bruno frater Ottonis Regis, ab Iſraele Scotorum Epiſcopo, doctrinam & pietatem doctus, communi ſuffragio cleri ad Epiſcopatum Colonienſem euectus, pallium, & S. Pantaleonis reliquias à ſummo Pontifice obtinuit.

II. Bruno Epiſc. Colonienſis. a *Apud Surium 11. Octob.*

IESV CHRISTI
Annus 954.

C AGAPITI II. PAPÆ ANNO 9. CONSTANTINI VIII. Imp. ann. 43.

I Translatio corporis S. Matth. a *Leo Oſtienſ. lib. 2 c. 5.*

ANno Chriſti 954. [a] Alberico Romanorum Patricio defuncto, Octauian. filius quãquam clericus eſſet, principatum vrbis adeptus eſt. Corpus S. Matthęi Apoſtoli & Euangeliſtę, quod primum in Æthiopia vbi paſſus fuerat, deinde in Bythinia per multa tempora quieuerat, eiuſdem S. Euangeliſtæ reuelatione repertum, atque Salernum translatum eſt.

II. Pax inter Ottonem & eius filium.

In Germania Luitholphus exercitu comparato, contra Ottonem patrem, in campo oppidi Tuſſa dimicaturus, prece S. Vdalrici Auguſtani perſuaſus, Patri ſupplex fuit. Guilhelmus quoque Ottonis alter filius, Friderico Moguntianis, Archiepiſcopo defuncto, in Epiſcopatum ſucceſſit, magna laude apud Petrum Damianum D commendatus.

III.

In Galliis Lud. Rege mortuo, Lotharius puer eius filius ab Artaldo Archiepiſcopo Rhemis inauguratus, Regnum paternum accepit.

I. Synodus Nouiom. de celebrando feſto S. Hunegund. b *Apud Sur. 25 Aug.*

In ciuitate Nouiomenſi, [b] Rodulphus Epiſcopus Synodo congregata, diem ſanctæ Hunegundis virginis feriari præcepit. Floccifaciebant aliqui iſtud præceptum: ſed Deus miraculis illud ipſum approbauit. Aliqua puella nomine Rotgildis, in villa Saſſulphi eo die meſſoribus frumenta ſecantibus, ſpicas relictas legebat. Inclinata itaque vt colligeret, primam ſanguine madentem reperit. Demum ſecundam, tertiam, & quotquot ſuſtulerat, ſanguineas guttas ſtillantes aſpexit, patri retulit, pater presbytero, presbyter populis oſtendit ſpicas ſanguinem craſſum fundentes. E Vnde perterriti populi manuum laborem illo die ſacro relinquentes, ſacris vacare in poſterum ſtatuerunt. Aliquis tamen ſcopa accepta, frumentum trituratum in area purgare voluit. Sed in momento manus eius obriguit, donec culpam coram presbytero fateretur.

Miraculũ pro huius feſti confirmatione

II. De Ratherio Veron. Epiſc. c *Dum l. 2 Chron.*

Veronæ Ratherius Epiſcopus vir inter ſcriptores ſui ſeculi illuſtris, ter breui tempore à ſuis pulſus, apud Lobienſe monaſterium in exilio moriens, hæc in ſuo tumulo, humilitatis gratia ſcribi voluit: Conculcate me pedes hominum ſal infatuatum. Multa eius ſcripta leguntur digna tanto viro, & illo ſeculo opportuna, [c] quo cruces in veſtib. hominum apparuerunt: quod ſignum digne accipientibus profuit, irridentibus autem obfuit.

IESV

Digitized by Google

IESV CHRISTI
Annus 955.

Agapiti II. Papæ Anno 10. Conſtantini VIII. Imper. anno 44.

I. Agapeti P. obitus. ſucceſſor Ioan. XII. *apud Sur. Gel. 6.*

ANno Chriſti 955. Sanctus Agapitus Papa, hoc anno, cælos emigrauit. Octauianus autem Alberici filius vrbis Princeps, iuuenis circiter decem & octo annorum, Cleti electione, ſchiſmata metuentibus vniuerſis, Pontificiam quoq; Sedem aſcendit, & Ioannis duodecimi nomine appellari exambiuit.

II. Vngari ab Ottone in Germania deuicti.

a Quo tempore Vngarorum tanta multitudo in Germaniam irrupit, quantam tunc temporis viuentium hominum, nemo ſe antea vidiſſe, in vlla regione profitebatur. Penetrarunt vſque ad Vuindelicorum Auguſtam; vbi S. Vdalricus multam operam cum ſuis ouibus nauauit, in obſidione ſuſtinenda & depellenda. Totum enim noctis ſpatium in oratione pernoctans, religioſas mulieres in ciuitate congregatas concitabat, vt vna pars earum cum crucibus ad Dominum deuote clamando intra circumirent, & altera pars clementiam S. Dei genitricis Mariæ pro defenſione populi & pro liberatione ciuitatis ſtudioſiſſime pauimento proſtrata flagitaret.

Ipſe etiam quotidie, aurora primum erumpente, ſalutaris ſacrificii hoſtiam Deo libabat, & homines vniuerſos ſacroſancto edulio recreabat. Inſuper & equo inſidens mœnia ciuitatis circumiés, excubitores & quotquot erát, præſidiarios ad fortitudinem animabat. Rex porro imparem ſe hoſtibus, apparatu externo animaduertens, ieiunium vigiliæ S. Laurentii omnibus ſuis indixit, eidemque S. Martyri vouit dedicare Epiſcopatum Merſepurgenſem; & poſt miſſam à S. Vdalrico celebratam, & factam ab eo præceptam communionem exurgens, haſta ſacra prælata, hoſtes adorſus vicit & proſtrauit, ita vt ex eis vix ſex aut ſeptem euaſiſſent. Duces autem hoſtiles captos; Ratiſponæ patibulis ſuſpendit, ad eorum ignominiam perennem.

III. Dunſtanus ad reddendum impudicitia arguit. *Apud Sur. 19. Maii.*

b S. Dunſtanus Epiſcopus, hoc anno, à ſuo Rege Eadredo, contumelia affectus eſt. Princeps quædam mulier adultam filiam habens tam ardentes libidinis faces in eius pectore ſuccenderat, vt miſer aliubi neſciret reſidere, quam inter matrem & filiam, amplexibus & oſculis illum ludentes. Vtraque enim non tam amores, quam ſceptrum & diadema ambiebat, quod infelix capiti ſuo quandoq; detractum, alterutri impoſuerat, tūc quando ſe à conuiuio Principum ad eas ſubduxiſſet. Intoleranda hæc viſa Principibus. Nemo tamen admonere auſus, præter Dunſtanum. Hic libera voce indignitatem Regi oſtendit; ſimulque vt ſibi à fallentibus caueret admonuit. Audiuit hæc illa perditionis mater & filia. Quamobrem vtraque hominis libertatem non ferens, Regem inflammauit, vt ſanctum ſi non perderet, ſaltem à latere ſuo dimoueret.

IV. In Hiſpaniis Ordonii mortui, Veremundus filius nondum pubertatis annos excedens, Regnum poſt mortem paternam non obtinuit: Sancio Craſſo paterno fratre illud occupante.

V. Chriſtianorum duo nobiliſſimi triumphi de Mauris.

Ordonio viuente, Ferdinandus Gonſaluus Caſtellæ Comes, geminam diuina ope victoriam de Mauris recepit. Alhagibus Almanſor inprimis, magno comparato exercitu in Caſtellæ fines excurſionem fecerat, formidabilis æque ac infenſus nomini Chriſtiano. Contra hunc Ferdinandus, delectu ſuorum habito, Pelagii Anachoretæ inuiſendi cupidus, ex itinere eius domicilium adiit; ſed deceſſiſſe inuenit. Solicito de belli euentu ac dormienti, Pelagii oblata ſpecies indicauit fore victorem. Numine itaque fretus progrederetur ad bellum venturi ſecutus, ac prælio, primo quoque tempore decerneret.

Ad Petram Hittam concurſum eſt, tanto animorum ardore, quanto nuſquam ante. Barbari multitudini confidebant; Hiſpani cauſæ, virtuti, animis & patrocinio diuino. Triduo continenter pugnatum memorant, niſi quantum nox temporis curandis corporibus dedit. Poſtremo die Diuus Iacobus Apoſtolus in acie viſus, victoriam peperit. Hoſtes quam vnquam clade oppreſſi in pugna, & in fuga. Biduo enim fugientes, proſecuti ſunt noſtri. Ea inſigni clade Maurorum vires illorum quam maxime imminuit, cum etiam paulo ante, de iiſdem ad Laram triumphaſſet, hunc in modum. Eo loco Ferdinandus Comes animi cauſa venatum egreſſus, dum aprum inſequeretur, à ſociis diuulſus eſt. In vicino monte ſacellum vetuſti operis erat hedera contectum, & Petri Apoſtoli nomine erecta ara. Vir ſanctus Pelagius nomine, & ſocii duo, vitæ tranquillioris genus conſectantes locum domicilio delegerant. Aſcenſus difficilis erat, arcta via, fera tanquam ad aſylum, in ſacellum ſeſe receperat. Comes loci religione tractus, à vulnere quidem abſtinuit, nixus autem genibus Dei opem venerabundus implorabat. Præſto adfuit Pelagius; & quoniam dies in noctem inclinabat, tenui cœna exceptus, in precationibus & lacrymis totam noctem tranſegit.

Cum luce exoriente, Pelagii oraculo de belli ſucceſſu edoctus, lularis ad ſuos rediit, de ipſius ſalute ſolicitos. Re omni expoſita, incaleſcunt militum animi ad pugnam, qui pridem paulo fuerant timore ſuſpenſi. Collatis mox vexillis dimicatur, ab exiguo Chriſtianorum numero, numeroſa hoſtium multitudo proſtrata eſt. Dux cum iis qui ex clade euadere potuerant, fugæ beneficio ſeruatus. Ea victoria res Chriſtiana, quæ inclinata eſſe videbatur, reſtituta eſt. Chriſtiani læti & hoſtium ſpoliis onuſti domos redierunt. Pelagio viro ſancto prædæ pars ceſſit; & procedente tempore Ferdinandi impenſa, ad ripam Aſlanciæ fluminis monaſterium magnificum è bellorum manubiis excitatum S. Petri nomine: vbi Gonſalui patris oſſa tumulata ſunt, cui monaſterio Pelagii ſacellum in vicina rupe eminens coniunctumque, noſtra etiam ætate monſtratur. *Marian. lib. 8. c. 7. & 6.*

IESV CHRISTI
Annus 956.

Ioannis XII. Papæ Anno 1. Conſtantini VIII. Imper. anno 45.

ANno Chriſti 956. a Poſt Cruces in veſtimentis hominum, ſuperiore anno apparentes, peſtilens morbus innumerabiles inuaſit. Otto quoque Rex ab ægritudine laborauit; ſed inuocatione aliorum licet vide ſanctorum, præcipue tamen S. Viti conualuit. I. Otto à peſte ope S. Viti liberatus. *a Vuitich. de reb. Saxon. lib. 3.*

Conſtantinopoli Theophylactus Patriarcha mortuus eſt. b Quamdiu ſub aliena cura fuit, videbatur grauis & moderatus; Sed cum iam ad maturiorem perueniſſet ætatem, permiſſus ſuo modo viuere, nihil ex iis quæ turpiſſima eſſent, aut omnino interdicta prætermiſit, venales proponens Eccleſiaſticos ordines, & creationes Epiſcoporum, & alia faciens, quæ veris Epiſcopis indecora ſunt, equorum cupidine inſaniens, & venationibus deditus, aliaque turpia patrans facinora, quæ ſigillatim enarrare, præterquam quod haud decet, etiam nefas eſt. Sed vnius tantum facienda eſt mentio, vt illius mens à diſciplina abhorrens oſtendatur. II. Theoph. Conſtant. obiit. *b Curopal.*

Amore intolerabili tenebatur equos poſſidendi, & ſupra duo millia ſibi comparaſſe dicitur, quibus alendis ſemper plurimum ſtudebat, non fœnum aut hordea illis apponens; Sed pinorum fructus, & amygdala, & II. Inſanus ipſius amor erga equos

piſtacia

piſtacia, itemq; dactylos, & caricas, & vuas paſſas molliores odoratiſſimo vino miſcens, & crocum, cinnamomumque & balſamum, atque alia aromata cum iis quæ diximus ſingulis equis apponebat ad alios cibos. Aiunt etiam ſacra peragenti, magna illa quinta ſacræ cœnæ die & preces myſteriorum legenti, miniſtrum illum, cui fuerat equorum commiſſa cura, hoc bonum nuntium attuliſſe, maxime inſignem phorbantem equam, addito nomine, peperiſſe. Et illum præ nimio gaudio quod reliquum erat ſacrificii vtcumque peracto, curſu ad ſtabulum contendiſſe; conſpectoque nato pullo, abſurdo ſpectaculo expleto, ad magnum templum rediiſſe, vt abſolueret ſanctæ Dei & ſaluatoris noſtri paſſionis hymnum. Illius etiam opus fuit, mos, qui etiam poſtea viguit, in ſacris & publicis populi celebritatibus contumelia afficiendi Deum, & ſanctorum memoriam per quædam indecora cantica ac riſus, & temerariis exclamationibus, dum matutino tempore hymni perficiebantur, quos opportuit afflicto atque contrito corde pro noſtra ſalute Deo adhiberi. Coacta enim frequentia hominum infamium, ipſiſque præfecto Euthymio quodam cognomento, Cæſne, quem ipſe Eccleſiæ domeſticum creauerat, ſatanicas ſaltationes, & indecoros clamores, & cantica ex triuiis atque fornicibus percepta, eos celebrare docuit. Et ita viuens, vitam finiuit, dum temere equitans ad quendam maritimum murum illiſus, ſanguinem ex ore expuit, & biennium morbo laborans, cum in hydropiſim incidiſſet, mortuus eſt.

III. Polyeuct. Patriarcha Conſtant. De manu S. Ioan. Baptiſtæ.

In locum ipſius electus eſt Patriarcha Polyeuctus monachus, Conſtantini alumnus, diuque in monaſtica vita laudabiliter verſatus. Eo præſidente adducta eſt ex Antiochia Conſtantinopolim veneranda Præcurſoris manus, à quodam diacono, Iob nomine, furto rapta, quæ cum ad Chalcedonem perueniſſet, Imperator miſſa regia trireme, & ſenatorii ordinis principibus; egreſſo quoque obuiam Patriarcha Polyeucto cum omni Clero, cum facibus & lampadibus & thure, eam in Regiam perduxit.

IV. De Paulo Anachoreta.

Hoc anno S. Paulus anachoreta diem clauſit extremum. Patria fuit Elæa ciuitate Pergamo vicina, patre Antiocho Comite naualis exercitus, matre [illegible]ocia, eademque ſanguine propinqua S. Ioannicio anachoretæ. Sequutus eſt fratrem Baſilium vitam anachoreticam in Brachianis montibus agentem. Quod deinde ipſe Paulus verticem montis Latri conſcendit, [illegible] vertice ſaxum attollitur columnæ inſtar, in quo vitam Angelis parem pluribus annis exercuit. Prænouit ſuum exitum fore decimaquinta die menſis Decembris, cuius rei cauſa lætior effectus, ſanctorum natales lætius celebrauit. Et aliorum quidem ſanctorum memoriæ hilaritatis anſam Paulo dabant: martyris vero Æcatherinæ non ſolum voluptate ſanctum replebat, ſed propemodum exultatione & tripudio. Etenim celebrabat illam non corporis tantum ſenſu, ſed admixta ſimul ſpirituali lætitia: aut potius præcipuum id erat, quod ſpiritui dabat. Ferianti igitur, & ſub dio epulanti cum fratribus largus imber imminebat, monachoſque ſurgentes ipſe inhibuit, & pluuia curſum tanquam iuſſa repreſſit, ne gutta quidem vel tenui lapſa, quoad ſublatæ mēſæ. Idem vero ſurgendi initium fuit, & pluuiæ cadendæ. Mox enim magno impetu & copia ferri, quaſi theſſera data cœpit. Demum vero ſancti Nicolai die, ſpirituali tantum epulo celebrata myſtagogiâ, cum ſuis refici voluit. Vbi febre correptus, quod reliquum fuit vitæ temporis vſq; ad obitum in Dei laudib. perſeuerans, & hortationib. ad ſuos, verſum illum Dauidicum inſonans; in manus tuas Domine commendo ſpiritum meum, ex hac vita ad Dominum receſſit, cuius in cœlum migrationis viſiones haud dubiæ factæ ſunt pluribus, ſimulque miracula poſt obitum edita.

IESV CHRISTI Annus 957.

IOANNIS XII. PAPÆ ANNO 2. CONSTANTINI VIII. Imper. ann. 46.

I. De Preſbyt. Apoſtata. a *Curopal.*

Anno Chriſti 957. Ioannes Papa iuuenili ardore incitatus, Pandulpho Capuano bellū intulit: ſed mox ei reconciliatus fœdereque iunctus fuit. [a] Accidit his diebus in Oriente, cum Ameras Tarſi, dux Sarracenorum contra Romanos cum exercitu profectus eſſet, atq; in Herculis vicum milites prædatum miſiſſet, quidam presbyter Themel nomine ſacrificium incruētum peragēns, vt agnouit, Sarracenorum irruptionem, relicto ſacrificandi munere, ita vt erat indutus, manibus geſtans Eccleſiæ myſterium, ſic eos qui inuaſerant propulſauit, & multos vulnerauit, haud paucos interfecit, reliquis in fugam verſis. Ab Epiſcopo autem interdicto ei ſacrificandi munere, poſtquam non impetrauit veniam, ad Agarenos ſe contulit, & Chriſtianam fidem eiurauit, atque cum ipſis egreſſus non ſolum Cappadociam & finitima loca vexabat, ſed etiam vſq; ad Aſiam quæ minor dicitur, peruenit; & quanta detrimenta intulerit, nec ſcribere quidem fas eſt.

II. S. Odo Dunſtanū ordinat. Epiſcop. b *Obertus in S. Dunſtano.*

[b] In Anglia S. Odo Cantuarienſis Archiepiſcopus erat eo tempore vir ſanctus, & magnarum virtutum prærogatiuis ornatus. Hic Dunſtanum in Pontificem Vuigotnienſem conſecraturus, adminiſtrantibus qui aſtabant, omiſſo ipſius Eccleſiæ titulo, ad Archiepiſcopatum Cantuarienſem titulauit, & quaſi ſucceſſorem ſeu conſortem ſibimet conſecrauit. Vnde à præſentibus, cur hoc faceret, rogatus, reſpondit: Non conſtringitur lege donum & vocatio Dei. Vtique vir iſte ſcio quis ſit, & ex dono gratiæ video, quod eum Spiritus ſanctus elegerit. Ex his verbis turba quæ circumſtabat, meritum vtriuſque præclarum eſſe coram Deo animaduertit.

IESV CHRISTI Annus 958.

IOANNIS XII. PAPÆ ANNO 3. CONSTANTINI VIII. Imp. ann. 47.

I. S. Odonis obitus. a *Matth. Veſtmon. monach.*

Anno Chriſti 958. [a] Odo Archiepiſcopus Cantuarien. Regem Eduinum & Ælginam ab inuicem ſeparauit, vel cauſa conſanguinitatis, vel quia illam vt adulteram adamauit. Quo facto idem Odo, vir ingenio clarus, virtute laudabilis, & ſpiritu prophetiæ pollens, humanis rebus exemptus, in paradiſum eſt manibus Angelorum deportatus.

II. Edelſinus a Deo ob impietatē in Odonem punitur.

Quo ad cœleſtia tranſlato, Edelſinus Vuentanæ ciuitatis Epiſcopus, datis muneribus profuſis per internuncios Regem Eaduinum circumuenire ſtudens, cum Simone Mago thronum Cantuarienſis Eccleſiæ, pecuniæ interuentu conſcendit. Qui primo introitus die abſtinere non potuit, quin furias mente diu conceptas euomeret; ad tumulum ſancti Odonis accedens, illumq; pede conculcans dixit: Peſſime ſenex, nunc animam licet tero emiſiſti, & meliori locum faciens, receſſiſti. Nunc vero quod diu concupieram, te inuito teneo, & inde tibi malas gratias ago. Sic locutus rabidus ille, cum ſopori membra dediſſet, ſequenti nocte vidit Beati Odonis effigium ſibi aſtare, atq; improperare conuicium, atque velox illi exitium comminari. Cæterum ſomnii vanitatem eſſe quod viderat exiſtimans, non minus ad obtinendum pallium Romam properabat. Vbi cum per Alpes viam expediret inceptam, nihil aliud remedii habere potuit, dum niuali tempore eſſet congelatus, niſi vt exenteratorum equorum adhuc calentibus extis pedes immergeret, quibus ſanctiſſimi viri conculcauerat ſepulturam. Sed nec ſic algore deficiente, ſed potius inualeſcente, vitam flagitioſam morte miſera terminauit.

III. S. Gerardi Abb obitus. [b] *Molan. de S. Belgæ.* [c] *Sigebert. in Chron.*

Eodem anno [b] die III. Octobris S. Gerardus Abbas Bromienſis monaſticæ diſciplinæ reſtitutor & propagator mortuus eſt. [c] Otto Rex in Slauos exercitu ducto, Regulum eorum occidit.

IV. Helena Ruſſorum Regina baptizatur. [d] *Curopalat.*

[d] Stega ſeu Helena Ruſſorum Regina Conſtantinopolim profecta, cum ſincere fidei cultum ſe ſuſcipere inſtituiſſe oſtendiſſet, baptizata, & pro ſui propoſiti dignitate coronata, domum reuerſa eſt. Turcarum quoq; duo duces, alter Boleſodes, alter Gylas nomine, Conſtantinopoli fidem ſuſcepere; prior tamen violato diuino fœdere, à fide deſciuit, at ſæpe omnem exercitum in Romanos adduxit.

IESV CHRISTI ANNUS 959.

IOANNIS XII. PP. AN. IV. CONSTANTINI 8. Imp. ann. 48.

I. Arnulphus Marchio ſanatus à S. Gerardo. [a] *apud Sur. 3. Octob.*

ANno *Chriſti* 959 Paulo antequam moreretur S. Gerardus Abbas Bromienſis, [a] Arnulphum Flandriæ Marchionem perſanauit. Laborauit calculo, neq; ſe incidi paſſus eſt, metu percuſſus, quod decem & octo ante oculos ipſius ſectis, vnus exceſſiſſet. Cum vero audiret, ſanctum Gerardum cæcam quamdam illuminaſſe, ab eo ſanitatem poſtulauit. Excuſabat Sanctus humiliter dicens: Crede mihi, mi frater, non ego tantæ mihi virtutis ac meriti conſcius ſum, vt tu quidquam huiuſmodi à me homine viliſſimo debeas expectare: perfectorũ iſtud eſt, eorum maxime qui iam corpore exuti Domino ſemper aſſiſtunt. Ego vero quiſnam ſum, vt à me homine viliſſimo rem tam difficilem exigis. Dicebat hæc Sanctus; Marchio autem vrgebat, tandem ille lachrymantis non ſertus; Ne, inquit, videaris à me fruſtra petiiſſe remedium, indicabo tibi quid facias: Iacta ſemper in Dominum cogitatum tuum, & quia multis auctus es diuitiis, aliquid ex eis erogato in pauperes, & poteris abolere enormitatem ſcelerum tuorum: propter peccata enim interdum huiuſmodi mala accidunt. Hæc poſtquam locutus eſſet ſanctus Gerardus, triduanum ieiunium cunctis indixit, ipſe autem orauit: ac tandem Marchio inſperatam ſanitatem recepit. Valetudini reſtitutus, multam pecuniam offerebat S. Gerardo, ſed ille omnium rerum mundi contemptor hanc recipere recuſauit.

Ea tempeſtate, inſigne coniugalis amoris dedit Sanctia Ferdinandi Comitis Caſtellæ vxor, exemplum dignum quod narretur.

II. Nobile factum Sanctiæ in amorem mariti Comitis Ferdinandi.

Nonnihil ſimultatis Ferdinando Comiti, cum Sanctio Legionenſi Rege interceſſerat. Nã infenſa illi Theraſia Regina vidua, ob patris mortem, vlciſci eam fœminea fraude apparabat, eaq; propter Sanctium filium, in cum impotenti animo fœmina inflammabat. Aperta vi, difficile erat conari in Comitem. Nouis igitur inſidiis capiendum conſtituit. Itaque nuptias Sanctiæ ſororis obtulit, quæ apud Garſiam fratrem, Vaſconum Regem, educabatur. Placuit Comiti conditio; iuit modico & in pacis ſpeciem comitatu, ad ſponſam capiendam, & fruẽdam, & deducendam: cum Garſias, inſidiarum gnarus, & particeps in vincla eum recondidit. Sanctia audito ſua cauſa & amore id accidiſſe, etſi amoris antea expers, honeſtè eum concepit, occultè in carcerem venit, nuptiiſq; pactis, cum eo in Caſtellam, eluſis cuſtodibus abiuit. Theraſia nec ſic mitior, aut quieſcens, aliam iterum fraudem ſtruxit, idq; per filiũ Sanctium, Legionis Regẽ. Hic conuẽtus regni indixit, quaſi de magnis publicis rebus, & eo Comitem, de more, vocauit. Hęrebat iſte nonnihil & dubitabat; ſed vt ſolent animi generoſi, in fidei partes inclinauit. Venit itaq;, quamquam dolum ſuſpicaretur. Ibi Rex neq; obuiã progreſſus eſt, vt ante fecerat, & in genua incumbentem, immitiore ſtatim vultu & ſermone excepit, & manũ Regiam de more oſculaturum contumelioſis verbis reiecit, cuſtodiæq; mancipari mandauit. Ex ea re, quãquam omnium ſubditorum animos, maximè tamen pectus Sanctię vxoris mœror occupauit, quo virili animo, fœmina ingentis amoris ſuperato, fraudem iterũ, ſed piam in ſororem, in nepotem, pro marito finxit. Simulauit voti ſe reã velle ad Diui Iacobi proficiſci: Legione, vbi Comes vinctus erat iter erat. Rex nobiliſſimę & propinquæ fœminæ (erat enim matertera) aduẽtu nunciato factus obuiam, benignè hoſpitio accepit. Illa humillimis precibus orauit inprimis, viſendi obiter mariti copiam ſibi fieri. Nulla, neque honeſtior petitio eſſe poterat, neque iuſtiori de cauſa, quam viri calamitatẽ ſubleuandi. Impetrauit igitur, ſed in noctem vnà. Poſt lachrymas & complexus ſuam veſtem fœmillam Ferdinando induit, qua ille amictus, vicaria pro ſe Sanctia in carcere relicta, luce dubia pro Sanctia emiſſus eſt, equoque, qui ad eam rem paratus erat, euaſit in patriam. Sanctia permutata veſte mariti vicaria, è carcere Regi nunciauit aufugiſſe Comitem: pariterq; orauit, ne in ſe fœminam Regiam & ſanguine propinquam aliquid graue conſtituat. Viro nullum periculum denegare fas eſſe putare, quæ feciſſet ea de cauſa, ſi non laude, certè venia digna eſſe: apud Regem præſertim, cuius præcipua virtus ſubleuandis calamitoſis oppreſſiſque eluceſcit. Rex doluit primo ſua ſpe deluſum: deinde animi impetu ad rationem reuocato, Regiæ fœminæ pietatem admiratus, cum multo verborum honore collaudatam, ad virum ſplendido comitatu adiuncto deduci imperarit. *Mariana libro octauo, capit. ſeptimo.*

III. Anima Eduini precibus Dunſtani à dæmonib. liberata. [b] *Obertus in vita S. Dunſtani.*

In Anglia, [b] Eduinus è vita præſenti ſubtractus eſt, & anima ipſius Dunſtano in orationibus occupato à quibuſdam teterrimis hominibus curſim è veſtigio eſt præſentata. Cuius miſeriam miſeratus ſuarum iniuriarum immemor, pro liberatione eius immenſos omnipotenti Deo lachrymarum imbres effudit, nec ab eis deſtitit, donec ſe pro eo exauditum agnouit. Facto igitur non grandi interuallo, Mauri illi ad Dunſtanum ſua præda vacui redierunt. Et quia ſuas iniurias vlciſci ſupernacue venerant, calumnioſa voce deprompſerunt: quorum ille furores nihili penſans, Deo ſuper ineffabili miſericordia eius gratias egit.

IESV CHRISTI ANNUS 960.

IOANNIS XII. PAP. ANN. V. CONSTANTINI 8. Imp. an. 49.

I. Ioan. Papa vindictam tyrannidis ab Ottone depoſcit. [a] *Luitbran. lib. 6. c. 6.*

ANNO *Chriſti* 960. [a] Berengarii & Adelberti Principum tyrannidem Ioannes Papa amplius non ſuſtinens, Ioannem Diaconum Cardinalem & Azonem Scriniarium Legatos ad Ottonem miſit, qui rogarent vt Romam veniret, Eccleſiamque S. Petri à tot iniuriis vindicaret. Offerebat eidem Imperatoriam in Occidente dignitatem, ſi modo ante ſuſceptum iter Romanum ex formula infra ſcripta coram Legatis in hæc verba iuraret.

[b] *diſt. 63. c. 33. Tibi Domino.*

[b] Tibi Domino Ioanni Papæ, ego Rex Otto promittere & iurare facio per Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, & per lignum hoc viuificæ Crucis, & per has reliquias Sanctorum, quod ſi permittente Domino, Romam venero; Sanctam Romanam Eccleſiam & rectorem ipſius exaltabo ſecundum poſſe meum; & nunquam vitam, aut membra, & ipſum honorem quem habes, mea voluntate, aut meo conſilio, aut meo conſenſu, aut mea exhortatione perdes. Et in Romana vrbe nullũ placitum aut ordinationem faciam de omnib. quę ad te, aut ad Romanos pertinẽt, ſine tuo cõſilio. Et quicquid in noſtrã poteſtatẽ de terra S. Petri peruenerit, tibi reddam. Et cuicumq; Regnum Italicum commiſero, iurare faciam illum, vt adiutor tui ſit ad defendendam terram S. Petri, ſecundum ſuum poſſe. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia.

II. Dunſtanus

Per hæc tempora S. Dunſtanus Cantuarienſis Epiſcopus Romam venit, & pallium cum diplomate ab

pulſum Ro mæ obtinet. b *Curopalat.*

Ioan. Pap. obtinuit b Conſtantinopoli Romanus Conſtantini Imp. filius, cum iam ad maturiorem perueniſſet ætatē, neq; ſuſtinere poſſet à parente ſuo res adminiſtrari, conſiliū cepit de eo è medio tollendo, conſcia etiam ſua vxore caupone. Cum enim Conſtantinus poculum ad ſeſe expurgādum ſumpturum eſſet, illi clam venenum miſcuerunt, & Nicetæ meoſæ præfecto permiſerunt, vt illud Imperatori porrigeret. Quod ille ſumpturus poſitum ante venerandas imagines, ſiue caſu quodam, ſiue etiam ſponte lapſus, maiorē partem effudit, reliquum autem à Conſtantino epotum, quod nimis exiguum eſſet, otioſum & inutile fuit, amiſſa propria vi. Verumetiam ſic Conſtantinus vix potuit ſupereſſe, g aſſante in illius latere veneno, & male ipſum afficiēte. Perrexit poſtmodum in montem Olympum, ibique vitam finiuit, ſiue corporis morbo, ſiue ruſſus à filio veneno infectus. Fuit ſcientiarum & artium Mechanicarum inſtaurator; erga Deum pius, religioſus & liberalis. Neq; vnquam cū ſupplicationes fierent ad ſacra templa acceſſit inanis, neque ſine fructu coram Deo conſpectus eſt, verum magnifica dona, qualia deceret amātem Chriſti Imp. afferebat. Romano filio dedit monitorium ſcripto conceptum, de nō ineundo matrimonio cum externis gentibus. In quam rem adduxit præceptum Conſtantini Magni. Defuncto Conſtantino ſucceſſit Imp. eius filius Romanus, qui Baſilium filium ſuū à Polyeucto Patriarcha voluit coronari.

III. Conſtantinus Imp. à filio ſucceſſore veneno interēptus.

Exceptis Franciæ.

IV. In Oriente claruit ſanctus Lazarus monachus in Galeſio monte iuxta Epheſum: cuius vitam ſcripſit Georgius Patriarcha.

V. Odineari Epiſcopi electio & obitus.

Floruit hoc anno Odinecrus ſenior. Hic Regio Danorum genere illuſtris, fidei Chriſtianæ agnitæ ſuſceptæq; cauſa, patria pulſus, Bremam migrauit, ibidemque ab Adaldago Archiepiſcopo benigne ſuſceptus, & in Epiſcopum ordinatus, mox in Sueoniam & Noruegiam ſtrenue Legationem ſuam adimpleuit. Erat enim vir ſanctiſſimus, & in diuinis ſcripturis doctiſſimus: Vnde & facile barbaris eiuſdem gentis linguæ potuit Chriſtianam religionem perſuadere. Cumque multiplici fructu bonorum, ac ingenti fidelium animarum lucro ditaſſet Eccleſias, in CHRISTI pace dormiens, ad meliora tranſiuit, præmia meritorum accepturus. Obiit Bremæ anno Domini circiter nongenteſimo nonageſimo, ibidem in Baſilica ſancti Petri ſepultus. *Adam Bremen. libro 2. cap. 16. & 26. Abbas Stad. pag.* 110 ſed mortem eius refert in annum 984. *Alb. Krantz. in ſua Metrop. libro 3. cap.* 40. & 45. *& in ſua Suecia, libro quinto. capit.* 12. *Saxo Gram. libro decimo*, & alii rerum Danicarum ſcriptores, qui mortem eius referunt ad annum 1019. *Genebrandus in ſua Chronol.* Ioan. Vaſtouius S gifin. III. Reg. Polon. Biblioth. Præf. recenſuit.

IESV CHRISTI ANNVS 961.

IOANNIS XII. PAP. ANNO VI. ROMANI Imperatoris anno I.

I. Otto Rex German. Italiæ regnū cōſequitur. a *Luitpran. lib 6. c. 6.*

ANno Chriſti 961. Otto Rex Germaniæ, non tantum ab Ioanne Pontif. Romano, ſed etiam à Walberto Mediolanenſi, & Vualdo Comenſi Epiſc. & ab Otberto Marchione inuitatus, in Italiam pergebat. a Cui cum Adelbertus Berengarii filius, ſexaginta millibus armatorū exercitu inſtructo, in occurſum ex aduerſo iret, à Comitibus ex hac cauſa derelictus eſt. Perteſi fuerant tyrannidis Berengarii & Vuillæ parentum Adelberti. Quamobrem vt calamitatibus Italiæ finem aliquando inuenirent, iuueni dixerūt, ad Patrem pergeret, & Regnū Longobardiæ ab eo ſolus obtineret. Si vobis, aiebāt, committit Regnum, nos totis viribus pugnabimus. Sin autem; nos Italiæ Regnum extero Regi committemus; quia ſæuitiam illius, eiuſq; coniugis omnimode ſuſtinere nequimus. Iuit ille ad Patrem, ſed nihil omnino matre contradicente, obtinuit. Quare Comites irritati, illum reliquerunt, atq; Ottoni liberum in Italiam aditum præſtiterunt. Ita ſine vllo impedimento Otto Papiam intrauit, atq; ibidem feſta Natiuitatis Domini celebrauit.

Paulo autem, antequam Otto exercitum moniſſet, corpus ſancti Mauritii Ducis Thebæorum Legionis, & aliorum quorundam ſuorum ſociorum Magdeburgum tranſtulit, & decenti loco recondidit: b fore ſperans auxilio Diuorum poſſe conſequi contra tyrannos victoriam.

b *Ditm. l.* 2. *Chron.*

II. Reliquiæ S. Mauritii Magdeburgum tranſlatæ.

III. De Nicone Cretenſium Apoſtolo.

Cretam inſulam fere à quadraginta annis per Saracenos occupatam, vaſtatam, & ad nihilum redactam, Nicephorus & Leo fratres Duces Romani Imperatoris, iterum Imperio recuperarunt, omneſque Saracenos ad vnum profligarunt. Cum autem longa poſſeſſione Saracenorum propemodum iam Chriſtianitas in ea defeciſſet, aliis metu, blandiiis aliis ad Mahometanum cultum abductis, dirutiſque Eccleſiis omnibus, iis exceptis, quas ipſi in ſacrilegum vſum ſuæ impietatis conuerterunt, conſilium Dei fuit, vt ad tantam Cretenſis Eccleſiæ deſolationem inſtaurandam, virum ſanctiſſimum Niconē Armenum genere mitteret. Ortus iſte in Ponto Polemoniaco parentibus honeſtiſſimis, iiſdem inſciis, vbi adoleuit, fugam arripiēs, ad monaſterium auteæ Petræ dictum, in Ponti & Paphlagoniæ finibus ſitum, religione ſanctiſſimum ſe contulit, ibique ſub eius monaſterii Abbate viro religioſiſſimo, ad duodecimum annum monaſticam vitam omnibus numeris perfectionis ſe excoluit. Abbas porro eius ad gentium conuerſionem eum impulit, ad quam profectus, Ioannis Baptiſtæ exemplo, ab hoc vnico prædicationis initium faciebat; *Pœnitentiam agite.* Eodem plane exordio apud Cretas vtebatur. Verum cum hi, longa cum Saracenis conuerſatione ab illa Chriſtianiſmi rigidiore forma penitus deuergentes, non libenter, hoc durum ſermonis procemium audirent, Paulino tandem more, omnibus omnia factus, dictionem attemperauit: & blandis primo verbis ferocitatem illorum populorum leniuit; deinde acrius vitia, & vlceris profunda contrectare cepit. Vnde Cretenſes velut à Deo miſſum Niconem habuerunt, & fama virtutum & concionum ipſius totam inſulam compleuit. Confluebant itaque ad eum vniuerſi, & veluti DEO, ipſi adhærebant, ita vt vim legis quicquid præceperat, obtineret.

IV. Miranda Nicon viſio de Eccleſia Photinæ martyris reſtauranda.

Quare cum ſecuro iam animo ad ſolitam prædicationem rediiſſet, ad baptiſmum omnes, veræque fidei diſciplinam pertulit. Tam errore omni e medio ſublato, Eccleſiis per totam inſulam ædificatis, Sacerdotibus, diaconis, æditiſque deſignatis, reliquis etiam ritibus & ceremoniis apte diſtributis, viuendi legibus deſcriptis, omnibus denique quæ in animo erant, ne quem Cretenſium boni expertem relinqueret, ordine conſtitutis, Gortyna diſceſſit; triumque dierum iter progreſſus, quodam in loco ſub noctem conſtitit, vbi antiquiſſimi templi, quantum ex ruderibus conii cere erat, veſtigia cernebantur. Hoc in loco cum nocturno hymno rite decantato, & cruce in baculo humi defixo, ſomno ſe dediſſet; lucernam quaſi lumen ante baculum in aere libratum videre viſus eſt. At ſomno deceſſo eum ſuſtexiſſet, non iam ſomnium, ſed vera viſio obiecta eſt, diuina quædam lampas haud materialis à Cruce irradians, ad diluculum vſque aſtanti & oranti, Deoque gratias pro tanto munere agenti lumen exhibuit. Cumque iterum, Deo (vt patuit) ſic volente, ſomno indulſiſſet, ornatæ mulieris ſpecies apparuit, quę dirutum templum inſtaurari iubebat, omnium Domino ſic placere confirmans. Illo autem interrogante, quænam eſſet, quæ tali pro imperio iuberet: Photina, inquit, ſum, martyr & famula CHRISTI. Quod niſi re ipſa quod volo expleueris, pedem ex inſula non efferes. Experrectus ad hoc ſanctus, propter viſionis varietatem, ambiguo animo erat; vt inane potius inſomnium fuiſſe crederet, quam diuinæ gratiæ irradiationem. Quare quæ audierat contemnens, cęptum iter tenebat. Cum repente ablatam ſibi oculorum aciem ſenſit: eoque tandem indicio

Digitized by Google

diuini numinis imperium id fuiſſe cognouit, quod vbi iuſſa exequi conſtituit, viſum mox recepit. Sed quoniam nec ligo in promptu erat, neque pala, nec adiutor vllus; ô mira Domine & arcana opera tua; nocte inſecuta, finitimis loci accolis ignea ibi columna per tenebras lucens apparuit; prodigioque exciti, ſubito accurrerunt, & cum ex Nicone quæ videtat, didiciſſent, ſuam quiſque operam conferre iuſſit, communi omnes conſenſu imperio paruerunt. Itaque eius ſollicitudine opus exactum, templumque martyris biennii ſpatio perfectum eſt. In quo poſtea aram erigendam ac rite conſecrandam, ſacerdoteſque in eo inſtitui, ſimulque omnia iuxta Eccleſiaſticos ritus peragi præſcripſit.

IESV CHRISTI ANnus 962.

Ioannis XII. Papæ Ann. VII. Ottonis Imp.ann.1.Romani Imp.ann.2.

I. Otto creatur Imp. a Luidbrandus.

ANNO *Chriſti* 962. [a] Otto Rex, Romam veniens, ingenti cum gaudio & honore Ioannis, Cleri, Senatus populique Romani ſuſceptus, diadema Imperii ab Ioanne Papa ſuſcepit. Cui vt vniuerſæ Eccleſiæ ſe gratum exhiberet, tum iura hactenus ſuper vrbem & reliquas in Italia & iuxta Italiam prouincias à ſummo Pontifice roborauit, tum defenſionem Eccleſiæ Romanæ ſibi cordi eſſe diplomate manu illius & omnium Epiſcoporum ſubſcripto teſtatus eſt. Papiam reuerſus Berengarium Vuillæ conſiliis dementatum profligauit & inſulam ſancti Iulii Eccleſiæ Nouarienſi reſtituit.

Profligat Berẽgar.

II. Turbæ ob Epiſcopatũ Rhemenſ. b *Frodoard*

[b] Tertiò turbæ pro Epiſcopatu Rhemenſi. Arraldo enim Epiſcopo defuncto, Hugo ille olim puer initiatus depoſcebat. Patres autem Meldis congregati, necquicquam eſſe, à totis Epiſcopis & Synodis Hugonem excommunicatum, ſuſcipiendum, aſſerebant. Vicit conſenſus iſtorum. Quamquam enim Hugo ad ſedem Apoſtolicam prouocaſſet, Ioannes tamen Synodi Meldenſis ſententiam approbauit, permiſitque vt Odalricus quidem Hugonis cuiuſdam Comitis filius eligeretur.

Decimo Calend. Iunii, ſanctus Guibertus cœnobii Gemblacenſis conditor mortuus eſt.

IESV CHRISTI ANnus 963.

Ioannis XII. Pap. Ann. VIII. Ottonis Imp.an.2. Rom.Imp.an.3.

I. Simultates inter Ioan. PP. & Ottonem Imp. a Luidbran. lib. 6. c. 6.

ANNO *Chriſti* 963. [a] Adelbertus principatu imminutus, non tantum reliquos Italię principes, verumetiam Ioannem Põtificem Romanum contra Ottonem ſollicitauit. Cumq; à Corſica, in vrbem reuerſus eſſet, illum in ſententiam ſuam pertraxit, vt Ottoni fidem iuramento obligatam ne ſeruaret. Quę cum Ioannes perſuaſus ab Adalberto ſatis ſuperque præſtaret, ciues Romani tũ Adalberti tyrannidem tum Ioannis turpitudinem peroſi, contra Ioannem propudioſam Imperatori ſcripſerunt epiſtolam, multis eum criminibus onerantes, quæ cum renunciare, peccatum commune eſt cum illis qui verecundiora paterna detexerũt, ab iudice ſupremo Deo ignoſcenda & vindicanda referuntur. Imperator ſane hominis mutatione nonnihil obſtupefactus, hoc tantum dicebat; Puer eſt, facile bonorum immutabitur exemplo virorum. Spero cum obiurgatione honeſta, ſuaſione liberali facile ex his emerſurũ malis, dicemuſq; tunc cum Propheta: *Hæc eſt mutatio dexteræ excelſi.* Quod prius ordo rerum depoſcit, Berengarium in Feretro monte reſiſtentem propulſemus; deinde paterna admonitione Ioannem Papam conueniamus: ſi non voluntate, verecundia ſaltem in virum perfectum ſeſe mutabit: ſicque forſitan deuictus, bene conſueſcere ſtudebit, hiſque deſueſcere. Mutuæ interdum ſimultaA tes inter Ioannem & Ottonem interceſſerunt; illo reſtitutionem eorum quæ ſedi Apoſtolicæ fuerant erepta, hoc vero emendationem Eccleſiaſticorum expoſcente: atque ad poſtulata Ioannis Pontifice reſpondente: Cripianus illa primum à Berengario Regi; & tum demum eadem Ioanni reſtituemus. Adeo autem vehementer apud Romanos valebat, vt cum iterato in vrbem rediiſſet, Clerus illi contra ius faſque iurauit, numquam ſe Pontificem electuros, niſi prius re cum Imperatore communicata, adeoque voluntate illius perſpecta, vt ſi forte aliquem ex ſuis vellet præfici, dicto citius obſequerentur.

II. Ioann. PP. XII. de variis criminibus à Romanis accuſatus apud Imp.

Porro inter cætera quæ Ioanni obiiciebant, Petrus Cardinalis presbyter narrabat, ſe vidiſſe illum miſſam celebraſſe, & non communicaſſe. Ioannes etiam Epiſcopus Narnienſis & Ioannes Cardinalis diaconus, teſtatus eſt, B ſe vidiſſe illum, diaconum ordinaſſe in equorum ſtabulo non certis temporibus. Benedictus cum cæteris condiaconis & presbyteris dixit, ſe ſcire, quod ordinationes Epiſcoporum faceret pretio, & quod annorum decem Epiſcopum in Tudertina ciuitate ordinarit. De adulterio dixerunt, quod oculis non viderant, ſed pro certo ſcirẽt, viduam Rainarii, & Stephanam, patris concubinam & Annam viduam cum nepte ſua abuſum eſſe: & S. Palatium lupanar & proſtibulum feciſſe: Venationem dixerunt publicè exercuiſſe; Benedictum ſpiritualẽ patrem ſuum lumine priuaſſe, & mox mortuum eſſe; Ioan. Cardinalem ſubdiacon. virilib. amputatis occidiſſe, incendia feciſſe, enſe accinctum, galea & lorica indutũ fuiſſe, teſtati ſunt. Diaboli in amorem vinum bibiſſe, oẽſque tam clerici, quam laici acclamarũt. In ludo aleæ, Iouis, Veneris, cæterorumq; dæmonum auxiliũ popoſciſſe C dixerunt. Matutinas & canonicas horas cũ non celebraſſe, nec ſigno Crucis ſe muniſſe, teſtati ſunt. Romani autem hæc palã dixerant: Nõ diſpar videtur ratio, cum Iones PP. ſanctiſſimum Imp. ſuum ſcilicet ex Adelberti manibus liberatorem, & diabolus oderit creatorem. Imperator enim, quemadmodum reipſa experti ſumus, ea quæ Dei ſunt, ſapit, operatur, diligit, Eccleſiaſtica negotia & ſæcularia armis tutatur, moribus ornat, & legibus emendat: Ioannes Papa his omnibus aduerſatur. Non clam eſt, quod fatemur. Teſtis eſt Rainerii ſui ipſius militis vidua, quam captus igne, multis præfectam vrbibus, ſacroſanctis beati Petri donauit aureis crucibus atque calicibus. Teſtis eſt Stephana eius amica, quæ in effuſione eius quem ex eo conceperat recens hominem, è vita exiuit. Quod ſi cuncta taceant, Lateranenſe Palatium, ſanctorum quondam hoſpitium, nunc proſti- D bulum meretricum, non ſilebit amicam coniugem, Stephanæ patris concubinæ ſororem. Teſtis omnium gentium præterquam Romanorum, abſentia mulierum, quæ ſanctorum Apoſtolorum Limina orandi gratia timent viſere, cum nonnullas ante dies paucas hunc audierint coniugatas, viduas, virgines vi oppreſſiſſe. Teſtes ſunt ſanctorum Apoſtolorum Eccleſiæ, quæ non ſtillatim pluuiam, ſed totum intrinſecus ſuper ipſa etiam ſacroſancta altaria imbrem admitterent: Quanto nos terrore tigna afficiant, cum diuinam opem ibidem depoſcimus? Mors in tectis regnat, quæ nos orare multa volentes impedit, atque domum Domini mox relinquere cogit. Atque hoc rei eſt, quod tanta ei cum Imperatore ſancto diſcordia eſt, lupis & agnis quãta ſortito obtigit. Illi hoc impune liceat, Adelbertum ſibi tutorem & defenſorem parat.

III. Manſuetudo Imp. in Ioan. PP.

E Hæc & multa alia crimina imponebant Ioanni: vtque ea Otto vindicaret implorabant. Otto autem reſpondit: Perſæpe contigit, & nobis expertis credimus, vt in dignitatibus conſtituti inuidorum infamia maculentur: diſplicet bonus malis, quemadmodum & malus bonis. Atque hoc rei eſt, quod hanc in Papam accuſationem, amphibolam retinemus; incerti, vtrum è zelo iuſtitiæ, an impietatis liuore proruperit. Tunc Epiſcopi, Diaconi, Clerus & cunctus Romanorum populus, quaſi vir vnus dixerunt: Si non & quæ per

Digitized by Google

Benedictum Diaconum lecta ſunt,hiſq; turpiora & ampliota Ioannes Papa indigna commiſit facinora; non nos à peccatorum vinculis abſoluat Apoſtolorum Princeps beatus Petrus, qui verbo cœlum indignis claudit, iuſtis aperit: ſimus anathematis vinculo innodati, atque in die nouiſſima in ſiniſtra parte poſiti cum hiſque dixerunt DOMINO DEO: Recede à nobis,ſcientiam viarum tuarum nolumus. Quod ſi fidem nobis non adhibetis, exercitui Domini Imperatoris ſaltem debetis credere, cui ante quinque dies enſe accinctus, clypeo, galea, lorica indutus occurrit. Solus Tyberis, qui interfluxit, ne ſic ornatus ab exercitu caperetur, impediuit. Iſta cum ab illis dicerentur Imperator eum Synodo conuocata, iudicium ſibi temere ſuper Pontifice vſurpauit,illumq; aduocauit.

IV. Ioan. PP. excōmunicat electores noui PP.

Ioannes porro Pontifex, conſcius iuris ſui, quia à nemine, in cauſa non fidei poſſet iudicari, contra temerarios eiuſmodi ſententiam ſe ipſit: Ioannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum DEI omnibus Epiſcopis. Nos audiuimus dicere, quod vos vultis alium Papam facere. Si hæc feceritis; Excommunico vos de DEO omnipotenti, vt non habeatis licentiam vllum ordinare, & miſſam celebrare. Lecta hac ſententia in conſpectu Epiſc. ſecundo Ioannem aduocarunt. Sed ille nunquam comparuit, vt ſe iudicio vſurpato repræſentaret. Tunc illi ſemel inſanire perfecti, vnanimi voce dignitatem Pontificiam illi abrogarunt, & Leonem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Protoſcriniarium Pſeudopapam elegerunt, atque in Eccleſiam Lateranenſem productum, conſecrarunt, ſi tamen conſecrarunt, qui execrando ſchiſmate ſe & illum execrarunt. Præſertim cum in cauſa Pontificis, ſententiam Imperatoris laici expectaſſent, & ſe vſurpato iudicio, & hoſtili odio contaminaſſent.

Leo Pſeudo papa intruſus.

Nicephorus Phocas Imperat.

b Curopala.

Conſtantinopoli [b] mortuo Romano Imperat. Nicephorus Phocas ab exercitu acclamatus Imperium obtinuit, ſtatimque in Siciliam Manuelem Patricium contra Saracenos miſit. Polyeucto Patriarchæ infenſus fuit, quod cum propter ſecundas nuptias, cum pœnitentiam à canone iniunctam non ſuſtinuiſſet, à ſacris adytis abegerit, nec intra cancellos admittere voluerit.

IESV CHRISTI ANnus 964.

IOANNIS XII. PAPÆ ANN. IX. OTTONIS Imperatoris ann.3. Nicephori Phocæ Imperatoris ann. 2.

I. Romani inſurgunt aduerſus Imp. a Luitpran lib. 6. c. 10. 11. & ſeq.

ANNO *Chriſti* 964. [a] Otto Imperator, metuens ne militari multitudine vrbem nimis grauaret, miſſionem plurimorum fecit. Sed occaſionem Ioanni Pontifici dedit, res ſuas ſtabiliendi. Is enim partim in præſens numerata pecunia, partim pollicitatione munerum ex ſancti Petri Baſilica, partim per eas rerum potentes quibus conſueuerat, magnam partem Romanorum in Ottonem armauit. Sed hi nihil præclare cumulantes geſſere; reſiduis militiæ Ottonis ſtrenue pro vita Imperatoris, quem Romani quoquo modo tollere cupiebant, certantibus.

II. Synodus Rom. pro Ioan. PP. b Segebert. Chron & Codex Vatic.

Pacificatis tunc vtcumque rebus vrbanis Otto, cum ſciret fontem mali eſſe in Alberto, Spoletum vbi ſe is concluſerat, receptis obſidibus properauit. Qua occaſione bene vſus Ioannes, Romam intrauit, & [b] Synodum in Eccleſia ſancti Petri, die quinto Calendas Martii, contra Leonem Pontificii vſurpatorem, & contra conſecratores illius celebrauit. Ex decreto itaque eius concilii, hæc in illos promulgauit.

Decreta Synodi Rom contra Leonem Pſeudopapam illiuſque fautores.

1. *Sit Leo Curialis ac Neophytus, ac periurus noſter, Domini omnipotentis ac beatorum Apoſtolorum Principum Petri & Pauli, & omnium ſimul Sanctorum, atque venerandorum & vniuerſalium Conciliorum auctoritate, nec non & Spiritus ſancti per nos iudicio omni Sacerdotali honore & nomine alienus, & omni clericatus officio prorſus exutus. Ita vt ſi poſt hanc conſtitutionem diuina inſpiratione deprompt am, & vnanimiter atque concordia ſancti Concilij promulgatam, tentauerit in Apoſtolico throno reſidere, aut ſi vlterius auſus fuerit aliquid de ſacro miniſterio more Sacerdotis contingere, iuxta præcedentem conſuetudinem, nullo modo liceat ei communionis ſpem, aut locum habere ſatisfactionis; ſed anathematis vinculis innodatus maneat vna cum ſocijs ſuis atque fautoribus perpetuo, Dei per noſtram mediocritatem iudicio ac ſententia, & ſacrum corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, non niſi vicino mortis periculo, omnino percipiat. Quicunq; autem prædicto Curiali & neophyto, atque inuaſori ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ, conſilium aut adiutorium dederit ad percipiendum Eccleſiaſticum honorem, quo regulariter expoliatus eſt: anathema ſit.*

2. *Siconem, qui S. Oſtienſi Eccleſiæ irregulariter, atque Deo contempto præfuit, & Leonem Curialem & laicum, nec non & periurum noſtrum ſubito conſecrare in Pontificali honore non formidauit: ſancimus, & iuxta canonicam deliberationem Apoſtolica auctoritate definimus atque ſtatuimus, omni ſacerdotali carere atque priuatum fore miniſterio. ita vt nullo modo liceat ei in qualibet Synodo reſtitutionis ſpem, aut locum habere ſatisfactionis. Quod ſi de reliquo præſumpſerit in ſacro officio more Sacerdotis, quouis tempore miniſtrare, anathema ſit, & omnes communicantes ei ab Eccleſia abijciantur; ſed & ipſi anathema ſunto.*

3. *Eos vero quos ipſe Leo Neophytus, & inuaſor ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ in quolibet Eccleſiaſtico ordine promouit, Apoſtolica atque canonica auctoritate, & Synodali decreto, in priſtinum reuocamus gradum, quia ordinator eorum nihil ſibi habuit, nihil illis dedit. Sicuti olim noſter prædeceſſor piæ memoriæ Papa Stephanus ſententiam tulit de ijs qui ordinati fuerant à Conſtantino quodam Neophyto & inuaſore ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, & poſtmodum quoſdam eorum ſibi placabiles presbyteros aut diaconos conſecrauit; ſtatuens, vt hi qui ab eo conſecrati erant, numquam ad ſuperiorem honorem aſcenderent, nec ad Pontificatus culmen promouerentur, ne talis impiæ nouitatis error in Eccleſia pullularet.*

III. Ioann PP XII. obitus.

Synodo ad eum modum abſoluta, non multum Ioan. Papa ſuperuixit, ſiue mentis ægritudine confectus, quod verius eſt; ſiue etiam, quod Luitprandus Cremonenſis Epiſcopus, Ottoni nimium addictus, & Ioanni parum æquus, narrauit, in lecto pellicis, in temporibus adeo à diabolo percuſſus, vt intra octo dierum ſpatium ex eodem vulnere ſit mortuus. Pridie Idus Maii obiiſſe ſcribunt; atq; illico ab omnibus Epiſcopis in eius locum electum fuiſſe Benedictum ex diacono Pontificem. Quod cum intellexiſſet Imperator, Romam reuerſus, Leoni Pſeudopapæ animos adiecit, vt is adiecit, vt is auderet Pſeudoſynodum congregare. & Benedicto legitimo Pontifici eam dignitatem abrogare.

Benedictus PP. creatus à Leone eiicitur.

IV. Error Gratiani de Leone. c diſt. 63. cap. 23. d Crantz metropol. Sax lib. 4. cap. 10.

[c] Gratianus hac in parte hiſtoricæ veritatis ignarus, Leonem iſtum inuaſorem, verum fuiſſe Pontificem putauit, eiuſque ſanctione, decreti ſui librum magna ex parte contaminauit. Proinde & illi opinione ſua falſi [d] ſunt, qui quamdam conſtitutionem Ottoni Imperatori eiuſq; ſucceſſoribus Imperatoribus factam, ſed multis mendaciis & impoſturis infartam, Leoni huic, quaſi vero Pontifici affingunt. Sane Otto Imp. poſt Pſeudoſynodum celebratam, & dignitatem ſæculari iudicio Pontifici legitimo abrogatam, expertus eſt Deum acerrimum vltorem. Roma enim excedens, tanta exercitum eius peſtis & mortalitas inuaſit, vt vix ſanus quis à mane vſq; ad veſperam, & à mane vſq; ad veſperam ſe victurum ſperaret. Ex qua peſtilētia obierunt Henricus Archiepiſcopus Treuirenſis, & Gerricus Abbas Wirtzburgenſis, & Godefridus Dux Lotharingiæ, aliorum tam nobilium quam ignobilium innumera multitudo.

Deus vltus in Imp. eiectionem Benedicti.

V. Inſignis victoria Nicephori de Saracenis e Curopalat.

In Oriente, [e] Niceph. Imp. ex inſula Cypro, ex Antiochia Syriæ, Tarſo ac Mopſueſtiæ, Saracenos profligauit, & pluſquam centum vrbes armis ab eis recepit: Cruceſq; apud eos Chriſtianorum repertas, & venerandam Chriſti imaginem, & reliquias ſanctorum, præcipue vero

S. Ioannis Baptiſtæ, tulit, & Conſtantinopolim intulit. Magna ſunt iſta quibus imperii ſui exordia illuſtrauit: ſed ea tamen turpiſſimè deformauit, primum militibus omnia permittens, ſontes non puniens, tributis intolerandis populum affligens, ipſe laſciuiis triumphans. Inſuper conſueta præberi dona ſacris domibus & tẽplis, quæ moueri nefas erat, vſurpabat, male aſſerens ab Epiſcopis pauperum pecuniam conſumi, milites inopes eſſe. Et quod omnium grauiſſimum eſt, legem quoque tulit, cui quidem inſtabiles Epiſcopi & adulatores ſubſcripſere, ſtatuentes, non eſſe aut decernendum aut eligendum Epiſcopum ſine illius conſilio & iuſſu. Mortuoq; Epiſcopo, regium hominem miſſum iuſſit in funere præfinitos ſumptus facere; at ea quæ ſuperfuere accepit: & inſuper ſtatuit, vt Epiſcopi tributum penderent. Curauit quoque legem ſanciendam, vt milites qui in bello occubuiſſent, digni cenſerentur præmiis, perinde ac martyres; ſolo bello, non alia re cæſis ſalutem animarum contineri. Inſtititque vt Patriarcha & Epiſcopi dogmati conſentirent: quamquam Magni Baſilii Canon aduerſatur, quo iubetur, ad triennium communionis expertes eſſe, qui hoſtem in bello occidiſſent. Hoc etiam populum offendit, quod multis circa Palatium magnificis & pulcherrima arte elaboratis ædificiis euerſis, arcem tyrannicam contra miſeros ciues condidit, officinis intus ac horreis & equorum ſtabulis & fornacibus extructis, cibariiſque completis. Ei enim prædictum fuerat, intra Palatium ipſi moriendum eſſe; ignorabatq; miſer, *niſi Dominus cuſtodiat ciuitatem, fruſtra vigilare qui cuſtodit eam.* Nam perfecto muro, ipſe eadem die interiit, quando claues is, cui hæc cura commiſſa fuerat, ei allatas tradidit. Ferunt,[f] quo tempore murus Palatii condebatur, nocte quadam per mare ſubiectus, aliquis ita vociferatus eſt: *O Imperator, erigis muros? Et tamen, ſi vel ad cœlos eos educas, intus cum ſit malum, vrbs captu facilis eſt.* Qui hæc dixit, diu multumq; quæſitus, non tamen inuentus.

Turpia facta Niceph.

f Cedren.

IESV CHRISTI ANNVS 965.

BENEDICTI V. PAP. ANN. I. OTTONIS IMP. an. 4. Niceph. Phocæ. Imp. an. 3.

I. Benedicti Pp. exulis obitus. a Adam. lib. 2. c. 6.

ANno Chriſti 965.[a] Otto Imperator magno ſcelere ſe obſtrinxit, cum & in depoſitionem Benedicti Pap. conſenſit, & iniuſtè à ſede eiectum in Germaniam ſecum duxit, atque Hamburgi in cuſtodia ſub Adaldagi Archiepiſcopi cura reliquit, vbi in ſancta conuerſatione viuẽs, aliosq; ſanctè viuere docens, cũ iam Romanis poſcentib. à Cæſare reſtitui deberet, in pace quieuit. Oſſa eius poſtmodum Romam relata ſunt; ipſo inter martyres, licet propter Imperatoris metum, trepidè connumerato. Leo etiam Pſeudopontifex breui extinctus eſt, ita vt neceſſarium fuerit clero, ſenatui, populoque Romano alium Benedicto ſubrogare Pontificem. Itaque Ioannem ex Epiſcopo Narnienſi elegerunt Catholicæ Eccleſiæ Antiſtitem, quem decimumtertium eius nominis appellarunt.

Item Leonis Pſeudopapæ. Ioan. XIII. Pp. creatur.

II. Polonorum ad Chriſtũ conuerſio.

Polonorum gens Benedicto V. & Ioanni XIII. Pontificibus debet Catholicæ fidei propagationem. Quamquam enim antiquitus, ſiue ab Andrea Apoſtolo, ſiue à quodam alio Apoſtolorum, ante tempora Tertulliani longe ante in Sarmatiam Europæam Euangelii fax fuerit illata, tamen ad hæc vſque tempora, incertum, ſiue extincta, ſiue ſcriptorum defectu non prodita, ſiue non ita paſſim, nec propalam ab omnibus viſa eſt. Sanè Miecislaus, Poloniæ hoc anno Princeps, non Chriſtiano ſed barbarico more, ſeptem mulieres iuſtarum loco vxorũ habebat. Verumtamen ex nulla earum, quamquam libidini liberius vacaſſet, pater effectus eſt.[b] Erat Boleſlao Boemiæ Principi, ei qui Diuum Venceſlaum fraterno occiderat ferro, ex Brena vxore, filia Dambrovvca, inſigni pietate iuxta ac venuſtate virgo. Eius cõnubium multi Chriſtianorum ab aula Boleſlai reduces iniecerunt, atq; perſuaſerunt Miecislao; hac præſertim ratione, quia facile erat ex ea liberos ſuſcipere, quæ magna deuotione polleret, multaque apud Deum poſſet. Vnum obſtabat; Illa Chriſtiano ritu, hic gentilitio more viuebat, neque pater, neque puella, niſi eiuſdem religionis foret, ad matrimonii vinculum conſentiebant. Suſcepit Miecislaus conditionem, & ſacro fonte ablui tolerauit: moxque totum ſeſe ad propagandam per omnem principatum ſuum religionem, hortante & adiuuante vxore conuertit, Cathedrales Baſilicas nouem diuerſis locis ædificauit, eaſque ſuppellectili omnis generis pretioſi ornauit, cenſibus & poſſeſſionibus locupletauit; & in diœceſes diſtributas, duas quidem ex his Archiepiſcopis, nempe Gneſnenſem & Cracouienſem, reliquas vero, hoc eſt Poſnanienſem, Smogorouienſem (quæ poſtmodum Bicinenſis, nunc vero Vratislauienſis dicitur) Gruſuicienſem quæ ſucceſſu temporis Vuladislauiam translata eſt, Plocenſem, Culmenſem, Lubuſſenſem & Camenenſem, ſingulis Epiſcopis attribuit; iiſque decimas omnis generis frugum, de ſuis iuxta ac nobilitatis, plebiſque agris edicto perpetuo adſcripſit: ita quidem, vt eæ decimæ poſt meſſem ab ipſis aratoribus, ad conſtitutum locum conueherentur. Inde autem inferioris ordinis Sacerdotibus & miniſtris Eccleſiaſticis, prælatis videlicet, vt vocantur Canonicis & parœcis, in ſua cuiuſque diœceſi certæ portiones Epiſcoporum arbitrio iure ſempiterno deciſæ & attributæ ſunt, vt eſſent ij ſocii, conſiliarii & adminiſtri ipſorum in propaganda ac tuenda religione, cultuque diuino, quibus etiam pagi, prædia, & poſſeſſiones à principe & locupletioribus quibuſque adiunctæ ſunt. Templa etiam in oppidis & pagis permulta, ſtudio pietatis certantibus inter ſe omnibus extructa.

b Cromer. lib. 3.

Fertur Poloniæ Principis ad Chriſtianã fidem conuerſi.

III. Quinam Polonos ad religionem traduxerint. c Stanislaus Orichouius

His autem rebus perficiendis Ægidius Cardinalis, Epiſcopus Tuſculanus, Ioannis XIII. Pontif. Max. Legatus præfuit, qui primos Archiepiſcopos & Epiſcopos Italici, nonnullos etiam Gallici & Germanici generis fecit.[c] Nomina eorum fuerunt Robertius Vuillibaldus, Prochorius, Iordanus, Gotfridus, Lucidus, Angeloſus, Octauianus, & Iulianus, qui Polonos in Chriſti Eccleſiam inſererent, eaſque diœceſes adminiſtrarent. Horum & reliquorum gentis Sacerdotum opera, religio Chriſtiana celeriter magna cepit in Polonia incrementa, præſertim cum alii muneribus & honoribus à pio Principe, ditionem ſuam omnem eius rei gratia circumeunte, allicerentur: alii minis adigerentur: deorum ſimulacra vbiq; in pagis & oppidis confringerentur, comburerenturque; & vani priſcę ſuperſtitionis ritus atque ceremoniæ abolerentur à magiſtratibus, edicto regio conſtituta ad eam rem publice peragendam die ſeptima Martii. Multo tempore eius rei memoria à maioribus Polonorum repræſentabatur, dum vicatim & oppidatim ſimulacra Marzanæ & Zieuoniæ ſiue contis præfixa, ſiue trahis impoſita, circumque geſtata, poſtmodum vel in paludem vel in fluuium, quarta Dominica Quadrageſimæ demergerent. Pro hac inſigni pietate meruit à Deo Miecislaus filio Boleſlao augeri ex Dambrouuca.

IV. Brunonis Colon. Archiepiſc. obitus. d apud Sur. 11. Octob. Succeſſor Geros. e Ditmar. lib. 2. Chr.

Eodem anno,[d] quinto Idus Octob. obiit Bruno Archiepiſcopus Colonieñſis, frater Germanus Ottonis Imp. Ducatu & Epiſcopatu digniſſimus. Aiunt, interceſſione S. Pauli receptum eſſe inter Beatos in cœlum.[e] Succeſſit ei in Epiſcopatu frater illius Gero, in cuius conſecratione viſos S. Petrum Apoſtolum & S. Ambroſium fundentes oleum, Diſmarus Epiſcopus Meſeburgenſis teſtatur, Regem vero detrectantem adhibere conſenſum, ab Angelo minis exterritum.

IESV CHRISTI ANNVS 966.

IOANNIS XIII. PP. AN. I. OTTONIS IMP. AN. V Nicephori Phocæ Imp. ann. 4.

I. Ioan. PP.

ANNO Chriſti 966.[a] Romanorum aliqui Ioannem Pontificem in carcere concluſerunt. Quem vt Im-

reuocatur è carcere. a Regino. perator deliberaret. Romam properauit. Et quamquam A metu aduentus ſui euinctulatū eſſe reperiſſet, cum in vrbem veniſſet tamen de ſacrilegiis ſupplicium ſumpſit. Namque Cōſules in exilium extra Italiam deportauit, Tribunos ſuſpendio necari imperauit; Præfectum vero ipſum nudari, aſino imponi, vtre redimiri, per vrbem circumduci, virgis cædi, & tandem in carcerem tradi. Eius antecessor Ro. fredus Præfectus diem obierat. Huius itaq; cadauer è ſepulchro extrahi, inq; diuerſum trahi ac diſſipari iuſſit. Niceph. Imp. habuit poſtea exprobrare Ottoni ſæuitiam dicens; Romanorum alios gladio, alios ſuſpendio interemit, oculis alios priuauit, exilio alios relegauit, & Imperii noſtri inſuper ciuitates homicidio aut incendio ſibi ſubdere tentauit. Puniti immorioſi in Ioan. PP.

II. Ardor erga religionem inter Polonos. b ex Cromero lib. 3. Eodem anno Berengarius Rex Ital æ, exul mortuus, Bambergæ ſepultus eſt, cuius vidua Vuillia antequam ſepeliretur ſibi velum ſanctimoniale aſſumpſit.

Per eadem b tempora f liciſſimè amplificabatur religio Chriſtiana inter Polonos, qui eam tanto ardore amplexi ſunt, vt etiam mori pro ea non dubitanter appeterent, iſtud enim ſignificabant homines equeſtris ordinis in templis, dum Sacerdote apud altare incipiente recitare Euāgelii verba, ipſi in morem perpetuum inuexerint, vt gladios medios tenus ſtringerent quaſi profitentes Euangelii & religionis defenſionem. Mos iſte ad noſtram memoriam manſit in Regno Poloniæ. Sed neque vulgati ratione Poloni pietatem ab initio profeſſi ſunt. Multi enim ſanctioris vitæ cupiditate inflammati, in ſiluas & loca inuia, ſeſe recondebant, Angelicam conuerſationem æmulantes. Inter hos hoc tempore fuerunt in ſolitudine apud Donaiecium fluuium, qui è finibus Vngariæ profluens, Viſtulæ apud Opatouecium oppidum miſcetur, duo anachoretæ ſanctimonia vitæ celebres; quorum Benedictus ab Vngaris, quod Chriſtum profiteretur cæſus, Suiradus poſt vitam dutiſſime exactam in monaſterio Montuſerrei in Vngaria, quo ambo commigrarant, placida morte quieſcens, in cœlum euolauit.

IESV CHRISTI ANnus 967.

IOANNIS XIII. PP. AN. II. OTTONIS IMP. AN. 6. Nicephori Phocæ Imp. ann. 5.

I. Synodus Rauennæ pro confirmatione priuileg. Eccleſ. Rom. a Regino. ANNO Chriſti 967. a Otto Imperator die ſacro Natiuitatis Domini celebrato, Roma Rauennam conceſſit. Ibique Synodo à Ioanne Papa conuocata, omnia Eccleſiæ Romanæ à retro Imperatoribus donata confirmauit. Vuilhelmo autem Archiepiſcopo Moguntino, & aliis Germaniæ principibus ſcripſit, vt filiū ſuum Ottonem in Italiam mitterent, ad Imperiales inſulas ſuſcipiendas.

II. In Hiſpaniis, Sancius cognomento Craſſus Rex Legionenſis mortuus, regnum Ramiro filio quinquenni, ſub tutela matris Tereſiæ reliquit. Contra Ordonium cognomento Malum ſibi aduerſantem, Abrahami Cordubæ regnantis auxilium aduocauerat, Arabumque vires in Hiſpaniis attritas, hac ratione erexerat. Obtinuit à barbaro corpus ſancti Pelagii adoleſcentis, qui pro pudicitia conſeruanda mortem acerbiſſimam pertulerat.

IESV CHRISTI ANnus 968.

IOANNIS XIII. PAPÆ ANN. III. OTTONIS Imperatoris anno 7. Nicephori Phocæ. Imper. an. 6.

I. Diſſidia inter Ottonē Imp. & Niceph. a Leo Oſtie lib. 3. c. 11. ANNO Chriſti 968. a Abſoluta Romæ Ottonis iunioris coronatione, Otto ſenior Imperator cum Ioanne Pontifice Capuam perrexit, atque Principes Beneuentanum, Salernitanum & Capuanum à Nicephoro Imp. deficientes, in patrocinium ſuſcepit, Romanoq; iuri & Imperio reſtituit. Quare Nicephorus Phocas irritatus, Luitprandum Cremonenſem Epiſcop. Pontificis & Imperatoris Legatum apud ſe peſſimè habuit, multiſq; iniuriis & contumeliis affectum, vix remiſit; non Annam ſuam priuignam, Romani Imp. filiam, quam Ottoni iuniori Legatus in matrimonium poſtulabat, ſed bellum terreſtribus & naualibus copiis comparatis promittebat. Si deditios illos Duces, vna cum Romana vrbe ipſi non redderent.

II. Mouſtroſa deſcriptio Nicephori. * Extat Luitprandi ipſius nuper reperta relatio Legationis, quam Ottoni Imp. ſcripſit, in qua faſtum, perfidiam, & reliqua tam Imperatoris Nicephori, quam Græcorum, erga Romanam Eccleſiam & vniuerſos, quos vocabat Latinos, minutatim ad perpetuam rei memoriam deſcripſit. Ipſum Nicephorum depingebat, hominem ſatis monſtruoſum, pygmæum, capite pinguem, atq; oculorum paruitate talpinum, barba curta, lata, ſpiſſa, & ſemicana fædatum, ceruice digitali turpatum, prolixitate B & denſitate comarum ſatis hirtum, colore Æthiopem cui per mediam nolis occurrere noctē, ventre extenſum, natibus ſiccum, coxis ad menſuram ipſam breuem longiſſimum, cruribus paruum, calcaneis pedibuſq; æqualē, byſſino ſed nimis veternoſo, vel diuturnitate ipſa fœtido & pallido ornamento indutum, ſicyoniis calceamētis calceatum, lingua procacem, ingenio vulpem, periurio & mendacio Vlyſſem. Et tamen huic adeo formidabili monſtro, ad templum S. Sophiæ procedenti, adulatores pſaltæ acclamabant; Ecce venit ſtella matutina, ſurgit Eous, reuerberat obtutu ſolis radios, pallida Saracenorum mors Nicephorus Princeps. Principi Nicephoro plures anni. Gentes hunc adorate, hunc colite, huic tanto colla ſubdite. Quanto tunc verius canerent; C Carbo extincte veni, anus inceſſu, Siluanus vultu, ruſtice, luſtriuage, capripes, cornute, bimembris ſetiger, indocilis, agreſtis, barbare, dure, villoſe, rebellis Cappadox. Mirum ſane ad credendum, quomodo tam duro principi potuiſſent in magna rerum inopia ab eo oppreſſi, illa ſuperiora elogia aſcribere.

III. Sordida Nicephori auaritia. b Curopala. Per idem tempus, b cum ex ingenti flatu ventorū, frugibus & vitibus, arboribuſq; corruptis, magna fame laboraretur, & habenda eſſet ratio Imp. ſalutis eorum qui ſibi ſubiecti erant, ille tunc regium frumentū ſordidè & illiberaliter vendens, ſtudenſq; ciuium ſuorum calamitati, gloriabatur, quaſi aliquid præclare geſſiſſet, quod cum modius numiſmate venderetur, ipſe duobus vendi imperaſſet, haud imitatus Baſilium Macedonem Imperat. qui noua Dominica ingreſſus in magnum ſanctorum Apoſtolorum templum, conſpicatuſq; ciues quoſdam decoris veſtibus indutos & graues, alios autem triſtes ad D ſe accedere iuſſos: Cur non etiā ipſi die feſto ſplendidas veſtes geſtarent, interrogabat, ſed velut in vrbis magna calamitate lugerent? Cui vnus ex illis reſpondit: Te, ô Domine, eoſq; qui tibi proximi ſunt, decet ſplēdidis veſtibus indutos gaudere: quibus vero mors iam imminet, eos talia dedecent. An ignoras duos frumenti medimnos numiſmate vænire propter ventorum aſperitatem? Ad De liberalitate Baſilii Macedonis Imperat. hæc altè ſuſpirans Baſilius Imp. miſericordia motus collacrymauit; eoſque multis verbis conſolatus in Regiam rediit, ibique accerſitos ad ſe qui ciuilia negotia & regia munera obibant, infinitis probris ac maledictis affecit, quod ſibi nihil de frumenti inopia indicaſſent. Statimq; expoſito regio & publico frumento, duodecim medimnos numiſmate vendi iuſſit. Cuius bonam mentem Deus approbans, impertitus eſt hominibus multam abundantiam. Verum ad Baſilii laudem hæc dicta ſint. Nicephorus E autem magis gaudebat, quam opitulabatur, cum ciues videret oppreſſos. Neq; ipſe ſolus, ſed & Leo frater eius cibariorum mercaturæ addictus, multis variiſque calamitatibus orbem terrarum vexauit; homo ſordibus auaritiæ obrutus.

IV. Capuana Eccl. ornata Archiepiſcopatu. c Leo Oſtie lib. 2. c. 1. Eodem anno c Ioan. PP. memor officiorum quibus eum exulem & captiuum Pandulphus Capuanus Princeps demeruerat, Eccleſiam Capuanam ex Epiſcopali Archiepiſcopalem fecit, eiuſdemq; Principis fratrem Ioan. Primum Archiepiſcopum præfecit. Reuertens autem in

vrbem Ioannes Papa, primariam Lateranenſis Eccleſiæ Campanam miræ magnitudinis recens ære fuſam, antequam in campanile eleuaretur, ſacris ritibus Deo conſecrauit, atque Ioannis nomine, puto Baptiſtæ, cuius Eccleſiæ illi eſt vſui, nuncupauit.

IV. Campanæ cœptæ conſecrari.

Ex eo tempore, campanæ conſecrari cœperunt, licet errore vulgi pro arbitrio vtentis vocibus, dicantur baptizari campanæ, cum ita ab Epiſcopo benedicuntur, forte propterea quod eis nomina ſanctorum, quemadmodum baptizatis imponuntur, licet nihil commune cum hominibus habeant baptizatis.

VI. De Northmannorum exitu.

Hoc ipſo anno, Northmanni Gallæciam inuadentes, Compoſtellanum Epiſcopum Siſenandum eius ſedis inuaſorem, & arma potius quā ſacra tractantē occiderunt, multāq; prædam tulerunt. Cumq; domum reuertentes, à Gundiſaluo Sancio Caſtellæ comite pars cæſi, pars in captiuitatē retracti ſunt, vniuerſaq; præda ab eis ablata eſt.

IESV CHRISTI ANNVS 969.

IOANNIS XIII. PP. ANN. IV. OTTONIS IMP. an. 8. Niceph. Phocæ Imp. an. 7.

I. Bellum ob dolum Græcorum in Latinos, exortum.

a *Vvitichindus lib. 3.*

ANNO *Christi* 969. [a] Nicephorus Imp. ad Græcas artes conuerſus, Ottoni Imp. in fraude ſcripſit, mitteret viros illuſtres, ad condictum in Calabria locum, qui Theophaniā virginē eius filio ſuperiore anno per Legatū expetitam, exciperent, & ſponſo depoſcenti repræſentarent. Miſit Otto doli ignarus quamplurimos, qui cum ad deſignatum locum veniſſent, pro ſpōſa Romani Imp. filia gladios & vincula exceperunt. Partem enim illorum Græci armati occiderunt, partē Conſtantinopolim vinctos remiſerunt. Non tulit hanc iniuriam Otto, ſed miſſo exercitu ſub ducib. Gunthario & Sigefrido, Græcos in Appulia & Calabria ſuperiore victoria inſolentes, iuſto prælio fudit: primoreſq; eorum reciſis naribus deformatos, Conſtantinopolim remiſit. Populus aūt Conſtantinopolitanus audiens à ſuis male pugnatum, contra Imp. conſurrexerunt, & machinatione coniugis propriæ, Ioan. autē Zemiſcæ militis inſidiis occiderunt, eumq; Imp. conſalutarunt. Ioan. porro Zemiſces continuo captiuos Ottonis Imp. abſoluit, puellamq; Theophaniam cū magno exercitu & claris muneribus ad Ottonem Imp. deſtinauit, quam ille filio Ottoni in matrimonium, maxima totius Italiæ & Germaniæ gratulatione collocauit.

Nicephor. Imp. trucidatus. Zemiſces Imp.

II. Vindicta diuina in ſacrilegos.

Eum finem habuit Nicephorus rerum Eccleſiaſticarum inuaſor, qui antequā ſe his ſacrilegiis inquinaſſet, credi vix pōt, quot & quantas paucis diebus fuerit de Saracenis memorandas in perpetuum victorias cōſecutus. Sed vbi in bona Eccleſiæ manus iniecit, omnibus ſe exuit bonis, atq; Deum ſeuerum expertus eſt vltorem. A Nicephoro aliqui docti, cum bonis monaſteriorum inhiarēt, nihilo miniorem Dei vindictam tulerunt.

III. De ſacrilego cubiculario.

b *Acta S. Niconis.*

[b] Aliquis ab eo cubicularius miſſus, à monachis S. Niconis aurum poſcebat: & cū non haberent quod darent, aliquos eorū in carcerem coniecerat. Quod cæteri aſpicientes, ad S. Niconem precibus exorandum ſe cōuertetūt, præſentemq; opem eius ſine mora experti ſunt. Etenim proxima nocte, minaci atq; indignabūdo vultu ad Cubiculariū veniens S. Nicon, multis eum verberib. excepit. Eo quod, inquiens, monaſterii curatores, cum ipſi nihil deliquiſſent, vinculis mācipaſti: quod niſi ſtatim eos exemeris, acerb. propterea te vitæ exitus manet. Profuit Palatino ad ſaniorem mentē hac afflictio. Mane igitur & vinctos eduxit, & ad templū properans, ſacræ thecæ aduolutus cum lachrymis audaciæ ſuæ veniam à ſancto petiit, diſceſſurum ex templo Lacedæmone promittens, & ciuibus aurū quod exegerat, relicturū, quod reipſa præſtitit. Nam aureis ſeptingentis duobus ad Beati loculum abiectis, conſcenſo equo protinus abſceſſit.

IV. Item de Antiocho à S. Nicone vulnerato.

Sed & Antioch. pariter à S. Nicone ſeueriorē in modum punitus eſt. Præerat is ducis poteſtate Ethnicorū regioni. Eo autem inter cætera vitæ flagitia proceſſerat amentiæ, vt ipſum beati teſtamentum violare non dubitaret. Itaque finitimum Ethnicorum oræ prædium inuadens, ſedē in eo, reclamantib. monachis tentoriūq; fixit. Et ne quid ſceleri deeſſet, cum locum perfoſſo circum circa cruore, contaminaſſet, impuro in libidinū cæno, nefandiſq; flagitiis, ſuo illic more volutabatur, quoad dignos temeritatis ſuæ fructus à ſancto percepit. Is ergo per noct. in formidabili trucīq; vultu illi aſtās, poſt horribiles incuſſos terrores, crucigero demum baculo latus lethali plaga percuſſit. Qua excitus, cū exeuntē è tentorio percuſſorē notaſſet; famulis quidem, vt eum cōprehenderent, cruda & lamentabili voce imperabat. Verum illi nemine videbant. Ex quo demū mali fontē miſer agnoſcens, ſanctū fuiſſe intelligebat, qui vulnus inflixerat, inuaſorēq; ſuū ex ſuis ſedib. pellere ſatagebat. Quare conſcēſo mox equo, Lacedæmonē cōtendit. Sed ſtadia haud amplius 30. proceſſerat, cū doloris acerbitate victus, ex equo deſcendens, media in via turpiter in ſuorū manib. exanimat⁹ interiit, req; in eo ꝙ in prouerbiis legitur, expletum eſt: *Animæ iniquorum immatura peribunt, & peruerſi in morte repentina.* Miſerum porro illius cadauer, Spartam delatum, ſequenti nocte, ignis, incertum vnde, in loculum irrumpens, vtrumque ſimul conſumpſit, & in cinerem redegit.

Prou. 3. iuxta 70.

V. Item de Michaele iniurioſo in monaſterium S. Niconis.

Nō minus pauendū eſt quod ſequitur. Michael Chæroſphactes vir illuſtris, nulliq; inter Lacedæmonios honore, gloria, opibus ſecūdus: ad hæc facūdia, indole, forma, ſuauitate morū, ſapientia, aliaq; omni laude prēſtans erat, adeo vt in ore omniū cum ſuauiſſimo ſenſu verſaretur. Sed quam difficile eſt humanæ naturæ hoſtis inſidiis numquā ſuccūbere, recteq; iter vſq; ad finē inoffēſo pede decurrere: Deflexit vir incōparabilis, & inuidiæ face accenſus contra monaſteriū S. Niconis impudēter exarſit, leuiſſimo cuiuſdā agri prætextu, quē lædere monaſterii pecora dicebātur. Ergo collecta facinoroſorū hominum manu, cum ad locū veniſſet, primum pridē monachum annis grauē, qui monaſterii res procurabat, nihil eius canos, nec virtutem veritus, veſte ſua ſpoliatum, atque in terram proſtratū, pugnis, fuſtibuſq; ita vexauit, vt tantum non exanimatū reliquerit; deinde Syracuſanū illum Dionyſium imitari volens, in agreſtes etiam operas famuloſq; ſæuire parabat, niſi fuga ſaluti ſuę conſuluiſſent. Tum vero monaſterii res omnes Myſorum prædæ expoſuit, non caulis ipſis, pecorumque ſeptis parcens, quibus etiam flammas ſubiecit, ne quid eſſet quo tegi pecora, & à furum ferarumq; inſidiis defendi poſſent. Ita demum, quaſi parta victoria, ouans, in equo miſer exultabat, cum ſubitum illatæ ſancto iniuriæ vindictam expertus eſt. Nocte enim inſecuta, terribili, vt in his ſolebat, aſpectu dormienti S. Nicon ſe obiecit, grauiſſimiſque & acerrimis verbis increpans: Quid tibi mecum, ait, vt tantum audaciæ furoriſque conciperе, & contra nos, Deumque ipſum inſurgere non formidares? Sed diuturni arrogantiæ huius conatus non erunt; ſentieſque tandem haud optabilem exitum fore, ac docebit experientia quantum mali ſit temeritas, & proiecta in Deum, eiuſque ſeruos arrogantia, atque his dictis receſſit. Michaelem vero ſtatim ardentiſſima febris inuaſit, & cum febre paralyſis. Ita domum relatus, mortem expectabat. Cum iterum ipſi tanquam in mentis exceſſu oblatus Nicon, ſuccenſebat porro, eademque cum minis exprobrabat. Vnde ad conſanguineos qui aderant, conuerſus: Non videtis, ait, monachum iſtum, qui mihi dira omnia minitatur? Tum expelli & abigi eum rogabat atque iubebat. Verum illi quia neminem videbant, morabantur. Paulo poſt cum ad ſe quodammodo rediiſſet, ex vtriuſque viſi argumentis mali ſui cauſam coniectans, ſtultitiam ſuā reprehendere, calamitatemque lamentari cœpit: Heu, heu, inquit, quia mihi nunc contra quam Iob contigit. Timor enim quem non timebam, euenit mihi, & quod non verebar accidit. Deinde ſceleris emendationem pœnitentia promittens, & quod tum cætera quæ inconſultò egerat, corrigeret, tum caularum cancellos ferreis repagulis obuallaret, morbi finē vnice deprecabatur. Cæterū eius preces à Deo exauditæ non ſunt. Dominus enim qui finxit ſigillatim corda noſtra, prauum fictumq;

hominis animum intuens, qualis in pleriſque ſole eſſe mortalium; qui tempore quidem afflictionis Dei recordantur, aſpernantur autem cum exempti malis fuerint; irritam atque inanem abire eius orationem paſſus eſt. Quare ingraueſcente vi morbi, in luctuoſis illis vocibus oppreſſus eſt: graui ferocibus, ſuperbiſque documento, vt ira ſua moderate vti diſcant, Deiq; iudicia reformident.

VI. Polyeuctus Patriarcha prohibet ab ingreſſu Eccleſiæ Imperatorem. c *Curopala.*

Nicephoro ad eum modum quem diximus occiſo, [c] Ioannes Zemiſces eadem nocte cum paucis ſe contulit ad magnum templum, vt ex Patriarchæ manibus diadema ſuſciperet. Quem venientem ad ſe ingredi non permiſit Polyeuctus Patriarcha, indignum aſſerens, qui ad ſacrum templum accederet illud, cuius manus adhuc recenti ac cognato ſanguine ſtillarent. Cum autem Ioannes æquo animo reprehenſionem tuliſſet, omniaque ſe libenter & obedienter facturum pollicitus eſſet, excuſans & purgans ſe, quod non propriis manibus interfeciſſet Nicephorum, verum Balantes, & Arzipo Theodorus Reginæ Theophanæ iuſſu: hanc Patriarcha iuſſit è Palatio eiectam, in aliquam inſulam relegari, atque in exilium mitti Nicephori interfectores, & decretum illud abſcindi, quod ad confundendas res Eccleſiæ Nicephorus propoſuerat. Statim igitur & illos Ioannes Imperator è ciuitate eiecit, & Theophaniam in Proconneſium relegauit. Quæ poſtea inde clam effugiens, cum ad magnum templum confugiſſet, per Baſilium excubiarum præfectum eiecta, in regionem Armeniorum relegata eſt in monaſterium recens ab Imperatore conſtructum, Damidæam nomine; cum prius illa multa probra in Imperatorem côieciſſet, & in Baſilium, Scytham eum vocans & barbarum, cuius etiam maxillam pugno percuſſit. Cum ipſa quoque relegata eſt mater eius in Mantineum: allatumque decretum conſciſſum eſt, & Eccleſiæ priſtina reddita libertas. His igitur ita geſtis, cum pollicitus eſſet Ioannes ad placandum Deum ob admiſſum crimen pauperibus facultates, quas priuatus poſſidebat, diſtributurũ, Polyeuctus ei conceſſit ingreſſum, & die feſto, quo Chriſti Domini Natalis celebratur, ipſum diademate Imperii coronauit.

Occiſores Nicephori mulctati.

VII. Duo Archiepiſcopi interfecti.

Per idem tempus Saraceni poſt expugnatas in Syria & Cilicia vrbes, Archiepiſcopum Hieroſolymitanum Ioannem viuum combuſſerunt, quod videlicet eius monitis putabant fore vt ipſos Nicephorus inuaderet. Incenderunt etiam pulcherrimum Dominicæ ſepulturæ templum. Hoc idem fecerunt Antiochenſes interfecto ſuo Archiepiſcopo Chriſtophoro.

VIII. Miraculum de catena S. Petri energumenum à diab. liberante. d *Segebert. in Chron.*

Eodem anno [d] quidam Comes Ottonis Imperatoris, eius familiaris, Romæ ante oculos omnium à diabolo arreptus, ita vt ſeipſum dentibus diſcerperet: iuſſu Imperatoris ad Ioannem Papam adductus, vt catena S. Petri collo eius circundaretur. Dum autem à fallacibus clericis ſemel & bis ſed alia catena furenti adhiberetur, nec quicquam remedii proueniret, vbi nihil virtutis inerat: tandem vera ſancti Petri catena allata, & collo furentis circumdata, diabolus ſpumans & multum clamans abſceſſit. Qua catena Theodoricus Metenſis Epiſcopus arrepta, cum diceret, ſe eam, niſi manu eius abſciſſa, non dimiſſurum: tandem Imperator, ſedato litigio, à Papa Ioanne obtinuit, vt annulum huius catenæ excectum Epiſcopus mereretur.

IX. De tranſlatione variarũ reliquiarum in Galliam.

Porro idem Theodoricus Imperatori, ſanguine, dilectione ac familiaritate cæteris deuinctior, dum in Italica expeditione per triennium ſub eo militaret, multa capita & pignora ſanctorum de diuerſis Italiæ locis, quocumque modo potuit, collegit. Primum è Marſia S. Elpidium confeſſorem, cuius ſocium Eutychium Epiſcopum ipſe Imperator iam ſuſtulerat. Ab Amiternis Eutychetem martyrem cum reliquiis Maronis & Victorini ſociorum eius. A Fulgineo Felicianum Epiſcopum & martyrem. A Peruſio, Aſclepiodotum martyrem, à Spoleto Serenam martyrem, cum Gregorio Spoletano martyre, à Cortuno pignora Vincentii martyris & Leuitæ, ab Hiſpania olim à duobus monachis Capuam, à Capua vero illuc deportata, à Meuania alterum Vincentium Epiſcopum & martyrem, à Vincentia Leontium Epiſcopum & martyrem, à Florentia Miniatem martyrem, ab vrbe Tuterdina Fortunatum Epiſcopum & Confeſſorem, à Corfinio Luciam Syracuſanam virginẽ & martyrem, à Foroaldo Duce Spoletanorum olim à Syracuſis illuc tranſlatam, à Sabinis, partem corporum Prothi & Hyacinthi martyrum. Hæc omnia cum parte catenæ S. Petri Apoſtoli, cum capillis eiuſdem, & ſanguine ſancti Stephani protomartyris, & parte craticulæ ſancti Laurentii martyris à Papa Ioanne ſibi donata cum aliis multis ſanctorum pignoribus præſul Theodoricus in Galliam hoc anno tranſtulit, & in Eccleſia S. Vincentii martyris à ſe in inſula vrbis conſtructa locauit. Porro cum audis tranſlata corpora; partem eorum intellige, non vero ipſa integra; quorum ad hæc vſq; tempora ſepulturæ in ſuis ſuperſunt locis.

IESV CHRISTI ANNVS 970.

IOANNIS XIII. PP. ANN. V. OTTONIS Imperat. anno 9. Ioannis Zemiſcis Imperat. anno 1.

I. Baſilius Patriarcha Cõſtant. creatur. a *Curopala.*

ANNO *Chriſti* 970. [a] Polyeuctus Patriarcha Conſtantinopolitanus, ex hac vita migrauit. In eius locum ſuffectus eſt Baſilius ex monacho Scamãdreno, boni nominis vir Epiſcopus. Antiochenis quoque Epiſcopum Theodorũ ex monacho præficiendũ curauit Imp. Nam hic ei prædixerat Imperii adminiſtrationem. Aiunt Ioannem Zemiſcem Saracenos Antiochiam obſidentes profligaſſe, & Ruthenorum trecenta & octo millia pariter ſuperaſſe.

II. Cõc. Angl. contra incontinentiã clericorum. b *apud Sur. 15. Octob.*

Per ea tempora, [b] auctoritate Ioannis Papæ, Dunſtanus Archiepiſcopus Cantuarienſis coacto generali Cõcilio ſtatuit, & decreto firmauit, vt Canonici omnes, presbyteri, diaconi, ſubdiaconi, aut caſte viuerent, aut Eccleſias quas tenebant, dimitterent. Habebat autem Regem Edgarum hac in re fidelem adiutorem, & egregiũ defenſorem. Porro huius decreti executio demandata eſt Oſvvaldo Vuigornienſi, & Ethelуuoldo Vintonienſi Epiſcopis. Itaque beatus Oſvvaldus in ſua diœceſi ſeptem monaſteria, eiectis clericis inſolenter viuentibus, conſtruxit, Abbateſque eis præfecit. In iis Abbas Perſorenſis Fulbertus bene moratus & religionis monaſticæ feruens zelator, ſed tamen in ſubditos nimium ſæuus, quod in eo valde reprehendebatur, cum eſſet ad extrema perductus, & poſt obitum in feretro repoſitus, redeunte ſpiritu erexit ſe, cunctis trementibus, aitque ſe à beato Benedicto ad conſpectum Dei perductum fuiſſe, Deumque ipſi peccata ſua ob merita dilecti ſui Oſvvaldi remiſiſſe, eiuſque ſanctitatis declarandæ cauſa, ſe reuixiſſe. His dictis conticuit, & percepto Dominici corporis Viatico, dimidium ſuperuixit diem, rurſumque defunctus eſt.

De Fulberto Abbate.

III. De Edgario Rege adultero. c *apud Sur. 19. Maii.*

Cæterum quod Edgarus Rex in clero reformando operam nauaſſet, exinde proceſſit. [c] Quadam die in monaſterium virginum, quod Mulſimiæ ſitum eſt, venit; ibique captus ſpecie cuiuſdam nobilis puellæ, inter non velatas nutriebatur, & cuſtodiebatur. Eam in ſuum colloquium adduci ſecretius iuſſit. Illa vero cum duceretur, timens pudori ſuo, raptum ab vna ſanctimonialium capiti ſuo velum impoſuit, eo modo ſe protegi ſperans, ſi forte Rex aliquid inhoneſti à ſe exigere vellet. Detraxit nihilominus Rex ei velum, eamque defloraiut. Quod cum Dunſtanus sciuiſſet, Regem adiuit; cumq; manum poſtularetur, dare recuſauit. Cauſam vero rogatus, ait: Tu poſtpoſito omni pudore adulterium commiſiſti: tu deſpecto Deo, ſignum caſtitatis non veritus, virgini ſuam integritatem præripuiſti: & cur manum ſummo Patri Virginis filium immolanti impuris manibus non tradam, quæris? Laua prius per pœnitentiam manus

tuas à ſordibus ſuis, & tunc demum, quo Dei gratiæ reconcilieris, honora & amplectere manũ Pontificis. Territus ille adhæc, terræ procubuit, pedes Antiſtitis petiit, ſe peccaſſe, gemitu verba interrumpente conteſtatus. Septennem illi tãdem pœnitentiam Dunſtanus impoſuit, tantumque continentiæ amorem ei ingenerauit, vt ipſe ſtatuta concilii pro ſeruanda clericorum caſtitate executioni demandaret.

IV. De S. Ethelvvoldo Epiſcop. pro caſtitate clericorum laborante.

Iuuit etiam Dunſtanum ad cleri incontinentiam refrenandam S. Ethelwoldus Vuentanæ Eccleſiæ Epiſcopus. Monebat ſæpius ſuum clerum, mores & actus mutare correctionisq; vitę ſemitas, relictis fęminis, arripere: Ipſi vero coruinum cras mentiebantur, ſemper in craſtinum emendationem pollicentes. Quod cũ ille non ignoraret, non diu ſuſtinuit. Paratis namq; quãplurimis monachorum cucullis, die quo communio, ſeruite Domino in timore, cantabatur; chorum intrauit, veſtes quas parauerat, ſecum faciens deferri. Et proiectis illis in medium, canonicis ait: Animaduertiſtis quod modo cantaueritis? Animaduertimus, inquiunt. Igitur, inquit, ſi ſeruire Domino in timore, & ei vultis exultare cum tremore; apprehendite diſciplinam; veſtem ſcilicet monachalem; ne pereatis, ſicut cantaſtis, de via iuſta. Ad quod illi obſtupefacti, more ſolito inducias petebant: id ſe facturos in futuro promittentes. Tunc ille; Mihi credite, ait, amplius non credam huic veſtræ reſponſioni coruinæ. Sed aut diſciplinam in præſenti apprehendetis, aut loci iſtius beneficiis priuati, iam iã cedatis. Itaq; nonnulli ex illis ſtatim, abiecto clericali habitu, monachi facti ſunt, cæteris verbo Pontificis de Eccleſia eliminatis.

V. Comes inceſtuoſus à Dunſtano excommunicatur.

Per idem tempus ſanctus Dunſtanus, Comitem quemdam inceſtuoſum, hunc in modum caſtigauit. Comes quidam præpotens cognatam ſuam illicito ſibi matrimonio copulauerat, & à Dunſtano, ſemel, ſecundo & tertio redargutus, inceſtum ſuum diuortio expiare nolebat. Quapropter gladio Spiritus ſancti à viro Dei percuſſus, à liminibus eſt ſanctæ Eccleſiæ ſeparatus. Qui typho tactus ſuperbiæ, Regem adiit, Dunſtanum immoderatæ ſeueritatis accuſauit, regia ſanctione ſe ab eius tyrannide liberum conſtitui, querula voce orans. Cuius verbis Rex acquieſcens, Dunſtano mandauit, vt hominem cum ea quam duxerat, in pace manere ſineret, & à quibus ipſum ſuſpenderat, ſacris liminibus reſtitueret. Mirabatur ille ad audita, & dolebat religioſum Regem per mendacem hominis linguam, ante rei inquiſitionem & examinationem eſſe ſeductum. Poſuit tamen hominem ad rationem, & tam pro commiſſo crimine, quam & propter iniuſtam ſui criminationem apud Principem factam paulo durius increpauit, cupiens eo modo ad pœnitentiam & correctionem cor illius emollire. At vbi vidit ipſum nõ ſolum verbis ſuis non conſentire, ſed inſuper contumaci ſpiritu contra ſe furere, minariq;: ſupra id quod ab ingreſſu domus Dei ſuſpenderat, omnem ei communionem fidelium, donec à ſua prauitate diſcederet, interdixit. Tũc ille ſe ipſo deterior effectus, immani eſt furore correptus, & nihil eorum quæ poſſidebat, alicuius eſſe momenti reputãs, ad hoc ſolũ ſe totum ſtudebat impendere, vt Dunſtano ſcandalum excitaret, & Chriſtianę legis iugũ, quo à ſua libidine coercebatur, ſibi faceret alienũ. Legatos itaq; ſuos Romã deſtinauit, & talibus aſſueta quorundam Romanorũ corda & ora in ſuã cauſam largo munere, largiori ſponſione commutauit. Quid inde? Præſul Apoſtolicæ ſedis Dunſtano, peccatori homini condeſcendere, verbis ac literis mandauit, & eum gremio Eccleſiæ integrè cõciliare monuit, imperauit. Ad quæ Dunſtanus ita reſpondit: Equidem cum illum, de quo agitur, ſui delicti pœnitudinem gerere videro, præceptis Domini Papæ libenter parebo. Sed vt ipſe in peccato ſuo iaceat, & immunis ab Eccleſiaſtica diſciplina nobis inſultet, & exinde gaudeat, nolit DEVS. Auertat etiam DEVS à me, vt ego cauſa alicuius mortalis hominis, vel pro redemptione capitis mei, poſtponam legem, quam ſeruandam ſtatuit in ſua Eccleſia idem Dominus meus IESVS CHRISTVS Filius DEI. Hæc ille

Pertinacia huius comitis & in Dũſtanum machinæ.

relata ſibi audiens, & Dunſtanum ex his quæ certo diceret, inflexibilem eſſe, certiſſime ſciens, & excommunicationis ſuæ pœna, cum pudore hominum conſtrictus, tum timore periculorum, quæ talibus nonnunquam accidere ſolent, perterritus, obſtinationem ſuæ mentis depoſuit, & abdicato illicito coniugio, pœnitentiæ ſibi cultum impoſuit.

VI. Eiuſdem hominis pœnitentia.

Dunſtano itaque generale totius Regni concilium de obſeruantia Chriſtianitatis celebrante, ipſe ſuimet oblitus, nudis pedibus, laneis indumẽtis corpus amictus, virgas manu ferens, Concilio ſeſe medium ingeſſit, & ante pedes Dunſtani gemebundus & eiulans corruit. Quo viſo, moti ſunt omnes qui aderant, ad pietatem: & ipſe Pater omnium, maiori præ cæteris pietate motus eſt. In vultu tamen ſeruato diſciplinæ rigore, vtpote hominem reconciliare DEO deſiderans, lachrymas eius ad horam ſeuerus ſuſtinuit; ac demum à toto Concilio poſtulatus, lachrymas & ipſe culpam indulſit. Ita ab excommunicationis vinculo abſolutum, communioni fidelium, Comitem reſtituit.

VII. Sacerdos ſacrificia idolis offerens diuinitus viſu oculorũ priuatur; quod in Chriſtum credens ope D. V. recuperat.

Per id temporis Ottone Imperante, in Suecia Rex Ericus Stẽchillus, tanto felicius regnauit, quãto maiorem ſolicitudinẽ propagandæ fidei Chriſtianæ adhibere curauit: quæ eius tempore, diuina clementia palam & mirabiliter cooperante, nõ parua incrementa ſuſcepit. Accidit enim eo præſente, totaq; populi multitudine circũſtãte, vt Sacerdos omnium nomine ſacrificia idolis offerens, repentina cæcitate percuſſus collaberetur; deinde poſtquam diu & fruſtra à cæcis idolis cæcitatis remedium poſtulaſſet, atque in proprias ædes reductus ſopori ſe tradidiſſet, ecce illa miſericors miſericordiſſimi DEI mater, non dedignata eſt afflictum peccatorem, omni humana ope deſtitutũ, viſitare, conſolari, & de myſteriis ſanctiſſimæ fidei noſtræ Chriſtianæ informare, Chriſtiq; Apoſtolum ex impio malorum dæmonum nuntio ſuſcitare. Inquit enim: Quia lumine intellectus, & rationis tuæ abuſus, à Deo vero ad dæmonum cultũ te conuertiſti, iuſtè corporis tui oculis priuari meruiſti. Igitur ſi corporis tui oculos recipere volueris, crede in filiũ meum Ieſum Chriſtum, qui eſt Deus Chriſtianorum, eiuſq; fidem firmiter obſerua, & ab omnibus obſeruandam prædica. Credidit ille, & credendo vſum oculorum perfectè recepit, ſtatimq; Chriſtianæ religionis diligentiſſimus prædicator effectus, omnem in circuitu regionem peragrãdo, lumen veræ fidei cordibus omnium incolarũ infundere conabatur: vt & ipſa ab illa horrenda perfidæ mentis cæcitate, qua infeliciter tenebãtur, liberati, lumen ad reuelationem gentium ab alto exortum aſpicere mererentur. Neq; deerat omnis ſalutis auctor, ſalutarem doctrinam fideliter annuncianti. Quippe breui tempore nõ paruus fidelium numerus in vineam Domini, ab ipſo cœleſti Patrefamilias vocatus intrauit, vt verum oſtẽderetur Chriſti verbũ, *Meſſis quidẽ multa, operarij vero pauci.* Quãuis enim nonnullæ Chriſtianorũ reliquiæ, à tẽpore Beronis Regis ad hæc tẽpora in Suetia permanſiſſent, attamen petendi erant ex Bremenſi Metropolitano magis idonei DD. qui verbum Domini rectè tractare didicerant. Quocirca optimus Rex Ericus Stenchillus, miſſis ſolẽnibus Legatis, ab eod. Metropolitano, ſiue Adagario, ſiue eius ſucceſſore, impetrauit ad ſe duos SS. Pont. in diuina lege doctiſſimos confeſtim mitti, videlicet Adaluardum & Stephanũ. Hi prædicabant Chriſti Euangelium continuè & diligenter, ex qua prædicatione creſcebat quotidie cum magno fructu diuini verbi plãtatio, & baptizabatur magna populi multitudo, tãtuſq; ardor omnium ad baptiſmum erat, vt euolutis paucis diebus nulli aut pauciſſimi incolæ, in vniuerſa ciuitate Birchenſi tunc frequentiſſima inuenirentur, qui Chriſtianæ militiæ aſcripti non eſſent. Non deerant illi peſſimo humani generis inimico ſuæ ſolitæ artes, per quas tam ipſi optimo Regi Henrico Stenchillo, quam etiam ſanctiſſimis Põtificibus grauiſſimas perſecutiones, & inſuperabilia pericula paſſim ab incolis regni ſuſcitaret, præſertim illis qui de ſanguinis nobilitate magis, quam de virtute gloriabantur.

Hi enim

Hi enim videntes Chriſti legem ſuis operibus contrariã, cæperunt eius aſſeſſores primò occultè, deinde palam apud ſimplicem & ignarum populum, multis calumniis atq; improperiis afficere, ita vt Rex ipſe vna cum Põtificibus publico vulgi clamore ad interitũ peteretur, quaſi non eſſet veri Dei cultor, ſed nouorum dæmoniorum annunciator, tantumque veſani populi furor à proceribus excitatus inualuit, vt Chriſtiani Pontifices comprehenſi, & virgis cæſi, ac plurimis iniuriis affecti, ex Vpſala ad Bircham duorum dierum itinere redire compellerentur; cum interim Rex nunc huc, nunc illuc fugitando latebras captaret. Tandem poſtquam multos labores & pericula pro augendo Chriſti cultu ſuſtinuerat, ab ingratis ciuibus, & malignis proceribus trucidatus occubuit. *Olaus hiſt. Goth. lib. 17. cap. 15.*

IESV CHRISTI ANNUS 971.

IOANNIS XIII. PP. ANN. VI. OTTONIS IMP. AN. 10. Ioannis Zemiſc. Imp. ann. 2.

I. Conc. Romanum. a *Vilelm. de geſt. Reg. Angl. lib. 2. cap. 8.*

ANNO *Chriſti* 971. [a] Ioannes Papa Romæ Concilium Epiſcoporum celebrauit, Legationeque Edgari Anglorum Regis & S. Dunſtani Cantuarienſis Archiepiſcopi audita, priuilegia monaſterii S. Mariæ Glaſtingebiri confirmauit.

II. Vdalrici factũ de ſubſtituendo ſibi nepote improbatum. b *Vita Vdalrici. c. 21. 22.*

[b] Eodem quoq; anno Romam venit S. Vdalricus Auguſtanus Epiſc. Vbi cum limina SS. Apoſtolorum veneratus eſſet, Rauennam ad Imperatorem acceſſit. Nam ibi tunc Otto agebat, ex Campania, confirmato fœdere cum Ioanne Zemiſce, & Pandulfo Beneuentano Principe ex captiuitate recepto reuerſus. Narrant: quod cum S. Vdalricus Palatio appropinquaret, idque Ottoni ſeſe calceanti nunciatum eſſet, ille vno tantum pede calceatus, & altero adhuc incalceatus, cauſa humilitatis in eius occurſum feſtinarit. Obtinuit tunc Vdalricus ab Ottone, vt illi in Epiſcopatu Adelbero ex ſorore nepos ſuccederet. Qui etſi doctrina & virtute præſtaret, tamen quod affectui carnali aliquid dedit ſanct⁹, habuit à Deo caſtigari. Cum enim mortem appropinquantem expectaret, quadam die quaſi de graui ſomno expergefactus, ei aſſiſtentibus & hæc audientibus ait: Heu, heu, quod illum nepotem meum Adalberonem vnquam vidi, quia pro eo quod ei ſecundum ſuum deſiderium conſentiebam, nolunt me impunitum in ſuum conſortium recipere.

III. Otto Imp. Magdeburgum condit & Metropoli auget.

Otto Imperator in Germaniam reuerſus, ciuitatem Magdeburgenſem condidit, inque ea Metropolim Slauorum maritimorum & mediterraneorum conſtituit, cui quinque Epiſcopatus ſuffraganeos ſubdidit, ſcilicet Merſiburgenſem, Miſnienſem, Brandeburgenſem, Heuelbiergenſem, & Aldinburgenſem. Primus ei Eccleſiæ auctoritate ſedis Apoſtolicæ, præfectus eſt Archiepiſcopus Adalbertus, non ille Pragenſis martyr, quemadmodum aliqui hallucinati arbitrabantur.

IV. Ioã. Imp. ope S. Theod. mart. exercitum Bulgarorum fundit. c *Curopalat.*

In Oriente, [c] Ioannes Zemiſces Imperator trecentorum triginta millium exercitum Bulgarorum, ex Ruthenis, Scythis, Turcis aliiſque barbaris conſcriptum, magna virtute hoc anno die S. Georgii martyris ſuperauit, Regem Bulgariæ Boriſem cum vxore & liberis cepit, Paraſtlabam regni metropolim expugnauit, & ex ſuo nomine Ioannopolim nuncupauit, atque Regnum illud in formam prouinciæ reduxit. Fertur, diuinam opem tum Romanos eſſe, alio die pugnantes conſequutos. Turbo enim quidam à Noto vento in ora Scytharum conſtitit, haud permittens eos captis vti in bello cõſiliis. Et quidem vir conſpectus eſt ab omni Romanorum exercitu equo albo vectus in anteſignanis pugnare, hoſtiumque commouere ac perturbare phalanges, nulli prius aut poſterius cognitus, quẽ aiebant vnũ eſſe ex glorioſis martyribus, Theodorum videlicet, quibus tutoribus ac propugnatoribus contra hoſtes vtebatur ſemper Imperator. Etenim forte accidit, vt hoc prælium ea die committeretur, qua celebrare memoriam militis conſueuimus. Cum & mulier quædã nobilis Byzantii, ſupremæ poteſtatis, per viſum illud ita eſſe cõfirmabat vna ante congreſſum die, in ſomnis ſibi viſa Dei Genitrici præſto eſſe, & cuidam militi dicentem audire: Domine Theodore meus ac tuus Ioannes in periculo verſatur: ad eius auxilium propera. Orto ſole eadem mulier vicinis rem patefecit. Et quæ viſa ſunt hæc fuere. Funduntur rurſum Scythæ, qui clauſas vrbis portas comperientes, à Sclero Duce per planitiem diſſipati, mutuoque conculcati interfecti ſunt, & à Romanis cæſi numero infiniti.

V. Gratitudo Imper. in Theodorũ martyrem.

Porro Imperator martyri reddens debitum honorem, & auxilii præmia rependens, templum illud vbi ſanctum corpus eius conditum eſt, à fundamentis euerſum, maius, pulcherrimumque ædificauit, & poſſeſſionibus magnificis auctum, pro Euchanen, Theodoropolim appellauit. Triumphaturus quoque poſt victoriam, totum pompæ honorem Diuæ Deiparenti attribuit. Cum enim vrbis Archiepiſcopus cum ſynodo, & omnes qui magiſtratum gerebant, cum pæanibus & victoriæ laudibus, coronas afferentes exciperent, & parato quadriiugo curru admodum decoro, vellent illum conſcendere; ipſe quidem allatas coronas accepit, & equum album aſcendit; cæterum nihil quod magnificum eſſet approbans, ſed moderate ſe gerens, in curru impoſitis Bulgarorum veſtibus, ſuper ipſis Dei Genitricis imaginem vt ciuitatis patronæ collocauit, ſeque præire iuſſit. Cumq; ad forum perueniſſet ſatis celebratus, Deo Patri, & eius Filio, Spirituique ſancto actis gratiis ob victoriam conſequutam, inſignia Bulgarici Imperii in conſpectu ciuium Boriſem Bulgarorum Regem exuens (hæc autem erant, aurea corona, & tyara ex byſſino filo contexta, & purpurea calceamenta) inde ad magnum templum profectus, ibiq; Bulgarica corona pro munere Deo dedicata, promotoque Boriſi ad magiſtrorum dignitatem, in Regiam ſe recepit. His peractis Saluatori Chriſto ob parta trophæa templum ſuper æream abſidem nouum conſtruxit, nulli ſumptui parcens aut ornamento, remiſit etiã iis qui tributa pẽdebãt, illud quod Capnicum appellabatur. Imperauit item in numiſmate, aureo ſcilicet ſolido atq; in obolo ſculpi Saluatoris imaginem, quod antea factum non fuerat; in cuius altera parte hæ literæ inſcribebantur: *Chriſtus Rex Regum*, & hoc ſubſequentes obſeruauerunt Imperatores.

IESV CHRISTI ANNUS 972.

DONI. PP. ANN. I. OTTONIS IMP. ANN. II. Ioannis Zemiſcæ Imp. ann. 3.

I. Ioan. Papa obiius. Donus Pap. eligitur & obit. Succedit Benedict. VI.

ANNO *Chriſti* 972. Octauo Idus Septemb. Ioannes Papa defunctus, in baſilica S. Pauli ſepultus eſt. Succeſſit ei Donus patria Romanus, quo poſt tres menſes è viuis abeunte Pontificatum obtinuit Benedictus Romanus, filius Hildebrandi.

II. Conc. Ingelheimen. in cauſa S. Vdalrici & Nepotis. a *Vita S. Vdalrici.*

Quo tempore Otto Imperator in Germaniam reuerſus, [a] Synodo Ingelheimenſi cum Epiſcopis interfuit. Oſtendebantur plurimi, quod Adalbero S. Vdalrici nepos, pedum paſtorale, viuente Epiſcopo geſtaret. Quamobrem vtrumque ad iudicium aduocarunt, illum quidem quod ſibi dignitatem Epiſcopalem vſurparet, hunc vero quod toleraret. Adfuit Vdalricus, & in terram proſtratus Epiſcopatus inſignia ſponte deponebat, atque vt monaſticen ſub regula S. Benedicti profiteri poſſet, poſtulabat. Non admiſerunt Patres eam poſtulationem. Sed vt dignitatem eam vſq; ad mortem ſuſtineret admonuerunt. Inſuper etiam permiſerunt, vt eo vita functo, in Epiſcopatu Adelbero ſuccederet. Interim cum hæc decernerent, Adalbero poſtquam à cæna ſurrexiſſet, & ad quieſcẽdum in lecto ſe poſt phlebotomiam compoſuiſſet, ſubita morte defunctus eſt.

III. De Duffo Scotorum piiſſimo Rege per Veneficarum incantationes miſerè afflicto.

Hoc anno occiſus eſt Duffus Scotorum Rex in Deum pius, atq; in homines iuſtus. Mira ſunt, quę *Hector Boethius lib. 11. Hiſt. Scot.* de eo memorabat, eum ſc. aliquãdo à Veneficis quibuſdam morbo addictum fuiſſe, qui humana auxilia deſpiceret. Sine vllo bilis, pituitę, aliuſve peccantis humoris exundantiæ, vel ab humano temperamento lapſus, Duffum ſenſim affligebat. Noctu enim ſub perpetua vigilia decumbens in ſudorem ſine modo ſoluebatur, interdiu vix dolore quo nocte laborauerat, leuatus, quieti ſe dabat. Corpus lenta conficiebatur tabe effœto ſimillimum. Hærebat vitis rigida, venas, neruos, & qua forma ac ſitu oſſa eſſent humana ſpectantibus oſtendens. Suauis ac vniformis ſpirituum à corde profectus, quod tactu cordialis venæ arteriæ deprehendere, vitale humidum nihil temperie exceſſiſſe demonſtrauit. Viuidus ille color, aurium oculorumq; vigor integer aderat, temperatuſq; frequentior cibi potuſq; appetitus. Medici ad ſuperfluum nociuumq, ſudorẽ ſiſtendum, aut ad ſomnum prouocandum accommodatum nihil inueniebant. Rex autem de ſalute prope deſperabat, donec à rumore ſparſo, meretricula quædam venefica, per indicia deprehenſa, veneficas alias quæ Regiam valetudinem afficiebant indicaſſet. Miſſi milites noctu in ſortilegarum ędes, foribus vi receluſis irrumpentes, veneficarum vnam cereum ſimulachrum ad Regis Duffi imaginem dæmoniaca arte (vt credere par erat) confectum ligneo affixum veru ante ignem torrentem, alteram carminibus recitatis liquorem quẽdam fundentem ſenſim ſuper ſtatuam inuenerunt. Prehenſæ itaq; ocius faſcinatrices, cõiectæq; in vincula & tractæ ſimul cum ſimulachro in arcem, rogatæ ad quid ſub noctem carmina recitantes effigiem Regis igni exponerent, reſponderunt; dum ſimulachrum igni adhibitum torreretur, Duffum Regem in ſudorem ſolui; carminib' autem recitatis perpetua teneri vigilia, & ad liqueſcẽtem ceram macie confici. Conſumptam autem ceram Regis mortem continuò ſequuturam. Ita ſe malos dæmones docuiſſe, atque facinus exequendum mercede à Morauorum primorib. conductam. Pereiti ira aſſlantes ad auus verba effracto ſimulachro, vt veneficas ſcelus ingenti luentes ſupplicio flamma conſumeret, extemplo curarunt. Ferunt ſub tempus, quo hęc in Foreſſenſi arce ſunt acta, Regem languore leuatum, & nocte abſque ſudore quieuiſſe, poſtridieq; redeuntibus viribus, quæ erant humanæ facultatis promptè egiſſe, perinde ac ſi nulla aduerſa valetudine antea fuiſſet detentus.

IV. De eiuſdem lamentabili nece à Donnevaldo illata.

Is porro ſanitati reſtitutus, cum quoſdam perneceſſarios Donneualdi militis adoleſcentes innocentes furcis addixiſſet, Donneualdum in ſe concitauit. Hic autẽ vxoris perſuaſione in parricidium animatus, captata occaſione per proditionem Duffum in cremit, interemptoq; cadauere clam in aliqua ſcrobe ſepulto, tantum ſimulare potuit, vt in cubiculum Regium reuerſus, non tantum cruorem intrepidus ſpectauerit, ſed etiam in quoſdam cubicularios, quaſi illi Regem cęcidiſſent ferrum diſtrinxerit, ſed tamen eo indicio ſeſe prodiderit, vt à primoribus captus, vinctus, equis diſtractus, viſceribus exuſtis, & membris in diuerſis Scotię partibus appenſis, ſupplicium exoluerit. Ferunt, ſex inſequentib. menſibus totis, neque ſolem interdiu in Regno Scotorum illuxiſſe, nec nocte lunam, neque cœlum ſerenum conſpectum; aere perpetuis nubibus obducto, crebris ventis ac ignibus agitato. Non deerant qui ſcribant Duffi Regis corpus, tametſi ſex menſes luto infoſſum iacuerit, integrum viuidoque colore & in nullo labe infectum, inuentum. Vt primum vero effoſſum in arcem fuerat prolatum, cœlum pulſis nubibus ſerenum factum, ſole lumine plus ſolito emicante. Eorundem hominum ingens cepit admiratio, vicinos campos, præter temporis naturam multa florum varietate fuiſſe ornatos.

IESV CHRISTI AN-
[illegible] nus 973.

BENEDICTI VI. PAPÆ ANN. I. OTTONIS Imperatoris anno 12. Ioannis Zemiſcæ Imp. anno 4.

I. S. Vdalrici obitus.

ANno Chriſti 973. Quarto Non. Iulii, anno ætatis tertio ſupra octuageſimum, S. Vdalricus Auguſtanus Epiſcopus mortuus eſt; in vita & à morte miraculis clariſſimus. Ioannes XV. Pontif. Max. eum in numerum ſanctorum retulit; Gregorius autem Papa Septimus Patriarchæ Aquilienſi conceſſit, vt in feſtiuitate illius pallio vteretur.

II. De loco ſepulturæ S. Vdalrici.

Non putaui omittenda eſſe, quæ auctor vitæ S. Vdalrici aſſerit, de geſtis à ſancto ſub extremos dies: tũ vt loc' ſepulturæ eiuſdem ſancti certo certius nõ Mediolani, ſed Auguſtæ Vindelic. eſſe ſciatur; tum vt exemplo illius ſancti pectoribus Chriſtianorum infigatur, memoria mortis, qua nihil eſt vtilius. Ita habet: Vdalricus Epiſ. ab vrbe vltimo in extrema ſenectute Auguſtam Vindel. reuerſus, pollinctoribus accerſitis, in auſtrali parte exterioris muri Eccleſiæ, ſepulchrum ſibi fodere, & exterius muro cingere, & perrupto muro Eccleſiæ arcum muratum deſuper curuare præcipit, & arcam aptam componere ad cooperiendum corpus in ſepulchro, & inſuper tabulatum denſum longo tempore imputribile cauta coniũctione virtutum ſuperponi decreuit. His pręparationibus exequiarum ſuarũ perpetratis, omni hebdomada dehinc ipſum locum die Veneris viſitare, & ibi hoſtias immolare conſuetus erat, ſi alia aliqua ei occupatio vel abſentia impedimentum non fecit. Eo poſtmodum Auguſtæ defuncto, cum aduentum ſancti Wolffgangi Ratiſbonenſis Epiſcopi expectarent, interim corpus ſancti Vdalrici in Eccleſia S. Mariæ à congregatione, die noctuq; cum orationibus & miſſarum celebrationibus, cautè & deuotè cuſtodiebatur, vſque in diem Dominicam. Die vero Dominica poſt primam miſſam, pro eius anima celebrata, congregato clero, & ſanctimonialium congregatione adueniente, & magna de prouinciis multitudine populi, presbyteri leuauerunt corpus, & ad S. Afram, vbi antea ſepulchrum eius præparatum fuerat, portare cœperunt. Cumq; venirent ad collem, qui dicitur Pereleich, præfatus nuncius venit, & aduentum Wolffgangi Epiſcopi nunciauit. Illi autem perducentes corpus in Eccleſiam S. Afræ, miſſam ibidem ſacrificalem, cum omni deuotione, pro requie animæ eius celebrauere. Ea vero nocte Hiltegart vxor Richwin Comitis, quamuis nupta, tamen ſatis religioſa venit, camiſaleq; cera perfuſum attulit, & ſublimiſſimos clericos petiit, vt ſacro corpori cautè ſecretò circũdaretur, ne ſacerdotalis paratura qua indut' erat, cito à terra conſumeretur; quia ipſe adhuc viuens præcepit, ne tabulatum lignum corpori eius ſuppoſuiſſent, ſed puræ terræ imponerent, & ligneo operculo cooperirẽt: qui ſecundum eius petitionem camiſale corpori ſacro circumdederunt. Oratione autem ſecundum verbũ eius ab omnibus peracta, Epiſco. corpus ſepeliuit, & animã omnipotenti Deo deuotiſſimè cum lachrymis commendauit. Miniſtri autem ſicut prædictum eſt, operculo ligneo corpus cooperierunt, & ſuper hoc gradibus murati ſepulchri denſum lignum tabulatum ſuperpoſuerunt, in ſuperficie autem terræ in lapidibus coniunctis firmiter clauſerunt. His ita peractis, Epiſcopus ad Auguſtam cauſa orationis perrexit: quod locus ille, in quo S. Afræ Eccleſia ſita erat, vrbe tunc non comprehenderetur: nec niſi poſt aliquot luſtra, ſub Adelberone ſeptimo eius loci Abbate, vrbis pomærio prolato, receptus ſit.

III. Quomodo inuentæ reliquiæ S. Vdalrici.

Iacuit ibidem ſanctiſſimum illud corpus reconditum, annis omnino ducentis decem à tranſitu, nimirum vſq; ad annum Chriſti M. C. LXXXIII. quo accidit, vt 16. Cal. Iulii, cum nimius eſſet æſtus fabrica quędam in valle ſita, igne æſtuans, vicinas domos, & inde omnes officinas, tandem clauſtrum & Eccleſiam ſanctorum Vdalrici & Afræ mira celeritate in fauillas redegerit. Qua occaſione ſepulchrum beati Vdalrici, trabibus deſuper cadentibus confractum, & à ſanctiſſimo ipſius

corpore

corpore vacuum eſt inuentum. Hoc vno excepto, quod quatuor tabulæ, quales in loculis mortuorum fieri ſunt ſolitæ, aromaticū ſpirantes odorem, ibidem ſunt repertæ, quæ res opinandi occaſionem præbuit, ſanctum eius corpus in illis reconditum fuiſſe, quando à ſeculo deceſſit. Mæror autem maximus & dubietas nō parua omnes inuaſit, quod corpus illius in ſepulchro minimè reperiſſent. Quare ex præcepto & conſilio Hartuuigi Epiſcopi, quæſitum eſt corpus beati Vdalrici pene per duas ſeptimanas; & inuenta eſt ſpecus murata quadris lapidibus, & ſub illa alia ſpecus murata, minor tamen ſuperiore; & vtraque tamen erat vacua, quæ res auxit dubietatem & mærorem, adeo vt plerique dicerent corpus beati Vdalrici illo in loco non haberi. Tandem in anniuerſaria nocte ſancti Patris ſui Hupaldi voluit reuelari, in tertia videlicet ſpecu murata, quæ & minima, & ſub duabus ſuperioribus erat. Res ergo vſq; ad diem ſancti Laurentii dilata: quo, iuſſu Epiſcopi Præpoſitus ſancti Georgii & alii religioſi viri conuocati, & clauſis Eccleſiæ ianuis, cæmentarii confeſſione & Euchariſtia curati, ſunt inducti, qui per totum diem laborantes, vt locum mundarēt, & lapides quadros miræ magnitudinis de illa profunditate eiicerent, vix imminente nocte opus compleuerunt. Miranda tunc res accidit. Cæmentariis namque prodigioſæ quantitatis lapidem ad ſuperiora funibus trahentibus, funes diſrupti, & ſaxum ipſum decidens, adoleſcentem quendam Conradum nomine ita oppreſſit, vt omnes non ſolum mortuum, ſed etiam membratim contritum & diſſipatum crederent. Auulſo lapide, meritis ſancti Vdalrici, ſanus inuentus eſt; cumque reſpirare aliquantulum iuberetur, ipſe ad opus rediit indefeſſus. Inuento itaque poſt longam inquiſitionem loco, vbi corpus ſancti Vdalrici erat reconditum, Hartuuigus Epiſcopus ſolo pane & aqua contentus, ſacris veſtibus indutus, nudis pedibus demiſit ſe in foueam: prius tamen ſub anathematis comminatione interdicens, ne quippiam de tantis ſubtraheretur reliquiis. Inuentum eſt igitur corpus ſanctiſſimi confeſſoris, cum quibuſdam particulis Pontificalium induuiarum, nec dum vetuſtate conſumptarum; & in dextro latere pixis argentea admodū nitēs in ſacculo holoſerico, in qua (vt ferebatur) corpus & ſanguis Domini, & alia ſancta continebantur. Adhæc alia ciſtella ſatis magna & obſerata, plena reliquiis ſanctorum. Quare corpus ſancti Vdalrici cum cæteris reliquiis oſtro inuolutum, pro tempore ligneo loculo (alio poſt ex cupro fabricato) recluſum eſt.

Miraculum de Cæmentario ope S. Vdalrici à morte præſeruato.

IV. Raptores reliquiarum S. Vdalrici puniti.

Epiſc. vero os quoddam de Coſta S. Confeſſoris temerè ſurripuit, & in fruſta comminutum, indecenter pro reliquiis marſupio impoſuit. Sed animo immutatus, valdè infeſtus cœnobio extitit, quod reliquiis ſancti Vdalrici pro libitu ſuo potiri non potuit, Congregatione S. Afræ vehementer reſiſtente. Vnde iuſto Dei iudicio, breui ex hac vita ſubtractus, etiam in futuro ſeculo pœnas luit, vt ipſe poſt mortem ſæpius apparens pluribus expoſuit. Præpoſitus etiam ſancti Georgii, maiorem digitum pedis, pio quodam ſubtrahere furto proponens, proprium pedis digitum magno dolore confregit: & marſupium, quod eum in finem collo ſuſpenderat, magno rubore palam amiſit. Fama itaque inuenti ſacri corporis longe lateque diſperſa, in eius honorem paſſim templa erecta, & altaria ſunt conſecrata. Magnus etiam hominum concurſus fieri cepit, & innumera meritis illius patrata ſunt miracula. Poſt ſupradictam autem conflagrationē, & ſacri corporis inuentionem, nouum templum excitatum, & ſolemni Eccleſiæ ritu dedicatum eſt, anno Domini M.D.LXXXVII. VIII. Idus April. Arca inſuper, qua ſacra D. Vdalrici lipſana continebantur, ipſiuſmet Imperatoris Friderici primi, ac trium Epiſcoporum humeris, honoris cauſa elata fuit, & in eo loco vbi nunc cernitur collocata.

V. Reliquiis S. Vdalrici glires fugati.

E priore ſepultura, terra, quam cineres S. Vdalrici dicunt, eruta, & tum Chriſti fidelibus, tum ſiniſtra de religione Catholica ſentientibus, cum poſtulant diſtributa, remedio eſt contra nociuam glirium graſſationem qui eius veneratione, & honorifica aſſeruatione eiici ſolent è domibus, non ſolum Catholicorum, ſed & aliorum. Adduntur porrò ſchedulæ, Latini vel Germanici idiomatis, pro hominum conditione, huiuſmodi ſenſum continentes:

Venerabiles reliquiæ de S. Vdalrici Confeſſoris & Epiſcopi reſoluta carne. Quæ vbicunque decente reuerentia ſeruatæ atque tractatæ fuerint; præſertim ſi in Dei laudem, ſanctique Vdalrici honorem preces aliquæ iungantur, aut eleemoſyna detur, aut celebrentur miſſæ, aut aliqua ſacris vſibus donaria conferantur, aut quæcunq; pietatis opera exerceantur, ibi meritis beatiſſimi Vdalrici, glires, nociuum genus animalium, neutiquam graſſari, imo nec habitare poſſe, quotidiana fidelium experientia & inſinuatio deuotè atteſtatur.

Illud ne cuiquam mirum videatur, meminerit, ſancti Remigii puluere, ab Hincmaro Rhemorum Archiepiſcopo, ſerpentes pulſos eſſe, & terra ſancti Pauli ex Inſula Melitenſi, quoſcumque ſerpentes fugari. *Ex vindiciarum libello, à F. Carolo Stengelio ordinis ſancti Benedicti Auguſt. Vindel. ad SS. Vdalrici & Afræ profeſſo, pro ſepultura eiuſdem ſancti apud Auguſtanos ſcripto contra eos qui Mediolani mortuum ac ſepultum aſſeuerant.*

VI. Vuilhelmi Mogunt. Epiſc obitus. a Vuitich. lib 3.

[a] Obiit pariter Wilhelmus Archiepiſcopus Moguntinus Ottonis Imperatoris ex priori coniugio filius, Regni Francorum adminiſtrator. Pridie quoq; Idus Martias obiit S. Mathildis Regina, mater Ottonis primi Imperatoris humilitate & patientia celebris; nec non deuotione, frequentatione Eccleſiæ, adiutorio pauperum commendata.

VII. Item Ottonis Imp.

Secutus eſt eam Otto Imperator nō multo poſt. Tertia feria ante Pentecoſten, deuenit ad locum qui dicitur Mileuu. Vbi proxima nocte iuxta morem, diluculo de lecto conſurgens, nocturnis & matutinis laudibus intererat, poſt hæc paululum requieuit. Miſſarum deinde officiis celebratis, pauperib' iuxta morem manum porrexit, paululum guſtauit, iterumque in lecto requieuit. Cum autem hora eſſet, proceſſit lætus, & hilaris ad menſam reſedit. Peracto miniſterio, veſpertinis laudibus interfuit: peracto cantico Euangelii, æſtuari & fatigari iam cepit. Quod cum intellexiſſent Principes circumſtantes, ſedili eum impoſuerunt. Inclinantem autem caput, quaſi iam defeciſſet refocillauerunt, expetitoque ſacramento diuini corporis & ſanguinis, & accepto, ſine gemitu cum magna trāquillitate vltimum ſpiritum cum diuinis officiis pietatis creatori omnium reddidit. Poſt Carolum magnum, nemo illo maior religione, amplificatione fidei, pietate, victoriis, & aliis rebus magnis. Incertum quod Petrus Damiani & ipſe quoque titubans Deſiderio Abbati ſcribebat, quaſi à Wilhelmo filio Archiepiſcopo Moguntino, paulo ante obitum, anathemate percuſſus eſſet, quaſi Adelcidam commatrem matrimonio ſibi copulaſſet. Namq; ea numquam commater Ottoni fuit. Defuncto Ottone primo, eius filius Otto ſecundus ſolus Imperium ſuſcepit.

Otto II. Imp.

IESV CHRISTI ANnus 974.

BENEDICTI VI. PAP. ANN. II. OTTONIS II. Imperat. ann. 1. Ioannis Zemiſc. Imper. anno 5.

I. Benedictus PP. à Bonifacio ſedis inuaſore ſtrāgulatur. a Leo Oſtiē. lib. 2. c. 4.

ANNO *Chriſti* 974. Bonifacius Romanus Ferrutii filius, diaconus Cardinalis, vir ſceleſtiſſimus, Benedictum Pontificem cepit, in carcerem coniecit, & ibidem ſtrangulauit; poſtque eius cædem, Romanum Pontificatum inuaſit: [a] ab antiquioribus ex catalogo Pontificum expunctus.

II. S Romualdus Anachoretarum in Occidente auctor.

Hoc tempore florebat S. Romualdus Rauennas nobiliſſima Ducum familia ortus, qui nuntium remittens ſeculo, in Claſſenſi cœnobio famoſiſſimo prope Rauennam primo monaſticum induit indumentum. Ex quo poſtea ad vitā tranſiens anachoreticam, ita fœcundus in

prole

prole Sanctorum fuit, vt Occidentalem Eccleſiam ſanctis repleuerit anachoretis, quorum aliqui Apoſtolatu apud Gentes plurimas defuncti, martyrii coronam meruere. Vitam & res illius geſtas Petrus Damiani deſcripſit.

IESV CHRISTI Annus 975.

Benedicti VII. Papæ anno 1. Ottonis II. Imp. ann. 2. Ioannis Zemiſc. Imp. ann. 6.

I. Bonifacio pulſo Benedictus Pap. VII. electus. a *Leo Oſtienſ. lib. 2. c. 4.*

Anno *Chriſti* 975.[a] Benedictus Romanus ex genere Albericorum Epiſcopus Sutrinus, non ferens eam immanitatem, quam Bonifacius Sedis Apoſtolicæ inuaſor in Benedictum Papam perpetrarat, eum ex vrbe abire coegit. Cæterum nefandiſſimus homo antequam Roma excederet, Vaticanam Baſilicam ſpoliauit, rebuſque omnibus direptis Conſtantinopolim nauigauit. Clerus porro vniuerſus hunc Benedictum, Pontificem elegit, & ſeptimum appellauit.

II. Martyriũ Chriſtianorum in Hiſpania. b *Ambroſ. Moral.*

[b] In Hiſpaniis capta & diruta à Saracenis Septimacenſi ciuitate, qui ab immani cæde ſuperfuere Chriſtiani, Cordubam ducti biennium in carcere exigẽtes, cum Fidem deſerere recuſarent, gladio cæſi ſunt. Inſignis inter eos fuit quidam Saracenus, in ſacro fonte Dominici nomen adeptus. Eius martyris hæreditatem Veremundus Rex Eccleſiæ S. Iacobi dedicauit, hoc præclaro verbo perſuaſus, quia inutile & inconueniens erat, inquit, vt ille eſſet in Regno Cœlorum, & hæreditatem eius poſſideret ruſtica & laicalis conuentio.

III. Zemiſces Imp. veneno perit. c *Curopal.* Baſil. & Conſtant. Imp.

Hoc anno,[c] ingenti damno reipub. Ioannes Zemiſces Imp. cum in Syriaca occupatus eſſet expeditione, iamq; victor vſq; Damaſcum perueniſſet, veneno potatus moritur Conſtantinopoli quarta die menſis Decẽb. Eadem die ſucceſſerunt ei filii Romani iunioris Baſilius & Conſtantinus, ille annum natus vigeſimum, hic a. decimum ſeptimum: reuocata eorum matre Theophane in ſolium, è quo fuerat exturbata. Paulo ante eius mortem, Saraceni expulerant Sergium Damaſcenum Pontificem, qui Romam veniẽs, reperienſq; Bonifacii & Alexii Baſilicam Sacerdotalibus pene officiis deſtitutam, Benedictum Romanæ ſedis Antiſtitem adiit, atq; vt ſe monaſterialem ibi permitteret regulam cõſtituere, precibus impetrauit. Vbi nimirum congruo poſt tempore religioſe degens, vitam finiuit.

IV. Synod. Conſtantinopol.

Conſtantinopoli Synodo celebrata, Baſilius Patriarcha criminis accuſatus, depoſituſq;, ſucceſſorem habuit Antonium Studitẽ.

V. In Concil. Angl. Eduardus Rex eligitur. d *Matth Veſtmonaſt. in flor hiſt. hoc anno.* e *Osbertus in Dunſtano.*

In Anglia[d] Conuẽtu Epiſcoporum & procerum habito, cum de Edgari Regis defuncti ſucceſſore decertarent Anglicani, alteri Eduardum primogenitum, alteri Ethelredũ ex ſecundo matrimonio natum præferentes, S. Dunſtanus Cantuarienſis & Oſualdus Eboracenſis cum Epiſcopis, Abbatibus & Ducibus in vnum conuenientes, Eduardũ elegerunt, electũ conſecrarunt, & in Regem, quibuſdam murmurantibus inunxerunt.[e] Acciderat tempore interregni, vt plurimi principes & optimates, monachos à Rege Edgaro, in locum clericorum laſciuientium introductos, expulerint; & rurſus eoſdem clericos concubinarios magno fideliũ ſcandalo, ad Eccleſias reſtituerint.

Clerici laſciuientes ab Imagine crucifixi Chriſti reprobati.

Ex qua re cũ maximę controuerſiæ natæ forent, delatæ ſunt ad iudicium Comitii. Ibi S. Dunſtanus, propoſitas ꝑ clero rationes, diſſoluens, rationabiliter cunctis oſtẽdit, clericos, qui forte Dei incorrigibiliter per prauitatem vitæ diſſiliunt, nihil per rectitudinem vendicare ſibi poſſe ex iis quæ Eccleſiis data ſunt in ſubſidium eorũ, qui in clericatu pura conuerſatione ſe cuſtodiant. Quibus auditis omiſſa omnis controuerſia eſt. Et Rex, atq; ex pontificibus pleriq; clericorum precibus ad pietatẽ vſq; permoti, Dunſtanum interpellarunt, quatenus hac ſola vice parceret, & clericos iam quod à modo, ſi ſe non correxerint, in-

A curſuri ſint, reipſa doctos de Eccleſia ſua reueſtiret. Siluit Dunſtanus ad iſta, quidq; potiſſimum de negotio agendum eſſet, demiſſo capite, mente pertractabat. Silẽtium ingens occuparat omnes, & ſuſpenſi ad reſpõſum põtificis aures erexerant. Tũc ſubito Crucifixi Dei imago ſigno Crucis in edito affixa, audientibus cunctis dixit: *Non fiet. Non fiet. Iudicaſtis bene, mutaretis non bene.* Tremefacto in his ſimul vniuerſo Conuentu, intulit Dunſtanus: Quid amplius vultis fratres mei? Diuina ſententia audiſtis definitum negotium pręſens. Aiunt. Audiuimus vere. Reſederunt ergo monachi Wintoniæ ſecuri, & quoad clerici ipſi vixerunt, qui eos ſuper iſta cauſa inquietaret, nemo fuit.

B

IESV CHRISTI Annus 976.

Benedicti VII. Papæ Anno 2. Ottonis II. Imper. ann. 3. Baſilii & Conſtantini Imp. ann. 1.

I. Bardas Tyran. Orientem affligit. a *Curopal.*

Anno *Chriſti* 976.[a] Bardas quidam cognomẽto Sclerus, Dux Orientis, ſuorum militum conſilio, Imperatoris nomen & inſignia ſibi vendicabat: confiſus cuiuſdam monachi huiuſmodi vaticinio; quod per quietẽ ita fuerat patefactum: videbatur enim ſibi videre homines igneos, qui Bardam aſſumptum in quamdam celſiſſimam ſpeculam adducerent, ibiq; occurrere ſe mulieri humana ſpecie inſigniori, quæ ſibi traderet regium flagellum. Hoc flagellum Bardas exiſtimabat Symbolum

C Imperii; ſed reuera contra Romanos erat diuina ira. nã magna affecit calamitate Orientale Imperium, cum Baſilius Præfectus vigilum, qui Zemiſcam veneno ſuſtulerat, & ſub iunioribus imperatoribus res adminiſtrabat, eum in ordinem reducere conaretur. Cuius calamitatis ne particeps eſſet Antonius Studites Patriarcha, ſponte ſe dignitate illa abdicauit. nemine poſtea audente, quoad viuebat, ſedem illam occupare.

II. De S. Nilo Abbate. b *Acta S. Nili.*

[b] Miſerant per id temporis, Imperatores, ad regendã Calabriam, Leonem Domeſticum Comitem, & Nicolaum Spatharium. Hi in prouinciam cum adueniſſent; inuenerunt Sanctum Nilum, ab origine Græca Roſſani in Calabria natum, doctrina atq; pietate inſignem, ab infantia Dei eximium cultorem, & poſt matrimonium monaſticam vitam ſectantem; tanta virtutum præſtantia, vt & omnes ſui inſtituti profeſſores facile antecel-

D luerit, & toti Occidẽti atq; Oriẽti longe clariſſimo fulgore ſanctitatis illuxerit. Ad eum Græculi acceſſerunt; & vt curioſi fuerant, de multis reb. ſciſcitati; periculum eius doctrinæ facere voluerũt. Ex multis q̃ propoſuerãt, interrogarunt, quomodo verum, quod reuelatum eſſe legitur S. Symeoni Stylitæ; quia ex decem millibus vix reperitur vna anima his temporibus, quæ ad manũ Sanctorum Angelorum perueniat. Tum Sanctus, ex Sanctorum patrum, & ſacræ ſcripturæ auctoritatibus, euidenter oſtendit; multos quidẽ vocari, paucos vero ſaluari. Alter deinde interrogauit; An ſaluus ſit admirabilis ille Salomon, nec ne? Cum vero ſpiritu cognouiſſet Nilus adulterii vitio illum detentum, reſpondit ipſi: ſcire ego etiam vellem de te, an ſaluus ſis nec ne? Quæ e-

E nim vtilitas mihi vel tibi ex ſalute vel damnatione Salomonis? Non enim illi, ſed nobis præceptum fuit illud: *Quicunq; reſpexerit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt cum ea.* & illud: *Si quis templum Dei corruperit; corrumpet illum Deus.* De Salomone a. nihil vſquam reperimus in ſacra ſcriptura; quod pœnitentiam egerit poſt peccatum, ſicut de Manaſſe. Quis igitur de illo dicere poterit, quod ſaluus ſit? Hæc & alia plura cum interrogaſſent, & S. Nilus viciſſim reſpondiſſet, egreſſi è cellula, cum paruum caputium cuiuſdam fratris repetiſſent, ponenteſq; ſuper capita ſua illuſiſſent, Sanctus illorum ſcurrilitatem reprehendit dicens: Hoc quod nunc vos irridetis, ecce veniet hora, in qua vehementer cupietis

Irriſor S. Nili morte punitus.

illo indui,& non eritis digni, hæc ille, cum & vna cum prophetico hoc ſermone rigor & capitis dolor Domeſticum occupauit; qui domum ſuam quamprimum reuerſus,ad cubile ſe deiiciens, præcepit vocari ad ſe aliquem ex religioſis ſacerdotibus.qui cum veniſſet, & ad cubile appropinquaſſet, vt diceret, quanam de cauſa ab eo vocatus eſſet,inuenit illum iam mortuum. Qua re cognita,timor occupauit eos, qui cum ipſo à monaſterio venerant, & omnes admirati ſunt Nili prædictionem.

III. Eupraxii a S.Nilo perſanati pœnitentia.

Poſt Leonem Comitem Domeſticorum, venit in Calabriam Eupraxius.Qui, quod eum vna cum reliquis S. Nilus non viſitaſſet,contemni ſe putans, malum meditari cœpit Sancto viro. Cæterum gangrena in partibus verendis, ex illicita cuiuſdam congreſſione percuſſus, cum morbus medicorum inutilem eſſe artem argueret, pœnas autem exigeret à luxuriæ inſtrumento; biennio ita ſordens tandem ſupplex ſuit S.Nilo. Vidit ille profluuium lacrymarum Eupraxii,& ad commiſerationem motus, vno verbo ſanitatem animæ & corporis homini impertiuit. Nam Eupraxius repente ex faſtuoſo in humilem mutatus, monaſticum habitum pene extorſit ab illo. Aderat tunc medicus Hebræus Domnulus nomine, ſpectator omnium quæ fiebant. Qui inde egreſſus,& quod geſtum erat admiratus,dixit illis qui aderant: Vidi hodie mirabilia,quæ olim facta audiui. Nũc vidi prophetam Danielem cicurantem leones. Quis enim vnquam potuit huic leoni manus imponere? Iſte vero iunior Daniel,& comam totondit illi,& caputium iniecit.Et hæc quidem dicebat Hebræus. Eupraxius vero,poſtquam totum Angelicum officium peractum fuit in ſeipſo, hortatus omnes ad prandium, cum ſeipſum compoſuiſſet,& inſtar famuli accinxiſſet illis ſeruire ſatagebat,qui ante multos dies è cubili ſurgere non poterat, confirmatus virtute Spiritus Sancti, & gratia manuum Beati Nili. Cum vero illi imperatum eſſet vt ſederet prope ipſum;petiit iterum, vt ſibi liceret inſtar famuli miniſtrare menſæ:ex quo facto, omnes ſtupebant præ vigore & promptitudine viri illius, & Deum glorificabant.Poſt hæc autem cum omnia bona ſua pauperibus & Eccleſiis dediſſet, atq; omnibus egenis & domeſticis aliquid legaſſet,& ſeruos libertate donaſſet, tertia die ad Dominum profectus eſt cum omni contritione & gratiarum actione,fide & ſpe ſecura ad illum properans,qui per prophetam dixit; *Nolo mortem peccatoris, ſed magis vt conuertatur & viuat.*

IV. De Ioannis Parmæ Abb. obitu.

Hoc anno vixit Ioannes Parmæ Ioanne patre & Euphroſyna matre nobilibus natus, ſeu potius ex matris defunctę vtero extractus.Hic literis humanis & diuinis à pueritia operam dedit,vnde à Sigifredo Epiſcopo Canonicus Parmenſis Eccleſiæ eſt creatus. Factus grandior,in Palæſtinam ſe contulit, ibiq; loca ſacra non ſine lachrymis ſæpius viſitans, habitum monaſticum S. Benedicti induit. Reuerſus in patriam, ab eodem Epiſcop.Abbas monaſterio S.Ioan. Euangeliſt.à ſe constructo,præfectus eſt. Quo in officio, mira humilitatis,patientiæ,manſuetudinis,& in pauperes miſericordiæ,exempla reliquit, ſeſe macerationibus continuis affligebat. Cum dies obitus inſtaret, graui febre correptus, à ſanctiſſima Dei genitrice, cella cœleſti lumine illuſtrata, viſitatus eſt, nec multo poſt Sigifredo & Monachis aſtantibus, animam Deo reddidit, ibidem tumulatus. Hunc Greg. VII. Pontif. Max. in SS.numero,ob miracula,quibus poſt mortem claruit, adſcripſiſſe fertur. *Ex monum. Eccleſ. Parmenſ.*

IESV CHRISTI
Annus 977.

BENEDICTI VII. PAPÆ ANNO 3. OTTONIS II. Imp. ann. 4. Baſilii & Conſtantini Imp. ann. 2.

I. Sergii obitus. a Lapis Sepulchralis.

ANno Chriſti 977. [a] Sergius Damaſci Metropolita, cum apud Baſilicam SS.Bonifacii & Alexii monaſticam vitam inſtituiſſet,& quatuor annis ſancte coluiſſet,ſancto fine quieuit;in eadem Eccleſia ſepultus.

II. Romualdus fit Eremita cum Duce Venetum & aliis. b Petrus Damian. in Romualdo.

Eodem anno [b] S.Romualdus, vitam æmulatus anachoreticam,Marinum virum Sanctiſſimum idem genus vitæ magna obſeruantia excolentem adiit; apud quem adeo profecit,vt ſuo exemplo viros nobiliſſimos ac potentiſſimos ad idem vitæ inſtitutum ſectandum attraxerit:& inter alios Petrũ Vrſeolum Ducem Venetiarũ, & Ioannem Gradenicum ęque nobilem Venetum.Cõplex fuerat Petrus cædis Vitalis Candiani Ducis, vt eo interempto ſolus principatu potiretur. Potitus, ſtatim pœnitudine ductus cogitare cœpit,quanã ratione poſſet facinus expiare. Quidam tunc venerabilis Abbas nomine Guarinus,ex vlterioris Galliæ partibus, orationis gratia per diuerſas mundi regiones peregrinari ſolitus erat.Hic igitur ad Ducem veniens, ab eo protinus, vt ſibi ad euadendi tanti reatus periculum conſilium pberet,rogatus eſt.Is porro acceritis Marino & Romualdo vitam eremiticam excolentibus, ex eorum ſententia Petro præcepit,Ducatum iniuſte occupatum, vna cum ſeculo relinquere.Difficile fuerat homini ex tot oculis euadere. Quamobrem tutum putauit hoc vtendum eſſe conſilio. Imminente feſtiuitate cuiuſdam ſancti Martyris,cuius vocabulo baſilicam in propria poſſeſſione adhuc priuatus habuerat, illuc pridie vxorem ſuam præmiſit,ipſe quaſi mox ſecuturus: hoc ei præcipiens, vt ornatum Eccleſiæ accuratiſſimum prouideret, & ſecum venientibus ſumptuoſas epularum delicias in craſtinum præpararet.Ipſe autem poſt coniugem remanens,iis de ſuis theſauris, quæ videbantur ablatis, cum Ioanne Gradenico ſuo familiari,qui prędictę coniurationis conſcius fuerat,& cum Guarino, Marino & Romualdo,nauem aſcendit,deinde in Galliam ad monaſterium Guarini Abbatis Magnus conuerſus aufugit. Ibi extra monaſterium anachoreticam vitam ducens Petrus,migrauit in cælum: Guarinus vero, Marinus & Romualdus monente ſpiritu in Italiam reuerſi magna ſanctitate claruerunt. Ferunt Petrum ſpiritu prophetico futura filio Petro ad ſe in Gallias venienti prædixiſſe: Noui, inquit, fili mi, procul dubio, quia Ducem te conſtituent,& proſperaberis. Tu tantummodo ſatage, vt & Eccleſiis ſua iura conſerues,& erga ſubditos amore vel odio alicuius à iuſtitia non declines.

III. Olibani Comitis conuerſio.

Aliquando quidam Comes Olibanus nomine, in iis Galliarum Aquitaniæ partibus,ſub cuius iure monaſterium prædicti Guarini Abbatis fuerat poſitum, multa quidem dignitate illuſtris, ſed multis etiam peccatorũ molib. aggrauatus, Romualdum ibidem agentem gratia viſitationis adiit, & cæteris extra cellulam manentibus,ſolus cum ſolo geſtorum ſuorum ſeriem, narrare quaſi per confeſſionem cœpit. Cui vir venerabilis,his, quæ ab eo referebantur, auditis reſpondit, cum aliter ſaluari non poſſe, niſi mundum relinquens, ad monaſterium conuolaret.Reluctabatur aliquantum: cæterũ poſtea magis compunctus,ſua relinquens filio,oneratis theſauro quindecim ſagmariis, comitem ſe tribus his diuinis viris in Italiam euntibus dedit, & in monaſterio Caſſinate monaſticam profeſſus eſt.

IV. c Ambroſ. Moral.

Eodem anno, [c] die 1.Martii in cœlum migrauit S. Rudeſindus Compoſtellanus Epiſcopus,à Cæleſtino III.Pontif.Max inter Sanctos relatus.

IESV CHRISTI
Annus 978.

BENEDICTI VII. PAPÆ ANNO 4. OTTONIS II. Imper. ann. 5. Baſilii & Conſtantini Imp. ann. 3.

I. S. Wolfgāgi Ratiſ. Epiſc. ope Romanus exercitus flumen vadat.
a *Sigebert in Chron.*

ANno Chriſti 978.[a] Otto Imp. vt ſe de Lothario Francorum Rege, propter quaſdam offenſas vlciſceretur, Lutetiam Pariſiorum vſque exercitum admouit. In reditu, cum ad flumen quoddam tumidum peruenisſet, neque aliquis tranare ſe poſſe exundantem alueum exiſtimaret, S. Wolfgangus Ratiſponenſis Epiſcopus, præſenti periculo commotus ſuſpexit in cœlum, & tum ſibi, tum ſuis bene precatus atque benedicens, iuſſit ſuos incunctanter flumen tranare. Sed illis adhuc cunctantibus, & Francis interim à tergo acriter inſtantibus, ille primus in nomine Domini (quod ſemper in eius ore verſabatur) fluuium ingreſſus ſuos animauit, nec quiſquam eorum vllum expertus eſt periculum. [b] Dumque Ottoniani incolumes flumen vadaſſent, Franci quoq; imminẽtes volebant tranare. Sed non par fuit ſucceſſus. Quotquot enim vadum ingreſſi eſſent, omnes demerſi interierunt.

b *Aimon. lib 5. c. 44.*

II. Eduardus Rex Angliæ dolo Nouercæ trucidatur.
c *Apud Sur. 18. Martii.*

In Anglia,[c] S. Eduardus Rex inſidiis nouercæ Eldfrithæ occiſus eſt. Volebat impia Ethelredum filium decennem in ſolio paterno collocare: ſed per vitam Eduardi nequibat. Itaque occaſiones perdendi Regem quærebat. Obtulit ſe die quadam. Cum enim ex venatione laſſus & ſiti nimis affectus potum quæreret, & à miniſtris vt fit in venatu relictus eſſet, Corueſgatem villam in qua nouerca cum Ethelredo deliciabatur deflexit, nihil hoſtile expectans. Excepit illum oſculo ſcelerata illa, & poculum porrexit. at interim ſubornatus carnifex, ſica bibentem transfodit. Vulnere accepto non ſtatim concidit, ſed calcaribus equo additis ſuos quærere voluit. cæterum exundante cruore, vna cum ipſo animam innocentem effudit. Tulit illico impia illa corpus ſancti, & apud Marcham ſepeliri ſine honore iuſſit. Sed affuit diuinæ iuſtitiæ manus, & innocenter cæſum miraculorum gloria illuſtrauit. Nam adeo cœleſtia ibidem viſa ſunt delapſa fuiſſe luminaria, vt etiam cum ipſis luminum radiis, claudis reſtituerentur greſſus, cęcis viſus, mutis loquela, & cuiuſcunq; infirmitatis liuore detenti optatæ ſanitatis p̄mia conſequerentur. Inter multitudinẽ innumerabilẽ populorum, quæ ad locum ſepulturæ concurrebat, accedere ẽt interfectrix properabat: ſed equo vno & altero, quamquam ſtimulis vrgerentur, immobiliter defixis, gradum mouere nequiuerat.

III. Innocentia Regis miraculis illuſtrata.

Quo miraculo perculſa, mirum in modum pœnituit, adeo vt multis annis carnem ſuam in deliciis enutritam apud Warewelam cilicio domaret, ſolo proſtrata ſomnum caperet, & cruciatus quoſcunq; potuit corpori applicaręt. Ælferius quidam, eo quod monaſteria monachorum deſtruxiſſet, fact pœnitens, corpus ſancti extulit, & apud Scephtoniam digno honore collocauit. Sed neque ſic dignam ſceleribus vltionem euaſit, poſt annum à vermibus totus conſumptus.

IV. Vltio diuina in inuaſores rerũ Eccleſ.
d *Apud Sur. 8. Ian.*

Eodem tempore[d] Carolus Dux Lotharingiæ frater Lotharii Regis, pugnans aduerſus Hermenfridum occupatorem rerum Eccleſiaſticarum, accepit ab eo corpus S. Gudilæ virginis, & Bruxellas intulit. Inuaſores autem poſſeſſionum illius & deſcendentes hæredes diuina vindicta iugiter eſt proſecuta, vt omnes miſerando vitam finirent interitu.

IESV CHRISTI
Annus 979.

BENEDICTI VII. PAPÆ ANN. 5. OTTONIS II. Imper. anno 6. Baſilii & Conſt. Imp. ann. 4.

I. Ethelredus Rex Angliæ coronatur.
a *Matt. Weſtmonaſt.*
Prophetia Dunſtani de Regno Angliæ.

ANno Chriſti 979. Calendis Maii,[a] S. Dunſtanus Cātuarienſis & Oſuualdus Eboracenſis, cum aliis Epiſcopis & proceribus Anglorum Ethelredum puerum Regem coronauit. Ad hunc autem, ſpiritu prophetiæ afflatus dixit; Quoniam aſpiraſti ad Regnum per mortem fratris tui, quem occidit mater tua, propterea audi verbum Domini. Hæc dicit Dominus: Non deficiet gladius de domo tua, ſæuiens in te omnibus diebus vitæ tuæ, interficiens de ſemine tuo, quouſque Regnum tuum transferatur in Regem alienum, cuius ritum & linguam gens, cui præſides, non nouit: nec expiabitur, niſi longa vindicta, peccatum tuum, & peccatum matris tuæ, & peccatum virorum illorum qui conſilio eius nequam interfuerunt. Poſt hanc Dunſtani viri Dei prophetiam nubes per totam Angliam nunc ſanguinea, nunc ignea viſa eſt.

II. Conc. Calnenſ. in cauſa Clericorum, diuinitus perturbatum.
b *Osbert in Dunſtano.*

[b] Porro hoc eodem tempore, alia Synodus Calnæ habita eſt in cauſa clericorum, quorum ſedes monachi occuparant. Vbi cum in cænaculo, abſente Rege propter imbecillem ætatem, conſidentibus totius Regni ſenatoribus magno conflictu hinc inde allegantium res ageretur, & Dunſtanum quaſi Eccleſiæ murum multorum iacula conuiciorum impeterent, nec vincerent: ſolarium ſubito totum, quo conſidebant, cum axibus diſſolutum eſt & trabibus omnibus in terram truculenter eliſis, ſolus Dunſtanus ſtans ſuper vnam quæ ſuperſtes erat, trabem, abſq; læſione cum ſuarum partium monachis & reliquis euaſit. Cæterum omnes partis aduerſæ, vel exanimati ſunt, vel languore perpetuo detenti.

IESV CHRISTI
Annus 980.

BENEDICTI VII. PAPÆ ANN. 6. OTTONIS II. Imp. ann. 7. Baſilii & Conſt. Imp. ann. 5.

I. De electione Adalberti Epiſcop. Pragenſ.
a *Apud Sur. 23. April.*

ANno Chriſti 980.[a] Otto Imperator in Italiam veniens, Sancto Adalberto à Pragenſibus electo Epiſcopo, virgam paſtoralem ſeu poſſeſſionem Epiſcopi, Veronæ cum eſſet conceſſit. Commendabant Adalbertum, nobilitas, diuitiæ, ſcientia, mores placabiles, atque ad ſanctitatis formulam compoſiti; ab eo ſcilicet tempore quando à moriente Epiſcopo Pragenſi audiſſet, quod à nigris ſpiritibus ad tartareum chaos deportaretur. Tantus enim eum horror tunc inuaſit, vt exinde fræna poſuerit animis, mores emendauerit, deſideriis carnis æſtu diuini amoris excoctis. Quamobrem erat quod clerum Pragenſem moueret ad illum eligendum. Sane eo die, intra Epiſcopium dæmoniacus locutus; Quid moleſti eſtis mihi, inquit: Væ ſatis eſt mihi, amplius hic ſtare non poſſum, quia electus eſt hodie populo terræ Epiſcopus, quem valde timeo, Chriſti cultor, Adelbertus. Sic ait, & quaſi dicto citius è corpore infeſſo dæmon exceſſit. Vnctus eſt Adalbertus ipſo die SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, à Wilegiſo Archiepiſcopo Moguntino.

II. S. Nilus tendit in monaſterium Caſſinenſe.
b *Leo Oſtienſ. lib. 7. c. 17.*

Per idem tempus[b] S. Nilus prophetico ſpiritu præcognoſcens Saracenos Calabriam recepturos, noluit ad Orientales pergere, ſiue vt vanam gloriam apud ſuos non quæreret, & apud Latinos ignotus degeret; ſiue ne occaſionem periculi ſibi exciret; multis Græcorum exiſtimantibus illum à partibus Imperatoris Occidentalis contra ſuos ſtare. Pergenti ad monaſterium Caſſinenſe, obuiam venit vniuerſa monachorum turba vſq;

ad montis radices, ſacerdotes & diaconi ſacris veſtibus, vt in die ſancto induti, cereos & thuribula præ manibus habentes. & ita B. Nilum ad monaſterium deduxerunt; nec aliud quidpiam videbantur audire & videre, quam ſi magnus Antonius Alexandria ad ipſos veniſſet, vel è mortuis Magnus Benedictus ſurrexiſſet, diuinus ille ipſorum legiſlator & magiſter. Et recte quidem iudicabant, & à ſcopo non aberrabant. Omnes enim qui ex ipſis vel corporis vel animæ aliquo detinebãtur morbo, curati ſunt, & vtilia ab ipſo ſunt lucrati; & qui ſpeculationi incumbebant, doctrinam adepti ſunt: qui in bonis erant operibus, ducatum: qui in peccatis, correctionem: qui in virtutibus exhortationem: qui bene valebant, abſtinentiam; qui male, ſalutem. Et vnico verbo: quemadmodum olim Iſraelitis ſingulis ipſum manna, ad eorum guſtum conuertebatur & commodum, quapropter in tribubus eorum non erat infirmus: talem ſe etiam iſtis monachis Nilus propter miracula præbuit, cum ipſos & curaſſet, & lætitia cumulaſſet præſentia ſua. Maxime autem eos recreauit, cum & bonum ordinem monaſterii, qualem in Græcia non viderat collaudaſſet, & Græco ritu ſacra apud eos celebraſſet, verſibuſque Græcis totam vitam & res præclare à Diuo Benedicto geſtas complexus in publico cecinisſet: & reſponſis acutis ad quæſtiones eorum abunde ſatisfeciſſet. Inter alia quæſierant de Sabbati ieiunio. Ille vero breuem reſponſionẽ cum dediſſet, ita ſe explicuit dicẽs: *Qui comedit, non comedentem non ſpernat. Et qui non comedit, comedentem non iudicet, Deus enim vtroſq; ſuſcepit. Tu vero, quare iudicas fratrem tuum? Siue igitur comedamus nos, ſiue vos ieiunetis; omnia ad Dei gloriam faciamus. Si vero accuſatis nos, quod Sabbato non ieiunemus, videte ne contraria ſanctis patribus & columnis Eccleſiæ, facere inueniamini; Athanaſio videlicet, & Baſilio, & Gregorio, & Ioanni Chryſoſtomo & cæteris aliis Sanctis, Sanctis etiam Synodis, qui quod non fecerunt illud ipſum neq; lege ſanxerunt: Ambroſio præterea doctori veſtro de quo ſcriptum eſt in eius vita, quod per totam hebdomadam ieiunabat, præter Sabbatum & Dominicum diem. Ego vero neq; Sanctum Syluestrum aduerſarium puto ſanctis patribus ſanxiſſe hoc ieiunium: neq; poteſtis afferre rationem de hac re vel Canones afferre, præter auctores eius vitæ, cui nullus ita facile credet, cum nulla eius rei aperta appareat demonſtratio. Nos nihilominus, omittentes verborum vanitatem, (non enim malum eſt ieiunium) dicamus illud Apoſtoli, quod cibus non commendat nos Deo. & quæ ſequuntur. Vtinam vero etiam miſeri Iudæi Dominum noſtrum Cruci affixum adorarent. & ſi ieiunarent vel ipſos Dominicos dies, non eſſet mihi cura de hoc. Omnia enim quæ fiunt propter Deum, bona ſunt, & non contemnenda; nec ipſum homicidium Phinees & Samuel re ipſa oſtenderunt. Nos igitur benefacimus non ieiunantes Sabbato, vt Manichæis execrandis aduerſemur, qui eo die plorant, & vetus Teſtamentum accuſant, quaſi non ſit à Deo traditum; non abſtinemus vero ab operibus, ne ſimiles ſimus impiis Iudæis Dei interfectoribus. Vos vero ieiunatis, expiantes vos ipſos pro ſancto reſurrectionis die recte celebrando.* Hæc & alia plura diſſeruit S. Nilus apud fratres Caſſinenſes, à quorum Abbate Aligerno monaſterium S. Michaelis Archangeli vallis lucis nuncupatum, obtinuit ad inhabitandum.

Præclara geſta Nili anachoretæ.

Reſpondet Caſſinenſibus Monachis de ieiunio ſabbati.

III
S. Haraldus Dan. Rex a filio martyrio afficitur.
c *Adam lib. 2. c. 18 & 25.*

Eodem anno, c S. Haraldus Rex Danorum à Suen Otto filio, qui primus Chriſtianitatem Danis indixerat parricidali ferro interemptus eſt, poſtquã annos quinquaginta regnaſſet. Dolebat impio, quod tamdiu pater ſuperſtes Regnum adminiſtraret. Quamobrem cum his quos pater inuitos ad Chriſtianitatem coegerat cõſpiratione facta, illum ſenio venerandum, ex inſidiis occidendum curauit. Nam Dani Chriſtianitate in momento abdicata, Suen Ottonem Regem conſtituentes, bellum Haraldo indixerunt; in quo lethaliter percuſſus, & ex acie fugiens naui in ciuitatem Slauorum Iumne nuncupatam delatus, poſt dies aliquot in confeſſione Chriſti migrauit.

IV.
Suen Daniæ Rex ob perſecutionẽ Chriſtianorum punitus.

Occiſo patre Suen Otto, magnam perſecutionem in Danos Chriſtianos excitauit. Sed non impune. Cum enim neque precibus, neque muneribus, neque lacrymis Archiepiſcopi à ſua ferali ſæuitia moueretur, vt à Chriſtianis perſequendis deſiſteret; ſecuta eſt vltio Diuina Regem Deo rebellem. Nam cum bellum ſuſcepiſſet cõtra Slauos, bis captus, & in Slauiam ductus, toties à Danis ingenti pondere auri redemptus eſt. nec tamen adhuc reuerti voluit ad Deum, quem primo in morte patris offendit, & deinde in nece fidelium irritauit, & iratus Dominus, tradidit eum in manus hoſtium, vt diſceret non blaſphemare. Nam Hericus Suecorum Rex, nauali prælio illum fudit, & totam Daniam occupauit. Ita miſer Regno exutus primum ad Northmannos, deinde ad Britones, & ad extremum ad Scotos errabũdus accedens, quatuordecim integris annis, fere vſque ad mortem videlicet, in exilio acerbam vitam duxit: donec tandem in ſe reuerſus, pœnitentiaque acta in gratiam Dei rediens, poſt mortem Herici, vna cum eius relicta regnum receperit, & contra Olaphum Northmãnorum adeo feliciter pugnauerit, vt is in mare ſeipſum præcipitans, dignum vitæ finem inuenerit.

IESV CHRISTI
Annus 981.

BENEDICTI VII. PAPÆ ANNO 7. OTTONIS II. Imper. ann. 8. Baſilii & Conſtantini Imp. ann. 6.

I.
Nicol. Chryſob. Patriarch. Conſt.
a *Curopal.*
Imperium à Bulgaris vaſtatum.

ANno Chriſti 981. a Antonio Studite, qui ſe Patriarchali dignitate exuerat, mortuo, Nicolaus cognomento Chryſoberges Patriarchalem ſedem Conſtantinopoli obtinuit. Quo tempore, Samuel Bulgarorum Rex viribus recuperatis, multas prouincias imperii deuaſtauit; Lariſſamq; caput plurimarum ciuitatum cepit, & exinde reliquias S. Achillei Epiſcopi extulit, & in ſepta repoſuit.

II.
Greg quidam per S. Niconem ſanatus.
b *Acta S. Niconis.*

In eo prælio Baſilius Apocaucus Prætor imperatori militauit. b qui priuſquam rediret in patriam, Lacedæmonem venit, vt Sacram Beati Niconis thecam adoraret, ſuumq; in illum amorem & ſtudium teſtaretur. diſcedens autem collectum vaſculo ſacrum vnguentum, quod ſanctificationi, maliſque & morbis omnibus depellendis proficuum eſſet, domum tulit. Domi ergo Gregorium quemdam ex famulis intimum, lethali morbo decumbentem, ac deſperata per medicum valetudine nactus, diuino quod gerebat vnguento Gregorium certa fide ſpem ſuſciens inunxit. Res mira! ſub mediam noctem è lecto repente deſiliens æger, ſuiſque pedibus gradiens, ſonora voce qui modo elinguis erat, vxorem vocauit. Apocaucus ad vocis ſonum excitus, accurrit; & ſanitati, aut vitæ potius reſtitutum cernens, modum curationis interrogauit. Tum ille: *Monachum quemdam ſibi aſſuiſſe ait, inſignem cruore virgam manu geſtantem, cultuque corporis eremitico. & lethalem morbum protinus depuliſſe. Aſtans enim mihi*, aiebat, *monachus ille* (cuius etiam vultus lineamenta ſignabat, ex quibus Apocaucus Sanctum Niconem eſſe didicit) *manuq; prehendens; Deus*, inquit, *propter Apocauci fidem vitam tibi Metonoita precibus largitur* & cum hoc dicto ſtatim abiit. Ego vero integram valetudinem adeptus ſum.

IESV CHRISTI
Annus 982.

BENEDICTI VII. PAPÆ ANNO 8. OTTONIS II. Imp. ann. 9. Baſilii & Conſt. Imp. ann. 8.

I.
Peſtis Lacedæmone per præſentiã Niconis ſedata.
a *Acta S. Niconis*

ANno Chriſti 982. a Sãctus Nicon etſi cæteris virtutib. polleret, maxime tamen odio gentis Hebræorum ardebat: adeo vt nec lingua nec auribus vſurpare nomẽ illorum vellet; exemplo Dauidis qui etiam dicebat: *Qui oderunt te Domine oderam, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam.*

bam perfecto odio oderam illos, inimici facti ſunt mihi. Propterea nomina eorum labiis meis non commemorabo. Plurimi horum Lacedæmone demorabantur, & Chriſtum blaſphemabant. Quamobrem hæc non ferens Nicon ea ciuitate exceſſit, & Amyclas contendit. Statim vero ac ciuitatem reliquit, peſtis eam inuaſit. Miſere Spartani, qui Niconem reducerent. Promiſit ille, ſi modo ipſi Hebræos ciuitate expellerent: à quibus cauſam mali oſtendebat. Eiecerunt ilico; & in loco Synagogæ Eccleſiam Chriſto dedicarunt.

II. Conuiciator S. Niconis diuinā vindictam experitur.

Ædificabatur forte templum, cum quidam Hebræorum, ab Ioanne Arato opificii cuiuſdam prætextu, introductus in Niconem offenderet. Ille tunc bellator iuxta prophetam factus, conſueta lenitate paululum intermiſſa, leoninum animum induit, & fuſte qui propter iacebat, arrepto, Iudæum male acceptum foras extruſit, formidabiliorque hoſtibus, quam Hercules ille ſua claua viſus eſt. Exinde Aratus furore contra ſanctum inflammatus, illum conuiciis proſcindebat, & maledictis deuouebat: ſed digno amentiæ fructu. Non enim tarda fuit vindicta, qualis ſæpe numero diuina bonitate conuerſionem præſtolante, contingere ſolet; ſed è veſtigio, de repente, nec opinantem, vt mox dicam oppreſſit. Nocte proxima obiecti ſunt infelici duo ſenes in ſomnis, quos alii duo ſequebantur, forma quidem eunuchi, ſed longe quam humana præſtantiore. Ab his vero flagris cædi ſibi videbatur, & ſic verbis increpari: Quomodo tu eo es prouectus audaciæ, vt ſeruum Dei contemnere, & conuiciis appetere non dubitares? deinde in obſcurum poſt verbera carcerem recludi. Et cum veniam multis oraſſet; vix tandem cædendi finem feciſſe, nec tamen è cuſtodia dimiſiſſe. Experrectus igitur, grauem ſtatim in febrem incidit: accitoque Nicone, ad eius pedes aduolutus, miſericordiam implorauit. Cui beatus: Quæ in me perpetraſti, ait, ea tibi frater, quantum in me eſt, condonabuntur. Sed quoniam vitæ finis cœleſti decreto præſtituтus eſt; nemo erit de cætero, quemadmodum ait propheta, qui Dei conſilium diſſipare poſſit. Et his dictis ad monaſterium reuerſus eſt. Illi vero tertia poſt dies infelici morte vitam eripuit. Ex quo metus ingens ac trepidatio Lacedæmonios inuaſit; nec repertus eſt quiſquam à minimis & maximis, qui ad Niconem non aduolaret, eiuſque iuſſis pareret. Fidem enim omnibus fecerat exemplum, qui Chriſti ſeruos ludibrio habent; quoniam vtiq; eſt fructus iuſto, & Deus iudicans eos in terra.

IESV CHRISTI
Annus 983.

BENEDICTI VII. PAPÆ ANNO 9. OTTONIS II. Imper. anno 10. Baſilii & Conſt. Imp. ann. 9.

I. Viſiones de damnatione ad inferos Principum perditorum.
a *Petrus Dam. ep. 5. ad Dominicum Loricatum.*

ANno Chriſti 983.[a] Aliquis anachoretarum in prærupta rupe Neapolitanæ regionis, iuxta viam publicam habitans, mira etiam vidit de perditorum Principum damnatione. Dum enim nocturno tempore pſalleret, & feneſtram cellulæ horarum explorator aperiret, vidit multos nigros homines tanquam Æthiopes iter carpere, & longo tractu ſarcinarios comminare. Cumque eos inquireret, qui eſſent, cuiuſue rei gratia hæc iumentorum pabula deuectarent: Maligni, inquiunt, Spiritus ſumus: hæc paramus non pabula pecoribus alendis, ſed fomenta potius ignium hominibus comburendis. Præſtolamur enim in proximo principem Capuæ Pandulfum, qui iam decumbit, & Ioannem magiſtrum militum Neapolitanæ ciuitatis, qui adhuc viuit incolumis. Succeſſit quod vidit. Namq; Pandulphus paulo poſt obiit, & Ioannes poſt dies quindecim eum ſecutus eſt.

II Otto Imp. ob iniuriā illatam S. Laurentio infeliciter pugnat cōtra Græcos.
a *apud Sur. 23 April. & Ditmar. Chron. lib. 3.*

Eodem anno,[a] Otto Imperator, infeliciter contra Græcos & Saracenos in Calabria pugnauit. Aſtrinxerat A ſe multis peccatis; maxime vero perturbatione Eccleſiarum, quarum ſibi diſpoſitionem præſumptuoſe vſurpabat, omniaque miſcebat. [b] Inter reliqua, Epiſcopatum Merſpurgenſem Diuo Laurentio martyri dicatum extinxit, vt Magdeburgenſem Archiepiſcopum ditiorem efficeret. Qua re diuinam iram in ſe prouocauit, quam cuidam ſapienti viro Deus in hunc modum in viſione præmonſtrauit. Nocte enim intempeſta, quando altus ſopor ſolet occupare homines, vidit, ſecundum quietem, Regem Ottonem aureo ſolio ſedentem, ſub pedibus eius argenteum ſcabellum, Epiſcoporum & aſtantium procerum circa ipſum proſpexit ſeriem longam. Intrauit autem decora facie, inſtar ignis, iuuenis, quem niuea veſtis veſtiuit, & purpurea ſtola in pectore cinxit. Nec ſtetit: ſed perrexit, & argenteum B ſcabellum ſub pedibus Imperatoris ſubtraxit, atque auerſo vultu ianuam petiit. Quod ægre ferens, ille qui ſomnium videre meruit, poſt illum occurrit, &, Quæſo, inquit, Domine mi, dedecus ne facias, ſuppedaneum reddas, quiſquis qui tanta audes, obſecro, Regem coram populo ne confundas. Immo, inquit Laurentius qui apparuerat, ſi meū dedecus non emendat, maiora faciam; & ſubtracto ſcabello, ipſo ſolio deponam. Non emendauit errorem Otto; & ideo citam ſibi perniciem accelerauit. Occiſo enim in Calabria eius exercitu, ipſe vix enatauit; & à quodam Slauo miniſtro equo impoſitus, vix effugit. Cæſi ſunt in eo prælio plurimi Epiſcoporum Germanorum, qui contra decorum & honeſtum armati militarunt.

Ottonis Imp. obitus.

Otto autem gaudente Theophania vxore Græci ge- C neris, propter cædem Latinorum, Romam reuerſus grauiter infirmatus vt extrema ſibi vidit adeſſe, confeſſione coram Benedicto Papa facta, omnique pecunia in Eccleſias, pauperes, miniſtroſque & milites diuiſa, parte autem quarta Mathildi ſorori relicta, receptis deuote Eccleſiaſticis Sacramentis, ſeptimo Idus Decemb. ex hac luce ſubtractus eſt. Cadauer illius labro porphyretico incluſum, in Eccleſiæ S. Petri ea parte quæ paradiſus dicebatur ſepultus, adhuc proſtat. In eius locum ſalutatus eſt Imperator eius filius Otto eius nominis tertius, & die Natiuitatis Domini à Willagiſo Moguntino & Ioanne Rauennate Archiepiſcopis coronatus fuit.

Otto III Imperator electus.

III. Adalbertus Pragēſ Epiſcopatu ſe abdicat.
c *Cromer. lib. 3.*

Eodem anno,[c] apud Boemos ſecundus ordine Pragenſis Epiſcopus Voiecchus, qui Adalbertus ab externis appellatus eſt vir nobilis, & ſanctimonia vitæ, pietatiſq; ſtudio clarus, Boemicæ pertinaciæ in retinēdo im- D pio idolorum cultu, & feritatis, iniuſtitiæ, rapinarum, & nequaquam cōuenientium Chriſtianæ profeſſioni morum pertæſus eſt. Populus enim ille duræ ceruicis, ſeruus libidinum factus miſcebatur cum cognatis, & ſine lege cum vxoribus multis: mancipia Chriſtiana perfidis Iudæis vendebant, & dies feſtos eorum confuſa religione obſeruabant, dies vero ieiuniorum voluptatibus vacantes, omnino non curabant: clerici etiam eorum palam vxores ducebant, & multa indigna ſua dignitate perpetrabant. Apud quos cum Adalbertus crebris admonitionibus acribuſq; obiurgationibus nihil proficeret, atq; adeo multos etiā infeſtos ſibi reddidiſſet, Romam conceſſit, cogitans etiam Hieroſolymitanam peregrinationem ſuſcipere. Mortem mariti lugebat tum E Romæ Theophania Auguſta Ottonis Imperatoris defuncti vxor. Quæ cum audiuiſſet Adalbertum Hieroſolymam velle proficiſci, multo argento illum onerauit, obſecrans vt pro anima Imperatoris pauperibus apud ſepulchrum Redemptoris erogaret. [d] Et quidem ille nocte ſubſequente pecuniam Romanis egenis diſtribuit, ipſe vero Caſſinum profectus, conſilium ex alieno conſilio mutauit. Namque illum Abbas admonuit, ne inutili vagatione vitā expēderet, ſed loco ſtaret. ita melius virtutū fructus congregaret, Deū vero propitium bene viuens in omni loco inueniret, vt dicitur in Pſalmo. *In omni loco dominationis eius, benedic anima mea Domino,* & rurſus S. Hieronymi ſententia bona; Non Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſol. bene vixiſſe, laudandum eſt.

d *Leo Oſtienſ. lib. 2 c. 17.*

IV. Adalbertus fit Monachus.

Ab hac admonitione perſuaſus, voluit S. Adalbertus profiteri monaſticam apud S. Nilum. Sed is, ſiue quod Græcis præeſſet, ſiue quod Adalbertus à Summo Pontifice nondum Epiſcopatu exſolutus eſſet, noluit volentem recipere. Volebant Caſſinates eum apud ſe retinere; ſpe concepta, quod illis Epiſcopalia munera adminiſtrare deberet. Sed Adalbertus non amplius honorari, ſed deſpici deſiderans, noluit remanere. Romam itaque reuerſus, in monaſterio SS. Bonifacii & Alexii, annuente Summo Pontifice, à Leone Abbate, monaſticā veſtem induit:[c] tam promptus obedire, vt quaſi ad epulas, ita ad complenda iuſſa feſtinaret. quoq; plus vile erat ſeruitium, eo libētius illud explebat, coquinas purgabat, hebdomadas nitidiſſime procurabat, ſcutellas lauabat, & ad coquorum neceſſaria cuncta miniſtrabat. Mane ad clauſtra, veſpere & meridie ad menſam aquam humero portabat. Cogitationem tacitam in ſe regnare nunquam permiſit. quicquid accedens ad animam diabolus dixit, ſtatim ſenioribus palam fecit. Acutiſſime a. interrogauit de ſcripturis ſanctis, ſedulo percontatus de vitiorum vel virtutum naturis. Quinquennium integrum in ea virtutum ſchola adeo profecit, vt multarum Gentium Apoſtolus euaſerit.

c apud Sur. 23. April.

V. Ethelredus Rex Roſſenſ. ob auaritiam punitur.

In Anglia,[f] Ethelredus Rex Roſſenſium Epiſcopo ſubiratus, ciuitatem illam obſedit, ſpecie vt ſe de Epiſcopo vindicaret, reuera a. vt aliquid argenti emungeret. Porro S. Dunſtanus Archiepiſcopus Cantuarienſis mandauit Regi, vt deſiſteret ab inceptis, ne S. Andream ciuitatis illius patronum irritaret. Sed nec propter Beati viri admonitionem Rex voluit diſcedere, priuſquam ab Epiſcopo centum libras auri acciperet. Quod miratus S. Dunſtanus, hęc per ſuos Regi nunciauit: *Quia prætuliſti argentum Deo, pecuniam Apoſtolo, cupiditatem mihi; violenter venient ſuper te mala, quæ locutus eſt Dominus. Sed hæc me viuente non fient.* Iam vero poſt beati viri obitum, vt ipſe prædixerat, Danis omnes portus Regni infeſtantibus, dum neſciretur, vbi eis occurri deberet, decretum eſt à viris prudentibus, vt vincerentur argento, qui non poterant ferro. Itaq; decem millia librarum ſoluta Danorum auaritiam expleuerunt, vt B. Dunſtani vaticinium impleretur.

f Matth. Weſtmonaſt. hoc anno.

Per idem temporis,[g] Miecislaus Polonorum Princeps, quo auguſtiorē poſteris ſuis principatū relinqueret, hortante Senatu, Lampertum Cracouiēſem Archiepiſcopum, virum doctum & eloquētem Oratorē miſit ad Benedictum Pontificem Rom. vt regiū diadema ſibi mitteret, Regemq; Polonorum ſe & poſteros ſuos eſſe iuberet. Quo ēt tempore Stephanus Geiſæ filius poſt defunctum patrem Vngariæ Princeps, eadem de re miſerat. Atq; is quidem impetrauit; Miecislao a. negatum eſt, quod differre eam rem Pontifex diuino oraculo iuberetur, eo quod per id temporis Poloni venationibus, rapinis ac cędib. mutuis dediti, duri & immanes, contumelioſi & aſperi aduerſus tenuiores ac ſubditos, minus caſte religionem colere dicerentur.

g Cromer. lib. 3.

IESV CHRISTI
Annus 984.

IOANNIS XIV. PAPÆ ANNO I. OTTONIS III. Imp. ann. I. Baſilii & Conſt. Imp. anno 9.

I. Benedicti Pap. obitus. Ioan. XIV. Pap. creatur.

ANno *Chriſti* 984. Benedictus Papa, die decima Iulii ex hac vita migrauit; inq; baſilica S. Crucis apud q̃ monaſterium conſtituit & monachos locauit conditus eſt. Succeſſit ei in Pontificatu, Ioānes decimusquartus, antea Petrus in Papienſi Epiſcopatu vocatus. Fuit is Archicancellarius Ottonis ſecundi Imp.

II. Sodalitas Romæ inſtituta pro defunctis

Eius tempore contractum eſt Romæ ſodalitium plurimorum ſacerdotum, in quo etiam multi Epiſcopi adſcripti fuere, ad hoc vt poſt obitum ſinguli conſodaliū ſacrificiis iuuarentur. Extat in diaconia SS. Coſmæ & Damiani tabula marmorea eius inſtituti, his verbis inciſa: Cōſtat nimirum dilectiſſimi fratres de promiſſione quam ex corde fecimus coram Deo & Sāctis eius, vt vnuſquiſq; noſtrū fratres, ſacerdotes & Epiſcopi & poſteri ſacerdotes in perpetuum, qualicunque ex hac luce migrauerit XL. miſſas pro eius anima per vnumquēque ſacerdotū qui ſuperſtites ſunt canere promiſimus. Si tamen infirmitate fuerit occupatus non reputetur ei in peccatum. & ſi receptus fuerit in priſtinam ſanitatem hoc omne quod ſupra dictum eſt adimpleat. Qui vero cuſtos & obſeruator fuerit habeat benedictionem Dei patris omnipotentis & Filii & Spiritus Sancti, & cœleſte regnum poſſideat cum omnibus Sanctis. & qui hoc non obſeruauerit, ſit anathematis vinculo innodatus, & à regno Dei ſeparatus. Iſta vero promiſſio facta fuit ante ſacroſanctum Dominicū altare huius Aulæ, temp. Dom. Ioan. XIV. Papę, menſe Febr. die 22. Indict. 12. Anno Dom. Incarnat. DCCCC. LXXXIV. Bened. Sacri exarau. Ort pro me peccat.

III.

Eodem anno, Otto Imp. Epiſcopatū Marſepurgēſem reſtituit. Theophania vero Ottonis ſecundi relicta, filias ſuas Adelaidem & Sophiam contemptrices carnalium nuptiarum, cupidas autem cœleſtium fecit, & in monaſteriis collocauit.

IV. Marſepurgenſ. & Roſſenſis Epiſcoporum obitus.

In Anglia[a] S. Etheluoldus Vintoniēſis, & alter Roſſenſis Epiſcopus, vterque doctrina & pietate inſignes, magno omnium luctu mortui ſunt. Venerant forte ad uiſitandū S. Dunſtanum. A quo cum recederent, & benedictionē poſtularēt, ille in lacrymas prorūpens, cauſam plorandi rogatus reſpondit; Fleo, quia vos, quos modo ſanos & alacres video, in hac vita nō amplius viſurū me doleo. Nā in proximo eſtis morituri, & ad gaudia Regni cœleſtis tranſeuntes me in iſtius vitæ miſeriis relicturi. Cui cū ipſi dicerent: Ne Pater, oramus, de noſtra morte ita loquaris: Fixum, ait, ꝙ dixi, tenete, quoniā ſic eſt, & nō eſt mutabile. In his dato altrinſecus oſculo pacis, ab inuicē diuiſi ſunt. Igitur Antiſtes Roſſenſis, mox atq; pōtificatus ſui ciuitatē ingreſſus eſt, languore correptus, defunctus eſt. Vintoniēſis vero, priuſquam ad ſedem ſuam venire poſſet, morbo extinctus eſt.

a apud Sur. 19. May.

V. Edithæ virginis obitus.

Hoc ipſo anno, decimoſexto Kal. Octob. ad cœlum emigrauit ſancta virgo Editha, ſancti Eduardi Regis ſoror, alumna S. Etheluuoldi.

IESV CHRISTI
Annus 985.

IOANNIS XV. PAPÆ ANNO I. OTTONIS III. Imper. anno 2. Baſilii & Conſt. Imp. ann. 10.

I. Ioannes Pap. à Bonifacio ſedis inuaſore fame enectus.

ANno *Chriſti* 985. Bonifacius ille ſedis Apoſtolicæ inuaſor, qui necato Pōtifice Baſilicam Vaticanā ſpoliauerat, & Conſtātinopolim profugerat, audita morte Ottonis, qui Benedictum ſeptimum tuebatur, Romam aduolauit. & facta manu factioſorū Ioannem Quatuordecimum Pontificem comprehēdit, in carcerem caſtri S. Angeli coniecit, in eoq; poſt quatuor menſes pedore & inedia hominem confecit. Ne qua vero dubitatio de morte Ioannis apud Romanos eſſet, cadauer extincti in publicum expoſuit, ſeq; pro Pontifice, homo nefarius & ſacrilegus, totis quatuor mēſibus geſſit. Mirum, quomodo nonnulli in catalogum Pontificum eum retulerint: cū potius inter ſacrilegos latrones, ſicarios, parricidas, atq; patriæ famoſos proditores Syllas & Catilinas connumerari deberet, duorum Pontificum occiſor.

II. Vltio diuina in Bonifacium Parricidam.

Sed tamen vltorem Deū expertus eſt, morte repentina percuſſus. In tantum a. odio eū habuerunt ſui, vt poſt mortē cadauer illius raptarent, cęderent, lanceis & contis vulnerarent, atq; ad ſtatuam vſq; Marci Aurelii Imp. tractum, illic ludibrio exponerent.

III. Ioann. XV. Pap. creatur.

Hoc tyranno extincto, clerus Romanus elegit Pontificem Ioannem patria Romanum, patre Leone natum:

quem

quem quintumdecimum eius nominis ſalutarunt. Hic *Creſcentium Numetanum, titulo conſulatus caſtrum*, S. Angeli poſſidentem, & aliquanto ſibi non multum addictum veritus, ne forte ab eo ſimilia anteceſſori ſuo pateretur, motu iuſto vel iniuſto, (incertum) in Tuſciam ſeceſſit. Cæterum cum Romani recolerent, quanta ab Ottone primo & ſecundo paſſi propter Pontifices ſuſtinuiſſent, legationem honorificam ad eum miſerunt, obſecrantes, vt ad vrbem reuerteretur. Reuertenti omnes obuiam occurrerunt, & piis officiis atq; obſequiis Chriſti vicarium Petri ſucceſſorem honorarunt, ſeq; auctoritati illius permiſerunt. Sicque aliquandiu Romana Eccleſia tranquilla pace potita eſt.

IV. Bellum domeſticum in Hiſpania. a *Ambroſ. Moral lib. 16 c. 46.*

In Hiſpaniis [a] Principes Chriſtiani aduerſum ſe tumultuantes, Arabum auxilia vnus contra alterū adduxerunt. Captæ ſunt ab infidelibus multę ciuitates, templa ſpoliata & euerſa, Chriſtiani plurimi occiſi, à ſolo ſepulchro S. Iacobi Apoſtoli, magno miraculo receſſere, ipſo Apoſtolo non alio ipſum illæſum ſeruante, ſed & hoſtes graui morbo puniente, ex quo omnes obierunt.

V. Miſera conditio Hiſpaniæ.

Itaq; hic annus funeſtus Hiſpaniæ fuit, clade magna Chriſtianorum, à Maurico exercitu illata. Rodenius Comes, filii in dominatum reſtituendi cauſa, Mauros in prouinciam contra Ramirum Regem euocarat. Miſerabilis tunc erat rerum facies, & ludibrium religionis Chriſtianæ, barbarico impetu atq; armis, Gallæcia vehementer infeſtata. Compoſtella ipſa fuit capta; templi paries ad terram proſtratus, ab Apoſtoli ſepulchro temperatum, qua de cauſa incertum, niſi quod ſatis conſtat, ſuam ſedem ſuumq; templum Iacobum Apoſtolum eſſe tutatum, & illatæ iniuriæ grauia exegiſſe piacula. Corruptis inteſtinis diſſenteriæ morbus toto exercitu vagatus, magnam partem cum ingenti dolore conſumpſit: Almanſor ipſe, tantæ cladis ecqua cauſa eſſe videretur, ex quodam percontanti cum eſſet reſponſum; vnum è diſcipulis filii Mariæ loco ſepultum, arrepta fuga in patriam redire contendit, nec multo poſt in Celtibèris ad Medinam Celinam nobile oppidum, ſimili fato conſumptus eſt. Diſcedentibus Mauris, Compoſtellani templi paries, Veremundi Regis, & Petri Manſorii Pontificis diligentia inſtauratus fuit, & Mauricæ ſuperſtitionis ſordibus procuratis, templum ex Chriſtiano ritu, ſolemni cæremonia expiatum. Eodem Pontifice, templo Conſtantinopolitano reſtitura ſunt, quæcunq; iniuria ſuperiorum temporum fuerant ablata. Petro in eius Eccleſ. Epiſcopatu, Pelagius Diacius ſucceſſit, ex iudice profano repente Epiſc. factus, malis artibus viq; ex hoc deiecto, quoniam inſolentes mores ſuperbæ aures erant, frater Vimara ſuffectus vita ſimili, ſiue caſu, ſiue proditione in flumine Minio periit. Vimaræ Iſquaria ſuffectus, duobus, conſanguineis nihilo ſanior cum eſſet, Regis iuſſu carceri mancipatus eſt. *Mariana libro 8. cap. octauo.*

VI. Veremun. Rex Legionenſis.

Inter hæc Ramirus Rex Legionenſis deceſſit. Succeſſorem habuit Veremundum eius nominis ſecūdum, filium tertii Ordonii. Eius principatus primordia laude ſumma celebrantur. Nam leges priſtinas pene vſu contrario abolitas in obſeruantiam reuocauit; nec ciuiles tantum, ſed Eccleſiaſticas, atque Romanorum Pontificum decreta, vt omnino cuſtodirentur, lege cauit, atque priuilegiis multis Eccleſias communiuit. Non perſeuerauit in ea pietate. Athaulpho enim Compoſtellano Epiſcopo, ex ſeruorum calumnia præter ius faſque credita, paulo iniquiorem ſe exhibuit. Nam in eum dolo taurum immiſit; qui mox redditus manſuetus arma à natura conceſſa, cornua videlicet in manibus Epiſcopi depoſuit.

IESV CHRISTI
Annus 986.

IOANNIS XV. PAPÆ ANNO 2. OTTONIS III. Imper. ann. 3. Baſilii & Conſtantini Imper. ann. 11.

I. Ludouicus electus Rex Francorum. a *Leo Oſtienſ. lib. 2. c. 22.*

ANno Chriſti 986. In Galliis Lothario Patri mortuo, filius Ludouicus in Regnum Francorum ſucceſſit, ſub cura Hugonis Ducis, & Emmæ matris, filiæ Ottonis ſenioris & Adelaidis Auguſtæ. In monaſterio Caſſinenſi, [a] ſancto Aligerno Abbati vita functo, Manſo ſuffectus eſt, quem propter voluptuatiam vitam, ex albo Abbatum antiqui ſcriptores expunxerunt.

II. Terræmotus in Oriente. b *Vita S. Nicon.*

Oriens fere vniuerſus à terræ motu conquaſſatus eſt. [b] Præſens tunc Lacedæmone S. Nicon, dum in quodam ſaxo Deum iratum precibus placaret, mirandum ſuæ ſanctitatis ſignum in eo reliquit. Scilicet, relicta in ſaxo orantis ſui imagine, non hominis arte vel manu facta, miraculo adeo expreſſe indita, vt crucigeræ etiam virgæ ſpecies ad viuum redderetur, quæ quidem imago lapidi impreſſa, argumento erat ſummæ illius erga Deum fiduciæ & gratiæ: & quid ſperare per eum poſſint, qui intus afflicti, tanti patroni opem implorarint.

IESV CHRISTI
Annus 987.

IOANNIS XV. PAPÆ ANNO 3. OTTONIS III. Imper. ann. 4. Baſilii & Conſtantini Imp. ann. 12.

I. Regnum Franciæ à ſtirpe Carolina ad Hugonem Pariſ. tranſlatum. a *Odoran. Glaber. Mangius Molan. 26. April.*

ANno Chriſti 987. [a] Ludouicus, Carolinæ ſtirpis Rex non nouiſſimus, fato functus, cum nullos liberos reliquiſſet, occaſionem dedit, vt Franci non Carolo Lotharii fratri, ſed Hugoni Duci Pariſienſi, cognomento Capeto detulerint Regnum, cum etiam is aliqua ex parte, Carolum Magnum cognatione attingeret; natus Hugone Magno, auo Roberto Principibus; ex materno vero ſtemmate ex ſorore Ottonis ſenioris. Diuinitus ei prænunciatum Regnum aſſerebant. Quo enim tempore Northmanni Franciam vaſtabant, Hugo Magnus Comes Pariſienſis pater iſtius Hugonis, ne corpora SS. Martyrum Ricarii & Valerici in Eccleſia S. Bertini apud S. Audomarum condita, iniuriæ alicui paterent, per viſionem admonitus, ad ſuas Eccleſias illa reportauit. Cum vero id feciſſet, S. Valericus in viſione ei dixit: propter hoc quod fecerat, eius generatio poſt ipſum in Regno Francorum vſq; in ſeptimam generationem, & in perpetuum regnaret. Ita Rex iſte Domini voluntate Regno Galliarum potitus eſt.

II. Vltio diuina à Greg. per Nicon. ſublato. b *Curopal.* c *Acta S. Nicon.*

[b] Conſtantinopoli alter Bardas cognomento Phocas, Imperator acclamatus, & diademate ornatus eſt. S. Nicon Gregorio Prætori prænunciauit, Phocæ nec profuturam tyrannidem, nec illum Imperatoribus Baſilio & Conſtantino ſuperiorem fore. [c] Aliquando iſte Gregorius S. Niconem expertus eſt acriorem. Dum enim in in ſphæriſtarum aperto gymnaſio luſibus vacaret, adeoque clamoribus per eum & propter eum inconditis, à ſacris hymnis tum monachos, tum populos auocarent, adfuit Nicon, & tum illius, tum colludentium petulantiam increpauit. Gregorius porro in ſanctum excandeſcens, vrbe expellere minabatur. Cæterum nec ſera, nec pedibus (vt Poeta dixit) tanta fuit vltio, quin velocius, iunctiſque veſtigiis contumelioſum ſecuta eſt. Nam cum primum ad excipiendam ſphæram manum ſuſtulit; paralyſi repente icta eſt. Idem vero membris omnibus ſtatim ſolutus & eneruatus, ad Catholicam Eccleſiam aliorum manibus delatus eſt. Vbi acutiſſimis & grauiſſimis doloribus excruciatus, mortem præ illis in lucro ponens, lamentabiles queſtus edebat. Cumque magna medicorum ſedulitate curaretur, & remedia omnia infra malum eſſent, ita vt inanis &

hominis animum intuens, qualis in pleriſque ſole eſſe mortalium; qui tempore quidem afflictionis Dei recordantur, aſpernantur autem cum exempti malis fuerint; irritam atque inanem abire eius orationem paſſus eſt. Quare ingraueſcente vi morbi, in luctuoſis illis vocibus oppreſſus eſt: grauis ferocibus, ſuperbiſque documento, vt ira ſua moderate vti diſcant, Deiq; iudicia reformident.

VI. Polyeuctus Patriarcha prohibet ab ingreſſu Eccleſiæ Imperatorem. c Curopala.

Nicephoro ad eum modum quem diximus occiſo, [c] Ioannes Zemiſces eadem nocte cum paucis ſe contulit ad magnum templum, vt ex Patriarchæ manibus diadema ſuſciperet. Quem venientem ad ſe ingredi non permiſit Polyeuctus Patriarcha, indignum aſſerens, qui ad ſacrum templum accederet illud, cuius manus adhuc recenti ac cognato ſanguine ſtillarent. Cum autem Ioannes æquo animo reprehenſionem tuliſſet, omniaque ſe libenter & obedienter facturum pollicitus eſſet, excuſans & purgans ſe, quod non propriis manibus interfeciſſet Nicephorum, verum Balantes, & Atzipo Theodorus Reginæ Theophanæ iuſſu: hanc Patriarcha iuſſit è Palatio eiectam, in aliquam inſulam relegari, atque in exilium mitti Nicephori interfectores, & decretum illud abſcindi, quod ad confundendas res Eccleſiæ Nicephorus propoſuerat. Statim igitur & illos Ioannes Imperator è ciuitate eiecit, & Theophaniam in Proconneſium relegauit. Quæ poſtea inde clam effugiens, cum ad magnum templum confugiſſet, per Baſilium exenbiarum præfectum eiecta, in regionem Armenorum relegata eſt in monaſterium recens ab Imperatore conſtructum, Damidæam nomine; cum prius illa multa probra in Imperatorem côieciſſet, & in Baſilium, Scytham eum vocans & barbarum, cuius etiam maxillam pugno percuſſit. Cum ipſa quoque relegata eſt mater eius in Mantineum: allatumque decretum conſciſſum eſt, & Eccleſiæ priſtina reddita libertas. His igitur ita geſtis, cum pollicitus eſſet Ioannes ad placandum Deum ob admiſſum crimen pauperibus facultates, quas priuatus poſſidebat, diſtributurũ, Polyeuctus ei conceſſit ingreſſum, & die feſto, quo Chriſti Domini Natalis celebratur, ipſum diademate Imperii coronauit.

VII. Duo Archiepiſcopi interfecti.

Per idem tempus Saraceni poſt expugnatas in Syria & Cilicia vrbes, Archiepiſcopum Hieroſolymitanum Ioannem viuum combuſſerunt, quod videlicet eius monitis putabant fore vt ipſos Nicephorus inuaderet. Incenderunt etiam pulcherrimum Dominicæ ſepulturæ templum. Hoc idem fecerunt Antiochenſes interfecto ſuo Archiepiſcopo Chriſtophoro.

VIII. Miraculum de catena S. Petri energumenum à diab. liberante. d Sigebert. in Chron.

Eodem anno [d] quidam Comes Ottonis Imperatoris, eius familiaris, Romæ ante oculos omnium à diabolo arreptus, ita vt ſeipſum dentibus diſcerperet: iuſſu Imperatoris ad Ioannem Papam adductus, vt catena S. Petri collo eius circundaretur. Dum autem à fallacibus clericis ſemel & bis ſed alia catena furenti adhiberetur, nec quicquam remedii proueniret, vbi nihil virtutis inerat: tandem vera ſancti Petri catena allata, & collo furentis circumdata, diabolus ſpumans & multum clamans abſceſſit. Qua catena Theodoricus Metenſis Epiſcopus arrepta, cum diceret, ſe eam, niſi manu eius abſciſſa, non dimiſſurum: tandem Imperator, ſedato litigio, à Papa Ioanne obtinuit, vt annulum huius catenæ exectum Epiſcopus mereretur.

IX. De translatione variarũ reliquiarum in Galliam.

Porro idem Theodoricus Imperatori, ſanguine, dilectione ac familiaritate cæteris deuinctior, dum in Italica expeditione per triennium ſub eo militaret, multa capita & pignora ſanctorum de diuerſis Italiæ locis, quocumque modo potuit, collegit. Primum è Marſia S. Elpidium confeſſorem, cuius ſocium Eutychium Epiſcopum ipſe Imperator iam ſuſtulerat. Ab Amiternis Eutychetem martyrem cum reliquiis Maronis & Victorini ſociorum eius. A Fulgineo Felicianum Epiſcopum & martyrem. A Peruſio, Aſclepiodorum martyrem, à Spoleto Serenam martyrem, cum Gregorio Spoletano martyre, à Cortuno piguora Vincentii martyris & Leuitæ, ab Hiſpania olim à duobus monachis Capuam, à Capua vero illuc deportata, à Meuania alterum Vincentium Epiſcopum & martyrem, à Vincentia Leontium Epiſcopum & martyrem, à Florentia Miniatem martyrem, ab vrbe Tuterdina Fortunatum Epiſcopum & Confeſſorem, à Corfinio Luciam Syracuſanam virginẽ & martyrem, à Foroaldo Duce Spoletanorum olim à Syracuſis illuc tranſlatam, à Sabinis, partem corporum Prothi & Hyacinthi martyrum. Hæc omnia cum parte catenæ S. Petri Apoſtoli, cum capillis eiuſdem, & ſanguine ſanct. Stephani protomartyris, & parte craticulæ ſancti Laurentii martyris à Papa Ioanne ſibi donata cum aliis multis ſanctorum pignoribus præſul Theodoricus in Galliam hoc anno tranſtulit, & in Eccleſia S. Vincentii martyris à ſe in inſula vrbis conſtructa locauit. Porro cum audis translata corpora; partem eorum intellige, non vero ipſa integra; quorum ad hæc vſq; tempora ſepulturæ in ſuis ſuperſunt locis.

IESV CHRISTI ANNVS 970.

IOANNIS XIII. PP. ANN. V. OTTONIS IMPERAT. anno 9. Ioannis Zemiſcis Imperat. anno 1.

I. Baſilius Patriarcha Cõſtant. creatur. a Curopala

ANNO *Chriſti* 970. [a] Polyeuctus Patriarcha Conſtantinopolitanus, ex hac vita migrauit. In eius locum ſuffectus eſt Baſilius ex monacho Scamãdreno, boni nominis vir Epiſcopus. Antiochenis quoque Epiſcopum Theodorũ ex monacho præficiendũ curauit Imp. Nam hic ei prædixerat Imperii adminiſtrationem. Aiunt Ioannem Zemiſcem Saracenos Antiochiam obſidentes profligaſſe, & Ruthenorum trecenta & octo millia pariter ſuperaſſe.

II. Côc. Angl. contra incontinentiã clericorum. b apud Sur. 15. Octob.

Per ea tempora, [b] auctoritate Ioannis Papæ, Dunſtanus Archiepiſcopus Cantuarienſis coacto generali Cõcilio ſtatuit, & decreto firmauit, vt Canonici omnes, presbyteri, diaconi, ſubdiaconi, aut caſte viuerent, aut Eccleſias quas tenebant, dimitterent. Habebat autem Regem Edgarum hac in re fidelem adiutorem, & egregiũ defenſorem. Porro huius decreti executio demandata eſt Oſvvaldo Vuigornienſi, & Ethelvvoldo Vintonienſi Epiſcopis. Itaque beatus Oſvvaldus in ſua diœceſi ſeptem monaſteria, eiectis clericis inſolenter viuentibus, conſtruxit, Abbateſque eis præfecit. In iis Abbas Perſorenſis Fulbertus bene moratus & religionis monaſticæ feruens zelator, ſed tamen in ſubditos nimium ſæuus, quod in eo valde reprehendebatur, cum eſſet ad extrema perductus, & poſt obitum in feretro repoſitus, redeunte ſpiritu erexit ſe, cunctis trementibus, aitque ſe à beato Benedicto ad conſpectum Dei perductum fuiſſe, Deumque ipſi peccata ſua ob merita dilecti ſui Oſvvaldi remiſiſſe, eiuſque ſanctitatis declarandæ cauſa, ſe reuixiſſe. His dictis conticuit, & percepto Dominici corporis Viatico, dimidium ſuperuixit diem, rurſumque defunctus eſt.

De Fulberto Abbate.

III. De Edgario Rege adultero. c apud Sur. 19. Maii.

Cæterum quod Edgarus Rex in clero reformando operam nauaſſet, exinde proceſſit. [c] Quadam die in monaſterium virginum, quod Mulſimiæ ſitum eſt, venit; ibique captus ſpecie cuiuſdam nobilis puellæ, inter non velatas nutriebatur, & cuſtodiebatur. Eum in ſuum colloquium adduci ſecretius iuſſit. Illa vero cum duceretur, timens pudori ſuo, raptum ab vna ſanctimonialium capiti ſuo velum impoſuit, eo modo ſe protegi ſperans, ſi forte Rex aliquid inhoneſti à ſe exigere vellet. Detraxit nihilominus Rex ei velum, eamque defloraüit. Quod cum Dunſtanus ſciuiſſet, Regem adiuit; cumq; manum poſtularetur, dare recuſauit. Cauſam vero rogatus, ait: Tu poſtpoſito omni pudore adulterium commiſiſti: tu deſpecto Deo, ſignum caſtitatis non veritus, virgini ſuam integritatem præripuiſti: & cur manum ſummo Patri Virginis filium immolanti impuris manibus non tradam, quæris? Laua prius per pœnitentiam manus

tuas à ſordibus ſuis, & tunc demum, quo Dei gratiæ reconcilieris, honora & amplectere manũ Pontificis. Territus ille adhæc, terræ procubuit, pedes Antiſtitis petiit, ſe peccaſſe, gemitu verba interrumpente conteſtatus. Septennem illi tãdem pœnitentiam Dunſtanus impoſuit, tantumque continentiæ amorem ei ingenerauit, vt ipſe ſtatuta concilii pro ſeruanda clericorum caſtitate executioni demandaret.

IV. De S. Ethelvvoldo Epiſcop. pro caſtitate clericorum laborante.

Iuuit etiam Dunſtanum ad cleri incontinentiam refrenandam S. Ethelunoldus Vuenranæ Eccleſiæ Epiſcopus. Monebat ſæpius ſuum clerum, mores & actus mutare correctionisq; vitę ſemitas, relictis fęminis, arripere: Ipſi vero coruinum cras mentiebantur, ſemper in craſtinum emendationem pollicentes. Quod cũ ille non ignoraret, non diu ſuſtinuit. Paratis namq; quãplurimis monachorum cucullis, die quo communio, ſeruite Domino in timore, cantabatur; chorum intrauit, veſtes quas parauerat, ſecum faciens deferri. Et proiectis illis in medium, canonicis ait: Animaduertiſtis quod modo cantaueritis? Animaduertimus, inquiunt. Igitur, inquit, ſi ſeruire Domino in timore, & ei vultis exultare cum tremore; apprehendite diſciplinam; veſtem ſcilicet monachalem; ne pereatis, ſicuq eam aſtis, de via iuſta. Ad quod illi obſtupefacti, more ſolito inducias petebant: id ſe facturos in futuro promittentes. Tunc ille; Mihi credite, ait, amplius non credam huic veſtræ reſponſioni coruinæ. Sed aut diſciplinam in præſenti apprehendetis, aut loci iſtius beneficiis priuati, iam iã cedetis. Itaq; nonnulli ex illis ſtatim, abiecto clericali habitu, monachi facti ſunt, cæteris verbo Pontificis de Eccleſia eliminatis.

V. Comes inceſtuoſus à Dunſtano excommunicatur.

Per idem tempus ſanctus Dunſtanus, Comitem quemdam inceſtuoſum, hunc in modum caſtigauit. Comes quidam præpotens cognatam ſuam illicito ſibi matrimonio copulauerat, & à Dunſtano, ſemel, ſecundo & tertio redargutus, inceſtum ſuum diuortio expiare nolebat. Quapropter gladio Spiritus ſancti à viro Dei percuſſus, à liminibus eſt ſanctæ Eccleſiæ ſeparatus. Qui typhõ tactus ſuperbiæ, Regem adiit, Dunſtanum immoderatæ ſeueritatis accuſauit, regia ſanctione ſe ab eius tyrannide liberum conſtitui, querula voce orans. Cuius verbis Rex acquieſcens, Dunſtano mandauit, vt hominem cum ea quam duxerat, in pace manere ſineret, & à quibus ipſum ſuſpenderat, ſacris luminibus reſtitueret. Mirabatur ille ad audita, & dolebat religioſum Regem per mendacem hominis linguam, ante rei inquiſitionem & examinationem eſſe ſeductum. Poſuit tamen hominem ad rationem, & tam pro commiſſo crimine, quam & propter iniuſtam ſui criminationem apud Principem factam paulo durius increpauit, cupiens eo modo ad pœnitentiam & correctionem cor illius emollire. At vbi vidit ipſum nõ ſolum verbis ſuis non conſentire, ſed inſuper contumaci ſpiritu contra ſe furere, minariq; ſupra id quod ab ingreſſu domus Dei ſuſpenderat, omnem ei communionem fidelium, donec à ſua prauitate diſcederet, interdixit. Tũc ille ſe ipſo deterior effectus, immani eſt furore correptus, & nihil eorum quæ poſſidebat, alicuius eſſe momenti reputãs, ad hoc ſolũ ſe totum ſtudebat impendere, vt Dunſtano ſcandalum excitaret, &

Pertinacia huius comitis & in Dũſtanum machinæ.

Chriſtianę legis iugũ, quo à ſua libidine coercebatur, ſibi faceret alienũ. Legatos itaq; ſuos Romã deſtinauit, & talibus aſſueta quorundam Romanorũ corda & ora in ſuã cauſam largo munere, largiori ſponſione commutauit. Quid inde? Præſul Apoſtolicæ ſedis Dunſtano, peccatori homini condeſcendere, verbis ac literis mandauit, & eum gremio Eccleſiæ integrè cõciliare monuit, imperauit. Ad quæ Dunſtanus ita reſpondit: Equidem cum illum, de quo agitur, ſui delicti pœnitudinem gerere viderõ, præceptis Domini Papæ libenter parebo. Sed vt ipſe in peccato ſuo iaceat, & immunis ab Eccleſiaſtica diſciplina nobis inſultet, & exinde gaudeat, nolit DEVS. Auertat etiam DEVS à me, vt ego cauſa alicuius mortalis hominis, vel pro redemptione capitis mei, poſtponam legem, quam ſeruandam ſtatuit in ſua Eccleſia idem Dominus meus IESVS CHRISTVS Filius DEI. Hæc ille relata ſibi audiens, & Dunſtanum ex his quæ certo diceret, inflexibilem eſſe, certiſſime ſciens, & excommunicationis ſuæ pœna, cum pudore hominum conſtrictus, tum timore periculorum, quæ talibus nonnunquam accidere ſolent, perterritus, obſtinationem ſuæ mentis depoſuit, & abdicato illicito coniugio, pœnitentiæ ſibi cultum impoſuit.

VI. Eiuſdem comitis pœnitentia.

Dunſtano itaque generale totius Regni concilium de obſeruantia Chriſtianitatis celebrante, ipſe ſuimet oblitus, nudis pedibus, laneis indumẽtis corpus amictus, virgas manu ferens, Concilio ſeſe medium ingeſſit, & ante pedes Dunſtani gemebundus & eiulans corruit. Quo viſo, moti ſunt omnes qui aderant, ad pietatem: & ipſe Pater omnium, maiori præ cæteris pietate motus eſt. In vultu tamen ſeruato diſciplinæ rigore, vtpote hominem reconciliare DEO deſiderans, lachrymas eius ad horam ſeuerus ſuſtinuit; ac demum à toto Concilio poſtulatus, lachrymas & ipſe culpam indulſit. Ita ab excommunicationis vinculo abſolutum, communioni fidelium, Comitem reſtituit.

VII. Sacerdos ſacrificia idolis offerens diuinitus viſu oculorũ priuatur: quod in Chriſtum credens ope D.V. recuperat.

Per id temporis Ottone Imperante, in Suecia Rex Ericus Stẽchillus, tanto felicius regnauit, quãto maiorem ſolicitudinẽ propagandæ fidei Chriſtianæ adhibere curauit: quæ eius tempore, diuina clementia palam & mirabiliter cooperante, nõ parua incrementa ſuſcepit. Accidit enim eo præſente, totaq; populi multitudine circũſtãte, vt Sacerdos omnium nomine ſacrificia idolis offerens, repentina cæcitate percuſſus collaberetur; deinde poſtquam diu & fruſtra à cæcis idolis cæcitatis remedium poſtulaſſet, atque in proprias ædes reductus ſopori ſe tradidiſſet, ecce illa miſericors miſericordiſſimi DEI mater, non dedignata eſt afflictum peccatorem, omni humana ope deſtitutũ, viſitare, conſolari, & de myſteriis ſanctiſſimæ fidei noſtræ Chriſtianæ informare, Chriſtiq; Apoſtolum ex impio malorum dæmonum nuntio ſuſcitare. Inquit enim: Quia lumine intellectus, & rationis tuæ abuſus, à Deo vero ad dæmonum cultũ te conuertiſti, iuſtè corporis tui oculis priuari meruiſti. Igitur ſi corporis tui oculos recipere volueris, crede in filiũ meum Ieſum Chriſtum, qui eſt Deus Chriſtianorum, eiuſq; fidem firmiter obſerua, & ab omnibus obſeruandam prædica. Credidit ille, & credendo vſum oculorum perfectè recepit, ſtatimq; Chriſtianæ religionis diligentiſſimus prædicator effectus, omnem in circuitu regionem peragrãdo, lumen veræ fidei cordibus omnium incolarũ infundere conabatur: vt & ipſa ab illa horrenda perfidæ mentis cæcitate, qua infeliciter tenebãtur, liberati, lumen ad reuelationem gentium ab alto exortum aſpicere mererentur. Neq; deerat omnis ſalutis auctor, ſalutarem doctrinam fideliter annuncianti. Quippe breui tempore nõ paruus fidelium numerus in vineam Domini, ab ipſo cœleſti Patreſ. miſſis vocatus intrauit, vt verum oſtẽderetur Chriſti verbũ, *Meſſis quidẽ multa, operarij vero pauci.* Quãuis enim nonnullæ Chriſtiano: ũ reliquiæ, à tẽpore Beronis Regis ad hæc tẽpora in Suetia permanſiſſent, attamen pauci erant ex Bremenſi Metropolitano magis idonei DD. qui verbum Domini rectè tractare didicerant. Quocirca optimus Rex Ericus Stenchillus, miſſis ſolẽnibus Legatis, ab eod. Metropolitano, ſiue Adagario, ſiue eius ſucceſſore, impetrauit ad ſe duos SS. Pont. in diuina lege doctiſſimos confeſtim mitti, videlicet Adaluardum & Stephanũ. Hi prædicabant Chriſti Euangelium continuè & diligenter, ex qua prædicatione creſcebat quotidie cum magno fructu diuini verbi plãtatio, & baptizabatur magna populi multitudo, tãtuſq; ardor omnium ad baptiſmum erat, vt euolutis paucis diebus nulli aut pauciſſimi incolæ, in vniuerſa ciuitate Birchenſi tunc frequentiſſima inuenirentur, qui Chriſtianæ militiæ aſcripti non eſſent. Non deerant illi peſſimo humani generis inimico ſuæ ſolitæ artes, per quas tam ipſi optimo Regi Henrico Stenchillo, quam etiam ſanctiſſimis Põtificibus grauiſſimas perſecutiones, & inſuperabilia pericula paſſim ab incolis regni ſuſcitaret, præſertim illis qui de ſanguinis nobilitate magis, quam de virtute gloriabantur.

Hi enim

Hi enim videntes Chriſti legem ſuis operibus contrariã, cœperunt eius aſſeſſores primò occultè, deinde palam apud ſimplicem & ignarum populum, multis calumniis atq; improperiis afficere, ita vt Rex ipſe vna cum Põtificibus publico vulgi clamore ad interitũ peteretur, quaſi non eſſet veri Dei cultor, ſed nouorum dæmoniorum annunciator, tantumque veſani populi furor à proceribus excitatus inualuit, vt Chriſtiani Pontifices comprehenſi, & virgis cæſi, ac plurimis iniuriis affecti, ex Vpſala ad Bircham duorum dierum itinere redire compellerentur; cum interim Rex nunc huc, nunc illuc fugitando latebras captaret. Tandem poſtquam multos labores & pericula pro augendo Chriſti cultu ſuſtinuerat, ab ingratis ciuibus, & malignis proceribus trucidatus occubuit. *Olaus hiſt. Gotth. lib. 17. cap. 15.*

IESV CHRISTI ANnus 971.

IOANNIS XIII. Pp. ANN. VI. OTTONIS IMP. AN. 10. Ioannis Zemiſc. Imp. ann. 2.

I. Conc. Romanum. a *Vvilelm. de geſt. Reg. Angl. lib. 2. cap. 8.*

ANNO *Chriſti* 971. [a] Ioannes Papa Romæ Concilium Epiſcoporum celebrauit, Legationeque Edgari Anglorum Regis & S. Dunſtani Cantuarienſis Archiepiſcopi audita, priuilegia monaſterii S. Mariæ Glaſtingebiri confirmauit.

II. Vdalrici factũ de ſubſtituendo ſibi nepote improbatum. b *Vita Vdalrici c. 21. 22.*

[b] Eodem quoq; anno Romam venit S. Vdalricus Auguſtanus Epiſc. Vbi cum limina SS. Apoſtolorum veneratus eſſet, Rauennam ad Imperatorem acceſſit. Nam ibi tunc Otto agebat, ex Campania, confirmato fœdere cum Ioanne Zemiſce, & Pandulfo Beneuentano Principe ex captiuitate recepto reuerſus. Narrant: quod cum S. Vdalricus Palatio appropinquaret, idque Ottoni ſeſe calceanti nunciatum eſſet, ille vno tantum pede calceatus, & altero adhuc incalceatus, cauſa humilitatis in eius occurſum feſtinarit. Obtinuit tunc Vdalricus ab Ottone, vt illi in Epiſcopatu Adelbero ex ſorore nepos ſuccederet. Qui etſi doctrina & virtute præſtaret, tamen quod affectui carnali aliquid ded.t ſanct⁹, habuit à Deo caſtigari. Cum enim mortem appropinquantem expectaret, quadam die quaſi de graui ſomno expergefactus, ei aſſiſtentibus & hæc audientibus ait: Heu, heu, quod illum nepotem meum Adalberonem vnquam vidi, quia pro eo quod ei ſecundum ſuum deſiderium conſentiebam, nolunt me impunitum in ſuum conſortium recipere.

III. Otto Imp. Magdeburgum condit & Metropoli auget.

Otto Imperator in Germaniam reuerſus, ciuitatem Magdeburgenſem condidit, inque ea Metropolim Slauorum maritimorum & mediterraneorum conſtituit, cui quinque Epiſcopatus ſuffraganeos ſubdidit, ſcilicet Merſburgenſem, Miſnienſem, Brandeburgenſem, Heuelbergenſem, & Aldinburgenſem. Primus ei Eccleſiæ auctoritate ſedis Apoſtolicæ, præfectus eſt Archiepiſcopus Adalbertus, non ille Pragenſis martyr, quemadmodum aliqui hallucinati arbitrabantur.

IV. Ioã. Imp. opes Theod. mart. exercitum Bulgarorum fundit. c *Curopalat.*

In Oriente, [c] Ioannes Zemiſces Imperator trecentorum triginta millium exercitum Bulgarorum, ex Ruthenis, Scythis, Turcis aliiſque barbaris conſcriptum, magna virtute hoc anno die S. Georgii martyris ſuperauit, Regem Bulgariæ Boriſem cum vxore & liberis cepit, Paraſtlabam regni metropolim expugnauit, & ex ſuo nomine Ioannopolim nuncupauit, atque Regnum illud in formam prouinciæ redegit. Fertur, diuinam opem tum Romanos eſſe, alio die pugnantes conſequutos: Turbo enim quidam à Noto vento in ora Scytharum conſtitit, haud permittens eos captis vti in bello cõſiliis. Et quidem vir conſpectus eſt ab omni Romanorum exercitu equo albo vectus in anteſignanis pugnare, hoſtiumque commouere ac perturbare phalanges, nulli prius aut poſterius cognitus, quẽ aiebant vnũ eſſe ex glorioſis martyribus, Theodorum videlicet, quibus tutoribus ac propugnatoribus contra hoſtes vtebatur ſemper Imperator. Etenim forte accidit, vt hoc prælium ea die committeretur, qua celebrare memoriam militis conſueuimus. Cum & mulier quædã nobilis Byzantii, ſupremæ poteſtatis, per viſum illud ita eſſe cõfirmabat vna ante congreſſum die, in ſomnis ſibi viſa Dei Genitrici præſto eſſe, & cuidam militi dicentem audire: Domine Theodore meus ac tuus Ioannes in periculo verſatur: ad eius auxilium propera. Otto ſole eadem mulier vicinis rem patefecit. Et quæ viſa ſunt hæc fuere. Funduntur rurſum Scythæ, qui clauſas vrbis portas comperientes, à Scleto Duce per planitiem diſſipati, mutuoque conculcati interfecti ſunt, & à Romanis cæſi numero infiniti.

V. Gratitudo Imper. in Theodorũ martyrem.

Porro Imperator martyri reddens debitum honorem, & auxilii præmia rependens, templum illud vbi ſanctum corpus eius conditum eſt, à fundamentis euerſum, maius, pulcherrimumque ædificauit, & poſſeſſionibus magnificis auctum, pro Euchanen, Theodoropolim appellauit. Triumphaturus quoque poſt victoriam, totum pompæ honorem Diuæ Deiparenti attribuit. Cum enim vrbis Archiepiſcopus cum ſynodo, & omnes qui magiſtratum gerebant, cum pæanibus & victoriæ laudibus, coronas afferentes exciperent, & parato quadriiugo curru admodum decoro, vellent illum conſcendere; ipſe quidem allatas coronas accepit, & equum album aſcendit; cæterum nihil quod magnificum eſſet approbans, ſed moderate ſe gerens, in curru impoſitis Bulgarorum veſtibus, ſuper ipſis Dei Genitricis imaginem vt ciuitatis patronæ collocauit, ſeque præire iuſſit. Cumq; ad forum perueniſſet ſatis celebratus, Deo Patri, & eius Filio, Spirituique ſancto actis gratiis ob victoriam conſequutam, inſignia Bulgarici Imperii in conſpectu ciuium Boriſem Bulgarorum Regem exuens (hæc autem erant, aurea corona, & tyara ex byſſino filo contexta, & purpurea calceamenta) inde ad magnum templum profectus, ibiq; Bulgarica corona pro munere Deo dedicata, promotoque Boriſi ad magiſtrorum dignitatem, in Regiam ſe recepit. His peractis Saluatori Chriſto ob parta trophæa templum ſuper æream abſidem nouum conſtruxit, nulli ſumptui parcens aut ornamento, remiſit etiã iis qui tributa pẽdebãt, illud quod Capnicum appellabatur. Imperauit item in numiſmate, aureo ſcilicet ſolido atq; in obolo ſculpi Saluatoris imaginem, quod antea factum non fuerat; in cuius altera parte hæ literæ inſcribebantur: *Chriſtus Rex Regum*, & hoc ſubſequentes obſeruauerunt Imperatores.

IESV CHRISTI ANnus 972.

DONI. Pp. ANN. I. OTTONIS IMP. ANN. II. Ioannis Zemiſcæ Imp. ann. 3.

I. Ioan. Papa obitus. Donus Pap. eligitur & obit. Succedit Benedict. VI.

ANNO *Chriſti* 972. Octauo Idus Septemb. Ioannes Papa defunctus, in baſilica S. Pauli ſepultus eſt. Succeſſit ei Donus patria Romanus, quo poſt tres menſes è viuis abeunte Pontificatum obtinuit Benedictus Romanus, filius Hildebrandi.

II. Conc. Ingelheimen. in cauſa S. Vdalrici & Nepotis. a *Vita S. Vdalrici.*

Quo tempore Otto Imperator in Germaniam reuerſus, [a] Synodo Ingelheimenſi cum Epiſcopis interfuit. Oſtendebantur plurimi, quod Adalbero S. Vdalrici nepos, pedum paſtorale, viuente Epiſcopo geſtaret. Quamobrem vtrumque ad iudicium aduocarunt, illum quidem quod ſibi dignitatem Epiſcopalem vſurparet, hanc vero quod toleraret. Adfuit Vdalricus, & in terram proſtratus Epiſcopatus inſignia ſponte deponebat, atque vt monaſterium ſub regula S. Benedicti profiteri poſſet, poſtulabat. Non admiſerunt Patres eam poſtulationem. Sed vt dignitatem eam vſq; ad mortem ſuſtineret admonuerunt. Inſuper etiam permiſerunt, vt eo vita functo, in Epiſcopatu Adelbero ſuccederet. Interim cum hæc decernerent, Adalbero poſtquam à cœna ſurrexiſſet, & ad quieſcendum in lecto ſe poſt phlebotomiam compoſuiſſet, ſubita morte defunctus eſt.

Digitized by Google

III. De Duffo Scotorum piſſimo Rege per Veneficarum incantationes miſerè afflicto.

Hoc anno occiſus eſt Duffus Scotorum Rex in Deum pius, atq; in homines iuſtus. Mira ſunt, quę *Hector Boethius lib. 11. Hiſt. Scot.* de eo memorabat, cum ſc. aliquãdo à Veneficis quibuſdam morbo addictum fuiſſe, qui humana auxilia deſpiceret. Sine vllo bilis, pituitę, aliuſve peccantis humoris exundantiæ, vel ab humano temperamento lapſus, Duffum ſenſim affligebat. Noctu enim ſub perpetua vigilia decumbens in ſudorem ſine modo ſoluebatur, interdiu vix dolore quo nocte laborauerat, leuatus, quieti ſe dabat. Corpus lenta conficiebatur tabe effœto ſimillimum. Hærebat vitis rigida, venas, neruos, & qua forma ac ſitu oſſa eſſent humana ſpectantibus oſtendens. Suauis ac vniformis ſpirituum à corde profectus, quod tactu cordialis venæ arteriæ deprehendere, vitale humidum nihil temperie exceſſiſſe demonſtrauit. Viuidus ille color, aurium oculorumq; vigor integer aderat, temperatuſq; frequentior cibi potuſq; appetitus. Medici ad ſuperfluum nociuumq; ſudorẽ ſiſtendum, aut ad ſomnum prouocandum accommodatum nihil inueniebant. Rex autem de ſalute prope deſperabat, donec à rumore ſparſo, meretricula quædam venefica, per indicia deprehenſa, veneficas alias quæ Regiam valetudinem afficiebant indicaſſet. Miſſi milites noctu in fortilegarum ędes, foribus vi recluſis irrumpentes, veneficarum vnam cereum ſimulachrum ad Regis Duffi imaginem dæmoniaca arte (vt credere par erat) confectum ligneo affixum veru ante ignem torrentem, alteram carminibus recitatis liquorem quędam fundentem ſenſim ſuper ſtatuam inuenerunt. Prehenſæ itaq; ocius faſcinatrices, cõiectæq; in vincula & tractæ ſimul cum ſimulachro in arcem, rogatæ ad quid ſub noctem carmina recitantes effigiem Regis igni exponerent, reſponderunt; dum ſimulachrum igni adhibitum torreretur, Duffum Regem in ſudorem ſolui; carminib⁹ autem recitatis perpetua teneri vigilia, & ad liqueſcẽtem ceram macie confici. Conſumptam autem ceram Regis mortem continuò ſequuturam. Ita ſe malos dæmones docuiſſe, atque facinus exequendum mercede à Morauorum primorib. conductam. Perciti ira aſtantes ad anus verba effracto ſimulachro, vt veneficas ſcelus ingenti luentes ſupplicio flamma conſumeret, extemplo curarunt. Ferunt ſub tempus, quo hęc in Foreſſenſi arce ſunt acta, Regem languore leuatum, & nocte abſque ſudore quieuiſſe, poſtridieq; redeuntibus viribus, quæ erant humanæ facultatis promptè egiſſe, perinde ac ſi nulla aduerſa valetudine antea fuiſſet detentus.

IV. De eiuſdem lamentabili nece à Donnevaldo illata.

Is porro ſanitati reſtitutus, cum quoſdam perneceſſarios Donneualdi militis adoleſcentes innocentes furcis addixiſſet, Donneualdum in ſe concitauit. Hic autẽ vxoris perſuaſione in parricidium animatus, capiata occaſione per proditionem Duffum in cremit, intercmpt q; cadauere clam in aliqua ſcrobe ſepulto, tantum ſimulare potuit, vt in cubiculum Regium reuerſus, non tantum cruorem intrepidus ſpectauerit, ſed etiam in quoſdam cubicularios, quaſi illi Regem cęcidiſſent ferrum diſtrinxerit, ſed tamen eo indicio ſeſe prodiderit, vt à primoribus captus, vinctus, equis diſtractus, viſceribus exuſtis, & membris in diuerſis Scotię partibus appenſis, ſupplicium exoluerit. Ferunt, ſex inſequentib. menſibus totis, neque ſolem interdiu in Regno Scotorum illuxiſſe, nec nocte lunam, neque cœlum ſerenum conſpectum; aere perpetuis nubibus obducto, crebris ventis ac ignibus agitato. Non deſunt qui ferrebant Duffi Regis corpus, tametſi ſex menſes luto infoſſum iacuerit, integrum viuidoque colore & in nullo labefactum, inuentum. Vt primum vero effoſſum in auram ferat prolatum, cœlum pulſis nubibus ſerenum factum, ſole lumine plus ſolito emicante. Et vnde hominum ingens cœpit admiratio, vicinos campos, præter temporis naturam multa florum varietate fuiſſe ornatos.

IESV CHRISTI ANnus 973.

BENEDICTI VI. PAPÆ ANN. I. OTTONIS Imperatoris anno 12. Ioannis Zemiſcæ Imp. anno 4.

I. S. Vdalrici obitus.

Anno *Chriſti* 973. Quarto Non. Iulii, anno ætatis tertio ſupra octuageſimum, S. Vdalricus Auguſtanus Epiſcopus mortuus eſt, in vita & à morte miraculis clariſſimus. Ioannes XV. Pontif. Max. eum in numerum ſanctorum retulit; Gregorius autem Papa Septimus Patriarchæ Aquilienſi conceſſit, vt in feſtiuitate illius pallio vteretur.

II. De loco ſepulturæ S. Vdalrici.

Non putaui omittenda eſſe, quæ auctor vitæ S. Vdalrici aſſerunt, de geſtis à ſancto ſub extremos dies ſuũ vt loc⁹ ſepulturæ eiuſdem ſancti certo certius nõ Mediolani, ſed Auguſtæ Vindelicæ eſſe ſciatur; tum vt exemplo illius ſancti pectoribus Chriſtianorum inſigatur, memoria mortis, qua nihil eſt vtilius. Ita habet: Vdalricus Epiſ. ab vrbe vltimo in extrema ſenectute Auguſtam Vindel. reuerſus, pollinctoribus accerſitis, in auſtrali parte exterioris muri Eccleſiæ, ſepulchrum ſibi fodere, & exterius muro cingere, & perrupto muro Eccleſiæ arcum mutatum deſuper curuare præcipit, & arcam aptam componere ad cooperiendum corpus in ſepulchro, & inſuper tabulatum denſum longo tempore imputribile cauta coniũctione virtutum ſuperponi decreuit. His prępatationibus exequiarum ſuarũ perpetratis, omni hebdomada dehinc ipſum locum die Veneris viſitare, & ibi hoſtias immolare conſuetus erat, ſi alia aliqua ei occupatio vel abſentia impedimentum non fecit. Eo poſtmodum Auguſtæ defuncto, cum aduentum ſancti Wolffgangi Ratiſbonenſis Epiſcopi expectarent, interim corpus ſancti Vdalrici in Eccleſia S. Mariæ à congregatione, die noctuq; cum orationibus & miſſarum celebrationibus, cautè & deuotè cuſtodiebatur, vſque in diem Dominicam. Die vero Dominica poſt primam miſſam, pro eius anima celebrata, congregato clero, & ſanctimonialium congregatione adueniente, & magna de prouinciis multitudine populi, presbyteri leuauerunt corpus, & ad S. Afram, vbi antea ſepulchrum eius præparatum fuerat, portare cęperunt. Cumq; venirent ad collem, qui dicitur Perleich, præſtius nuncius venit, & aduentum Wolffgangi Epiſcopi nunciauit. Illi autem perducentes corpus in Eccleſiam S. Afræ, miſſam ibidem ſactificalem, cum omni deuotione, pro requie animæ eius celebrauere. Ea vero nocte Hiltegart vxor Richwini Comitis, quamuis nupta, tamen ſatis religioſa venit, camiſiaq; cera perfuſam attulit, & ſublimiſſimos clericos petiit, vt ſacro corpori camiſ ſecretiò circũdaretur, ne ſacerdotalis paratura qua indut⁹ erat, cito à terra conſumeretur; quia ipſe adhuc viuens præcepit, ne tabulatum lignum corpori eius ſuppoſu ſſent, ſed puræ terræ imponerent, & ligneo operculo cooperirẽt: qui ſecundum eius petitionem camiſale corpori ſacro circumdederunt. Oratione autem ſecundum verbũ eius ab omnibus peracta, Epiſco. corpus ſepeliuit, & animã omnipotenti Deo deuotiſſimè cum lachrymis commendauit. Miniſtri autem ſicut prædictum eſt, operculo ligneo corpus cooperierunt, & ſuper hoc gradibus marati ſepulchri denſum lignum tabulatum ſuperpoſuerunt, in ſuperficie autem terræ in lapidibus coniunctis firmiter clauſerunt. His ita peractis, Epiſcopus ad Auguſtam cauſa orationis perrexit: quod locus ille, in quo S. Afræ Eccleſia ſita erat, vrbe tunc non comprehenderetur: nec niſi poſt aliquot luſtra, ſub Adelberone ſeptimo eius loci Abbate, vrbe, pomærio prolato, receptus ſit.

III. Quomodo inuentæ reliquiæ S. Vdalrici.

Iacuit ibidem ſanctiſſimum illud corpus reconditum, annis omnino ducentis decem à tranſitu, nimirum vſq; ad annum Chriſti M. C. LXXXIII. quo accidit, vt 16. Cal. Iulii, cum nimius eſſet æſtus fabrica quędam in valle ſita, igne æſtuans, vicinas domos, & inde omnes officinas, tandem clauſtrum & Eccleſiam ſanctorum Vdalrici & Afræ mira celeritate in fauillas redegerit. Qua occaſione ſepulchrum beati Vdalrici, trabibus deſuper cadentibus confractum, & à ſanctiſſimo ipſius

corpore

Digitized by Google

corpore vacuum eſt inuentum. Hoc vno excepto, quod quatuor tabulæ, quales in loculis mortuorum fieri ſunt ſolitæ, aromaticū ſpirantes odorem, ibidem ſunt repertæ, quæ res opinandi occaſionem præbuit, ſanctum eius corpus in illis reconditum fuiſſe, quando à ſeculo deceſſit. Mæror autem maximus & dubietas nō parua omnes inuaſit, quod corpus illius in ſepulchro minimè reperiſſent. Quare ex præcepto & conſilio Hartuuigi Epiſcopi, quæſitum eſt corpus beati Vdalrici pene per duas ſeptimanas; & inuenta eſt ſpecus murata quadris lapidibus, & ſub illa alia ſpecus murata, minor tamen ſuperiore; & vtraque tamen erat vacua, quæ res auxit dubietatem & mærorem, adeo vt plerique dicerent corpus beati Vdalrici illo in loco non haberi. Tandem in anniuerſaria nocte ſancti Patris ſui Hupaldi voluit tenelari, in tertia videlicet ſpecu murata, quæ & minima, & ſub duabus ſuperioribus erat. Res ergo vſq; ad diem ſancti Laurentii dilata: quo, iuſſu Epiſcopi Præpoſitus ſancti Georgii & alii religioſi viri conuocati, & clauſis Eccleſiæ ianuis, cæmentarii confeſſione & Euchariſtia curati, ſunt inducti, qui per totum diem laborantes, vt locum mundarēt, & lapides quadros miræ magnitudinis de illa profunditate eiicerent, vix imminente nocte opus compleuerunt. Miranda tunc res accidit. Cæmentariis namque prodigioſæ quantitatis lapidem ad ſuperiora funibus trahentibus, funes diſrupti, & ſaxum ipſum decidens, adoleſcentem quendam Conradum nomine ita oppreſſit, vt omnes non ſolum mortuum, ſed etiam membratim contritum & diſſipatum crederent. Auulſo lapide, meritis ſancti Vdalrici, ſanus inuentus eſt; cumque reſpirare aliquantulum iuberetur, ipſe ad opus rediit indefeſſus. Inuento itaque poſt longam inquiſitionem loco, vbi corpus ſancti Vdalrici erat reconditum, Hartuuigus Epiſcopus ſolo pane & aqua contentus, ſacris veſtibus indutus, nudis pedibus demiſit ſe in foueam: prius tamen ſub anathematis comminatione interdicens, ne quippiam de tantis ſubtraheretur reliquiis. Inuentum eſt igitur corpus ſanctiſſimi confeſſoris, cum quibuſdam particulis Pontificalium induuiarum, necdum vetuſtate conſumptarum; & in dextro latere pixis argentea admodū nitēs in ſacculo holoſerico, in qua (vt ferebatur) corpus & ſanguis Domini, & alia ſancta continebantur. Adhæc alia ciſtella ſatis magna & obſerata, plena reliquiis ſanctorum. Quare corpus ſancti Vdalrici cum cæteris reliquiis oſtro inuolutum, pro tempore ligneo loculo (alio poſt ex cupro fabricato) recluſum eſt.

Miraculum de Cæmentario ope S. Vdalrici à morte præſeruato.

IV. Raptores reliquiarum S. Vdalrici puniti.

Epiſc. vero os quoddam de Coſta S. Confeſſoris temerè ſurripuit, & in fruſta comminutum, indecenter pro reliquiis marſupio impoſuit. Sed animo immutatus, valdè infeſtus cænobio extitit, quod reliquiis ſancti Vdalrici pro libitu ſuo potiri non potuit, Congregatione S. Afræ vehementer reſiſtente. Vnde iuſto Dei iudicio, breui ex hac vita ſubtractus, etiam in futuro ſeculo pœnas luit, vt ipſe poſt mortem ſæpius apparens pluribus expoſuit. Præpoſitus etiam ſancti Georgii, maiorem digitum pedis, pio quodam ſubtrahere furto proponens, proprium pedis digitum magno dolore confregit: & marſupium, quod cum in finem collo ſuſpenderat, magno rubore palam amiſit. Fama itaque inuenti ſacri corporis longe lateque diſperſa, in eius honorem paſſim templa erecta, & altaria ſunt conſecrata. Magnus etiam hominum concurſus fieri cepit, & innumera meritis illius patrata ſunt miracula. Poſt ſupradictam autem conflagrationē, & ſacri corporis inuentionem, nouum templum excitatum, & ſolemni Eccleſiæ ritu dedicatum eſt, anno Domini M. D. LXXXVII. VIII. Idus April. Arca inſuper, qua ſacra D. Vdalrici lipſana continebantur, ipſiuſmet Imperatoris Friderici primi, ac trium Epiſcoporum humeris, honoris cauſa elata fuit, & in eo loco vbi nunc cernitur collocata.

V. Reliquiis S. Vdalrici glires fugati.

E priore ſepultura, terra, quam cineres S. Vdalrici dicunt, eruta, & tum Chriſti fidelibus, tum ſiniſtra de religione Catholica ſentientibus, cum poſtulant diſtributa, remedio eſt contra nociuam glirium graſſationem qui eius veneratione, & honorifica aſſeruatione eiici ſolent è domibus, non ſolum Catholicorum, ſed & aliorum. Adduntur porrò ſchedulæ, Latini vel Germanici idiomatis, pro hominum conditione, huiuſmodi ſenſum continentes:

Venerabiles reliquiæ de S. Vdalrici Confeſſoris & Epiſcopi reſoluta carne. Quæ vbicunque decente reuerentia ſeruatæ atque tractatæ fuerint; præſertim ſi in Dei laudem, ſanctique Vdalrici honorem preces aliquæ iungantur, aut eelemoſyna detur, aut celebrentur miſſæ, aut aliqua ſacris vſibus donaria conferantur, aut quæcunq; pietatis opera exerceantur, ibi meritis beatiſſimi Vdalrici, gltres, nociuum genus animalium, neutiquam graſſari, imo nec habitare poſſe, quotidiana fidelium experientia & inſinuatio deuotè atteſtatur.

Iſtud ne cuiquam mirum videatur, meminerit, ſancti Remigii puluere, ab Hincmaro Rhemorum Archiepiſcopo, ſerpentes pulſos eſſe, & terra ſancti Pauli ex Inſula Melitenſi, quoſcumque ſerpentes fugari. *Ex vindiciarum libello, à F. Carolo Stengelio ordinis ſancti Benedicti Auguſt. Vindel. ad SS. Vdalrici & Afræ profeſſo, pro ſepultura eiuſdem ſancti apud Auguſtanos ſcripto contra eos qui Mediolani mortuum ac ſepultum aſſeuerant.*

VI. Vvilhelmi Moguni. Epiſc obitus.

a Vuitich. lib 3.

[a] Obiit pariter Wilhelmus Archiepiſcopus Moguntinus Ottonis Imperatoris ex priori coniugio filius, Regni Francorum adminiſtrator. Pridie quoq; Idus Martias obiit S. Mathildis Regina, mater Ottonis primi Imperatoris humilitate & patientia celebris: nec non deuotione, frequentatione Eccleſiæ, adiutorio pauperum commendata.

VII. Item Ottonis Imp.

Secutus eſt eam Otto Imperator nō multo poſt. Tertia feria ante Pentecoſten, deuenit ad locum qui dicitur Mileuu. Vbi proxima nocte iuxta morem, diluculo de lecto conſurgens, nocturnis & matutinis laudibus intererat, poſt hæc paululum requieuit. Miſſarum deinde officiis celebratis, pauperib⁹ iuxta morem manum porrexit, paululum guſtauit, iterumque in lecto requieuit. Cum autem hora eſſet, proceſſit lætus, & hilaris ad menſam reſedit. Peracto miniſterio, veſpertinis laudibus interfuit: peracto cantico Euangelii, æſtuari & fatigari iam cepit. Quod cum intellexiſſent Principes circumſtantes, ſedili eum impoſuerunt. Inclinantem autem caput, quaſi iam defeciſſet refocillauerunt, expetitoque ſacramento diuini corporis & ſanguinis, & accepto, ſine gemitu cum magna trāquillitate vltimum ſpiritum cum diuinis officiis pietatis creatori omnium reddidit. Poſt Carolum magnum, nemo illo maior religione, amplificatione fidei, pietate, victoriis, & aliis rebus magnis. Incertum quod Petrus Damiani & ipſe quoque titubans Deſiderio Abbati ſcribebat, quaſi à Wilhelmo filio Archiepiſcopo Moguntino, paulo ante obitum, anathemate percuſſus eſſet, quaſi Adeleidam commatrem matrimonio ſibi copulaſſet. Namq; ea numquam commater Ottoni fuit. Defuncto Ottone primo, eius filius Otto ſecundus ſolus Imperium ſuſcepit.

Otto II. Imp.

IESV CHRISTI ANnus 974.

BENEDICTI VI. PAP. ANN. II. OTTONIS II. Imperat. ann. 1. Ioannis Zemiſc. Imper. anno 5.

I. Benedictus PP. à Bonifacio ſedis inuaſore ſtrāgulatur.

a Leo Oſtiē. lib. 2. c. 4.

ANNO *Chriſti* 974. Bonifacius Romanus Ferrutii filius, diaconus Cardinalis, vir ſceleſtiſſimus, Benedictum Pontificem cepit, in carcerem coniecit, & ibidem ſtrangulauit; poſtque eius cædem, Romanum Pontificatum inuaſit: [a] ab antiquioribus ex catalogo Pontificum expunctus.

II. S. Romualdus Anachoretarum in Occidente auctor.

Hoc tempore florebat S. Romualdus Rauennas nobiliſſima Ducum familia ortus, qui nuntium remittens ſeculo, in Claſſenſi cænobio famoſiſſimo prope Rauennam primo monaſticum induit indumentum. Ex quo poſtea ad vitā tranſiens anachoreticam, ita fœcundus in

Digitized by Google

prole Sanctorum fuit, vt Occidentalem Eccleſiam ſanctis repleuerit anachoretis, quorum aliqui Apoſtolatu apud Gentes plurimas defuncti, martyrii coronam meruere. Vitam & res illius geſtas Petrus Damiani deſcripſit.

IESV CHRISTI
Annus 975.

BENEDICTI VII. PAPÆ ANNO 1. OTTONIS II. Imp. ann. 2. Ioannis Zemiſc. Imp. ann. 6.

I. Bonifacio pulſo Benedictus Pap. VII. electus. a *Leo Oſtienſ. lib. 2. c. 4.*

ANno Chriſti 975.[a] Benedictus Romanus ex genere Albericorum Epiſcopus Sutrinus, non ferens eam immanitatem, quam Bonifacius Sedis Apoſtolicæ inuaſor in Benedictum Papam perpetrarat, cum ex vrbe abire coegit. Cæterum nefandiſſimus homo antequam Roma excederet, Vaticanam Baſilicam ſpoliauit, rebuſque omnibus direptis Conſtantinopolim nauigauit. Clerus porro vniuerſus hunc Benedictum, Pontificem elegit, & ſeptimum appellauit.

II. Martyriũ Chriſtianorum in Hiſpania. b *Ambroſ. Moral.*

[b] In Hiſpaniis capta & diruta à Saracenis Septimacenſi ciuitate, qui ab immani cæde ſuperfuere Chriſtiani, Cordubam ducti biennium in carcere exigẽtes, cum Fidem deſerere recuſarent, gladio cæſi ſunt. Inſignis inter eos fuit quidam Saracenus, in ſacro fonte Dominici nomen adeptus. Eius martyris hæreditatem Veremundus Rex Eccleſiæ S. Iacobi dedicauit; hoc præclaro verbo perſuaſus, quia inutile & inconueniens erat, inquit, vt ille eſſet in Regno Cœlorum, & hæreditatem eius poſſideret ruſtica & laicalis conuentio.

III. Zemiſces Imp. veneno perit. c *Curopal.* Baſil. & Conſtant. Imp.

Hoc anno,[c] ingenti damno reipub. Ioannes Zemiſces Imp. cum in Syriaca occupatus eſſet expeditione, iamq; victor vſq; Damaſcum perueniſſet, veneno potatus moritur Conſtantinopoli quarta die menſis Decẽb. Eadem die ſucceſſerunt ei filii Romani iunioris Baſilius & Conſtantinus, ille annum natus vigeſimum, hic a. decimum ſeptimum: reuocata eorum matre Theophane in ſolium, è quo fuerat exturbata. Paulo ante eius mortem, Saraceni expulerant Sergium Damaſcenum Pontificem, qui Romam veniẽs, reperienſq; Bonifacii & Alexii Baſilicam Sacerdotalibus pene officiis deſtitutam, Benedictum Romanæ ſedis Antiſtitem adiit, atq; vt ſe monaſterialem ibi permitteret regulam cõſtituere, precibus impetrauit. Vbi nimirum congruo poſt tempore religioſe degens, vitam finiuit.

IV. Synod. Conſtantinopol.
V. In Concil. Angl. Eduardus Rex eligitur. d *Matth Veſtmonaſt. in flor hiſt. hoc anno.* e *Osbertus in Dunſtano.* Clerici laſciuientes ab Imagine crucifixi Chriſti reprobati.

Conſtantinopoli Synodo celebrata, Baſilius Patriarcha criminis accuſatus, depoſituſq;, ſucceſſorem habuit Antonium Studitẽ. In Anglia[d] Conuẽtu Epiſcoporum & procerum habito, cum de Edgari Regis defuncti ſucceſſore decertarent Anglicani, alteri Eduardum primogenitum, alteri Ethelredũ ex ſecundo matrimonio natum præferentes, S. Dunſtanus Cantuarienſis & Oſuualdus Eboracenſis cum Epiſcopis, Abbatibus & Ducibus in vnum conuenientes, Eduardũ elegerunt, electũ conſecrarunt, & in Regem, quibuſdam murmurantibus inunxerunt.[e] Acciderat tempore interregni; vt plurimi principes & optimates, monachos à Rege Edgaro, in locum clericorum laſciuientium introductos, expulerint; & rurſus eoſdem clericos concubinarios magno fideliũ ſcandalo, ad Eccleſias reſtituerint. Ex qua re cũ maximę controuerſiæ natæ forent, delatæ ſunt ad iudicium Comitii. Ibi S. Dunſtanus, propoſitas ꝓ clero rationes, diſſoluens, rationabiliter cunctis oſtẽdit, clericos; qui ſorte Dei incorrigibiliter per prauitatem vitæ diſſiliunt, nihil per rectitudinem vendicare ſibi poſſe ex iis quæ Eccleſiis data ſunt in ſubſidium eorũ, qui in clericatu pura conuerſatione ſe cuſtodiant. Quibus auditis omiſſa omnis controuerſia eſt. Et Rex, atq; ex pontificibus pleriq; clericorum precibus ad pietatẽ vſq; permoti, Dunſtanum interpellarunt, quatenus hac ſola vice parceret, & clericos iam quod à modo, ſi ſe non correxerint, incurſuri ſint, reipſa doctos de Eccleſia ſua reueſtiret. Siluit Dunſtanus ad iſta, quidq; potiſſimum de negotio agendum eſſet, demiſſo capite, mente pertractabat. Silẽtium ingens occuparat omnes, & ſuſpenſi ad reſpõſum põtificis aures erexerant. Tũc ſubito Crucifixi Dei imago ſigno Crucis in edito affixa, audientibus cunctis dixit: *Non fiet. Non fiet. Iudicaſtis bene, mutaretis non bene.* Tremefacto in his ſimul vniuerſo Conuentu, intulit Dunſtanus: Quid amplius vultis fratres mei? Diuina ſententia audiſtis definitum negotium pręſens. Aiunt. Audiuimus vere. Reſederunt ergo monachi Wintoniæ ſecuri, & quoad clerici ipſi vixerunt, qui eos ſuper iſta cauſa inquietaret, nemo fuit.

IESV CHRISTI
Annus 976.

BENEDICTI VII. PAPÆ ANNO 2. OTTONIS II. Imper. ann. 3. Baſilii & Conſtantini Imp. ann. 1.

I. Bardas Tyran. Orientem affligit. a *Curopal.*

ANno Chriſti 976.[a] Bardas quidam cognomẽto Sclerus, Dux Orientis, ſuorum militum conſilio, Imperatoris nomen & inſignia ſibi vendicabat: confiſus cuiuſdam monachi huiuſmodi vaticinio, quod per quietẽ ita fuerat patefactum: videbatur enim ſibi videre homines igneos, qui Bardam aſſumptum in quamdam celſiſſimam ſpeculam adducerent, ibiq; occurrere ſe mulieri humana ſpecie inſigniori, quæ ſibi traderet regium flagellum. Hoc flagellum Bardas exiſtimabat Symbolum Imperii; ſed reuera contra Romanos erat diuina ira. nã magna affecit calamitate Orientale Imperium, cum Baſilius Præfectus vigilum, qui Zemiſcam veneno ſuſtulerat, & ſub iunioribus imperatoribus res adminiſtrabat, eum in ordinem reducere conaretur. Cuius calamitatis ne particeps eſſet Antonius Studites Patriarcha, ſponte ſe dignitate illa abdicauit. nemine poſtea audente, quoad viuebat, ſedem illam occupare.

II. De S. Nilo Abbate. b *Acta S. Nili.*

[b] Miſerant per id temporis, Imperatores, ad regendã Calabriam, Leonem Domeſticum Comitem, & Nicolaum Spatharium. Hi in prouinciam cum adueniſſent; inuenerunt Sanctum Nilum, ab origine Græca Roſſani in Calabria natum, doctrina atq; pietate inſignem, ab infantia Dei eximium cultorem, & poſt matrimonium monaſticam vitam ſectantem; tanta virtutum præſtantia, vt & omnes ſui inſtituti profeſſores facile antecelluerit, & toti Occidẽti atq; Oriẽti longe clariſſimo fulgore ſanctitatis illuxerit. Ad eum Græculi acceſſerunt; & vt curioſi fuerant, de multis reb. ſciſcitati; periculum eius doctrinæ facere voluerũt. Ex multis q̃ propoſuerãt; interrogarunt; quomodo verum, quod reuelatum eſſe legitur S. Symeoni Stylitæ; quia ex decem millibus vix reperitur vna anima his temporibus, quæ ad manũ Sanctorum Angelorum perueniat. Tum Sanctus, ex Sanctorum patrum, & ſacræ ſcripturæ auctoritatibus, euidenter oſtendit; multos quidẽ vocari, paucos vero ſaluari. Alter deinde interrogauit; An ſaluus ſit admirabilis ille Salomon, nec ne? Cum vero ſpiritu cognouiſſet Nilus adulterii vitio illum detentum, reſpondit ipſi: ſcire ego etiam vellem de te, an ſaluus ſis nec ne? Quæ enim vtilitas mihi vel tibi ex ſalute vel damnatione Salomonis? Non enim illi, ſed nobis præceptum fuit illud: *Quicunq; reſpexerit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt cum ea.* & illud: *Si quis templum Dei corruperit, corrumpet illum Deus.* De Salomone a. nihil vſquam reperimus in ſacra ſcriptura; quod pœnitentiam egerit poſt peccatum, ſicut de Manaſſe. Quis igitur de illo dicere poterit, quod ſaluus ſit? Hæc & alia plura cum interrogaſſent, & S. Nilus viciſſim reſpondiſſet; egreſſi è cellula, cum paruum caputium cuiuſdam fratris repetiſſent, ponenteſq; ſuper capita ſua illuſiſſent, Sanctus illorum ſcurrilitatem reprehendit dicens: Hoc quod nunc vos irridetis, ecce veniet hora, in qua vehementer cupietis

Irriſor S. Nili morte punitus.

illo indui,& non eritis digni, hæc ille, cum & vna cum prophetico hoc ſermone rigor & capitis dolor Domeſticum occupauit; qui domum ſuam quamprimum reuerſus,ad cubile ſe deiiciens, præcepit vocari ad ſe aliquem ex religioſis ſacerdotibus.qui cum veniſſet, & ad cubile appropinquaſſet,vt diceret, quanam de cauſa ab eo vocatus eſſet,inuenit illum iam mortuum. Qua re cognita,timor occupauit eos, qui cum ipſo à monaſterio venerant, & omnes admirati ſunt Nili prædictionem.

III. Eupraxii à S. Nilo perſanati pœnitentia.

Poſt Leonem Comitem Domeſticorum, venit in Calabriam Eupraxius.Qui, quod eum vna cum reliquis S. Nilus non viſitaſſet,contemni ſe putans,malum meditari cœpit Sancto viro. Cæterum gangrena in partibus verendis, ex illicita cuiuſdam congreſſione percuſſus, cum morbus medicorum inutilem eſſe artem argueret, pœnas autem exigeret à luxuriæ inſtrumento; biennio ita ſordens tandem ſupplex fuit S.Nilo. Vidit ille profluuium lacrymarum Eupraxii,& ad commiſerationem motus, vno verbo ſanitatem animæ & corporis homini impertiuit. Nam Eupraxius repente ex faſtuoſo in humilem mutatus, monaſticum habitum pene extorſit ab illo. Aderat tunc medicus Hebræus Domnulus nomine, ſpectator omnium quæ fiebant. Qui inde egreſſus,& quod geſtum erat admiratus,dixit illis qui aderant:Vidi hodie mirabilia,quæ olim facta audiui. Nũc vidi prophetam Danielem cicurantem leones. Quis enim vnquam potuit huic leoni manus imponere? Iſte vero iunior Daniel,& comam totondit illi,& caputium iniecit.Et hæc quidem dicebat Hebræus. Eupraxius vero,poſtquam totum Angelicum officium peractum fuit in ſeipſo, hortatus omnes ad prandium, cum ſeipſum compoſuiſſet,& inſtar famuli accinxiſſet,illis ſeruire ſatagebat,qui ante multos dies è cubili ſurgere non poterat, confirmatus virtute Spiritus Sancti, & gratia manuum Beati Nili. Cum vero illi imperatum eſſet vt ſederet prope ipſum;petiit iterum, vt ſibi liceret inſtar famuli miniſtrare menſæ:ex quo facto, omnes ſtupebant præ vigore & promptitudine viri illius, & Deum glorificabant.Poſt hæc autem cum omnia bona ſua pauperibus & Eccleſiis dediſſet, atq; omnibus egenis & domeſticis aliquid legaſſet,& ſeruos libertate donaſſet, tertia die ad Dominum profectus eſt cum omni contritione & gratiarum actione,fide & ſpe ſecura ad illum properans,qui per prophetam dixit; *Nolo mortem peccatoris, ſed magis vt conuertatur & viuat.*

IV. De Ioannis Parmæ Abb. obitu.

Hoc anno vixit Ioannes Parmæ Ioanne patre & Euphroſyna matre nobilibus natus, ſeu potius ex matris defunctę vtero extractus.Hic literis humanis & diuinis à pueritia operam dedit,vnde à Sigifredo Epiſcopo Canonicus Parmenſis Eccleſiæ eſt creatus. Factus grandior,in Palæſtinam ſe contulit, ibiq; loca ſacra non ſine lachrymis ſæpius viſitans, habitum monaſticum S. Benedicti induit. Reuerſus in patriam, ab eodem Epiſcop.Abbas monaſterio S.Ioan. Euangeliſt.à ſe constructo,præfectus eſt. Quo in officio, mira humilitatis,patientiæ,manſuetudinis,& in pauperes miſericordiæ,exempla reliquit, ſeſe macerationibus continuis affligebat. Cum dies obitus inſtaret, graui febre correptus, à ſanctiſſima Dei genitrice, cella cœleſti lumine illuſtrata, viſitatus eſt, nec multo poſt Sigifredo & Monachis aſtantibus, animam Deo reddidit, ibidem tumulatus. Hunc Greg. VII. Pontif. Max. in SS.numero,ob miracula,quibus poſt mortem claruit, adſcripſiſſe fertur. *Ex monum. Eccleſ. Parmenſ.*

IESV CHRISTI
Annus 977.

BENEDICTI VII. PAPÆ ANNO 3. OTTONIS II. Imp. ann. 4. Baſilii & Conſtantini Imp.ann. 2.

I. Sergii obitus. a *Latin. Sepulchralis.*

ANNO Chriſti 977. [a] Sergius Damaſci Metropolita, cum apud Baſilicam SS.Bonifacii & Alexii monaſticam vitam inſtituiſſet,& quatuor annis ſancte coluiſſet,ſancto fine quieuit;in eadem Eccleſia ſepultus.

II. Romualdus fit Eremita cum Duce Venetum & aliis. b *Petrus Damian. in Romualdo.*

Eodem anno [b] S.Romualdus, vitam æmulatus anachoreticam,Marinum virum Sanctiſſimum idem genus vitæ magna obſeruantia excolentem adiit; apud quem adeo profecit,vt ſuo exemplo viros nobiliſſimos ac potentiſſimos ad idem vitæ inſtitutum ſectandum attraxerit:& inter alios Petrũ Vrſeolum Ducem Venetiarũ, & Ioannem Gradenicum ęque nobilem Venetum.Cõplex fuerat Petrus cædis Vitalis Candiani Ducis, vt eo interempto ſolus principatu poriretur. Potitus, ſtatim pœnitudine ductus cogitare cœpit,quanã ratione poſſet facinus expiare. Quidam tunc venerabilis Abbas nomine Guarinus,ex vlterioris Galliæ partibus, orationis gratia per diuerſas mundi regiones peregrinari ſolitus erat.Hic igitur ad Ducem veniens, ab eo protinus, vt ſibi ad euadendi tanti reatus periculum conſilium pberet,rogatus eſt.Is porro accerſitis Marino & Romualdo vitam eremiticam excolentibus, ex eorum ſententia Petro præcepit,Ducatum iniuſte occupatum, vna cum ſeculo relinquere.Difficile fuerat homini ex tot oculis euadere. Quamobrem tutum putauit hoc vtendum eſſe conſilio. Imminente feſtiuitate cuiuſdam ſancti Martyris,cuius vocabulo baſilicam in propria poſſeſſione adhuc priuatus habuerat, illuc pridie vxorem ſuam præmiſit,ipſe quaſi mox ſecuturus: hoc ei præcipiens, vt ornatum Eccleſiæ accuratiſſimum prouideret, & ſecum venientibus ſumptuoſas epularum delicias in craſtinum præpararet.Ipſe autem poſt coniugem remanens,iis de ſuis theſauris, quæ videbantur ablatis, cum Ioanne Gradenico ſuo familiari, qui prędictę conſpirationis conſcius fuerat,& cum Guarino, Marino & Romualdo,nauem aſcendit,deinde in Galliam ad monaſterium Guarini Abbatis Magnus conuerſus aufugit. Ibi extra monaſterium anachoreticam vitam ducens Petrus,migrauit in cælum: Guarinus vero, Marinus & Romualdus monente ſpiritu in Italiam reuerſi magna ſanctitate claruerunt. Ferunt Petrum ſpiritu prophetico futura filio Petro ad ſe in Gallias venienti prædixiſſe: Noui, inquit, fili mi, procul dubio, quia Ducem te conſtituent,& proſperaberis. Tu tantummodo ſatage, vt & Eccleſiis ſua iura conſerues,& erga ſubditos amore vel odio alicuius à iuſtitia non declines.

III. Olibani Comitis conuerſio.

Aliquando quidam Comes Olibanus nomine, in iis Galliarum Aquitaniæ partibus,ſub cuius iure monaſterium prædicti Guarini Abbatis fuerat poſitum, multa quidem dignitate illuſtris, ſed multis etiam peccatorũ molib. aggrauatus, Romualdum ibidem agentem gratia viſitationis adiit, & cæteris extra cellulam manentibus,ſolus cum ſolo geſtorum ſuorum ſeriem, narrare quaſi per confeſſionem cœpit. Cui vir venerabilis,his, quæ ab eo referebantur, auditis reſpondit, eum aliter ſaluari non poſſe, niſi mundum relinquens, ad monaſterium conuolaret.Reluctabatur aliquantum: cæterũ poſtea magis compunctus,ſua relinquens filio,oneratis theſauro quindecim ſagmariis, comitem ſe tribus his diuinis viris in Italiam euntibus dedit, & in monaſterio Caſſinate monaſticam profeſſus eſt.

IV. c *Ambroſ. Moral.*

Eodem anno, [c] die 1.Martii in cœlum migrauit S. Rudeſindus Compoſtellanus Epiſcopus,à Cœleſtino III.Pontif.Max inter Sanctos relatus.

Digitized by Google

IESV CHRISTI
Annus 978.

BENEDICTI VII. PAPÆ ANNO 4. OTTONIS II. Imper. ann. 5. Baſilii & Conſtantini Imp. ann. 3.

I. S. Wolfgāgi Ratiſ. Epiſc. ope Romanus exercitus flumen vadat. a *Sigebert in Chron.*

ANno Chriſti 978.[a] Otto Imp. vt ſe de Lothario Francorum Rege, propter quaſdam offenſas vlciſceretur, Lutetiam Pariſiorum vſque exercitum admouit. In reditu, cum ad flumen quoddam tumidum perueniſſet, neque aliquis tranare ſe poſſe exundantem alueum exiſtimaret, S. Wolfgangus Ratiſponenſis Epiſcopus, præſenti periculo commotus ſuſpexit in cœlum, & tum ſibi, tum ſuis bene precatus atque benedicens, iuſſit ſuos incunctanter flumen tranſire. Sed illis adhuc cunctantibus, & Francis interim à tergo acriter inſtantibus, ille primus in nomine Domini (quod ſemper in eius ore verſabatur) fluuium ingreſſus ſuos animauit, nec quiſquam eorum vllum expertus eſt periculum. [b] Dumque Ottoniani incolumes flumen vadaſſent, Franci quoq; imminētes volebant tranare. Sed non par fuit ſucceſſus. Quotquot enim vadum ingreſſi eſſent, omnes demerſi interierunt.

b *Aimon. lib 5. c. 44.*

II. Eduardus Rex Angliæ dolo Nouercæ trucidatur. c *Apud Sur. 18. Martii.*

In Anglia,[c] S. Eduardus Rex inſidiis nouercæ Eldfrithæ occiſus eſt. Volebat impia Ethelredum filium decennem in ſolio paterno collocare: ſed per vitam Eduardi nequibat. Itaque occaſiones perdendi Regem quærebat. Obtulit ſe die quadam. Cum enim ex venatione laſſus & ſiti nimis affectus potum quæreret, & à miniſtris vt fit in venatu relictus eſſet, Corneſgatem villam in qua nouerca cum Ethelredo deliciabatur deflexit, nihil hoſtile expectans. Excepit illum oſculo ſcelerata illa, & poculum porrexit. at interim ſubornatus carnifex, ſica bibentem transfodit. Vulnere accepto non ſtatim concidit, ſed calcaribus equo additis ſuos quærere voluit. cæterum exundante cruore, vna cum ipſo animam innocentem effudit. Tulit illico impia illa corpus ſancti, & apud Marcham ſepeliri ſine honore iuſſit. Sed affuit diuinæ iuſtitiæ manus, & innocenter cæſum miraculorum gloria illuſtrauit. Nam adeo cœleſtia ibidem viſa ſunt delapſa fuiſſe luminaria, vt etiam cum ipſis luminum radiis, claudis reſtituerentur greſſus, cęcis viſus, mutis loquela, & cuiuſcunq; infirmitatis liuore detenti optatæ ſanitatis pmia conſequerentur. Inter multitudinē innumerabilē populorum, quæ ad locum ſepulturæ concurrebat, accedere ēt interfectrix properabat: ſed equo vno & altero, quamquam ſtimulis vrgerentur, immobiliter defixis, gradum mouere nequiuerat. Quo miraculo perculſa, mirum in modum pœnituit, adeo vt multis annis carnem ſuam in deliciis enutritam apud Warewelam cilicio domaret, ſolo proſtrata ſomnum caperet, & cruciatus quoſcunq; potuit corpori applicaret. Ælferius quidam, eo quod monaſteria monachorum deſtruxiſſet, fact. pœnitens, corpus ſancti extulit, & apud Scephtoniam digno honore collocauit. Sed neque ſic dignam ſceleribus vltionem euaſit, poſt annum à vermibus totus conſumptus.

III. Innocentia Regis miraculis illuſtrata.

IV. Vltio diuina in inuaſores rerū Eccleſ. d *Apud Sur. 8. Ian.*

Eodem tempore[d] Carolus Dux Lotharingiæ frater Lotharii Regis, pugnans aduerſus Hermenefradum occupatorem rerum Eccleſiaſticarum, accepit ab eo corpus S. Gudilæ virginis, & Bruxellas intulit. Inuaſores autem poſſeſſionum illius & deſcendentes hæredes diuina vindicta iugiter eſt proſecuta, vt omnes miſerando vitam finirent interitu.

A

IESV CHRISTI
Annus 979.

BENEDICTI VII. PAPÆ ANN. 5. OTTONIS II. Imper. anno 6. Baſilii & Conſt. Imp. ann. 4.

I. Ethelredus Rex Angliæ coronatur. a *Matt. Weſtmonaſt.*

ANno Chriſti 979. Calendis Maii,[a] S. Dunſtanus Cātuarienſis & Oſuualdus Eboracenſis, cum aliis Epiſcopis & proceribus Anglorum Ethelredum puerum Regem coronauit. Ad hunc autem, ſpiritu prophetiæ afflatus dixit; Quoniam aſpiraſti ad Regnum per mortem fratris tui, quem occidit mater tua, propterea audi verbum Domini. Hæc dicit Dominus: Non deficiet

B gladius de domo tua, ſæuiens in te omnibus diebus vitæ tuæ, interficiens de ſemine tuo, quouſque Regnum tuum transferatur in Regem alienum, cuius ritum & linguam gens, cui præſides, non nouit: nec expiabitur, niſi longa vindicta, peccatum tuum, & peccatum matris tuæ, & peccatum virorum illorum qui conſilio eius nequam interfuerunt. Poſt hanc Dunſtani viri Dei prophetiam nubes per totam Angliam nunc ſanguinea, nunc ignea viſa eſt.

Prophet. Dunſtani de Rege Angliæ.

II. Conc. Calnenſ. in cauſa Clericorum diuinitus perturbatum. b *Osbert. Dunſtan.*

[b] Porro hoc eodem tempore, alia Synodus Calnæ habita eſt in cauſa clericorum, quorum ſedes monachi occuparant. Vbi cum in cænaculo, abſente Rege propter imbecillem ætatem, conſidentibus totius Regni ſenatoribus magno conflictu hinc inde allegantium res ageretur, & Dunſtanum quaſi Eccleſiæ murum multorum iacula conuiciorum impeterent, nec vincerent:

C ſolarium ſubito totum, quo conſidebant, cum axibus diſſolutum eſt & trabibus omnibus in terram truculenter eliſis, ſolus Dunſtanus ſtans ſuper vnam quæ ſuperſtes erat, trabem, abſq; læſione cum ſuarum partium monachis & reliquis euaſit. Cæterum omnes partis aduerſæ, vel exanimati ſunt, vel languore perpetuo detenti.

IESV CHRISTI
Annus 980.

BENEDICTI VII. PAPÆ ANN. 6. OTTONIS II. Imp. ann. 7. Baſilii & Conſt. Imp. ann. 5.

D

I. De electione Adalberti Epiſc. Pragenſ. a *Apud Sur. 23. April.*

ANno Chriſti 980.[a] Otto Imperator in Italiam veniens, Sancto Adalberto à Pragenſibus electo Epiſcopo, virgam paſtoralem ſeu poſſeſſionem Epiſcopi, Veronæ cum eſſet conceſſit. Commendabant Adalbertum, nobilitas, diuitiæ, ſcientia, mores placabiles, atque ad ſanctitatis formulam compoſiti; ab eo ſcilicet tempore quando à moriente Epiſcopo Pragenſi audiſſet, quod à nigris ſpiritibus ad tartareum chaos deportaretur. Tantus enim eum horror tunc inuaſit, vt exinde fræna poſuerit animis, mores emendauerit, deſideriis carnis æſtu diuini amoris excoctis. Quamobrem erat quod clerum Pragenſem moueret ad illum eligendum. Sane eo die, intra Epiſcopium dæmoniacus locutus; Quid moleſti eſtis mihi, inquit: Væ

E ſatis eſt mihi, amplius hic ſtare non poſſum. quia electus eſt hodie populo terræ Epiſcopus, quem valde timeo, Chriſti cultor, Adelbertus. Sic ait, & quaſi dicto citius è corpore infeſſo dæmon exceſſit. Vnctus eſt Adalbertus ipſo die SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, à Wilegiſo Archiepiſcopo Moguntino.

II. S. Nilus tendit in monaſterium Caſſinenſe. b *Leo Oſtienſ. lib. 2. c. 17.*

Per idem temporis S. Nilus prophetico ſpiritu præcognoſcens Saracenos Calabriam recepturos, noluit ad Orientales pergere, ſiue vt vanam gloriam apud ſuos non quæreret, & apud Latinos ignotus degeret; ſiue ne occaſionem periculi ſibi exciret; multis Græcorum exiſtimantibus illum à partibus Imperatoris Occidentalis contra ſuos ſtare. Pergenti ad monaſterium Caſſinenſe, obuiam venit vniuerſa monachorum turba vſq;

ad montis radices, ſacerdotes & diaconi ſacris veſtibus, vt in die ſancto induti, cereos & thuribula præ manibus habentes. & ita B. Nilum ad monaſterium deduxerunt; nec aliud quidpiam videbantur audire & videre, quam ſi magnus Antonius Alexandria ad ipſos veniſſet, vel è mortuis Magnus Benedictus ſurrexiſſet, diuinus ille ipſorum legiſlator & magiſter. Et rectè quidem iudicabant, & à ſcopo non aberrabant. Omnes enim qui ex ipſis vel corporis vel animæ aliquo detinebantur morbo, curati ſunt, & vtilia ab ipſo ſunt lucrati; & qui ſpeculationi incumbebant, doctrinam adepti ſunt: qui in bonis erant operibus, ducatum: qui in peccatis, correctionem: qui in virtutibus exhortationem: qui bene valebant, abſtinentiam; qui male, ſalutem. Et vnico verbo: quemadmodum olim Iſraelitis ſingulis ipſum manna, ad eorum guſtum conuertebatur & commodum, quapropter in tribubus eorum non erat infirmus: talem ſe etiam iſtis monachis Nilus propter miracula præbuit, cum ipſos & curaſſet, & lætitia cumulaſſet præſentia ſua. Maxime autem eos recreauit, cum & bonum ordinem monaſterii, qualem in Græcia non viderat collaudaſſet, & Græco ritu ſacra apud eos celebraſſet, verſibuſque Græcis totam vitam & res præclare à Diuo Benedicto geſtas complexus in publico cecinifſet: & reſponſis acutis ad quæſtiones eorum abunde ſatisfeciſſet. Inter alia quæſierant de Sabbati ieiunio. Ille vero breuem reſponſionē cum dediſſet, ita ſe explicuit dicēs *Qui comedit, non comedentem non ſpernat. Et qui comedit, comedentem non iudicet: Deus enim vtroſq; ſuſcepit. Tu vero, quare iudicas fratrem tuum? Siue igitur comedamus nos ſiue non ieiunemus, omnia ad Dei gloriam faciamus. Si vero accuſatis nos, quod Sabbato non ieiunemus, videte ne contra ſanctis patribus & columnis Eccleſiæ, acere inueniamini; Athanaſio videlicet, & Baſilio, & Gregorio, & Ioanni Chryſoſtomo, & exceteris aliis Sanctis, Sanctis etiam Synodis, qui quod non ſcirent illud ipſum neq; lege ſanxerunt: Ambroſio præterea doctori veſtro de quo perſpicuum eſt in eius vita, quod per totam hebdomadam ieiunabat, præter Sabbatum & Dominicum diem. Ego vero non; Sanctum Sylueſtrum aduerſarium puto ſanctis patribus ſanxiſſe hoc ieiunium: neq; poteſtis aſſerre rationem de hac re vel Canones afferre, præter auctores eius vitæ, cui nullus ita facile credet, cum nulla eius rei aperta appar. at demonſtratio. Nos nihilominus, omnes tenentes verborum vanitatem, (non enim malum eſt ieiunium) dicamus illud Apoſtoli, quod cibus non commendat nos Deo. & quæ ſequuntur. Vtinam vero etiam nuſiert Iudæi Dominum noſtrum Cruci affixum adorarent. & ſi ieiunarent vel ipſos Dominicos dies, non eſſet nobis cura de hoc. Omnia enim quæ fiunt propter Deum, bona ſunt, & non contemnenda; nec ipſum homicidium Phinees & Samuel reipſa oſtenderunt. Nos igitur beneſacimus non ieiunantes Sabbato, vt Manichæos execrandos aduerſemur, qui eo die plorant, & vetus Teſtamentum accuſant, quaſi non ſit à Deo traditum; non abſtinemus vero ab operibus, ne ſimiles ſimus impiis Iudæis D. interfectoribus. Vos vero ieiunantes vos ipſos pro ſancto reputaſtis non die recte celebrando.* Hæc & alia plura diſſeruit. S. Nilus apud fratres Caſſinenſes. à quorum Abbate Aligerno monaſterium S. Michaelis Archangeli vallis lucis nuncupatum, obtinuit ad inhabitandum.

Eodem anno, [c] S. Haraldus Rex Danorum à Suen Otto filio, qui primus Chriſtianitatem Danis indixerat parricidali ferro interemptus eſt, poſtquā annos quinquaginta regnaſſet. Dolebat impio, quod tamdiu pater ſuperſtes Regnum adminiſtraret. Quamobrem cum his quos pater inuitos ad Chriſtianitatem coegerat cōſpiratione facta, illum ſenio veneranduṁ, ex inſidiis occidendum curauit. Nam Dani Chriſtianitate in momento abdicata, Suen Ottonem Regem conſtituentes, bellum Haraldo indixerunt; in quo lethaliter percuſſus, & ex acie fugiens nam in ciuitatem Slauorum Iumne nuncupatam delatus, poſt dies aliquot in confeſſione Chriſti migrauit.

Occiſo patre Suen Otto, magnam perſecutionem in Danos Chriſtianos excitauit. Sed non impune. Cum enim neque precibus, neque muneribus, neque lacrymis Archiepiſcopi à ſua ferali ſæuitia moueretur, vt à Chriſtianis perſequendis deſiſteret; ſecuta eſt vltio Diuina Regem Deo rebellem. Nam cum bellum ſuſcepiſſet cōtra Slauos, bis captus, & in Slauiam ductus, toties à Danis ingenti pondere auri redemptus eſt. nec tamen adhuc reuerti voluit ad Deum, quem primo in morte patris offendit, & deinde in nece fidelium irritauit, & iratus Dominus, tradidit eum in manus hoſtium, vt diſceret non blaſphemare. Nam Hericus Suecorum Rex, nauali prælio illum fudit, & totam Daniam occupauit. Ita miſer Regno exutus primum ad Northmannos, deinde ad Britones, & ad extremum ad Scotos errabūdus accedens, quatuordecim integris annis, fere vſque ad mortem videlicet, in exilio acerbam vitam duxit: donec tandem in ſe reuerſus, pœnitentiaque acta in gratiam Dei rediens, poſt mortem Herici, vna cum eius relicta regnum receperit, & contra Olaphum Northmānum adeo feliciter pugnauerit, vt is in mare ſeipſum præcipitans, dignum vitæ finem inuenerit.

Præclara geſta Nili anachoretæ.

Reſpondet Caſſinenſibus Monachis de ieiunio ſabbati.

III. S. Haraldus Dan. Rex a filio martyrio afficitur. c Ad. in lib. 2. c. 18 & 25.

IV. Suen Daniæ Rex ob perſecutionē Chriſtianorum punitus.

IESV CHRISTI
Annus 981.

BENEDICTI VII. PAPÆ ANNO 7. OTTONIS II. Imper. ann. 8. Baſilii & Conſtantini Imp. ann. 6.

ANNO Chriſti 981. [a] Antonio Studite, qui ſe Patriarchali dignitate exuerat, mortuo, Nicolaus cognomento Chryſoberges Patriarchalem ſedem Conſtantinopoli obtinuit. Quo tempore, Samuel Bulgarorum Rex viribus recuperatis, multas prouincias imperii deuaſtauit; Lariſſamq; caput plurimarum ciuitatum cepit, & exinde reliquias S. Achillei Epiſcopi extulit, & in ſepta repoſuit.

In eo prælio Baſilius Apocaucus Prætor imperatori militauit. [b] qui priuſquam rediret in patriam, Lacedæmonem venit, vt Sacram Beati Niconis thecam adoraret, ſuumq; in illum amorem & ſtudium teſtaretur. diſcedens autem collectum vaſculo ſacrum vnguentum, quod ſanctificationi, maliſque & morbis omnibus depellendis proficuum eſſet, domum tulit. Domi ergo Gregorium quemdam ex famulis intimum, lethali morbo decumbentem, ac deſperata per medicum valetudine nactus, diuino quod gerebat vnguento Gregorium certa fide ſpem fulciens inunxit. Res mira! ſub mediam noctem è lecto repente deſiliens æger, ſtiſque pedibus gradiens, ſonora voce qui modo elinguis erat, vxorem vocauit. Apocaucus ad vocis ſonum excitus, accurrit; & ſanitati, aut vitæ potius reſtitutum cernens, modum cauſamque interrogauit. Tum ille: *Monachum quemdam ſibi aſſtitiſſe aiebat, inſignem cruore virgam manu geſtantem, cultuque corporis eremitico, & ſe habitu morbum protinus depuliſſe. Aſtans enim mihi*, aiebat, *monachus ille* (cuius etiam vultus lineamenta ſignabat, ex quibus Apocaucus Sanctum Niconem eſſe didicit) *manuq; prehendens, Deus*, inquit, *propter Apocauci fidem vitam tibi Metonoitæ precibus largitur* & cum hoc dixiſſet ſtatim abiit. Ego vero integram valetudinem adeptus ſum.

I. Nicol. Chryſob. Patriarch. Conſt. a Curopal. Imperium a Bulgaris vaſtatum.

II. Greg. quidam per S. Niconem ſanatus. b Acta S. Niconis.

IESV CHRISTI
Annus 982.

BENEDICTI VII. PAPÆ ANNO 8. OTTONIS II. Imp. ann. 9. Baſilii & Conſt. Imp. ann. 8.

ANNO Chriſti 982. [a] Sāctus Nicon etſi cæteris virtutib. polleret, maxime tamen odio gentis Hebræorum ardebat: adeo vt nec lingua nec auribus vim pati nomē illorum vellet; exemplo Dauidis qui etiam dicebat: *Quoderunt te Domine oderam, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam.*

I. Peſtis Lacedæmone per præſentiā Niconis ſedata. a Act. S. Niconis

bam perfecto odio oderam illos, inimici facti ſunt mihi. Propterea nomina eorum labiis meis non commemorabo. Plurimi horum Lacedæmone demorabantur, & Chriſtum blaſphemabant. Quamobrem hæc non ferens Nicon ea ciuitate exceſſit, & Amyclas contendit. Statim vero ac ciuitatem reliquit, peſtis eam inuaſit. Miſere Spartani, qui Niconem reducerent. Promiſit ille, ſi modo ipſi Hebræos ciuitate expellerent: à quibus cauſam mali oſtendebat. Eiecerunt ilico; & in loco Synagogæ Eccleſiam Chriſto dedicarunt.

II. Conuitiator S. Niconis diuinã vindictam experitur.

Ædificabatur forte templum, cum quidam Hebræorum, ab Ioanne Arato opificii cuiuſdam prætextu, introductus in Niconem offenderet. Ille tunc bellator iuxta prophetam factus, conſueta lenitate paululum intermiſſa, leoninum animum induit, & fuſte qui propter iacebat, arrepto, Iudæum male acceptum foras extruſit, formidabiliorque hoſtibus, quam Hercules ille ſua claua viſus eſt. Exinde Aratus furore contra ſanctum inflammatus, illum conuiciis proſcindebat, & maledictis deuouebat: ſed digno amentiæ fructu. Non enim tarda fuit vindicta, qualis ſæpe numero diuina bonitate conuerſionem præſtolante, contingere ſolet; ſed è veſtigio, de repente, nec opinantem, vt mox dicam oppreſſit. Nocte proxima obiecti ſunt infelici duo ſenes in ſomnis, quos alii duo ſequebantur, forma quidem eunuchi, ſed longe quam humana præſtantiore. Ab his vero flagris cædi ſibi videbatur, & ſic verbis increpari: Quomodo tu eo es prouectus audaciæ, vt ſeruum Dei contemnere, & conuiciis appetere non dubitares? deinde in obſcurum poſt verbera carcerem recludi. Et cum veniam multis oraſſet; vix tandem cædendi finem feciſſe, nec tamen è cuſtodia dimiſiſſe. Expergefactus igitur, grauem ſtatim in febrem incidit: accitoque Nicone, ad eius pedes aduolutus, miſericordiam implorauit. Cui beatus: Quæ in me perpetraſti, ait, ea tibi frater, quantum in me eſt, condonabuntur. Sed quoniam vitæ finis cœleſti decreto præſtitutus eſt; nemo erit de cætero, quemadmodum ait propheta, qui Dei conſilium diſſipare poſſit. Et his dictis ad monaſterium reuerſus eſt. Illi vero tertia poſt dies infelici morte vitam eripuit. Ex quo metus ingens ac trepidatio Lacedæmonios inuaſit; nec repertus eſt quiſquam à minimis & maximis, qui ad Niconem non aduolaret, eiuſque iuſſis pareret. Fidem enim omnibus fecerat exemplum, qui Chriſti ſeruos ludibrio habent; quoniam vtiq; eſt fructus iuſto, & Deus iudicans eos in terra.

IESV CHRISTI
Annus 983.

Benedicti VII. Papæ Anno 9. Ottonis II. Imper. anno 10. Baſilii & Conſt. Imp. ann. 9.

I. Viſiones de damnatione ad inferos Principum perditorum.
a *Petrus Dam. ep. 5. ad Dominicum Loricatum.*

ANno Chriſti 983.[a] Aliquis anachoretarum in prærupta rupe Neapolitanæ regionis, iuxta viam publicam habitans, mira etiam vidit de perditorum Principum damnatione. Dum enim nocturno tempore pſalleret, & feneſtram cellulæ horarum explorator aperiret, vidit multos nigros homines tanquam Æthiopes iter carpere, & longo tractu ſarcinarios comminare. Cumque eos inquireret, qui eſſent, cuiuſue rei gratia hæc iumentorum pabula deuectarent: Maligni, inquiunt, Spiritus ſumus: hæc paramus non pabula pecoribus alendis, ſed fomenta potius ignium hominibus comburendis. Præſtolamur enim in proximo principem Capuæ Pandulfum, qui iam decumbit, & Ioannem magiſtrum militum Neapolitanæ ciuitatis, qui adhuc viuit incolumis. Succeſſit quod vidit. Namq; Pandulphus paulo poſt obiit, & Ioannes poſt dies quindecim eum ſecutus eſt.

II. Otto Imp.

Eodem anno, Otto Imperator, infeliciter contra Græcos & Saracenos in Calabria pugnauit. Aſtrinxerat ſe multis peccatis; maxime vero perturbatione Eccleſiarum, quarum ſibi diſpoſitionem præſumptuoſe vſurpabat, omniaque miſcebat. [b] Inter reliqua, Epiſcopatum Merſpurgenſem Diuo Laurentio martyri dicatum extinxit, vt Magdeburgenſem Archiepiſcopum ditiorem efficeret. Qua re diuinam iram in ſe prouocauit, quam cuidam ſapienti viro Deus in hunc modum in viſione præmonſtrauit. Nocte enim intempeſta, quando altus ſopor ſolet occupare homines, vidit, ſecundum quietem, Regem Ottonem aureo ſolio ſedentem, ſub pedibus eius argenteum ſcabellum, Epiſcoporum & aſtantium procerum circa ipſum proſpexit ſeriem longam. Intrauit autem decora facie, inſtar ignis, iuuenis, quem niuea veſtis veſtiuit, & purpurea ſtola in pectore cinxit. Nec ſtetit: ſed perrexit, & argenteum ſcabellum ſub pedibus Imperatoris ſubtraxit, atque auerſo vultu ianuam petiit. Quod ægre ferens, ille qui ſomnium videre meruit, poſt illum occurrit; &, Quæſo, inquit, Domine mi, dedecus ne facias, ſuppedaneum reddas, quiſquis qui tanta audes, obſecro, Regem coram populo ne confundas. Immo, inquit Laurentius qui apparuerat, ſi meũ dedecus non emendat, maiora faciam; & ſubtracto ſcabello, ipſo ſolio deponam. Non emendauit errorem Otto; & ideo citam ſibi perniciem accelerauit. Occiſo enim in Calabria eius exercitu, ipſe vix enatauit; & à quodam Slauo miniſtro equo impoſitus, vix effugit. Cæſi ſunt in eo prælio plurimi Epiſcoporum Germanorum, qui contra decorum & honeſtum armati militarunt.

ob iniuriã illatam S. Laurentio infeliciter pugnat cõtra Græcos
a *apud Sur. 23 April & Ditmar. Chron lib 3*

Ottonis Imp. obitus.

Otto autem gaudente Theophania vxore Græci generis, propter cædem Latinorum, Romam reuerſus grauiter infirmatus vt extrema ſibi vidit adeſſe, confeſſione coram Benedicto Papa facta, omnique pecunia in Eccleſias, pauperes, miniſtroſque & milites diuiſa, parte autem quarta Mathildi ſorori relicta, receptis deuote Eccleſiaſticis Sacramentis, ſeptimo Idus Decemb. ex hac luce ſubtractus eſt. Cadauer illius labro porphyretico incluſum, in Eccleſiæ S. Petri ea parte quæ paradiſus dicebatur ſepultus, adhuc proſtat. In eius locum ſalutatus eſt Imperator eius filius Otto eius nominis tertius, & die Natiuitatis Domini à Willagiſo Moguntino & Ioanne Rauennate Archiepiſcopis coronatus fuit.

Otto III. Imperator electus.

III. Adalbertus Pragenſ. Epiſcopatu ſe abdicat.
c *Cromer. lib. 3.*

Eodem anno,[c] apud Boemos ſecundus ordine Pragenſis Epiſcopus Voicechus, qui Adalbertus ab externis appellatus eſt vir nobilis, & ſanctimonia vitæ, pietatiſq; ſtudio . latus, Boemicæ pertinaciæ in retinẽdo impio idolorum cultu, & feritatis, iniuſtitiæ, rapinarum, & neutiquam cõuenientium Chriſtianæ profeſſioni morum pertæſus eſt. Populus enim ille duræ ceruicis, ſeruus libidinum factus miſcebatur cum cognatis, & ſine lege cum vxoribus multis: mancipia Chriſtiana perfidis Iudæis vendebant, & dies feſtos eorum confuſa religione obſeruabant, dies vero ieiuniorum voluptatibus vacantes, omnino non curabant: clerici etiam eorum palam vxores ducebant, & multa indigna ſua dignitate perpetrabant. Apud quos cum Adalbertus crebris admonitionibus acribuſq; obiurgationibus nihil proficeret, atq; adeo multos etiã infeſtos ſibi reddidiſſet, Romam conceſſit, cogitans etiam Hieroſolymitanam peregrinationem ſuſcipere. Mortem mariti lugebat tum Romæ Theophania Auguſta Ottonis Imperatoris defuncti vxor. Quæ cum audiuiſſet Adalbertum Hieroſolymam velle proficiſci, multo argento illum onerauit, obſecrans vt pro anima Imperatoris pauperibus apud ſepulchrum Redemptoris erogaret. [d] Et quidem ille nocte ſubſequente pecuniam Romanis egenis diſtribuit, ipſe vero Caſſinum profectus, conſilium ex alieno conſilio mutauit. Namque illum Abbas admonuit, ne inutili vagatione vitã expẽderet, ſed loco ſtaret. ita melius virtutũ fructus congregaret, Deũ vero propitium bene viuens in omni loco inueniret, vt dicitur in Pſalmo. *In omni loco dominationis eius, benedic anima mea Domino,* & rurſus S. Hieronymi ſententia bona; Non Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſol. bene vixiſſe, laudandum eſt.

d *Leo Oſtienſ. lib. 2. c. 17.*

IV. Adalbertus fit Monachus.

Ab hac admonitione perſuaſus, voluit S. Adalbertus profiteri monaſticam apud S. Nilum. Sed is, ſiue quod Græcis præeſſet, ſiue quod Adalbertus à Summo Pontifice nondum Epiſcopatu exſolutus eſſet, noluit volentem recipere. Volebant Caſſinates eum apud ſe retinere; ſpe concepta, quod illis Epiſcopalia munera adminiſtrare deberet. Sed Adalbertus non amplius honorari, ſed deſpici deſiderans, noluit remanere. Romam itaque reuerſus, in monaſterio SS. Bonifacii & Alexii, annuente Summo Pontifice, à Leone Abbate, monaſticã veſtem induit:[e] tam promptus obedire, vt quaſi ad epulas, ita ad complenda iuſſa feſtinaret. quoq; plus vile erat ſeruitium, eo libẽtius illud explebat, coquinas purgabat, hebdomadas nitidiſſime procurabat, ſcutellas lauabat, & ad coquorum neceſſaria cuncta miniſtrabat. Mane ad clauſtra, veſpere & meridie ad menſam aquam humero portabat. Cogitationem tacitam in ſe regnare nunquam permiſit. quicquid accedens ad animam diabolus dixit, ſtatim ſenioribus palam fecit. Acutiſſime a. interrogauit de ſcripturis ſanctis, ſedulo percontatus de vitiorum vel virtutum naturis. Quinquennium integrum in ea virtutum ſchola adeo profecit, vt multarum Gentium Apoſtolus euaſerit.

e *apud Sur. 23. April.*

V. Ethelredus Rex Roffenſ. ob auaritiam punitur.

In Anglia,[f] Ethelredus Rex Roffenſium Epiſcopo ſubiratus, ciuitatem illam obſedit, ſpecie vt ſe de Epiſcopo vindicaret, re vera a. vt aliquid argenti emungeret. Porro S. Dunſtanus Archiepiſcopus Cantuarienſis mandauit Regi, vt deſiſteret ab inceptis, ne S. Andream ciuitatis illius patronum irritaret. Sed nec propter Beati viri admonitionem Rex voluit diſcedere, priuſquam ab Epiſcopo centum libras auri acciperet. Quod miratus S. Dunſtanus, hęc per ſuos Regi nunciauit: *Quia prætuliſti argentum Deo, pecuniam Apoſtolo, cupiditatem mihi; violenter venient ſuper te mala, quæ locutus eſt Dominus. Sed hæc me viuente non fient.* Iam vero poſt beati viri obitum, vt ipſe prædixerat, Danis omnes portus Regni infeſtantibus, dum neſciretur, vbi eis occurri deberet, decretum eſt à viris prudentibus, vt vincerentur argento, qui non poterant ferro. Itaq; decem millia librarum ſoluta Danorum auaritiam expleuerunt, vt B. Dunſtani vaticinium impleretur.

f *Matth. Weſtmonaſt. hoc anno.*

Per idem temporis,[g] Miecislaus Polonorum Princeps, quo auguſtiorẽ poſteris ſuis principatũ relinqueret, hortante Senatu, Lampertum Cracouiẽſem Archiepiſcopum, virum doctum & eloquẽtem Oratorẽ miſit ad Benedictum Pontificem Rom. vt regiũ diadema ſibi mitteret, Regemq; Polonorum ſe & poſteros ſuos eſſe iuberet. Quo ẽt tempore Stephanus Geiſæ filius poſt defunctum patrem Vngariæ Princeps, eadem de re miſerat. Atq; is quidem impetrauit; Miecislao a. negatum eſt, quod differre eam rem Pontifex diuino oraculo iuberetur; eo quod per id temporis Poloni venationibus, rapinis ac cędib. mutuis dediti, duri & immanes, contumelioſi & aſperi aduerſus tenuiores ac ſubditos, minus caſte religionem colere dicerentur.

g *Cromer. lib. 3.*

IESV CHRISTI
Annus 984.

IOANNIS XIV. PAPÆ ANNO 1. OTTONIS III. Imp. ann. 1. Baſilii & Conſt. Imp. anno 9.

I. Benedicti Pap. obitus. Ioan. XIV. Pap. creatur.

ANno Chriſti 984. Benedictus Papa, die decima Iulii ex hac vita migrauit; inq; baſilica S. Crucis apud q̃ monaſterium conſtituit & monachos locauit conditus eſt. Succeſſit ei in Pontificatu, Ioãnes decimusquartus, antea Petrus in Papienſi Epiſcopatu vocatus. Fuit is Archicancellarius Ottonis ſecundi Imp.

II. Sodalitas Romæ inſtituta pro defunctis.

Eius tempore contractum eſt Romæ ſodalitium plurimorum ſacerdotum, in quo etiam multi Epiſcopi adſcripti fuere, ad hoc vt poſt obitum ſinguli conſodaliũ ſacrificiis iuuarentur. Extat in diaconia SS. Coſmæ & Damiani tabula marmorea eius inſtituti, his verbis inciſa: Cõſtat nimirum dilectiſſimi fratres de promiſſione quam ex corde fecimus coram Deo & Sãctis eius, vt vnuſquiſq; noſtrũ fratres, ſacerdotes & Epiſcopi & poſteri ſacerdotes in perpetuum, qualicunque ex hac luce migrauerit XL. miſſas pro eius anima per vnumquẽque ſacerdotũ qui ſuperſtites ſunt canere promiſimus. Si tamen infirmitate fuerit occupatus non reputetur ei in peccatum. & ſi receptus fuerit in priſtinam ſanitatem hoc omne quod ſupra dictum eſt adimpleat. Qui vero cuſtos & obſeruator fuerit habeat benedictionem Dei patris omnipotentis & Filii & Spiritus Sancti, & cœleſte regnum poſſideat cum omnibus Sanctis. & qui hoc non obſeruauerit, ſit anathematis vinculo innodatus, & à regno Dei ſeparatus. Iſta vero promiſſio facta fuit ante ſacroſanctum Dominicũ altare huius Aulæ, temp. Dom. Ioan. XIV. Papę, menſe Febr. die 22. Indict. 12. Anno Dom. Incarnat. DCCCC. LXXXIV. Bened. Sacr. exarau. Ort pro me peccat.

III.

Eodem anno, Otto Imp. Epiſcopatũ Marſepurgẽſem reſtituit. Theophania vero Ottonis ſecundi relicta, filias ſuas Adelaidem & Sophiam contemptrices carnalium nuptiarum, cupidas autem cœleſtium fecit, & in monaſteriis collocauit.

IV. Marſepurgenſ. & Roffenſis Epiſcoporum obitus.

In Anglia[a] S. Etheluoldus Vintoniẽſis, & alter Roffenſis Epiſcopus, vterque doctrina & pietate inſignes, magno omnium luctu mortui ſunt. Venerant forte ad viſitandũ S. Dunſtanum. A quo cum recederent, & benedictionẽ poſtularẽt, ille in lacrymas prorũpens, cauſam plorandi rogatus reſpondit; Fleo, quia vos, quos modo ſanos & alacres video, in hac vita nõ amplius viſurũ me doleo. Nã in proximo eſtis morituri, & ad gaudia Regni cœleſtis tranſeuntes me in iſtius vitæ miſeriis relicturi. Cui cũ ipſi dicerent: Ne Pater, oramus, de noſtra morte ita loquaris: Fixum, ait, ꝙ dixi, tenete, quoniã ſic eſt, & nõ eſt mutabile. In his dato altrinſecus oſculo pacis, ab inuicẽ diuiſi ſunt. Igitur Antiſtes Roffenſis, mox atq; põtificatus ſui ciuitatẽ ingreſſus eſt, languore correptus, defunctus eſt. Wintoniẽſis vero, priuſquam ad ſedem ſuam venire poſſet, morbo extinctus eſt.

a *apud Sur. 19. Maij.*

V. Edithæ virginis obitus.

Hoc ipſo anno, decimoſexto Kal. Octob. ad cœlum emigrauit ſancta virgo Editha, ſancti Eduardi Regis ſoror, alumna S. Etheluuoldi.

IESV CHRISTI
Annus 985.

IOANNIS XV. PAPÆ ANNO 1. OTTONIS III. Imper. anno 2. Baſilii & Conſt. Imp. ann. 10.

I. Ioannes Pap. à Bonifacio ſedis inuaſore fame enectus.

ANno Chriſti 985. Bonifacius ille ſedis Apoſtolicæ inuaſor, qui necato Põtifice Baſilicam Vaticanã ſpoliauerat, & Conſtãtinopolim profugerat, audita morte Ottonis, qui Benedictum ſeptimum tuebatur, Romam aduolauit. & facta manu factioſorũ Ioannem Quatuordecimum Pontificem comprehẽdit, in carcerem caſtri S. Angeli coniecit, in eoq; poſt quatuor menſes pedore & inedia hominem confecit. Ne qua vero dubitatio de morte Ioannis apud Romanos eſſet, cadauer extincti in publicum expoſuit, ſeq; pro Pontifice, homo nefarius & ſacrilegus, totis quatuor mẽſibus geſſit. Mirum, quomodo nonnulli in catalogum Pontificum eum retulerint: cũ potius inter ſacrilegos latrones, ſicarios, parricidas, atq; patriæ famoſos proditores Syllas & Catilinas connumerari deberet, duorum Pontificum occiſor.

II. Vltio diuina in Bonifacium Parricidam.

Sed tamen vltorem Deũ expertus eſt, morte repentina percuſſus. In tantum a. odio eũ habuerunt ſui, vt poſt mortẽ cadauer illius raptarent, cęderent, lanceis & contis vulnerarent, atq; ad ſtatuam vſq; Marci Aurelii Imp. tractum, illic ludibrio exponerent.

III. Ioann XV. Pap creatur.

Hoc tyranno extincto, clerus Romanus elegit Pontificem Ioannem patria Romanum, patre Leone natum:

Digitized by Google

A quem quintumdecimum eius nominis ſalutarunt. Hic *Creſcentium Numetanum, titulo conſulatus caſtrum*, S. Angeli poſſidentem, & aliquanto ſibi non multum addictum veritus, ne forte ab eo ſimilia anteceſſori ſuo pareretur, motu iuſto vel iniuſto, (incertum) in Tuſciam receſſit. Cæterum cum Romani recolerent, quanta ab Ottone primo & ſecundo paſſi propter Pontifices ſuſtinuiſſent, legationem honorificam ad eum miſerunt, obſecrantes, vt ad vrbem reuerteretur. Reuertenti omnes obuiam occurrerunt, & piis officiis atq; obſequiis Chriſti vicarium Petri ſucceſſorem honorarunt, ſeq; auctoritati illius permiſerunt. Sicque aliquandiu Romana Eccleſia tranquilla pace potita eſt.

IV. Bellum domeſticum in Hiſpania. a *Ambroſ. Moral lib. 16 c. 46.*

In Hiſpaniis a Principes Chriſtiani aduerſum ſe tumultuantes, Arabum auxilia vnus contra alterū adduxerunt. Captæ ſunt ab infidelibus multę ciuitates, templa ſpoliata & euerſa, Chriſtiani plurimi occiſi, à ſolo ſepulchro S. Iacobi Apoſtoli, magno miraculo receſſere, ipſo Apoſtolo non alio ipſum illæſum ſeruante, ſed & hoſtes graui morbo puniente, ex quo omnes obierunt.

V. Miſera conditio Hiſpaniæ.

Itaq; hic annus funeſtus Hiſpaniæ fuit, clade magna Chriſtianorum, à Maurico exercitu illata. Rodenius Comes, filii in dominatum reſtituendi cauſa, Mauros in prouinciam contra Ramirum Regem euocarat. Miſerabilis tunc erat rerum facies, & ludibrium religionis Chriſtianæ, barbarico impetu atq; armis, Gallæcia vehementer infeſtata. Compoſtella ipſa fuit capta; templi paries ad terram proſtratus, ab Apoſtoli ſepulchro temperatum, qua de cauſa incertum, niſi quod ſatis conſtat, ſuam ſedem ſuumq; templum Iacobum Apoſtolum eſſe tutatum, & illatæ iniuriæ grauia exegiſſe piacula. Corruptis inteſtinis diſſenteriæ morbus toto exercitu vagatus, magnam partem cum ingenti dolore conſumpſit: Almanſor ipſe, tantæ cladis ecqua cauſa eſſe videretur, ex quodam percontanti cum eſſet reſponſum; vnum è diſcipulis filii Mariæ loco ſepultum, arrepta fuga in patriam redire contendit, nec multo poſt in Celtibèris ad Medinam Celinam nobile oppidum, ſimili fato conſumptus eſt. Diſcedentibus Mauris, Compoſtellani templi paries, Veremundi Regis, & Petri Manſorii Pontificis diligentia inſtauratus fuit, & Mauricæ ſuperſtitionis ſordibus procuratis, templum ex Chriſtiano ritu, ſolemni cæremonia expiatum. Eodem Pontifice, templo Conſtantinopolitano reſtituta ſunt, quæcunq; iniuria ſuperiorum temporum fuerant ablata. Petro in eius Eccleſ. Epiſcopatu, Pelagius Diacius ſucceſſit, ex iudice profano repente Epiſc. factus, malis artibus viq; ex hoc deiecto, quoniam inſolentes mores ſuperbæ aures erant, frater Vimara ſuffectus vita ſimili, ſiue caſu, ſiue proditione in flumine Minio periit. Vimaræ Iſquatia ſuffectus, duobus, conſanguineis nihilo ſanior cum eſſet, Regis iuſſu carceri mancipatus eſt. *Mariana libro* 8. *cap. octauo.*

VI. Veremun. Rex Legionenſis.

Inter hæc Ramirus Rex Legionenſis deceſſit. Succeſſorem habuit Veremundum eius nominis ſecūdum, filium tertii Ordonii. Eius principatus primordia laude ſumma celebrantur. Nam leges priſtinas pene vſu contrario abolitas in obſeruantiam reuocauit; nec ciuiles tantum, ſed Eccleſiaſticas, atque Romanorum Pontificum decreta, vt omnino cuſtodirentur, lege cauit, atque priuilegiis multis Eccleſias communiuit. Non perſeuerauit in ea pietate. Athaulpho enim Compoſtellano Epiſcopo, ex ſeruorum calumnia præter ius faſque credita, paulo iniquiorem ſe exhibuit. Nam in eum dolo taurum immiſit; qui mox redditus manſuetus arma à natura conceſſa, cornua videlicet in manibus Epiſcopi depoſuit.

IESV CHRISTI
Annus 986.

IOANNIS XV. PAPÆ ANNO 2. OTTONIS III. Imper. ann. 3. Baſilii & Conſtantini Imper. ann. 11.

I. Ludouicus electus Rex Francorum. a *Leo Oſtienſ. lib. 2. c. 12.*

ANno Chriſti 986. In Galliis Lothario Patri mortuo, filius Ludouicus in Regnum Francorum ſucceſſit, ſub cura Hugonis Ducis, & Emmæ matris, filiæ Ottonis ſenioris & Adelaidis Auguſtæ. In monaſterio Caſſinenſi, a ſancto Aligerno Abbati vita functo, Manſo ſuffectus eſt, quem propter voluptuariam vitam, ex albo Abbatum antiqui ſcriptores expunxerunt.

II. Terræmotus in Oriente. b *Vita S. Nicon.*

Oriens fere vniuerſus à terræ motu conquaſſatus eſt. b Præſens tunc Lacedæmone S. Nicon, dum in quodam ſaxo Deum iratum precibus placaret, mirandum ſuæ ſanctitatis ſignum in eo reliquit. Scilicet, relicta in ſaxo orantis ſui imagine, non hominis arte vel manu facta, miraculo adeo expreſſe indita, vt crucigeræ etiam virgæ ſpecies ad viuum redderetur, quæ quidem imago lapidi impreſſa, argumento erat ſummæ illius erga Deum fiduciæ & gratiæ: & quid ſperare per eum poſſint, qui intus afflicti, tanti patroni opem implorarint.

IESV CHRISTI
Annus 987.

IOANNIS XV. PAPÆ ANNO 3. OTTONIS III. Imper. ann. 4. Baſilii & Conſtantini Imp. ann. 12.

I. Regnum Franciæ à ſtirpe Carolina ad Hugonem Pariſ. tranſlatum. a *Odoran. Glaber. Mangius Molan. 26. April.*

ANno Chriſti 987. a Ludouicus, Carolinæ ſtirpis Rex non nouiſſimus, fato functus, cum nullos liberos reliquiſſet, occaſionem dedit, vt Franci non Carolo Lotharii fratri, ſed Hugoni Duci Pariſienſi, cognomento Capeto detulerint Regnum, cum etiam is aliqua ex parte, Carolum Magnum cognatione attingeret; natus Hugone Magno, auo Roberto Principibus; ex materno vero ſtemmate ex ſorore Ottonis ſenioris. Diuinitus ei prænunciatum Regnum aſſerebant. Quo enim tempore Northmanni Franciam vaſtabant, Hugo Magnus Comes Pariſienſis, pater iſtius Hugonis, ne corpora SS. Martyrum Ricarii & Valerici in Eccleſia S. Bertini apud S. Audomarum condita, iniuriæ alicui paterent, per viſionem admonitus, ad ſuas Eccleſias illa reportauit. Cum vero id feciſſet, S. Valericus in viſione ei dixit: propter hoc quod fecerat, eius generatio poſt ipſum in Regno Francorum vſq; in ſeptimam generationem, & in perpetuum regnaret. Ita Rex iſte Domini voluntate Regno Galliarum potitus eſt.

II. Vltio diuina à Greg. per Nicon. ſublato. b *Curopal* c *Acta S. Nicon.*

b Conſtantinopoli alter Bardas cognomento Phocas, Imperator acclamatus, & diademate ornatus eſt. S. Nicon Gregorio Prætori prænunciauit, Phocæ nec profuturam tyrannidem, nec illum Imperatoribus Baſilio & Conſtantino ſuperiorem fore. c Aliquando iſte Gregorius S. Niconem expertus eſt acriorem. Dum enim in ſphæriſtarum aperto gymnaſio luſibus vacaret, adeoque clamoribus per eum & propter eum inconditis, à ſacris hymnis tum monachos, tum populos auocarent, adfuit Nicon, & tum illius, tum colludentium petulantiam increpauit. Gregorius porro in ſanctum excandeſcens, vrbe expellere minabatur. Cæterum nec ſera, nec pedibus (vt Poeta dixit) tanta fuit vltio, quin velocius, iunctiſque veſtigiis contumelioſum ſecuta eſt. Nam cum primum ad excipiendam ſphæram manum ſuſtulit; paralyſi repente icta eſt. Idem vero membris omnibus ſtatim ſolutus & eneruatus, ad Catholicam Eccleſiam aliorum manibus delatus eſt. Vbi acutiſſimis & grauiſſimis doloribus excruciatus, mortem præ illis in lucro ponens, lamentabiles queſtus edebat. Cumque magna medicorum ſedulitate curaretur, & remedia omnia infra malum eſſent, ita vt inanis &

Digitized by Google

vana omnis ab illorum arte ſpes eſſet, Epiſcopi conſilio vt faſtum poneret, & à Nicone ſupplex illatæ iniuriæ veniam peteret; ad eum miſit obſecrans vt veniret, peccanti miſereretur, & tum veniam, tum ſalutem concederet. Venit ſanctus & ſupplici non crimen exprobrauit, ſed exemplo ſaluatoris patienter iniuriam ferens, decumbenti & ſanitatem, & diuinam benignitatem impetrauit.

IESV CHRISTI
Annus 988.

IOANNIS XV. PAPÆ ANNO 4. OTTONIS III. Imper. ann. 5. Baſilii & Conſtantini Imper. ann. 13.

I. Libentius Archiep. Hambur. pallium impetrat.
ANno Chriſti 988. Ioannes Papa, Libentio Archiepiſcopo Hamburgenſi pallium miſit. Fuit diſcipulus Adaldagi anteceſſoris, tanta perfectione magiſtrum æmulatus, vt ei nihil reprehenſibile vel inimicus poſſet obiicere. Dicebant eum tantæ caſtitatis, vt raro ſe mulieribus videndum præbuerit; tantæ abſtinentiæ, vt pallida ieiuniis ora portauerit; tantæque humilitatis & charitatis, vt velut vnus in clauſtro fratrum vixerit.

II. Chriſtiani Saracenos diuina ope profligant.
In Hiſpaniis hac tempeſtate, Chriſtianis contra Saracenos dimicantibus, ingentem per miraculum ex eis cœpit victoriam, Ferdinandus Antolinus vir nobilis, & religionis cultui deditus vehementer: tunc cum rei diuinæ procurandæ cauſa (quod ſemper ante pugnam facere conſueuerat) maneret in templo ipſe; alii vero in acie dimicarent. Nam eius ſpecie, Angelus inter primos fortiter pugnare viſus eſt: vt eius diei victoria Antolino potiſſimum tribueretur. Recentia vulnerum veſtigia, & ſanguinis maculæ in equo, & in armis inuenta miraculum confirmarunt: teque omni prodita, Antolini innocentia virtuſq; illuſtrior euaſit.

III. Multi martyres ſub Saracenis.
In hac barbarorũ in Chriſtianos irruptione, in multis aliis locis, multi pro fide occubuere. In Riuogia oppido Boſca, Nunilo & Alodia ſorores germanę, propter fidei conſtantiam ferro occubuere. Præterea victor in oppido Cereſo Burgenſis agri natus, & Euroſia virgo ſimili ſupplicio conſumpti. Euroſiæ corpus ad Iaccam vrbem in Lacetanis, victoris ſepulchrum, in municipio Villorado colitur anniuerſariis ſacris. Barbari enim hac tempeſtate, non cum hominibus tantum bellum gerere, ſed cum cœlo etiam, & Chriſtiana ſanctitate dimicare videbantur. Neque deerant viri, ac fœminæ præſtanti magnitudine animi, qui ſe pro patria religione in certamen offerrent, ſuoq; ſanguine veritati ſuſceptę darent teſtimonium præclarum.

IV. Punitio diuina in Barbaros.
Efferæ gentis immanitatem, atque arrogantiam ſeueriſſimis ſuppliciis diuinum numen ſæpe vindicabat, & ferme vbi impietatis exemplum, ibi animaduerſionis documentum deterrendis impiis, piis confirmandis extabat, vti Alcorrexi Hiſpalenſi Regulo hac eadem accidit tempeſtate: cum apud Compoſtellam vrbem quam vaſtauerat, impii eius auſus continuo cœlitus vindicati. Morbi lues repente exorta graſſataque, omnem exercitum conſumpſit, perpauci incolumes in patriam redierunt, diuinæ vltionis præcones, atque acceptæ calamitatis teſtes deformes. *Marian. lib. 8. c. 9.*

V. S. Dunſta. obitus.
Hoc anno mortuus eſt S. Dunſtanus Archiepiſcopus Cantuarienſis, egregia vitæ ſanctitate, & miraculorum gloria clariſſimus.

IESV CHRISTI
Annus 989.

IOANNIS XV. PAPÆ ANNO 5. OTTONIS III. Imper. ann. 6. Baſilii & Conſtantini Imp. ann. 14.

I. Concil.
ANno Chriſti 989. Romæ, [a] Ioannes Papa, in cauſa Adalberti Pragēſis Epiſcopi, in monaſterio SS. Bonifacii & Alexii profitentis, Concilium Epiſcoporum congregauit. Paſtorem ſuum Pragenſibus requirentibus, Archiepiſcopus Moguntinus duos Epiſcopos Romam miſerat, qui apud Pontificem reditum Adalberti ad Epiſcopatum deprecarentur. Ægre admiſit; admiſit tamen Boemorum petitionem, & ex decreto Synodali reſpondit. Reddimus quod iuſte quærunt, male merentes filii. Sed dabitur eis hac lege: ſi audierint eum, teneant cum benedictione Dei, & centuplum ſub eo faciant fructum. Si autem à conſueta iniquitate recedere nolunt, hoc eſt, ſi ad voluptates ſuas & deſideria luxuriante malitia redirent, abſq; periculo ſui capitis malorum conſortia declinet. pro reſtituendo Adalbert Epiſc. Boemorum. a *apud Sur. 23. April.*

II. Adalberti ad Pragenſes reditus.
Ita Adelbertus, vel inuitus ad Pragenſes reuerſus eſt. Sed nihilo meliores aut inuenit, aut facere potuit. Accidit vt ſolet humanis erroribus, vt quædam matrona ingenitam nobilitatem oblita, ſcortum ſe faceret, & palam peccato facto, marit⁹ vitam mulieris quæreret. Ipſe vero ad Epiſcopum concita ala pedum confugit, quam ille in Oratorio S. Georgii retro altare abſcondit, vt ſatisfactionem ſuaderet, & vitam ſeruaret. Ecce autem adfuit ex improuiſo armata manus, & ſi non redderet mœcham, ambobus, & Epiſcopo & fœminæ gladium minabantur. Audiuit ſonitus armorum, & minas verborum procaces audiuit Adalbertus lætus: & ſi forte martyrium ſemper optatum, nunc miſerante Deo inueniret, tacita cogitatione ruminabat, dubioq; gladio exultabat. Aliquis, vbi mulier eſſet, ſatellitibus indicauit. Illi fregerunt templum, & mulierem tremulam prehenſis adductam crinibus capite truncarunt. Vnde cogitans Adalbertus, quod nec illis, nec ſibi caſſus labor prodeſſet, animæ vero ſuæ talis ſtatio obeſſet, admonito prius clero, Epiſcopum eis reliquit, atque permittente Pontifice, ad Vngaros ſeceſſit. Apud quos exiſtens, plurimos Vngarorum vel conuertit, vel conuerſos baptizauit; vel baptizatis annuam pecuniam eleemoſynæ loco illis à Rege promeruit. Praga diſcedit Adalbertus ad conuertēdos Vngaros.

III. Promiſſio S. Stephani Protomar. de conuerſione Vngarorum facta Stephan. regi
Regnabat tunc apud eos forte Stephanus Geiſſæ filius: ipſi à Deo ſecundum viſionem à Deo promiſſus. Dum enim Geiſſa cogitaret, qua ratione ritus ſacrilegos aboleret, & pro conuerſione gentilium Epiſcopatus diſponeret, nocte quadam miſit ad eum Deus iuuenem quendam ſpecioſiſſimum qui diceret ei: *Pax tibi, Chriſti electe, faceſſat cura hac & ſolicitudo. Non fiet per te id quod meditaris. Habes enim manus ſanguine humano pollutas. Naſcetur autem tibi filius, qui diuina prouidentia conſilio id efficiet, quod tu animo concepiſti. Erit is Rex, & ex eorum Regum numero, quos Dominus elegit, coronam Regni temporarii æterna commutaturus. Tu vero hominem ſpirituali legatione apud te functurum, honorifice excipito, exceptum reuerenter habeto, eius cohortationibus ſincerum pii pectoris affectum adhibeto.* Mulieri quoque Reginæ, iam partui propinquæ, apparuit beatus Leuita & protomartyr Stephanus, Leuitici habitus inſignibus ornatus, ita eam compellans: *Confide mulier in Domino, & certa eſto, te filium parituram, cui prima huius gentis & Regnum & corona debetur. Tu vero illi nomen impon... meum.* Cum autem fœmina non ſine admiratione ſuſcitaretur ab eo, *quiſnam eſſet, aut quomodo vocaretur.* Reſpondit: *Ego ſum Stephanus protomartyr, qui primus pro Chriſti nomine martyrium obtui.* His dictis diſparuit. Vix autem tam Regi, quam Reginæ viſio diſparuit, cum S. Adalbertus adfuit; & tam Regem, quam Reginam, de promiſſione diuina roborauit, atque illam gentem ſacro vel baptiſmate abluit, vel ablutam vnguine Spiritus ſancti perunxit, & Stephanum recens natum baptizauit.

IV. b *Lambert. in Chron.*
Hoc anno, [b] Theophane Imperatrix, Ottonis Regis mater, Romam venit, vt Italiæ Principes in officio contineret, filioque fideles conſtitueret, rebelles autem comprimeret atque caſtigaret.

A

IESV CHRISTI
Annus 990.

Ioannis XV. Papæ Anno 6. Ottonis III. Imper. ann. 7. Baſilii & Conſtantini Imp. ann. 15.

I. a *Matth. Weſtmon. hiſt. hoc an.*

ANno *Chriſti* 990. Ioannes Papa, [a] Ethelredum Regem Anglorum, cum Richardo Marchione diſſidentem, ad mutuam beneuolentiam reduxit; miſſo Legato Leone, per quem etiam illis ſcripſit.

II. Adelberti ab Vngar. reditus. b *apud Sur. 23. April.*

Eodem anno, [b] S. Adelbertus Pragenſis Epiſcopus, Romam ad ſuum monaſterium SS. Bonifacii & Alexii reuerſus, ex conuerſatione SS. Gregorii Abbatis, Nili & B Strati Græcorum, nec non Ioannis cognomento Innocentis, Theodori, & Leonis, qui Pſalmorum amicus, & ſemper prædicare paratus, Latinorumq; aliorum, magnos profectus in virtute fecit.

III. Rhemen. Conc. in cauſa Epiſ. Rhem. c *Acta Rhe Conc.*

In Galliis celebrata eſt Synodus Siluanectenſis, & poſtea [c] Rhemenſe Concilium, in cauſa Arnulphi Rhemorum Archiepiſcopi. Fuit Arnulphus Regis Lotharii filius, naturalis & Caroli Regis nepos: beneficio Hugonis ad Archiepiſcopatum aſſumptus. Accidit autem, vt cum vix ſex menſibus in ea ſede ſediſſet, proditione cuiuſdam Giſleberti Rhemenſis presbyteri, ea ciuitate Carolus potiretur, inq; vincula ipſe Arnulphus ab Hugone conijceretur.

Anathem contra prædones Eccl. Rhem.

Quem vt aliquo pacto clerici liberarent, deque prædonibus Rhemorum ſupplicium ſumerent, Concilium indicendum curarunt. In eo Epi- C ſcopi congregati, anathema contra prædones tulerunt, his plane verbis: *Auctoritate omnipotentis Dei Patris & Filii, & Spiritus ſancti, interueniente & adiuuante, Beata Maria ſemper virgine, auctoritate quoque & poteſtate Apoſtolis tradita, nobiſque relicta, excommunicamus, anathematizamus, maledicimus, damnamus, & à liminibus ſanctæ matris Eccleſiæ ſeparamus, vos Rhemenſium prædonum auctores, factores, cooperatores, fautores, & à propriis dominis rerum ſuarum ſub nomine emptionis abalienatores. Obtenebreſcant oculi qui concupierunt; areſcant manus quæ rapuerunt, debilitentur omnia membra quæ adiuuerunt. Semper laboretis, nec requiem inueniatis fructuque laboris veſtri priuemini: formidetis & paueatis à facie perſequentis & non perſequentis hoſtis, vt tabeſcendo deficiatis. Sit portio veſtra cum Iuda traditore Domini in terra mortis & tenebrarum, donec corda veſtra ad plenam ſatisfactionem conuertantur. Hic autem ſit modus plenæ ſatisfactionis, vt omnia iniuſte ablata præter* D *cibum & potum propriis dominis ex integro reſtituatis, coramq; Rhemenſi Eccleſia pœnitendo humiliemini, qui S. Rhem. Eccleſiam reueriti non eſtis. Ne ceſſent à vobis maledictiones ſcelerum veſtrorum perſecutrices, quamdiu permanebitis in peccato peruaſionis. Sed hæc alia excommunicationis formula longe ſeuerior, in eoſdem.*

Alia contra eoſdem.

Auctoritate omnipotentis Dei Patris & Filii, & Spiritus ſancti, interueniente & adiuuante Beata Maria ſemper virgine cum omnibus ſanctis; auctoritate quoque & poteſtate Apoſtolis tradita, nobiſque relicta, excommunicamus, anathematizamus, damnamus, & à liminibus ſanctæ matris Eccleſiæ ſeparamus Adalgerum presbyterum, diaboli membrum, Epiſcopi, Cleri, & totius populi Rhemenſis traditorem. Eos quoque qui huius traditionis extiterunt inuentores, auctores, factores, cooperatores, fautores, ciuiumque depopulatores, & à propriis dominis rerum ſuarum ſub E *nomine emptionis abalienatores. His adiungimus Laudunenſis Epiſcopii peruaſores, ac ipſius Epiſcopi grauiſſimos tortores. Fiat ſicut ſcriptura dicit: Qui dixerunt, hereditate poſſideamus ſanctuarium Dei, Deus meus pone illos vt rotam, & ſicut ſtipulam ante faciē venti. Sicut ignis qui comburit ſiluam, & ſicut flamma comburens montes, ita perſequeris illos in tempeſtate tua, & in ira tua turbabis eos. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine, erubeſcant & conturbentur in ſeculum ſeculi, & cognoſcantur, & pereant. Et cognoſcant, quia nomen tibi Dominus, tu ſolus altiſſimus in omni terra. Et quia pupillum & viduam non miſerati ſunt, neque templum Dei reueriti, dominiumque Eccleſiarum ſibi vſurparunt, fiant filii eorum orphani, & vxores viduæ: Scrutetur fœnerator omnem ſubſtantiam eorum, & diripiant alieni labores illorum: nutantes transferantur filii & mendicent, & eiiciantur de habitationibus ſuis. Fiant dies eorum pauci, & Principatum eorum accipiat alius, & duplici contritione contere eos Domine Deus noſter niſi reſipiſcant, & Eccleſiæ Catholicæ fructuoſa pœnitentia ſatisfaciant. Amen. Fiat, fiat.*

IV. Cur a Car. Imp tranſlatum.

Hanc Pontificum imprecationem, ſecuta eſt diuina vindicta, capto Carolo ab Hugone, & ex ſtemmatis illius ramo Regno Francorum penitus exciſo, vlciſcente Deo hæreſim Politicorum tunc pullulantem, ſcil. eorum qui dicebant. *Carolo Regi omnia, etiam in Eccleſiis licere.*

IESV CHRISTI
Annus 991.

Ioannis XV. Papæ Anno 7. Ottonis III. Imper. ann. 8. Baſilii & Conſtantini Imp. ann. 16.

I. Literæ Hugonis Regis ad Pp. in cauſa Arnulphi a *Gerberto de Conc. Rh.*

B ANno *Chriſti* 991. [a] Arnulphus Rhemenſis Archiepiſcopus, anno ſuperiore ab Hugone captus, inque vinculis detentus, cum exire ex carcere recuſaret, in maiorem ſuſpicionem apud Hugonē venit, quaſi is Rhemos prodiderit. Itaq; Hugo ſcriptis Ioan. ſummo Pontifici literis, hæc habuit inculcare: *Si captus eſt, cur non patitur liberari? Si vi hoſtium oppreſſus, quare non vult ſibi ſubueniri? & ſi liberatus eſt, cur ad nos non redit? vocatur ad palatium, & venire contemnit. Inuitatur ab Archiepiſcopis: nihil ſe eis debere reſpondet. Ergo qui vices Apoſtolorum tenetis, ſtatuite quid de altero Iuda fieri debeat, ne nomen Dei per nos blaſphemetur: & ne forte iuſto dolore permoti, ac veſtra taciturnitate vrbis Rhem. excidium, totiuſq; prouinciæ moliamur exitium: nec Iudici Deo excuſationem prætendetis, ſi nobis quærentibus atq; rogantibus* C *formam iudicii dare nolueritis.*

II. Item Epiſcoporum Rhem. cōtra eundem Arnulphum.

In eam rem & Epiſcopi Rhemenſis prouinciæ, eidem Ioanni ſcripſerunt, Arnulphum apoſtatam famoſum locum Iudæ proditionis in Eccleſia tenentem nuncupantes. *Qui,* inquiunt, *filius quondam Eccleſiæ Laudunenſis, cum Epiſcopum ſuum dolo & fraude ceperit, Eccleſiam eius peruaſerit, & cumulum ſuæ damnationis Rhemenſem ſibi creditā cum clero & populo captiuauit. Nec mouet eum noſtra vocatio, vel potius ſaluberrima exhortatio, non Archiepiſcoporum comprouincialium multoties repetita canonice facta coram Deo & Angelis eius profeſſio, non chirographi in conſpectu Eccleſiæ recitata deſcriptio non innumeroſa Sacramenta miris excogitata conſiliis. Stant ſuo vitio quamplures Eccleſiæ paſtoribus viduatæ. Pereunt innumerabiles populi ſine ſacerdotali benedictione & confirmatione. Ipſe factione tyrannica, diuina humanaque iura contemnens, tyrannidem exercet.* D *Regibus noſtris, Hugoni & Roberto eius filio, à quibus tantam gloriam gratis conſecutus eſt, interitum meditatur.* Hæc & alia Epiſcopi Rhemenſes Ioanni in Arnulphum, obſecrantes, vt Synodalem ſententiam in eum prolatam, approbaret, adeoque Epiſcopatum ei abrogaret.

III. Heriberti Legatio ad Pp. pro Arnulpho.

Non omiſit etiam Heribertus Comes Caroli Regis Socer pro Arnulpho Legatos mittere: præſertim cum vidiſſet, quia Hugo conaretur, Gerbertum illum arte & dolo in locum Arnulphi intrudere, qui quod Sedem Rhemenſem occupatam cogeretur decreto Ioan. Papæ relinquere, plauſtra conuiciorū, calumniarum, & maledictorum in Ioan. compoſuit; quæ nouatorib. taliū ſtudioſis longe gratiſſima.

De Gerb. moribus & eius in Ioan. Pp conuitia.

Fuit Gerber. monachus quondā Auriacenſis cœnobii, liberalibus artibus potius quam E Theologicis excultus. Hic ſub ſpecie inſtituendi filium Hugonis Regis Robertum, cū monaſterio, monaſticam quoq; verecundiam miſſam fecit, curialis inter curiales (ſecundum illud eius Propheticum: *Conuerſati ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum*) ſic profiteri cœpit, vt garrulitate, dicacitate, oblocutione, detractione, adulatione, animi duplicitate ad ſimulādum atq; fallendū ſumma dexteritate compoſitus, o͞es facile antecelleret. His artibus homo ignobilis primo ad Regiam aulam, inde ad Rhem. Archiepiſcopat. ſibi aditū præparauit; poſtea ad Rauēnatis Eccleſiæ præſulatū aperuit viam; atq; demum vt Imp. manu ad Apoſt. Sedem, cæteris eminētiorem Petri thronum extolleretur, p̄parauit tanq̄ ſummus ſummæ gloriæ ſuæ artifex & architectus, idonea ad id perficiendum

Digitized by Google

ciet. dum in muro tenta compoſita inuentione Dędalica; quamuis plerique (ſed falſo) dixerint, diabolica, nempe vetita magia, quæ per dæmonum inuocationem peragi cõſueuit. Extant eiuſdem Gerberti mendaciorũ, & non tam hiſtoriarum quam inuectiuarum monumenta, quę odio in Ioannem euomuit, quæ nuper à nouatoribus in odium Romanæ Eccleſiæ, è profundo barathri erutæ, Vuechelianis typis Francofurti cuſa ſunt: digna alioqui Vulcano, vel inferno. Hoc anno mortuus eſt Miecislaus Dux Polonorum primus Chriſtianus, Ditmaro auctore. Quamobrem falſus eſt Carmicius in vita S. Stephani qui aſſerit illum anno Chriſti 1000. miſiſſe ad S. Siluestrum Pontificem pro diademate regio impetrando.

IV. De perfidia & obitu Aloaræ. b *Vita S. Nili Abbat.*

Eodem anno defuncta eſt Aloara Pãdulphi Capuani Ducis relicta. Hæc occiſo in clade illa poſtrema Ottonis ſecundi Imperatoris marito, b non ſecus ac ſi Pandulphus viueret, vniuerſæ illi regioni præerat. Et dominii zelo, vel potius ſatanica inuidia occupata, duos filios ſuos qui remanſerant inſtigauit, vt vnum ex Comitibus ſuum nepotem gratia apud omnes potentem interficerent. Occiderunt, per ſpeciem amicitiæ à matre in palatium accitum. Simulauit interim pœnitentiam illa, & B. Nilum ad ſe tanquam acceptura ab eo peccati dignam pœnitentiam ſupplex accerſiuit. Beatus vero Nilus eius precibus annuens, cum ad ciuitatem veniſſet, currebãt omnes ad vias publicas, vt viderent reuerendum eius aſpectum, eiuſq; benedictionem obtinerent. In quibus

Vbi diuinam calumniatorem S. Nili.

diaconiſſa quædam monaſterii præpoſita cum ſuo ſacerdote iuuene exiſtente, & ætate florente ac robuſta, cum collegiſſet etiam alias virgines ſuas quibus ipſa pęerat, obuiam iuit B. Nilo. Ille cũ ſpiritu Prophetiæ eorum geſta conſpexiſſet, occurſum ipſarum non curauit, ſed potius vt gladius ignitus auſtera voce & terribili vultu, ſe ipſis obiecit, inquiens; Quid vobis & iuueni iſti, vt vos quæ videmini virgines, cum ipſo ſimul habitetis? An ignoratis, ꝙ iſte eſt vir, & ipſe ignorat, ꝙ vos eſtis mulieres? Si Deum non timetis, homines cur non reueremini? Reuera in vobis non video iuſtitiæ fructum. His illę auditis, cum oporteret vereri, & horrere B. Nili ingenuitatem, receſſerunt dicentes: non eſt hic ſeruus Dei, ſed diabolus. Et ſtatim ſequenti die inuentus fuit ille presbyter cubans cum diaconiſſa illa ſua conſanguinea, & hoc auditum eſt per vniuerſam illam ciuitatem.

V. B. Nilus Aloaræ interitum filii prædicit ob necem Comitis.

Venit interim B. Nilus ad palatiũ Aloaræ. Quæ cum illum vidiſſet tremẽs procidit ad pedes eius, errorem̃q; confeſſa eſt, vt veniam obtineret. Ille vero cum ipſam ſubleuaſſet: ne facias hoc, dixit, quoniam ego etiam homo ſum peccator, nec habeo facultatem ligandi & ſoluendi. Vade ad Epiſcopos, qui hæc iudicare poſſunt, & quodcunq; tibi illi dixerint, hoc facito. Illa vero reſpõdit: Epiſcopis peccatum meum confeſſa ſum; & illi pręceperunt mihi, vt Pſalterium legerem ter in hebdomada, & eleemoſynas indigentib. erogarem. Precor etiam ſanctitatem tuam, ſerue Dei, vt à te audiam, quod vtile eſt, & peccati mei veniam obtineam. B. Nilus reſpondit: Pſalterium percurrere, & dare eleemoſynam, tibi & indigentibus vtilitatem affert, illi vero qui occiſus eſt, ſalutem non confert, neq; mærorem eorum qui plorant interitum eius, ſoluet: quid enim tantum das, quantum offendiſti? Si vero omnino volueris etiam à me humili conſilium accipere, & facere voluntatem Dei: ecce dico tibi: Trade vnum ex filiis tuis propinquis defuncti, vt de eo faciant quodcunque voluerint: & ita peccatis eris abſoluta. Dixit n. Deus, quod ex manu hominis fratris eius requiram animam, ipſius videlicet hominis. Ad hæc illa reſpondit: nõ poſſum hoc facere; vereor enim ne aliquo pacto ipſum occidant. Tunc B. Nilus zelo diuino plenus reſpondit: Hoc dicit Sp. S. ſanguinis filii tui effundetur pro illo ſanguine, quẽ tu iniuſte effudiſti, & peccatum hoc non delebitur è domo tua in ſeculũ: nec vllus amplius ex ſemine tuo imperabit huic ciuitati, ſed eiicietur & conculcabitur ab hoſtibus ſuis; eo quòd confiſa es potentiæ tuæ, & non didiciſti, quod Dominus pauperes facit & ditat, humiliat & ſubleuat. Quibus illa auditis cœpit flere & lamentari, & cum impleſſet manus ſuas auro, offerebat illud B. Nilo, putans ſe illum ita placaturum. Ille v. ab omni affectu alienus, reuera neq; lacrymis mulieris fractus, neque auri copia captus, neq; potentiam eius veritus, cum diſrupiſſet cubiculi velum, vt ceruus proſiliens, abiit, hoc ſecum cogitãs (vt ipſe narrabat) ꝙ diabol⁹ ita affirmauit; Iſte monachus puluis eſt, irrigabo illum aqua lacrymarum mulieris, & iam efficiam ipſum lutum, vt eum effingere & efformare poſſim vt volo. Et hoc pacto Nilus opere perficiebat illud: *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.* Similiter implens Apoſtolicum præceptum, ꝙ ait; *Ne communicetis peccatis alienis.* Nec multum temporis interceſſit, cum eius prædictio effectum conſecuta eſt. Filius enim iunior prædictæ Aloaræ Principatus zelo maiorem fratrem in Eccleſia orantem gladio interfecit. Ille vero è contra, à Rege Francorum hac de cauſa vinctus perductus, dominio excluſus eſt, dato principatu ab Ottone tertio Imp. cuidam Ademaro Balſami clerici filio, quem is ſecum educatũ à puero vnice diligebat.

IESV CHRISTI
Annus 992.

IOANNIS XV. PAPÆ ANNO 8. OTTONIS III. Imper. ann. 9. Baſilii & Conſtantini Imper. ann. 17.

I. Pſeudoſynod Rhemenſis cõtra Arnulphum Epiſc. a *Aimon. lib. 5. c. 45*

ANno Chriſti 992. Iterum a Hugo Rex volens Lotharii progeniem extirpare, congregari iuſſit Synodũ Epiſcoporum in Rhemenſi ciuitate. Inuitauit & Seguinum Archiepiſcopum Senonenſem, cum ſuffraganeis ſuis. Cauſa tota vertebatur, contra Arnulphum Rhemenſem Epiſc. Regis Lotharii filium naturalem. Proditionis Rhemorum accuſabatur: & quia id probari non poterat; illud quod apertum fuerat, cõtra eum prętexebatur; quod ex concubina natus, ea ſede indignus eſſet. Seguinus Hugoni non aſſentiebatur, nec degradationem Arnulphi, neq; ſubrogationem Gerberti approbabat; quinimo propter eã impietatẽ publice arguebat.

II. Gerbertus Epiſc. Rhem. intruditur.

Hugo tamen cum magno dedecore iuſſit non ſolum expelli, verum etiam in carcerem detrudi Arnulphum, & Gerbertum ordinari. Decem Epiſcopi iſtud iudicium iniquum peregere: quanquam Arnulphũ Rhemenſem, Ioan. Scholaſticus Antiſiodorenſis, Rhanulphus Abbas Senonenſis, & Abbo rector cœnobii Floriacenſis vir ſanctitate apud omnes cõmendatus defenderent. Gerbertus inuaſor ſedis Rhemenſis, in Actis eius Pſeudoſynodi, nimius eſt in odio, & exinde in conuiciis, blaſphemiis, calumniiſq; contra Ioann. ſummum Pontificem, & Romanam Eccleſiam. Quæ cum & à Leone Sedis Apoſtolicæ Legato, & Abbone Abbate Floriacenſi in ſequenti Concilio Rhemenſi, tãquam maledicta Catholico homine indigna, refutata, auctoritateq; Synodali damnata ſint, fruſtra eſſet ea commemorare, nam & hęretici, & ſchiſmatici nihilo meliora in Eccleſiam Catholicam Romanoſque Pontifices eructare ſolent.

Conuitia Gerberti in Pontif.

III. Depoſitores Arnulphi Epiſc. cenſura Eccleſ. puniti.

Hæc in Pſeudoſynodo Rhemenſi contra Arnulphũ ſine auctoritate Sedis Apoſtolicæ geſta, cum Ioan. Papa audiſſet, omnibus Epiſcopis qui Arnulphum eiecerant & Gerbertum ordinauerant, ſacris interdixit. Ad quæ magis Gerbertus inſaniens, literas Seguino Senonenſi Archiepiſcopo contra Ioan. ſcripſit, quales vix ipſe Sathan ſcripſiſſet. Nam ad tantam veſaniam erupit, vt & reſcripta, & decreta Pontificum ne pili æſtimaret, multiſque contumeliis Pontificem Romanum afficeret: vſus auctoritate Hincmari Rhemenſis, qui non diſſimilia olim velut ſchiſmaticus perſcripſerat.

IV. Oſvvaldi Wigorn. Epiſc. felix obitus. b *apud Sur. 15 Oct.*

Hoc anno magnus Oſuualdus Vuigornienſis in Anglia Epiſcopus, ex hac vita migrauit in cœlum. b Die quodam egreſſus cum ſuis ex Oratorio, ſub diuo ſtans, in cœlum intentiſſime oculorum aciem defixit, Chriſtum quem ſuſpirabat, pio corde & ore attentius orans. Nec vero oculos, vt fit, cito retraxit; Sed perinde

ac ſi noui quidpiam cum ſumma animi voluptate contemplaretur, diutiſſime in eo quod intuebatur, defixus fuit. Rogatus ecquidnam videret, ita reſpondit: Contemplor id quo tendo, idque craſtino die, etiam me tacente, res ipſa vobis declarabit. Æterna namque beatitudo, cuius cauſa in terris hucuſq; laboraui, nunc inſtat. Nec ante craſtina occumbet lux, quam me in eam Dominus meus, ſicut eſt pollicitus, introducat. Reuerſuſq; in Oratorium, conuocatis fratribus, hortatus eſt eos, vt ipſi impenderent miniſterium ſacræ vnctionis, cum Dominici corporis viatico. Nocte ſequẽte oblitus aduerſæ valetudinis ſuæ, in templum ſe contulit, officium diuinum expleuit, & reliqua noctis ſpatia in Dei laudibus expendit. Mane ſolito more linteo præcinctus, pedes pauperum lauit, atque extergens, quindecim Pſalmis, quos in illo miniſterio dicere ſolebat, perſolutis, ſubiunxit, gloria Patri, & Filio. Cumque pauperes pro more gratias agentes ſurgerent; ille autem diceret, Spiritui ſancto, ante illorum pedes in manus Chriſti ſpiritum reddidit. Cum autem corpus eius ad Eccleſiam quam conſtruxerat deferretur, niuea columba è cœlo deſcendens, expanſis alis, lento volatu illud protegere viſa eſt. Ignea quoq; ſphæra cœlitus lapſa ſuper feretrum apparuit, depoſitoq; ante altare ſacro corpore, viſo illa tanquam locum ſepulturæ eius deſignatura ad auſtralem Eccleſiæ plagam iuxta altare diuertit, ſicq; ab oculis intuentium ſubducta eſt.

IESV CHRISTI
Annus 993.

IOANNIS XV. PAPÆ ANNO 9. OTTONIS III. Imper. ann. 10. Baſilii & Conſtant. Imp. ann. 18.

I. S. Vdalric. à Ioan. Pp. canonizatus. a *Acta concil. Rom.*

De nobilitate familiæ Creſcentinæ ſeu Cynthyanæ.

ANno Chriſti 993.[a] Pridie Kalend. Febr. Ioannes Pontif. Romanus, congregato Concilio in palatio Lateranenſi, ſanctum Vdalricum Auguſtanum Epiſcopum, doctrina, ſanctitate & miraculis clariſſimum, retulit in numerum ſanctorum, publico & ſolemni Eccleſiæ ritu, facta poteſtate altaris ſub illius nomine erigendi, & feſtum diem anniuerſaria commemoratione celebrandi. Inter Epiſcopos qui diplomati canonizationis ſubſcripſerunt, quartus poſt ſummum Pontificem ſubſcripſit *Creſcentius* Epiſcopus ſanctæ Siluæ candidæ Eccleſiæ. Inter Cardinales vero presbyteros, nonus ordine, alter *Creſcentius* presbyter & Cardinalis ſancti Calliſti. Suſpicio eſt, Creſcentiorum iſtorum nomina, non virorum propria, ſed gentis per ea tempora Romæ nobiliſſimæ fuiſſe. Sane Cynthiorum familia vetus & illuſtris, in orbe Romano fuit. Nomen genti à Sydere, quod κύνθιος Græce, naſcentem ſeu creſcentem Lunam ſignificans, gentiles auidos vel ſaturos gloriæ indicaret, ad imitationem Lunæ, quæ ab obſcura progrediens luce, tamdiu ſuccreſcit, donec ſuam compleat Orbitam, clariſſimoque ſplendore refulgens, nonniſi fatali reuolutione deflorefcat. Sobolis ab amico deriuatæ, variæ nomenclaturæ. Alii Creſcentios, à ſuccreſcente rerum pulcherrimarum cupiditate; Ceneios alii corrupto idiotiſmo; pars Sicinios per anagrammatiſmum; alii[b] Oſtorios à ſtatili radiorum claritate appellabant. Omnibus tamen vnum inſigne, Lunæ, ab origine Aboriginum vrbis Imperantis, qui[c] Lunulas gentium ſtemma, etiam in aſtragalis oſtentabant. Cæterum quia ab vno Antenato, plures Cynthiorum traduces, pluriuariæ quoque in Semiorbem cæſæ Lunæ vſurpationes. Senas, loro tortili diſcinctas Cynthii, Cineii & Ceneii; ternas Creſcentii; binas auerſas, & vel gladio, vel cruce diſpunctas Oſtorii præ ſe ferunt.

b *Corn. Tacit annal. lib 16. A. v. c 9.* c *Plutarch in problem. Rom 76.*

II. De aliis Canonizatis. d *Petr. Da. epiſt 16.*

Dicto Vdalrico in ſanctorum numerum relato, alii quoque perplures eidem catalogo inſcripti ſunt. [d] Sc. Romualdus Cametinẽſis, Amicus Ratiſbonenſis, Guido Pompeſianus, Firmanus Firmenſis, & quam plures alii, qui ſanctæ conuerſationis ſtudio floruerunt.

Super quorum veneranda cadauera, ex ſacerdotalis concilii auctoritate facta ſunt altaria erecta, vbi diuina myſteria, miraculis exigentibus offerebantur.

III. Incēdiũ prodigioſum.

Eodem anno, mons Veſuuius, tantam ignium copiam effudit, vt etiam Roman. Baſilicæ, & in his S. Petri incendium fere corripuerit, quod cernens vniuerſa ciuitas, ad confeſſionem S. Petri accurrit eumq; rogauit, vt templum ſuum defenderet. Innuebant: ſi non propriæ peruigil foret ad præſens defenſor Eccleſiæ, multos in orbe terrarum à ſuæ fidei profeſſione decedere. Statim vero flamma vorax abiegnas trabes deferens diſparuit.

IV. Maioli Abb. obitus. *Apud Sur. 2. Mai.*

Per idem tempus obiit S. Maiolus Cluniacenſis Abbas, quem Hugo Rex ad S. Dionyſii monaſterium reformandum inuitarat. Crebra miracula, quæ à morte eius ſucceſſerunt, ſanctitatem viri illuſtrarunt.

V. Mauri Luſitaniã depopulãtur dantq. pœnas ſacrilegii.

In Hiſpaniis, Mauri noua expeditione ſuſcepta, Luſitaniæ terras vaſtarunt: atque ea parte in Calæciam inuecti, Compoſtellam vrbem vi expugnarunt, incenderuntque. Nec ab ipſo quidem Iacobi Apoſtoli ſepulchro impia ſæuitia temperaſſet, niſi repentinus fulgor excitatus diuinitus impios conatus repreſſiſſet. Templi tamen campanæ, vt de ſuperatis Chriſtianis trophæi inſtar eſſent, Cordubam ablatæ, diu in ſummo Maurorum templo, lampadum vſum præbuerunt. Conſecuta mox diuina vindicta, qua diſſenteriæ morbo, qua peſtis lue, qua Veremundi gladio conſumpti nouiſſimum agmen carpentis, & locis omnibus in reditu prementis. Pauci in patriam incolumes redierunt; vniuerſæ etiam expeditionis ductor euaſit Mahomedes Alhagibus, qui toties impune Chriſtianorum fines inuaſerat. *Marian. lib. 8. c. 10.*

IESV CHRISTI
Annus 994.

IOANNIS XV. PAPÆ ANNO 10. OTTONIS III. Imper. ann. 11. Conſtantini & Baſilii Imp. ann. 19.

I. Legatio Hugonis Regis ad Pp. pro ſtatu and Eccleſ. diſcipl.

ANno Chriſti 994. [a] Perturbatas ob Arnulphi eiectionem Galliarum Eccleſias, Hugo Capetus Rex, cupiens in ordinem redigere ſummumque Pontificem propter incurſionem Gerberti offenſum placare, Ioannem Archidiaconum miſit in vrbem, qui Pontificem vt ad Synodum aut ipſe veniret, aut aliquem legatum mittere vellet, obſecraret. Hæc ex integro affectu (ita ſcribebat Ioanni Romano Pontifici Hugo) dicimus, vt intelligatis & cognoſcatis, nos & noſtros veſtra nolle declinare iudicia.

II. De S. Luca Eremita variis miraculis celebri.

In Calabria hoc anno floruit Lucas, (ſiue vt aliis libet) in Sicilia natus. Hic ab ineunte ætate delitiis ſeculi contemptis, ad monaſterium S. Philippi Argirenſis, ſe contulit, vbi S. Sabbam Abbatem chariſſimum habuit: Cum vero S. Heliæ Monachi Bouenſis, vitam aſperrimam in ſpecu ducẽtis, ac multorum monachorum patris, in quibus SS. Fantinus, Zacharias, & Philaretus erant, fama ſanctitatis peruolaret, ad eos accedens, ibi aliquandiu eſt demoratus. Inde Noam Calabriæ Caſtellum digreſſus, & ædiculam intra nemora nactus, S. Petro Apoſtolo dicatam, in ea manens inſanabiles morbos curabat. Exacto ibi ſeptennio, cum indies maior fieret ad eum hominum concurſus, ad Agnimentum fluuium veniens, S. Iuliani ædicula inſtaurata, populis fame periclitantibus, ita ſuis precibus ſubuenit, vt annona nunquam deficeret. Dæmones ſolo veſtis contactu expellebat. Cum Landulphus Dominus regionis, cœnobii bona inuadere auſus fuiſſet, raptus, per aeraq; deportatus, nunquam amplius viſus eſt. Demum ab eo loco recedens, apud Armentum oppidũ, altis rupibus cinctum, cœnobii Carbonenſis fundamẽta iecit. Quod cum Saraceni, Calabriam, Apuliam, Lucaniamq; populati aggrederentur, à paucis, duce & hortatore Luca

innumeri

innumeri hoſtes cæſi ſunt. Nicolaum monachum defunctum, ad vitam reuocauit. Denique mortem ab Angelo præſciens 3. Idus Octob. migrauit in cœlum; cui morienti B. Sabba adfuiſſe fertur. Corpus eius Armenti (cuius oppidi tutelaris eſt) conditum fuit. *Ex monu. monaſterii Carbonenſis.*

IESV CHRISTI
Annus 995.

IOANNIS XV. PAPÆ ANNO II. OTTONIS III. Imper. ann. 12. Baſilii & Conſtanr. Imp. ann. 20.

I. Concil. Moſom. a *Aimon. lib 5. c. 45.*

ANno *Chriſti* 995. Cum Ioannes Pontifex Romanus, in Gallias ipſe venire non poſſet, vt cauſam Arnulphi & Gerberti cognoſceret, [a] Leonem virum ſanctiſſimum Abbatem monaſterii SS. Bonifacii & Alexii Legatum miſit, & vna cum eo Segninum Archiepiſcopum Senonenſem ſuum. Commiſſum inſtituit, qui nomine Pontificis Synodum conuocaret, eique præſideret. Conuocata eſt primo quarto Non. Iunii Synodus Moſomi, oppido Belgiæ. In qua cum Gerbertus Leoni orationem apologeticam pro ſe ſcriptam obtuliſſet, neque tantus numerus Epiſcoporum, quantum merita cauſæ poſtulabant, conueniſſet, aliam Synodum Kalend. Iulii Rhemis congregauit. Ibi auditis tam Gerberto inuaſore, quam Epiſcopis qui eum ordinauerant; iuſſu ſummi Pontificis reuocatus eſt. Arnulphus de cuſtodia, & cum honore magno receptus in propria ſede. Gerbertus autem intelligens, quod iniuſte Pontificalem ſuſcepiſſet dignitatem, tum ipſe pœnitentia ductus agnouit coram Synodo errorem quem errauerat, tum decreto Synodi in ordinem redactus, Pontificalibuſq; veſtibus exutus eſt,

Concil. Rhem. in quo depoſito Gerberto Arnulph. reſtituitur.

II. Diuinitus puniti Manſo Abb. & Alber. Epiſc. b *Leo O.*

Hoc anno, [b] Abbas Caſſinenſis Manſo nomine, qui ſancto Aligerno ſucceſſerat, nequitia Alberici Marſorum Epiſcopi, captus, exoculatuſque eſt: non ſine vltione diuina, in Albericum ſubſecuta. Nihil plane religioſum in moribus Manſo præferebat. Famuli ſerico induti, citharœdi ad menſam, equites plurimi, curiæ frequentatio, & alia ſecularia multa. Aliquando S. Nilus eum conuenerat. Cumque in Eccleſia cum ſuis expectare cogeretur, & interim citharædus quidam pulſans citharam in cœnaculum ingreſſus fuiſſet, dixit ille ad ſuos; Memoria tenete, fratres, verbum hoc; quod breui tempore veniet ira Dei ſuper homines iſtos. Surgite, & hinc diſcedamus.

Nec annus tranſiuit, cum Albericus Abbatem in dolo Capuam inuitauit, oculos ei erui fecit. Sed & ipſe eodem plane momento, quo eruti ſunt illi oculi, antequam inuolutos eos linteolo hi qui miſſi fuerant detuliſſent, ſubita morte extinctus eſt, die 18. Kalend. Decembr.

III. c *Curopal.*

[c] Conſtantinopoli Nicolaus Chryſoberges Patriarcha defunctus, ſucceſſorem habuit Siſinnium.

Eodem hoc anno floruit; Poppo natione Friſius, ſeu vt alii volunt, Danus vir ſcientia & morum grauitate non minor, quam nobilitate multis in iuuentute peragratis regionibus multa vidit, audiuit, & recenſere potuit. Vnde & charus euaſit tam Ottoni I. Imp. quam Libentio Archiepiſcopo Bremenſi.

IV. Suenottonis immanitas, diuinitus punitur.

Excitauerat ea tempeſtate Suenotto Rex parricida magnam Chriſtianorum in Dania perſecutionem; nec legationibus aut muneribus vllis Archiepiſcopi licet crebris ſollicitaretur, flecti ſe paſſus eſt, vt vel minimum ferocitatis deponeret, Chriſtianiſque redderetur manſuetior. Quin & bis à Vandalis captus ludibrio habitus totieſque à ſuis ingenti auri pondere redemptus, nec dum meliorem redemptorem agnoſcere voluit. Iratus igitur furore Dominus, tradidit eum in manus inimicorum eius, vt diſceret non blaſphemare. Potentiſſimus enim Sueonum Rex Ericus à crebris contra Ruſſos, Ertones, Liuones, Curetes, ac Danos victoriis, cognomento Victorioſus collecto innumerabili exercitu, Daniam inuaſit, & cum Suenottone à Deo derelicto congreſſus bello nauali cum omnes eſſent Danorum copiæ contritæ, Ericus Rex victor Daniam ſubactam ad mortem vſque imperio ſuo rexit. Suenotto ergo regno depulſus dignam factis ſuis à Deo mercedem recepit.

V. Poppo Epiſcopus Ericum Daniæ Regem cũ ſuis ad Chriſti fidem conuertit eamque euidentiſſimis ſignis cõprobat.

Sed cum Ericus quoque Paganus hoſtis Chriſtianorum exiſteret miſſus eſt ad eum Poppo legatus, Cæſaris & Archiepiſcopi Bremenſis nomine, tum in Sleſuicenſem ordinatus Epiſcopum; vbi de pace Chriſtianorum apud Principem multis expoſtulauit, magnaque populi frequentia in concionem euocata, de religione Chriſti ſuſcipienda diſſeruit, multa inferens ad conuellendam vanam veterum & ſuperſtitioſam religionem, & ad fundandam & perſuadendam ſolidam & veram Chriſti doctrinam. Eo tum deuoluta eſt diſputatio, vt rebus potius quam verbis comprobaretur veritas. Cum Rex ac regnicolæ ſuo more ſignum quærerent: Ecce inquit Poppo, ferrum in modũ chirothecæ fabrefactum, cui manus cubitotenus inſeratur; iubeo totum igniri, ſpondeoq; portaturum me ſine læſione in quem locum conſtituitis, per virtutem Euangelii Ieſu Chriſti; & veræ religionis eius magna cupiditate, accepta ſponſione expectabant vniuerſi vt impleret quod dixerat. Ille ignito ferro manum induit, & intrepidus ſine vlla contractione vultus, aut ſignificatione doloris deportauit, & Regis ante pedes excuſſit:

Cernite, inquit, & colite virtutem Ieſu Chriſti, cui parent elementa omnia, quippe qui fecit cœlum & terram, & vniuerſa, quæ illorum ambitu cõtinentur. Nunc ſi quis aſſertor veterum fidat religioni, quam coluit experiatur virtutem Dei ſui quem adorauit. Alio æque inſigni miraculo idem vir pręclarus fidem populo nouellam probauit. Tunicam indutus ceratam, cum ſtaret in medio populi cereo in nomine Domini præcepit incendi: ipſe vero oculis ac manibus in cœlum porrectis, ardentes flammas tam patienter ſuſtinuit, vt veſte prorſus combuſta, & in fauillam redacta hilari ipſe vultu, nec fumum incendii ſe ſenſiſſe teſtaretur. Obſtupuere omnes miraculorum nouitate conterriti, & mutire non audebant, quique ante refractarios ſeſe præbuerant, in album fidelium referri ſupplicarunt. Rex ipſe reliquique præſentes, ſacri baptiſmatis vndam ſalutarem ad vnum omnes (quorum multa fuere millia) ſubierunt; manſitque nomen Popponis per populos & Eccleſias in omnem poſteritatem vbique celebre.

Eius igitur; cum ſuis in Dania conuerſus ac baptizatus occaſionem dedit, prædicatoribus Dania expulſis, in Sueoniam tranſeundi, qui magna fiducia verbum Dei euangelizabant. Etſi non deſint qui dicant Ericum poſt ſuſceptum Chriſti cultum denuo Ethnicos ritus repetiiſſe. Poppo vero pro fide & ſanctitate iam domi foriſque magnus, Archiepiſcopo familiariſſimus, fortiter fidem Catholicam tutatus eſt, donec ætate confectus Bremæ, carne depoſita, ſpiritum beatorum ſedibus tranſmitteret; Anno Chriſti milleſimo vndetriceſimo; ſepultus apud S. Petrum.

De eo ſcriptores rerum Sueticarum *Adam. Brem. lib. 2. cap. 26. & 44. Abbas Stad. pag.* 109. hic aſſerit Popponem veniſſe in Daniam Anno 974. *Saxo Gram. libro decimo*, qui vult eum poſt obitum Erici Victorioſi veniſſe in Daniam ad prædicandum, poſtquam Sueno potitus fuit Imperio, & ſub eodem Suenone mortuum. Sed verius Adam. Brem. vicinus temporibus Popponis à Libentio I. Archiepiſcopo Bremenſ. miſſum in menſem, & eodem cum Vnuano Libentii ſucceſſore tempore abiiſſe.

Cœpit autem Libentius Anno 989. atque rerum in Dania potiebatur Ericus; Vnuanus vero obiit Anno 1029. *Alb. Krantz. in ſua Metrop. libro tertio, cap. 42. & libro quarto, cap. 3. & 8. Idem in ſua Suecia, libro quinto, capite duodecimo, Ioan. Magnus in ſua Metrop. libro primo, Sigebertus in*

Digitized by Google

Chron. Recenſente Ioan. Vaſtou. Sigiſm. III. Reg. Polon. Biblioth. Præfect.

IESV CHRISTI
Annus 996.

GREGORII V. PAPÆ ANNO 1. OTTONIS III. Imper. anno 13. Baſilii & Conſt. Imp. anno 21.

I. Ioannis Pap. obitus.

ª Gregorii V. Pap. creatio. *a Ditmar. lib 4. & Glaber lib 1 c. 4. & Leo Oſtienſ lib. 2. c. 18.*

ANno *Chriſti* 996. Nonis Martii, Ioannes Papa defunctus, in baſilica S. Petri ſepultus eſt. Conſulatum ſeu Ducatum Romanum tunc gerebat Creſcentius, rerum potens, qui quod perſpiceret Ottonem Imperatorem in eo totum eſſe, vt [a] Pontificatus vrbanus homini Germano Ottonis Ducis filio eius conſanguineo, nomine Brunoni deferretur, ipſe quanquam ſtudio factionis Ottonianę Bruno electus Gregorii Quinti nomine ei impoſito fuiſſet, Ioannem natione Calabrum, patria Roſſanenſem, Epiſcopum Placentinum contra Gregorium Quintum ſybrogauit, & Ioannem XVI. appellauit. Præuidebat enim Creſcentius, Ottonem eo fine ſuum conſanguineum Petri cathedræ voluiſſe præſidere, vt Imperii iura & ſucceſſionem, à reliquis in ſuos Germanos transferret.

II. Otto Imp. Creſcentiũ dolo ob intruſionem Ioan. Pap. interficit.

Res erat. Is enim ſimul atque intellexit Gregorium expulſum, Ioannem vero à Creſcentio Conſule ſeu Duce introductum eſſe, Gerberto illo Rhemis deiecto Archiepiſcopatu Rauennate in itinere donato, Romam contendit: & tum ambitu deriuationis in Germanos per Gregorium conſanguineum ſuum imperii, tum neceſſitudine ſanguinis erga eumdem Gregorium; tum amore illicito coniugis Creſcentii quæ venuſtiſſima Romanarum erat inflammatus, Gregorium quidem reſtituit, Ioannem vero à Creſcentio ſuffectum ſede exturbauit. Creſcentium autem in caſtro S. Angeli incluſum obſedit, & promiſſione impunitatis dolo & arte ſeductum, capite imminuit; vxoremque eius cæſi in concubinam accepit.

Ioan. Pap. Schiſmaticus ab Ottonianis necatur.

Tanta vero immanitate Ottoniani in Ioannem ſæuierunt, vt oculis, lingua, & naſo orbatum aſello retro conuerſum impoſuerint, dataque ei in manus cauda vectoris ſui per vrbem circumduxerint, iſtud conclamantes; *Tale ſupplicium patitur, qui Romanum Papam de ſua ſede pellere nititur.* Quod cum intellexiſſet S. Nilus, hominem ſcilicet tanta contumelia affectum & in carcerem coniectum eſſe, Romam veniens ſupplex Imperatori fuit, vt illum cæcum, elinguem, & mutilatum ſibi concederet: ſed ille iam in carcere defunctus, ſepulturæque traditus non ſuperuixit.

Ottonis Imp. pœnitentia.

Quare Otto Imperator perculſus, pœnitentiam pollicitus, pedes ab vrbe ad Garganum montem ad S. Michaelem Archangelum iuit. Porro Creſcentii (quem tyrannum voluntarie appellarunt) corpus ſublatum, in cæmeterio Callepodii, vbi antiquitus extructa Eccleſia Sancti Pancratii permanet, conditum eſt; in cuius pauimento etiam hodie legitur ſequens inſcriptio:

Vermis homo putredo, cinis, laquearia quæris
His aptandus eris ſed breuibus gyris.
Qui tenuit totam feliciter ordine Romam
His latebris tegitur pauper & exiguus.
Pulcher in aſpectu Dominus Creſcentius & Dux
Inclyta progenies quem peperit ſubolem.
Tempore ſub cuius valuit, Tiberinaq; tellus
Ius ad Apoſtolici valde quieta ſtetit.
Nam fortuna ſuos conuertit luſibus annos,
Et dedit extremum finis habere tetrum.
Sorte ſub hac quiſquis vita ſpiramina carpis
Da vel huic gemitum, te recolens ſocium.

Per idem temporis, alii duo Creſcentii, ſanctitate vitæ non minus quam ſplendore familiæ illuſtres, Romæ obierunt. Prioris epitaphium in Eccleſia SS. Bonifacii & Alexii in monte Auentino, alterius vero in diaconia SS. Coſmæ & Damiani, adhuc extat ſepulchris impoſitum. Priores verſus hi ſunt, quos exhibemus.

Corpore hic recubat Creſcentius inclytus ecce,
Eximius ciuis Romanus, Dux quoq; magnus.
Ex magnis magna proles generatur & alta,
Ioanne patre, Theodora matre niteſcens.
Quem Chriſtus animorum amans, medicuſq; peritus,
Corripuit languore pio, longævo, vt ab omni
Spe mundi lapſus, proſtratus limina Sancti
Martyris inuicti Bonifaci amplexus, & illic
Se Domino tradidit, habitum monachorum adeptus.
Quod templum donis amplis ditauit, & agris.
Hinc omnis, quicunq; legis, rogitare memento,
Vt tandem ſcelerum veniam mereatur habere.

IV. Duorum Creſcentiorum obitus.

Obiit die 7. menſ. Iul. Ann. Dominicæ incarnationis DCCCC. LXXXIII. C. R. M. Alterius autem carmina his verbis concepta ſunt.

Quiſquis ab occaſu properas huc, quiſquis ab ortu,
Axe vel à gelido, ſiue calente polo.
Flecte precor geminos carmen lecturus ocellos,
Sortis & humanæ flebilis eſto memor.
Es quod amice fuit tumulo qui clauditur iſto,
Nunc cinis & puluis, quod q; futurus eris.
Hei mihi non vero Creſcentius omine dictus
Stamina cum noſſet fore breuiora ſibi.
Vngue ſed à tenero pietatis vomere ſulcos
Excoluit mentis ſemina grata ferens.
Hoſpitibus tectum, nudis largitus amictum,
Eſuriem dapibus expulit, amne ſitim.
Sed cum ter denis ſubiit ſexqui altera ariſtis,
Quod terra eſt liquit ſumere certus idem.
Sic tibi ſic cuncti poſt mortem talia reddant,
Carmen in hoc tumulo quiſquis amice legis.
Dic oro dic lacrymis pietatis clauſula, Ieſu
Parce tuo famulo Altitonans Ypſiuremeta pie.

V. Gre. PP. V. Ottonem III Imp. coronat.

Obiit menſ. April. D. XXVI. Indict. VIII. Anno Dominicæ incarnationis Mil. X. ſcilicet, quatuordecim poſt annis. Sed hæc de Creſcentiis, huius ſeculi. A cuius nobiliſſimæ familiæ Conſule, liberatus metu Gregorius Quintus, [b] mox ex Concilii decreto, quod hic ambiebat, Ottonem, Imperatorio diademate coronauit, [c] iuſque eligendi Imperatoris, Principibus & populis Germaniæ ſolis permiſit; quod poſtea Innocentius Quartus, in Concilio Lugdunenſi, [d] ad ſeptemviros; ſcilicet Moguntinum, Treuirenſem & Colonienſem Archiepiſcopos, & cum his ad Marchionem Brandeburgenſem, & Palatinum Rheni, & Saxoniæ Ducem, & Regem Boemiæ reduxit. Quod vtrumque, cum etiam ipſi Nouatores Centuriatores in ſuis Centuriis Eccleſiæ Romanæ attribuant, & [e] tam Imperatores, quam Electores ſinguli, eidem Romanæ ſedi ferant acceptum; non eſt quod vel in controuerſiam vertatur, vel à friuolis aliquorum eluſionibus, ſic de auctoritate Summi Pontificis, aut iure communicato diſſeratur.

b Vit. S. Adalb. *c Cent. 10 c. 10. p. 546. & c. 16. pag. 7.* *d Martin. Polon. in Ottone III.* De 7. Electoribus Imperii. *e Extant litera in caſtro S. Angeli.*

VI. Ius Imperatorem eligendi Electoribus à Ro. Pontifice conceſſum.

Sane [e] Albertus Imperator Bonifacio octauo Papæ ſcribens diſerte hoc confitetur hiſce verbis; *Recognoſcens igitur, quod Romanum Imperium per ſedem Apoſtolicam de Græcis tranſlatum eſt in perſona magnifici Caroli in Germanos, & quod ius eligendi Romanorum Regem in Imperatorem poſtmodum promouendum, certis principibus Eccleſiaſticis & ſecularibus eſt ab eadem ſede conceſſum, à qua Reges & Imperatores qui fuerunt, & erunt pro tempore, recipiunt temporalis gladij poteſtatem ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum; pia deuotione & ſincero corde profiteor, quod Romanorum Reges in Imperatores poſtmodum promouendi per ſedem eandem, ad hoc potiſſime & ſpecialiter aſſumantur, vt ſint Sanctæ*

Romanæ Eccleſiæ aduocati, Catholicæ fidei, ac eiuſdem Eccleſiæ præcipui defenſores. Verum de his, non plura. nam ab aliis ſatis plura.

VII. Adalbertus denuo ad Pragēſem Epiſcopatum repetendum inuitatur. Ex eodem Concilio Papa Gregorius, Adalbertum Epiſcopum Praganum hactenus in monaſterio SS. Bonifacii & Alexii monaſticæ addictum, poſtulante Archiepiſcopo Moguntino, iuſſit reuerti ad Eccleſiam ante commiſſam. Cum vero Adalbertus excuſaret; populum illum eſſe duræ ceruicis, nec ſe poſſe obduratis præſidere: Gregorius ei permiſit, vt ſi minus dicto obedientes Boemos inueniret, poſſet vel ad Hungaros, vel Polonos finitimos, prædicandi Euangelii cauſa concedere.

VIII. Miraculū Adalberti de duabus præſentiis in diſtinctis locis. [f] *Dubrauius.* Mirum eſt, quod de eo hiſtoriæ Boemicæ, ac vitæ ipſius veriſſimi ſcriptores prodiderunt. [f] Contigerat eum aliquando coram Summo Antiſtite, ſacris operari: & conſecratione Corporis atq; ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti peracta, ad altare obdormire. Mirabantur omnes, myſtę ſomnum, quod in tanto conſeſſu Cōcilii ei obrepſiſſet. Aliqui tingebantur, & temere iudicabant; nec tamen ſtatim excitare audebant, donec Sūmus Pontifex animaduertiſſet. Ilico enim Adalbertum excitarunt, & vt reliquum ſacrificii peragerēt, monuerunt. Experrectus, chirotecam Epiſcopalem poſtulabat. Diu quæſita eſt, quam initio induerat; & cum illa non reperiretur, tandem altera prolata, facto finem de more impoſuit. Tandem à ſummo Pontifice, cauſam, ſiue ſomni, ſiue chirotecæ deperditæ rogatus; non ſomnum ſed pietatis officium illud fuiſſe reſpondit; aſſeruitque; eadem hora, quinque fratres ſuos cæſos, ſepulturæ dediſſe, illicque chirotecam in altari Diuæ Deiparentis quam requirebat, reliquiſſe. Miſſi in Boemiam nuncii, qui in fidem dictorum Adalberti inquirerent; didicerunt; eadem hora, qua Adalbertus Romæ ad altare viſus eſt dormiſſe, eundem in Eccleſia in qua fratres eius cæſi ſepeliebantur interfuiſſe, funus eorum curaſſe, chirotecamque depoſuiſſe. quam cum Romam qui miſſi fuerant retuliſſent, parilem ei, quæ in fidem ſeruabatur, facta collatione repererunt. Ita Adalbertus ſanctitatem ſuam eo inſigni miraculo illuſtrauit. Roma profectus, Turonos ad Sancti Martini corpus viſitandum, inde vero Floriacum ad venerandas S. Benedicti reliquias diuertit, & inde Pragam ſe contulit. Sed non diu apud eos hæſit, crudelitate gentis, qui fratres eius innocentes occiderant, & pertinacia ceruicoſi populi, qui neq; ad pœnitentiam flectebatur, offenſus, ad Hungaros, & tandem ad Polonos & Prutenos commigrauit.

IX. S. Bonifacius Ruſſorum Apoſtolus. [g] *apud Sur. 19 Iun.* Quod Ottonem tertium Imp. attinet, is antequam Romam veniret, [g] Sanctum Romualdum, in inſula Pereta, duodecim milliaribus Rauenna diſtante, commorantem conuenit, & in lectulo ſancti viri dormire, ſummæ felicitatis loco duxit: & tantum virum, monaſterio Claſſenſi, poſtulantibus monachis præfecit: à cuius poſtea conuerſatione, Bonifacius vir illuſtris, Imperatoris conſanguineus, ad monaſticæ vitæ propoſitum contendens, in cœnobio SS. Bonifacii & Alexii profeſſus, gentis Ruſſorum Apoſtolus à ſede Apoſtolica deſtinatus Euangelium prædicauit.

X. Viſio Imp. de non expellendis Monachis ex Eccleſia S. Pauli. [h] *Glaber hiſt. lib. 1.* Romæ agens [h] Otto Imp. ſuggerente tam ipſo Pontifice, quam aliis quibuſ[illegible]mq; zelum profectus religionis domus [illegible]ei gerentibus, aliquos in Beati Pauli Eccleſia nomine tenus monachos, cæterum praue degentes, expellere, ac alterius inſtituti (quos videlicet canonicos dicimus) introducere diſponebat. Cumque hoc appeteret implere decretum, apparuit ei noctu per viſum beatiſſimus Paulus Apoſtolus, eumque his verbis admonuit: ſi vere, inquiens, zelus diuinæ ſeruitutis, optimi operis te adurit: vide ne huius propoſiti inſtitutum præſumas in monachis immutare expellendis. Nō enim omnino expedit, cuiuſque Eccleſiaſtici ordinis, quamuis ex parte deprauati, propoſitum vnquam abiici, ſeu immutari. In eo namque vnuſquiſque iudicandus eſt ordine, in quo ſe primitus vouit Deo ſeruire: emendari tantum licet corruptio cuique in eadem propriæ vocationis ſorte. Hæc audiens Imperator, non expellere, ſed reformare eoſdem monachos conatus eſt.

XI. Imperator pœnitentiam agit. Quibus tranſactis, contra Tiburtinos profectus eos Creſcentio olim adhærentes in gratiam recepit, & inde ad monaſterium Claſſenſe reuerſus, per totam Quadrageſimam, in eodem paucis ſibi adhærentibus manſit, vbi ieiunio, & pſalmodiæ prout valebat intentus, cilicio ad carnem indutus, aurata deſuper purpura tegebatur. Lecto inſuper fulgentibus palliis ſtrato, ipſe in ſtorea de papyris confecta tenera delicati corporis mēbra deponebat. Promiſit denique Beato Romualdo, imperium relinquere, & monaſticum habitum ſuſcipere. [i] Reuerſus Aquiſgranum, Caroli Cæſaris oſſa, vbi requieſcerent cum dubitaret; rupto clam pauimento, vbi ea eſſe putauit, fodere, quouſque hæc in ſolio inuenta regio, iuſſit. Vnde Crucem auream, quæ in collo eius pependit, cum veſtimentorum adhuc imputribilium parte ſumens, cætera cum magna veneratione repoſuit. [i] *Ditmar.*

XII. Deum ſacrilegia deteſtari. Eodem anno accidit quoddam mirandum, in probationem eius, quia Deus deteſtatur dona impiorum. Fulco Comes Andegauenſis, bonorum Eccleſiaſticorum inuaſor & iniuſtus poſſeſſor, magnificentiſſimo ſumptu Templum quoddam extruxerat, vtque Henricus Archiepiſcopus Turonenſis illud conſecraret, ſummopere obſecrabat. Recuſabat Henricus, antequam Comes bona Eccleſiarum reſtitueret. Fulco negabat; & apud Ioannem XVI. contra Gregorium electum conſecrationem vrgebat. Miſit ille Petrum S.R.E. presbyterum Cardinalem, qui templum dedicauit. Cęterum ceremoniis peractis, tantus turbo ſtatim exortus eſt, vt Eccleſiam illam funditus euerterit, in ſignum, non, quod [k] Glaber mentitur, vſurpatæ iuriſdictionis, nam ſummo Pontifici ius in omnem Eccleſiam: ſed in argumentum euidens, quod Deus ex ſacrilegio parta vel ſarta deteſtetur. [k] *lib. 2 c. 4.*

IESV CHRISTI
Annus 997.

GREGORII V. PAPÆ ANNO 2. OTTONIS III. Imp. ann. 14. Baſilii & Conſt. Imp. ann. 21.

* I. Quomodo Adalbertus Apoſtolatum geſſerit. [a] *Cromer. lib. 1 in Boleſlao.* ANno Chriſti 997. [a] S. Adalbertus Pragenſis Epiſcopus, ad ſuos reuerſus, tentatis iterum, an reſipiſcerent Boemi, cum nequicquam apud eos proficeret, in Vngariam, Razimo, ſiue Gaudentio, quem in loco fratris habebat, & aliquot aliis viris religioſis comitantibus profectus, Geiſa principe cum vxore fauentibus, Vngaros religione Chriſtiana non ita pridem, nec vniuerſe adhuc ſuſcepta, per interpretem accuratius imbuit: Stephanumque Geiſæ filium vel baptizauit, vt voluut quidam, vel baptizatum iam ante confirmauit: inde in Poloniam ire perrexit. Acceptus honorifice à primoribus & cætera multitudine, & ab ipſo Boleſlao, Duce, eandem Polonis quam Vngaris operam nauauit, cum Cracouiæ, & in itinere quo veniebat, tum Gneſnæ inprimis: & eo quidem maiore ſtudio & alacritate, quod linguæ & ſanguinis cognatio Boemis ſuis cum Polonis intercederet. Oppoliæ dum prædicaret, veſtigia pedum vt nudus plantas inſiſtebat, duro lapidi impreſſit: quæ etiam nunc in baſilica Cathedrali Vratiſlauiæ oſtenduntur. Mortuo vero illis diebus Roberto Gneſnenſi Archiepiſcopo, Adalbertus magnis precibus principis exoratus, curam eius Eccleſiæ ſuſcepit.

II. Martyriū Adalberti. Cæterum non multo interiecto tempore, viſo nocturno admonitus diuinitus, iam inde ab initio ſuſceptam ad Pruſſos peregrinationem, ægre dimittentibus cum principibus obiit, relicto pro ſe Gaudentio Archiepiſcopo. Ibi dum religionem Chriſtianam magna cum patientia diſſeminaret, à gente barbara & immani, dæ-

monum & idolorum ſacrificulis cum antiſtite inſtigantibus, venerandâ myſteria peragens prope oppidum ſinus Venedici, ſiue Sarmatici, quod Fiſhanſum Germani poſtea dixere, confoſſus occubuit die 23. menſis Aprilis. Cuius corpus poſtea Boleslaus Dux, dilata in aliud tempus vltione, à Pruſſis redemit: & minimo quidem, propterea quod appenſum in ſtatera corpus, pecuniam ponderaret, diuina (vt creditum eſt) virtute efficiente. Tantum enim argenti, ſiue auri, vt illi volũt, pacti erant Pruſſi, quantum corporis pondus adæquaret. Deductum ſolemni pompa, primum in Tremeſinẽſi monaſterio collocauit; nec multo poſt ad Gneſnenſem Baſilicã deportauit. Nec mora, cœpit locus & monumentum inclyti martyris, plurimis & ſalutaribus humano generi miraculis corruſcare. Eadem hora, qua Adalbertus in Pruſſia cæſus eſt, eius martyrium tanquã præſentes per viſum ſpectarunt Romæ monachi monaſterii SS. Bonifacii & Alexii. Sc. [b] magnus ille Nilus, & Ioannes Abbas, & alius presbyter qui dum miſſam faceret, & ſacram hoſtiam iuxta ritum religionis afferret, reuelans ſpiritus ad eius aures dixit, vt Beati Adalberti Martyris ſuffragia laboranti mundo imploraret.

Boleslaus Dux a Pruſſis corpus Adalberti redimit.

b *Petrus Damian. in Romualdo.*

III. S. Bonifacii Ruſſorum Apoſtoli martyrium.

Ab Adalberti exemplo incitatus S. Bonifacius Ottonis Imp. cognatus, cum iam in monaſtico exercitio ſeſe omni virtutum genere excoluiſſet, à ſummo Pontifice dignitate Archiepiſcopali ornatus, & cum poteſtate Apoſtoli ad conuerſionem Gentilium miſſus, in Ruſſiam iterum barbariſmo obſitam conceſſit, fidemque ab eis deſertam rurſum ſeminauit, magno vitæ ſanctioris exemplo, donec & ipſe, quam deſiderauerat, martyrii coronam apud eos pro fide Chriſtiana obtineret. Tantæ patientiæ fuiſſe Bonifacium ferunt, vt cum eques nudis pedibus incederet in illo frigore intolerando, quale eſt in Borealibus regnis, non poſſet pedem à ſubhærendo ferro diſiungere, niſi aqua calida ſubueniret. Metuentes porro barbari, ne ſicut poſt martyrium Beati Adalberti corruſcantibus miraculorum ſignis, Slauonicæ gentis pleriq; conuerſi ſunt, ipſis quoq; ſimiliter eueniret, longo tempore manus à ſancto viro artificioſa malitia repreſſerant, & cupidiſſimo mori, nolentes occidere, crudeliter pepercerãt. Cæterum cum idipſum eo viuente fieri viderent, quod eo occiſo expectabant, tandem, tandem trucidarunt.

IV. Stephanus Vngariæ Princeps.

c *Carthuitius in vita S. Stephani Reg. apud Sur. 20. Aug.*

Perduelles hic profligat.

Per ea tempora, [c] Geiſa Principe Hungariæ vita functo, Stephanus filius in principatu ſucceſſerat, adoleſcens quidem ætate, cæterum prudentia, pietate, religioniſque amplificandæ ſtudio, ſuper ſenes intelligens. Conabantur Hungarorum aliqui fidem ſuſceptam deſerere. Quamobrem bellum ciuile contra iuuenem ſuſcipientes eius vrbes depopulabantur, miniſtros cædebant, atq; ipſi tum inſultabant, tum extrema cogitabãt. Veſprinum forte obſidebant, cum Stephanus virtute diuina ſubnixus, collecto quanto poterat exercitu, ſub ſignis S. Martini Pontificis & S. Gregorii Martyris contra perduelles mouit, illos miraculoſe profligauit, & ex manibus perditorum, Eccleſiam & monaſterium Diuo Martino, eo loco qui ſacer mons dicitur, vbi S. Martinus cum in Pannonia degeret, precari ſolitus fuerat, ædificauit, & reditibus aſſignatis locupletauit.

IESV CHRISTI
Annus 998.

GREGORII V. PAPÆ ANNO 3. OTTONIS III. Imper. anno 15. Baſilii & Conſt. Imp. ann. 13.

I. Robertus Franc. Rex excommunicatus ob [illegible] matrimonium.

a *Leo [illegible]*

ANno Chriſti 998. In Galliis, Hugoni Regi defuncto, Robertus filius ſucceſſit.[a] Duxerat is vxorem Bertam matrem Odonis Comitis affinitate ſibi coniunctã. Quam rem etſi Galliarum aliqui Epiſcopi perperam approbaſſent, Gregorius tamen Summus Pontifex reprobauit, & tam illum, quam Epiſcopos illos palpones anathematis gladio percuſſit. Sed & Deus impune non tulit inceſtum. Dum enim eadem Berta de Roberto cõcepiſſet, credens ſe filium parituram, monſtrum peperit, collo & capite anſerino. Quam rem reliqui Epiſcopi deteſtati, vtrunq; excommunicauerunt. Cuius ſacerdotalis edicti tantus omnem vbiq; populum terror inuaſit, vt à Regis ſocietate vniuerſi diſcederent, nec propter duos ſeruulos ad neceſſarium victus obſequium illi remanerent: qui tamen & ipſi omnia vaſa in quibus Rex edebat & bibebat, percepto cibo, abominabilia iudicantes, pabula ignis exhibebant. Abbo Abbas Floriacẽſis libera voce Regem increpauit, & mulierem repudiare coegit. Qui poſtmodum pœnitentia ſceleris peracta, cum à vinculo excõmunicationis exſolutus eſſet, Conſtantiam Comitis Arelatenſis filiam ſibi in matrimonio collocauit, & ſanctitate pietateque excultus vſque ad finem vitæ perſeuerauit. Burgundiones infeſtos habuit; veruntamen benignitatis ſpecie illos emolliuit, vt ſe illius voluntati libenter permitterent. [b] Mirum tunc accidit. Cum ad caſtrum S. Germani exercitum admouiſſet, S. Odilo Abbas cum octo fratribus Deum orabat, vt eum locum ab obſidione liberaret. In momento adfuit Dei auxilium. Nam eiuſdem caſtri vniuerſa capacitas, ita repleta eſt hora prælii teterrima nebula, vt nemini hoſtium à foris peruius foret iaculandi aditus, à quibus ab intro repugnantibus cernerent ſe graui cęde proſterni.

ad Henric. Roberti f. & Petr. Dam. ad Deſider. Abbat.

Ideã Deo flagellatur.

b *Glaber lib. 2. c. 8.*

In Hiſpaniis,[c] Veremundus Rex feliciter contra Almanzorem Regem Saracenorum pugnauit. Deſiderata ſunt ex Mauris ſeptuaginta millia peditum, equitum vero millia quadraginta. Allhagibus Dux, qui bis & quinquagies in Chriſtianorum ditionem inuaſerat, & ſæpe victor euaſerat, cum fuga elapſus eſſet, ex rei male geſtæ dolore, obſtinata inedia vitam finiuit. Qua die ad Calacanaſorium pugnatum eſt, quidam piſcatoris habitu Cordubæ ad Bætis ripam, tanta locorum longinquitate, ceciniſſe fertur, voce flebili, nunc Arabica, nũc Hiſpanica lingua modos mutando: *Ad Calacanaſorum amiſit Almanſor tympanum.* Vnde in ſpecie hominis à genio malo victoriam euulgatam ſuſpicati ſunt: pręſertim inter manus effugiente vmbra, cum ciues Cordubenſes tenere conarentur.

II. Saraceni victi ab Hiſpanis per pietatem.

c *Annal. Hiſpan.*

Pietati aſcripta eſt ea victoria, namque ea Veremundus mirifice florebat. His etiam vel ſuperioribus, quemadmodum dictum eſt, temporibus, illud magnum mirandum, ſub Garſia Fernando Caſtellæ Comite, aduerſus item Arabes pugnante, contigit. Etenim cum eius principatus initio aduerſus hoſtes confligeret apud oppidum Gormatium, pietate ac fide nobilis iure Ferdinandi Antolini, exercitus hoſtium eſt profligatus, ſub eius ſpecie Angelo depugnante. Nam cum ille in Eccleſia illic poſita moraretur, vt precibus ſuis victoriam impetraret, ignaniæ illi ab æmulis tributum eſt, quod timore perculſus, ſecuritatis cauſa Eccleſiam adiiſſet. Sed Deus manifeſtis ſignis voluit oſtendere, pietate potius quam armis victoriam parari. Siquidem ſub ſpecie eius viſus eſt Angelus, ante alios fortiter præliari, hoſtes ſternere, in fugam adigere; adeo vt ea victoria illi fuerit adſcripta; præſertim cum eius equus & arma inuenirentur diuino miraculo ſanguine eſſe conſperſa; iaculatus tamen ipſe, non miſſilibus, ſed precibus eſſet.

Pietate hoſtes vincuntur.

[d] Imperator Otto hoc anno Romam redire cogitauit. Cumq; in villa Amula agri Mutinenſis hoſpitio ſuſceptus eſſet, accidit coactum fuiſſe, id iuſtitia ab eo exigente, Auguſtam vxorem ſuam, Mariam nomine, filiam Regis Aragonum, necis Comitis innocentiſſimi ream, publice cremandam iudicare. Coniecit enim fœmina procax oculos in dictum Comitem virum integerrimum, forma pulcherrimum: quæ à viro caſtiſſimo paſſa repulſam, illum de pertentata pudicitia calumnioſe apud Imperatorem accuſauit: qui facile nimis adhibens ipſi fidem; Comitem morte damnauit. Quem cum capite imminutum audiſſet eius vxor, magna audacia, quam pudoris neſcius abunde miniſtrauit, Ot-

III. Otto Imp. Mariam Auguſtam vxorem ob necem Comitis igne cremat.

d *Gotefred. Chron. p. 17. in Ottone III & Crantius in Saxon. lib. 4. c. 16.*

tonem conuenit pro tribunali ſedentem, clamans de nece viri innocentiſſimi vindictam, proiectoq; viri capite in medium, ipſum Imperatorem reum ſanguinis innocentiſſimi apud ipſum iura reddentem accuſauit. Probationem per contrectationem ferri candentis, veritatis iudicem obtulit. Conſenſit ille, paratus fuit ignis, ferrum candens exhibitum, mulier conſcia innocentiæ viri ſui, arripuit illud illæſa, contrectauit inuſta, quia iuſta; ſtrinxit vt flores ignitum metallum, quo ſolum exurebantur præcordia Imperatoris. Cui tunc inſultans victrix fœmina, vindictam in Imperatorem à gladio exigebat imperatoris. Fatebatur ille culpam, nec refugiebat pœnam, ſpondens iugulum, ſed poſcens inducias. Interim proceres accurrebant, pro vita fœminam exorabant Imperatoris; ſed fruſtra diu laboratum. donec tandem ea eſt conditione tranſactum, vt auctrix ſceleris Auguſta, ex qua proceſſerat cauſa viri necis, flammis comburenda daretur. Quo facto, ſuam redemit vitam iuſtiſſimus Imperator; qui vxorem Comitis donatam tribus caſtris, ſolutus ipſe iam liber ſubeundi ſupplicii, eam abire rogauit.

IV. Imperatoris pœnitentia ob necem Ioannis Pap. XVI.
e Ditmar lib 4.

e Interim autem ipſe Romam acceſſit, ſed à Gregorio quodam Ciue Romano ex inſidiis petitus, cum ab vrbe cum paucis euaſiſſet, Beneuentum tandem conceſſit. Vbi quamquam læto vultu alacritatem animi ſimularet, tamen conſcientiæ ſecreto plurima ingemiſcens facinora, noctis ſilentio vigiliis & orationibus intentus, lacrymarum quoque riuis ea abluere non deſtitit, ſæpe numero omnem hebdomadam, excepta quinta feria, ieiuniis perducens, & eleemoſynas indigentibus elargiens. Nimirum angebat illum conſcientia Ioannis illius XVI. tam immaniter occiſi. Propter cuius cædem, tam ipſi, quam Gregorio Quinto Pontifici S. Nilus acerbiſſima omnia prædixerat.

V. S. Niconis obitus.
f Cureſ al. in Baſil. & Conſt. nt. & Act. S. Nicon.

Conſtantinopoli, f Ioannes quidam Malacenus, omnibus virtutibus facile princeps, apud Baſilium Imperatorem delatus fuerat coniurationis. Cumque Lacedæmone accitus pergere deberet, Sanctum Niconem adiuit, orationemque illius expoſtulauit. Sanctus porro menſæ ſuæ illum adhibuit, & lætitiæ poculum, ceu poeticum illum Gygeona, malorum omnium obliuionem mærenti propinans, oraculum adiecit: Regiam potius beneuolentiam adepturum, vitam anteacta beatiorem acturum, altiores ad honorum gradus conſcenſurum, de omni denique moleſtia & calamitate triumphaturum. & me, inquit, videbis, & in patriam ſub finem vitæ reuertens. Iuit in regiam Malacenus, & omnia quæ ſanctus prædixerat obtinuit. Interim autem ſanctus ad cœlum euolauit: & Malacenus hoc vnum quod pollicitus eſt S. Nicon, deeſſe ſibi conqueſtus eſt. ſcilicet, illud; & me videbis. Itaque cum aliter mortuum videre nequiret, ſatis autem ſibi fideret, ſe tantum poſſe verbo delineare, vt pictor ſancti viri effigiem depingere poſſet, pictorem aduocauit arte manuque inſignem; & qualis veſte, habitu oris & corporis, atque capillis ſanctus fuiſſet, verbis deſignauit, cum aptis coloribus in tabula totam eius imaginem exprimi iuſſit. Reuerſus domum pictor, operæ pretiumq; ratus quod iuſſus fuerat, quam accuratiſſime poſſet exequi post varios conatus, fruſtra tandem ſe laborare animaduertit. nec enim ex ſola narratione poterat, quamuis peritiſſimus artis & exercitatiſſimus eſſet, quem nunquam viderat, ad veram ſimilitudinem exprimere. In hac igitur cura verſanti, repente ante oculos extitit monachus quidam, qui in ędes clam penetrarat, ſtatura procerus, habitu eremitico, obſoleta veſte amictus, coma ſqualens, capillitio barbaque niger, in omnibus denique beato viro ſimillimus. nam & virgam manu gerebat, cuius apex in crucem definebat. Qui pictore comiter ſalutato, mæroris, ſolicitudinisque cauſam ſciſcitatus eſt. Ille vero & cauſam mox aperuit, & operis difficultatem demonſtrauit. Tunc ſummiſſa voce ad eum monachus: Me, inquit, aſpice, frater, mihi per omnia ſimilis eſt quem depingis. Vt ergo acrius in eam oculos intendit pictor, penituſque circumſpexit, illum ipſum eſſe agnouit, quem Malacenus verbis deſignarat. Quare ad tabulam reflexus, vt conſpectā formam imitaretur, ô rem admirandam! Sacram ter beati effigiem in tabula ſuis lineamentis ſuapte expreſſam ſponte vidit. Cumq; miraculo obſtupefactus, ad ſanctum ſubito, Kyrie eleyſon, cum honore inclamans ſe vertiſſet, illum amplius non vidit. Ita effigie Sancti Malaceno exhibita, impletum eſt quod promiſerat; & me, inquit, videbis.

Niconis Imago oratione expri menda, diuinitus apparet.

Per idem temporis Baſilius Imp. Orientis, vt ſibi Venetos conciliaret, eorum Duci in matrimonium dedit Argyri filiam, Romani poſtea Imperatoris ſororem. Eam putamus eſſe, g quæ tam tenere & delicate viuebat, & non modo ſuperſtitioſa, ſed & artificioſa iucunditate ſe mulcebat, vt etiam communibus ſe aquis dedignaretur abluere: ſed eius ſerui rorem cœli ſatagebant vndecunq; colligere, ex quo illi laborioſum balneum procurarent. Cibos quoque ſuos non tangebat, ſed ab eunuchis eius alimenta quæque minutius concidebantur in fruſta, quæ mox illa fuſcinulis ſeu bidentibus aureis ori ſuo ligurriens adhibebat. Eius porro cubiculum tot thymiamatum, aromatumque generibus redolebat, vt & narrare tantum dedecus fœteat. Sed omnipotenti Deo, quantum huius fœminę exoſa fuerit ſuperbia, manifeſta docuit vleiſcendo cenſura. Vibrato itaque ſuper eam mucronē diuini iudicii, corpus eius omne computruit, ita vt membra eius vniuerſa marceſcerent, totumque cubiculum intolerabili prorſus fœtore complerent, nec quiſquam tantam perferre narium iniuriam potuit, non conſueta ſeruitia, non ſeruulus, vix vna duntaxat ancilla non ſine ſpeciei redolentis auxilio in eius obſequii ſedulitate permanſit. Eadem tamen raptim accedebat, & protinus fugiens abſcedebat. Diutius ergo hoc languore decocta, & miſerabiliter cruciata, amicis quoque lætantibus diem clauſit extremum.

VI Argyri filia Venetorū Duci in matrimonium collocata.
g Petrus Damian ad Blancam.

Eadem filia ſuperbiæ dat pœnas.

IESV CHRISTI
Annus 999.

SILVESTRI II. PAPÆ ANNO I. OTTONIS III. Imp. ann. 16. Baſilii & Conſt. Imp. ann. 24.

I. Greg Pap. V. obitus.

ANno Chriſti 999. Duodecima Calend. Martii Gregorius Quintus Pontifex è viuis exceſſit. Ne autem Pontificatus ad Romanos aliqua ratione rediret, Otto Imperator ſibi ab illis metuens, Gerbertum illum Rhemenſis Eccleſiæ intruſum, Rauennatium Epiſcopum accerſiuit, & Romanum Pontificatum, illi, ſuffragio ſuorum Cæſarianorum Clericorum, detulit. Falſus ille falſus Benno Cardinalis qui magica arte dignitatem eum aſſecutum fuiſſe aiebat; odio Aſtrologicæ facultatis deceptus, quam Gerbertus apprime callebat; & ideo quaſi malorum artium ſcius male audiebat. Electo Gerberto, nomen Syluestri ſecundi impoſitum.

Gerbertus Pap Syluester II. dictus.

II. Franconis Wormatienſis Epiſcop. obitus.
a in vita Burchardi

Eodem anno Romæ mortuus eſt a Franco Wormatienſis Epiſcopus egregiæ ſanctitatis, nec ſine prædictione ſuæ mortis. Namque paulo ante, vna cum Imperatore, indutus cilicio, nudus pedes vterque, quandam ſpeluncam iuxta S. Clementis Eccleſiam clam cunctis intrauerat, ibiq; in orationibus, vigiliis ac ieiuniis totos quatuordecim dies latuerat: hora obitus ſui diuinitus præcognita.

III. Peregrinatio Imperatoris
b in vita S. Adalb & Crom. lib 3.
Imperator honorifice a Poloniæ Duce acceptus.

Roma rediens Imperator, b Gneſnam adiit, vt ſepulturam S. Adalberti Martyris inuiſeret. Hanc ciuitatem cum primum à longo vidiſſet, nudus pedes iuit, ſiue vt Martyrem miraculis clarum veneraretur, ſiue vt noxas permultas contractas ea pœnitentia expiaret. Boleslaus ſane Poloniæ Princeps honorificētiſſime Ottonem excepit & magni pretii abaco aurea plane regia, toto triduo renouata, tum etiam brachio S. Adalberti munerauit:

rauit: viciſſim autem Otto præſente adeoque conſentiente ſedis Apoſtolicę Legato, S.R.E. Archidiacono Cardinali, tum regium diadema Boleslao dedit, tum Archiepiſcopalem dignitatem Gneſnenſi Eccleſiæ conceſſam non irritauit. Namque eo tempore Eccleſia Gneſnenſis, Metropolitana dignitate ornata iam fuit. Quod vero aliqui exiſtiment,[c] Gregorii ſeptimi Pontificatu, nondum Archiepiſcopalem dignitatem indidem ſtabilitam eſſe; eo quod ille Boleslao Duci Poloniæ ſcribens conqueratur; quod Epiſcopi, inquit, terræ veſtræ non habentes certum Metropolitanæ ſedis locum, nec ſub aliquo poſiti magiſterio, huc atque illuc pro ſua quiſque ordinatione vagantes, vltra regulas & decreta SS. Patrum liberi ſunt & abſoluti: id referendum eſt potius ad diſtinctionem ſeu ſtabilitatem ſub Metropolitanis Eccleſiis ſuffraganeorum. Cum enim hactenus Epiſcopi huc atque illuc, nunc ſcilicet ad Cracouienſem, nunc vero ad Gneſnenſem Archiepiſcopum temere, & prout vel occaſio ſe offerebat, vel libido perducebat, vagarentur; voluit Gregorius certum locum Metropolitano, certis ſuffraganeis adiunctis deſignari; vt diſciplina Eccleſiaſtica magis ex ordine ſeruaretur.

c lib. 2. ep. 73.

IV. Ottoniani fulmine pulſi è monaſterio. d Dumar.

Hoc anno[d] milites Ottoniani ſub Duce Hermanno merentes prata monaſterii S. Pauli vſurpantes, cum à monachis rogati nollent recedere, vi fulminum & procellarum depulſi ſunt. Benedicti etiam Papæ oſſa, ex Hamburgo vbi exul obierat, Romam relata ſunt: ita ſancto quaſi compellente. Namque moriens prædixerat; quamdiu Hamburgi ſepultus iaceret, vniuerſa illa prouincia bellis & tumultibus perpetuis conſici deberet.

V Sergius Patriarcha Conſt.

Conſtantinopoli Siſinnio Patriarchæ mortuo Sergius ſucceſſit, virulenta & maledica in Romanam Eccleſiam lingua. Eius nomine extat epiſtola contra Occidentales, vere à Photio illo impio ſcripta, ſed à Sergio titulo ipſius reſtituta.

IESV CHRISTI
Annus 1000.

SYLVESTRI II. PAPÆ ANNO 2. OTTONIS III. Imper. ann. 17. Baſilii & Conſtantini Imp. ann. 25.

I Otto Imp. varias SS. reliquias transfert. a Acta Ottonis III.

ANno Chriſti 1000.[a] Otto Imp. Romam reuerſus, vt brachium S. Adalberti e Polonia delatum honorifice collocaret, Eccleſiam ſub nomine eiuſdem martyris in inſula Tyberina extruxit, & in ea pretioſum munus recondidit. intulit in idem templum & corpora SS. Martyrum Abundii & Abundantii, & S. Theodoræ in monte Soracte reperta, nec multo poſt Beneuento reuerſus, corpora SS. Bartholomæi Apoſtoli, & S. Paulini Nolani ſecum retulit, inque labro porphiretico in eodem templo depoſuit. Ab eo tempore, templum illud Diuo Adalberto dicatum, Diui Bartholomæi nomen accepit.[b] Otto autem peregrinatione illa ad montem Garganum ſuſcepta, voluit etiam reuertens Beati Nili monaſterium inuiſere. Quo cum veniſſet, & fratrum tuguria circa Oratorium conſtructa vidiſſet, dixit: Ecce tabernacula Iſrael in deſerto; Ecce habitatores Regni cœlorum: Iſti non vt habitatores, ſed vt peregrini manent hic. Beatus vero Nilus cum percepiſſet thuribulum ſuum (quod moris erat) obuiam illi iuit cum vniuerſis fratribus, & cum omni humilitate illum honorifice recepit. Imperator autem ſuppoſita manu, Nilum ſubleuans & ſuſtentans, in oratorium cum eo ingreſſus eſt. Volebat illi Imperator pro monachis reditus aſſignare. at ille recuſauit dicens, iſtud memorandum: Si omnino ſunt monachi fratres mei, & cuſtodient pro virili Chriſti mandata: ipſe qui vſque adhuc mecum curam geſſit de ipſis, multo maiorem geret abſque me de iis qui ſperant in miſericordia ipſius. Interim adiunxit Imperator; Pete à me tanquam à filio tuo, quodcunq; volueris: & cum omni alacritate dabo tibi. Beatus vero Nilus cum extendiſſet manus ad pectus Imperatoris, dixit illi: Nihil aliud peto ab imperio tuo, præter ſalutem animæ tuæ: licet enim Imperator exiſtas, tanquam vnus de hominibus debes mori, & ad iudicium venire, & rationem reddere eorum quæ feciſti, operum ſiue bonorum ſiue malorum. Hæc cum audiſſet Imp. guttas lacrymarum profundebat ex oculis ſuis. Deinde coronam ſuam in manibus S. Nili deponens, ab ipſo benedictionem adeptus, cum omnibus comitibus iter ſuum proſecutus eſt.

b Acta S. Nili. Venit Imperator in monaſterium S. Nili.

II. De Leutardi hæreſi & nece miſerabili. c Glaber hiſt. lib. 2. c. 11. 12.

[c] Circa finem milleſimi anni extitit quidam homo plebeius in Galliis apud vicum virtutis vocabulo, in pago Catalonico, Leutardus nomine, qui (vt finis rei probauit) Satanæ Legatus credi potuit, cuius etiam veſaniæ peruicacia hoc exordium habuit. Morabatur enim aliquando ſolus in agro quidpiam ruralis operis peracturus; qui ex labore ſomno depreſſus, viſum eſt ei, vt grande examen apum in eius corpus per ſecreta ingrederetur naturæ. quod etiam per os illius nimio cum ſtrepitu erumpens, crebris illum punctionibus agitabat. Ac diu multumque agitato ſtimulis, loqui ei videbantur, & multa hominibus impoſſibilia præcipere, vt faceret. Tandem fatigatus exurgens venit domum, dimittenſq; vxorem, quaſi ex præcepto Euangelico, fecit diuortium. Egreſſus autem velut oraturus, intrans Eccleſiam, arripienſque Crucem & ſaluatoris imaginem contriuit. Quod cernentes quique pauore territi, credentes illum (vt erat) inſanum fore. Quibus etiam ipſe perſuaſit, ſicut ſunt ruſtici mente labiles, vniuerſa hæc patrare ex mirabili Dei reuelatione. Affluebat igitur nimium ſermonibus vtilitate & veritate vacuis, doctorque cupiens apparere, dedocebat magiſterium doctrinæ. Nam decimas dare dicebat eſſe omnimodis ſuperfluum & inane. Et ſicut hæreſes cæteræ, vt cautius decipiant, ſcripturis ſe diuinis, quibus etiam contrariæ ſunt palliant, ita & iſte dicebat, profanas ex parte narraſſe, vtilia ex parte non credenda. Cuius etiam fama, quaſi alicuius mente ſani ac religioſi in breui ad ſe traxit partem non modicam vulgi. Quod comperiens vir eruditiſſimus Lebuinus ſenex Epiſcopus, in cuius ſcilicet erat diœceſi, acceſſiri illum ad ſe iuſſit. Quem cum interrogaſſet de vniuerſis, quæ dixiſſe, vel feciſſe compererat: cœpit venenum ſuæ nequitiæ occultare; cupiens quod non didicerat, de ſcripturis ſanctis teſtimonia ſibi aſſumere. Audiens vero ſagaciſſimus Epiſcopus non eſſe conuenientia, immo magis turpia quam damnabilia, oſtendens hominem inſanientem hæreticum factum, reuocauit ab inſania populum ex parte deceptum. At ille cernens ſe deuictum, atque ambitione vulgi deſtitutum, ſemet puteo periturus immerſit.

III. De Vilgardo hæretico.

Ipſo quoque tempore non impar apud Rauennam exortum eſt malum. Quidam nomine Vilgardus ſtudio artis Grammaticæ magis aſſiduus quam frequens. Is cum ex ſcientia ſuæ artis cœpiſſet inflatus ſuperbia ſtultior apparere, quadam nocte aſſumpſere dæmones poetarum ſpecies, Virgilii & Horatii atq; Iuuenalis: apparenteſque illi, fallaces retulerunt gentes, quoniam ſuorum dicta voluminum charius amplectens, exerceret: ſeque illorum poſteritatis felicem eſſe præconem. Promiſerunt etiam ei ſuæ gloriæ communionem. His dæmonum fallaciis deprauatus, cœpit multa turgide docere Fidei ſacræ contraria: dictaque Poetarum per omnia credenda eſſe aſſerebat. Ad vltimum vero hæreticus eſt repertus, atque à Pontifice ipſius vrbis Petro damnatus. Plures etiam per Italiam tempore huius peſtiferi dogmatis reperti, quique ipſi aut gladiis aut incendiis perierunt. Ex Sardinia quoque inſula, quæ his plurimum abundare ſolet, ipſo tempore aliqui egreſſi, partem populi in Hiſpania corrumpentes, & ipſi à viris Catholicis exterminati ſunt. Quod præſagium Ioannes ante vidit, reuelans; Satanam ſoluendum eſſe poſt mille annos. Apoc. 20.

IV. De ſex Eremitis a latronibus martyrio affectis. [a] *Cromer lib 3.* [c] *in vita S. Romualdi.*

Hoc eodem tempore [a] ſex viri religione & ſanctimonia vitæ inſignes, Benedictus, Ioannes, Matthæus, Iſaac, Criſpinus & Barnabas, duram & incultam vitam degebant in ſolitudine maioris Poloniæ, vbi nunc Caſimiria oppidum eſt. Duos ex his Benedictum & Ioannem à S. Romualdo Abbate Camaldulenſi, Boleslao miſſos eſſe, his deinde reliquos quatuor Polonos in ſocietaté vitæ ſeſe adiunxiſſe, Dlugoſſus ſcribit, & [c] Petrus Damiani non diſſentit. Ex his quinque à conſceleratis prædonibus quibuſdam crudeliter excarnificati, pridie Idus Nouemb. interfecti ſunt: ſextus, qui tunc abfuerat, aliquanto poſt ſua morte vitam finiuit. Cauſa autem ſceleris fuit, aurum, quod latrones à Boleslao Rege ipſis miſſum (ſiue eleemoſynæ gratia, ſiue vt Romano Pontifici ferrent, ab eoque regij diadematis ab Ottone Imperatore, præſente Legato collati approbationem quemadmodum Petrus Damiani inſinuabat, obtinerent) cognouerant; ſed ab eis remiſſum eſſe neſciebant. Ferunt, tuguria eorum ab iiſdem latronibus incenſa, nõ arſiſſe: ipſoſque latrones, exitum ſiluæ inuenire non potuiſſe: ac tandem iuſſu Regis comprehenſos & ad martyrum tumulum alligatos, vt acerbiſſimum famis ſupplicium expenderent, per miraculum vltro cadentibus vinculis ſolutos eſſe, cum pœnitentia patrati ſceleris ducti, ad Dei clementiam, & eos quos dudum necarant, patrocinium confugiſſet. Addit Damianus, illos dum tota nocte errarent, neq; pugiones in vaginas arefactis brachiis recondere potuiſſe.

De pœnis latronum.

V. Diſſenſio de Miſſione regiæ coronæ ad Ducem Pol.

An eo tempore Syluester Papa diploma regiæ coronæ tranſmiſerit; an vero ea de re aliam legationem mitti oportuerit; & an Henricus Ottonis ſucceſſor, eam dignitatem Boleslao ſeu ab Ottone datam eripere, ſeu à ſede Apoſtolica iterum vt rata haberetur poſtulatam impedire cogitarit, incertum, nã quod Cartuitius quarto Regni Stephani Hungariæ accidiſſe, & Petrus Damiani ſub Henrico Imperatore eueniſſe narrant; quemadmodum in temporis ſupputatione, & perſonarum nominibus variarunt, ita etiam veritatem facti minime attigerunt. Accidit & illud, quod hoc anno à Miecislao qui ante nouem annos obierat legationem eſſe miſſam, Cartuitius; Petrus antẽ à Buſelauo, ſeu mauis, Boleslao deſtinatam, ille ſub Ottone, hic ſub Henrico, inconſtãter renunciant. Certiora quæ hiſtorici Polonorum reliquerunt, regiumq; diadema ab Ottone hoſpite, Legato ſedis Apoſtolicæ præſente, benedictumque, Boleslao delatum eſſe conſtantiſſime perſcripſerunt.

Legatio Stephani Vngariæ Regis ad Pap. pro diademate Regio. [f] *Apud Sur 20. Aug.*

[f] Cartuitius in annum præſentem referebat, Legationem à Stephano Vngariæ Duce, per Aſtricum ſeu Anaſtaſium Colocenſem Epiſcopum, ad Syluestrum Romanum Pontificem miſſam eſſe: Iniunctumq; Legato, vt diadema Regium Stephano impetraret, Strigonienſem vero Eccleſiam, in Metropolitanam erigi procuraret. Narrabat, poſtulata à Sylueſtro obtinuiſſe. Inſuper & illud retuliſſe, vt Crux ante Regem, velut Apoſtolatus inſigne deferretur, quod is ſua opera, multos infidelium ad Chriſtianam religionem traduxiſſet: Regnumque ſuum Hungariæ, poſt victoriam de barbaris partam, [g] Romanæ Eccleſiæ donaſſet; miſſa Romam lancea & aliis militaribus inſignis ex hoſtibus receptis.

[g] *Greg VII l. ep. 25.*

Hoc anno, Kennethum Scotorum Regem, propter Malcolmi Duffi Cumbriæ Principis, quem veneno extinxerat necem, ſeuere admodum vltus eſt Deus, arte Fenellæ fœminæ illuſtris, cuius etiam filium vltimo affecerat ſupplicio. Non indigna res eſt, quæ narretur, ad homicidas Reges deterrendos.

Hiſtoria Diuinæ vltionis in homicidã Regem.

Malcolmo, veneno clam extincto, quilibet Regem felicem arbitrabatur, quod Malcolmũ ſuum natu maiorem, in defuncti Principatum ſuccedere voluiſſet. Sibi tamen Kennethus vehementer infelix eſt habitus; quippe qui, ne admiſſum peccatum in Duffum indicio aliquo pateret, ſemper timidus, omnẽ vel leuem ea de re populi ſuſurrum ſuſpectum habuit. Sic etenim natura comparatũ eſt, vt qui tacite alienius culpę ſibi conſcii ſunt, triſtes ſemper ac anxii omnia in peius interpretentur. Pacatum itaq; vndique regnum habens Kẽnethus, nuſquam vrgẽte hoſte, impacatiſſimo fuit pectore. Cui etiam ſub noctem quieſcenti huiuſmodi vox ſuperne (vt creditur) eſt audita. Haud tibi perſuadeas Kennethe Malcolmi Duffi impiam cędem cœleſte Numen latere; tu author infandi criminis ſcelerata cupidine correptus innocentis necem excogitaſti, auſus dolo malo parare proximo, quod in proceres merito vlturus fuiſſes. Fore idcirco, vt propter iram Numinis, quam in te cõcitaſti, tantum ſcelus ingenti ſupplicio, tu tuiq; liberi, haud ſine domeſtico dedecore luatis propediem. Iam. n. tibi capitales parantur inſidiæ, eo tendentes, vt te ſublato tuiſq; liberis male affectis, regnum iſtud per vim nefaſque occupẽt. Ad vocem Rex ingenti terrore perculſus, quod noctis ſupererat, mœrore ac luctu duxit inſomne. Mane Moueano Sancto Epiſcopo ad ſe accito, ſcelus aperte fateri, lachrymiſq; & cõmiſerationis digna comploratione veniam precari. Audita Moueanus Regis querela, quantumq; indicibus lachrymis factum doleret, agnoſcens, ſuaſit, vt delicti ageret pœnitentiam: fore docens, dummodo in ea perſeueraret, Numinis iram ſentiret mitigatam. Mortalium flagitiis cœleſte Numen ad iracundiam incitari; pœnitudine piiſq; operibus à deſtinato ſupplicio factum propitium, ad miſericordiã haud dubie flecti. His Moueani Epiſcopi verbis ille cõfirmatus, illico admiſſi ſceleris agere pœnitentiam, ſacra loca diuorumq; templa multis ornata donariis religionis cauſa frequentius inuiſere: piorum cœtus pauperesq; fouere, veſtire; ſacerdotes plus ſolito honorare: nihil demũ omittere, quod pio & vere Chriſtiano Rege dignum quiſpiam arbitraretur. Tantum tamẽ facinus, nonniſi morte expiari potuit, quam paulo poſt hunc in modum incurrit.

S. Palladii reliquiis viſitatis & ex more piis donariis, ceremoniis & precibus veneratis, Fetircam, venationis gratia diuertit. Caſtellum id erat Fenellæ, cuius filium ſupplicio adduxerat. Occaſione accepta Fenella, in vltionem iniuriæ exarſit, nihilq; intẽtatum ſibi fore propoſuit, vt Kennethum extingueret. Non ei ignotũ fuerat, quam Kennethi ingentium magnifica ædium ſtructura atq; ornatus delectaret. Ergo quo Regem facilius circumueniret, turrim in munitiore cubiculo adiunctã miro fecerat tabulatu. Texit eam turrim cuprum, ſtatuarumq; varietate pulchrum: arte tamen plus quam materia ſpectantibus admirandum. Interior eius ornatus, quem Albion non habuit, à peregrinis ingenti eſt ſumptu conquiſitus. Pendebant tapetes auro byſſiniſq; filis contexti: eos pone, tenſas balliſtas cum catapultis, acutiſſimis ſpiculis, vafrum mulieris ingenium locauerat. Media ſtabat æde, Regis Kennethi ænea ſtatua, pomum aureum gemmis conſitum manu continens, ea arte fabricata, vt quampriimum quiſpiam pomum manu tractando, loco etiam paulum moueret, expeditæ balliſtarum chordæ, catapultas in tractantem ingenti vi emitterent. Perfida Fenella his armis atque commentis munita, ſecundum epulas in turrim blandiuſcule inuitauit, veluti illo ſecretius quid cum eo actura. Paruit infelix Kennethus fraudis ignarus, & cum ſcelerata fœmina conclaue ingreſſus occluſis foribus, aulæa mira arte contexta, cæteramq; ſuppellectilem, & præter cætera æneã ſtatuam, effigiemq; eius demiratus, ſciſcitatur placide Fenellam, quid illud ſimulachrum portenderet. Hæc (inquit verſuta mulier) tua eſt ſtatua. Hanc apud me ornatiori loco eſſe volui, vt qua veneratione ipſe ſis mihi, cunctiſq; eſſe debeas, facilius dignoſcant ſpectatores. Pomo aureo, ꝙ cernis gemmis adeo eleganter ornatum, velut in te mei amoris pignore decreui te (Rex optime) donare. Accipe ergo obſecro munuſculum, licet haud tua Regiaque magnificentia dignum, quale tamen ipſius eſt in te animus quæ id tibi elargitur. Gemmæ quamplurimæ pomo inſertæ ſunt, Smaragdus, Hyacinthus, Sapphirus, Topaſius,

Rubi-

Rubinus, Cyaneus, vim quandam cœleſtem hominis contra peſtifera lethaliaq; venena tuendi ſpirâtes. Hæc vbi dicta, iam dolo finem imponendi, tempus adeſſe rata, in angulum, veluti aliquid, vt ſimulabat, ex arculis prolatura, quo periculo leuaretur, ſe contulit. Mox Regem gemmarum captum pulchritudine incautius aureum pomum manu loco dimouentem, expeditæ in mortem eius balliſtæ, multis acutiſſimis armata ſpiculis torquentes, dicto citius nihil tale ſuſpicantem transfoderunt. Fenella, vt vidit Regem cecidiſſe moribundũ, ſecretum per poſticum abiens in ſaltum munitioni prope hærentem ocyus ſe recepit; vbi admiſſis pernicibus equis in ſimilem vſum paratis, celeri curſu, priuſquam mors Regis cuiquam fuiſſet patefacta, periculum ſequentium euaſit. Eum vitæ exitum, ſortitus eſt Rex infelix, vlciſcente Numine artificio veneficium patratum. *Hect. Hiſt. Scot. lib. 11.*

De S. Adaldago antea Odincaro albo dicto & rebus per eum geſtis.

Eodem hoc anno claruit Odincarus Iunior, cognominatus Albus, Torhonis Vinlandenſis Ducis filius, Canuti Regis Daniæ ex ſorore nepos, ab Adaldago Archiepiſcopo Bremenſi baptizatus, ab eoq; nomen ſortitus, Bremæ ab Archiepiſcopo ſcholæ traditus, in literis ac pietate ſupra coætaneos profecit.

Deinde cum adoleuiſſet à Canuto Rege in Angliam ſtudiorum cauſa ductus, inde ſapientis ſeu Philoſophi nomen retulit; & cum ſæculo relicto ordini Eccleſiaſtico animum applicuiſſet flagraretque deſiderio animas errore gentilitatis perditas ad veri Dei agnitionem perducendi, à Libentio I. Archiepiſcopo ordinatus Epiſcopus, Sueoniam, Scaniam, Siclandiam & Noruegiam, verbi Dei prædicatione illuſtrauit. Odincaro ſeniore conſanguineo, quo prius vſus fuerat magiſtro & doctore, nec literarum peritia, nec vitæ ſanctitate, neq; zelo ceſſit animarum, ſed multos ipſe quoq; pro Chriſto in Succiam & Noruegiam nauigans ſubiit labores, vt rudem populum ad Chriſti fidẽ perduceret, vel iam credulum in fide ſolidaret. Ripenſem Eccleſiam ſuo dotauit patrimonio, tertia videlicet parte terræ Vinlandenſis. Et licet vir tantarum eſſet diuitiarum, miræ tamen fuit continentiæ, ex cuius vel vnico virtutis exemplo licebit coniecturam facere de reliquis. Solenne illi quippe fuit, omni Quadrageſimali tempore alternis diebus ſpontaneis corpus ſubiicere flagris, iiſque non à manu propria, quæ blandior eſſe ſolet, ſed aliena quæ durior eſt (presbytero cuidam id muneris demandauerat) inflictis: ſicq; piis operibus ſemper intentus, illuſtri vita ac ſanctæ conuerſationis ſtudio, multos Eccleſiæ aggregauit fideles, Deoq; & hominibus fuit acceptus, donec ætate plena, vita fungeretur, anno reparatæ ſalutis milleſimo quadrageſimo ſecundo, ipſo die Paſchatis, quo præſcius mortis res ſuas apte decenterque ordinauit. Sepultus Bremæ. *Adam. Brem. lib. 2. c. 26. 27. 34. & 46. Abbas Stad. pag. 117. Saxo Gram. lib. 10. Krantz. in ſua Metrop. lib. 3. c. 38. & 43. lib. 4. c. 11. & 27.* qui obiiſſe eum aſſirmat anno Chriſti 1043. Ioan. Vaſtou. Sigiſm. III. Reg. Polon. Bibl. Præfect. recenſuit.

De S. Gotebaldo Epiſcop. Anglo.

Huic non inferior Gotebaldus Epiſcopus, Anglus natione. Hic cum audiret Aquilonaria Regna auſcultare Euangelio Chriſti; protinus ad prædicandum aduolauit, Scotiamque, Suediam, & Noruegiam Euangelii luce illuſtrauit. Quæ res etſi præiudicium intuliſſe videretur Legationi Bremenſis Eccleſię, quod ſcilicet aliunde veniens euangelizaret, quia tamen nouella fuit prouincia, & multis indigebat noua vinea cultoribus, merito cum Apoſtolo dicendum videbatur: ſunt qui per contentionem euangelizant: Quid enim intereſt ſiue per occaſionem, ſiue per veritatem, dummodo Chriſtus annuncietur? Fuiſſe vero Gotebaldum virum ſanctitate præcipuum, vel inde coniectare licet, quod eum nemo, niſi quem deuotio ſingularis & ſitis ipſa martyrii traxit, ſeſe in laborem mitteret ad brauium ſupernę vocationis. *Adam Brem. libro ſecundo, capite vigeſimo nono Caſ. Baron. Tom. 10.*

* *
*

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ,

EX ILLVSTRISSIMI CÆSARIS BARONII SACRÆ ROMANÆ ECCLESIÆ CARDINALIS BIBLIOTHECARII ANNALIBVS, ALIORVMQVE virorum Illuſtrium monumentis:

LIBER VNDECIMVS.

IESV CHRISTI Annus 1001.

SILVESTRI II. PAPÆ ANNO 3. OTTONIS III. Imper. ann. 6. Baſilii & Conſtantini Imp. ann. 26.

I. Corrupiſſimi hominum mores prodigia multa & vana de aduentu Antichriſti aſſertio a *Ditmar* b *Glaber. lib. 2 c. 6.*

ANNO *Chriſti* 1001. Ferreum ſeculum, placuit [a] aliquibus appellare annos ſubſequentes. [b] Quandocunque enim defecit religioſitas Pontificum, & marceſcit diſtrictio regularis Abbatum, ſimulque monaſterialis diſciplinæ vigor tepeſcit; ac per illorum exempla, cætera plebs mandatorum Dei præuaricatrix exiſtit: quid aliud quam totum ſimul humanum genus, rurſum in antiquum præcipitii chaos, perditionis ſpontanea voluntate illabitur, ferreamq; falcem experitur? Tale fere iſtud fuiſſe, quotquot ſcripſere hiſtorici, deplorabant; adeoque omnes conſtantiſſime diuulgabant, [c] finito mille annorum numero, Antichriſtum aduenire; & non longo poſt tempore, vniuerſale iudicium ſuccedere. Ad hoc opinandum, fama per totum mundum diſperſa ſuadebantur. Nam ea orbem impleuerat, quod ſi quando annunciatio Dominica in Paraſceue contigiſſet, abſque vllo ſcrupulo finis ſeculi eſſet, ea vero feſtiuitas hoc anno in eum diem inciderat. Sed & prodigia multa quæ [d] tunc viſa ſunt, timore perculſas mentes, ad idem credendum impellebant. Terræ motus enim factus eſt permaximus; cometes apparuit, Kal. Ian. circa horam nonam aperto cœlo, quaſi facula ardens cum longo tractu, fulguris inſtar, illapſa eſt terris tanto ſplendore, vt non modo qui in agris erant, ſed etiam in tectis, irrupto lumine ferirentur. Qua cœli ſciſſura ſenſim euaneſcente, interim viſa eſt figura quaſi ſerpentis, capite quidem creſcere, cum pedibus cæruleis. Ab iis permulti cum Antichriſti aduentum, & extremum diem iudicii breui affore prædicarent; id vero iuxta proprias concupiſcentias, in deceptione illuſionis tam conſtanter, quam mendaciter aſſererent; ſcilicet agente tunc Sathana, vt cum hæc terticulamenta euaneſcerent, facile ſibi, leuiores perſuaderent, humana eſſe

c *Abbo Floriacen. in Apologetica.*

d *Sigebert. in Chron.*

A

commenta, quæ diuinitus de futuro iudicio in ſacris libris inueniuntur eſſe conſcripta. Ideo Abbo Floriacenſis, monente Richardo Abbate, falſæ mendaciloquorum prædicationi, ex Euangelio, & Apocalypſi, & libro Danielis, qua potuit virtute reſtitit, vanumque metum ab impoſtoribus incuſſum diſcuſſit.

Vixit adhuc hoc anno ſuperſtes Otto Imperator, & Papiæ agens, Petro Nouarienſe Antiſtite obſecrante, Cathedralem Eccleſiam illius in honore ſanctæ Dei genitricis & virginis Mariæ, nec non & Beati Gaudentii confeſſoris dicatam, cum rebus & omnibus hominibus ad eam pertinentibus ſub ſua tutela recepit; dato diplomate 10. Kalend. Iul. Papia recedens, [e] Rauennam ſe contulit, ac indidem monaſterium Diuo Alberto Martyri conſtruxit. Ibi conuenit eum Romualdus, pœnitentiæ iniunctæ exactor monens, vt imperii adminiſtrationem relinqueret, in monaſterium ſe reciperet, & reliquo vitæ tempore, cædem Creſcentii Ducis & Ioannis Placentini deploraret. Non abnuebat Imperator, nuncium mundo remittere; cupiebat tamen primo Romam ire, & rebellantem vrbem, in ordinem redigere. Ibi ſanctus Romualdus præſcius futurorum: *Si Romam,* inquit, *ieris, Rauennam vlterius non videbis.* Factum. Iuit Romam, & à ciuibus, [f] Duce Gregorio, male acceptus, vix cum paucis euaſit. Et quanquam propter cædem promiſcuam, quam in Romanorum & Longobardorum regionibus, in vltionem conſpiratorum excedens in vrbe fecerat, lætitiam vultus ſimularet, tamen intimo cordis dolore affectus, noctes continuas inſomnes ducens, lachrymis effundendis non ceſſabat. Angebat illum maieſtatis crimen, quo à Romanis offenſus turpiter effugerat. Nunciabantur pariter plurimi Epiſcoporum & Principum Germaniæ, ab eius imperio ſeceſſiſſe. II.

e *Petr. Dam. in Romual.* S. Romual. monet Otton. Imp. vt monaſticam vitam amplectatur quod & facere promittit.

f *Ditm. li. 4.*

B

C

Admiſſæ etiam cædis Creſcentianæ & Ioannis acres ſtimuli peiurgebant eius pectus. Non deerat inſuper [g] Creſcentii cæſi relicta Iohanna, cui pro libidine inconceſſa, diadema Imperii & nomen Auguſtæ ſpoponderat: Hæc enim quod ab Imperatore coronationem extorqueret; Is vero nec quicquam amplius rerum in vrbe Romanis acriter incitatis, potens eſſet; id vel maxime animum ipſius diſcruciabat.

g *Glaber. lib. 1 c 4 & Leo Oſtienſ. lib. 2 c 24.*

Quamobrem ſiue mœrore confectus, ſiue etiam veneno infectus (tradunt namque Iohannam, qua ille propter ſpem Imperii impudice abutebatur, cum

vidiſſet

vidiſſet ſpe ſua eſſe fruſtratam, in vltionem pudicitiæ ereptæ & mariti occiſi, chirotecas veneno imbuiſſe, Ottoniq; pro magno munere obtuliſſe) in morbum incidit grauiſſimum, omnem medicorum operam deſpuentem.

Otto Imp. incidit in morbum.

III. Vltio diuina ob mantum quod Otto Imp. S. Alexio obtulerat ab aliis ablatum.

h Cod. Caſſinenſ. poſt homil. S. Adalb. in eorum Eccleſ. dict.

Porro Romæ cum eſſet, h monaſterio SS. Bonifacio & Alexio, inter cætera dona, mantū quo tegebatur coronatus, in quo omnis Apocalypſis opere Phrygio erat auro inſignita, ſupplex obtulit, & altari S. Alexii decentiſſimo cooptauit, perpetuo ibi manſurum. Cuius votum floccipendens Adelbertus Abbas, vt erat impudēs, veſtem ipſam non cauſa vtilitatis monaſterii, ſed nequitia ſua cogente, aliquibus dedit in pignus; apud quos manſit, quouſq; ſcelere ſuo exigente, vita meruit priuari. Deuenit poſtea ea veſtis in manus cuiuſdam Iudicum Primicerii, qui quod eam ſanctis non reddidiſſet, vltorem Deum expertus eſt. Nam equo aſpero illum eiecit, ac elìſum paralyſi attriuit. Iacebat domi infelix mortem exoptans: cum ecce intempeſtæ noctis ſilentio, viſi ſunt ei ſancti Bonifacius & Alexius (ſicut idem referebat) torue eum aſpicientes, & agitantes capita, ac dicentes; Putaſne te ſanum noſtra veſte vti, nobis expoliatis? Requirebat miſer, qui eſſent. At vnus eorum: Ego, inquit, Bonifacius ſum, iſte vero eſt homo Dei Alexius, quem tu expoliatum habes. Et conuerſus, ſuſtentans pallium auro gemmiſque inſigne, quo tegebatur, oſtendit humerum S. Alexii, conſitentis verecundiam rubore, nudum, quem dum vidiſſet vitro puriorem, lacte candidiorem, cœpit plus ex ipſa viſione, quam languore deficere. Deinde dixit: Ex lecto iſto valens non ſurges, priuſquam veſte mea, pro qua percuſſus es, induar. Qui lætus euigilans balbutiendo vt poterat, iuſſit coniugi, vt vocaret Benedictum Epiſcopum Portuenſem. Adfuit ille, & re ex Primicerio quæ acciderat perſpecta, dixit: Fili, redde veſtem, vt reddaris ſanitati. Crede quod infectum non remanebit, quod amici diuini tibi interminati ſunt. Mirum dictu. Statim ac veſtem illam reſtituit, & illa altari ſuperpoſita fuit, hic illico conualuit.

IV. Romanorum religio in ædificandis templis & monaſteriis.

i Arnolph. Comes apud Henr. Caniſ. tom. 2. antiq. lect.

Per idem tempus, cum à falſis illis de iudicii proximo die, rumoribus vulgatis, hominibus maximus timor incuſſus eſſet, i Roma in tantum creuerat in diuino cultu, vt pro ruinis murorum & veterum fanorum ſurgerent quotidie innumera ædificia Eccleſiarum ſiue monaſteriorum; è quorum numero quadraginta à ſanctimonialibus, quadraginta à monachis, ſexaginta à canonicis poſſidebantur; exceptis iis, quæ extra ciuitatem erant, & aliis Eccleſiis, ſiue capellis, quibus eadem vrbs abundabat.

IESV CHRISTI
Annus 1002.

SILVESTRI II. PAPÆ ANNO 4. OCCID. Vacat. anno 1. Baſilii & Conſtantini Imp. ann. 27.

I. Otto Imp. obitus nec non Hug. Ducis & Conſulis Romani.

a Dietm. lib. 4 & Rup. Abb. c. 1 apud Sur. 16 Maii.

b Petrus Damiani.

ANno Chriſti 1002. Quinto Kalend. Februar. a in vrbe Paterno, Otto Imper. mortuus eſt, puſtulis interiora prementibus, & interdum paulatim erumpentibus, ſiue vi veneni à Iohanna porrecti, ſiue ipſius morbi natura. Cadauer illius Aquiſgranum illatum, interiora autem reciſa, Auguſtæ Vindelicorum condita ſunt. b Paulo ante Ottonis obitum deſiit eſſe in viuis, Hugo Dux ſeu Conſul Romanus, Alberti Tuſciæ Marchionis ex Wila Bonifacii Marchionis filia natus. Ferunt abſente patre natum eſſe, dum is Ottonis I. furorem effugiſſet: cæterum ab eodem reduce non loco filii agnitum eſſe. Mater periclitabatur, ab Alberto marito, in ſuſpicionem probri adducta. Et cum alia ratione innocentiam non poſſet oſtendere, conſeſſum virorum religioſorum appellauit, inter quos Albertus conſideret; ac puer, qui nunquam patrem ex facie viderat, in medium adduceretur; vt forte inter aſſeſſores immixtum cognoſceret, ſi poſſet. Miraculo accidit, vt Hugo puer in medium adductus, cum plurimi Epiſcoporum, Abbatum, religioſorum & principum aſſediſſent, & Albertus mixtus eſſet, ſtatim ad eum accurrit, & veluti parenti, abblandiri cœpit. Non ſe potuit Albertus continere, quin filium amplecteretur, &, vel inuitus probrum, Wilæ vxori innocenter impoſitum dilueret. Creuit interim Hugo, & non tam generis fiducia, quam virtutis, Ducatu ſeu Conſulatu Romano potitus eſt. Quem adeo ſtrenue geſſit, vt gladios Gregorianos à ceruicibus Ottonis Imperatoris depulerit, ſeditionemque Romanorum contra eum excitatam ſedauerit. Non tamen Ottoni perſuaderi vnquam potuit, illum tantum pro ſe, quantum fecit, feciſſe. Nam cum mortuum Hugonem Otto intellexiſſet; *Laqueus*, inquit, inſultans, & gaudens, *contritus eſt, & nos liberati ſumus*. Narrant, Hugonem comitatu relicto, ſolum equitare ſolitum, & à quibuſcunque obuiis incognitum percontari conſueſſe; Ecquid nam illis de Marchione (ſeipſum intelligebat) illo videretur? Nunquid non crudelis & pauperum oppreſſor & impius, & rerum diſſipans, & omnia bona profligans? Audiebat interim ea quæ ſors obtulerat. Non tamen propter contumelias excandeſcebat quas diſſimulabat, & ex diſſimulatione ſeipſo maior indies euadebat. Moriturum cum omnes deflerent, accidit vt quidam Epiſcopus igni adſideret, cum oculo in ligna defixo, in vno eorum ardente expreſſum, per quædam literarum veſtigia, huius finem vitæ deprehendit.

Hugo maternam à crimine ſuſpicione puer liberat.

Qualis Hugo fuerit.

Prognoſticon de eius morte.

Nam hæc legit: Hugo Marchio Quinquaginta annis vixit. Septem monaſteria in ſuis poſſeſſionibus conſtruxit, ditauit, dotauit, & in vno eorum Florentiæ Diuæ Deiparenti virgini Mariæ dicato ſepultus eſt. Malo ſuo didicit Imperator Otto, beneuolo & benefico ſuo inſultans, non abs re à ſapiente ſcriptam eſſe moneſam; *Noli de mortuo inimico gaudere: ſciens quia omnes morimur.* Ipſe enim paulo poſt defunctus eſt.

II. Henr. Dux Bauariæ ſuccedit Ottoni in Regno Germaniæ.

c Vita S. Wolfgangi.

In Regnum Germaniæ, poſt mortem Ottonis, Henricus Dux Bauariæ à ſancto Wolfgango Epiſcopo Ratiſponenſi educatus, ex eiuſdem prædictione Epiſcopi, ſucceſſit. c Cum enim ad eum ob impertiendam benedictionem, (vt crebro ſolebat) adductus eſſet, Regem eum ſanctus Spiritu Prophetico appellauit; fratrem vero eius Brunonem vocauit Antiſtitem: ſororem eius natu maiorem, Reginam: minorem quam ipſe baptizauit, Abbatiſſam. Euenit vt ille prædixit. Henricus enim à Principibus Germaniæ Rex deſignatus, à Villigiſo Archiepiſcopo Moguntino diadema Regni, tertio Idus Iunias ſuſcepit. Cæterum quod ſanctus Heribertus Colonienſis Archiepiſcopus, Comes Ottonis antea defuncti, neque electioni, neque inaugurationi interfuerit, magnam ſibi apud Principem conflauit inuidiam. Quamquam non malitia, ſed officio curandi funeris, Ottonis intereſſe non potuerit.

III. Hungar. Eccleſ. ſub Steph. reg. floruit.

d Carthuit. in vita.

In Hungaria, d res Eccleſiaſticæ per ea tempora florebant. Duxerat Stephanus vxorem, magis pietatis & religionis quam reliquorum conſortem Giſelam, filiam Henrici cognomento Pii, qui poſtea Imperium obtinuit. Giſelæ n. monitu Stephanus, Eccleſias, & in his præcipue Veſprimenſem, auro, multo, affabre in Duces, calices, thuribula, & menſas altarium reducto locupletauit; Metropoles aſſignauit, Epiſcopatus diſtinxit, Abbatias & monaſteria extruxit, & latifundiis donauit; Monachorum & Canonicorum mores refrenauit; Diuam virginem Mariam in tutelarem Regni præfecit, ſeu potius elegit, vt ab eo tempore, Dominam & Patronam Hungariæ, indigenæ omnes cognominent. Eidem etiam Diuæ Deiparenti Templum magnificentiſſimo ſumptu apud Albam Regalem ædificauit, & inæſtimabilis precii monilia aurea, gemmea, &

omni lapide pretioſa exornata eidem conſecrauit: Romæ etiam ſub protomartyris Stephani titulo, duodecim canonicorum collegium cõdidit; hoſpitalem quoque domum Hungaris recipiendis extruxit & ditauit, quæ hoc æuo vna cum collegio ad alienos poſſeſſores tranſiuit. contra illud Diui Pauli Apoſtoli recens in viſione monitum; *Ne veteres coloni expellerentur, ſed, ſi opus foret, reformarentur.* Sed talibus non ſanctus Paulus, quibus aliena eripere monaſteria fere connatum. Verum nos ad Stephanum Pannonem, qui etſi ſpiritu Prophetico præuideret, pie à ſe relicta in manus alienas ventura, tamen etiam Conſtantinopoli Eccleſiam extruxit, & rebus omnibus neceſſariis ditauit: non immerito inter Hungaros Apoſtolus nuncupatus. Meruit ab hac pietate,[e] & de Giula principe Tranſſiluaniæ, & de Bulgaris triumphare; illumque perduellem Christo per baptiſmum, Principatum vero illius Regno Hungariæ adiungere.

Nota dictũ. Rex Steph. inter Hungaros Apoſtolus

Tranſilv. ad fidem conuerſi. e Bonfin decad. 2. lib. 1.

IV. Northm. primum Italiæ innotuere magna virtute. f Leo Oſtienſ. lib. 2. c. 38

Hoc anno,[f] quadraginta Northmanni ab Hieroſolymitana peregrinatione reuertentes, non minore pietate quam fortitudine militari, exercitum integrum Saracenorum profligarunt. Cum enim Salernum ciuitatem ab eis obſeſſam reperiſſent, accenſis nutu Dei animis, à Guaimario Principe, equos armaque poſcentes, ſubito in illos irruerunt; plurimiſque peremptis, & reliquis in fugam verſis, mirabili victoria, Deo largiente potiti ſunt. Offerebat eis Princeps ſpolia; & donaria multa, inuitans vt ſecum manerent. Illi autem amore tantum Dei, & Chriſtianæ fidei cauſa id ſe feciſſe aſſerentes, & dona reſpuerunt, & manere ſe ibi poſſe denegarunt. Miſit poſtea Guaimarius Legatos ad Gentem, qui ad indicium fertilitatis Campanæ, citrina, amygdala, & reliqua bellaria vna cum palliis auratis, & reliquo apparatu equeſtri aureo & argenteo Regi Northmannorum deferrent, atque ad habitandum ſubditos illius inuitarent.

IESV CHRISTI
Annus 1003.

SILVESTRI II. PAPÆ ANNO 5. OCCID. Imper. Vacat. ann. 2. Baſilii & Conſtant. Imp. ann. 28.

L. Silueſtri Pp II. obitus & confutatio fabulæ de ipſo.

ANno Chriſti 1003. Duodecima die menſis Maii, Silueſter Papa ſecundus, rebus humanis exempt⁹ eſt. Eius ſepulturæ epitaphium à Sergio Papa poſitum, adhuc integrum extat in baſilica Lateranenſi. Inter aniles fabulas eſt illa de eo à Bennone ſchiſmatico primum conficta & ſparſa; quaſi is artibus execrandis Pontificatum nactus, in præmium dignitatis partæ, animam Satanæ deuouerit, atque is ei promiſerit, tamdiu Pontificiam dignitatem adminiſtraturum quamdiu Hieroſolymorum templum non attigiſſet: Is vero nihil penſi habens, templum quod eſt Romæ, titulo S. Crucis in Hieruſalem, illud ſemel acceſſerit, & indidem obierit. Sane negari non poteſt, illum in artibus Geometriæ & Aſtronomiæ plurimũ profeciſſe, & ex iudicio aſtrorum aliqua conieciſſe, & forte etiam occaſionem ex illis nõnullam arripuiſſe: Propter quod ſtudium, vt erat ſagax, & in quærendis dignitatibus ſolers, in ſuſpicionem venit pactionis cum dæmone: à cuius commercio quam alieniſſimus extiterat. *Scripſit complura quæ deſiderantur. Inter illius ſcripta numerantur centum quinquaginta nouem epiſtolæ ante Rhemenſem Archiepiſcopatum, Laconico ſermone exaratæ. Ex hac vnica, quam claſſicum pro ſacro bello primus canens, ex perſona Hieruſalem deuaſtatæ vniuerſali Eccleſiæ miſit, coniici poteſt eius eruditio non ſpernanda. Ea eſt his verbis concepta.

Epiſtola Silueſtri Pp. II. ſcripta vniuer-

[a] *Ea quæ eſt Hieroſolymis, vniuerſali Eccleſiæ ſceptris Regnorũ imperanti. Cum bene vigeas, immaculata ſponſa Domini cuius membrum me eſſe fateor. ſpes mihi per te maxima caput attollendi iam pene attritum. An quidquam de te diffiderem rerum domina, ſi me recognoſcis tuam: Quiſquamne tuorum famoſam cladem illatam mihi putare debebit, ad ſe minime pertinere? vtque rerum infimam abhorrere: En quamuis nunc deiecta, tamen habet me orbis terrarum optimam ſui partem, penes me Prophetarum oracula, Patriarcharum inſignia, hinc clara lumina mundi Apoſtoli prodierunt. Hic Chriſti fidem reperit orbis terrarum; apud me redemptorem ſuum inuenit. Etenim quamuis vbique ſit diuinitate, tamen hic humanitate natus, paſſus, ſepultus; hinc ad cælos elatus. Sed cum Propheta dixerit: Erit ſepulchrum eius glorioſum; Paganis loca ſancta ſubuertentibus, tentat diabolus reddere ingloriũm. Enitere ergo miles Chriſti; eſto ſignifer & compugnator; & quod armis nequis, conſilio & opum auxilio ſubueni. Quid eſt quod das? aut cui das: Nempe ex multo modicum; & ei, qui omne quod habes gratis dedit; nec tamen ingratus recipit, & hic enim multiplicat, & in futuro remunerat, per me benedicit tibi, vt largiendo creſcas; & peccata relaxat, vt ſecum regnando viuas.* Hæc ille pio zelo. Conſtat ex illius epiſtolis, cultorem fuiſſe ſanctorum virorum tunc viuentium; nimirum ſancti Maioli Cluniacenſis Abbatis, Eberardi æque magnæ ſanctitatis viri, & aliorum tunc eo nomine clarorum. Vnde & vitam S. Adelberti martyris Epiſcopi Pragenſis ſcripſit, quæ extat in bibliotheca Caſſinenſi. Fuiſſe etiam cupidum monaſticæ obſeruãtiæ, malorum acerrimum correctorem, ac præcipue bonorum Eccleſiaſticorum tenacẽ cuſtodem, vel ex hac Laconica clarum. Boſoni Comiti, tunc cum eſſet Abbas, ſcribebat. *Recedant*, ait, *multa verba, & ſequamur facta. Sanctuarium Domini nec pecunia, nec amicitiis vobis damus: nec ſi datum eſt ab aliquo, conſentimus. Fœnum quod veſtri tulerunt, Beato Columbano reſtituite; ſi experiri non vultis quod poſſumus cum gratia Domini noſtri Cæſaris amicorum conſilio & auxilio. His conditionibus leges amicitiæ non refutamus.* [b] Hæc Boſoni genero Imperatoris, Abbas Gerbertus, qui poſtea Pontifex Silueſter. Eius tempore paſſus eſt Petrus Abbas Sublacenſis, à quibuſdam inuaſoribus bonorum Eccleſiæ ſuæ. Caſtrum Arſule, nolebat impiis concedere. Quamobrem ab illis captus, catenis vinctus, in caſtro Monticello recluſus eſt. In præcipua deuotione habuerat S. Nicolaum Myrrhæ Epiſcopum. Cui cum ſupplex fieret, die feſto illi conſecrato ei apparuit; Is vero ad aſpectum ſancti viri, vinculis miraculo deciduis exſolutus remanſit. Viderunt iſtud cuſtodes, & vim ab homine illatam ferro arbitrantes, catenas duplicarunt, & non niſi panem & aquam famelico miniſtrarunt. Venerunt interim ſacrilegi illi raptores, & ferro oculis ei inciſis, excæcato neceſſitatem moriendi in carcere intulerunt. Sepultus eſt interim iuxta idem caſtrum in Eccleſia ſancti Vincentii, vbi meritis ipſius quædam beneficia Deus operatus eſt, ad laudem nominis ſui: præſidente Eccleſiæ Silueſtro ſecundo. Confirmauit idem Silueſter Papa iura Gradenſis Eccleſiæ ſuper Epiſcopos Iſtriæ atque Venetiæ prouinciarum.

ſali Eccleſ. ſuo nomine Hieruſalem deuaſtatam. a Gerbert. epiſt 28.

Silueſter SS. virorũ cultor & monaſticæ obſeruantiæ cupidus. b Chron. Sublacen.

III Silueſtro II ſuccedit Ioan. cognomento Siccus. De familia Sicca & viris illuſtribus eiuſdẽ.

Succeſſorem accepit Pontificem Ioannem cognomento Siccum, pátria Romanum, quem aliqui decimum octauum, nos cum Hermanno decimum ſextum appellamus.

Quod ad familiam Siccam attinet, falſum eſt, eam ignobiliſſimam (vt aliqui mentiuntur) fuiſſe. Rerum Mediolanenſium ſcriptores, & in his Donatus Boſius, Adamas Marinonius, Lucillus Terzagus, & auctor Manipuliflorum, affirmant. Ricimerum Siccum, à Seuero Imperatore, anno Dom. 461. præfectum fuiſſe titulo vicarii Imperialis Italiæ, & ab eo Oreſtem genitum. Auguſtulo Sicco conceſſiſſe Imperium: iſtum denique per ſeros traduces nonnullam gentis ſobolem apud Inſubres apud Glaream Abduæ reliquiſſe: quæ, vt bona & Ioan. Galeazius Maria Sfortia, Vicecomites, Duces Mediolani in ſuo diplomate dat. 15. Decembr. 1479. teſtantur, à maioribus acceptum nobilitatis ſplendorem ita inoffenſum ſeruauit, vt omnib. temporib. magnũ ſemper numerum habuerit, & virtute, & dignitate inſignium virorũ: & in qua, vt Lud. Maria Sfortia Anglus Dux Mediol. in priuilegio dat. 18. Nov. 1494. habet, viri ſemper extitere cũ opum magnitudine, tũ virtutib. inſignes: &

A quorum genus, Maximiliano Maria Sfortia, Vicecomi-
te, Duce Mediolani, in literis die 28. Febr. 1513. datis ſcri-
bente, inter primarias Inſubrum familias & nobilitate,
& vetuſtate præſtantiſſimum, viros ingenii & virium o-
pibus ampliſſimos, domi militiæque ſtrenuos & inſi-
gnes produxit. E quibus poſt Ioannem Siccum Pontifi-
cem, Antonius Siccus, propter vrbem prudenter, mo-
derate atque integerrime adeo adminiſtraſſet, vt vete-
rem familiæ dignitatem abunde illuſtrauerit, & in ge-
rendo officio virtutum ſuarum laudem ac decus æter-
nitati (quemadmodum in diplomate eſt) commenda-
uerit, aliquot annis eiuſdem vrbis adminiſtrationem
meruit. Non potuit Ludouicus Maria Sfortia præterire,
quin in eius laudem hæc elogia ſcriberet: quod ſub illu-
ſtriſſimis Ducibus Mediolani patre & fratre, ſummos
B ordines duxerit, ſtipendia ampla fecerit; & ex his non
fortitudinis ſolum, ſed induſtriæ atque ingenii laudem
reportauerit: ſummos magiſtratus atque præfecturas
caſte, integerrime atque prudenter geſſerit: inter ſena-
tores vrbis Mediolanenſis propter virtutes adlectus fu-
rit, neque ſolum ſibi, ſed etiam poſteris ſuis equeſtrem
dignitatem conciliauerit. Huius filius Iacobus Siccus,
iſtius vero Marcus Antonius Siccus, Senatores Medio-
lanenſ. apud Ludouicum & Maximilianum Sfortiam;
& ante hos tempore Innocentii III. Albertus Siccus
Canonicus Nouarrienſis, cuius mentio in lib. 1. Decret.
Epiſt. Innocent. ad Epiſcopum Laudæ Pompeiæ, cuius
initium eſt: *Cum illius vicem, &c.* & poſt hunc Marcus
Siccus Præfectus Carauagii, eo tempore, quo Diua Dei-
para, ad quendam fontem ibidem per miraculum e-
C rumpentem (quemadmodum Morigia capite tertio,
in eo quem de miraculis conſcripſit libro, auctor eſt)
miracula, ad inſtar illius Conſtantinopolitanæ patrare
cœpit. Inter hos ille Siccus Regis Galliarum tam ani-
muſus Cancellarius, vt imminutionem capitis commi-
nanti (Regem à tyrannide dehortatus fuerat, & ideo li-
bera voce offenderat) illud perpetuo memorãdum di-
xerit: *A me il capo: à te il ſtato.* Ex Siccis etiam præcipui
Franciſcus & Stephanus, armorum apud Sfortias, du-
ctores, Emanuel Siccus, inter Amadeum Allobrogem
& Iacobum Marchionem Montisferrati arbiter: Fran-
ciſcus Siccus propter Catharinam Gonzagam Mar-
chionibus Gonzagis affinis; Iacobus ampliſſimus Me-
diolani Senator: Nicolaus Carolo V. Imper. copiarum
ductor, & Vercellarum recuperator: & poſt hos F. Sera-
D phinus Siccus, totius ordinis prædicatorum generalis
Magiſter, anno 1612. Romæ in Comitio Generali, præ-
ſidentibus Scipione Burgheſio Protectore, & Auguſti-
no Galaminio Cardinalibus, omnium ſuffragio, pro-
pter maximam benignitatis & moderationis commen-
dationem electus. *Ex Monim. Famil. Siccæ apud Reuerendiſſ.
P. F. Seraphinum Siccum Papienſem, Ordin. Præd. Generalem
Magiſtrum: & ex Priuilegiis Philippi II. Regis Hiſp. & familia
confirmatis & conceſſis Bruxelis 16. Febr. 1557. & Mediolani 23.
Ianuarii 1562.*

IV.
Ioan. XVI. defuncto ſubrogatur in eius locum Ioan. cognomento Faſanus.
c *Dum. li 5*

Ioanni XVI. ſeu XVIII. vt alii volunt poſt quinque
menſes defuncto, 12. Kalend. Decemb. creatus eſt alter
Ioannes cognomento Faſanus, qui merito decimus ſe-
ptimus nuncupatur ab Hermanno, ne ille Ioannes con-
tra Gregorium Quintum electus, inter Pontifices nu-
E meretur. Aliquibus tamen placet, decimum octauum
numerare.[c] Hic ſtatim atque aſſumptus eſt, miſit Lega-
tum ad conſecrandum Archiepiſcopum Magdebur-
genſem. Huius enim Eccleſię Antitiſtem, non niſi à Ro-
mano Pontifice voluit Otto Imperator eius conditor
initiari. Fuit is Archiepiſcopus Tagmo nomine; cui eam
dignitatem S. Wolfgangus Ratiſponenſis ſpiritu Pro-
phetico prædixerat. Cum enim ad mortem ægrotare
cœpiſſet, eo ad ſe accerſito: *Pone,* inquit, *fili, os tuum ſuper
os meum, accipiens à Domino inſufflationem ſpiritus mei: vt vbi-
cunque ardore iuuentutis incaleſcente, in genuina charitate ſis
frigidus, à ſumma poteſtate, meique beneuolentia temperamen-
tum accipias. Et ſi meis honoribus forſitan priuaberis, poſt binos
quinos ſolares annos, cum mea apud Dominum vice commiſſa,*

Magdeb. Epiſc. non niſi à Rom. Pont. conſecrandus

A *maioribus pro certo lætaberis.* Euenit quod ille prædixit.
Quarto enim nonas Februar. à Willigiſo Archipræſule
Moguntino conſecratus eſt, præſente Rege, ac Roma-
no Nuntio, omnibuſque Coepiſcopis, ad hæc fauenti-
bus.

V.
Renouatio Eccleſiarũ.
d *Glaber. lib. 3. c. 4.*

Per hęc tempora[d] cõtigit in vniuerſo pene terrarum
orbe, præcipue tamen in Italia, & in Galliis innouari
Eccleſiarum Baſilicas, licet pleræque decenter locatæ
minime indiguiſſent, æmulabatur tamen quæque gens
Chriſtianorum aduerſus alteram decentiore cultu frui.
Erat enim inſtar, ac ſi mundus ipſe ſemet excutiendo,
reiecta vetuſtate, paſſim candidam Eccleſiarum veſtem
indueret. Tunc denique Epiſcopalium Sedium Eccle-
ſias pene vniuerſas, ac cætera quæque diuerſorum ſan-
ctorum monaſteria, ſeu minora villarum Oratoria, in
B meliora quique permutauere fideles. Scilicet aliquan-
to meliores facti, à timore illo quem timuerant propter
vulgo ſparſam famam proxime venturi Antichriſti, &
diei iudicii.

VI.
S. Abbonis Abbat. martyriũ
e *Ett 5.*

Hæc dum agerentur,[e] accidit vt venerabilis Abbo
Pater monaſterii S. Benedicti, Floriacenſis cognomina-
ti gratia propagandæ religionis monaſticæ in prouin-
ciam, tranſiret Meridionalium Waſconum. Cumque
illuc deueniens in quodam moraretur cœnobio, ibique
more ſolito ea quæ Dei ſunt, ſedulo exerceret, nimio à
cunctis venerabatur affectu. Contigit igitur die qua-
dam, vt in atrio eiuſdem cœnobii exardeſcentibus quo-
rundam litigioſorum irarum ſtimulis, nimium acer o-
riretur tumultus. Dumque Abbo ad eum ſedandum,
pugillares in manu gerens tabellas cum ſtylo proceſſiſ-
C ſet, vnus è vulgo ſpiritu diabolico afflatus in eum irruẽs,
eiuſque latus lancea perforans, Chriſti martyrem fecit.
Sed paulo poſt arreptus à dæmone miſerabiliter vitam
finiuit. Corpus autem ſancti viri à fidelibus ſepultum,
miraculis Deus illuſtrauit. Magna fuit amicitia, Abbo-
ni, Fulbertus Carnotenſis poſtea Antiſtes coniunctus.
Qui cum ſæpius per literas communicaret, eidem pari-
ter conſtantiam Monachorum Carnotenſis cœnobii
[f] enarrauit, quam in hoc caſu oſtenderunt. Theobaldus
Comes, voluit eidem cœnobio Megenardum Mona-
chum, qui ad eum viſa Abbatis ægritudine clam noctu
ea de re confugerat, Abbatem præficere. Recuſabant
monachi; Comes armato milite obtrulit. Sed ad huius
violentum ingreſſum, ſancti fratres contaminari ipſius
communicatione timentes, ſanctuario Domini ſaluta-
D to, cum lacrymis exierunt, atq; refugium aliud neſcien-
tes, ad limina principalis Eccleſiæ confugerunt, magis
eligentes fieri exortes, quam pati intruſum à Principe
præeſſe ipſis Abbatem. Quanquam vero importunita-
te Theobaldi & ambitu Megenardi fratres fuiſſent ex-
pulſi, ille tamen ab Herniſo quodam Britannicæ regio-
nis Epiſcopo Abbas ſimulatus eſt, in ſuburbio Carno-
tenſi, abſente Clero, indignante populo, Legato Archi-
præſulis palam contradicente ne id fieret, reclamantib.
etiam quibuſdam monachis qui in loco remanſerãt ve-
ro cultu, viua voce, atq; regulari auctoritate. Dolebat eã
calamitatem fratrum, Fulbert. ſcribens Abboni in ſta-
tum Eccleſiæ Gallicanæ. *Iacet,* inquit, *inter inuicta confu-
ſaq; fratrum expulſorum humilitas, nec eſt Præſul in Galliis, cuius
viſcera tangat affectio pietatis aut zelus ſacræ legis inflammet, vt
E conſurgat ad frangendos impetus eorum, ad releuandas ſpes dolo-
re tabeſcentium. Defuncta etenim eſt Dionyſii fortitudo; non
comparet pietas Martini; tu quoque dereliquiſti nos S. Pater Hi-
larii, qui olim vnitatem Eccleſiæ Sp. S gladio tuebaris. O derelicta,
ò mœſta, ò deſolata Galliarum Eccleſia? Quæ iam erit ſpes ſalutis
vlterior? Vbi amplius afflicta Chriſtiani anima reſpirabit? Hoc
nempe ſolum vel maxime nos confortare videbatur; quod ſi con-
tingeret ruinas mœnium tuorum reſarciri non poſſe, liceret ſal-
tem ad firmum adhuc Capitolium monaſticæ vitæ confugere.
Quod ſi etiam furibus irreptare, aut impune quibuslibet amb-
tioſis inuadere licet: proh dolor, funditus cecidiſti.* Hæc de
vno monaſterio Fulbertus, in ſuos Gallos, horum quaſi
à natura cupitores: quid ſi reliqua nunc tacenda vidiſ-
ſet.

f *Fulbert. epiſt. 1.*

Chriſt. fortitudinis exemplum in monachis.

Status Eccl. Gallicanæ à Fulberto deſcriptus.

IESV CHRISTI
Annus 1004.

IOANNIS XIX. PAPÆ ANNO 2. OCCID. Imper. Vac. ann. 3. Baſilii & Conſtant. Imp. ann. 29.

I
Synodi in Italia de variis quęſt. eccl.
a Glaber. lib. 3. c. 3.

ANno Chriſti 1004. [a] Pleriſque in Gallia & in Italia Epiſcoporum conciliis celebratis, aliquæ quæſtiones definitæ ſunt. Se. 1. Non licere ſacerdoti, fideles cōpellere, ad aliud ieiunium inter Aſcēſionem Domini & Pentecoſten, præterquam ad vigiliç eiuſdem obſeruandum. 2. Licere monachis ex præſcripto à S. Benedicto ritu, dominicis diebus Aduentus & Quadrageſimæ, hymnum Te Deum laudamus, decantare; tametſi id ſit contra morem Eccleſiæ Rom. 3. Feſtum Annunciationis Dominicę, debere ab vniuerſa Eccleſia celebrari, nō more Hiſpaniæ Eccleſiarum, in Aduentu, ſed 8. Kalend. April. Mirum tunc quiddam accidit in monaſterio Cluniacenſi. Duo ex monachis Hiſpaniarum, illuc ſeſe contulerant. Propinquante autem die Natiuitatis Dominicæ, petierant venerabilem Odilonem eiuſdem loci Abbatem, vt more ſuorum liceret eis celebrare Annuntiationem. Quod cum feciſſent ſegregati à cæteris, viſum eſt eadem nocte duobus ſenioribus loci, quod vnus de Hiſpanis fuſcina focaria arriperet de altari puerum, mitteretq; illum in ſartaginem prunis plenam, ita clamantem: *Pater, pater, quod tu dediſti, iſti auferunt.* Quid plura? Apud Cluniacenſes antiqua conſuetudo, vti decebat, præualuit.

B

II.
Qualis fuerit Rober. Fran. Rex in Synodis.
b Helgald. in vita Roberti.

C

Per idem temporis, tum humilitas, tum pietas Roberti Galliarum Regis enituit. [b] Alicubi celebrato concilio interérat, & vnum Epiſcoporum conſidentium Lambertum Lingenienſem graui mole corporis grauē, e loco ſuperiore pedes dependere conſpexerat. Pietate ductus, à longe quærens ſuppedaneum reperit vnum, quod manibus apprehendens, illud tanto Pontifici obtulit, & pedibus ſuppoſuit, tanta erat humilitate, ſed & non minore erga res diuinas pietate, & Catholicæ fidei zelo.

Cultus Rob. Reg. erga S. Euchariſt.

Leutharico enim Senonenſi Archiepiſcopo, de Domino non bene ſentienti, & quærenti pro quibuſdam cauſis probationem in corpore Domini noſtri Ieſu Chriſti, indigne id ferens ſcripſit his verbis: *Cum ſit tibi nomen ſcientiæ, & non luceat in te lumen ſapientiæ, miror qua ratione quæſieris pro tuis iniquiſſimis imperiis, & pro infeſto odio, quod erga Dei ſeruos habes, examinationem in corpore & ſanguine Domini, & cum hoc ſit, quod à dante ſacerdote dicitur; Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit tibi ſalus animæ & corporis: cur tu temerario ore & polluto dicas: Si dignus es, accipe; cum ſit nullus qui habeatur dignus? Cur diuinitati attribuis, ærumnas corporis, & infirmum doloris humani diuinæ connectis naturæ?* Hæc cum Robert. illi ſcripſiſſet, poſtea iurans fidem Dei; *Priuaberis,* inquit, *honore Pontificis, niſi ab his reſipueris, & damnaberis cum his qui dixerunt Domino; Recede à nobis: & non communicabis his, quibus dicitur: Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis.* Quieuit tum Leuthericus virus ſuum ſpargere, timore ductus, ne dignitatem Pontificiam amitteret.

D

III.
Primordia nefandæ hęreſis.

Non tamen error per illum ſparſus deſedit, quin illum aliqui errarent; non recte exiſtimantes de corpore Dominico in Euchariſtiæ Sacramento.

E

Adelman. Epiſc. Brixen. ſcripta hortatoria ad Bereng. Sacramentariorum anteſignanum.
c Extat tom. 3. biblioth. SS. PP.

Ex his Berengarius fuerat diſcipulus Fulberti Carnotenſis, quem vt ab impio ſenſu auerteret Adelmannus Epiſcopus Brixienſis, ſuus olim apud Fulbertum condiſcipulus, poſt multa quæ illi ad rem perſcripſit, addidit; [c] *Auertat Dominus à te, ſancte frater, ſemitas tales, & conuertat pedes tuos in teſtimonia ſua, & mendaces oſtendat, qui famam tuam tam fœda labe maculare nituntur ſpargentes vſquequaque, vt non ſolum Latinas verum etiam Teutonicas aures repleuerint, quaſi te ab vnitate ſanctæ matris Eccleſiæ diuulſeris, & de corpore & ſanguine Domini, quod quotidie in vniuerſa terra ſuper ſanctum altare immolatur, aliter quam fides Catholica teneat, ſentire videaris, hoc eſt, (vt illorum de te dictis vtar) non eſſe verum corpus Chriſti, neque verum ſanguinem, ſed figuram & ſimilitudinem*

A

quandam. Nolui itaque diutius diſſimulare, quin ipſe mente ac ſpiritu meo, præſentibus literis tanquam pennis indutus per tanta terrarum ſpatia tranſuolarem, obſecrans per miſericordiam Dei, per ſuauiſſimam memoriam Fulberti, vt pacem Catholicam diligas, neque conturbes Rempubl. Chriſtianæ ciuitatis bene conſtitutam à maioribus noſtris, pro qua tot millia martyrum contra idololatriam, & regnum diaboli fortiter certantes triumpharunt; ſubindeque ſancti Doctores bella ciuilia ab hæreticis commota, ſalutaris eloquentiæ fluminibus reſtinxerunt, atque etiam circumquaque munierunt, vt iam nouus hoſtis nullus oboriri queat, qui aduerſus eam aliquid nitens, non continuo mille iaculis deſuper ruentibus obruatur. Iſta quidem Adelmannus Berengario, Sacramentariorum anteſignano, cuius profanam hæreſim Robertus Rex in Leutherico Senonenſi reprobarat.

B

IV.
Res mirāda de Fran. Cœnobita Romano.
d Chron. Caſſin.

Per ea tempora, [d] vrbs Romana morbo quodam laborabat. Catharro in fauces defluente, meatibus obſtructis, plurimi moriebantur. Per eam occaſionem Iohannes quidam Cannaparius, & Franco Maringus, religionis habitum apud SS. Bonifacii & Alexii cœnobiū induerant. Accidit in eo momento, quo Franco intra numerum cœnobitarum admiſſus eſt, cuneum equeſtrium armatorum malignorum ſpirituum per anteriorem viam viſibiliter deſcendere, prędictum Franconem requirentem, quem iudiciaria definitione ſeruum ſe viciſſe glorianter iactabat. Viſi ſunt etiam ad portam monaſterii accedere, & Franconem ſuum ſeruum requirere. Quem cum non recepiſſent, audiri ſunt à prætereuntibus ſanctis, Bonifacio & Alexio maledicere, quod ſeruum illis rapuiſſent. Adiiciebant tamen muſſitando, remanſiſſe per quod eum vincere putabant.

C

Quod vbi Abbati & fratrib. ab audientibus nuntiatum eſt; ſubtiliter perquirentes, profeſſionem regularem non illum feciſſe inuenerunt. Qua ſtudioſe facta, anima illa carne ſoluta eſt.

Piū Cannaparii epitaphium.

Ioannis Cannaparii epitaphium adhuc in eadem Eccleſia non longe ab altari primario legitur, ſatis diſſimile à pompaticis iſtius æui ſepulchralibus inſcriptionibus. Sic ſe habet.

Chriſte Deus rerum pulcherrime factor & auctor
Suſcipe me indignum ſalus & omne bonum.
Obſecro, flagito, ſeruus, poſtulo, quæro Ioannes
Confiteor culpam, da clemens veniam.
Omne malum merui, cumulumq; reatibus auxi
Tardus ad omne bonum, promptus ad omne malum.
A capite vſque ad pedes maculant membra omnia ſordes

D

Sed tu ſancte Deus Rex miſerere pius.
Da in regione domum ſunt vbi caſtra virorum
Auricomus regnat vbi aurea ſecula Chriſtus.

Auctarium proſa. † *Precor vos omnes, qui huc poſt me venturi eſtis, vt pro me preces fundatis; & propter charitatem quam violare non licet, nemo ſuum, nec alienum cadauer ſuper me mittat. Quod ſi hoc præſumpſerit, ſit maledictus, atque in perpetuum anathemate conſtrictus.* † *Credo quod redemptor meus viuit, & in carne mea videbo Deum ſaluatorem meum.* Ab incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti anni ſunt mille 4. obiit menſe Oct. die 12. Indict. 3.

E

IESV CHRISTI
Annus 1005.

IOANNIS XIX. PAPÆ ANNO 3. VACAT. Imper. Occid. ann. 4. Baſilii & Conſtant. Imper. ann. 30.

a Ditm. lib. 6. Papia.

ANno Chriſti 1005. [a] Henricus Rex Hardugium quendam Longobardorum Regis nomen ſibi vſurpantem, in Italiam veniens deuicit, regiumque diadema ſuſcepit: inde Mediolanum acceſſit, & poſtea in Germaniam reuertens, Henricum Marchionem perduellem precib. Godeſcalci Friſingenſis Epiſcopi in gratiam recepit.

I.
Concil. Tremon. pro reformat. cleri.

Deinde ad Synodum Tremonienſem, pro reformatione cleri indictam, acceſſit: atq; diſciplinæ Eccleſiaſticę reſtitutione, viam ſibi ad Imperium aperuit. Ditmarus ſomniat, Boleslaum Polon. Ducē ab eo tunc eſſe

deuictum,

Boleslai Polon. Reg. victoriæ.
b *Crom. li. 3.*

deuictum, cum è cõtrario potius Boleslaus Poloniæ Rex victor vbique & ſemper de Boemis & Saxonibus trophæa retulerit. [b] Cũ enim ea recuperaturus, quæ ſub Ottone amiſerant Poloni, exercitum in aciem eduxiſſet, neque hoſtis pugnæ copiam faceret, in auias ſiluas ac impeditas abditas paludes, ille longè lateque excurrit, rapidi torrentis in modũ obuia quæq; ſternens & euertens: ita vt Magdeburgum, Miſna, Hiltenſcimum, Mechelburgum, exitiali illo incendio Polonorum conſumerentur. Cumq; Henric. Bauarus, ab Italicis & Gallicis prœliis reuerſus, bellũ ſiue inſtauraſſet, ſiue depellere cogitaſſet, necquicquam eo proficiente, hi qui Slauici erant nominis, certatim Boleslao, partim propter cognationem linguæ & ſanguinis, partim clementia & liberalitate eius inuitati, partim etiam metu adacti, ſeſe dedebant. Ita is hoſtico vexato, vaſtatoque, cum nuſquam in aciem hoſtes prodirent, & ſua quoque auertendorum Polonorum cauſa ipſi exurerent omnem oram illam latiſſimam, quę olim à Polonis poſſeſſa fuerat, vſque ad Albim & Salam fluuios, & Cherſoneſum Cymbricam, magna celeritate in ſuam poteſtatẽ redegit: Principibus Slauis & Vindis Polonici generis, qui adhuc ſupererant, Saxonum dominatione liberatis, nullum tributum impoſuit. Ac cætera quidem eos ſui iuris eſſe paſſus eſt; Sacramento tantum in ſua & ſucceſſorum ſuorum Regum Polonię verba adegit, & ad ſuſcipiendã religionẽ Chriſtianam, quã propagare quoquo verſus inprimis ſtudebat, adduxit: eos videlicet reſiduos qui huc vſq; nondũ cũ reliquis fidẽ Chriſti ſuſceperant. Poſuit autem Boleslaus Rex in ripa Salæ tres columnas ferreas, regni Poloniæ limites, & victoriæ ſuæ monimentum. Tantum itaq; abeſt, vt Henricus Boleslaum triumpharit, quod Hageeus fingebat, quin potius Boleslaus victoriæ trophæa longiſſimè promouerit: adiutore Deo pro cuius fidei & religionis amplificatione depugnabat.

IESV CHRISTI ANnus 1006.

IOANNIS XIX. PAP. ANN. IV. OCCID. IMP. Vac. anno 5. Baſilii & Conſtantini Imperatorum anno 31.

I.
Conc. Francofordienſ.
a *Ditm. li. 6.*

ANNO *Chriſti* 1006. [a] Synodus Francofurdienſis celebrata eſt. In ea præſens Henricus adeo demiſſe ſe geſſit, vt in terram coram Epiſcopis proſtratus, noluerit ſurgere, ſed oportuit eũ à Vuillegiſo Archiepiſcopo Moguntino eleuari. Eo poſtulãte, erecta eſt in Cathedralem Eccleſia Bambergenſis, quam ciuitatem ille vnicè dilexerat. [b] Fames interim & mortalitas tam grauiter per totum orbem inualuit, vt ſepelientium tædio, viui adhuc ſpiritum trahentes obruerẽtur cum mortuis. Ea fames [c] dum Aquitaniæ fines vehementer affligeret, ac plurimas Galliarum prouincias peſtilenter arctaret, S. Odilo Abbas in erogandis eleemoſynis ita largus erat, vt nonnulli, dum cum omnia diſpergentem ſine cunctatione conſpicerent, non diſpenſatorem ſed prodigum iudicarent. Porrò exhauſtis iam in pauperum vſum ærariis, & horreis, quorumcumq; prouentuum non mediocriter profligatis; mox etiam plurima ſacra vaſa confregit, inſignia Eccleſiæ ornamenta diſtraxit; coronæ quoq; quã ſibi Henricus Imp. ob ſui memoriam deſtinauerat, non pepercit. Vt igitur tam acerbæ famis, in quibus valuit, temperaret inopiam, quicquid hinc inde corradere potuit facultatũ, in ſuſtentationẽ & alimenta egenorũ diſtribuit. Quadam ſane die, dum per publicã pius equitator inceſſiſſet, duos in itinere pueros fame interemptos reperit. Mox equo deſiliens, laneam, qua indutus erat ad carnem, ſubduxit ſibi interulam, eaq; prout velaminis quantitas permittebat, vtrumq; cadauer inuoluẽs, exhibuit mortuis ſepulturã. Nam & veſpillones mercede cõduxit, & funeris vſq; ad tumulum proſequutus exequiis, defunctis fratribus debitum humanæ pietatis exoluit.

Fames ingens & peſtis.
b *Sigebert. in Chron.*
Liberalitas S. Odilonis in pauperes.
c *apud Sur. 1. Ian.*

S. Elphegus dum Romã pergit ſpoliatur ab oppidanis cuiuſdam oppidi quam iniuriam vltio diuina ſtatim conſecuta eſt.
d *apud Sur. 19. April.*

Eodem anno, [d] ſanctus Elphegus ex Vuintonienſi ad Cantuarienſem Archiepiſcopatum translatus, Romam pergebat, pro pallio conſequendo. In quoddam oppidum ignotus cum diuertiſſet, oppidani hominem incognitum videntes, & auaritiæ ſuæ conſulentes, in domum irruperunt, res eius diripuerunt, & tandem omnibus exutum expulerunt. Regrediebatur ille, iniurias ſuas leniter ferens, ſuorum vero non mediocriter dolens; cum in momento horrendæ voces circa mœnia auditæ ſunt, quæ ciuibus & ædificiis minabantur celerem ruinam. Nec mora, vorax flamma oppidum conſumere cœpit. Cumque ignis vehementer excreſceret, nec euadendi ſpes aliqua fuiſſet, virum ſanctum conſecuti, delictum confeſſi, veniam petierunt. Mox ſanctus compatiens, ignes precibus extinxit, res ablatas recepit, Romam iuit, palliumq; ab Ioanne Pontifice obtinuit. Romæ cum eſſet, exceſſum Kenulphi ſucceſſoris ſui in ſede Vuintonienſi, nemine afferente vidit, & enuntiauit, quia is nundinatione, maliſque artibus Epiſcopatum conſequutus fuiſſet.

IESV CHRISTI ANnus 1007.

IOANNIS XIX. PAPÆ ANN. V. OCCID. IMP. Vac. anno 6. Baſilii & Conſtantini Imperator. anno 32.

I.
Prædictio de futuro Henrici Imperio.
a *apud Sur. 31. Octob.*

ANNO *Chriſti* 1007. Henric. Regi ſubobſcura facta eſt reuelatio de futuro Imperio. [a] Sanctus Wolffgangus apparuit ei dormienti. Videbatur ille ſibi in ſancti Emeranni Eccleſia eſſe, atque orandi cauſa beati Wolffgangi adire ſepulchrum. Ibi vero DEVM & ſanctum Wolffgangum orans, viſus eſt ſibi videre eum aſtare, & hunc in modum eum appellare: *Aſpice diligenter characteres in muro, quo eſt apud tumulum meum, exaratos.* Vidit ille, nec aliud legit, quam; *Poſt ſex:* Expergefactus, vero, ſummopere incumbebat ad earum dictionem apprehendendam ſignificationem. Primum igitur ſuſpicatus ſe poſt ſex dies moriturum, multa largitus eſt pauperibus. At ſex euolutis diebus, cum nihil in corpore ſentiret moleſtiæ, ad ſex menſes attinere arbitrabatur, tumque ſe obiturum credebat. Sed neque tum male valere ſe ſentiens, ad ſex annos earum dictionum ſignificationem referebat. Cæterum Imperium ei oſtendebatur; quod ſexto anno expleto, à Summo Pontifice conſecutus.

II.
Fulbertus creator Epi. Carnoten.
b *Glaber. in diuerſ. loc.*

Eodem anno, [b] Fulbertus ex monacho monaſterii ſancti Petri apud Carnutum, vir ſapientiſſimus, vita ſanctiſſimus, Prophetiæ dono imbutus, omnium ſui temporis Doctorum doctiſſimus, ad Epiſcopatum Carnotenſem euectus eſt. Qui cum pericula ſibi imminentia experiri cepiſſet, totus anceps, quid ageret, ſcilicet an maneret, an vero dignitati cederet, cecinit CHRISTO DEO hymnum, dignum qui hic deſcribatur propter ambitores. Ita habet:

Fulberti hymnus.

Angele conſilii magni, te conſulo, Chriſte,
Mi factor, mea vita, ſalus, fiducia ſola.
Da mihi conſilium, & votum, vireſq; ſequendi
Ambiguo quid agam, quo tandem fine quieſcam.
Nunc vereor temere ſuſcepto Pontificatu
Seruandis opibus mage, quam prodeſſe, nocere.
Atq; ideo puto cedendum melioribus eſſe.
Nunc recolens quia non opibus nec ſanguine fretus
Conſcendi cathedram pauper de ſorde leuatus:
Arbitror hoc à te factum, ſicut tuus eſt mos:
Nec mutare locum, niſi ſignificaueris, auſim.
Quamuis hoc leſa moneat mens conſcia vita.
Tu ſcis, ſancte Pater quid ſit tibi gratius horum,
Vtiliuſq; mihi. Precor vnde tuam pietatem,
Vt mihi digneris hoc inſpirare labanti
Conſilium, præſenſq; iuues ad perficiendum.

Ita quidem Fulbertus ad Chriſtum: quem inter cæ-

Fulbertus

ſtrenuus laborat ne laicis beneficia Eccleſ. dentur.
c epiſt. 22.

tera agebat quod paſſim ſibi laici occupaſſent beneficia Eccleſiæ. Ideoq; inter Pontificatus ſui primordia, hæc egit per literas cum Francone Pariſienſi Epiſcopo: c *Vſumfructum vero altarium, ait, quem tui anteceſſores laicis tradiderunt, te alendis debilibus publica voce deſtinare ſuadeo: tum ne quis illis inde fraudet aliquid interminari: & ſi qui in hanc fraudem irruperunt, ſicut fures ſacrorum, & occiſorem pauperum anathemate condemnari. Ne verearis, quæſo, homines innocenter propter Deum offendere.* Hæc quidem Fulbertus Francom. Acriora ſunt, quæ potentiſſimo Andegauenſium Comiti Fulconi, in hæc verba:

d epiſt. 83.

d *Doleo, ait, ſuper te, nobilis homo, cum te audio errare & periclitari. Errare dico, quia cum debeas Deũ timere, ſanctos honorare, Eccleſiam defendere; contemnis Deum, Sanctos inhonoras, res Eccleſiæ inuadis & aufers. Periclitaris; quoniam qui talia agunt, non habent partem in regno Dei. Propter hæc peccata monuit Archiepiſcopus Turonenſis, omnes Epiſcopos noſtros, & inter alios me puſillum, vt te excommunicaremus. Sed ego cenſui pium eſſe, vt te prius monerem & deprecarer, vt habeas miſericordiam de anima tua, placans Deum: iam enim prope eſt finis tuus. Feſtina igitur, quæſo, reconciliari* C H R I S T O *Saluatori noſtro: quia non eſt ſalus homini niſi per ipſum. Tene in memoria verbum hoc: Qui confitendo & pœnitendo finem facit peccatis ſuis antequam moriatur: finem habebit in altero ſæculo pœna ipſius. Et qui peccatis mortalibus pœnitendo non facit finem; pœna ipſius erit ſine fine. Erige la igitur propter temetipſum, ſicut homo in proximo mortuus; & reconciliare* CHRISTO, *ne moriaris Apoſtolica auctoritate damnatus. Vale, & remandato mihi velociter atque veraciter voluntatem tuam.*

Hactenus Fulbert. Fulconi, nec fruſtra. Is enim pœnitẽtia ſceleris ductus, ter Hieroſolymam perrexerat, vt pro crimine aliqua ratione ſatisfaceret. Nec blandior fuit Fulbertus in Rudolphum Comitem ſacrilegum inuaſorem, & clerici homicidam. Anathemate illum perculerat: at is Romam, vt abſolutionem ſurriperet, properarat. Contra hunc Ioanni Pontifici ex vero ſcribens orabat, ne iniuſte in communionẽ reciperet, quem diuina auctoritas ſicut Ethnicum alienaret.

III. Obitus S. Romualdi Abbat.

Eodem anno Ratisbonæ in Bauaria mortuus eſt ſanctus Romualdus Abbas ſancti Emerani; cuius feretro Henricus humerum ſuppoſuit ad portandum.

IESV CHRISTI ANnus 1008.

IOANNIS XIX. PAPÆ ANNO VI. VAC. IMP. Occid. ann. 7. Baſilii & Conſtantini Imperatorum anno 33.

I. SS. reliquiæ in Gall. reuelantur.
a Glaber. lib. 3. c. 6.
b ep. 3. 7.

ANNO *Chriſti* 1008. a Senonis in Gallia, aliquorum Sanctorum reliquiæ, vna cum particula virgæ Moſaycæ reuelatæ ſunt Archiepiſc. Leutherico. Gratulabatur illi b Fulbertus Carnotenſis: ſed & admonebat, ne duplicitatis ac dubietatis bithalaſſum in corde miſceret. *Simplex eſt enim via Domini*, ſcribebat; & *qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter. Si vero de via legis diuinæ qualibet occaſione ſeductus aberraueris, in tartaream charybdim naufragus demergeris.*

II. S. Brunonis Pruſſorum Apoſtoli & ſociorum martyrium.
c Ditmar. lib. 6.

Per eadem tempora, c ſanctus Bruno Apoſtolus Pruſſorum, & ſocii illius decem & octo, ad conuerſionem barbarorum, à ſede Apoſtolica miſſi propter Euangelii prædicationem cæſi ſunt decimoſexto Calend. Martii. Boleslaus Rex Poloniæ, à quo ille multa bona accepta in pauperes erogauit, corpora ſanctorum martyrum mercatus, in regnum ſuum tranſtulit. Eccleſia vero commemorationem Sancti illius, ex tabulis Eccleſiaſticis perpetuo recitari voluit his verbis in martyrologio deſcriptis: in Pruſſia ſancti Brunonis Epiſcopi Ruthenorum & martyris, qui Euangelium in ea regione prædicans, ab impiis tentus, manibus pedibuſque præciſis, capite truncatus eſt. Cæterum quod in Eccleſiaſticis tabulis nominetur, in Pruſſia, Ruthenorum Epiſcopi; facile adducor, vt exiſtimem quod ſanctus Bruno Apoſtolus peragrata Pruſſiæ ea parte quam Curlandiam & Liuoniam recentiores nominare conſueuerunt, Ruthenorum Albæ Ruſſiæ populis ſiue ad Naruiam, ſiue ad Reueliam; & quacumque tractus ille ad Moſchos porrigitur, prædicarit.

III. S. Bonifacii Ruſſiæ Apoſtol. martyrium.
d Romuald c. 29. 30.

Paſſus eſt etiam apud Ruſſos, ſed credo apud eos etiam quos vocant Albas, ſanctus Bonifacius à ſede Apoſtolica miſſus Apoſtolus. Narrabat d Petrus Damiani, quod cum ad Regem (Principem dicere volebat) Ruſſorum vir venerabilis perueniſſet, & conſtanti animo prædicationi vehementer inſiſteret, videns eum Rex ſqualidis veſtimentis indutum, ac nudis pedibus incedentem, opinatus eſt, quia vir ſanctus talia non religionis cauſa perferret, ſed vt pecunias congregaret. Promiſit igitur ei, vt ſi ab iſta vanitate recederet, ipſe paupertatem eius largiſſima diuitiarum liberalitate ditaret. Verum Bonifacius mox ad hoſpitium ſine mora reuerſus pretioſiſſimis Pontificalibus indumentis decenter indutus, ad Regem reuerſus eſt. Rex autem ſeu Princeps, videns eum tam decoris veſtibus adornatum, ait; Nunc ſcimus, quia te ad vanam doctrinam, non paupertatis inopia, ſed veritatis impulit ignorantia. Veruntamen ſi vis vera credi quæ aſſeris, erigantur duæ excelſæ lignorum cataſtæ, breuiſſimo à ſe interſtitio ſeparatæ, & igne ſuppoſito cum vaporatæ fuerint, ita vt vtriuſque ſtruis vnus eſſe ignis videatur, tu tranſi per medium. Quod ſi læſus ex aliqua parte fueris, ipſis te penitus conſumendum ignibus trademus. Sin autem, (quod credi non poteſt) ſanus euaſeris, omnes nos D E O tuo abſque difficultate credemus. Cumque hoc fœdus non ſolum Bonifacio, ſed & his qui aderant gentibus placuiſſet; Bonifacius ita veſtitus, vt miſſarum ſolemnia celebraturus, prius cum ſanctificata aqua, & incenſo thure vndique perluſtrans ignem, deinde ſtridentes flammarum globos ingreſſus, ita exiuit illæſus, vt nec minimus capitis eius capillus videretur exuſtus. Tunc Rex, & cæteri qui huic ſpectaculo interfuerant, cateruatim ſe ad pedes ſancti viri proiiciebant, indulgentiam cum lachrymis poſtulabant, & baptizari depoſcebant. Cœpit itaque tanta gentium multitudo ad baptiſma confluere, vt vir ſanctus ad ſpacioſum quemdam locum pergeret, & in ipſa aquarum abundantia populum baptizaret. Decreuit autem Rex, vt Regnum relinquens filio, ipſe quamdiu viueret, à Bonifacio nullatenus ſepararetur. Frater autem Regis cum ipſo pariter habitans, dum nollet credere, abſente Bonifacio, ab ipſo Rege interemptus eſt. Alius vero frater, qui iam à Rege fuerat habitatione diuiſus, cum ad eum ſanctus Bonifacius venit, audire verbum eius noluit: ſed de conuerſione fratris, nimia aduerſus eum ira ſuccenſus, continuo comprehendit. Deinde timens, ne ſi viuum teneret, Rex eum de manibus eius eriperet, in ſua præſentia, circumſtante non parua hominum multitudine, decollari præcepit. Statim vero & ipſe cæcatus eſt, & tantus eum cum omnibus qui aſtabant, ſtupor oppreſſit, vt nec loqui, nec audire, nec aliquod hominis officium agere poſſent; ſed cuncti veluti lapides rigidi & immobiles permanerent.

Rex autem hoc audiens, nimio dolore perculſus, omnino deliberabat & fratrem & cunctos, qui tanti reatus fautores extiterant occidere. Sed cum illuc protinus aduenisſet, & corpore martyris adhuc in medio poſito fratrem ſimul cum reliquis hominibus ſine ſenſu & motu ſtupefactos aſtare conſpiceret; hoc ſibi cum omnibus ſuis placuit, vt prius pro eis oratio fieret, ſi forte illis diuina miſericordia ſenſum quem amiſerant, reformaret. Deinde ſi acquieſcerent credere, indulto crimine viuerent. Sin autem, omnes vltoribus gladiis interirent. Orarunt omnes, & non tantum ſanitatem, verum etiam meliorem ſpiritum illis omnibus impetrarunt, vt ad ſe reuerſi, pœnitentiam perpetrati ſceleris ſuſtinere, & ſacro fonte regenerari poſtularent. Audierat

S. Romualdus martyr. cupidus.

hæc forte S. Romualdus: atque viginti quatuor ſociis aſſumptis, in Vngariam ire perrexit. Cæterum cum iam finibus Pannoniæ appropinquaſſet, morbo correptus, ac redire coactus, intellexit non eſſe Diuinæ voluntatis, vt gladio occumberet.

IV. Alia Eccleſ. Ruſſorum Primordia. e lib. 7. pag. 103.

[e] Ditmarus memorabat, alium quoque Apoſtolum, nomine Reibernum Epiſcopum Salſæ Holberg enſis, per ea tempora fuiſſe. Aiebat, Vuolodimiri ex Helena Conſtantinopolitani Imper. filia (propter quam ſidem ille ſuſceperat) inter reliquos filios vnum, Boleslai Polonorum Regis filiam in matrimonium duxiſſe, & cum ea Reibernum Epiſcopum iuiſſe; fana idolorum vel diruiſſe vel incendiſſe: mare Ponticum à dæmonibus infeſtum, immiſſis quatuor lapidibus ſacro chriſmate inunctis, & aquæ benedictæ aſperſione purgaſſe, dæmonum cultum eliminaſſe; nouam plantationem ex infructuoſa Ruſſorum Gente Domino produxiſſe: miranda ſanctitate apud barbaros floruiſſe; & tandem à metuente Vuolodimiro, ne filium Boleslai copiis inuictum contra ſe impelleret, in carcerem coniectum, diem vltimum obiiſſe.

V. Martyrium Euerardi presbyteri in Gall. f epiſt. 27. & 31.

Per idem temporis contigit martyrio coronari ſanctum Euerardum presbyterum. Cauſam necis ſcribebat Fulbertus Carnotenſis. [f] Quodam Eccleſiæ Carnotenſis ſubdecano defuncto, petierat à Fulberto Rudolphus Siluanectenſis Epiſcopus dari ſibi, aut fratri ſuo miniſterium eius. Fulbertus porro reſpondit: *Non conuenire ſibi, eo quod Epiſcopus eſſet, neque fratri, ætate adhuc & moribus immaturo.* Interim elegit Fulbertus Euerardum de numero Sacerdotum ſuorum, ſcientem ac religioſum virum. Indigne id tulit Rudolphus, ſicarios miſit, qui ſanctum illum presbyterum more ſuo ad Eccleſiam venientem, lanceis falcatis & gladiis in ipſo atrio principalis Eccleſiæ trucidauerunt. Clerici autem eius, qui expeditum Dominum tardè ſecuti ſunt, inuenerunt eum adhuc extrema verba protomartyris pro carnificibus replicantem.

IESV CHRISTI ANNUS 1009.

SERGII IV. PAPÆ ANN. I. OCCID. IMP. VAC. ann. 8. Baſilii & Conſtantini Imperatorum anno 34.

I. Ioan. XIX. obitus & Epitaphium.

ANNO *Chriſti* 1009. Decimoquinto Calend. Aug. Ioannes Papa defunctus eſt, vir, vt in ſepulchrali lapide legebatur;

Ardua qui fulſit cunctis per ſidera cœli
Auguſtis charus, Gentibus & tribubus
Doctrinis comptus ſacris & dogmate claro
Per patrias ſancta ſemina fudit ouans.
Nam Græcos ſuperans, Eois partibus vnam
Schiſmata pellendo reddidit Eccleſiam.

Eius enim opera poſt multas cum Græcis de quibuſdam dogmatibus diſceptationes, tandem illi rationibus conuicti, Eccleſiæ Occidentali reduniri fuere. Petrus Antiochenus Epiſcopus memorabat, cum hoc tempore Conſtantinopoli ſacris in tēplo S. Sophiæ interfuiſſet, audiuiſſe Ioannis Pont. Romani nomen in ſacra miſſa, vna cum aliis ſanctiſſimis Patriarchis relatum.

II. Sergii PP. IV creatio qui primus nomen mutauit. a Curopalat. Demolitio templi Hieroſol. curata à Iudæis. b Glaber. lib. 3. c. 7.

Ioanne defuncto, pridie Calend. Septembris aſſumptus eſt ad Petri ſedem Petrus cognomento Bucca porci ex Epiſcopo Albanenſe. Hic ſiue ob reuerentiam nominis ſancti Petri, ſiue ob turpitudinem cognominis, nomen mutauit; & Sergii quarti accepit. Huius tempore, [a] *Ægypti* Princeps Azizius ob leuem cauſam, fœdere quod ei erat cum Romanis rupto & templum Hieroſolymis ad ſepulchrum Chriſti ſumptuoſiſſime conditum euertit, & religioſa perdidit monaſteria, & qui in iis piæ vitæ exercitationibus erant dediti, eos per omnem terram egit extorres. Cauſa erat. [b] Quidam Robertus Aurelianenſis Gallus, ſeruus beatæ Mariæ Melerenſis cœnobii fugitiuus, à Iudæis pecunia corruptus, Hebraicis characteribus ſcriptā ab eis epiſtolam, baculo inſertam, Principi Saracenorum detulerat. Mentiebantur perfidi illi, omnes Chriſtianos in eo eſſe, vt Principatu illum exigerent, terramq; à Chriſto inſeſſam olim, eriperent. Proinde monebant, vt periculum à ſe auerteret; cum facile poſſet, ſi ædem Chriſtianorum ſepulchro Chriſti impoſitam dirueret. Nec mora fecit, & templum quidem vſque ad ſolum demolitus eſt: Ipſum vero concauum ſepulchri glorioſi, quamquam malleis ferreis & omni genere artificii voluerint ab eo miſſi deſtruere, nō quiuerunt. Euerterunt & S. Georgii Eccleſiam in Ramulo, cuius olim virtus Saracenorum gentem nimis terruerat. Fertur enim, crebro illuc eos ingredi cupientes, raptim cæcitatem pertuliſſe.

Sepulchrū Dominicū euerti non potuit.

III. Diua vindicta in Iudæos.

Detecta eſt interim fraus Iudaica, & Sceleſtus quidem ille Aurelianos reuerſus, igne exuſtus eſt; Iudæi ab omnibus ciuitatibus & locis expulſi; templum autē Hieroſolymitanum, à Maria Ammirati Babylonis muliere Chriſtianiſſime inſtauratum eſt. Nam & vir illius, quaſi alter Nicodemus, dicitur Chriſtum occultò coluiſſe.

IV. De S. Arduino & Venerio eorūque virtutibus.

Hoc anno vixit Arduinus Arimini natus. Is mortuo patre, Venerio presbytero Eccleſ. S. Gregorii Rectori, viro ſpectatæ vitæ adhæſit. Cum quo vigiliis, orationibus, ieiuniis vacare incipiens, vt Deo liberius inſeruirent, vrbem egreſſi, in Eccleſiam ſancti Apollinaris ſe receperunt, ibiq; piis operibus vacabant. Vbi Arduinus adhuc iuuenis, cum carnis incendiis vexaretur, ſeſe inter vrticarum condenſa volutabat. Factus Sacerdos, fama in tantum creuit, vt multi ad eum indies, cōſilium poſcentes confluerent, quos inſtruebat, & arguebat: in quibus Rudolph. Com. Arimineuſ. Cum multa ſibi indies donarentur, omnia pauperibus erogabat. Cœnobio ſancti Gaudentii, illis diebus paſtore deſtituto, Ioan. Epiſcop. Venerium tamquam ſeniorem præfecit: cumq; is onus ſubire detrectaret, Arduini hortatu illud ſuſcepit: in quo cœnobio, quantis virtutibus excelluerit, vix dici poteſt. Migrauit è vita XVIII. Cal. Septemb. in Eccleſia ſancti Gaudentii ſepultus. Ad cuius ſepulchrum plures ſanati ſunt, puer enim pedibus contractus, puella paralytica, duo cæci, dæmoniaci, aliique multi, liberati ſunt. *Ex Monum. illius Eccleſ.*

IESV CHRISTI ANNUS 1010.

SERGII IV. PP. AN. II. OCC. IMP. VAC. ANNO 9. Baſilii & Conſtantini Imperatorum anno 35.

I. Prodigium de oleo ſcaturiente in Eccleſ. a Ditmar. lib. 7.

ANNO *Chriſti* 1010. [a] Romæ in vna Eccleſia, in dextra parte altaris, ab vno pauimenti foramine per integrum diem, multis hoc cernentibus atq; ſtupentibus, oleum emanauit. Huius partem *Ioannes Creſcentij* filius in ampulla quadam Henrico Regi Germaniæ miſit. Ditmarus coniectabat, ſignificari partim Clemētiam Henrici Regis, partim artes Creſcentii; quod is, quamquam propalam tum officiis, tum muneribus, ſua erga Henricum teſtatam eſſe volebat animi promptitudinem; tamen ne Imperatoriam dignitatem Rex conſequeretur, clam efficeret, atque prohiberet. Sanè Creſcentiis iſtud ſempiternum propoſitum fuit, vt Imperatoria maieſtas, non homini externo, & præcipuè non Germano concederetur; ſed vel in Gallorum ſtirpe, perſeueraret, vel ad Romanorum Patricios poſtliminio rediret. Cauſa eſt; cur Germanorum hiſtoriographi, illum Ducem Creſcentium, & Ottoni Tertio & Gregorio Quinto infeſtiorem, malè habuerint, & tyrannum appellarint: non niſi eo reſpectu, quod is Romanos à Germanorum ſceptro vindicare curauerit. Iſtud mirum, aliquos & ſui, & alieni non Germani cœli, iſto nomine virum Illuſtriſſimū & de Romana libertate bene meritum nullo merito illius infamaſſe. Sed non mirum; ſi *capra poſt capram*: quod

De Duce Creſcentio.

clarum, in eo quod quod clarum. Nam non ex vano duo Eccleſiæ lumina SS. Nilus & Romualdus, pro cæde Creſcentii & Ioan. XVI. inſolenti pœnitentia Ottonem damnarunt, & Gregorio plura aduerſa denunciarũt. Quamquam & hi qui tyrannum Creſcentium indignatarũt, Ottonem iuſtè à Deo cæſum, & tam crudeli morte extinctum, eo quod Eccleſiam afflixiſſet, Pontifices pro libitu impoſuiſſet, depoſuiſſetq;, Ioannem & Ducem Creſcentium immaniter, in dolo, trucidaſſet, aſſeuerantes, tam turpem maculam, à Creſcentio, Libertatis Romanæ vindice, ſatis ſuperq; abluiſſe videantur.

II. Epiſcopi armati pugnant pro Arabibus. b *Marian. lib. 8.*

In Hiſpaniis, nondum execrandus vſus exoleuerat,[b] vt Epiſcopi armati, etiam pro Arabibus contra Arabes, pugnarent. Quidam eorum hoc anno pro Zeluma contra Almahadium certantes in ipſo conflictu occiſi ſunt. Arnulphus Auſæ, Aetius Barcinonis, & Otto Gerundæ: victorq; Almahadius Cordubæ, hoc anno regnare cœpit. Sed & illud apud Hiſpanos perſeuerabat, vt nuptui darent Saracenis Chriſtiani ſuas puellas.

III. De Thereſia nupta Regi Arabum.

Qui regnabat Toleti Habdalla, filius Almahadii, in vxorem hoc tempore accepit Thereſiam virginem à fratre Adelfonſo Legionis Rege inuitam. Cæterũ illa fœmina Chriſtiana, virgineq; maxime pia dignum ſpecimẽ exhibuit, dum non niſi ea conditione ſe iungi paratam viro diceret, niſi ille, vt ipſa, eiuſdem religionis conſors Chriſtianus efficeretur. Promiſerat barbarus; ſed tandem deluſit. Minabatur illa ei diuinam vltionem, ſi quid præter fas in inuitam ac renitentem præſumeret. At ille impius deridẽs, libidinis œſtro percitus, vim intulit. Moxque grauiſſimo correptus morbo, Deum infenſum expertus eſt. Cumq; apertè agnoſceret cauſam numinis irati, Theraſiam cum amplis muneribus Adelfonſo remiſit, quæ veſte mutata, monaſticam vitam profeſſa, in Eccleſia Ouetenſi S. Pelagii reliquum vitæ tempus, in ſanctitate tranſegit. Eius etiam æqualis Thereſia Comitiſſa,

De alia Thereſia comitiſſa.

vitæ ſanctimonia & miraculorum gloria illuſtris, huius ſeculi anno 1057. obiit, inter cuius cenotaphii verſus, hi quoque legebantur, in Eccleſia ſancti Zoili, monaſterii Carionenſis.

Eccleſiam, pontem, peregrinis optima tecta
Parca ſibi ſtruxit, largaq; pauperibus.

Erat autem id temporis regnum Arabum in Hiſpania, in plures Thoparchias diſciſſum: adeo vt facile fuerit Principibus Chriſtianis eos delere. Sed eis magis adlibuit, diſcordia ciuili, vires barbarorum roborare.

IV. De Folguardo Epiſcop. Aldenborg.

Claruit hoc tempore Folguardus Epiſcopus. Hic à Libentio primo Archiepiſc. Bremenſi, in Epiſcopum Aldenborg. Vãdaliæ vrbem, creatus eſt, ſed coniuratione facta Duce & authore Miſtiuoi, vrbe ad exterminium vaſtata, ingruenteque acerrima in omnes Saxonici generis ac Chriſtiani nominis perſecutione, quantumuis Dei zelo flagraret, nihil tamen poterat in re ſemel turbata. Ergo vbi diu ſe fruſtra niti conſpexerat, contendit in Sueoniam & Noruegiam, vbi iam populum accepit verbo DEI docibilem factum, & inſtitit ſtrenuè docere verbo & exemplo, ibique cum maximo fructu aliquanta tempora feliciter impendit. Reſpexit tamen in proprias oues, tentare volens, ſi iam miſerendi tempus adueniſſet; & rediens reperit rem nihilo quam prius, meliorem. Quo dolore cum cruciaretur, acceſſit corporis infirmitas, quæ illum grauiter afflixit, & tandem extinxit. Sepultus Bremæ in Baſilica ſancti Petri. De eo *Adam. Bremenſ. libro 2. capit. 23. & 46. Abbas ſtad. pag.* 113. & 117. *Krantz. in ſua Metrop. libro 3. cap. 43. & libro 4. capit.* 11. Recenſente Ioanne Vaſtouio, Sigiſmundi III. Reg. Polon. Biblioth. Præfecto.

IESV CHRISTI ANnus 1011.

SERGII IV. PAPÆ ANN. III. OCC. IMP. VAC. ann. 10. Baſilii & Conſtant. Imperatorum anno 36.

I. Conc. Bamberg. in encæniis. a *Ditmar. lib. 6 pag* 74.

ANNO *Chriſti* 1011.[a] Per occaſionem dedicationis Eccleſiæ Bambergenſ. quam magnis ſumptib. Henricus Rex recens extruxerat, pluſquam 30. Epiſc. conuenientes ſynodum celebrarunt, atq; in ea quaſdã Epiſcoporum controuerſias ſiue compoſuerunt, ſiue diffiniuerunt. Iudicarunt pariter Theodoricum Metenſem Epiſcopum, eique interdixerunt, vt ante purgationem miſſam non caneret. Paulo poſt Synodum, Tagmo Archiepiſcop. Magdeburg. V. Idus Iun. non obiit, ſed ad Chriſtum, quem ſemper amauit, lætus abiit. Erat hic iuſtus, timoratus, ac miræ charitatis, largus & fidelis, caſtus ac mitis, prudens & ſtabilis, canonicus habitu, ſed monachus in omni conuerſatione ſua. Vitia in cunctis ob meliorationem aſperè carpebat, bona quæq; laudabat. Non fuit apud contẽporaneos vllus paſtor, qui cõfratribus ſuis familiarior eſſet; hos amauit, & coram omnib. laudauit. In primo ordinationis ſuæ anno tẽplũ Domino ædificare cœpit, presbyteris & diaconis ſuis veſtitũ octo ſiclis, ſubdiaconis aũt & inferioribus quatuor adauxit. Niſi infirmitas obſiſteret, omni die Miſſam & Pſalterium cantauit. Et quia ieiunare ob laſſitudinem non potuit, eleemoſynarũ multitudine redemit. In vigiliis ſummopere laborauit, & quia parum manducare ob infirmitatẽ dentium potuit, potu quamuis mediocri facile ſatiabatur. Nobiles genere & moribus amauit, ignobiles autem non contempſit, ſed familiares adhibuit. Cultores Chriſti dilexit, contemptores autem eius odio proſequutus eſt iuſtiſſimo. Omnia ſibi diuina commiſſa excoluit, & lucrari contendit. Antequam diuinum perageret myſterium, ſeuerior fuit, & poſt omnibus hilaris arriſit, & perſæpe cũ ſuis Kyrieeleiſon cantauit. Plura alia Ditmar[9] Merſeburgenſis Epiſcop. de ſui ſeculi viro ſanctiſſimo, in quem vtinam filii deſertores aſpicerent, opto & voueo. Hoc anno

De Tagmo Archiepiſc Magdeburg.

II. Sacrilegus deuoratus à muribus.

quidam miles Germanus, cum bona ſancti Clementis vi tolleret, & inde tectum facere voluiſſet, in vna die à muribus intra cubiculum corroſus eſt. Quamquam arcæ cuidam ſe incluſiſſet, & fune deſuper ſuſpendiſſet. Idib. etiam Nouemb. eiuſdẽ anni S. Ludgardis accepto à Deo reſponſo, oleo ſacro peruncta, ad Dominum feliciter emigrauit.

III. Anglic. Eccleſ. laborat perſecutione Danorũ. b *apud Sur. 19. Mart.*

Eodem anno,[b] Danorum exercitus, vaſtata magna parte Angliæ, ad vltimum inter Natiuitatem ſanctæ Mariæ & ſancti Michaelis feſtiuitatem, vrbem Canthuariam, obſedit, & vigeſimo obſidionis die, per inſidias Elmerici Archidiaconi, quẽ ſanctus Elphegus, ne morti traderetur, prius eripuit, parte ciuitatis incenſa, introgreſſus vrbem cepit. Multi Chriſtianorum tunc fuerunt ferro iugulati, alii flammis conſumpti, plures de muris præcipites eliſi, alii per verenda ſuſpenſi enecti: matronæ crinibus per plateas ciuitatis hinc inde distractæ, demum etiam ignibus exuſtæ, paruuli à maternis vberibus auulſi, aut lanceis confoſſi, aut ſuperacto carro minutatim contriti. Elphegus Cantuarienſis, & Godduinus Roffenſis, Elfegus Regis Præpoſitus, Leofruna Abbatiſſa monaſterii ſanctæ Mildrinæ, atque multi monachi & clerici, capti, vincti, in carceres coniecti, variis modis afflicti fuerunt: Eccleſia combuſta; turba virilis & muliebris decimata, ad eum modum vt nonniſi decimus quiſque ſupereſſet. Quatuor monachis atque octingentis viris decimatorum ſumma perfecta fuiſſe memoratur.

IV. Danorum ingens ſtrages ab diris internorum cruciatibus quos

Repentina interim calamitas diuinitus inflicta, Danis ferocientibus ſuperuenit; & ex his duo millia per diros internorum cruciatus proſtrauit. Commonebãtur barbari, vt à ſancto viro medicinam poſtularent. Sed fidelium CHRISTI verba, nihili ducebant, donec in ſingulos dies, nunc denis, nunc vicenis, nunc multo pluribus deficientibus compellerentur, illum iam ſeptimeſtri carcere confectum conuenire, & antidotum contra proluuiem poſtulare. Ibi S. Elphegus: *Etſi veſtra* inquit, *inſatiabilis crudelitas veniam omnino non promeretur; tamen quod nos facere deceat, exemplo Domini edocemur, qui cum ſuorum dignatus eſſet lauare pedes diſcipulorum, non illum excluſit, à quo ſe tradendum eſſe præſciuit, quinimo ipſum ſanctiſſimo*

S. Elphegus Cantuar. Epiſc. pane benedicto liberat.

pane cibauit: Phariſæorum miniſtros potentia ſua verbo eliſit, ſed confeſtim eoſdem erigendo ſanauit; & quod magnæ bonitatis inſigne eſt, quos quotidie mandatis cæleſtibus pertinaci animo cernit reſiſtere, eos in cœlo ſedens adhuc patitur viuere, imo humanis rebus pluſquam cæteros præſtare. Quapropter, quoniam exemplorum illius deuotus cupio imitator exiſtere, oblitus incendia ciuitatis, innocentium cædes; oblitus inquam, quæ in me facta eſt, præteritæ impietatis, ſicut ipſe Patrem pro ſuis crucifixoribus, ita ego pro meis tortoribus ipſum interpellabo. Afferte ergo panem, ſtatim vobis reddendum ſalutarem, quatenus ex hoc refecti, & cupitæ ſalutis beneficium adepti, aut gratias Saluatori reddatis, aut ſceleratiores blaſphemi remaneatis. Et dato omnibus pane à ſe benedicto, omnes ab exitiali clade liberauit.

V. Terræmotus ingens. c *Curopala.*

Conſtantinopolis, hoc anno, c à menſe Ianuario, vſque ad nonam Martii tremuit, tanta concuſſione, vt ceciderint Sphæræ templi SS. Quadraginta, & omnium Sanctorum, quas Imperator ſtatim inſtaurauit. Hæc autem ſignificabant mox in Italia futuram ſeditionẽ. Princeps enim Bari, nomine Meles, comparato in Longobardia exercitu, aduerſus Græcos arma ſūpſit, & Northmannos in auxilium aduocauit: quos ex Apulia nunquam ipſe potuit expellere.

IESV CHRISTI ANNUS 1012.

BENEDICTI VIII. PAPÆ ANN. I. OCC. IMP. Vac. ann. 11. Baſilii & Conſtantini Imperat. anno 37.

I. Inſigne S. Elphegi martyrium. a *Helmold. Chrō. Slau. lib 1. c. 16.*

ANNO *Chriſti* 1012. a Decimotertio Calend. Maii. ſanctus Elphegus Archiepiſcopus Cantuarienſis Eccleſiam martyrio illuſtrauit. Ingrati Dani à tormine viſcerum per illum liberati, neque hoc tam inſigni beneficio mitiores facti, conditionem illi propoſuerant, vt ſi vita & libertate potiri vellet, tria millia librarum perſolueret. Ille vero ſiue quod nollet, ſiue non poſſet, magnum in ſe eorum furorem prouocauit. Eductum itaq; è carcere, à vino & à cupiditate inebriati, lapidibus, oſſibus, bouinis capitibus, ſecuribuſque auerſis percuſſerunt, tamq; diu diuexarunt, donec quidā ex eis Thrum nomine, quem ille pridie confirmarat, impia motus pietate, ſecurim capiti eius infixit, ex quo ictu victorem ſpiritum cum triumpho martyrii direxit in cœlos. Sepultus in Eccleſia ſancti Pauli Londonien. ab Epiſcopis Ednotho Lincolmienſi, & Alfhuno Londoniẽſi, in ſuæ cædis auctores miraculoſam vindictam à Deo promeruit. Quidam Dux propria manu ſe interemit, alius gutturi ſuo ſtylum infixit; presbyter pertinaciter abſcondens crucem martyris, gladio occiſus eſt: alius eiuſdem ordinis ſandalia Epiſcopi temere portans, à dæmone coram omni populo vexatus eſt. Perterrefacti plurimi Danorum in naues ſe receperant, exiſtimantes in pelago iram martyris poſſe effugere, quos ab eius vindicta tellus tueri nō poſſet. Sed mox vt in altum perducti fuere, centum ſexaginta naues aduerſis ventorum flatibus actæ, in profundum maris demerſæ ſunt. Porro ſexaginta quinque ad ignotas appulſæ regiones, quaſi qui inſidiarum cauſa veniſſent, ab incolis interfecti ſunt. Pauci ab eis cum Turcillo Principe remanentes, pacem cum Anglis ſtabilierunt; ſed in pace internecionem ſibi accelerarunt.

Vltio diuina ſubſecuta.

II. Dani oēs in Anglia vna die cæſi.

Hoc enim anno Huna quidam Regis Angliæ Ethelredi militiæ Princeps, vir ſtrenuus & bellicoſus, qui ſub Rege regni negotia diſponenda ſuſceperat, videns Danorum inſolentiam, qui iam poſt pacem factam per totam Angliam adeo ſuperbiendo inualuerant, quod vxores virorum nobilium & filias ſe opprimere, & vbique ludibrio tradere præſumpſerant, acceſſit perturbatus ad Regem, & querelam ſuper his depoſuit luctuoſam. Tūc Rex non mediocriter commotus, eiuſdem Hunæ conſilio miſit literas ad omnes Regni fines, mandans nationibus ſingulis & vniuerſis, vt ſub vna die, in feſto ſcilicet ſancti Bricii Epiſcopi omnes Dani per Angliam conſtituti furtiuo impetu morti traderentur, vt ſimul & ſemel de oppreſſione Danica omne genus liberaretur Anglorum. Sicque Dani qui firmo fœdere paulo ante vtrimq; iurato cum Anglis pacifice habitare debuerant, opprobrioſe nimis ſunt perempti, mulieres cum liberis ad domorum poſtes alliſæ miſerabiliter animas effuderunt. Cumque huius decreti ſententia apud vrbem Londonienſem abſq; miſericordia exequeretur, fugerunt multi Danorum ad quamdam Eccleſiam in ciuitate, vbi omnes ſine pietate ipſis aſtantes altaribus perempti ſunt.

III. Sergii IV. PP. obitus. &

Eodem anno die 13. menſis Maii Sergius PP. mortuus eſt Sepulto in baſilica Lateranenſi, inter alios verſus epitaphii ſuperſcripſerunt:

Pauperibus panis, nudorum veſtis opima
Doctor & egregius qui fuit in populo.
Iura Sacerdoti latas dum vidit ariſtas
Cætibus æquauit nauiger Angelicis.

Subrogatio Benedicti VIII.

Defuncto Sergio ſucceſſit Benedictus VIII. ſed non ſine tumultu. Contra ipſum enim, aliqui Romanorum intruſerant Gregorium quemdam, qui potens viribus ſuæ factionis Benedictū ab vrbe pepulit. Is vero ad Henricum Regem in Germaniam ſe contulit, eumque in oppido Saxoniæ Palthi, non lōge à Merſeburg, feſtum Natiuitatis Dominicæ celebrantem conueniens, illi ſuam calamitatem & vrbis Eccleſiæ oppreſſionem ſignificauit.

IV. b *Helmold. Chrō. Slau. lib. 1. c. 16.*

Hoc ipſo tempore b mortuo Bennone Duce Saxoniæ, Bernardus filius ſuccedens, non tantum ſuo Regi rebellauit, verum etiam inſurgens in Chriſtum, omnes Eccleſias Saxoniæ terruit atque turbauit; præcipue illas quæ cum illo recuſarant conſpirare. Acceſſit his malis, quod tam paternæ quam auitæ deuotionis, quam erga Slauos ſuæ ditionis habebant, penitus immemor, gentem Vuinolorum per auaritiam crudeliter opprimens, ad neceſſitatem Paganiſmi coegit: ad eum ſane modum, vt non ſolum à fide defecerint ſed etiam aduerſus fideles redditi fuerint crudeliſſimi, libertatem ſuam armis vindicantes. c Principes Winulorum tunc temporis erant Mizzidrog & Miſtrouuoi, quorum ductu ſeditio inflammata eſt. His Ducibus Slaui rebellantes, totam primo Nordalbingiam ferro & igne depopulati ſunt: deinde reliquam peragrantes Slauoniam, omnes Eccleſias incenderunt, & ad ſolum vſque diruerunt; Sacerdotes autem & reliquos Eccleſiarum miniſtros variis ſuppliciis enecantes, nullum Chriſtianitatis veſtigium trans Albim reliquerunt. Apud Hamburgum etiam multi ex clero & ciuibus in captiuitatem abducti, plures etiam interfecti propter odium Chriſtianitatis. Aldenburgi, 60. presbyteri, cæteris more pecudum obtruncatis, ibi ad ludibrium ſeruati ſunt: quorum maior loci Præpoſitus Oddor nomen habuit. Ille igitur cum cæteris tali martyrio conſummatus eſt, vt cute capitis in modum crucis inciſa, ferro cerebrum ſingulis aperiretur: deinde ligatis poſt tergum manibus, profeſſores Dei per ſingulas ciuitates Slauorum tracti ſunt, aut verbere, aut alio modo vexati, vſque dum deficerent. Ita illi ſpectaculum Angelis & hominibus facti, in medio ſtadii, victorem ſpiritum exhalarunt.

Slauorum Eccleſ. defecit à fide. c *Adam lib. 2. cap. 32.*

Aldenburg. Præpoſiti martyrium.

V. Obitus Leuizonis Epiſcopi Bremenſ. d *Ditmar. lib. 6. pag. 81*

d Prid. Non. Febru. ex hac vita migrauit Leuizo Archiepiſcopus Bremenſis, ſanctitate præclarus, qui Benedicto Romano Pontif. ſub Ottone I. in Germania exuli, omnia ſeruitutis officia exhibuit, catenam illius minimè veritus, aut erubeſcens.

VI. S. Macarii Patriarchæ Conſtant. obitus. e *apud Sur. 4. April.*

e Quarto Idus April. mortuus eſt S. Macarius Patriarcha Antiochenus. Fuit hic genere Armenus, educatus à ſeniori Macario eiuſdem ſedis Antiſtite, cui electione totius cleri & populi in ſede ſucceſſit, qui poſt multa in cura paſtorali egregiè præſtita, atq; miracula edita, peregrinaturus Hieroſolymam, cum eius Eccleſiæ Ioan. Patriarcha eſſet, vbi multa paſſus ab infidelibus, à quibus fuerat in carcerem detruſus, ſed diuinitus liberatus, ex iis nonnullos ad fidem conuertit. Inde vero fama celebris, ignotus latere cupiens, migrans in Occidentem, Boreales luſtrans Eccleſias, redditus iam virtute miraculorum vbique conſpicuus, ſubſtitit in monaſterio ſancti Bauo-

Digitized by Google

clarum, in eo quod quod clarum. Nam non ex vano duo Eccleſiæ lumina SS. Nilus & Romualdus, pro cæde Creſcentii & Ioan. XVI. inſolenti pœnitentia Ottonem damnarunt, & Gregorio plura aduerſa denunciarũt. Quamquam & hi qui tyrannum Creſcentium indignatarũt, Ottonem iuſtè à Deo cæſum, & tam crudeli morte extinctum, eo quod Eccleſiam afflixiſſet, Pontifices pro libitu impoſuiſſet, depoſuiſſetq;, Ioannem & Ducem Creſcentium immaniter, in dolo, trucidaſſet, aſſeuerantes, tam turpem maculam, à Creſcentio, Libertatis Romanæ vindice, ſatis ſuperq; abluiſſe videantur.

II. Epiſcopi armati pugnant pro Arabibus. b *Marian. lib. 8.*

In Hiſpaniis, nondum execrandus vſus exoleuerat,[b] vt Epiſcopi armati, etiam pro Arabibus contra Arabes, pugnarent. Quidam eorum hoc anno pro Zeluma contra Almahadium certantes in ipſo conflictu occiſi ſunt. Arnulphus Auſæ, Actius Barcinonis, & Otto Gerundæ: victorq; Almahadius Cordubæ, hoc anno regnare cępit. Sed & illud apud Hiſpanos perſeuerabat, vt nuptui darent Saracenis Chriſtiani ſuas puellas.

III. De Thereſia nupta Rege Arabum.

Qui regnabat Toleti Habdalla, filius Almahadii, in vxorem hoc tempore accepit Thereſiam virginem à fratre Adelfonſo Legionis Rege inuitam. Cæterũ illa fœmina Chriſtiana, virgineq; maxime pia dignum ſpecimẽ exhibuit, dum non niſi ea conditione ſe iungi paratam viro diceret, niſi ille, vt ipſa, eiuſdem religionis conſors Chriſtianus efficeretur. Promiſerat barbarus; ſed tandem deluſit. Minabatur illa ei diuinam vltionem, ſi quid præter fas in inuitam ac renitentem præſumeret. At ille impius deridẽs, libidinis œſtro percitus, vim intulit. Moxque grauiſſimo correptus morbo, Deum infenſum expertus eſt. Cumq; apertè agnoſceret cauſam numinis irati, Theraſiam cum amplis muneribus Adelfonſo remiſit, quæ veſte mutata, monaſticam vitam profeſſa, in Eccleſia Ouetenſi S. Pelagii reliquum vitæ tempus, in ſanctitate tranſegit.

De alia Thereſia comitiſſa.

Eius etiam æqualis Thereſia Comitiſſa vitæ ſanctimonia & miraculorum gloria illuſtris, huius ſeculi anno 1057. obiit, inter cuius cenotaphii verſus, hi quoque legebantur, in Eccleſia ſancti Zoili, monaſterii Chionenſis.

Eccleſiam, pontem, peregrinis optima tecta
Parca ſibi ſtruxit, largaq; pauperibus.

Erat autem id temporis regnum Arabum in Hiſpania, in plures Thoparchias diſciſſum: adeo vt facile fuerit Principibus Chriſtianis eos delere. Sed eis magis adlibuit, diſcordia ciuili, vires barbarorum roborare.

IV. De Folguardo Epiſcop. Aldenborg.

Claruit hoc tempore Folguardus Epiſcopus. Hic à Libentio primo Archiepiſc. Bremenſi, in Epiſcopum Aldenborg. Vandaliæ vrbem, creatus eſt, ſed coniuratione facta Duce & authore Miſtiuoi, vrbe ad exterminium vaſtata, ingruenteque acerrima in omnes Saxonici generis ac Chriſtiani nominis perſecutione, quantumuis Dei zelo flagraret, nihil tamen poterat in re ſemel turbata. Ergo vbi diu ſe fruſtra niti conſpexerat, contendit in Sueoniam & Noruegiam, vbi iam populum accepit verbo Dei docibilem factum, & inſtitit ſtrenuè docere verbo & exemplo, ibique cum maximo fructu aliquanta tempora feliciter impendit. Reſpexit tamen in proprias oues, tentare volens, ſi iam miſerendi tempus adueniſſet; & rediens reperit rem nihilo quam prius, meliorem. Quo dolore cum cruciaretur, acceſſit corporis infirmitas; quæ illum grauiter afflixit, & tandem extinxit. Sepultus Bremæ in Baſilica ſancti Petri. De eo *Adam. Bremenſ. libro 2. capit. 23. & 46. Abbas ſtad. pag. 113. & 117.* [1] *Krantz. in ſua Metrop. libro 3. cap. 43. & libro 4. capit.* 11. Recenſente Ioanne Vaſtouio, Sigiſmundi III. Reg. Polon. Biblioth. Præfecto.

IESV CHRISTI ANNUS 1011.

SERGII IV. PAPÆ ANN. III. OCC. IMP. VAC. ann. 10. Baſilii & Conſtant. Imperatorum anno 36.

I. Conc. Bamberg. in eo. exactis. a *Ditmar. lib. 6. pag. 74.* De Tagmo Archiepiſc. Magdeburg.

ANNO *Chriſti* 1011.[a] Per occaſionem dedicationis Eccleſię Bambergenſ. quam magnis ſumptib. Henricus Rex recens extruxerat, pluſquam 30. Epiſc. conuenientes ſynodum celebrarunt, atq; in ea quaſdã Epiſcoporum controuerſias ſiue compoſuerunt, ſiue diffiniuerunt. Iudicarunt pariter Theodoricum Metenſem Epiſcopum, eique interdixerunt, vt ante purgationem miſſam non caneret. Paulo poſt Synodum, Tagmo Archiepiſcop. Magdeburg. V. Idus Iun. non obiit, ſed ad Chriſtum, quem ſemper amauit, lætus abiit. Erat hic iuſtus, timoratus, ac miræ charitatis, largus & fidelis, caſtus ac mitis, prudens & ſtabilis, canonicus habitu, ſed monachus in omni conuerſatione ſua. Vitia in cunctis ob meliorationem aſperè carpebat, bona quæq; laudabat. Non fuit apud contẽporaneos vllus paſtor, qui cõfratribus ſuis familiarior eſſet; hos amauit, & coram omnib. laudauit. In primo ordinationis ſuæ anno tẽplũ Domino ædificare cæpit, preſbyteris & diaconis ſuis veſtitũ octo ſiclis, ſubdiaconis aũt & inferioribus quatuor adauxit. Niſi infirmitas obſiſteret, omni die Miſſam & Pſalterium cantauit. Et quia ieiunare ob laſſitudinem non potuit, eleemoſynarũ multitudine redemit. In vigiliis ſummopere laborauit, & quia parum manducare ob infirmitatẽ dentium potuit, potu quamuis mediocri facile ſatiabatur. Nobiles genere & moribus amauit, ignobiles autem non contempſit, ſed familiares adhibuit. Cultores Chriſti dilexit, contemptores autem eius odio proſequutus eſt iuſtiſſimo. Omnia ſibi diuina commiſſa excoluit, & lucrari contendit. Antequam diuinum perageret myſterium, ſeuerior fuit, & poſt omnibus hilaris arriſit, & perſæpe cũ ſuis Kyrieeleiſon cantauit. Plura alia Ditmar. Merſeburgenſis Epiſcop. de ſui ſeculi viro ſanctiſſimo, in quem vtinam filii deſertores aſpicerent, opto & voueo.

II. Sacrilegus deuoratus à muribus.

Hoc anno quidam miles Germanus, cum bona ſancti Clementis vi tolleret, & inde tectum facere voluiſſet, in vna die à muribus intra cubiculum corroſus eſt. Quamquam arcæ cuidam ſe incluſiſſet, & fune deſuper ſuſpendiſſet. Idib. etiam Nouemb. eiuſdẽ anni S. Ludgardis accepto à Deo reſponſo, oleo ſacro peruncta, ad Dominum feliciter emigrauit.

III. Anglic. Eccleſ. laborat perſecutione Danorũ. b *apud Sur. 19. Mart.*

Eodem anno,[b] Danorum exercitus, vaſtata magna parte Angliæ, ad vltimum inter Natiuitatem ſanctæ Mariæ & ſancti Michaelis feſtiuitatem, vrbem Canthuariam, obſedit, & vigeſimo obſidionis die, per inſidias Elmerici Archidiaconi, quẽ ſanctus Elphegus, ne morti traderetur, prius eripuit, parte ciuitatis incenſa, introgreſſus vrbem cepit. Multi Chriſtianorum tunc fuerunt ferro iugulati, alii flammis conſumpti, plures de muris præcipites eliſi, alii per verenda ſuſpenſi enecti: matronæ crinibus per plateas ciuitatis hinc inde diſtractæ, demum etiam ignibus exuſtæ, paruuli à maternis vberibus auulſi, aut lanceis confoſſi, aut ſuperacto carro minutatim contriti. Elphegus Cantuarienſis, & Godduinus Roffenſis, Elfegus Regis Præpoſitus, Leonfrana Abbatiſſa monaſterii ſanctæ Mildrinæ, atque multi monachi & clerici, capti, vincti, in carceres coniecti, variis modis afflicti fuerunt: Eccleſia combuſta; turba virilis & muliebris decimata, ad eum modum vt nonniſi decimus quiſque ſupereſſet. Quatuor monachis atque octingentis viris decimatorum ſumma perfecta fuiſſe memoratur.

IV. Danorum ingens ſtrages ab diris internorum cruciatibus quos

Repentina interim calamitas diuinitus inflicta, Danis ferocientibus superuenit: & ex his duo millia per diros internorum cruciatus proſtrauit. Commonebãtur barbari, vt à ſancto viro medicinam poſtularent. Sed fidelium CHRISTI verba, nihili ducebant, donec in ſingulos dies, nunc denis, nunc vicenis, nunc multo pluribus deficientibus compellerentur, illum iam ſeptimeſtri carcere confectum conuenire, & antidotum contra proluuiem poſtulare.

S. Elphegus Cantuar. Epiſc. pane benedicto liberat.

Ibi S. Elphegus: *Etſi veſtra* inquit, *inſatiabilis crudelitas veniam omnino non promeretur; tamen quod nos facere deceat, exemplo Domini edocemur, qui cum ſuorum dignatus eſſet lauare pedes diſcipulorum, non illum excluſit, à quo ſe tradendum eſſe præſciuit, quinimo ipſum ſanctiſſimo*

pane cibauit: Phariſæorum miniſtros potentiæ ſuæ verbo eliſit, ſed confeſtim eoſdem erigendo ſanauit; & quod magna bonitatis inſigne eſt, quos quotidie mandatis cœleſtibus pertinaci animo certiit reſiſtere, eos in cœlo ſedens adhuc patitur viuere, imo humanis rebus pluſquam cæteros præſtare. Quapropter, quoniam exemplorum illius deuotus cupio imitator exiſtere, oblitus incendia ciuitatis, innocentium cædes; oblitus inquam, quæ in me facta eſt, præterita impietatis, ſicut ipſe Patrem pro ſuis crucifixoribus, ita ego pro meis tortoribus ipſum interpellabo. Afferte ergo panem, ſtatim vobis reddendum ſalutarem, quatenus ex hoc refecti, & cupita ſalutis beneficium adepti, aut gratias Saluatori reddatis, aut ſceleratiores blaſphemi remaneatis. Et dato omnibus pane à ſe benedicto, omnes ab exitiali clade liberauit.

V. Terræmotus ingens. c Curopala. Conſtantinopolis, hoc anno, c à menſe Ianuario, vſque ad nonam Martii tremuit, tanta concuſſione, vt ceciderint Sphæræ templi SS. Quadraginta, & omnium Sanctorum, quas Imperator ſtatim inſtaurauit. Hæc autem ſignificabant mox in Italia futuram ſeditionē. Princeps enim Bari, nomine Meles, comparato in Longobardia exercitu, aduerſus Græcos arma ſūpſit, & Northmannos in auxilium aduocauit: quos ex Apulia nunquam ipſe potuit expellere.

IESV CHRISTI ANNUS 1012.

BENEDICTI VIII. PAPÆ ANN. I. OCC. IMP. Vac. ann. II. Baſilii & Conſtantini Imperat. anno 37.

I. Inſigne S. Elphigi martyrium a Helmold. Chrō. Slau. lib 1.c.16. ANNO *Chriſti* 1012. a Decimotertio Calend. Maii. ſanctus Elphegus Archiepiſcopus Cantuarienſis Eccleſiam martyrio illuſtrauit. Ingrati Dani à tormine viſcerum per illum liberati, neque hoc tam inſigni beneficio mitiores facti, conditionem illi propoſuerant, vt ſi vita & libertate potiri vellet, tria millia librarum perſolueret. Ille vero ſiue quod nollet, ſiue non poſſet, magnum in ſe eorum furorem prouocauit. Eductum itaq; è carcere, à vino & à cupiditate inebriati, lapidibus, oſſibus, bouinis capitibus, ſecuribuſque auerſis percuſſerunt, tamq; diu diuexarunt, donec quidā ex eis Thrum nomine, quem ille pridie confirmarat, impia motus pietate, ſecurim capiti eius infixit, ex quo ictu victorem ſpiritum cum triumpho martyrii direxit in cœlos. Sepultus Vltio diuina ſubſecuta. in Eccleſia ſancti Pauli Londonien. ab Epiſcopis Ednotho Lincolmienſi, & Alſhuno Londonieſi, in ſuæ cædis auctores miraculoſam vindictam à Deo promeruit. Quidam Dux propria manu ſe interemit, alius gutturi ſuo ſtylum infixit; presbyter pertinaciter abſcondens crucem martyris, gladio occiſus eſt: alius eiuſdem ordinis ſandalia Epiſcopi temere portans, à dæmone coram omni populo vexatus eſt. Perterrefacti plurimi Danorum in naues ſe receperant, exiſtimantes in pelago iram martyris poſſe effugere, quos ab eius vindicta tellus tueri nō poſſet. Sed mox vt in altum perducti fuere, centum ſexaginta naues aduerſis ventorum flatibus actæ, in profundum maris demerſæ ſunt. Porro ſexaginta quinque ad ignotas appulſæ regiones, quaſi qui inſidiarum cauſa veniſſent, ab incolis interfecti ſunt. Pauci ab eis cum Turcillo Principe remanentes, pacem cum Anglis ſtabilierunt; ſed in pace interneeionem ſibi accelerarunt.

II. Dani oēs in Anglia vna die cæſi. Hoc enim anno Huna quidam Regis Angliæ Ethelredi militiæ Princeps, vir ſtrenuus & bellicoſus, qui ſub Rege regni negotia diſponenda ſuſceperat, videns Danorum inſolentiam, qui iam poſt pacem factam per totam Angliam adeo ſuperbiendo inualuerant, quod vxores virorum nobilium & filias ſe opprimere, & vbique ludibrio tradere præſumpſerant, acceſſit perturbatus ad Regem, & querelam ſuper his depoſuit luctuoſam. Tūc Rex non mediocriter commotus, eiuſdem Hunæ conſilio miſit literas ad omnes Regni fines, mandans nationibus ſingulis & vniuerſis, vt ſub vna die, in feſto ſcilicet ſancti Bricii Epiſcopi omnes Dani per Angliam conſtituti furtiuo impetu morti traderentur, vt ſimul & ſemel de oppreſſione Danica omne genus liberaretur Anglorum. Sicque Dani qui firmo fœdere paulo ante vtrimq; iurato cum Anglis pacifice habitare debuerant, opprobrioſe nimis ſunt perempti, mulieres cum liberis ad domorum poſtes alliſæ miſerabiliter animas effuderunt. Cumque huius decreti ſententia apud vrbem Londonienſem abſq; miſericordia exequeretur, fugerunt multi Danorum ad quamdam Eccleſiam in ciuitate, vbi omnes ſine pietate ipſis aſtantes altaribus perempti ſunt.

III. Sergii IV. PP. obitus. Eodem anno die 13. menſis Maii Sergius PP. mortuus eſt Sepultoin baſilica Lateranenſi, inter alios verſus epitaphii ſuperſcripſerunt:

Pauperibus panis, nudorum veſtis opima
Doctor & egregius qui fuit in populo.
Iura Sacerdotii latas dum vidit ariſtas
Cætibus æquauit nauiger Angelicis.

Subrogatio Benedicti VIII. Defuncto Sergio ſucceſſit Benedictus VIII. ſed non ſine tumultu. Contra ipſum enim, aliqui Romanorum intruſerant Gregorium quemdam, qui potens viribus ſuæ factionis Benedictū ab vrbe pepulit. Is vero ad Henricum Regem in Germaniam ſe contulit, eumque in oppido Saxoniæ Palthi, non lōge à Merſeburg, feſtum Natiuitatis Dominicæ celebrantem conueniens, illi ſuam calamitatem & vrbis Eccleſiæ oppreſſionem ſignificauit.

IV. b Helmold. Chrō. Slau. lib.1.c.16. Hoc ipſo tempore b mortuo Bennone Duce Saxoniæ, Bernardus filius ſuccedens, non tantum ſuo Regi rebellauit, verum etiam inſurgens in Chriſtum, omnes Eccleſias Saxoniæ terruit atque turbauit; præcipue illas quæ cum illo recuſarant conſpirare. Acceſſit his malis, quod tam paternæ quam auitæ deuotionis, quam erga Slauos ſuæ ditionis habebant, penitus immemor, gentem Vuinolorum per auaritiam crudeliter opprimens, Slauorum Eccleſ. defecit à fide. ad neceſſitatem Paganiſmi coegit: ad eum ſane modum, vt non ſolum à fide defecerint ſed etiam aduerſus fideles redditi fuerint crudeliſſimi, libertatem ſuam armis vindicantes. c Principes Winulorum tunc c Adam lib 2.cap.31. temporis erant Mizzidrog & Miſtrouuoi, quorum ductu ſeditio inflammata eſt. His Ducibus Slaui rebellantes, totam primo Nordalbingiam ferro & igne depopulati ſunt: deinde reliquam peragrantes Slauoniam, omnes Eccleſias incenderunt, & ad ſolum vſque diruerunt; Sacerdotes autem & reliquos Eccleſiarum miniſtros variis ſuppliciis enecantes, nullum Chriſtianitatis veſtigium trans Albim reliquerunt. Apud Hamburgum etiam multi ex clero & ciuibus in captiuitatem abducti, plures etiam interfecti propter odium Chriſtianitatis. Aldenburg Præpoſiti martyrium. Aldenburgi, 60. presbyteri, cæteris more pecudum obtruncatis, ibi ad ludibrium ſeruati ſunt: quorum maior loci Præpoſitus Oddor nomen habuit. Ille igitur cum cæteris tali martyrio conſummatus eſt, vt cute capitis in modum crucis inciſa, ferro cerebrum ſingulis aperiretur: deinde ligatis poſt tergum manibus, profeſſores Dei per ſingulas ciuitates Slauorum tracti ſunt, aut verbere, aut alio modo vexati, vſque dum deficerent. Ita illi ſpectaculum Angelis & hominibus facti, in medio ſtadii, victorem ſpiritum exhalarunt.

V. Obitus Leuizonis Epiſcopi Bremenſ. d Ditmar. lib 6.pag.81 d Prid. Non. Febru. ex hac vita migrauit Leuizo Archiepiſcopus Bremenſis, ſanctitate præclarus, qui Benedicto Romano Pontif. ſub Ottone I. in Germania exuli, omnia ſeruitutis officia exhibuit, catenam illius minimè veritus, aut erubeſcens.

VI. S. Macarii Patriarchæ Conſtant. obitus. e apud Sur. 4. April. e Quarto Idus April. mortuus eſt S. Macarius Patriarcha Antiochenus. Fuit hic genere Armenus, educatus à ſeniori Macario eiuſdem ſedis Antiſtite, cui electione totius cleri & populi in ſede ſucceſſit, qui poſt multa in cura paſtorali egregiè præſtita, atq; miracula edita, peregrinaturus Hieroſolymam, cum eius Eccleſiæ Ioan. Patriarcha eſſet, vbi multa paſſus ab infidelibus, à quibus fuerat in carcerem detruſus, ſed diuinitus liberatus, ex iis nonnullos ad fidem conuertit. Inde vero fama celebris, ignotus latere cupiens, migrans in Occidentem, Boreales luſtrans Eccleſias, redditus iam virtute miraculorum vbique conſpicuus, ſubſtitit in monaſterio ſancti Bauonis in

Digitized by Google

nis in Flandria, quam Comes Balduinus adminiſtrabat; ibique in hunc vſque annum perſeuerans, in editione ſignorum, & operatione virtutum ſancto fine quieuit.

VII. Concil. Legionenſe.

In Hiſpaniis ſub Adelfonſo V. celebratum eſt Legione Concilium, in quo plurima pro beneficio & immunitate Eccleſiarum ſancita ſunt.

VIII. S. Colomãni martyr. *Cuſpin. in Auſtria. Ditmar. lib 7.*

Hoc eodem anno, [f] S. Colomannus natione Scotus, ex progenie Regum Scotiæ ortus, poſtquam iterum atq; iterum pietatis ergo peregrinatus eſſet Hieroſolymam, vbi in Auſtriam perueniſſet, ab impiis in arbore ſuſpenſus, occiſus eſt. Ipſa arbor diu arida, in qua ſuſpenſus fuerat, floruit, & hunc Chriſti martyrem eſſe monſtrauit: qui etiam multis miraculis inclaruit.

IESV CHRISTI ANnus 1013.

BENEDICTI VIII. PAP. ANN. II. OCC. IMP. Vac. 12. Baſilii & Conſtantini Imperatorum anno 38.

I. Henric. Rex Ger. Romã venit. a *Ditmar. lib. 6 & Glaber. lib. 1*

ANno Chriſti 1013. [a] Henricus Rex, à Benedicto Pont. ad defenſionem iurium Eccleſiæ inuitatus, Romanum iter aggreſſus, Italiã ſine vllo impedimento ingreſſus eſt, quamquam Harduigus, Regis Longobardorum nomine vſurpato, plurima conaretur: præcipue, ne titulum Imp. quam ille ambiebat, conſequeretur, Boleslaus Poloniæ Rex pollicitus fuerat ſe comitem itineris fore Henrico. Sed, ſiue occaſionem rei Polonæ per abſentiam Henrici amplificandæ captaſſet, ſeu verius ab inſidiis Henrici defendendæ non neglexiſſet; ſiue quod bello Rhutenorum impeditus fuiſſet, maxima iniuria à Ditmaro mendacis titulo inſignitus, non iuit: neq; votiuum cenſum, quemadmodum cenſum Ditmarus nuncupauit, Romam miſit: quem ſibi propter latentes Regis Henrici inſidias non liceret perſolui. Porro idem Henricus Rex, Benedictũ Pont. ante ſe in vrbẽ præmiſit. Neq; enim fuerat quiſpiam, qui auderet, armatas venire Henrici copias audiens, vel hilum ſpirare. Præmiſit etiam ante ſe decretum his verbis: Illud nihilominus nimiũ condecens ac perhoneſtum videtur, atq; ad pacis tutelam optimum decoctũ: ſc. vt ne quiſquã audacter Imp. Rom. ſceptrum præproperus geſtare Princeps appetat, ſeu Imp. dici aut eſſe valeat, niſi quem PP. ſedis Romanæ, morum probitate delegerit aptum Reipub. eiq; commiſerit inſigne Imperiale, cum olim vbiq; terrarum quilibet tyranni ſeſe procaciter impellentes, ſæpiſſime ſint Imperatores creati, atq; eo minus apti Reip. quod conſtat eos tyrannide potius, quam pietatis auctore proceſſiſſe.

De Vnuano Archiep. Hamburg. b *Adam. li. 2. c. 32.* c *Glaber. lib. 1.*

Romam cum veniſſet Benedictus, [b] palliũ dedit Vnuano Archiepiſco. Hamburgenſi, qui per id tẽporis Libentio defuncto ſucceſſerat. Celebrabatur Vnuanus, ab ea animi fortitudine, quod Bernardi Ducis Saxoniæ audaciam fregerit, manuſq; tum Eccleſiæ, tum Regi Henrico dare perſuaſerit. Cumq; nõ ignoraret auaritia & ſordibus Bernardi, Slauos à religione Chriſtiana defeciſſe, ipſe liberalitati ſuæ ſufficientem ſortitus Epiſcopatum, in quo & magnitudinem ſuam poterat oſtendere, & neceſſitati Eccleſiæ ſimul prodeſſe, theſaurũ Eccleſiæ diu ſollicitè collectum, & quaſi minus neceſſarium, ſi intra parietes clauderetur, ad cõmodum ſuæ legationis curauit ita expendi, vt ferociſſimos Reges Aquilonis hilaritate ſuorum munerũ, ad omnia quæ voluit, benignos, obediẽteſq; haberet. In qua re nõ multum peccauit, vt arbitror, ſeminãs carnalia, vt meteret ſpiritualia. Quinimo largitio eius in nouella Gentium conuerſione vtiliſſima videbatur, neq; adeo nocuit Eccleſiæ, quæ præcedentium Patrũ diligentia erat opulẽtiſſima. Credo etiam ſecutus eſt exemplum S. Anſgarii, & Theotimi Scytharum Epiſcopi; quorum alter legitur incredulos Reges donis placaſſe; alter vero barbaros natura feroces, epiſtolis, muneribuſq; manſuefeciſſe laudatur.

II. De cenſu Regni Polon. Rom. Eccleſ. ſolui conſueto.

Quod ad cenſum Regni Poloniæ, Rom. Eccleſ. ſolui conſuetũ attinet, is vna ſimul cum fide Chriſtiana, publicè auctoritate Pontif. Rom. in Regnum Poloniæ introducta, à pientiſſimo Principe Miecislao, virtute pietatis, non minus quam fortitudinis inſigni, eidem Rom. Eccl. iure merito aſſignatus eſt. Libuit, licuitq; religioſo illi; vel propterea, quia D. Paulus non improbabat, quinimo laudabat reciprocam remunerationem, cum pro ſpiritualibus, temporalia erogantur. Vel etiam propterea, quia Prophetico ore Deus Eccleſiæ Catholicæ promiſit longe ante; vt lac gentium ſugeret, & mammilla Regum lactaretur. Quæ Prophetica promiſſio, tametſi etiam facta, vt facta eſt, non fuiſſet, licuit tamen Miecislao, & cuicunque Principi Chriſtiano, Chriſtiano Antiſtiti & Chriſti Eccleſiæ, obligare quod ſuum, quia ſuum. In id iuris dati & accepti Rom. Eccleſiæ, cũ non inquiſiuiſſet Vuratiſlaus Poloniæ, quemadmodum hoc tempore haud æquis non æquiores inquirere ſolent, pietatem illius [d] Gregorius VII. aliquando eximia laude habuit prædicare; quod is cenſus annui centum marchas argenti, fideliter præſentaſſet. (d *lib. 2. ep. 7.*) Vuanus porrò Archiepiſcopus Hamburgenſ. quamprimum à Benedicto Pontifice pallium accepiſſet, primus omnium congregationes ad canonicam regulam traxit, quæ antea quidem mixta ex monachis & canonicis conuerſatione degebant. Omnes etiam ritus paganicos, quorum ſuperſtitio viguit in illa regione, præcepit funditus amoueri, ita vt ex lucis, quos Paludicolæ illi ſtulta frequentabant reuerentia, fecerit duodecim Eccleſias renouari, ex quibus etiam baſilicam S. Viti extra oppidum conſtrui, & capellam S. Willehadi combuſtam, iuſſit renouari.

IESV CHRISTI ANnus 1014.

BENEDICTI VIII. PP. AN. III. HENRICI IMP. anno 1. Baſilii & Conſtantini Imperatorum anno 39.

I. Henricus à Benedi. PP. coronatur Imp. a *Ditmar. lib. 7.*

ANno Chriſti 1014. [a] Sexto Cal. Martii, Henricus Germaniæ Rex, cum Chunegunde vxore Romam veniens, à Benedicto Summo Pontifice, & vniuerſo clero, ſenatu, populoq; Romano honorifice ſuſceptus, Imperii diadema poſtulauit. Ditmarus pompam & ordinem inaugurationis memorabat, quia idem Rex inclytus à Senatoribus duodecim vallatus, quorum ſex raſi barba, alii prolixa myſticè incedebant cum baculis, cum dilecta coniuge Chunegunde ad Eccleſiam ſancti Petri, Papa expectante, venit. Et antequam introduceretur, ab eodem interrogatus; ſi fidelis vellet Romanæ patronus eſſe & defenſor Eccleſiæ, ſibi autem ſuiſque ſucceſſoribus per omnia fidelis; deuota profeſſione reſpondit. Et tunc ab eodem inunctionem & coronam cum coniuge ſua accepit.

Relatio Ditmari de hac coronatione.

II. Globus aureus inſigne Imperii Hẽrico à Pont. Rom. datus. b *Glaber. lib. 1.*

[b] Iuſſerat Benedictus Papa per id temporis & aliud inſigne imperii fabricari, quaſi aureum pomum, atque circumdari per quadrum pretioſiſſimis quibuſque gemmis, ac deſuper auream crucem inſeri. Erat autem inſtar ſpeciei huius mundanæ molis, quæ videlicet in quadam rotunditate circumſiſtere perhibetur. Iſtud Henrico Imperatori Pontifex tradidit, vt dum illud Princeps terreni Imperii reſpiceret, foret ei documentum, non aliter debere imperare, vel militare in mundo, quam vt dignus haberetur viuificæ Crucis tueri vexillo. In ipſo etiam diuerſarum gemmarum decore, Imperii culmen plurimarum virtutum ſpeciebus exornari oportere. Acceptam coronam Henricus ſuper altare Principis Apoſtolorum ſuſpendi præcepit: deinde manu gerens illud auri pomum ſubiunxit: Nullis, inquit, melius hoc præſens donum poſſidere, ac cernere congruit, quam illis qui pompis mundi calcatis, Crucem expeditius ſequuntur Saluatoris, & protinus miſit illud ad Cluniacenſe monaſterium Galliarum, quod tunc temporis religioſiſſimum cæteris habebatur. His quæ ad inaugurationem ſpectabant de more peractis,

eodem

Digitized by Google

eodem die Benedictus Pontifex Imperatori & Auguſtæ cœnam ad Lateranum fecit copioſam. Poſtea Arnulphum fratrem illius Rauennati Eccleſiæ ab eodem Henrico impoſitum, præfecit. Ethobertum vero ſupplantatorem, ad Aretienſem Eccleſiam tranſtulit. Ad preces quoque Henrici in Bobia ciuitate, Eccleſiam vbi ſancti Confeſſores Columbanus & Attala requieſcunt, in Epiſcopalem erexit: aliaque permulta in gratiam eius præſtitit.

III. Symbolum Romæ cantari cœptũ. c Berno Augien. lib. de rebus ad miſſam ſpectantibus.

c Contigit ab Henrico Romæ ſacris aſſiſtente, Romanorum presbyteros aliquando interrogari; cur poſt Euangelium (vt in aliis Eccleſiis fiebat) ſymbolum non canerent. Cui illi, Bernone aſſiſtente atque audiente, reſponderunt: quod Romana Eccleſia non fuiſſet aliquando vlla hæreſeos fece infecta, ſed ſecundum S. Petri doctrinam in ſoliditate Catholicæ fidei permaneret inconcuſſa: & ideo magis iis neceſſarium eſſe illud ſymbolum ſæpius cantando frequentare, qui aliquando vlla hæreſi potuerunt maculari. Perſuaſit interim Imperator Benedicto Pontifici, vt Romæ quoque tum propter exemplum, tum propter vniformitatem, tum propter auctoritatem primariam condemnandi hæreſes alibi exortas vel exorituras, ad publicam miſſam illud decantaretur.

IV. Henr. Imp. confirmat donat. & priu. leg. Rom. Eccleſ. d apud Sur. 25. Ian.

Porro vt Henricus Imperator gratum ſe exhiberet Romano Pontifici, omnia à Pipino, & Carolo Magno, & aliis religioſis Imperatoribus & Principibus Chriſtianis hactenus donata, tam latè quam patent, ſingulorum patrimoniorum nominibus expreſſis, diplomate confirmauit, & quantum opus fuerat donationem innouauit. Nouarienſi quoque Eccleſiæ, & monaſterio Caſſinenſi, plurima tum contulit, tum priuilegio dato roborauit, inque Germaniam reuerſus eſt. d Obuiam ei inter alios proceſſerat S. Poppo Abbas Stabulenſis, magnæ ſanctitatis, & apud Imperatorem auctoritatis. Contigit aliquando ludis Hiſtrionum Imperiales fores tũc occupari, atq; eo ſpectaculi genere Imperatorem cum ſuis delectari. Viſis enim nudus quidam membra melle perunctus exhibitus, vehementer timebat, ne ab iiſdem ad oſſa ſua melle conſumpto perueniretur. Porro Henricus eiuſdem ſpectaculi amore in oculis ſuis ita captus tenebatur, vt malè prouidus, pro periculo viri parum eſſet ſollicitus. Non potuit tam dirum ſpectaculum Poppo ſuſtinere; ſed Henricum ſuper tam iniqua illuſione redarguit, eumque ab hoc ſpectaculo ſuis cum optimatibus mox compeſcuit; tum etiam à periculo vrſorum virum liberauit, & ne id vltra fieret, arguendo & obſecrando obtinuit.

S. Odilonis Abbat. miraculum de vaſe fracto, integritati reſtituto. e apud Sur. 1. Ianuar.

Eodem fere tempore e S. Odilo Abbas Cluniacenſis eundem Imperatorem viſitauit, atque inſigni miraculo præſentiã ſuam illuſtrauit. Alexandrini operis, vas quoddam pretioſum holouitreum cum tritis pigmentis, pro magno munere fuerat Hẽrico oblatũ. Miſerat vero illud Henricus Odiloni vt videret. Dumq; illud apud Odilonẽ monachi curioſius inſpectantes, dum vnus alteri porrigeret, è manibus emiſerunt, & confregerunt. Indignè id tulit Odilo, præſertim propter clericos qui tranſmiſſum vas reliquerant; ne aliquid inimicitiæ ab Imperatore paterentur. In Eccleſiam itaque progreſſus, orationi incubuit, eaque peracta, vas confractum afferri iuſſit, manibus contrectauit, oculis ſubtiliter inſpexit, neque vlla fracturæ ſigna in eo deprehendit. Tunc indignatus in fratres, eos cum auſteritate redarguit, cur vas conquererentur confractum, quod omnino remanſerat illæſum. Illi vero vehementer attoniti tam euidenti miraculo, & auſteritatem corripientis libenter acceperunt, & ad referendas omnipotenti DEO gratias accenſi ſunt.

V. Sacrum linteum Domini igne probatum. f Leo Oſtië. lib. 2. c. 31.

f His diebus monachi quidã ab Hieroſolymis venientes, particulam lintei, cũ quo pedes diſcipulorũ Saluator extérſit, ſecũ detulerunt, & in monaſterio Caſſinenſi reliquerunt. Verum cum plurimi fidem derogarent, illi fide prædìti particulam illam ardẽtibus impoſuerunt prunis, quæ mox in colorem ignis verſa eſt. Amotis tamen carbonibus, ad priſtinam ſpeciem admirabiliter rediit. Facta probatione veritatis, illud munus ſacrum loculo pretioſo impoſuerunt, & tandem venerationi exponere conſueuerunt.

VI. Infelix obitus Suuani Danorum Regis tyranni. g Rogerius

g Eod. anno Suuanus Danorum Rex, poſt innumerabilia mala quæ in Anglia geſſerat, ad cumulum ſuæ damnationis ex oppido vbi corpus ſancti Eadmundi Regis incorruptum requieſcit, grande tributum auſus eſt exigere. Quod ſi cito non penderetur, ſe oppidum cum oppidanis crematurum, ipſius martyris Eccleſiam funditus euerſurum, clericos variis modis cruciaturum ſæpiſſime minatus eſt. Inſuper & ipſi Martyri multis modis frequenter detrahere, & illum nil ſanctitatis habere habuit blaſphemare. Tandem cum imminente veſpere diei, qua in generali Placito, quod apud Gheagnesburt tenuerat, hæc eadem minitans iteraret, atque Danorum cuneis circumuallatus eſſet denſiſſimis, ſanctum Eadmundum ex aduerſo venientem ſolus vidit armatum: quem cum vidiſſet, expauit; & nimio cum clamore vociferari cœpit: *Succurrite commilitones*, inquiens, *ſuccurrite, ecce ſanctus Eadmundus me venit occidere.* Et cum hæc diceret, acriter à ſancto confoſſus cuſpide, de emiſſario, cui inſederat, decidit, & vſq; ad noctis crepuſculum, magno cruciatus tormento, III. Non. Febr. miſerabiliter morte vitam finiuit.

IESV CHRISTI ANNUS 1015.

BENEDICTI VIII. PAPÆ ANN. IV. HENRICI Imperatoris anno 2. Baſilii & Conſtant. Imper. anno 40.

I. Vltio diuina de monacho Epiſc. Paderborn. irridente. a Ditmar. lib. 7.

ANno Chriſti 1015. a Cluniaco Corbeiam Henricus veniens, Abbatem eius loci Vualonem, irreligioſum, ſatiſq; diſſolutum reperit. In quo vt regularis diſciplina ſanciretur, Menuuercum Paderbornen. Epiſc. admonuit. Is porro eum dignitate priuauit: ſed magna contumelia in eodem monaſterio affectus. Cum enim poſt hęc vellet ibi ſacrum miſſę ſacrificium peragere, ne ſacras quidem veſtes à ſacriſta ſubductas potuit habere: quamquam illum & ſecundo, & tertio monuiſſet. Tulit eam iniuriam patienter Epiſcopus, nihilque aliud dixit; quam: *Reddes rationem Altiſſimo pro omiſſo hodierno officio.* Cæterum petulans ille monachus flocci pendens, etiam riſit Epiſcopum. Sed apparuit in morte ipſius Epiſcopi, quam non fruſtra eſſet minatus: Nam nihil mali antea ſentiens monachus, in ipſa hora mortis Epiſcopi expirauit. Receſſit tandem inde Imperator, & ductis ſecum tredecim Monachis, monaſterium Paderbornæ ædificauit, multiſque poſſeſſionibus ditauit. Erexit pariter Eccleſiam cathedralem Merſeburgi, ac quatuor lapides in nomine ſanctæ Crucis in fundamento primus iaciens: ſuperædificantibus, inquit, ſpes æternæ retributionis optabilis, detrahentibus vltio diuina formidabilis repenſabitur.

II. Erneſti Ducis Alemaniæ publica peccatorum confeſſio.

Eodem anno, Erneſtus Luitpoldi Alemaniæ Ducis filius, dum caſu in venatione ſagitta emiſſa vulneratus, mortem ſibi imminere perſpexiſſet, ſummæ pietatis ſpecimen cunctis fidelibus exhibuit. Socios enim vocauit, & vt reo parcerent ſupplicauit. Et quia hic tunc presbyterum, cui ſua confiteretur peccata, non habuit, vnum ex militibus vice huius propius accedere iuſſit, & per eũ ad alios: *Omnes*, inquit, *accedite, & commortalis veſtri peccatoru facta aure cordis percipite, & qualiter tueantur vnanimiter ſuccurrite, abſentibuſque cunctis fidelibus peccatricem meam animam quæſo commendate, & vxorẽ meam, vt honorem ſuũ ſeruet, & mei non obliuiſcatur admonete.* Hęc dicens, in quoſcumque vnquam ſe aliquid deliquiſſe recordari potuit, cunctis præſentibus innotuit, & mox ab hac luce diſceſſit. Mirandum plane exemplum hominis corde contriti, vt peccata ſua cunctis propalare non veritus ſit

propalare; cum, cui ſecreto confiteretur, presbyterum non inueniſſet. Eiuſmodi etubi ſcentiam ſponte pati hominem velle ob pœnitentiam delictorum ſuorum, gratum eſſe Deo ſacrificium, per quod ipſe perpetrata delicta dimittat, in commentario illo, qui inſcribitur, vitas Patrum, & alibi ſunt exempla, cum tamen ne id fieri debeat, decreto S. Leonis vetitum ſit.

IESV CHRISTI ANnus 1016.

BENEDICTI VIII. PAP. AN. V. HENRICI IMP. anno 3. Baſilii & Conſtantini Imperatorum anno 41.

I. Bened. PP. in Saracen. debellat. a *Ditmar. lib. 7.*

ANNO *Chriſti* 1016. a Benedictus Pontifex Max. aduerſus Saracenos litora Eccleſiæ inuadentes, collecto nauali exercitu feliciter pugnauit. Reginam Saraceni Principis, coniugem in captiuitatem ductam aureo capitis ornaměto ſpoliauit, & Regě ipſum in fugam vertit. Interim barbarus viribus recuperatis, ſaccum caſtanearum Benedicto miſit; Is vero marſupium milio plenum remiſit; alter alteri tantum numerum militum ſe in aciem educturum contra ſpondens.

II. Canutus Rex Angl. b *epiſt. 81.*

In Anglia Ethelredo Anglorum Regi defuncto, communi procerum conſilio Canutus Danorum Rex ſucceſſit. b Fulbertus eum laudabat, quod ex Pagano recens factus Chriſtianus, erga Eccleſias & Dei ſeruos benigniſſimum largitorem ſe exhiberet. Hoc quoque anno mortuus eſt vir ſanctitate inſignis nomine Simeō, genere Armenus, qui poſtquam vitæ anachoreticæ cunabula in

III. S. Simeonis Armeni obit.

Palæſtina exercuiſſet, indeque diuino mon... Occidentem migraſſet, plurimis miraculis eff... Romam peregrino habitu aliquando ingreſſus, cum in Oratorio S. Ioannis Baptiſtæ Lateranenſis Eccleſiæ, benedictum Pontificē Concilio Epiſcoporum præſidere reperiſſet, & hunc Sacerdos quidam petulantior, ex vultus & habitus ſqualore Manichæum exiſtimans, hæreticum dixiſſet, magnum ſubiit periculum. Euaſit tamen, cum eius conciuis quidam Epiſcopus in conſeſſu tunc præſens, eum interrogatus, orthodoxum eſſe, fideique Nicænæ profeſſorem reperit & renunciauit. Malignus interim ſpiritus, temerarium illum iudicem presbyterum inuaſit; neque dimiſit, quouſque S. Simeon orationem oraſſet, & manum energumeno impoſuiſſet. Propter quod cum maximo honore afficeretur, illum non ferens, ſed magis deſpicientiam & contemptum prædiligens, Roma diſceſſit, multas Galliæ & Hiſpaniæ ciuitates peragrauit, Manticam incognitus venit, ibiq; ſancto fine quieuit. 7. Cal. Aug. miraculis clariſſimus.

IV. S. Simeonis Armeni geſta ac miracula.

Fuit autem Simeon Armenus, patre magiſtro militum natus. Hic ab ineunte ætate ſeruiens Deo, factus eſt monachus, poſtea ordinatus Diaconus, eremum petiit, ibi cum duobus diſcipulis, cum aliquando ob maximas niues cibum habere non poſſet, ad orationem confugiens, ceruus adfuit, qui ſe occidendum exhibuit. Hieroſolymam inde veniens, cuius Patriarchæ Arſenio familiaris erat: ſeptem dæmoniacos curauit. Romam profectus Benedicto VIII. Pontif. Max. quo tempore Concilium celebrabatur, cum in Eccleſia Lateranenſi diutius oraret, à clerico tanquam hæreticus apud populum accuſatus, vitæ periculum paſſus eſt: ſed cum eadem die in Concilio de fide interrogatus, optimè reſpondiſſet, accuſator à dæmone arreptus, tamdiu vexatus eſt, donec à Simeone ſigno crucis, & manus impoſitione liberatus eſſet. Quo miraculo apud Pontificem & alios in honore haberi cepit. Cum aūt ad eum indies plurimi, præſertim infirmi confluerent, nominis celebritatem fugiens, clam inde diſceſſit, diuertenſque ad monaſterium quoddam, à monachis illius pugnis exceptus eſt: cumque Epiſcopus carceri eoſdem mancipaſſet, Simeon noctu demiſit, iterq; proſequutus Piſas venit, vbi in vrbis ingreſſu diabolum humana ſpecie interrogantem: *Quo pergis monache?* Obuiam habuit, qui ſtatim ac Simeon reſpondit, quo Chriſtus voluerit, diſparuit. Lucam veniens, plurimos Iudæos conuertit hoc miraculo, quod Iudæus cum eo diſputans de Chriſto, dum illum de virgine natum execrando negaret, mox in conſpectu omnium expirauit. Papiæ in æde S. Syri, ab obſeſſo dæmonem expulit, & in ponte coxam equi, ſenis cuiuſdam plorantis, fractam, reſtituit ſanitati: Vercellis ægros aliquot curauit; apud Burgum leproſum ſanauit. Taurini cæco, & alteri apud Seguſium, viſum reſtituit: aliaq; per Galliam, Hiſpaniam, Compoſtellam; vbi Regis filiam dæmoniacam liberauit, pergens, ſignis admirandis beneficia præſtitit.

B In Italiam reuerſus, in cænobio ſancti Benedicti in agro Mantuano manens, regularis obſeruantiæ cuſtos fuit. Padnam aliquando profectus, mulierem paralyticam curauit, & regrediens, ſæuiſſimam tempeſtatem in Pado ortam, ſigno Crucis repentè ſedauit. Spiritu Prophetiæ præditus Recheldæ Dominæ filiæ, longe abſentis mortem diuinauit.

IESV CHRISTI ANnus 1017.

BENEDICTI VIII. PAP. ANN. VI. HENRICI Imperatoris anno 4. Baſilii & Conſt. Imperatorum ann. 42.

I. Manichæi heretici apparent in Gallia per fœminam. a *Glaber lib. 3. c. 8.*

ANNO *Chriſti* 1017. a Ab Italia quædam mulier Manichæorum hæreſi infecta, Aurelianos veniens, primum Heribertum & Liſoium genere ac ſcientia potentiores in clero atque decem ex Canonicis ſanctæ

C Crucis, & ex plebe innumerabiles ſubuertit. Peruaſit ea peſtis è veſtigio Aquitaniam, & diuerſas Occidentis prouincias, adeo vt etiam Toletanā vrbem penetrarit. Suadebant impii negare baptiſmum, ſignum ſanctæ Crucis Eccleſiam, & ipſum Redemptorem ſeculi honorem ſanctorum Dei, coniugia legitima, eſumque carnium. In hoc etiam Epicureis hæreticis erāt ſimiles, quoniam credebant voluptatum flagitiis non recompenſari vltionis vindictam, & omne Chriſtianorum opus, pietatis dumtaxat & iuſtitiæ, quod præmio retributionis æternæ æſtimatur, laborem ſuperfluum iudicabat eſſe. Multi erant qui conabantur eos ab errore auertere. Cumque nollent reuerti, dictum eſt eis à Rege Ruberto Galliarum, niſi errorem abiurarent, igne cremarentur. At illi male in ſua confiſi veſania, nil pertimeſcere ſe iactantes, ſeque euaſuros ab igne illæſos promittentes, quin potius melio-

D ra ſibi ſuadentibus ſpernendo illudebant. Cernens itaque Rex, & vniuerſi qui aderant, minus poſſe illos ab inſania reuocari, iuſſit accendi non longe à ciuitate Aurelianenſi, quo Concilium Epiſcoporum indictum fuerat, ignem permaximum, vt vel eo forte territi, à ſua malignitate deſiſterent. Ad quem cum ducerentur, rabida adacti dementia, ſe omnimodis hoc velle proclamabant ac ſeſe vltro ad ignem trahentibus inferebant. Quibus ad vltimum numero tredecim igni traditis, cum iam cæpiſſent acrius aduri, cæperunt voce, qua poterant, ex eodem igne clamare, ſe deceptos eſſe arte diabolica, nuper de vniuerſorum DEO ac Domino male ſenſiſſe, & ob hanc ab eiſdem illatam ei blaſphemiam illos temporali atque æterna vltione torqueri. His vero plures è circumſtantibus auditis, humanitatis pietate permoti accedentes, vt vel ſemiuiuos ab igne eriperent, minimè value-

Iidem hæretici & alii igni traditi.

E runt, quoniam vindice flamma illos conſumente, continuo in cinerem redacti ſunt. Combuſti ſunt pariter & decem Canonici Manichæi, & quotquot vſpiam locorum alii reperiri poterunt.

II. Iudæorum ſcelus de imagine Chriſti deluſa.

His etiam diebus in Paraſceue poſt Crucem adoratam vſque Sabbathum ſanctum circa veſperam concuſſa eſt Roma à vi ventorum. Cauſa erat, quia Iudæi die ſancto Paraſceues in Synagoga imaginem Chriſti deluſerant, ſicut fecerant Domino parentes eorum. Neque ceſſauerunt venti, donec Benedictus Pontifex au-

toribus ſceleris cõquiſitis ſupplicium de eis ſumi edixiſſet. Circa id temporis etiam in regione Aquitaniæ, ſecus maritima tale prodigium accidit ante ſolemnitatem ſancti Ioannis Baptiſtæ. Tribus diebus de cœlo pluit ſanguis, qui cadens ſuper carnem hominis, aut ſuper lapidem, non poterat lauari: ſi vero ſuper lignum cadebat lauabatur. Portendebat bella grauiſſima in Gallia poſtmodum inter Gulielmum Aquitan. Ducem, & Gaufredũ Comitẽ Andegauenſ. exorta, in quibus quid cuiq; generi peccatorum poterat accidere, [b] Fulbert. Carnotenſ. Roberto Regi in hunc modum reſcripſit; *Per carnem fornicarii, per lapidem impii, per lignum vero quod neq; durum eſt vt lapis, neq; molle vt caro, illi, qui neq; impij ſunt, neq; fornicarii ſignificantur. Cum ergo venerit ſuper illam gentem, cui portẽdatur, gladius ſiue peſtilẽtia deſignata per ſanguinẽ, ſi ante duri & molles non fuerint mutati in melius, morientur perpetualiter in ſanguine ſuo: medii vero per anguſtiam mortis, vel aliter poterunt liberari pro arbitrio ſecretiſſimi atq; præſtantiſſimi iudicii.*

III. Pluuia ſanguinis in Aquitania.

b epiſt. 29.

A

Hoc eodem anno Iuditha Poloniæ Regina, ſanctiſſima fœmina, coniux Boleslai Regis & adiutrix ad pietatẽ propagandã, ex hac vita ſummo omniũ dolore deceſſit, cũ ſuperis in perpetuũ regnatura. Dedit exemplũ Principibus fœminis, homines calamitoſos ſeruandi, ſaluãdiq;, [c] cum nobiles quoſdam adoleſcentes ob latrocinium dãnatos à rege, occulte ſeruari inſciente rege iuſſit, aliquãdo poſt captato tempore, & iniecta eorum quaſi necatorum mentione, vbi regẽ ad miſericordiam flexum vidit, ſupplex cum nonnullis proceribus adoleſcentum illorũ mortem deprecata eſt. Acrior enim aliquãtum Boleslaus fuit, qui propterea nomen Chrobri. ſc. acris promeruit. Præſertim vbi intercederet occaſio, in contemptu religionis, templorum profanatione, & ſacerdotum iniuriis atq; contumeliis vindicandis, ad quæ facinora, cum pleriq; equeſtris ordinis homines, partim priſtinę impietatis conſuetudine, partim licentia militari incitati ferrentur, & decimarum quoque onus detrectarent, ſacerdoteſque pulſarent, in auctores quidem pœna capitis animaduertit, cæteros partim verberibus, partim verbis atque minis caſtigauit.

IV. Obitus B. Iudith. Polon. Reginę

c Cramer. lib. 3.

B

Iſtud vnicum pietatis Boleslai inſigne eſt; Epiſcopos & Sacerdotes & ipſe magnopere colebat, & ab omnibus coli volebat: nec ſedebat ſtante aut veniente aut loquente Epiſcopo, niſi & ille aſſediſſet. Beneficiorum porro à Deo receptorum tam memor ac gratus, atque fere nullus tempore illo. Victoriam per id temporis retulerat de Pruſſis Gentilibus. Cumq; illi reliqui ſe dederent, & pacem poſtularent, totum ad diuinam laudem prædicandam referens: in Oſſa quidem flumine, mille paſſus à Regio ſuo oppido, columnam ferream poſuit, indicem religionis in Deum; barbaros autem non alia conditione in gratiam recepit, quam vt Chriſtianam religionem ſuſciperent, cui rei aliquos apud eam gentem dimiſit, qui barbaros rationem & ritum Chriſtianæ fidei docerẽt. Alio quoque cum aduerſus Iaroslaum Ducem Ruſſorum tam feliciter pugnaſſet, vt à barbarorum ſanguine Bugus fluuius irrubuerit, victor in Regnum reuertens, vota Deo perſoluit, templa complura, ſed Gneſnæ inprimis, hoſtium ſpoliis ditauit, ornauitque; monaſterium Secchonienſe ſupra Viſtulam in Ducatu Sendomirienſi Benedictinis ſodalibus conſtruxit; conferente patrimonii ſui partem Sececho Palatino Cracouienſi & magiſtro militiæ Polonæ, ex gente Topororum, à quo monaſterium id nomen accepit. Aliud quoque cœnobium iiſdem religioſis in monte Lyſecio, ſiue Caluo, orante & hortante Emerici Stephani Regis Vngarię filio, viro ſancto & caſto, qui lubens cum Boleslao propinquo vitam in Polonia degebat, quique portionem Crucis Chriſti, quam Conſtantinopolitanus Imperator patri eius Stephano magni muneris loco miſerat, quaque ipſe pro amuleto vtebatur, eo in loco poſuit; vbi in hunc vſque diem ſalutaria hominibus miracula eduntur.

C

Quantus Boleslaus Rex Epiſc. & Sacerdotibus detulerit.

Boleslaus beneficiorũ à Deo acceptorum memor & gratus.

D

E

(o)

IESV CHRISTI ANNUS 1018.

BENEDICTI VIII. PAPÆ AN. VII. HENRICI Imperatoris anno 5. Baſilii & Conſtant. Imper. anno 43.

ANno Chriſti 1018. [a] Kiionienſis Eccleſia per id temporis tãta pietate effloruit, vt in vna ea ciuitate Metropoli Ruſſiæ, 400. templa numerarẽtur. Morum autẽ tanta ſeueritas, & obſeruatio diſciplinę Eccleſiaſticæ tam rigida indidem vigebat, vt qui vel ſemel ieiunium Quadrageſimale violaſſet, dentium euulſione puniretur, qui autem alienam vxorem polluiſſet, admirando ſupplicio plecteretur. Non ea felicitas in aliis Borealibus regionibus, in quibus à Principibus & populis Abotritis & Vuaris à fide refugis, & ad impietatem relapſis, multam calamitatem paſſæ Eccleſiæ, per oppreſſionem non poterant reſpirare. Paſſa eſt etiam ab iiſdem Kiiouia, Archiepiſcopo illorum in captiuitatem abducto. Ditmarus cũ hæc ſcripſiſſet, ſimul & ſcribendi & viuendi finem fecit, magnus & factis & præcipue humilitate Epiſcopus, qui mille argumentis & exemplis innumeris egregie fidem Catholicam teſtatam reliquit aduerſus gentiles apoſtatas Nouatores.

I. Clades Borealium Eccleſiar.

a Ditmar. lib. vlt.

Ditmari obitus.

Hoc anno, [b] Rudolphus quidam Northmanus, Comitis ſui Richardi furorem declinans Romam conceſſit. Quem cum Benedictus Pont. militaribus artibus inſtructum, atq; fortitudine præditum cognouiſſet, in Apuliã contra Græcos nimium rem Romanam affligentes, miſit. Is porro Beneuentanis coniunctus, multa contra hoſtes geſſit. Verum claſſe Conſtantinopoli in ſubſidium miſſa, cum illi vires reſumpſiſſent, & Rudolphus par eis non eſſet, ad Imperatorem Henricum in Germaniam reuerſus, auxilia poſtulauit.

II. Northmanni in Italia pugnãt contra Græcos.

b Glaber. lib. 3. c. 1.

Hoc anno apud Aragonios, primus Regio nomine præfuit Ramirus, ex ea occaſione ad Regnum euectus. Poſt eius matris Eluiræ mortem, Sanctius pater cognomento Maior, totiuſq; Hiſpaniæ Imperator, aliam duxerat vxorem, nomine Maiorem, Comitis Caſtellæ filiam. Ex hac maior natu Garſias, matrem apud Imperatorem adulterii crimine falſo detulit, propterea, quod cum illi mater ex Imperatoris monitu & equorum Præfecti cõſilio equum quemdam Imperatori chariſſimum accommodare noluiſſet. Itaq; vt eſt hominum improbitas, iniquus filius, inſontem matrẽ, cum eo qui equorum curam gerebat, ſe cõiunxiſſe, confinxit: neq; deſtitit iræ facibus accenſus, illam in ſupremum diſcrimen adducere. Nam cum hoc Sanctius intellexiſſet, vehementer dolens vxorẽ ſtatim captam diligenter cuſtodiri iuſſit, & omnium Doctorum atq; nobilium conuocato Concilio, in eam ſtatutum, vt igni cremaretur, niſi quis eam aduerſus accuſatores filios vel legibus, vel armis defenderet. Cum nullus auderet, ſolus tandem Ramirus Imperatricis priuignus vltiò fratribus obtulit duellum. Verum enimuero dum arma pararentur, quidam Sacerdos Chriſti admodum ſanctus, Garſiam & alios Sanctii filios adiuit, eoſq; ſanctiſſimè admonuit, vt ſummum periculum quod eis à Deo imminebat, euitarent. Siquidem neque feliciter, neque diutius filios eſſe victuros dicebat, qui matris innocentiam tanta immanitate perdere, ſummoq; dedecore nomen Imperatricis deformare ſtuduiſſent: qui præterea patri, pro cuius vita ſanguinem profundere debebant, tantum doloris attuliſſent; qui denique totius Hiſpaniæ principatum, qui vix nuper expulſis hoſtibus quieuerat, rurſus perturbaſſent. His rationibus, & multis exemplis filiorum, qui parentibus infeſti, ante diem miſerandam vitam finierant adductis, eos adeo commouit, vt confeſtim ſe falſo matrem criminis accuſaſſe dixerint; nec aliam ob cauſam, niſi quod eis mater equum denegarit. Pœnitentia igitur ducti tanti ſceleris, errorem deflentes, ad Imperatorem veniunt, veniam deprecantes; quibus Imperator noluit ignoſcere, priuſquam à matre remiſſionem impetrarent;

III. Quo pacto Ramirus Aragoniorũ Rex I. ad Regnum euectus ſit.

atque

A atque ſi illa ſuum ius talionis exequi vellet, ſeſe idem ſupplicium de filiis ſumpturum eſſe reſpondit, quod vxori iubente lege ſtatuerat. Mater autem cum multorum nobilium virorum ſupplicationibus, tum vero precibus illius religioſi Conciliatoris qui Principes monuerat, & ad pœnitentiam adduxerat, & amore materno iam commota, ſuis filiis pene matricidis hac conditione veniam & vitam conceſſit, vt ei Ramirus priuignus, cuius admirabilem virtutem proſpexerat, in Aragoniæ Regno ſuccederet, quem præterea cunctis proceribus & filiis aſſentientibus, cum ſæpe benedixiſſet, ſibi filium & hæredem legitimum adoptauit. *Lucius Marineus de rebus Hiſp lib. 8.*

IESV CHRISTI ANnus 1019.

B

BENEDICTI VIII. PAPÆ ANN. VIII. HENrici Imperatoris anno 6. Baſilii & Conſtan. Imp. ann. 44.

I. Bamberga ciuit. oblata S. Petro. a *Marian. Scot & reliqui.*

ANno *Chriſti* 1019. [a] Benedictus Papa Bambergam ad Imperatorem Henricum, non vt ſchiſma vitaret; nam iſtud in principio Pontificatus extinxerat: ſed vt ſuppetias contra Græcos Romanas ditiones petuaſtâtes imploraret. Bambergæ cum eſſet, ciuitatem ipſam Diuæ Dei genitrici dedicauit, Epiſcopalem cathedram in eadem ciuitate ab Imperatore erectam confirmauit, & duas Eccleſias, S. Stephani & S. Georgii ædificatas conſecrauit. Imperator porro eam ſedem Epiſcopalem beato Petro ex integro obtulit, ſtatuto per annos ſingulos cenſu, equo vno optimo albo, cum ornamentis omnibus & phaleris ſuis, centumque marchis, quod Epiſcopium Bambergenſe poſtea Leo Papa Nonus, recepta ab Henrico Conradi filio Beneuentana ciuitate, ſub Imperatoris ditione remiſit, equo tantum ſedi Apoſtolicæ reſeruato.

b *Leo Oſtië lib. 2. c. 47.*

C

II. Bona iniuſte alienata reſtituuntur Eccleſ. à poſſidente. b *Diplom.*

Hoc anno [b] quidam Ingizo nobilis Romanus, conſcientia permotus, quod malè à Syluestro Abbate alienata bona monaſterii S. Gregorii ad Cliuum Scauri ædificati; incipiens à vado quod eſt ab Ara Creſcentii de Arce, iniuſto titulo poſſediſſet, eadem pleno iure eidem cœnobio reſtituit; facto diplomate per manum Sergii Scriniarii S. R. E. cui vna cum reliquis poſt Ingizonem primo loco ſubſcripſit, ſignumque ſuum appoſuit; *Creſcentius Dei gratia vrbis Romæ Præfectus. Scribebat Ingizo, iſtud memorandum: Hanc hereditatem ſicut hactenus meis tenere viſus fui manibus, vobis Apoſtole Andrea, & Confeſſor Chriſti Gregori, veſtriſque ſeruitoribus refuto, & in propria iura reuoco, ne forte in die iudicij à Creatore omnium rerum, & à vobis aliquam pro ea ſentiam pœnam: Sacra autem ſcriptura teſtante: Beatus qui vigilat & cuſtodit veſtimenta ſua, quod eſt opera, ne nudus ambulet, & videant alii turpitudinem eius. Quid enim mihi prodeſt glorioſiorem apparere apud homines, & nitidiora membra geſtare & minus apud Deum, cuius oculis nuda & aperta ſunt omnia, putidiorem & fœtidiorem animam meam eſſe captiuam? Quid prodeſt mihi ſociari hominib⁹, & priuari ab Angelis? Quid prodeſt mihi terrena acquirere, & cœleſtia non habere? Iſta & alia multa ſimilia recolui, quæ dicere longum eſt. Et ideo ab hodierna die, vſque in perpetuum dimitto vobis veſtriſque ſeruitoribus ſupraſcriptam totam hereditatem, quam iniuſte meis hucuſque detinui manibus: quam prædictus damnatus & impius iniquiſque Syluester Abbas pro ſuis facinoribus mihi dederat. Vnde & iuratus dico per Deum omnipotentem, ſanctæque ſedis Apoſtolicæ D. Benedicti VIII. PP. atq; Henrici Imp. ſalutem, hæc omnia inuiolabiliter conſeruare, atque adimplere promitto.*

D

E

III. c *Curopala.*

Eodem anno [c] Sergius Patriarcha Conſtantinopolitanus mortuus, ſucceſſorē accepit Euſtachium primum presbyterorum, qui erant in templo Regiæ.

IESV CHRISTI ANnus 1020.

A

BENEDICTI PAPÆ VIII. ANN. IX. HENRICI Imperatoris anno 7. Baſilii & Conſtantini Imperat. anno 45.

I. D. Heriberto Archiepiſcopo Colonien offenſus Imp. dirâ in eum meditatur, ſed viſione deterretur. a *Rupert. in Heriberto apud Sur. 16. Mart.*

ANNO *Chriſti* 1020. [a] Inter S. Heribertum Colonienſem Archiepiſcopum & Henricum Imperatorem, per id temporis interceſſerat ſimultas, in perniciem Heriberti procul dubio euaſuri, niſi Deus præuertiſſet. Subiratus fuerat Henricus Comiti Ottoni, qui vt Epiſcopo Moguntino incommodaret, diœceſim illius ferro & igne populatus fuerat. Quamobrem vt iudicio aduerſus illum decernerent, Heribertum aduocarat. At is febribus correptus cum venire non potuiſſet, Imperatoris ſuſpicacem animum offenderat, vt contumeliæ loco acceperit, Coloniamque properarit, vt Heriberto dignitatem abrogaret. Prohibuit illum Deus, ne quicquam

B mali ſancto viro faceret. Nam ipſa nocte, qua Coloniam ingreſſus, & officioſiſſime à viro Dei erat ſuſceptus, cum ſe ſopori dediſſet, vidit in ſomnis quemdam venerabilem virum, Pontificali veſte ornatum, qui illum ſic allocutus eſt. *Caue, ait, ô Imperator, ne poſthac amplius pecces in conſeruum meum Heribertum. Scito enim illum Deo eſſe acceptum. In quem ſi quid admiſeris, tu ſine dubio portabis iudicium Dei.* Ita Imperator oraculo præuentus, mane facto cum virum Dei aduocaſſet, & is cauſas requireret, propter quas illum infenſum experiretur, repente de ſolio conſurgens, ſanctum amplexus. *Ex quo, ait, ad regni faſtigium Deo donante conſcendi, detrahentium linguis nimium, fateor, credulus, venerande pater, te exoſum habui, & hanc odij trabem in oculo geſtans & ideo nihil videns, iniquum de te iudicium habui, tuamque iuſtitiam, imo Dei gratiam in te fulgentem videre non merui. Porro te tacente, cœlum clamat ſuper te, tuamque*

C *cauſam defendit apud me. Nam ipſe qui de te & ſanctis ſuis curam habet, me pro te corripuit, vt ſciam quod inter electos eius computatus ſis. Indulge ergo, precor te, quod in te malignatus ſum, vel quod te ſeruum Dei tangere delibraui; quia peccatum meum agnoſco, nec amplius addam aduerſari tuæ ſanctitati.* Ita quidem Imperator S. Heriberto conciliatus, non ſatis habuit culpam in præſens fateri; ſed nocte ſequenti finitis matutinis, aſſumpto vno ex clericis cubiculum S. Pontificis adiit; ſed non ibi quieſcentem, verum in proximo ſancti Ioannis oratorio vigilantem vt ſolebat, & orationib⁹ inſiſtentem reperit. Vbi protinus adiecta chlamide, ſolo ſtratus, ante pedes eius in ſpiritu humilitatis & animo contrito ſe ſuſcipi culpam dimitti poſtulauit. Neq; mora Epiſcopus illum à terra eleuauit, & delicta omnia confitenti indulſit. Sed illi & ſuam & illius mortem citam fore prædixit.

II. Polon. Eccleſ. locupletata & ſtabilita. b *Dlugoſ in Annal. Polon.*

D In Regno Poloniæ, [b] Boleſlaus Rex, Chrobri cognomine, videns multifariis & gratuitis donis Dei, ſolium ſuum & regni ſui propitia diuinitate firmatum, animum ad religionem, reſque diuinas conuertit. Non ignorabat ſiquidem, ex vniuerſis Principibus Poloniæ præcedentibus neminem tanta, quanta ſe, tuliſſe trophæa, tantaſque diuitias, ſucceſſus fælices & gloriam, talem inſuper induſtriam prudentiamque habuiſſe, qualia & quanta in ſe vnum fuerât collata. Videbat præterea principatus ſui fulgorem vltra cæteros Reges & nationes magnificatū eſſe. Quare volens de ampliſſimis beneficiis Dei gratum ſe oſtendere, & illis aliquanta viciſſitudine reſpondere, Eccleſiis tam cathedralibus, quam inferioribus, à genitore ſuo Duce Miecislao erectis ac fundatis, oppida, villas, ac prædia ampliori illatum ſtabilimento & dote munifice donauit; pluresque parochiales Eccleſias in villis viciſque conſtruxit & fundauit, vaſiſque

E aureis & argenteis in cultum diuinum neceſſariis Eccleſias ſingulas, ſed præſertim cathedrales adeo ornauit, locupletauitque, vt liberalitatem ſuam in Eccleſias Dei abunde effuſam multa ſecula teſtarentur. Decimarum autem manipularium pro Eccleſiis ac miniſtris Dei in vniuerſis principatibus ſuo imperio ſubiectis ſolutionē nullatenus paſſus eſt aut varietate aliqua diminui, aut in dubium aliquatenus reuocari; ſed mandauit, decreuitq; illam eſſe perpetuam & perennem, varia vltionis diuinæ

flagella,

A flagella, filiis, nepotibus, ſucceſſoribuſq; ſuis interminās ſi per quempiam illorum præfatarum decimarum contingeret redditionem intercipi, transmutari, vel reſcindi. Ita nobiliſſimum illud Regnum pietate fundatum, pietate auctum, ad poſteros tranſmiſit Boleslaus, victoriis & pietate ter magnus.

IESV CHRISTI ANnus 1021.

BENEDICTI VIII. PAPÆ ANNO X. Henrici Imperatoris anno 8. Baſilii & Conſtan. Imp. ann. 46.

I. S. Heribertus Archiepiſc. Colon. obiit. a *Rupert. in Heriberto. apud Sur.*

ANno Chriſti 1021.[a] Decimoſeptimo Cal. April. S. Heribertus Archiepiſcopus Colonienſ. ex hac vita ad cœleſtem, non ſine præuiis viſionibus migrauit, poſt obitum miraculis illuſtris. Eppo Epiſc. Bambergenſ. in reuelatione aſpexit, illum ab Henrico Imperatore baltheo diſcinctum. B Quod vt ab eo cognouit Henricus, rurſus pœnitens dolenſque ardentius ſtuduit poſt obitum ipſius expiare delictum, quod in eum viuentem patraſſe ſenſiſſet. Igitur Imperialem manum largius extendens, dona Eccleſiis CHRISTI, pauperibuſque diſtribuit, ſacriſque miſſarum ſolemniis, Pſalmis & orationibus, tranſitum beati Præſulis edixit celebrari, cui baltheum ipſe ſuſtuliſſet, id eſt, viuentem longe minus quam docuerat, honorificaſſet.

II. Sanctius Caſtell. Comes matris interfector monaſterii Onienſe extexit.

In Hiſpaniis, hoc tempore, impietatis filii in matrem, & matris in filium exemplum viſum fuit. Viuebat Sanctius Caſtellæ Comes, qui quantam ſibi beneuolentiam ex clementia erga ſuos adiunxerat, tantopere ſuperiorem gloriam materna cæde fœdaſſe viſus eſt. Erat illa Mauri cuiuſdam Principis amore capta quem potentiſſimæ libidinis eſſe cognouerat. C Verum illi nubere dubitabat, filii iuſtum dolorem, atque ex dolore iracundiā verita. Itaque necato filio ſceleſtis nuptiis vt locum pararet, venenum temperare conſtituit. quod ille indicio facto, matrem honoris ſpecie, quamuis inuitam & recuſantem præbibere coegit. Vnde nonnulli ſuſpicantur morem illum inter Hiſpanos quibuſdam locis receptum frequentemque manaſſe, vt fœminæ viris præbibant. Tanti facinoris expiandi cauſa, & vt popularem ex ea re inuidiam aliqua ex parte leniret, virginum monaſterium extruxiſſe memorant, & de matris nomine Onienſe nuncupaſſe. *Marian. lib. 8. c. 10.*

IESV CHRISTI ANnus 1022.

D

BENEDICTI VIII. PAPÆ ANN. XI. HENRICI Imp. ann. 9. Baſilii & Conſtant. Imperatorum ann. 47.

I. Henr. Imp. expeditio contra Græcos. a *Leo Oſtienſ. lib. 2. c. 42.*

ANno Chriſti 1022.[a] Henricus Imp. Græcorum impetu & perfidia perſpecta, quod ii per eos dies, Dacti Principem cepiſſent, & more parricidarum culeo inſutum in mare præcipitaſſent, & nouis copiis è Græcia in Apuliam expoſitis, Romæ imminerent, Italiamque vniuerſam ſpe deuoraſſent; Northmanorum & Benedicti Papæ, & Melo Ducis Barenſis precibus fatigatus, congregato ingenti exercitu in Italiam venit.

b *Pet. Dam. in Romuald.*

[b] Celebre tunc in Syriæ ſolitudine nomen Romualdi, & monachorum ipſius habebatur. Omnes enim nudis pedibus E incedētes, inculti, pallidi, & nimia rerum omnium extremitate contenti fuerant. Nonnulli vero obſeratis ianuis clauſi, ita mortui videbantur mundo, veluti in ſepulchro iam poſiti. Vinum ibi nemo nouerat, nec etiam ſi grauiſſimam quis infirmitatem pateretur. Ipſi quoque monachorum famuli cuſtodes pecorum ieiunabant, ſilentium tenebant, diſciplinas inter ſe inuicem faciebant, & de quibuslibet verbis otioſis pœnitentiam flagitabāt. Ita

A vt aureum ſeculum tunc videretur, quod inter montium & ſiluarum feras, tot cœleſtis Hieruſalem ciues alebat. Eius rei fama motus Imperator, miſit ad Romualdum vt ad ſe veniret. Detrectare viſus eſt aliquantum, ne ſecreta ſilentii violaret, tamen à diſcipulis, quibus anguſta habitatio videbatur, & ſpes iniecta fuerat per Rōualdum aliquod amplum monaſterium obtinendi, Congreſſus S. Romual. & Imp. perſuaſus, inuiolato ſilentio perrexit ad Regem. Aſſurrexit illi Imperator, & in magno cordis affectu in hanc vocem prorupit dicens: *O vtinam anima mea eſſet in corpore tuo.* Teutonici porro tanta veneratione virum proſecuti ſunt, vt villos quoque pelliceæ veſtis qua erat indutus anxiè decerperent, & pro ſacris reliquiis reconderent.

Congreſſus autem ille cum Imperatore, non pauca ei locutus eſt de reſtituendo iure Eccleſiarum, de violentia potentum, de oppreſſione pauperum. Libenter illa omnia Imperator audiuit, & monaſterium Amiati Romualdo tradidit; B in expeditione vero bellica quam contra Græcos ſuſceperat, ad eum modum ſe comparauit, [c] vt nō niſi expiati delictis, & ſacra communione refecti milites, progrederentur; c *Bonfin. de reb. Hung. Dec. 2. lib. 1* ab exemplo eiuſdem qui hæc præmittere ſæpiꝰ ſoleret, adhiberetq; patronos ſanctos martyres Laurentium, Georgium & Hadrianum, quos præuio Angelo procedere conſueuiſſe aliquando vidiſſet exercitum. Tripartito milites partitus eſt.[d] d *Leo Oſtienſ. lib. 2. c. 40.* Et primam quidem partem ipſe duxit, alteram Popponi Archiepiſcopo Treuirenſi, tertiam vero Pilegrino Colonienſi Archiepiſcopo commiſit. Ipſe Beneuentum recta, Poppo per regionem Marſorum, Pilegrinus autē Romam verſus copias duxere. Sed hic tertius, nonniſi vt Arbenulphum Abbatem Caſſinenſem Dacti necis & Græcorum coniurationis auctorem prehenderet. Conſcius Abbas volebat Conſtantinopolim fugere. C Cæterum Hydruntino Epiſcopo Diuus Benedictus apparens; Vade, ait, dic Abbati, vt hac vice mare nulla ratione pertentet; ſciens, ſi hoc fecerit, mature periturum. Non credidit Abbas, & idem mare ingreſſus naufragio periit. Quod cum Imperator audiiſſet, fertur dixiſſe; *Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit.* Extincto Abbate, Beneuentum poſtea nullo negotio Imperator cepit; hinc diſcedens [e] Troiam recens ædificatam obſidione cinxit. e *Glaber. lib. 3. c. 1.* Qua cum premerentur oppidani, quemdam ſolitarium monachali habitu indutum, Cruce data in manus illius, cū Victoria Imp. Henr. de Græcis & ſeditioſis agmine puerorum ad Imperatorē emiſerunt, qui in modum proceſſionis incedentes conclamarent, *Kyrie eleyſon.* Vidit innocentes Imperator, & cum miſericordiæ implorandæ cauſa ſecundo iam veniſſe intellexiſſet; Optime, ait, nouit ipſe, qui agnitor eſt cordium, quoniam magis quam ego, horum paruulorum ſunt homicidæ. D Dixit tandem, cum ſecundo veniſſent; *Miſereor ſuper turbam*, atque interim oppidanis iniunxit, vt ſi pacem optarent, partem murorum ipſi diruerent. Diruerunt, in gratiam recepti ſunt, atque tandem permiſſi vt diruta mœnia reædificarent.

II. Imp. curatur à S. Benedicto. f *Leo ſuper c. 42. 43.*

Parta de Græcis & ſeditioſis victoria, [f] Caſſinum venit. Vbi cum dubitaret, an ibidem corpus S. Benedicti eſſet, doloribus grauiſſimis vexato, & nec vigilanti nec plene dormienti, in exceſſu, apparuit B. Benedictus, atq; ad eū quaſi viſitaturus accedens, vbi pateretur, quęſiuit. Cui languorem protinus confitenti: *Scio*, inquit, *Benedictum, te, an hic quieſcam, hactenus dubitare. ſed vt nullo huiuſmodi ſcrupulo mouearis, meumq; corpuſculum hoc in loco quieſcere certius noueris, hoc tibi ſignum erit. Cum prima mane ſurrexeris, in egeſtione vrinæ tuæ tres ſimul emittes grandiuſculos lapides, & ex tunc dolore iſto numquam vltra detineberis. Ego autem ſum frater Benedictus.* E His dictis ille euanuit; Imperator autem in Conuentum fratrum ingreſſus à fratribus inquirens: *Quid*, inquit, *Domini mei, medico qui me curauit, dare iubetis?* Cumque illi reſpondiſſent, vt quicquid vellet de monaſterio, id medico daret. Ille in continuo; *Non ita*, inquit, fiet, *ſed quoniam me Pater ſanctus Benedictus hac nocte curauit, oportet vt de noſtra ſubſtantia tanto medico fiat retributio.* Obtulit deinde magna

munera ei cœnobio; & vt tam Benedictus Papa, quam reliqui eius itineris comites donariis locupletarent, exemplo præiuit: tantæque poſtea ad monaſterium Caſſinenſe deuotionis fuit, vt ſi aliquanto diutius vixiſſet, relicto Imperii culmine, DEO ſe in ſanctæ conuerſationis habitu ibidem ſeruiturum promitteret. Cauſa fuit, cur tanta veneratione ſanctum Benedictum proſequeretur. g Aliquando enim, eo tempore, quo Dux erat, cum iter agens ad monaſterium quoddam Benedicti Patris nomine dedicatum hoſpitatus eſſet; quoniam equorum illius multitudinem ſtabula conſueta non caperent, in ipſo Capitulo, quod iuxta Eccleſiam erat, eius ſtabularii aliquot equos locare auſi ſunt. Nocte igitur eadem S. Benedictus eidem Duci Henrico toruis ac minacibus oculis apparens, eiq; plurima, quod domum ſuã ita tractaret, inie̅tans, virga quam manu geſtabat, illius latus percuſſit; & ex tunc ille vehementi dolore lateris torqueri cepit, ſimulque ſanctum Benedictum maximo in cultu & æſtimatione habere.

g *Leo ſup. cap 46.*

III. Boleſlaus Rex Polon. res fidei tuetur. h *Dlugoſſus in Boleſlao.*

In Regno Poloniæ & vicinis regionibus, ſatanæ facibus inuidiæ malignitas excitata, videns Catholicæ religionis fidem cultumque in breui temporis ſpatio, primo quidem ſub Miecislao Duce, deinde ſub Boleſlao I. Rege vehementer germinaſſe, & funiculos tentorii ſui latiſſima propagine diffudiſſe, turbinem & procellam in eodem regno exciuit, & res fidei extinguere, & quietem ſtabilitatemque ciuilem niſus eſt perturbare. Nonnulli ſiquidem nobiles Poloniæ, ſatana ſuggerente, propter oneroſam decimarum manipulatium ſolutionem, oneroſos Chriſtianos ritus dice̅tes, hi præſertim, qui in ſpurcitiis genitalibus enutriti, iugum orthodoxum non facile tolerabant, ad ritus redire profanos, & vetuſtam ſacrilegamque vitam reſumere, & decimas non reddere tempore inſtituto, nec Eccleſias frequentare, miniſtroſque & Sacerdotes de eorum Eccleſiis pellere frequenti conſpiratione diſponebant. Id cum ad Boleſlai Regis aures perueniſſet, non tulit fideliſſimus Catholicæ fidei propugnator gliſcentem conſpirationem conſurgere; ſed in ipſo ſuo ortu illam mox extinxit. Auctores enim illius, miſſis militibus, comprehendit, & capita conſpirationis partim capitali ſupplicio, partim verberib. mulctauit: cæteris minus reis, & ſola contagione fœdatis, aliorumq; ſuaſionem ſecutis parcendum decreuit.

IV. Concil. Salegunſtad.

Hoc eodem anno, celebrata eſt Synodus Salegunſtatenſis, loco apud Moguntiam appellato. Sancitum eſt ieiunium, dierum quatuordecim ante feſtum ſancti Ioannis Baptiſtæ. Itemq; vt impediti aliquo delicto non liberentur per ſuſceptam peregrinationem ad limina Apoſtolorum, ſed prius in loco, vbi deliquerint, Sacerdoti ſatisfaciant, inde ſi velint, cum licentia ſui Epiſcopi, acceptis ab eo literis Romam peregrinentur.

IV. Guido Aretinus.

Ipſo eodem anno, duodecimo Calend. Decembr. ex hac vita deceſſit S. Bernuuardus Hildeſemenſis Epiſcopus; cui ſucceſſit S. Gothardus. Guido quoque Aretinus profeſſione monachus, muſicus inſignis innotuit, qui intra paucos menſes eam artem, hactenus difficillimam, ſe poſſe docere demonſtrauit.

IESV CHRISTI ANNUS 1023.

BENEDICTI VIII. PAPÆ ANNO XII. HENRICI Imperatoris anno 10. Baſilii & Conſtan. Imp. ann. 48.

I. Congreſſus Imp. cum Rege Franc.

ANNO *Chriſti* 1023. Henricus Imperator in Germaniam reuerſus, cum Roberto Galliarum Rege ad colloquium ſuper Moſam fluuium venit, de rebus Eccleſiarum & reipublicæ tractaturus. Modum aliqui inuenerant, quo ſine præiudicio honoris conuenirent. Scilicet, vt duabus nauibus in medium profluentis accederent. Ita enim videbatur, quia neuter prior, vel prius accederet. Cæterum Imperator habens illud in mente; *Quanto maior es, tanto te magis humilia*, prior ad Regem tranſiuit, ac omne genus officii in Robertum demonſtrauit. Altera die Robertus ad Imperatorem tranſiuit, atq; reciproca demiſſione Henricum demeruit.

Conc. Moguntin.

Moguntiæ Conc. generale Epiſcoporum Germaniæ, præſente Henrico celebratum eſt. Interfuit illi S. Gothardus Epiſco. Hildeſemenſis, & mulierem quamdam à dæmonio inſeſſam liberauit. Quo tempore S. Hartuicus Salisburgenſis Epiſcopus mortuus eſt, cuius res geſtas ſcripſit S. Eberardus.

IESV CHRISTI ANNUS 1024.

IOANNIS XX. PAP. ANN. I. HENRICI IMP. ann 11. Baſilii & Conſtantini Imp. anno 49.

I. Benedicti PP. obitus. d *apud Sur. 1. Ianuar.*

ANNO *Chriſti* 1024. Benedictus Romanus Pontifex, tertio Calend. Martii defunctus, ſucceſſorem habuit Ioannem ſuum germanum. d Epiſcopus Capuanus, vidit defunctum, nigro equo quaſi corporaliter inſidentem. Cumq; illũ cæptum iter carpere cerneret; *Heu* tu, inquit, *nonne tu es Papa Benedictus, quem defunctum liquido noueram?* *Ipſe*, inquit, *infelix ego ſum*, *& ille: Quomodo tibi eſt, Pater? Grauibus*, ait, *tormentis afficior; ſpe tamen, ſi adiutorium præbeatur, de meâ recuperatione non priuor. Sed perge quaſo ad fratrem meum Ioannem, qui nunc Apoſtolicam occupat ſedem, eique, mea functus legatione, denuncia, vt illam potiſſimum ſummam, quæ in tali theca reconditur, in pauperes pro mea ſalute diſtribuat, ſicque me redimendum eſſe, quandocumque diuina miſeratio decreuerit, agnoſcat. Nam cætera, quæ pro me indigentibus tradita ſunt, nihil mihi penitus profuerunt, quia de rapinis & iniuſtitiis acquiſita fuerunt.*

Viſio de Bened. detento in Purgat.

Narrauit hæc Ioanni Papæ Epiſcopus, & mox dignitate depoſita monachi habitum induit, eoque modo ſalutem ſibi ex aliena calamitate procurauit. Ioannes quoque Portuenſis Epiſcopus, eundem Benedictum Papam defunctum, per ſpeciem nocturnæ viſionis ſibi apparentem aſpexit, qui tam ei quam duobus aliis, quin pœnalibus conſtitutus eſſet in tenebris, indicauit, hoc inſuper addidit, qualiter beati Odilonis Cluniacenſis Abbatis meritis, eum ſuperna cenſura liberare decreuerit à tormentis. Eo obſecrante, Ioannes ſucceſſor Cluniacum quantocius miſit; Odilo autem Pſalmodias & orationes priuatim & publice fieri, eleemoſynas indigentibus erogari, ſacrificium quoq; Deo myſterii ſalutaris offerri, tum Cluniaci, tum in omnib⁹ monaſteriis ſibi ſubiectis fieri pręcepit. Cumque hoc fratres iugiter facerent, ecce quidam ſanctæ conuerſationis monachus, Heldebertus nomine, qui videlicet hoc obedientiæ fungebatur officio, vt inopes aleret, & indigentibus ſubſidia miniſtraret; per ſoporem vidit, quod quidam pulcher ac ſerenus aſpectu, atque ſolemni quodam nitore conſpicuus, clauſtrum monaſterii, magno candidatorum agmine ſtipatus, ingrederetur. In capitulum deinde, vbi Pater Odilo cum fratribus reſidebat, intrauit, ad eius genua caput humiliter flexit, eique (ſicut in geſtu corporis videbatur) gratias egit. Cumque inquireret; quis eſſet? reſponſum eſt ei, quia ille eſſet Benedictus ſummæ ſedis Epiſcopus, qui idcirco ſancto Odiloni gratias ageret, quia piis eius ſanctorumq; fratrum precibus & tartarei cruciatus euaſiſſet interitum & cum beatis ciuibus quieturus ſupernæ ciuitatis Hieruſalem meruiſſet ingreſſum.

II. Græci tentant obtinere à Rom. Pont. nomẽ vniuerſale. b *Glaber. li. 4. cap. 1.*

Per idem temporis, b Conſtantinopolitanus Patriarcha, Romam Legatos cum muneribus miſit, qui ab Ioanne Papa ſibi obtinerent, titulum œcumenici Patriarchæ. Verumtamen cum nihil plane impetrare potuerint, rurſus ſchiſmate Eccleſia laborauit.

III. Henr. Imp. obitus. c *Leo Oſtie.*

Eodem anno c Henricus Imperator tertio Idus Iulii mortuus eſt, atque Bambergæ ſepultus. Paulo antequam expiraſſet, Epiſcopis Abbatibuſque præſentibus, Chunegundam coniugẽ ſuam propinquis tradidiſſe dicitur,

l. b. 2. c. 47. & apud Sur. 3. Martij.

ac dixiſſe: *Recipite, quam mihi tradidiſtis virginem veſtram.* Quamquam autem illibatam virginitatem S. Chunegundis ſeruaſſet, tamen non potuit non aliquando calumniæ ſubiacere: apud Henricum Imperatorem conſuetudinis illicitę cum quodam milite delata. Cęterum cum ſibi nihil conſcia eſſet, ignitos vomeres, non ſecus ac flores, illæſis manibus, in teſtimonium innocentiæ contrectauit. Aliquis encomiaſtes in Henrici & Chunegundis connubium dicebat: *O coniugium non voluptate, ſed bona voluntate copulatum! O ſanctum matrimonium, vbi vna fides inuiolatæ caſtitatis, vbi vnus ſpiritus miſericordiæ & veritatis! vbi idem velle in virtutibus, idem nolle in vitiis: vbi nec primus nec alter diſcernere potuit, dum alter quod primus voluit: vbi par animus in multifariis operum effectibus pares in duobus oſtendit affectus.* Adalbero Epiſcopus Vltraiectenſis, recenſebat aliqua miracula, ab Henrico Pio Imper. patrata.

Henr. Imp. & eius vxor virgines & ſancti.

IV. Conradus Rex Germaniæ. d *Glaber lib. 4.*

Succeſſit Henrico defuncto, [d] Conradus Henrici Ducis Wormatiæ filius, & Gregorii Quinti P. M. ex fratre nepos. Fuerat is aliquando parentibus inuiſus, quia pacificus erat, & innocentiam vitæ diligebat; maiores vero ipſius, inuaſionis bonorum Eccleſiæ infamia laborabant. Hunc itaque S. Burghardus ad ſe vocatum, Dei timorem pariter & amorem docuit, & quaſi adoptiuum nutriuit; & quia conſtantiam animi in eo perſpexit, præ cæteris illum multum dilexit. Ab Archiepiſcopis & Principibus electo, vnicum obſtabat, quod relictam Erneſti Sueuorum Ducis ſuam affinem matrimonio copulaſſet. Quamobrem ab Electoribus rogatus; Num deſponſam Imperio anteferret; illam quidem ſciente Pontifice repudiauit, Imperium autem electus elegit.

Inceſtuoſum Connubium retardat electionem.

IESV CHRISTI
Annus 1025.

IOANNIS PAPÆ XX. ANN. 2. VAC. IMP. OCC. 1. Baſilii & Conſtant. Imp. ann. 50.

I. S. Chunegundis Augusta virâ monaſticam profitetur. a *apud Sur. 3. Martij.*

ANno Chriſti 1025. [a] Anniuerſario Henrici Imperatoris obitus die, qui in tertium Idus Iulii inciderat, conuocatis Epiſcopis ad ſolemnes exequias celebrandas, Chunegundis Auguſta inter miſſarum ſolemnia, Imperialibus ornamentis culta; ante principale altare virgo Deo deuota proceſſit; ibique theſaurum incomparabilem, ligni videlicet Dominici Crucem, paruam quidem in materia, ſed virtute Domini permaximam obtulit. At vbi lectio Euangelii, in qua ſuper arborem aſcendens Zachæus Ieſum meruit videre, lecta fuit, regalem purpuram exuēs, tunicam fuſciorem, quam ipſa ſibi manibus ſuis operata fuerat, ſacerdotali benedictione data, veſtem religionis induit; & multis quidem pro ſe flentibus, pro illa autem gaudentibus, quæ iam ſeculum damnaſſet in veſtibus, capilliſque, (qui huc uſq; in eodem monaſterio Confugienſis Eccleſiæ pro veneratione ſeruantur) præciſis, impoſito ſibi ab Epiſcopo velo, annulo fidei ſubarrhata, gratulabunda cōcinuit; *Poſuit ſignum in faciem meam; & Annulo ſuo ſubarrhauit me Dominus Ieſus Chriſtus.* Ita ſponſo Chriſto conſecrata, dum filiarum ſuarum ſe ſanctiſſimo contubernio applicuiſſet, non vt mater filiabus ſe præferebat, ſed omnibus inſeruiens, ſeruilem perſonam ſe oſtendebat: ita tamen, vt cum omnia faceret, oſtentationem fugeret ſingulorum; ſcilicet, ne in præſenti ſeculo mercedem ſuam reciperet. Duxit poſtea in eodem monaſterio vitam Angelis parem, & multis miraculis illuſtrem.

II. Guillelm. Dux Aquitan. tentat res Italiæ & Imperium. b *Fulbert. ep. 90.*

Eodem anno, [b] dum Conradus eſſet in itinere Romano ſuſcipiendo, Dux Aquitaniæ Guillelmus, præuenire illum inſtituit, ſi forte poſſet Italorum animos ſibi conciliare; atque eorundem ſuffragio Imperium adipiſci. Fuit Guillelmus etſi ab aliis virtutibus, maxime tamen à religione & clementia commendatus. Altaria multa, templa atque monaſteria conſtruxit: ab hac, quoſcunque victor vnquam viuos cœpit, nullum interemit, neq; interimere permiſit, ſed ereptos à morte & mulctatione membrorum incolumes abire præcepit. Meruit ab hac pietate aliquam partem capitis S. Ioannis Baptiſtæ inuenire. quod tantæ venerationi vniuerſo Galliarum Regno fuit, vt etiam Robertus Rex ipſe venerit, & maximis muneribus Sanctum Domini præcurſorem honorarit.

III. Baſilius Imp. moritur. c *Curopal.* d *Cromer. lib. 3.*

Obiit hoc anno, [c] Baſilius Imp. cum vixiſſet annos ſeptuaginta. Paulo ante ipſum exceſſit Euſtathius Conſtantinopolitanus Patriarcha, ſucceſſore relicto Alexio ex monacho. [d] Tertia quoq; menſis Aprilis, obiit Chriſtianiſſimus Princeps, religione præſtans, potens armis, propagator, propugnator, & conſeruator Chriſtianæ religionis, & Regni dilatator eximius, Boleſlaus Poloniæ Rex, cognomento Chrobri, hoc eſt, vir altæ & heroicæ virtutis, cum quinquaginta octo annos vixiſſet, ſex & viginti regnaſſet, & iam antea (quod decuit Chriſtianum Principem) præmuniſſet ſe ad propinquum exitum, iterata ſæpe confeſſione, & pro extremo viatico deſumpta ſacratiſſima hoſtia, Prophetico Spiritu prædixit, ea quæ poſtmodum in Regno Poloniæ euenerunt. Eius morte vniuerſa Polonia optim. virtuti Rege orbata, annum totum in luctu fuit; ita vt neque conuiuia vlla, neque choreæ celebrarentur, neque pretioſioribus veſtibus quiſquam nobilium virorum aut fœminarum ſeſe veſtiret. Poſnaniæ moderata pompa ſepultus, ſucceſſit filius Miecislaus, ſed virtuti paternæ inæqualis.

IV. Gunichildus & Bernardus Angli, Fidei Chriſtianę in Inſulis trans Noruegiā propagatores.

Floruere hoc eodem anno, Gunichildus & Bernardus Angli, S. Olaum Noruegiæ Regem ex Anglia ſecuti, eundem primum populumque ei ſubiectum monitu & doctrina ſalutari Deo diſpoſuerunt: erant enim virtutibus & doctrina clariſſimi. Deinde benigne ab Vnuano Archiepiſcopo Bremenſi Regia commendatione ſuſcepti, & in Apoſtolico munere confirmati, iuſſu eiuſdem Regis ad Suetiam, Gothiam, & ad cæteras inſulas quæ trans Noruegiam ſunt accedentes, concionibus ſuis in paganorum animis magnos motus excitarunt, ac Regnum Ieſu Chriſti in illis regionibus ſtudioſe propagarunt. *Adam. Bremenſ. lib. 2. c. 40. & Cæſ. Baron. Tom. II.*

IESV CHRISTI
Annus 1026.

IOANNIS PAPÆ XX. ANNO 3. OCCID. IMP. vac. anno 2. Conſtant. Solius Imp. ann. 51.

I. S. Burchardi obitus. a *Vita Burchardi in praamb. ad tit. Decret.*

ANno Chriſti 1026. [a] Conradus electus Imperator, antequam Romam iret, voluit ſuum nutritorem S. Burchardum Wirtzburgenſem Epiſcopum conuenire. Paralyſi reſolutus tunc iacebat Burchardus, vicinam mortem expectans. Tanto tamen tempore in oratorio orauit, vt & Conradum ſuſciperet, introeuntem, & comitari abeuntem, regrediq; in ſuam domum poſſet: vbi cum ſe ſpoliaſſet, & barbam, collum, coronamque raſiſſet, tandem aqua totum corpus perluit, ne ſcilicet famuli poſt mortem haberent occaſionem ipſum detegendi: namque is ipſe omnia etiam funeri perneceſſaria ſecum tranſtulerat, ſeque ipſe veſtibus albis, in quibus ſepeliretur, induerat. Indutus ad moriendum, conuocatis omnibus hæc ad eos dixit: *Patres venerandi, fratres amandi, filioli dilectiſſimi, veſtro auxilio iam apud Deum indigeo. multum enim doleo, quod vos, vſque modo negligenter præcedebam, neque vltra modum ſuper vos ſuperbe exaltabam, & non, vt iuſtum fuerat, vos honorificabam, me diligebam. Sed ſuperbia illa quid mihi modo profuit?*

Exhortatio Burchardi ad ſuos fratres ante ipſius obitum.

vel arrogantia, quid me adiuuit? Multum mihi tunc obfuit, multaque mihi offendicula parit. Heſterno namque die fui ex ditiſſimis; ſed iam expecto, quod mox futurus ſim vt ſtercus & cinis. Talis eſt gloriatio noſtra, talis eſt dominatio mundana. Nudus quippe egreſſus ſum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc, nihil præter peccata mea reportans, niſi miſericordia Dei exhortante, aliquid boni fecerim aliquando, hoc apud Deum me inuenturum eſſe ſpero. Ecce nunc ſum lotus, ecce viam longiſſimam iturus, legationem duriſſimam expecto paratus. Ex his miſeriis facile cognoſcere poteſtis viuentes mundanarum rerum gloriationes quam fragiles & inſtabiles ſint, quam plena malis; quam cæca futura, quæ per ſpeculum haud cognoſco quaſi in ænigmate, quamuis eiſdem adhuc ſubiacentia ex parte. Ergo cui ſeruiui, arbitro Deo meo Regi ſempiterno, me meaque indubitanter committo, vt ipſe me defendat, & ſecum illuc perducat, vbi anima mea terribiles occurſus non timeat. Hæc locutus Burchardus, tandem apertam corporis ſui diſſolutionem aperte pronunciabat. Nocte proxima tandem ante obitum, de lecto ſe erexit, & oculis ac manibus in cœlum intentis diutius orauit: deinde in lectum reuertens ſorori ſuæ Abbatiſſæ dixit: Ecce quod concupiui, iam vides.

Subiunxit interim, *Dominus vobiſcum*; quod cum tertio repetiiſſet, Sacramentis præmunitus ad cœlum receſſit. Poſt mortem, nihil aliud in eius ſcriniis quod proprium haberet repererunt, præter tres denarios, cilicium hirſutiſſimum, & catenam ferream ex vna parte quaſi ex vſu contritam. Reliquit autem egregia ſuæ pietatis & ingenii monimenta, nempe libros viginti Decretorum, ex ſacris Conciliis, Summis Pontificibus, Sanctiſque Patribus collectorum, quorum nouiſſimo, libros pœnitentiales, nempe Romanum, Bedæ & Theodori ſimul iungens, in viridem obſeruantiam reuocauit priſtinam Eccleſiæ diſciplinam. Inſuper ad Clerum ſuum admonitionem, in Eccleſia à Diacono poſt lectionem S. Euangelii recitaram de his, quæ præſtanda eſſent ab ipſis, ſexaginta ſex breuibus capitibus diſtinctam, ſcriptam, vt doctrina ſacrorum canonum in compendium redacta, ſic apud eos perſeueraret.

Scripta S. Burchardi.

II. Conradi in Italiam aduentus. b *Glaber lib. 4.*

Porro [b] Conradus Imperator, cum primum S. Burchardum viſitaſſet, in Italiam venit: cui Ioannes Papa Comum vſque obuiam proceſſit. Aliqui illibenter viderunt eum ingredientem. Namque Papienſes cæterorum ſuperbiſſimi palatium Regis in ſua ciuitate operoſo ſumptu conſtructum vſque ad ſolum deſtruxerant; necubi conſiſteret adueniens. Itaque Vercellis oportuit illum Sacrum Paſcha celebrare, cum Papienſes minus gratos aſpiceret. Cepit poſtea Iporegium, quod inter reliquas ciuitates contra venientem conſpirarat.

III. De S. Bononio Bononienſ. & eius geſtis.

Hoc anno, vixit Bononius Bononiæ natus. Hic à teneris mundi illecebras fugiens, in S. Stephani Cœnobio factus eſt monachus. Vbi cum fructus eximios feciſſet, maiorem perfectionem contendens, omnibus relictis, in ſolitudinem apud Babylonem in Ægyptum ſe contulit. Vbi fama ſanctitatis eius peruagante, feris Barbarorum mentibus deliniris, à Proceribus Regionis adiutus, non modo diruta templa, ſed & monaſteria iacentia reſtaurauit. Ægypto peragrata, doctrina & miraculis, nouos Chriſto cultores acquiſiuit. Cum aliquando Alexandriam cum mercatoribus Ægyptiis nauigaret, iiſque Chriſtum incaſſum annuntiaret, orta ſæuiſſima tempeſtate, cum ſe in ſummo vitæ periculo conſtituros viderent, Bononium orantes, ſi periculum precibus eius euadant, ſe in Chriſtum credituros, promiſerunt. Mox vbi ille preces fudiſſet, tempeſtate diſcuſſa, cœlo ſerenitas, marique tranquillitas reſtituta eſt. Quare Alexandriam incolumes peruenientes, baptizati ſunt. Inde Bononius ad amicam ſolitudinem, apud Babylonem recedens, vigiliis, ieiuniis, orationibus piiſque exercitiis vacare cœpit. Pauperum illi præcipua cura erat, erat illi pro lecto, humus dura, pro linteaminibus aſperum cilicium, pro ceruicali lapis, atque talis poſt aſſiduos labores requies. Cum Chriſtiani, qui eo tempore ad ſacrum bellum proficiſcebantur, aduerſario Marte cum Ægypriis manus conſeruiſſent, plurimique in captiuitatem deueniſſent, in illis fuit Petrus Epiſcop. Vercellenſis; ad quem ſolandum Bononius accedens, bono animo illum eſſe iuſſit. Nam cum apud Reginam ob ſanctitatis famam plurimum poſſet, illam, vt apud Regem, pro Epiſcopo & concaptiuis intercederet, orauit. Quo facto, Rex omnes captiuos Bononio donauit. Locedenſis monaſterii abbate defuncto, illi Petri Epiſcop. opera Bononius ſuffectus eſt, ibique concita in eum tempeſtate, in Hetruriam venit, vbi veteri monaſterio inſtaurato, monachos ſanctiſſimis legibus inſtituit. Reuerſus ad monaſterium Locedenſe, mortuus eſt 3. Kalend. Septemb. à Ioann. XX. Pontif. in SS. numerum relatus. *Ex Sur. Tomo 4.*

IESV CHRISTI
Annus 1027.

IOANNIS XX. PAPÆ ANNO 4. Conradi Imp. anno 1. Conſt. Solius anno 3.

II. Conradus coronatur Imp. a *Otto Friſingenſ. lib. 6. c. 29.*

Anno *Chriſti* 1027. [a] Conradus Rex pridie cœnæ Dominicæ Romam veniens ipſa feſtiuitate Reſurrectionis Domini, inter Canutum Angliæ & Rudolphum Burgundiæ Reges procedens, in Baſilica S. Petri ab Ioanne Pontifice inauguratus, diadema imperii & nomen Auguſti accepit. Coniugem quoque, quam ſtricto iure repudiare debuerat, per diſpenſationem Summi Pontificis retinuit; quamquam Germaniæ Principes ægre ferrent. [b] Aderat tunc gratia deuotionis in vrbe Canutus Rex Anglorum, qui quod ſuos nimis grauari conquereretur, tum nimia exactione occaſione palliorum, tum nimia detentione in Clauſis Italiæ occaſione peregrinationis Romam euntium; vtriuſque rei tum à Pontifice, tum ab Imperatore habita eſt ratio. Iſtud ipſe per literas ſignificabat totius Angliæ, Danimarchiæ, Noruegiæ, & Magnæ partis Sueonum, Metropolitanis, Epiſcopis, primatibus & toti genti Anglorum, tam nobilibus quam plebeis. Addebat & hæc memoria Principum digniſſima: *Nunc itaque ſit notum, quia ipſi Deo ſupplex deuoui vitam meam amodo in omnibus iuſtificare, & regna mihi ſubdita, populoſque iuſte & pie regere, æquumque iudicium per omnia obſeruare, & ſi quid per meæ iuuentutis intemperantiam, aut negligentiam hactenus, præter quod iuſtum erat, eſt actum; totum, Deo auxiliante, diſpono emendare. Idcirco obteſtor, & præcipio meis conſiliariis, quibus regni conſilia credidi, ne vllo modo, aut propter meum timorem, aut alicuius potentis perſonæ fauorem, in aliquam iniuſtitiam amodo conſentiant, vel faciant pullulare in omni regno meo. Præcipio omnibus etiam Vicecomitibus, & præpoſitis vniuerſi Regni mei ſi meam volunt habere amicitiam, aut ſuam ſalutem; vt nulli hominum, nec diuiti, nec pauperi vim iniuſtam inferant: ſed omnibus tam nobilibus quam ignobilibus ſit fas iuſta lege potiundi, à qua nec propter fauorem regium, nec propter alicuius potentis perſonam, nec propter mihi congerendam pecuniam vllo modo deuient. quia mihi nulla neceſſitas eſt, vt iniqua exactione mihi pecunia congeratur.*

b *Wilelm. Malmeſb. de geſt. Reg. Angl. lib. 2. c. 11.*

Canuti Reg. Angl. literæ ad ſuos.

Hæc & alia plura Canutus Rex Anglorum ex vrbe ad ſuos. Inde reuertens, apud Papiam brachium S. Auguſtini Doctoris centum talentis argenti, & talento auri comparatum, Conuentriam miſit; ipſe autem Danimarchiam acceſſit. Sed nec Imperator diu Romæ hæſit, irritatus tumultu inter Romanos & Germanos excitato, in quo non pauci ceciderunt.

Brachium Auguſtini.

II. Impoſtores nundinatores Reliquiarum. c *Glaber lib. 4. c. 3.*

Per id temporis, [c] apud Caſtrum Montis fortis in Diœceſi Aſtenſi prouinciæ Lombardiæ, magna colluuies

Digitized by Google

uies perditorum quorundam tum incantationibus magicis, tum hæreticorum erroribus, longe lateque populos ſimplices inficiebant. Colebant idola; cum Iudæis ſacrificia immolabant; pacta cum Satana pangebant, præſtigiiſque quamplurimis, præcipue ex oſſibus mortuorum, quæ pro ſacris reliquiis venundare conſueuerant, multis illudebant. Tanta autem pertinacia errori concepto inhærebant, vt ante erat illis crudeli morte finiri, quam ab hæreſi quoquo modo poſſent ad ſaluberrimam Chriſti Domini Fidem reuocari. Plurimos ex eis captos, Marchiones & Epiſcopi igne exuſſerunt. Contigit in vicino altero quodam caſtro, quemdam militem, cui nomen Hugo, ægrotare. Ad eum, cum mulier quædam ſectæ illius aduenisset, vidit cum eadem muliere ad ſe innumerabilem exercitum in nigerrimis veſtibus, faciebuſque teterrimis intrare.

Dæmon militi apparet mulcta ei promittens.

B Promiſit quidem illa ægro ſanitatem, continuoque receſſit; ſed ad miſerum illum, ſtatim globus ille dæmonum acceſſit, quorum qui princeps videbatur, ad eum inquit; *Ecquid ſe cognoſceret.*

Cumque Hugo interrogaſſet; *Quis eſſet?* Ille reſpondit; *Potentiſſimus potentum, ac ditiſſimus diuitum. Ego*, ait inſuper, *qui occurro tibi, ſi me tantum credideris iacere poſſe, & te à morte, quæ præſens imminet, eripiam, longoque viuet tempore. Et vt certiſſime credas quod ſpondeo: noueris meo auxilio, meaque induſtria Conradum hoc tempore Imperatorem eſſe creatum. Tu quippe bene noſti, quod nullus Imperatorum ita velociter omnem Germaniam, atque Italiam, ſicut iſte, ſuæ ſubiugauit ditioni. Noui*, inquit, æger, *& mirum diu mihi cum cæteris fuit.* Deinde vero primæ fraudis auctor adiecit: *Nonne etiam in tranſmarinis partibus regnum Græcorum poſt*

C *Baſilium Michaeli mihi obedienti tradidi? Idcirco crede mihi, quia faciam tibi multo maiora, quam ſperare queas, teque ipſum ſanitati reſtituam.* Erat quippe fama tunc temporis, quod idem Michael Baſilii Imp. Cubicularius, ei venenum porrexiſſet, ſicque diadema Imperii obtinuiſſet. Interim ille Hugo in ſe reuerſus, dextera ſignum venerabilis Crucis exprimere tentans dixit; *Ego vero Ieſum Dei Filium teſtor, quem adoro, credo & confiteor; & non alium te omnino credidero, niſi vt fuiſti, & es, fallacem diabolum.* Tunc dæmon continuo hanc vocem edidit; *Quæſo ne brachium contra me erigas*: Sicque continuo omnis ille globus, vt fumus euanuit. Ille vero miles, cum omnia concurrentibus narraſſet, ante ſolis occaſum mortem obiit.

D Alius ex eadem ſecta, oſſa quorumcunque promiſcue effodiebat, & pro ſacris oſtendebat, venditabat, præſtigiiſque Satanæ nonnullas infirmitates curare videbatur. Cæterum vt facilius variis in locis illuderet, ſæpe ſæpius nomen mutabat; & nunc ſe Petrum, nunc Ioannem, nunc vero alium nuncupabat.

Impoſtoris cuiuſdam mendacia detecta.

Interrogatus aliquando; qui ſciret illa eſſe ſancti oſſa: reſpondebat; apparet, ait, mihi noctu Angelus, narratque ac docet quæcunque me velle ſcire nouerit; & tamdiu apud me manet vſque dum ego recedere compello. Cum autem inquirerent, an vigil, ſeu in ſomnis hoc cerneret, ſubiunxit: Per ſingulas pene noctes eripit me Angelus è lectulo, vxore mea ignorante, qui poſt multa colloquia ſalutans me atque deoſculans recedit. Hæc dicebat inquirenti Wilelmo Abbati, tunc quando cuiuſ-

E dam apud Bellouacum damnati, cuius etiam caput Antiſiodorum, vbi natus & nutritus fuerat, relatum, oſſa Marchioni Mainfredo impoſtor detuliſſet, & cuiuſdam ſancti Iuſti eſſe finxiſſet. Sed tandem, id quod erat, Deus reuelauit. Nocte enim ſubſecuta viſa ſunt à quibuſdam monachorum & aliorum religioſorum monſtruoſa, in eadem Eccleſia, in quam illius damnati oſſa fuerant illata, & in altari recondita, phantaſmata, à locello in quo incluſa habebãtur oſſa in forma nigrorum Æthiopum exiſſe, nec non ab Eccleſia receſſiſſe. Sed licet plures ſanæ mentis deteſtabile figmentum abominandum clamarent, vulgus tamen ruſticanæ plebis iniuſti nomen pro Iuſti venerans, olim in ſuo permanſit errore.

A Hoc anno [d] mortuus eſt S. Romualdus; poſt cuius obitum quinto anno, data eſt à ſede Apoſtolica monachis licentia, vt ſuper venerabile corpus eius altare conſtrueretur. Id erat ſolemne canonizationis per illa tempora: quo etiam honore affecta ſunt corpora SS. Romualdi Camerinenſis, Amici Ratiſponenſis, Guidonis Pompoſiani, Firmani Firmenſis, & aliorum cumplurium.

III. S. Romualdi obitus. d *Petr. Damian apud Sur. 19. Iun.*

Alphonſus etiam Quintus eius nominis Rex Legionenſis in Hiſpania, dum aduerſus Saracenos in Luſitania apud Viſæum præliaretur, ſagitta percuſſus, ſummo mœrore omnium interiit. Fuit enim inſigni pietate erga Dei Eccleſiam; & erga hoſtes illius Saracenos inuicto animi propoſito. Succeſſit ei filius Veramundus, cuius tempore florebat Attilanus Epiſcopus, & Florianus presbyter Legionenſis, ambo in Sanctorum numerum relati.

IV. Alphonſus Rex Legionenſ. moritur.

B Per idem temporis Garſias Rex Vaſconum ad Limina SS. Apoſtolorum venit, expiandi cauſa delicti in matrem commiſſi, cum falſo illam apud patrem adulterii accuſaſſet.

V. Rex Vaſconum pœnitentiæ cauſa Romam venit.

Hoc anno vixit Turgothus, pietate ac literis cumprimis clarus. Vnde cum Olaus Rex Sueonum Gothorumque Chriſtianiſſimus, ab Vnuano Archiepiſcopo Bremenſi nouos pro grege Dominico paſtores peteret. Turgotho meritis ac virtutibus eius præclaris ita exigentibus in Epiſcopum ordinatus, ac in Sueoniam miſſus, ſtrenue legationem ſuam in gentibus adimpleuit. Scarenſem Eccleſiam ab Olao Re[…] nuper erectam, primus rexit, duoſque nobiles Go[…]orum populos, Chriſto ſuo lucratus eſt labore. Poſt hæc diſ[…]ſtis ad

VI. De Beato Turgotho Epiſc.

C reditum rebus […]gentia per eum Vnuano Archiepiſcopo direxit Rex munera, cum pietatis ſuæ, tum amicitiæ indicia. Beatiſſimus vero Turgothus pro labore prædicationis ſuæ Bremæ diu cum Archiepiſcopo conſiſtens, aſperrimo lepræ percuſſus morbo, diem vocationis ſuæ cum magna expectauit patientia: tandemque bono fine conſummatus, in S. Petri tumulatus eſt Baſilica. Anno circiter Domini Milleſimo vndetriceſimo. *Adam. Brem. lib. 2. cap.* 41. *&* 46. *Abbas Stad. pag.* 117. *Krantz. in ſua Metropol. libr.* 4. *capit.* 11. Recenſente Ioann. Vaſtouio Sigiſmundi III. Polon. Reg. Bibliothec. Præfect.

D

IESV CHRISTI Annus 1028.

IOANNIS PAPÆ XX. ANN. 5. CONRADI Imp. anno 2. Conſtantini Solius ann. 3.

ANno *Chriſti* 1028. In Galliis mortuo Hugone Rege, Roberti Regis filio, magnæ turbæ, Conſtantia Regina præferente tertiogenitum Robertum, Henrico ſecundogenito, cui auus Robertus regnum deferri volebat. Fulbertus Carnotenſis magis in Henricum inclinabat, ſiue quod iuſtus ei eſſe videbatur, ſiue quod Roberto ſeniori ſtuderet. Præualuit ſane pars Henrici, ipſumq; in Regẽ iniunxit. Sed ad eam celebritatem non aduenit [a] Fulbertus, ægritudine ex qua hoc anno obiit

I. Diſſenſio in Galliis occaſione ſucceſſionis filiorum Reg. Roberti.

a *epiſt.* 41.

E impeditus. Fuit vir magnæ ſcientiæ, & ſanctitatis; & erga SS. Dei genitricem Mariam maxime deuotus; in eius enim laudem librum conſcripſit, baſi[…]camque conſtruxit. ab ea autem ſingulari remuneratus fuit dono, dum ipſi ægrotanti per viſum apparens, ſacra vbera ſugenda aperuit. Aiunt, Spiritu prophetiæ claruiſſe. Cum enim in extremis poſitum multi viſitarent, & ædium capacitas vix confluentibus capiendis ſufficeret; ille inter oppoſitas cateruas oculis rimatus Berengarium, viſu quo potuit expellendum cenſuit; quo teſtatus, immanem dæmonem prope eum conſiſtere, multaſque ad eum ſequendum, blandiente manu illicite corrumpere. Præſciebat à mala ſobole, & indigno tanto præceptore diſcipulo ad vniuerſam inficiendam Eccleſiam

Fulberti obitus & laudes.

exitiale parari venenum. vnde etiam antidotum ipſe voluit reliquiſſe bene compoſitum, dum in epiſtola ad Adeodatum prolixius ſcripta de veritate corporis & ſanguinis Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ dogma ſtatuit, atque confirmat, quod etiam in alia ad Fmardum copioſe exarata præſtitiſſe viſus eſt.

II. In Hiſpaniis hoc tempore, Atrilanus Legionenſis Epiſcopus, & Florianus presbyter diuini verbi præco eximius, in magna ſanctitatis opinione erant: eoque merito cœlitum numero adſcripti ſunt. *Marian. libr. 8. capit. 11.*

III. Horrendum Diuinæ vltionis exēplum. Hoc anno, Deus, ſiue paternum Sanctii ſcelus in filio, ſiue eius proprium crimen, ſi quod in Vigilæ Principis filios Garſias Comes Caſtellæ ipſe quoq; admiſerat vltus eſt. Namque non euaſit pœnam, quam Deus flagitiorum vindex præſcripſit. Aliquantis iniuriis Sanctius Comes, eius pater, forte & ipſe Garſias Comes Caſtellæ, Vigilæ Principis filios affecerat. Itaque illi vt erant à multo rerum vſu callidi, in ſocietatem ſceleris aliquibus idoneis ſibi adſcitis, in beneuolentiæ ſimulatione Garſiæ eius filio inſidias compararunt. Aduenienti illi Legionem, vbi Sanctiam Veremundi ſororem in matrimonium accipere decretum erat, quaſi officii gratia obuiam proceſſerunt, & procumbentes nixique genibus veniam poſtularunt, & manus oſculum petierunt, inter Hiſpanos ceremonia ſolemni. Quis in ſupplici habitu, concionem, & dolum ſuſpicaretur? Fallaces & incertas hominum voluntates, ac lætitiam nunquam ſynceram. Culpam in decus vetere, venia impetrata, cum properare debuiſſent, noua perfidia cumularunt, Principemque, vt erat candido animo, venturi ſecurum, & in ipſa pene lætitia nuptiarum, haud ſatis cautum impetu facto peremerunt, ad S. Saluatoris ædem, ipſamque ianuam; quo nimirum rei diuinæ procurandæ cauſa conuenerat. Immane atque impium facinus! Rodericus ipſe inter fratres natu maximus, quem de ſacro fonte infantem Sanctius ſuſceperat, nefarius parricida, primum ferire auſus eſt, reliqui coniurati ictus ingeminarunt. Sanctia prius vidua quam vxor, atroci nuncio exanimata, cum ſpiritus quem continuerat dolor, in præcordia eſſet reuocatus, in occiſi amplexus ruens, cœlum terramque eiulatibus compleuit. Miſerabilis rerum facies, cum ſumma lætitia, grauiſſimo luctu mutata eſſet. Vix contineri potuit, quin ſponſi tumulum viuens ſubiret. Parricidæ ex fuga Montionem delati, inque poteſtatem Sanctii Regis redacti, igne combuſti ſunt. *Marian. lib. 8. capit. 12.*

IV. S. Olaui Regis Norueg. martyrium. b *Adam hiſt. lib. 2. c. 40 & ſeq.* [b] Canuthus Anglorum & Danorum Rex, ab vrbe teterſus, Northmanorum perſuaſione rebellium, bellum contra Olauum eorum Regem ſuſcepit. Offenderat Olauus ſuos ſubditos, quod neque augures, neque magos, neque malefices, quorum præſtigiis infelices animæ ludificarentur, inter eos pateretur; quinimo mulieres quorundam principum, eorum criminum reas peractas, capitali ſupplicio affeciſſet. Scilicet deſiderans Antichriſti præcurſores è regno ſuo extirpare, fidemq; Chriſti illibatam conſeruare. Itaque cum arma contra eum Canuthus ſumpſiſſet, Principes illi quorum vxores caſtigarat, ſiue quod Canutho gratum eſſe putarent, ſiue quod ſe vlciſcerentur, in medio circo innocentem, & de re Chriſtiana bene meritum Regem obtruncatum ludibrio expoſuerunt. Corpus illius in ciuitate magna regni ſui Throndemis, magno cum honore ſepultum, plurimis claruit miraculis; feſtum vero illius celebre habebatur omnibus ſeptentrionalis Oceani populis, Northmanis, Suecis, Gothis, Semboris, Danis atque Slauis: die quarto Kal. Auguſti.

V. S. Vlfridi Martyrium. Hoc anno claruit Vlfridus Martyr. Is ex Anglia veniens Sueciamque diuini amoris inſtinctu ingreſſus, paganis verbum Dei, magna cum fiducia prædicauit. Cumque à multis prædicatione ſua, tenebras variarum ſuperſtitionum depuliſſet, plura etiam moliretur, & ſacrilegum errorem radicitus è tota Suecia extirpare

A niteretur, dignum & optatum inuenit Sancti Martyrii exitum. Congregato enim pro concione populo frequenti, idolum gentis celeberrimum, Iouis ſtatuam (ab incolis Thore-ſten dictum) anathematizare cœpit vociferans: ſi potens eſt veſter Deus, Thor, ſe ipſum vindicet: & arrepta ſecuri, ſimulacrum in fruſta concidit. Nil quidem ab idolo paſſus: verum ab adſtantibus mille petitus gladiis confoditur, fruſtatimque conciſus pœnas vt illi aiebant dedit violati vani numinis, verius, laborum ſuorum præmium purpura precioſa Martyrum decoratus accepit. Corpus eius Barbari laceratum poſt multa ludibria merſerunt in paludem vicinam. Sed præclare cum illo actum, qui vitam alioqui naturæ debitam, in ſacrificium Deo reddidit, victorioſa laurea dignus translatus ad me-
B liora. *De eo Adam. Brem. lib. 2. cap. 44. Abbas Stad. pag. 117. Crantz. in ſua Metrop. lib. 4. cap. 8. Genebrardus in Chron.* recenſente Ioan. Vaſtouio Sigiſmundi III. Reg. Polon. Bibliothec. Præfecto. quo autem loco conditus quoue honore, nondum conſtat.

Huic nō inferior S. Olaus Rex Noruegię, Olai Gothorum Sueonumq; Regis gener: hic Euangelicæ veritatis ſynceritate in Anglia cōperta, Rothomagi ad gratiam baptiſmi deuota animi alacritate peruenit. Purificatus lauacro ſalutari ad proprium Regnum redit, multos ſecum ab Anglia habens Epiſcopos & presbyteros, quorum monitu & doctrina cor ſuum Deo præparauit ſubiectumque populum ad regendum commiſit. Sed & ipſe nouo rerum ordine Apoſtoli vice fungens, Chriſti gratiam paſſim omnibus prædicauit innume-
C rabilemque populi multitudinem Domino acquiſiuit. VI. De S. Olao Norueg. Rege & eius geſtis ac martyrio.

Inter ipſum autem & Canutum Danorum Regem bellum fuit continuum, nec ceſſauit omnibus diebus vitæ eorum Danis pro imperio certantibus; Noruegianis vero pro libertate repugnantibus. In qua re iuſtior erat cauſa Regis Olai, cui bellum neceſſarium magis fuit quam voluntarium. Si quando autem tempus à bellorum motibus quietum erat, Olaus iudicio & iuſtitia Regnum gubernauit. Inter cætera enim virtutum opera, magnum honoris Diuini zelum habuit, ita vt maleficos de terra diſperderet; quibus cum totus Septentrio abundaret, præcipue Noruegia talibus monſtris plena erat.

D Nam Diuinatores & Augures, Magi & Incantatores, cæterique ſatellites Antichriſti ibi ſedem fixerant, quorum præſtigiis & incantationibus infelices animæ ludificabantur à Dæmonibus, & in exitium ſempiternum trahebantur. Hos omnes & huiuſmodi ſimiles Beatiſſimus Rex Olaus ſtrenue perſecutus eſt, vt ſublatis ſcandalis, firmius in Regno ſuo religio Chriſtiana eluceſceret.

Aliud non minus celebre reliquit ſanctimoniæ ſuæ exemplum. Die Dominico cogitationibus grauatum cum gereret animum, baculumque manibus teneret, cultello (vt ſolet cogitabundis accidere) particulas ligno detrahebat, non ſatis aduertens quid ageret: admonitus à quopiam ex adſtantibus per iocum potius quam ſerio de violatione diei feſti, non leui-
E ter in ſe ipſum animaduertere decreuit. Memor quippe verbi ſapientis: Per quæ quis peccat, per eadem eſſe puniendum: omnia illa ſegmenta ligni diligenter collegit, manuique ſuæ impoſitas curauit incendi, vt à membro quod deliquerat pœnas exigeret. Hac ſeueritate in ſe vſus, non diſſimulauit in cæteris, criminibus in legem Dei commiſſis nō direxit in conſpectu oculorū eius qui loquitur iniqua, in matutino interficiebat omnes peccatores terræ, Regem Iſraelis imitatus: Vnde etiam multorum, vt fit, in ſe odia concitauit. Quibus ex rebus effectum eſt, vt cum grauiſſimo premeretur bello à Canuto, proditus à ſuis, fuga ſibi conſulere ſit coactus; perueniretque in Sueoniam, vbi à ſocero Olao rebus neceſſariis adiutus, contractiſque auxiliis vnde-

cunq;

Digitized by Google

cunque totam ſpem fiduciamque ſuam in Domino reponens, denuo ad comprimendos maleficos & Idololatras bellum inſtaurauit, ac opitulante Domino qui ſuos, quando vult, humiliat & ſubleuat, deducit ad inferos & reducit, regnum repetiuit & proſperatus eſt. Vnde Rex Chriſtianiſſimus fortitudine in hoſtes, & iuſtitia in ſuos celebris, ad hoc ſe in Regnum à Deo credidit reſtitutum, vt deinceps nemini parceret, qui vel maleficus permanere vellet, aut Chriſtianus fieri detrectaret. Cum igitur perſequeretur criminoſos, nec conuerteretur, donec deficeret, inueterato malorum odio, noua acceſſerunt odiorum incentiua. Erant ex Proceribus Regni ſui qui in gratiam Canuti Regis Danorum in Olaum coniurabant, remanſerant etiam pauci ex maleficis in vltionem eorum, quos Rex damnauit. Quare ad arma conclamatur in Regem, ipſeque non omnino imparatus, exercitum habuit expeditum, degebatque in Caſtris, hoſtium opperiens aduentum. Dormiebat in tentorio ſuo Rex Chriſtianiſſimus. Cum iam hoſtes imminerent expergefactus à Principe militiæ ſuæ: Vtinam, inquit, paululum adhuc quieſcentem expectaſſes, vt viſionis quæ pandebatur exitum perſpexiſſem. Videbam mihi adſtare ſcalam, cuius cacumen cœlum ipſum attingebat, meque per illam conſcendiſſe, & vſque ad ſuperi portas perueniſſe Regni, iamiamque ingreſſurum importuna compellatione pertuliſti attonitum. Ipſa iam beati Regni felici propinquitate ſucenſus videre percupiebam, quæ Dominus oſtendere dignaretur. Vix hæc effatus eſt, cum ſuperuenientibus hoſtibus à ſuis proditus, & latenter, in gratiam Canuti Regis, ipſum Regnumque eius inuadentis trucidatus, de caſtris tumultuariis ad imperatoria Palatia Regis æterni, ita Domino meliora famulo ſuo prouidente & ex tribulationibus temporalium aduerſitatum ſuauiſſimas ficus ſolidiorum gaudiorum colligente, migrauit Anno Redemptionis noſtræ milleſimo viceſimo octauo. Extinctum perduxere Trondhemium, nunc Nidroſiam vocant Regni Metropolim, ibique ſolenni funere contumulauere. Declarauit autem Dominus crebris miraculis, quæ per eum operari dignatus eſt, quanti ſit apud illum meriti in cœlis, qui tam mirabilibus factis claruiſſet in terris: Rex omni æuo, dum viueret ſanctiſſimus, omnibuſque regionibus Aquilonis per æuum celeberrimus: cuius patrocinio ſingulari vicina Regna ſe commendant. *Annales Suetici, Danici & Noruegici Adam. Brem. libr. 2. capit. 40. & in deſcript. Noruegiæ Abb. Stad. pagin. 116. Crantz. Metropol. libr. 4. capit. 8. Saxo Gram. lib. 10. Ioan. Magnus lib. 17. & c. 8. Caſ. Bar. To. 10. Martyrologium Rom. 29. Iulii.* Recenſente eodem qui ſupra.

VII. Obitus Cõſtantini Imp. & Romani ſubrogatio. c *Curopal.*

Eodem anno, c die nona Nouembris, mortuus eſt Conſtantinus Imperator, cui vt Romanus ſuccedere poſſet, repudiata priore coniuge, Zoen defuncti Conſtantini filiam vxorem accepit, ſicque conſanguinitatis gradu imperium adeptus eſt.

IESV CHRISTI
Annus 1029.

IOANNIS XX. PAPÆ ANNO 6. CONRADI IMP. aun. 3. Romani Imp. ann. 1.

I. Roberti Regis & prædeceſſorum eius pietas. a *Helgald. in vita Roberti Reg.*

ANno Chriſti 1029. a Robertus Rex Galliarum, tradita ſibi à patribus pietate, Diuam Deiparentem Mariam, SS. Benedictum, Martinum & Anianum Confeſſores, & SS. Martyres, Dionyſium, Cornelium, Cyprianum, & Geneuefam ſpeciali cultu venerabatur. Ferunt Hugonem Patrem ei dixiſſe; *O optime fili, per ſanctam & indiuiduam Trinitatem te obteſtor ne quando animus ſubrepat acquieſcere conſiliis adulantium, vel muneribus, doniſque venenatis, te ad vota ſua maligna adducere cupientium. Porro de Abbatiis quas tibi poſt Deum perpetualiter delego, caue, ne animi leuitate ductus quicquam quolibet modo diſtrahas, diripias, aut ira excitante diſſipes. Specialiter vero tibi inculco, ne vllo pacto ducem omnium, patrem duo Benedictum à te patiaris diuelli, illum apud communem iudicem ſalutis aditum, tranquillitatis portum, poſtq; carnis obitum ſecuritatis aſylum.* Hac de cauſa itaq; S. Benedictũ præcipue colebat. Sanctum autem Anianum Aurelianenſem Epiſcopum propterea, quod Aurelianis eſſet natus, educatus, in Regem vnctus, & à grauiſſima infirmitate ſanitati reſtitutus. Aliquando cum quidam interrogauerat, vt quid talem & tantum Pontificem, & non alios ſanctos ad eum modum laudibus extolleret, reſpondit pienter: *Quia Anianus pro certo eſt vera mæſtorum conſolatio, laborantium fortitudo, Regum protectio, Principum defenſio, pontificum exultatio: clericorum, monachorum, orphanorum & viduarum egregia & inenarrabilis ſubleuatio.* Tanta itaque deuotione proſecutus S. Anianum, Eccleſiam ampliſſimam & XIX. altaria in ipſa, Regio ſumptu ædificauit; magnum numerum Archiepiſcoporum & Epiſcoporum, ad conſecrandam inuitauit; corpora SS. Aniani, Euſpicii, Monitoris & Floſculi Confeſſorum, Baudelii & Scubilii Martyrum, & Agiæ matris Sancti Lupi Confeſſoris, honorificentiſſimo loco collocauit; atq; ipſam Baſilicam multo auro, argento, gemmis, lapidibuſq; precioſis ornauit.

Robert. Rex templum S. Aniano Aurelus extruxit.

II. Concil. Lemouicenſ. in cauſa Apoſtolatus S. Martialis.

Per idem temporis celebrata eſt Synodus Lemouicenſis in cauſa S. Martialis eiuſdem Ciuitatis Epiſcopi, olim à Diuo Petro ad prædicandum in Gallias deſtinati: Num ſcilicet titulo Apoſtoli nominari deberet. In eadem Synodo, & in aliis poſtmodum, Bituricenſi, Lemouicenſi alia, & Pictauienſi in vtramq; partem diſputatum eſt de iſta re. Neq; potuit ea controuerſia definiri, abſq; ſedis Apoſtolicæ reſcripto.

IESV CHRISTI
Annus 1030.

IOANNIS XX. PAPÆ ANNO 7. CONRADI Imp. aun. 4. Romani Imp. ann. 2.

I. Expeditio Conradi Imp. aduerſus Hungaros diuinitus reddita irrita. a *Cartuit. apud Sur. 20. Aug. in Stephano.*

ANno Chriſti 1030. a Conradus Imperator pacis tranquillitate turbata, totius Germaniæ viribus & copiis contractis, Pannoniæ infeſta ſigna inferre conatus eſt. Tum vero Rex Stephanus Epiſcoporum & Principum coacto conuentu, in patriæ defenſionem totius Hungariæ exercitum euocauit. Cæterum ſecum prius perpendens, ſe nihil ſine Chriſti adiutorio poſſe, manibus ac corde ſurſum erectis, Dominæ ſuæ perpetuæ virgini Dei Genitrici ſuas iniurias commendans, in has prorupit voces; *Si placet tibi Domina mundi, tua partem hæreditatis ab inimicis deuaſtari, & nouellam Chriſtianiſſimi plantationem diſſipari; ne quaſo ſinas illud imputari diffidentia mea, ſed potius diſpoſitioni voluntatis tuæ. Si quid commeruit culpa paſtoris, ipſe luat: oues, quaſo, inſontes ne patiaris affligi.* His dictis tanquam accepta ab ea conſolatione, fidenter mouit in hoſtes. Altera die nuntius venit ad ſingulos quoſque Duces exercitus Germanorum, ab Imperatore literas afferens; quibus iubebantur retro pedem referre. Illis ergo diſcedentibus Sanctus Rex diuina miſericordia adiutum ſe ſentiens, humi ſe abiecit, gratiaſque Deo & SS. eius Genitrici egit, cuius protectione ſe, regnumque ſuum aſſiduis precibus commendare ſolebat. At Imperator ſuorum tam repentina defectione perterritus, ſciſcitabatur quidnam rei ipſis accidiſſet. audienſq; de nũtio, qui eos ipſius nomine redire iuſſiſſet; ſcienſq; illũ haud quaq̃ à ſe miſſum fuiſſe: non dubitauit conſilio & voluntate omnipotentis Dei rem geſtam ob fideliſſimi Regis ſpem corroborandam. Quamobrem ſe deinceps ab eius inuadendo Regno, timore illius Iudicis æterni cohibuit.

II. S. Emericus filius Stephani Reg. Hung. b *Cartuit. ſupr.*

Eodem anno b pridie Non. Nou. Sanctus Emericus Sãcti Stephani Regis Hungariæ filius mortuus eſt. Eius animam, ipſa hora qua deceſſit, quidam Græcorum Epiſcopus vidit, Angelicis manibus in cœlos deportari. Meruit propter vitæ ſanctitatem, qua egregie à Patre imbutus. Namq; is paterni amoris impulſus ſtimulis, libellum ei compoſuerat de morum inſtitutione, docen-

A eum, quemadmodũ ante omnia deberet retinere Catholicam fidem, ſtatum Eccleſiaſticum confirmare, honorẽ habere Præſulum dignitati, Principes & milites amare, iuſtitiæ & iudicii tenax eſſe, in cunctis ſuis actibus patientiæ ſtudere, hoſpites benigne recipere, benignius alere & fouere, ſine conſilio nihil agere, maiores ſuos ſemper ob oculos ſtatuere, precibus crebro vacare, pietatẽ & miſericordiã cæteraſq; virtutes conſectari. [c] Libẽter Emericus in Polonia apud Boleslaum Regẽ propinquum degebat. Quamobrẽ eo otãte Boleslaus monaſterium in monte Caluo conſtruxit; is vero portionẽ Crucis Chriſti, quam Cõſtãtinopolitanus Imperator patri eius Stephano magni muneris loco miſerat, quaq; ipſe ꝓ amuleto vtebatur, in eo loco repoſuit, vbi in hãc vſq; diem ſalutaria miracula hominibus eduntur. Poſt Emerici obitum Stephanus poſito animi mœrore, totum ſe contulit ad largam Dei miſericordiam promerendam. Cœnobiorum enim & Eccleſiarum miniſtris, monachis & clericis multa largitus eſt: peregrinis quoque, viduis & orphanis quã plurima erogauit. Exterarũ etiam prouinciarum monaſteriis regiæ munificẽtiæ dona innumera per nũtios ſuos crebro miſit. Propter quã pietatem Deus illum à coniuratione domeſticorum liberauit: vnde caperet experimentum, ſe ad probationẽ, non a. ad perditionem à Deo tentari permitti; vt ſcilicet faceret maximum ex tentatione prouentum.

Liberalitas Steph. Reg. in monaſt. & pauperes ac clericos.
c *Cromer. lib 3.*

B

[d] Romanus Imperator exordia adminiſtrationis ſuæ à pietate incæpit. Cum enim reditus magnæ Eccleſiæ miniſtrorum ſatis tenues eſſe ſciret, octuaginta auri libras excudẽdas curauit, quæ adderentur ad ea, q̃ quotannis ſuppeditari conſueuiſſent. Præbuit item pecunias infinitas, pro ſalute animæ ſoceri ſui. Eos quoq;, qui ab ipſo detrimẽti aliquid accepiſſent, conſolando curauit.

d *Curopal*

C

III. Eodem anno Petrus Senior Comes Soræ & Arpini, in agro Sorano, illo ipſo loco, vbi Fibrenus influit in Lirim, illuſtrato olim cunabulis Ciceronis, monaſteriũ in honorem Diuæ Dei genitricis extruxit, & prouentibus ditatum Dominico Abbati Ordinis S. Benedicti dedit, q ab eodem tẽpore S. Dominici cognomẽtum accepit. Sed non minus Soram illuſtrauit Illuſtriſſimus Cæſar Cardinalis Baronius Annaliũ Eccleſiaſticorum ſcriptor, antiquæ pietatis & integritatis nobiliſſima familia de Barono nuncupata natus. cuius maiores, Gregorius de Barono tẽpore Cœleſtini tertii P.M. ann 1192. & Leonardus de Barono tẽpore Bonifacii Papæ VIII. ann. 1296. Monaſterio Caſæ Marii multas donationes poſſeſſionum obtulerunt.

Antiqua Baronianæ familiæ monumenta.

D

IV. Floruit hoc anno Godeſchalcus apud Ramſolam in Saxonia monaſticam profeſſus vitã ſub regula S. Benedicti, Beatiſſimo Turgotho in Epiſcopũ Scarenſem ſuffectus à Libentio. 2. Archiepiſcopo Bremenſi. Quo miniſterio prædicationis digne peracto, ad amica clauſtri ſilentia reuerſus Luneburgenſis cœnobii curam ſuſcepit, ſanctoque fine quieuit. *Adam. Brem. lib. 2. c. 46. & 48. Abb. Stad. pag.* 118. *Crant. Metrop. li. 4. c.* 11. Hi tamen nullam renunciationis cauſam temporiſq; in prædicando conſumpri determinationem adferunt.

De S. Godeſchalco Epiſc.

V. Eodem hoc anno floruit S. Sigfridus Epiſcopus. Poſt facta n. Erici, Gothorum, Sueonũq; ſceptra, Magnatũ populiq; ſuffragio ꝓmeruit Olaus, pacis belliq; artib. inclytus. Is Chriſtianę religionis incenſus ſtudio ẽt Ethelredo Anglorũ Regi confœderatus ligatione ſolenni expedita prędicatores Euangelii ad ſe mitti petiit. Gauiſus vehementer Ethelredus hac pia Regis voluntate decreuit petitionem quantocius optimo effectui mancipare. Coacto igitur in conciliũ clero, ediſſerit propoſitũ Regi Olao, deinceps cœlorũ Regi militare, & fidei iugo collũ ſubmittere: hortatur proinde, vt ex ſuo numero idoneos aliquot dilatandæ fidei miniſtros eligãt, qui labores & vitæ pericula ꝓ Chriſti gloria perferre parati ſint. Tunc Beatus Sigfridus ex Eboracenſi Archidiacono Epiſcopus ordinatus, vir genere Regio, doctrina & authoritate illuſtris videns ex triduano colloquio nullos vel certe paucos repertos fuiſſe, qui ſe vellent tanto periculo committere, ipſe ſponte ſe ad eam peregrinationem obtulit.

De Sancto Sigfrido Epiſc. & Cõfeſſore & eius nepotibus Martyribus.

A

Igitur relicta patria ſuperatis longiſſimis & periculoſiſſimis maris itinerib⁹, cum tribus nepotib. & Beato Oſchillo cõſanguineo ſuo ꝑuenit ad Gothiã meridionalẽ vbi nũc Cathedralis Eccleſia Vexionẽſis cernitur. Quo in loco, cũ ſub papilionib. ſacrificiũ Deo offerret, à Præfecto Regio in eleuatione hoſtiæ, puerũ viſus eſt eleuaſſe. De cuius aduẽtu, & miraculis Rex ab eodẽ Præfecto certior factus, mox obuiã proceſſit aduentanti, atq; viro Dei verba ſalutis ꝑdicãti credidit ipſe, & omnis popul⁹.

Hac præda Chriſto acquiſita lætus Sigfridus, ſigna fidei Chriſtianæ quaqua verſum per Gothiã protulit, & vti fidelis ſeruus ac prudens, talentum ſibi creditum erogauit cum fœnore recipiendum.

B

Interea dum inſtituendis Eccleſiis occuparetur Venerabilis Põtifex Sigfridus, audit cũ magno animi dolore tres nepotes ſuos Vnamannũ, Sunamannum, & Vinamannũ, quib. Eccleſiã Vexionenſem cõmiſerat, occiſos, ſpoliatos, & abſciſſis ceruicib. in ſtagnũ vicinũ proiectos eſſe. De quib. interfectoribus Rex dignum ſuppliciũ ſumere voluit; ſed benigniſſimus Pontifex, ne occiderentur, orabat, deſurſum oẽm conſolationẽ expectãs. Nec Deus ſancto ſuo in toto dolore laboranti defuit. Cum n. quadã nocte circa ſtagnũ Vexionenſ. Eccleſiæ contiguum orãs inambularet, vidit à longe tria lumina per aquas ad ſe referri, quorum iudicio vrnam in qua capita chariſſimorũ nepotũ proiecta erant, in aquis inuenit, q̃ adhuc roſeo cruore perfuſa contuitus dixit. Vindicet Deus; cui mox ex capitib. primũ quidem reſpõdit: Vindicabit; Alter vero ſubiecit; quando? Tertiũ demũ dialogiſmum concluſit; in filios filiorũ. Quod illæ interfectorũ familiæ, in hanc vſq; diẽ experiuntur. Non tamen propterea ſanctus Chriſti confeſſor animũ à Chriſti fide propaganda, & eius ſancto Euangelio annunciando remiſit, ſed indefeſſo ſtudio nunc Gothos, nunc Noruegos viſitans, pluri moſq; lucratus Eccleſiã Dei lætus paſſim reddidit floridam incrementis. Dehinc ad Libentiũ Archiepiſcopũ Bremenſem ſeſe contulit, eiq; tanq̃ Apoſtolicæ ſedis, per Gothiã Sueoniãq; legato, debita facta ſubiectione, narrauit quanta feciſſet Dominus in ſalutẽ gentium, q̃ quotidie conuertebantur. eum Archiepiſcopus, vt par fuit, honorifice ſuſceptum, doniſq; cumulatum ad prædicationem denuo dimiſit.

C

Tandẽ poſt longos labores & cõtinua ſanctiſſimæ vitæ ſtudia, plenus dierũ, ad Deum, cui fideliter ſeruierat, migrauit, Anno ſalutis humanæ circiter milleſimo trigeſimo. Sepultus in Eccleſia Vexonienſi, q̃ ipſe Angelica viſitatione monitus, erigẽdã curauerat, multiſq; miraculis clarus in ſanctorum numerum relatus eſt, ab Adriano IV. circa annum Domini 1158. Feſtiuitas eius celebratur 15. Februarii.

D

De eo ſcript. rerum Suet. Adam. Brem. lib. 2. c. 40. & 46. & in deſcriptione Noruegiæ Abb. Stad. pag. 117. *Releuat S. Brigitta lib.* 8. *c.* 46. *Abb. Crant. in ſua Metrop. lib.* 4. *c.* 11. *Ioan. Mag. lib.* 17. *Hiſt. Gothicæ c.* 8. *& in ſua Metrop. lib.* 1. *Molanus & Caniſius in ſuis Martyrologiis.* Sed nõ vna eſt eorũ opinio de tempore eius in Sueciam aduentus & obitus. Certior omniũ eſt Adami Brem. qui ſub Libentio II. eũ floruiſſe & ad ſuam vſq; ætatem ſuperueniſſe affirmat. Sunt ẽt qui eum cum Sancto Olao Rege ex Anglia in Noruegiam profectum velint, atq; inde in Sueoniam penetraui ſſe: Recenſente Ioan. Vaſtou. Sigiſm. III. Reg. Pol. Biblioth. Præfect.

E

IESV CHRISTI ANN. 1031.
IOANNIS XX. PAPÆ ANNO 8. CONRADI IMP. ann. 5. Romani Imp. ann. 3.

I. ANno *Chriſti* 1031. [a] Henricus & Robertus, filii Roberti Regis, mutuo contra patrem conſpirantes ciuitates illi ſubiectas inuadebãt, & ſibi vſurpabãt. Quib. vt reſiſteret, parauerat exercitũ, iniuſte ablata recuperaturus. Cæterũ anteq̃ in aciem produceret, cõſuluit venerabilẽ quẽdam patrem Guillermum, quid agere deberet. Tũ ille: *Meminiſſe te, ô Rex, conuenit iniuriarũ, opprobriorumq;*

Henric & Robert. filii Reg. Roberti contra Patrem conſpirãt.
a *Glaber lib. 3 c. 9.*

Digitized by Google

A *patri ac matri à te in tua iuuentute illatorum; quoniam talia tibi, iuſto iudice Deo permittente, à filiis ingeruntur, qualia tu ipſe genitoribus ingeſſiſti.* Hæc audiẽs Robertus patientiſſime tulit, ſeque vltro culpabilem clamans non negauit; deinde poſt obſidionem ac deuaſtationem prouinciç ad pacem redeuntes filios benigne ſuſcepit.

II. Obitus S. Dominici. b *Leo Oſtienſ. lib. 2. c. 26.*

[b] His diebus, B. Dominicus, innumerabilium patrator mirabilium, multorumq; cœnobiorum fundator, apud Soram Campaniæ ciuitatem iam ferme octuagenarius ad Dominum migrauit, ſepultuſq; eſt in monaſterio Soræ vicino, quod nunc eiuſdẽ nomine vocatur.

Quis fuerit S. Dominicus.

Is Fulgini honeſtis parentibus ortus, & ſub Normoſo Abbate, ſpretis omnibus mundi illecebris, in maximam perfectionem adeo euaſit, vt à quam plurimis principibus certatim expeteretur, ad colonias monachorum in eorum ditiones inuehendas.

B Miracula per eum in viuis patrata.

Tantæ ſanctitatis fuit, vt per miraculum, vnius hebdomadæ panis, illi in 40. dies ſuffecerit, & aliquis puer febricitans, modico aquæ, in qua Dominicus manus lauerat, hauſto, ſanitatem recuperauerit. Spiritu prophetico claruit. Dodæ nobiliſſimç matronæ, & Comiti Marſorum, multa quæ euenerant prædixit. Seruis aliquibus, qui partem piſcium quos illi Dominus eius mittebat, in itinere penes quandam arborem abſcondiſſent, interdixit, ne piſces reconditos repeterent: nam aliud pro piſcib. reperirent. Iuerunt illi, latebram retexerunt, & ſerpentes ex piſcibus inuenerunt. Aliquem presbyterum in amentiam, quod ſanctitati ſuæ detraheret, verſum, oratione liberauit. Arpini, miſſam celebraturus cum concubinas eiici ab Eccleſia inſtitiſſet, vna earum, quæ in ſanctum iacto lapide, imprecata illi fuerat: *ſic tu, vt lapis iſte ad nos redire poſſis*, oculis

C capta, & poſtea facti pœnitens, ab eodem viſum recepit. Amatus quoq; presbyter & vicari⁹ apud Sublacum, & Carſeolos, cuius mores Dominicus reprehenderat, dum equo citato curſu in S. Vitum lancea illum confoſſurus ferretur, factus immobilis, vſuq; membrorum deſtitutus, poſtulata venia ſanitatem recuperauit atq; ad meliorem frugem conuerſus in ſolitudinem ſe recepit.

Eius mors.

Tandem vir ſanctus, anno ætatis 80. exorto in gena vlcere, ad cœlos euolauit, Soræque ſepultus, etiam poſt mortem miraculis claruit. *Ex vita ab Almerico monacho Caſſinenſi S.R.E. tit. SS. quatuor coronatorum Cardinal.*

III. Romani Imp. res piæ geſtæ.

Romanus Imperator, cum totus eſſet in inſtaurandis exornandiſq; Eccleſiis, antiquam Dei genitricis imaginem, quæ erat in Blachernis, occultatam tempore Conſtantini Copronymi Iconomachi reperit, & ad cultum

D priſtinum reuocauit.

IESV CHRISTI
Annus 1032.
IOAN. XX. PAP. AN. 9. CONRADI IMP. AN. 6.
Romani Imper. ann. 4.

I. Concil. Pampil. a *Marian. lib. 8.*

ANno Chriſti 1032. Ioan. Papa Patribus Concilii Lemouicenſis reſcripſit, S. Martialem, qui primus in ea prouincia Euangelium prædicauit, poſſe Apoſtolum nominari. [a] Idem Pontifex ad preces Sancii maioris, Nauarræ & Caſtellæ Regis, monachis monaſterii Leirenſis conceſſit poteſtatem Epiſc. Pampilonenſem creandi; eo quod ſedes illa propter barbarorũ incurſiones aliquando ad illud monaſterium tranſlata fuiſſet. Huius con-

E ceſſionis gratia Concilium Pampilonenſe celebratum eſt, & Epiſcopalis ſedes ad priſtinam ciuitatem reſtituta. Porro Sancius vt idem monaſterium Leirenſe reformaret, monachos ex Cluniaco, illo duxit, Palentinã quoq; ciuitatem in ruinis ſuis iacentem reſtituit, hac oblata diuinitus occaſione, quod cum in venatione aprum inſectaretur, ille fatigatus intra obuios parietes, qui ſupererant memoriæ S. Antonini martyris ſe recepit, apud relictam ibi ſacram aram conſiſtens, tutum aſylum, Angelorum cuſtodia vallari conſuetum.

Pſalm 35. Quanta debeatur locis ſacris reuerentia.

Sic iuxta illud oraculum; *Homines & iumenta ſaluabis Domine*, cum Rex venabulo illum appeteret, eleuatum brachium ad feriendum mox torpedine redditum ſenſit inutile: ſed reatum agnoſcens, martyrem deprecatus, ad priſtinum

A vſum ſenſit diuinitus reuocatum, didicitq; ſuo damno, quanta debetur locis ſacris immunitas, etiamſi corruiſſe viſa fuiſſent, vt nec belluam illuc confugientẽ lædere licuiſſet. Ea occaſione non tantum Eccleſiam, ſed etiam ciuitatem mœnib. inſtauratis reſtituit & paulo poſt triennium obiit; hoc cenotaphio memorando ei impoſito: Hic ſitus eſt Sancius Rex Pyrenæorum montium & Toloſæ, vir per omnia Catholicus, & pro Eccleſia tranſlatus eſt hic à filio ſuo Rege Magno Fernando.

IESV CHRISTI
Annus 1033.
IOAN. XX. PAP. AN. 10. CONRADI IMP. AN. 7.
Romani Imper. ann. 5.

B

I. Ingens ſolis eclipſis & quid portenderit. a *Glab. lib. lib. 4. c. 8. & ſequ.*

ANno Chriſti 1033. [a] Die Kalend. Iul. ſexta feria, luna vigeſima octaua, facta eſt eclipſis ſeu deliquium ſolis, ab hora eiuſdem diei ſexta vſque in octauam nimium terribilis. Nam Sol ipſe factus eſt ſaphiri coloris, gerens in ſuperiori parte ſpeciem Lunæ, à ſua reilluminatione quartæ. Intuitus hominum in alterutrum velut mortuorum pallor conſpiciebatur: res vero quæcunq; ſub aere, crocei coloris eſſe cernebantur. Tunc corda hominum ſtupor cepit immenſus, cum intelligerent illud portẽdere quiddam fore ſuperuẽturæ cladis humano generi triſte. Nec multum temporis interceſſit. Nam eadem die, natali videlicet Apoſtolorum, in Eccleſia B. Petri quidam Principum Romanorum conſpirarunt in Ioan. Pontif. Rom. cupientes illum interimere. Quod

C cum minime potuiſſent, à ſede illum ſua expulerunt. Quam indignitatem Imperator non ferens in vrbem aduolauit, & expulſum Pontificem in ſedem ſuam reſtituit. Sed is non multum ſuperuixit. Sexto enim Idus Novemb. deceſſit. Albericum Comitem Tuſculanum ea mors aliquantum recreauit.

Ioan. Pp. obitus.

II. Benedict. IX adoleſcentulus intruditur Papa.

Cum enim hactenus morte duorum germanorum Pontificum Benedicti & Ioannis, è domo ſua Pontificatum diu retentũ minime eripi pateretur, occaſionem habuit, filium ſuum puerum duodecennem in malis artibus ſc. pecuniis in ſedem Petri intrudere. Non erat tũc aliquis qui redargueret. Namque impletum videbatur eſſe vaticinium Prophetæ quod ait; *Et erit ſicut populus, ſic & ſacerdos*, præſertim cum tam in ſeculari poteſtate, tum etiam in Eccleſiaſtica religione totius regiminis conſti-

D terant in puerili çtate. Solus Petrus Damiani exprobrauit, & modum quo à ſecularibus ſolerent intrudi Pontifices enarrauit.

Dicta Petri Damiani contra hãc intruſionem. b *C S. Petr. Vatic p. 62.*

[b] *Ille*, inquit, *nimirum (in quantum mihi videtur) abſq; vlla excuſatione Simoniacus eſt, quia vobis omnibus vrbis Cardinalibus Epiſcopis reclamantibus, obſiſtentibus, & terribiliter anathematizantibus, nocturno tempore cum armatorum turbis vndiq; tumultuantibus & furentibus inthronizatus eſt. Dehinc ad Marſuptorum patrocinia funeſta concurritur, pecuniæ per regiones, andronas, vel angiportus in populos erogatur, B. Petri venerabilis arca peruaditur ſicque per totam vrbem, velut officinam malefabricantis Simonis factam, vix aliud, quam (vt ita loquar) malleorum & incudinum tinnitus auditur. Et ô ſcelus & ferale prodigium! Petrus igitur nundinas Simonis ex ſua quantitate perſoluere, qui Simonem cum omni ſuo commercio cognoſcitur perpetua maledictione damnaſſe.* Multa alia Pe-

E trus Damiani, ex his quæ manibus palpauit, illudq; nimis aperte renũciauit Benedictum ab exordio ſuæ creationis vſq; ad finem ſemper luxuriis inquinatum, ad inferos damnatum fuiſſe. Fuit Benedictus filius Alberici Comitis Tuſculani, nepos Benedicti & Ioannis Pontificum. Patiebatur hæc monſtra, non faciebat Eccleſia: ita vt non ſit cur inſultent nouatores Eccleſiæ.

Eccl. Rom. patitur nõ facit nefanda.

III. Robert. Reg. Chriſtianiſſimi obitus & eius res pie geſtæ. c *Helgald. monach. Floriacen. in Roberto.*

Eodem plane [c] anno quo deliquium ſolis contigit, obiit Robertus Senior Rex Galliarum, deuotus erga Deum, magnificus erga ſeruos Dei, aſſiduus circa Eccleſiam, largus in eleemoſynis, profundus humilitate. Dabat eleemoſynas propria manu, ore proprio figens eorum manib. oſcula. Medebatur illis, dum manu tangens eorum vulnera, ſignanſq; ſigno crucis, omnẽ do-

Digitized by Google

lorem infirmitatis ab eis auferebat. Aliquando cœcum illuminauit, dum quaſi per ioeũ manus abluens aquam in faciem eius reſperſit. Quis autem eis mos fuerit dandæ eleemoſynæ in ſui regni ſedibus, non prætermittemus. In Pariſiis ciuitate, Siluanectis, Aurelianis, Diuione, Antiſiodoro, Aualone, Mileduno, Stampis, in vnaquaq; harum ſede trecentis, vel (quod eſt verius) mille pauperib. dabatur panis & vini abundantia: & hoc ſpecialius ipſo quo ad Deum tranſiit anno. Præter hæc, quo ibat, quotidie in S. Quadrageſima centum aut ducenta iubebat dari pauperib. panis & piſcium & vini cibaria. In die autem cœnæ Domini non videntibus incredibile, videntibus vero & ſeruientibus, in tali negotio ſatis admirabile, cum non minus quam treceẽti ipſa die ſua prouidentia congregati, de eius ſancta manu flexo poplite in terram, vnuſquiſque legumen, piſcem, panem, denarium vnum ſumebat in manibus: & hoc hora diei tertia. Hora itidem ſexta itidem centum clericis pauperibus præbendam panis, piſcis & vini concedebat; duodecim vnumquemque eorum honorans denariis corde & ore Dauidicos ſemper decantans Pſalmos. Poſt menſam vero præparans ſe ad Dei ſeruitium Rex humilis, ponebat veſtimenta ſua, indutus ad carnem, cilicio, adiunctoq; clericorum collegio, centum ſexaginta & eo amplius numero, ad exemplum Domini eorum pedes lauans, capillis capitis ſui tergebat, & ad mandatum Domini ſingulos eorum duobus ſolidis remunerabat, Clero præſente, & Diacono aſtante, qui lectionem ſecundum Iohannem in cœna Domini dictam & factam legebat. Porro in honorem SS. Apoſtolorum duodecim pauperes quotidie ducebat & alebat. Sanctas noctes, hoc eſt Natiuitatis Domini, ſancti Paſchæ & Pentecoſtes ſic totas ducebat inſomnes vſque ad ſummum mane, vt nec ſedens, nec ſtans ſomnium caperet, donec quam expectabat & deſiderabat, ſalutiferam corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti communionem perciperet. Erat & hoc amatori bonorum in religione pro ſuarum emendatione culparum, quod à ſancto ſeptuageſimo vſque ad Paſcha nulla vſus culcita, frequenter eum ſuſcipiebat ad iacendam fortiſſima terra. Exiturus autem de hoc ſæculo paratus, Dominum Ieſum Chriſtum ſuæ ſalutis atque vtilitatis magiſtrum ſemper inuocabat, ad videndam Regis æterni inſuperabilem potentiam Angelos, Archangelos & omnes Dei ſanctos in auxilium ſuum venire, voce & ſignis indeſinenter orabat, muniens ſe ſemper in fronte & oculis, naribus & & labiis, gutture & auribus per ſignum S. Crucis, & ſe aſpergens aqua benedicta. His vero & aliis virtutibus refertus, ſexagenarius mortem oppetiebat intrepidus, & inualeſcente validæ febris languore, petiit viaticum ſalutare viuifici corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Eo ſumpto, & pauco interuallo facto, feliciter obdormiuit, 13. Kalend. Auguſt. Eo defuncto ſucceſſit Henricus iam Rex conſecratus, prudentia ciuili, pietate, ac peritia rei militaris pręſtans; qui fratri Roberto Ducatum Burgundiæ conceſſit. Obiit etiam magni nominis Guillermus Abbas ſancti Benigni martyris, diſcipulus S. Maioli; quem poſt obitum multa miracula illuſtrarunt.

Roberto ſuccedit Henricus. Obitus S. Guillermi mart.

IESV CHRISTI
Annus 1034.
BENEDICTI IX. PAPÆ ANNO I. Conradi Imper. anno 8. Michaelis Imp. ann. 1.

I. Concil. frequentia in Gallia pro pace Eccleſ. cõſeruanda. a Glaber. lib 4 c 5.

ANno Chriſti 1034.[a] Felix annus præſens magno prouentu rei frumentariæ, & frequentia frequentiſſima in Galliis vniuerſis ſynodorum. Multa in eis ſancita ſunt ad ſanciendam Eccleſiaſticam diſciplinam, quorum aliqua cum ſint aliquanto rigidiora, in deſuetudinem abierunt, atque Eccleſiæ neceſſitatem impoſuerunt, vt eas ſolas ſynodos iudicaret eſſe iure merito ſequendas, quarum decreta à Sede Apoſtolica forent expreſſe approbata. Illud non eſt omittendum, quod in ſecunda actione Concilii Lemouicenſis, de quodam excommunicato mortuo referebat Caturcenſis Epiſcopus. *Nuperrime*, inquit, *poſt Concilium Bituricenſe quidam de excommunicatis eques in noſtra diœceſi interfectus eſt, quem ego rogantibus amicis, & propinquis eius nullatenus ſoluere volui, vt cæteri metum haberent, grauem enim culpam prædantis habuerat. Itaque ſine ſacerdotis obſequio, à militibus apud quandam Eccleſiam S. Petri, non me iubente, ſepultus eſt. Mane autem facto, corpus eius longe extra Cœmeterium proiectum, & nudum ſuper faciem terræ inuentum eſt: tumulus autem vbi ſepulturam habuerat, intactus, & ita vt dimiſſus fuerat repertus eſt. Quem iterum milites aperuere, & nihil in eo amplius, niſi veſtes, quibus inuolutum corpus fuerat, inuenerunt. Rurſus cadauer ibidem ſepelierunt, & diligenter tumulum, ſub enormi pondere terræ & lapidum clauſerunt. Sed die altero proiectum cadauer, & tumulum intactum vt ſupra aſpexerunt. Quinquies ſepelierunt, toties eodem tenore eiectum inuenerunt. Tanto demum victi ſtupore, corpus longe à cæmeterio Eccleſiæ terra obruerunt. Quo timore perculſi Principes militiæ, pacem nobis, velut optabamus, firmare nequaquam diſtulerunt.* Ad hæc reſpondit Concilium: *Quid hoc aliud eſt, niſi quia ſub oculis hominum arbiter hominum affirmat Eccleſiæ ſuæ auctoritatem, quia excommunicati à ſepultura Chriſtianorum iuſte ab Epiſcopis ſegregantur.* Hæc de excommunicato Epiſcopus Caturcenſis.

II. Qua cautela vitandi excommunicati.

Porro qua cautela vitandi eſſent excommunicati, ex permiſſione Concilii Lemouicenſis definiuit Odelricus Abbas familiæ S. Martialis, dum decernit ſeditioſos quoſdam milites pacem Galliæ turbantes excommunicatione percelli oportere. *Niſi*, inquit, *de pace acquieuerint, ligate omnem terram Lemouicenſem publica excommunicatione, eo videlicet modo; vt nemo niſi clericus, aut pauper mendicans, aut peregrinus adueniens, aut infans à bimatu & infra, in toto Lemouicinio ſepeliatur, nec in alium Epiſcopatum ad ſepeliendum portetur. Diuinum officium per omnes Eccleſias latenter agatur, ſed baptiſmus petentibus tribuatur. Circa horam tertiam ſigna ſonent in Eccleſiis omnibus, & omnes proni in faciem preces pro tribulatione & pace fundant. Pœnitentia, & viaticum in exitu mortis tribuatur; altaria per omnes Eccleſias, ſicut in Paraſceue, nudentur; & cruces, & ornamenta abſcondantur; quia ſignum luctus & triſtitiæ omnibus eſt. Ad miſſas tamen, quas vnuſquiſque ſacerdotum ianuis Eccleſiarum obſeratis fecerit, altaria induantur, & iterum poſt miſſas nudentur. Nemo in ipſa excommunicatione vxorem ducat: nemo alteri oſculum det: Nemo clericorum, aut laicorum vel habitantium vel tranſeuntium in toto Lemouicinio carnem comedat, neque alios cibos, quam illos quibus in Quadrageſima veſci licitum eſt. Nemo laicorum aut clericorum tondeatur, neque radatur, quouſque diſtricti Principes, & capita populorum per omnia ſancto obediant Concilio. Si quis vero probatus fuerit aliquo modo huius vinculi violator, non niſi cum digna pœnitentia recipiatur. Magnopere enim Epiſcoporum excommunicatio eſt obſeruanda, ne forte plus iraſcatur furor Domini ſuper nos & ſuper populum noſtrum. Si itaque aliqui paci non conſenſerint, hi tales & priuatim excommunicentur, vt ſint ſegregati à communione corporis & ſanguinis Domini: in Eccleſiam intrandi nullam habeant licentiam: cum Chriſtianis non comedant, neque bibant, neque ambulent: carnem non comedant, vinum non bibant. Non tondeantur, neque radantur; ad nullas nationes proficiſci præſumant. Si infirmi fuerint, non viſitentur à clerico: morientes in ipſa excommunicatione, non ſint de loco leuati, in quo mortui fuerint; nec cooperiantur lino, neque petra, neque aliqua munitione: ſubſtantiam eorum nullus pro animabus eorum in eleemoſynam accipiat. Si quis autem de Epiſcopis aliquotiens timore, vel amore, vel pecunia ſe inflexerit, vt ſecundum Concilium non diſtringat per iuſtitiam illum, quem diſtringere debet, & poteſt; ſiue abſoluerit viuum, vel mortuum, quem abſoluere non debet, aut in aliquo probatus fuerit violare Concilium, quod ipſe cum aliis Epiſcopis inſtituit, ab ipſis Epiſcopis deponatur vſque ad ſpatium temporis, quod ipſi Epiſcopi concorditer iudicabunt. Similiter fiat de illo Epiſcopo, qui excommunicatum alterius Epiſcopi ſuſceperit ſiue viuum, ſiue mortuum, vel in Epiſcopatu ſuo ſuſcipi à quoquam permiſerit, vel conſenſerit.* Et quidem iſta

A Patres, in ſig...em Eccleſiaſticæ diſciplinæ, quæ, ne per ſubreptionem aliquam diſſolueretur, conquerentes inſinuabant Pontifici Romano, quaſi is aliquos ab Epiſcopis ligatos, ſine condigna ſatisfactione abſoluiſſet. Is vero in ipſos culpam reiiciebat, quod haud ignari aliquos Romam eius rei gratia ſæpe properare, necquicquam ſignificarent, quid facto opus eſſet. Sanctus Odilo eidem Concilio præſens, conſulebat Pontificem Romanum; an ſacris adhiberet conſecrandum quendam, qui Stephanum Epiſcopum dolo occiderat, & in Cluniacenſe monaſterium ſeſe receperat. Reſcripſit Benedictus; *Impoſſibile eſt*, ait, *talem ad aliquem gradum prouehi, neque etiam offerre oblationem ad manus ſacerdotis; ne forte pro eo vno in plures furor Domini deſcendat. Sed nec communionem ſanctam accipere poteſt: in exitu autem vitæ pro miſericordia ei viaticum detur. Nihil hic aliud quam luctum agat, ſi illic forte miſericordiam inueniat.* B Hactenus Benedictus Papa Odiloni,[b] cui etiam pallium & annulum miſit, Lugdunenſi eum Eccleſiæ Archiepiſcopum præficiens, tunc enim temporis Burchardo Archiepiſcopo propter ſcelera & ſacrilegia à Conrado capto, multi eam Eccleſiam ambientes, eo veſaniæ impulerant nepotem Burchardi nomine Burchardum, vt is quamuis infans, à patre Comite Gerardo intruſus, ſe tanquam Archiepiſcopum gerere præſumpſerit. Cæterum ſanctus Odilo ſuæ humilitatis attendens propoſitum, omnimodis renuit fieri; pallium autem & annulum ſuſcipiens, illi qui Deo dignus exiſteret, futuro eiuſdem ſedis Pontifici reſeruauit.

Lugdun. Sedis fluctuatio.
b *Glab. lib. 5 c 4.*

[c] Conſtantinopoli Romanus Imper. die vndecima C menſis Aprilis, ab adultera coniuge Zoe Auguſta veneno porrecto paulatim deficiens, opera eiuſdem coniugis, à Michaele adultero, in Imperium ab eadem ſubrogato, ſtrangulatus interiit. Fuit Michael arte argentarius, ſed forma pulcherrimus; quem impudica Zoe adeo deperibat, vt nec propinquam viri mortem veneno curatam expectare potuerit. Quemadmodum enim cæcus, ita & aliger quoque ob pernicitatem conſueuit depingi impudicus Cupido. Etenim nec ſacroſanctam pœnoſam hebdomadam verita eſt; nam feria quinta adeo immane facinus perpetrauit. Porro eadem nocte, cum ſacroſancta Chriſti tormenta canerentur, accerſitus eſt Alexius Patriarcha à Michaele iam Imperatore, vt ſe cito ad palatium conferret, qui cum præſto eſſet, reperit iam mortuum Romanum. Illato autem triclinio D in ſuggeſto ſedens Zoe eduxit Michaelem, & Patriarcham cogebat ipſum ſecum conſecrare: qui verbis illius obſtupefactus obmutuit, & benedictionem ancepsdifferebat. Auro tandem illectus inaugurauit. Zoe autem Michaelem in regio throno à ſe collocatum, exiſtimauit ſe pro viro & Imperatore ſeruum ac miniſtrum habituram & iam patriis eunuchis in palatium introductis, ſtrenue publica munera aggrediebatur. Verum ei omnia contra ſententiam ſucceſſere. Nam Imperatoris frater vir ſtrenuus, & rerum peritus, ſimulatque in Regiam ingreſſus eſt, fratri metuens, Reginæ eunuchos à palatio amouendos curauit, & fideliſſimas Zoe ancillas eiecit, & mulieres ſibi cognatione propinquas cuſtodes ei impoſuit, & nulla res aut parua aut magna gerebatur, niſi eo volente; & prorſus ab omnibus illa pro- E hibebantur, ac ne balneum quidem attingebat, niſi eo volente.

III. Rom. Imp. mors ab vxori procurata & ſubrogatio Mich. adulter.
c *Curopal.*

Accidit & illud valde prodigioſum, vt quem omniũ pulcherrimum Zoe ſibi delegerat in maritum, idem nouo accidente in vindictam ſceleris diuinitus orto, fieret deformiſſimus. Etenim arreptꝰ à diabolo, dæmoniacus euaſit, à quo horrendis modis diſtorquebatur. Nec valuit vllo remedio, ſiue ſacro per viros Eccleſ. procurato, ſiue à medicis adhibito, aliquo modo ſanari, ſed ad obitum vſque oſtẽtum factus omnib. manſit in exemplum diuinæ vindictæ. Secuta eſt grando maxima, ex qua etiam domus & templa corruerant vſq; ad ſolum. Quidam ex iis, qui miniſtrabant Epiſcopo, per viſum iſta diuina reuelatione cognouit. Exiſtimabat videre eunuchum quendam alba veſte indutum, forma ſplendentem, qui tribus apud ſe ſaccis oppoſitis, iuſſus fuerat vnum euacuare, deinde alterum, poſtremo tertium. Qui cum feciſſet, quod iuſſus fuerat, primus ſerpentes & ſcorpiones eiecit: alter rubetas & aſpides, & baſiliſcos, & ceraſtas, & alia id genus animalia venenata; tertius ſcarabæos, & culices, & veſpas, & alia quædam aculeata, vt crabrones, & ille quidem propter id quod viderat, mutus erat. At ſplendidus ille vir, cum eum ad ſeipſum accerſiuiſſet: *Hæc*, inquit, *aduenere, & venient in vos, propter violata Dei iuſſa, & nefarium facinus admiſſum in Romanum Imper. & in eius cubile.* Secuta ſunt interim ſequentibus annis multa infauſta; nempe frequentes terræ motus & terræ hiatus, quibus quinq; oppida abſorpta ſunt. Item barbarorum incurſiones, ſiccitates, grandines, & alia id genus ingentia mala.

IV. Mich. Imper. arreptus à diabolo.
Ita diuina vindicta de necato Romano.

In Ruſſia Dux Iaroslaus à bellis ad religionem conuerſus, plura monaſteria virorum & ſanctimonialium, pluresque Eccleſias Kiouiæ ædificauit, extruxit etiam ſumptuoſa impenſa Eccleſiam S. Sophiæ ad exemplar Conſtantinopolitanæ, cuius turrim tegulis deauratis texit, Eccleſiam vero vaſis aureis & argenteis, libris, veſtibusq; precioſis dotauit. In Polonia, res Eccleſiaſticæ & politicæ, non adeo florentes. [e] Mortuo enim Miecislao Boleslai filio, cum eius relictæ viduæ, Rixæ nomine, ſuperbiam, & auaritiam, adeoq; contumelioſum regimen ferre non ſuſtinerent, neceſſitatem ei Proceres impoſuerunt, vt ſe in Theutoniam cum Caſimiro regendi impotente, ad Conradum Imperatorem reciperet. Ita Regni adminiſtratio monarchica, recidit in policratiam, maximo Eccleſiarum incommodo. Neque enim miniſtris ſacrorum, ac ne ipſis quidem templis, aris atq; ſacris inſolentiores pepercerunt; ita vt in priſtinam barbariem atq; impietatem, Polonia relapſura eſſe videbatur. Caſimirus interim voluntate matris Lutetiam profectus, vt ingenium honeſtis diſciplinis excoleret, inde poſt aliquot annos viſa obiter Italia, Cluniaci in Benedictinorum monachorum ſodalitatem ſe dedit, monaſticam vitam profeſſus. Perſeuerauit interregnum ſpatio ſeptem annorum incredibili Eccleſiarũ iactura.

V. Ruſſiorum Eccl. illuſtrata, Polonor. vero labefactata.
d *Dlugoſſus in annalib.*
e *Otomaru lib. 4.*
Caſimir. Regni Polo. hæres fit monach.

IESV CHRISTI
Annus 1035.

BENEDICTI IX. PAPÆ ANN. 2. CONRADI Imp. ann. 9. Mich. Imp. ann. 2.

ANno *Chriſti* 1035. Berengariꝰ Turonenſis, Archidiaconus Andegauenſis, vna cum Brunone Epiſcopo Andegauenſi, execrandam illam hæreſim à Rober. Rege prædamnatã magis libere ſpargere cœperunt, quãto ſe metu ſolutiores videbant. Aſtruebãt corpus Domini nõ tam corpus eſſe, quam vmbram & figuram corporis Domini, legitima coniugia deſtruebant, & quantum in ipſis erat, baptiſmum paruulorum euertebant. Curauerat Henricus Rex paternæ pietatis æmulus, Concilium Triburienſe conuocari, vt errones conuincerent. Cæterum, quod Durandus Leodienſis Epiſcopus ſciret, Epiſcopum non oportere damnationis ſubire ſententiam, præter Apoſtolicam auctoritatem; & exinde metueret grauiſſima in omnium fidelium populo generari ſcandala, ſi viderent impunitos & nequaquam à ſui gradus honore deiectos illos duos: omnibus putantibus ab omni concilio, aut vinci nõ potuiſſe, aut iuſtificatos eſſe: ideo monuerat Henricum, vt ea de re primo moneret Pontificem Romanum: neque antea in Concilio concederet illis ſacrilegam & nefariam aſſertionem edicendi. Addebat: *Quanquam huiuſmodi homines nequaquam oporteat audiri; neque tam eſt pro illis Concilium aduocandum, quam de illorum ſupplicio exquirendum. Tunc quippe hæretici*, ait, *neceſſario audiendi fuerunt, quando hæreſes ipſæ, & huiuſmodi quæſtiones, vtpote quæ nondum ad vnguem diſcuſſæ fuiſſent, in dubium venire potuerunt, vt per congreſſum certaminis pateſceret, vtra pars ſtaret pro defenſione veritatis.*

I. Berengar. hæreſiarcha emergit.
Solius Rom. Sed. deponere Epiſc.
Durandus Leodien. Epiſc. primus ſcripſit contra Beren.

Quod

Quod idem nunc profectò fieri non oportet, quia creberrimis ſanctorum Patrum Conciliis, tum etiam venerabilium doctorum clariſſimis ſententiis ita omnia ſunt eliquata, vt ne minimum quidem reſederit de omni fæce dubitationis, & poſt multas, pro veritate corporis Domini, contra Brunonem & Berengarium, ſancti Leonis Papæ, Cyrilli, Ambroſii, Auguſtini, Baſilii, Euſebii, Hilarii, & Toletani Concilii ſententias verbatim adductas; concludebat: *Quamobrem*, dicens, *Brunonem & Berengarium iam anathematizatos arbitramur. Quod ſi ita eſt, vere illis audientia Concilii deneganda eſt: & cum veſtris, cumque noſtris Epiſcopis* (ſi ita vobis videtur) *cum amico veſtro Imperatore, cum ipſo Papa, quæ vindicta in eos ſtatuatur deliberandum. Eſt enim iuſtum, vt quorum manus ſunt contra omnes, omnium manus etiam contra ipſos exercitentur.*

IESV CHRISTI
Annus 1036.

BENEDICTI IX. PAPÆ ANNO 3. Conradi Imper. anno 10. Michaelis Imp. ann. 3.

I. Obitus S. Gothardi Epiſc. Hildeſemenſ. a *Hermold. in Chron. hoc anno.*

ANNO *Chriſti* 1036. Hermanno Archiepiſcopo Hamburgenſi defuncto, pallium miſit Benedictus Papa, Alebrando ex Eccleſia Colonienſi, in locum eius electo, viro omni genere virtutum exculto. [a] Contigit etiam eodem anno, dominico die intra octauam aſcenſionis Domini, quemadmodum ipſe prædixerat, ſanctum Gothardum Epiſcopum Hildeſemenſem obire. Cum enim poſt mediam noctem Matutinas preces inchoantibus fratribus, ventum eſſet ad canticum Zachariæ; & poſtremus verſus à Clero cantaretur: *Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent:* ipſe licet in agone deſudans, proferens reliqua verſus verba illa; *ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis*; in pace quieuit, à Deo plurimis miraculis illuſtratus.

II. Inſidiæ contra Alexium Patriarch. Conſtant. modo ab eo repulſæ. b *Curopal.*

[b] Conſtantinopoli cum Ioannes Michaelis Imper. frater, eius ciuitatis ſedem ſupra modum ambiret, inita ſocietate Demetrius Epiſcopus Cyzici, Antonius Nicomediæ, Sydæ & Ancyræ germani fratres cum aliis Metropolitanis conſilium iniere de abdicando Alexio, & pro ipſo Ioannem conſtituendo. Ad quos Patriarcha Alexius cum parte Eccleſiæ literas in hanc ſententiam miſit, quibus quo minus iure poſſit, eo magis callida arte illos omnes eluſit: *Quando, vt aſſeritis, non ſuffragio Archiepiſcoporum ſed Imperatoris iuſſu ad ſedem aſcendi contra canones; abdicentur ii, quos ego Metropolitanos elegi, dum vndecim annis cum dimidio inſuper Eccleſiam gubernaui. Anathemate etiam percutiantur tres Imperatores, quos ipſe coronaui, & ita cuilibet volenti ſedem cedam.* Hoc nuntio accepto, qui cum Demetrio erant, & pudore, & metu perfuſi, (plures enim ab ipſo fuerant delecti) quieſcere decreuerunt ac ſilere.

III. Res Eccleſ. in Polonia in deterius tendunt. c *Cromer. lib 4.*

In Polonia res Eccleſiaſticæ & profanæ in deterius, per interregnum prolabebant. [c] Prædislaus Boemus, quum poſt Vlderici patris mortem, Iaromito cæco patruo concedente, Principatum ſuſcepiſſet, valido cum exercitu ferro & igni Sileſiam, & maiorem Poloniam populatus eſt: Vratislaniam, Poſnaniam, aliaq; minora oppida complura diripuit & incendit; nulli neq; ſexui, neque ætati hominum pepercit, nec à templis impias & ſacrilegas manus abſtinuit: Gneſnam Metropolim nec manu munitam, & habitatoribus defenſoribuſque vacuam primo impetu cepit; ad baſilicam eius ciuitatis ſpoliandam vbi iuſſu ipſius venere milites, aliquoties irrumpere conati, ſubita cæcitate & lethargo percuſſi ſunt.

Clades ingens Eccl. Gneſnenſ.

Erat in caſtris Prædislai, Seuerus Pragenſis Epiſcopus. Is miraculo attonitis omnibus, & ſpoliationem templi in religionem vertentibus, perſuaſit, non ob id quod putabant omnes, ſed propter nefanda flagitia & enormia ſcelera Boemorum cæcitatem illã & obluionem ipſis accidiſſe: triduanoque ieiunio iram diuinam placandam eſſe cenſuit. Quo expleto, Boemi libere iam Epiſcopo auctore templum ingreſſi, aurum & argentum omne, veſtes ſacras & omnem baſilicæ ſuppellectilem, item quinque eremitarum martyrum corpora à Boleslao illic translata abſtulerunt. Gaudentii etiam corpus, pro S. Adalberti corpore à miniſtris templi pio mendacio indicatum, ſuſtulerunt. Nam S. Adal. corpus iidem miniſtri in adyto templi clam defoderant. Hanc prædam aſportauit à Polonis Prædislaus, & in baſilica arcis Pragenſis depoſuit: præter Criſtini, vnius de quinq; illis eremitis corpus, quod Olomucenſibus conceſſit.

IV. De geſtis Olai Reg. Sueonum & Gothorũ ac Regni Apoſtoli.

Hoc anno Inclytus Rex Gothorum Sueonumque Olaus, idemque Regni Apoſtolus, Erico Victorioſo patre natus, matre Sigride, quæ Daniæ poſtea Angliæque fuit Regina, iuuenis adiit ſceptra Regni, gentilitia quidem, erroribus implicitus, ſed induſtria & ſumma prudentiæ opinione apud omnes conſpicuus. Ethilredo Anglorum Regi arcto amicitiæ fœdere iunctus erat. Quæ res occaſionem illi dedit Chriſtianæ legis doctores per legatos expetendi. Nam licet puer multa de Chriſtianis præclara audierat & viderat ipſe, egeratque; interea quendam bonis operibus baptiſmatis candidatum; non prius tamen quam ſui iuris factus in Chriſto regenerari potuit, vt quod dudum animo conceperat nullo obſtante perficeret. Annuit facile piis Olai votis Ethilredus, miſitq; S. Sigfridum Epiſcopum, quo prædicante credidit Olaus, & baptiſmatis ſalutari lauacro initiatus eſt, in fonte quodam Veſtrogothiæ, qui ob crebram miraculorum corruſcationem, præſertim in morborum curationibus, ad hæc vſque tempora, multorum indigentium frequentatione celeberrimus habetur, dictus fons S. Sigfridi. Mox arcem Regiam Huſabii in Eccleſiam conuertit, aſſignauitque Sigfrido, ac Chriſtianis ſtationem tutiſſimam. Deinde paternam in Dania proſecutus ditionem, iterum bello expulit Suenottonem.

Tum vero reuerſus ad cor Suenotto, cognouit, quia Dominus ipſe eſt Deus & ex toto conuerſus ad illum, pœnitentiam peregit errorum priſtinorum. Exaudiuit illum Deus, & dedit illi gratiam in conſpectu inimicorum ſuorum. Nam Olaus permiſit illi tandem Daniam, eo quod vitricus eius eſſet, matrem ſuam tenens coniugem, & pactum inter eos ſtabilitum eſt de ſi‑‑anda, atque in vtroque regno propaganda Chriſtiana lege. Eius fretus auxilio Canutus Daniæ Rex, Olai ex matre Sigride frater, Angliam ſubiugauit & poſſedit. Interea Olaus pace ac bello per omnem ſeptentrionem clariſſimus fideque religioſiſſimus ſubditos ſibi populos ad Chriſtianam volens conuertere fidem, magno laborauit ſtudio, vt templum Idolorum Vpſala quod in medio Sueoniæ ſitum eſt demoliretur. Cuius intentionem incolæ cæci præſagientes, placitum cum Rege conſtituerunt, vt ſi ipſe Chriſtianus eſſe vellet, optimam Sueoniæ Regionem quam vellet ſuo iure teneret, in qua Eccleſiam & Chriſti cultum inſtituens, neminem de populo violenter à cultura Deorum auerteret, illos tamen qui ſponte nomina ſua Chriſto dare perciperent, inter Chriſtianos cenſeret. Non repudiauit conditionem pius Rex, ratus potentiorem ineſſe vim ad quæuis perſuadenda etiam barbaris mentibus lenitati quam ſeueritati: quare mox Scarenſem in Occidentali Gothia, Eccleſiam, Deo ſedemque fundauit Epiſcopalem, in qua petente Chriſtianiſſimo Rege primus ab Vnuano Archiepiſcopo Turgothus ordinatus eſt Epiſcopus, per quem Rex deinde eidem Archiepiſcopo ingentia direxit munera. Duos præterea Rex filios ſuos, cum vxore ac populo frequenti baptizari præcepit. Amundus maior natu Chriſtiano more ſalutaribus vndis ablutus dictus eſt Iacobus, iuuenis quidem ætate, verum ſapientia & pietate cæteris omnibus maturior; nec illo deinceps quiſpiam Regum fuit populo Sueonum gratior & acceptior. Cuius etiam tem-

Digitized by Google

poſte later Chriſti nomen in Sueonia fuit amplificatum, ſub eius ſignis Rex Daniæ Sueno Eſtridis 12. annis militauit.

Olaus tributum a ſubditis ſuis exactum Pont. deſtinat. Eius obitus.

Afflixere ea tempeſtate Eccleſiam Dei in Oriente Saraceni: quamobrem Benedictus Papa VII. cum ab aliis orbis Chriſtiani Principibus, tum ab Olao per nuncios & literas petiit ſubſidia. Nec mora. Olaus tanquam obedientiæ filius ſubditis tributum imperat, ac ſummo Pontifici deſtinat, inde cognomen apud Sueones ſortitus Skatkonung. Tandem ætate maturus pius Rex, Regno in pace conſtituto, Eccleſia Dei propagata omnibus charus, terrenum cum cœleſti regno feliciter commutauit. Anno à partu Deiparæ Virginis triceſimo ſexto poſt milleſimum; ſepultus Lincopiæ in Eccleſia Cathedrali. *De eo Annales Suet. & Dan. Adam. Brem. libro ſecundo, capite 28. 36. 40. & 41. Abb. Stad. pag. 116. Alb. Krantz. Metrop. libro tertio, capite 44. & libro quarto, capite octauo, Reuelat. S. Brigitta in extrauag capite vigeſimo ſeptimo, Ioan. Mag. libro 17. capite 21. & ſeqq. Genebrard. in Chron. Cæſar. Baron. Tom. 10. pag. 95. & 176.* Recenſente Ioan. Vaſtouio, Sigiſm. III. Reg. Polon. Bibliot. Præfecto.

IESV CHRISTI
Annus 1037.

BENEDICTI IX. PAPÆ 4. CONRADI Imper. ann. 11. Michaelis Imp. ann. 4.

I. a *Herman. in Chron. hoc anno.*

ANno Chriſti 1037. [a] Conradus Imper. celebrato Veronæ Natali Domini, per Brixiam & Cremonam Mediolanum venit: & Papiam adiens, Heribertum Mediolanenſem Archiepiſcopum infidelitatis accuſatum apprehendi iuſſit, eumque Popponi Patriarchæ Aquileienſi cuſtodiendum commendauit. Qui fuga elapſus, cunctis viribus eidem Imperatori rebellare contendit. Imperator interim Paſchali feſto Rauennæ peracto, territorium Mediolanenſe repetiit, vrbem obſedit, caſtella, villas, omniaque circum ad rebelles pertinentia vaſtauit: coniuratorum vero manum facile compeſcuit, eiſque legem quam & prioribus habuerant temporibus, ſcripto roborauit. Epiſcopos quoque Placentinum, Cremonenſem & Vercellenſem accuſatos comprehendit & in exilium miſit. Sed non impune. Cum enim die Pentecoſtes in parua Eccleſia ſecus vrbem coronaretur ad miſſam, tam grauia fuerunt tonitrua & fulgura, vt aliqui mente exciderent, aliqui ſpiritum exhalarent. Bruno vero Epiſcopus qui miſſam canebat, & Secretarius Imperatoris cum aliis tribus dixerunt, ſe inter miſſarum ſolemnia vidiſſe ſanctum Ambroſium, Imperatori indignando comminantem. Cremonæ cum eſſet, Benedictus Papa ad eum acceſſit: & agente [b] Poppone Archiepiſcopo Treuirenſi, Simeonem Anachoretam apud Treuiros incluſum, catalogo ſanctorum adſcripſit.

Relegatio Epiſcop. ab Imp. facta haud placita Deo.

II. Canonizatio S. Simeonis. b *apud Sur. 1 Iun.*

III. Magnus Fernandus Rex Caſtellæ, occiſo Veremundo Iuniore Regno Legionenſi poſt eum potitus, & à Seruando Legionenſi Epiſcopo inauguratus, victoriam Diuo Iacobo Apoſtolo acceptam ferens, Compoſtellam viſitauit.

IESV CHRISTI
Annus 1038.

BENEDICTI IX. PAPÆ ANNO 5. CONradi Imper. ann. 12. Michaelis Imper. ann. 5.

I. a *lib. 2. c. 59. & ſeqq.*

ANno Chriſti 1038. [a] Pandulphus Princeps Capuanus, tyrannide omnia vaſtabat, neque à direptione monaſteriorum ſibi temperabat. Caſſinenſe præ cæteris vehementius afflixit: cum ad Monachos vt illi ca- A licem aureum ab Imperatore, Deo dicatum darent, miſit. Ibi Adam qui Eccleſiæ curam agebat: Ego, inquit, quæ requiris, nec tibi, nec vlli prorſus hominum daturus ſum, ſed ea ſuper ipſum Beati Benedicti altare ponam. Inde ille qui voluerit, aut præſumpſerit, tollat.

Expeditio Conradi Imp. in Ital. pro Caſſinat.

Præſumpſit quidam Pandulphi miniſter. Sed mox paralyſi & epilepſi correptus cecidit, miſerandumque ſpectaculum de ſe præbuit, cæterum cum propter fratrum orationes aliquantum conualuiſſet, diſtorto tamen ore atque oculo vſque ad obitum manſit. Non mouit ea res Pandulphum: ſed vniuerſum theſaurum monaſterii illius diripuit, bonaque omnia occupauit. Iam omnes monachi exceſſerant vt ad Conradum pedes irent. Verum ab vno eorum reuocati, Legationem ad Imperatorem miſerunt, opem contra tyrannum implorantes. B Venit ille, Caſſinum intrauit, plorantes audiuit, Capuam obſedit, Pandulphum repreſſit, & veniam petere, & ſatisfactionem præſtare monaſterio coegit. Diuina patientia ſuſtinuit illum tempore aliquanto, ſiue vt ſe emendaret, ſiue vt menſuram peccatorum impleret. Impleuit, & propterea vſque ad fundum damnationis, poſt aliquot annos venit. Iſtud vero ad correptionem aliorum Deus aliquando, cuidam Pythagoræ, famulo Sergii Magiſtri militum ciuitatis Neapolitanæ reuelauit. Iuerat is cum Sergio venatum, cumque hora tardiore, ad retia componenda ſolus remanſiſſet, ſubito reuerendo admodum vultu & habitu monachi ei ſe obuiam obtulerunt. Cumq; timore perterritus, quinam eſſent, inquireret: illi: *Ne*, inquiunt, *metuas, tantum ſequere nos.* Et cũ aliquandiu per eandẽ ſiluam in C qua venabatur, graderentur, venerunt ad lacum quendam cænoſum, ac fœtidum valde, aſpectuq; terribilem, ibique Pandulphum Capuanum Principem, qui paulo ante defunctus fuerat, ferreis nexibus vinctum, atq; in illius cœno lacus ad guttur vſq; demerſum mirabiliter oſtenderunt. Interea duo nigerrimi ſpiritus retortas ex agreſtibus vitibus facientes, eumq; per guttur ligantes, in ipſa lacus profunda merſerunt, iterumq; ſurſum extraxerunt. Cumque hæc ſæpius facerent, prædictus famulus trementi licet voce eum alloquutus, orauit, vt ſibi, cur talia pateretur, ediceret. Ille vero flẽs & eiulans reſpondit; Licet pro innumeris ſceleribus meis infinita mihi pœna præparata ſit; Nullam tamen ob aliam cauſam iſta, quam cernis, excrucior pœna, niſi propter aureum calicem, quem de monaſterio B. Benedicti ſacrilega D ductus cupiditate abſtuli, eique moriens etiam reſtituere neglexi. Sed obnixe te precor, ac per Ieſum Chriſtum Dominum, cuius ego infelix præcepta contemnens, in hanc ſum demerſus voraginem mortis, obteſtor, vt Capuam ad vxorem meam vel ipſe pergas, vel per nuntium dirigas, qui ei & tormenta quæ patior nuntiet, & vt calicem monaſterio S. Benedicti reddat. Intulit ille; Quid, inquit, prodeſt, ſi ei nuntiauero? non enim quod te viderim, vel quod talia patiaris creditura eſt. Ad quem ille: Hoc, ait, ei ſignum ex mea parte, quod te miſerim, dabis: Quod Pandulphus Gualæ filius calicem ipſum ſub pignore habeat, & vt reddita, quam illi debuimus, pecunia recipiat illum, ac ſancti Benedicti monaſterio, omni mora poſtpoſita reſtituat. His dictis, ab oculis famuli viſio euanuit: famulus autem ille, poſt- E quam ea quæ viderat renunciaſſet, paucis diebus mortuus eſt.

Viſio de damnatione Principis ſacrilegi.

II. S. Stephan. Reg Hungar. obitus b *Carthuitius in vita.*

Peridem temporis, [b] S. Stephan. Hungariæ Rex ſentiens adeſſe migrationis tempus, accerſitis Epiſcopis & primorib. Palatii Chriſtiano nomine gloriantibus, primum cum eis tractauit de ſubſtituendo Rege; deinde paterne admonuit eos ſeruare catholicam fidem, quam accepiſſent, amare iuſtitiam, fraternæ charitati ſtudere, humilitati operam dare; ante vero omnia nouellę Chriſtianiſmi plantationi curam & ſolicitudinem adhibere. His dictis, manus & oculos ad cœlum erigens: Regina cœlorum, inquit, mundi inclyta reparatrix, tuo patrocinio ſanctam Eccleſiam cum Clero & Epiſcopis, regnumque cum primatibus & populo, tuis

precibus

Digitized by Google

precibus commendo. Quibus nunc ego vltimum vale dicens, animam quoq; meam tuis precibus commẽdo. Inſtabat tunc præcipua ſolemnitas, & lætus Angelis & hominib. aſſumptionis beatiſſimæ Mariæ virginis dies, in cuius gaudiis, vt ſui corporis fieret diſſolutio, precibus à Domino contendit, lachrymis & gemitibus impetrauit, ſperans cumulatioris miſericordiæ ſe ſpem habiturum. Aderat ergo felix ille dies, circumſtabant cum Clero Epiſcopi, cum miniſtris Principes & Comites; cum Rex in medio iacens ſacram percepit vnctionem, ſanctamque animam corporis & ſanguinis Chriſti recreatam viatico, in manus perpetuæ virginis & ſanctorum Angelorum, æternæ quietis beatitudini tradidit inſerendam. Corpus illius, quemadmodum diſpoſuerat, in templo Diuæ Deiparentis apud Albam Regalem conditum eſt.

III. Theophanes Epiſc. relegatur ob auaritiam ſuam ab Imper. c Curopal.

c Conſtantinopolis totis tribus menſibus à terrę motu tremuit. Propter quam cauſam Michael Imperator Theſſalonicam ſede tranſlata, Theophanum Metropolitam hominem auarum, & egentium nullam rationem habentem, ea ratione & mulctauit, & emendauit. Miſit quendam ex ſuis miniſtris, ab eo petens mutuari ſibi centenarium vnum, quoad Byzantio aurum ſibi afferretur. At ille adhibito iureiurando inficiatus eſt ſe habere niſi triginta libras. Et hunc quidem faceſſere iuſſit Imperator; miſiſque qui pœnu eius perſcrutarentur, reperit auri centenaria triginta tria; ex quibus clericis dedit, quæcunque ipſis debebantur à primo anno ſacerdotii Theophanis, vſque ad illud tempus: reliqua diſtribuit pauperibus, & Metropolitanum expulſum, in quodam agro relegauit, præfecitque Metropoli Prometheum.

IV. S Luciæ corpus Conſtantinop. tranſlatum. d Leo Oſtienſ lib. 2. c. 68.

d Per idem tempus Maniacus Dux ab Imperatore Michaele cum exercitu ad debellandos Sarracenos in Siciliam miſſus, cum Apuliæ atque Calabriæ milites in auxilium conſciuiſſet, Northmannoſque ſibi adiunxiſſet, totam inſulam in poteſtatem cepit. Syracuſana ciuitate capta, eidem Duci à ſene quodam ſanctæ Luciæ Mauſoleum proditum eſt; eiuſque corpus inde ſublatum, & in theca argentea poſitum, Conſtantinopolim cum omni honore & reuerentia tranſmiſſum eſt.

IESV CHRISTI Annus 1039.

BENEDICTI IX. PAPÆ 6. CONRADI Imper. 15. Michaelis Imperat. ann. 6.

I. Conradi Imp. obitus. a Glaber. lib 5 c 1. b Curopal.

ANno Chriſti 1039. a Nonis Iunii, ipſa feria tertia feſti Pentecoſtes, Conradus Imp. apud Traiectum Friſiæ inopinata morte ſubito deceſſit. b Michael etiam Imp. Orientis, cum indies magis magiſque acrius à dæmone quo obſidebatur, torqueretur, nec inueniret qua ratione ſe liberaret, miſit in omnes regiones & inſulas presbyteris ſingulis nummos duos, monachis vnum, baptizauitque recens natos pueros, traditis ſingulis nummo vno & milliareſiis quatuor. Tamen nihil horum profuit; imo vero malum augebatur, opitulante quoque hydropiſis morbo. Qua de cauſa miſer ille, relicta Ioanni fratri Imperii cura, Theſſalonicæ apud ſanctum Demetrium martyrem iugiter morabatur; eidem ſupplicans ac petens, vt ab obſidente dæmone liberaretur. Senſit ibidem aliquod leuamen, nunquam tamen potuit perfecte liberari. Hoc etiam tempore frequentes terræ motus facti fuere, & imbrium magna vis decidit, morbuſque anginæ multos extinguebat, ita vt non poſſent viui mortuos efferre.

II. Legatio Eccleſ. Polon. ad Bened. Pp.

c Stephanus Archiepiſcopus Gneſnenſis, qui Polonus Polono Bozentæ ſucceſſerat, vna cum proceribus Regni Poloniæ, apud Pontificem Max. contra Prædiſlaum Boemiæ Ducem, tanquam ſacrilegum egit, vt ſpolia Gneſnenſis Eccleſiæ, & præcipue corpora SS. Gau-

A dentii, & quinque fratrum martyrum reſtituere vellet. Fruſtra. Namque ſententiam pro reſtituendis rebus & ſacris pignoribus à ſede Apoſtolica prolatam, Boemiæ dux auro Cardinalibus iudicibus effuſo, dicitur interuertiſſe.

c Cromer. lib. 4. ex Dlugoſſo.

IESV CHRISTI Annus 1040.

BENEDICTI IX. PAPÆ ANNO 7. Michaelis Imp. ann. 7.

I. Obitus S. Chunegund. olim Auguſtæ.

B ANno Chriſti 1040. Die tertia Martii, S. Chunegundis inter moniales quindecim annos profeſſa, mortua eſt Bambergæ. Hæc cum proximæ moriturę Auguſtalia ornamenta ad pompam cadaueris præparare videret, fertur dixiſſe: *Amictus iſte non eſt meus, auferte hinc; ornatus hic alienus eſt: iſtis terreno ſponſo, & his cæleſti ſum copulata. Nuda de vtero matris meæ egreſſa ſum; nuda reuertar illuc. Hu miſera carnis vilem materiam inuoluite, & corpus meum iuxta tumulum fratris mei ac Domini Henrici Imperatoris, quem me vocantem video, in proprio locello reponite.* His dictis, in manum Domini ſpiritum commendans, migrauit ad cœlum: cuius ſepulchrum Deus pluribus miraculis illuſtrauit.

II. Fernandus Magnus Rex Conimbricā capit. Mariana lib. 9.

C Eodem anno Magnus Fernandus Rex Caſtellæ & Legionis, diu obſeſſam Conimbricam ope S. Iacobi Apoſtoli cepit. Aliquis Græcorum cum religionis cauſa viſitaturus corpus Apoſtoli ex Oriente Compoſtellam veniſſet, tempore eiuſdem Conimbricæ obſidionis, audiretque multorum ſermone confirmari, ſanctum Iacobum in prœliis ſæpe viſum inſidentem armatum equo opitulari fidelibus aduerſus Mauros: derogans fidem dictis, aſſertionem horum deriſit dicens: *Sanctus Iacobus, non miles ſed piſcator fuit.* Nocte inſequenti didicit ex viſu veritatem. Aſpexit enim ſanctum Iacobum, eo habitu corporis armatum pro Chriſtianis decertantem, & victoriam referentem, atque Chriſtianis in manus concedentem.

Viſio de S. Iacobo armato pro Chriſtianis decertante.

III. Saraceni in Sicilia diuinitus ſuperati. Curopal.

D Per idem tempus, Maniaco Duce, coniurationis apud Mich. Imp. accuſato, Catacallus cognomẽto Combuſtus rem contra Saracenos in Sicilia agebat. Reſumpſerant illi vires, & ferociores facti multa in Chriſtianos committebant. Ibi Catacallus exercitu confirmato, cum iuſſiſſet Sacramentum ſibi & omnibus militibus ſuis participari, circiter horam prandii, erumpẽs per vrbis portas omnes fere Saracenos proſtrauit. Ita quæ reliqua Siciliæ ciuitatum Meſſana fuit, ſub poteſtatem Chriſtianorum Dei ope venit.

IESV CHRISTI Annus 1041.

BENEDICTI IX. PAPÆ 8. MICHAELIS Imper. 8.

I. Michaelis Imp. obitus a Curopal.

E ANno Chriſti 1041. a Michael. Imper. eius nominis Quartus, confeſſus cædem Romani Imper. ac vere pœnitens defunctus eſt. Eadem hora Zoë Auguſta, iuſſit coronari Michaelem cognomento Calaphatem, quem in filium adoptauit. Sed cum is in eam ingratus, illam de ſolio eieciſſet, & monaſticam aſſumere coegiſſet, à populo repudiatus, oculis orbatus, perque viam publicam raptatus eſt, anno ſequenti.

b Cromerus lib. 4. ex Dlugoſſo.

b Poloni, ſeptenni interregno innumeris calamitatibus fatigati, tandem de inteſtinis diſſidiis nonnihil remittentes, comitiis Gneſnam indictis agnouerunt, conuenerunt que in eandem ſententiam, ſc. Remp. niſi ad vnum ruſus deferatur Principatus, ſaluam eſſe non poſſe. Quemnam vero potiſſimum deligerent, va-

riabant.

Digitized by Google

nabant. Nonnulli reuocandum eſſe Cazimirum, opti-
me de ipſis meriti Boleslai nepotem, cenſebant: alii ne-
gabant, quod metuendum eſſe diceret, ne is paternam
ignauiam, & maternam auaritiã imitatus vniuerſa per-
deret; neue memor iniuriæ, crudelis vltor exiſteret. Sed
cum de proceribus & ciuibus neminem deligi placeret;
externi vero principes ii qui erant finitimi, partim ho-
ſtes eſſent, partim impares tãto oneri iudicarentur, par-
tim etiam domeſticis malis atq; diſſenſionibus labora-
rent, vicit tandem ea ſententia, quæ Cazimirum, vbi v-
bi ſit, quærendum, placãdum, & reducendum eſſe cen-
ſebat. Iuuenem eſſe, & liberali facie, nec ſane crudelis
patris filium; facile veniam daturum culpam deprecã-
tibus: indolem vero eius omnia meliora; quam de patre
matreq; polliceri. Ad hæc autem, calamitate & exilio,
non ad otium & nequitiam, ſed ad induſtriam & mo-
deſtiam eruditum eſſe. Oratores delecti primores viri
ad reuocandum eum, ad Rixam Reginam in Saxoniam
profecti, ei mandata expoſuerant. Cæterum implacabi-
lis mulier aſpernabatur preces, exprobrabat ſuam eie-
ctionem, inſultabat malis miſerorum, negabat ſe ſui po-
ſtulata ipſorum facturum eſſe, vtpote ipſorum ſcelere
eo redactum, vt calamitatis tædio exiliique pudore, in
Gallias ſecederet, Cluniaciq; ſeſe vitæ monaſticæ addi-
ceret. Hoc accepto à Regina ſuperbo reſponſo Orato-
res Cluniacũ recta profecti, inuenerunt Cazimirum
mutato nomine Carolum, non modo profeſſum reli-
gionem, ſed iam Diaconum. Deprecabantur culpam
exilii ipſius, quæ tamen penes Reginam pene fuerit, O-
rabãt proinde, reſpiceret afflictam & pene euerſam pa-
triam, ſuſciperet paternum & auitum Regnũ, ab extre-
mo interitu vindicandum: in eo ſolo ſpem Polonorum
ſitam eſſe. Qua ſi decidant, funditus ſe periiſſe. Reſpon-
dit ille modeſte, oborris lacrymis: Exilium ſuum non i-
pſis, verum arcano Dei iudicio, & nonnulli fortaſſis pa-
rentum ſuorũ culpæ ſe imputare; caſum dulciſſimæ pa-
triæ, quam ſui maiores florentiſſimam reliquiſſent, mi-
ſerari, & adiutam eam omni ope & conſilio velle, ſi in-
tegrum id ſibi ſit. Nec ignorare maioris eſſe pietatis &
meriti, publica adminiſtrantem multorum ſaluti con-
ſulere, quam priuatum, & in ſolo loco concluſum, in-
nocentiam vitæ ſuæ tueri. Sed alieni iam ſe iuris factum
eſſe; datam ſemel Deo, atq; iis quorum ſe poteſtati vltro
ſubieciſſet, fidem fallere non poſſe.

Poloni repetunt Caſimirum monachũ ad Regnum.

Mæſti hoc reſponſo Legati, ac de ſpe propemodum
deiecti, omnia tamen ſibi tentanda eſſe exiſtimarunt.
Abbatem itaq; monaſterii adeunt; eadem illa oratiũ;
muneribus animum eius mollire conabantur. Ab eo a.
cum ad Max. Pontif. reiecti eſſent, necquicquam mole-
ſtiis & longinquitate itineris fracti, Benedictum Papam
acceſſerunt, petierunt, impetraruntque; vt Cazimirus
monachus & diaconus, profeſſionis Sacramenti reli-
gione ſolutus, ad regnum maiorum ſuorum rediret, v-
xorem duceret, liberos procrearet. *Pro hoc Polonis iniun-
ctum, vt comam in modum coronæ tondeant; vt faſciam candi-
dam lineam, inſtar ſtolæ à læuo humero in dextrum latus depen-
dentem deferant; & vt de ſingulis capitibus, exceptis nobilibus ſeu
equitibus, & qui ſacris addicti ſint, obolus vnus in lucernam per-
petuo in æde Diui Petri Romæ arſuram, quotannis pendatur.*

II. Legatio ad Pont. Ro. pro diſpenſatione à voto Religionis & à Diaconatu.

III. Quibus Conditionibus diſpenſatum fuerit cum Cazimiro.

Reſtitutus in paternum Regnum Cazimirus, atque
Gneſnæ ſolenni ritu inauguratus, Iaroslai Ducis Ruſſiæ
ſororem, Mariam nomine vxorem duxit, & Græcorum
ſchiſma abdicantem in Eccleſiæ Catholicæ reconciliauit;
Reginam ſolemni ceremonia fecit; & pro Maria, Do-
brogneuam appellauit, Sc. religionem eſſe ducens, ſi
cum ea quæ Diuæ Dei Genitricis nomen præ ſe fer-
ret, coniugali more conſue-
ſceret.

IV. Cazimirus reſtitutus * in Regnum.

A
IESV CHRISTI
Annus 1042.

Benedicti IX. Papæ 9. Michae-
lis Calaphati 1.

ANno Chriſti 1042. [a] Sanctus Gerardus Epiſcopus
Canochienſis per ea tempora florebat. Fuit is no-
bili genere Venetiis natus, & ab ineunte ætate mona-
ſticam ſancte complexus; tandem ab Hieroſolymitana
peregrinatione reuertens, & apud S. Stephanum Regẽ
Hungariæ diuertens, magno ab eo honore ſuſceptus,
atque eodem curante Eccleſiæ Canochienſi præfectus
fuit. Geſſit eam dignitatem, ſumma dignitate; maxime
B tunc cum Otto tyrannus contra Petrum Regem Hun-
gariæ ſurrexiſſet. Cum enim cæteri Epiſcopi coronam
regiam tyranno impoſuiſſent, ille plenus Spiritu San-
cto, ſtola candida indutus pulpitum aſcendit, Regemq;
his verbis per interpretem allocutus eſt, ipſo die Domi-
nicæ Reſurrectionis: *Obſeruatio, ait, Sancta Quadrageſimæ
peccatoribus pro venia, iuſtis pro præmio conſtituta eſt: quam tu
Rex cum cædibus pollueris, mihiq; nomen Patris præripueris, per
te dulciſſimo filio orbato, nullam hodie veniam mereris. Et quia
pro Chriſto meo mori paratus ſum, quæ tibi ſunt euentura præ-
nuntiabo. Anno tertio regni tui gladius vltionis in te excitabi-
tur, qui tibi regnum improbe acquiſitum & vitam auferet.* No-
lebat interpres hæc verba renunciare. at ille tandem cõ-
pulit monẽs vt prius Deum timeret, quam Regem ho-
noraret. Ita hic euulgauit, reipſa a. vnuſquiſque poſtea
C probauit, S. Gerardum Spiritu prophetico prædixiſſe.

I. De S. Gerardo Epiſcop. a apud Sur. 23 Septemb.

Libertas ipſius aduerſus Tyrannum.

Conſtantinopoli Michaele Calephate exoculato, &
ab Imperio eiecto, Conſtantinus cognomento Mono-
machus, qui ab Ioanne Michaelis Paphlagenis Imp. fra-
tre in exiliũ fuerat deportatus, ab exilio reuocatus, iun-
cta ſibi in matrimonium Zoe Auguſta, imperium Oriẽ-
tale obtinuit die 11. Iul.

II. Conſtantinop. Conſtant. Monomachus imperat.

IESV CHRISTI
Annus 1043.

Benedicti IX. Papæ Ann. 10. Conſtan-
tini Monomachi ann. 1.

D ANno Chriſti 1043. [a] Defuncto Canuto Rege Anglo-
rum, eiuſq; duobus filiis ex inſperato morte ſubla-
tis, delatum eſt Regnum S. Eduardo Ethelredi ex Em-
ma Regina filio; qui Comitis Godnuini filia Egithæ in
matrimonium ſibi collocata, pari conſenſu Virginem
virgo ad mortem vſq; illęſam incontaminatus ſeruauit.
Viderat quondam in ſomnii reuelatione ſeculi illius à
tali coniugio felicitatem, Brithunoldus Wintonienſis
Epiſcopus, atq; renunciauerat vniuerſis. Nã cum tem-
pore Regis Canuti apud Glaſtoniam cœleſtibus lucu-
braret excubiis, ſubiiſſetq; illum cogitatio, quæ frequẽ-
ter angebat, de regia ſtirpe pene deleta: hæc meditanti
ſopor irrepſit. & ecce in ſuperna raptus vidit Apoſtolo-
rum Principẽ Petrum, ipſum Eduardum in Northma-
nia exulem, in Regem conſecrare, cœlibe, hoc eſt, virgi-
ne & abſq; liberis infœcunda deſignata vita, & certo vi-
E ginti quatuor annorum numero regni computato. Ei-
demq; conquerenti de poſteritate, reſpondere: Regnũ
Anglorum eſt Dei poſt te prouidit Regem ad placitum
ſui.

I. S. Eduardus Coronatur Rex Angl. a Wilelm. Malesb. de hiſt. Reg. Angl. lib. 2. c. 13. Ipſe & vxor permanent virgines vſque tunc ad mortem.

[b] Conſtantinopoli die 20. Febr. Alexius Patriarcha de-
functus, ſucceſſorem habuit Michaelem cognomento
Cerularium, qui ab Ioanne Michaelis Imp. fratre in e-
xilium fuerat propter tyrãnidem affectatam relegatus.
Adalberto Hamburgenſi Archiepiſcopo, recens poſt
Alebrandi hominis ſancti mortem electo, Bene-
dictus Papa pallium deſti-
nauit.

II. Michael Cerular. Epiſc. Cõſtantinop. b Curopal.

Digitized by Google

IESV CHRISTI
Annus 1044.

BENEDICTI IX. PAPÆ 11. CONSTANTINI Monomachi ann. 2.

I. Schiſma in Eccl. Rom. a Otto Friſingenſis.

ANno Chriſti 1044. Hoc anno, [a] pudenda confuſio Eccleſiæ Dei in vrbe Romana fuit, tribus ſedem illam vſurpantibus, atque ad maioris opprobrii cumulum tam reditibus, quam Patriarchiis inter ſe diuiſis: vno apud Lateranum, altero ad S. Mariam Maiorem, tertio ad S. Petrum ſedente. Benedictus, Lateranenſe palatium flagitioſa & turpi vita infamabat, Ioannem Sabinenſem Epiſcopum, Ptolomæi Romani ciuis factioſi, pecunia corrupti, factio, in ſede apud S. Mariam collocauit, Sylueſtrum, non tamen gratus nuncupauit. Inter hos Gratianus presbyter Romanus, miſerandum Eccleſiæ ſtatum cõſiderans, zelo pietatis ductus, vt Eccleſiæ turpiſſime deformatæ ſubueniret, & Sylueſtro, & Benedicto, perſuaſit, & reditibus aſſignatis, non tam ſedem emit, quam vexationem Eccleſiæ ab intruſis redemit, vt ſponte dignitatem male à Benedicto adminiſtratam, ab altero autem peius vſurpatam deponerent. Acceſſit [b] & Bartholomæi Abbatis Cryptæ Ferratæ diſcipuli S. Nili, viri ſanctiſſimi perſuaſio. Cum enim Benedictus iuuenis voluptatibus deditus, tandem aliquãdo à conſcientiæ ſtimulis actus fuiſſet, & hunc Abbatem, vt ab eo opportunum quæreret, acciuiſſet, ipſe nõ eſt throni celſitudinem veritus, non dignitatis præſtantiam reſpexit, neq; munera & honores, quod pleriq; ſpiritualium medicorum facere ſolẽt; ſed mali grauitatem, & propterea opportunam mali abſciſſionem illi adhibens, ita inquit: *Non licet tibi ſacra facere, ſed potius abſtinere, & Deum placare, quem peccando irritaſti.* Audiuit hæc Benedictus, & nequicquam procraſtinans Pontificatu ſeſe abdicauit.

Tres ſimul antipontifices.

b Acta S. Nili.

II Greg. VI. legitim. Pontifex. c Otto Friſing. & Glaber lib. 5.

Et ſponte cedente, [c] Gratianum S.R.E. presbyterum, tanquam Eccleſiæ Dei liberatorem, omnes vnanimi conſenſu, in Summum Pontificem elegerunt, eumque mutato nomine Gregorium Sextum vocauerunt. Eius viri religioſiſſimi ac ſanctiſſimi bona fama, quicquid prior fœdauerat, in melius reformauit. Petrus Damiani ille rigidus ſeculi ſui cenſor, poſtquam intellexit Gregorium eſſe aſſumptum, iſta gratulabundus ad eum ſcripſit: [d] *Lætentur cœli & exultet terra, & antiquum ſui iuris priuilegium ſe recepiſſe Sancta gratuletur Eccleſia. Conteratur iam milleſormecaput venenati ſerpentis, ceſſet commercium peruerſe negociationis, nullam iam monetam falſarius Simon in Eccleſia fabricet; nulla Giezi, præſente prouidi doctoris abſentia furtiua dona reportet. Iam columba reuertatur ad Arcam, & virentibus oliuæ foliis, pacem nunciet terris redditam. Reparetur nunc aureum Apoſtolorum ſeculum, & præſidente veſtra prudentia, Eccleſiaſtica refloreat diſciplina. Reprimatur auaritia ad Epiſcopales infulas anhelantium; euertantur cathedræ columbas vendentium nummulariorum.*

d ad Greg. 6 epiſt. 1.

GREGORII VI. PAPÆ anno 1.

I. [...]nta per [...] VI. [...]r. [...]t. de [...] lib. 1.

POrro [e] Gregorius Papa Sextus, erat vir magnæ religionis & ſeueritatis. Is ita Romani Apoſtolatus ſtatum per incuriam anteceſſorum ſuorum diminutum inuenit, vt præter pauca oppida vrbi vicina, & oblationes Fidelium, pene nihil haberet, quo ſe ſuſtentaret. Ciuitates & poſſeſſiones in longinquo poſitæ, quæ ad ius Eccleſiæ pertinebant, à prædonibus ablatæ; tramites publici & ſtrata viarum per totam Italiam à latronibus ſtipabantur, vt nullus peregrinus niſi cum maiori manu impune tranſiret. Feruebant totis ſemitis inſidiatorum examina, nec inueniebat viator, quo colludio euaderet. Ita in vacuum, ſicut in pecunioſum furebatur; nec ſupplex habere gratiam, nec reſiſtens poterat violentiam ſuſtinere. Ceſſatum erat ab omni prouincia Romam iter aggredi, quod mallet quilibet per domeſticas Eccleſias nummos ſuos diuidere, quam latrunculos propriis laboribus paſcere. In vrbe, vnico habitaculo ſanctitatis, in medio foro Sicarii vagabantur; genus hominum, infidum & verſutum. Si quis ſemitarum obſeruatores aliquo tranſiſſet artificio, capitis ſcilicet periculo Apoſtoli Eccleſiam videre cupiens, in ſicarios incidens, nullo modo ſine ſubſtantiæ, vel ſalutis damno domum reuertebatur. Super ipſa corpora SS. Apoſtolorum & Martyrum, ſupra ſacra altaria gladii nudabantur; & oblationes accedentium vixdum appoſitæ, de manibus abripiebantur, abreptæ in comeſſationes & ſcortorum abuſiones conſumebantur tantorum malorum turbo Gregorii papatum offendit. Ille autem primo leniter (& vt decet Pontificem) magis amore quam terrore cum ſubiectis agere; delinquentes verbis plus quam verberibus premere: *Vrbani à peregrinorum infeſtatione, à rapina ſuorum ceſſarent. alterum eſſe contra naturam, vt ille qui communi reſceretur aere, non communi frueretur pace: Chriſtiano inter Chriſtianos libere, quo liberet progrediendum, dum omnes ſint ex vno famulitio, omnes vnius ſanguinis connexi coagulo, redempti vno pretio: alterum contra Dei mandatũ quod præcepit, vt qui altario deſeruiunt, de altario viuant. Præterea domum Dei docere, eſſe domum orationis, non ſpeluncã latronũ, non gladiatorum conuenticulum. Permitterẽt oblationes tranſire in vſus ſacerdotum, vel in expenſas pauperum: promiſurum ſe illis quos egeſtas ad rapinas compelleret, vt aliquo honeſto officio ſtipem haberent: quos cupiditas exagitabat, ipſi ſibi pro Dei timore, & ſeculi honeſtate modum ponerent. Inuaſores Eccleſiaſtici patrimonii mandatis & epiſtolis inuitauit, vt aut indebita redderent, aut ſe iure illa tenere, in ſenatu Romano probarent. Si neutrum facerent, Eccleſiæ membra ſe non eſſe cognoſcerent, qui capiti Eccleſiæ B. Petro & eius Vicario reſultarent.*

Lenitas Greg. Pap. vt ſeditioſos ad meliorem frugem reuocaret.

Talia frequenter cõcionatus, & aut parum aut nihil proficiens, ſeuerioribus remediis inueterato morbo tentauit occurrere. Cauterio itaque excommunicationis omnes ab Eccleſiæ corpore remouit, vel qui talia facerent, vel qui agentibus conuiuio, vel etiam colloquio participarent. Hæc ille pro ſuo officio ſatis agebat; ſed pene in perniciem verſa ſedulitas. Nam, vt ille dicit: *Qui erudit deriſorem, ipſe ſibi iniuriam facit*: maligni illi leui admonitione perſtricti contra furere, minis auras territare, muros vrbis armis circũſonare, adeo vt Pontificem pene interimerent. Itaque ferro abſciſſionis vtendum iudicans, arma vndecunque & equos conquiſiuit, milites & equites adornauit. Ac primum baſilicam beati Petri præoccupans, raptores oblationum vel extinxit, vel effugauit. Inde fortunam ſibi aſpirare videns, longius progreſſus, & ſi qui reſiſterent occiſis; prædia omnia & oppida multis temporibus amiſſa, in antiquum ius reformauit. Itaque pax per multorum ſegnitiem exulans, per vnum hominem in patriam rediit. Securi peregrini inſitetas viarum terebant orbitas, læti per vrbem antiquis oculos paſcebant miraculis, & cantantes, donis factis repatriabant. Quirites interea rapto viuere aſſueti, ſanguinarium illum vocabant, & indignum, qui conſcius tot cædium, ſacrificium Deo offerret. Et vt fieri ſolet, quod morbus obloquii ab vno ſerpat in omnes, aliqui etiam Cardinales, argumenta populi non improbabant.

Seueritate vtitur cum lenitas non proficeret.

II. Pax per Greg. Pap. armis reddita.

III. Per ea tempora, Eccleſiæ Piſaurenſi præerat quidam Epiſcopus, quem Petrus Damianus titulo adulteri, inceſtuoſi, periuri & raptoris deſignabat: Eccleſiam vero Semproniensem quidam Archipresbyter cætera bonus, ſed per auaritiam honoris ad dignitatem Epiſcopalem contendebat. Orabat Gregorium Damianus, vt illum quidem deponeret, iſtum vero præficeret: ſi modo de ambitione pœnitentiam perageret.

IV. Seditio Cõſtantinop. contra Imper. f Curopal.

Eodem anno [f] Conſtantinus Monomachus periculum capitis adierat. Pellicem ſuperintroduxerat Romani Scleri ſororem, atque propterea ſe exoſum populo red-

lo reddiderat. Quamobrem eo ad Eccleſiam SS. Martyrum equitante, repente è media turba exaudita vox eſt: Nos Scleranam Reginam nolumus; neque propter ipſam matres noſtræ porphyrogenitæ morientur Zoe atque Theodora. Poſt hanc vocem ſtatim confuſa ſunt omnia, & perturbatus populus conabatur Regem occidere. Et niſi celerrime Reginæ Zoe & Theodora è ſuperiori parte proſpicientes conſternatam multitudinem ſedaſſent, non pauci periiſſent, & ipſe Imperator occubuiſſet.

V. Obitus B. Gregorii Card. & Epiſc. Oſtienſis.

Hoc anno in humanis eſſe deſiit, in Hiſpaniis, B. Gregorius Oſtienſis Epiſcopus, Apoſt. Sed. Legatus. Fuit is à primis annis, inter D. Benedicti religioſos adſcriptus, primum Monaſterii SS. Coſmæ & Damiani ad Micam Aureã Abbas, deinde à Ioanne XVIII. pp virtutes ingentes, Purpuræ ſplendore ornatus, & Oſtienſi Eccleſiæ prælatus. quo tempore, cum vniuerſa fere Hiſpania, à Benedicto Summo Pontifice, aliquam opem contra locuſtarum agmina, quæ omnia virentia depaſcebantur imploraret; & ille triduano ieiunio populis indicto conſilium à Deo requirens, Angelum aſpexiſſet monentem, vt Gregorium ad euertendam luem deſtinaret, hunc ipſum ire iuſſit. Mirum eſt, quod referũt; à ſola aqua ablutionis manuum Gregorii, vbicunq; illa inſperſa fuiſſet, necem locuſtis illatam fuiſſe. *Hiſpan. Annales.*

IESV CHRISTI
Annus 1045.

GREGORII VI. PAPÆ ANN. 2. CONSTANTINI Monomachi Imper. ann. 3.

I. Legati à Caſim. Reg. Polon. miſſi ad ſedem Apoſt. a *Cromer lib. 4. & Dlugoſſus in Annal. Polon.*

ANno Chriſti 1045. Per ea tempora, Caſimirus Rex Poloniæ, contra Maslaum perduellem, Maſouiæ Ducatus vſurpantem, feliciter dimicauit. a Ferunt per viſum primo diuinitus recreatum, atq; animatum, contra hoſtem viribus & armis ſuperiorem promouiſſe exercitum. Narrant ẽt conſpectum eſſe in aere iuuenẽ auguſta ſpecie corporis, veſte candida, candido equo inſidentem, & in hoſtiles turmas vexillum inferentem. vnde barbari, terga vertentes, Polonis victoriam detulerunt. In eo prœlio cæſorum quindecim millia, captorum duo numerabãtur: è Polonis pauci ſaucii, pauciores deſiderati. Maslaus ex fuga in Pruſſiã reuerſus, ibi à barbaris cognito prælii euẽtu excarnificatus, inq; cruce actus eſt, inſultantib. vt alta teneret, qui alta petiuiſſet. Victoria reportata, & pacato per circuitũ Regno, Caſimirus Legatos tum ad Benedictum Pontificem, tum Cluniacum miſit. qui Romano quidem Antiſtiti, nummum capitationis pactæ, Diuo autem Benedicto Abbati munera ampliſſima ferrent, & Diuinam erga illum benignitatem renunciarent. Iidem Legati ab Abbate Cluniacenſi aliquos monachos mitti in Poloniã poſtularunt, qui religionis Benedictinæ quaſi colonias quaſdã in Regnum deducerent. Miſit ille duodecim; & his Caſimirus partim Tineciã arcem, vna à Cracouia leuca ſupra Viſtulam, cum centũ amplius pagis, partim Lubenſum oppidum ad Odram ſitum, cum compluribus itidem pagis & prouentibus aliis attribuit; domicilia monachis extruxit, atq; templa ſuppellectili perampla ad cultum Diuinum apta ornauit. Fuit autem primus Abbas Tinecenſis Aaron Gallus: cuius integritas, pietas & induſtria Cluniaci adhuc Caſimiro erat perſpecta. Atq; is deinde Rachelino Archiepiſcopo Cracouienſi vita defuncto, à ſacro eius baſilicæ collegio poſtulatus, ſeptimus ſucceſſit, regio fauore & commendatione adiutus. Porro ne quid eidem monaſterio Tinecenſi incommodaret, Decimas quæ ex agris Tinecenſis Monaſterii Archiepiſcopo Cracouiẽſi debebantur, Abbati & monaſterio iure ſempiterno addixit & adſcripſit; diœceſim

A autem pſalmodiis & precationibus iis, quæ Graduum vulgo dicuntur, onerauit.

II. Regnum Polon. tributarium Sed. Apoſt.

Quod ipſam capitationem attinet, volens Caſimirus parere pactis Summo Pontifici Benedicto primum per Legatos Polonorum, deinde per ſe promiſſis, generalem omnium ſuarum prouinciarum indixit Conuentum; in quo & pollicitatio, Apoſtolicæ ſedi per Legatos Polonorum facta, concordi omnium deuotione & cõſenſu decreta, & innouata eſt; & vniuerſali mandato ſolutio vnius vſualis oboli de capite, tam ciuitates, quam oppida, vicoſque & rura colentium in duabus Prouinciis, videlicet Gneſnenſi & Cracouienſi, ac diœceſibus eiſdẽ ſubiectis, videlicet Poſnanienſi, Plocenſi; Smogorouienſ. q̃ poſtea Spicinã & poſtea Vuratislauiam tranſtulit Lubuſſenſi, Culmẽſi & Caminenſi impetrata. Ab B eo quoq; tempore Regnum Poloniæ, magis factum eſt Romanæ Eccleſiæ, immo Vicario Ieſu Chriſti Summo Pontifici feudale & tributarium; nec vnquam tributi prædicti ſolutionem paſſum eſt quacunque occaſione aut pacto intermitti, aut reſcindi. Videbatur autem cẽſus iſte, qui Denarius S. Petri appellatur, primum Polonis difficilis & grauis, vtpote qui ſecum perpetuam trahebat in Polonos obnoxietatem: poſtea tamen profectus varios, & commoda regno Poloniæ cognitus eſt præſtitiſſe, & præſtare: vt non ab homine, ſed ab ipſo Deo genetis Polonorũ principio impoſitio eius credatur profluxiſſe. Quamuis autem per multa annorũ ſpatia, impoſitionem præſentem ſequentia, regno Poloniæ in plures Ducatus & prouincias ſciſſo, ipſum à nonnullis finitimus gentibus, præſertim à Bohemis, & Fratribus domus Teutonicæ, nigram Crucem in albo habi- C tu deferentibus, in ſuis prouinciis fuerit occupatum & direptum; nullum tamen tam efficax ingenium (quamuis ad id plurimi interpoſiti fuerint induſtrioſi labores & conatus,) poterat reperiri, quo proprietas, regno Poloniæ in huiuſmodi terris & prouinciis competens, potuiſſet per huiuſmodi occupationem aboleri. Sileſiam enim in Polonorum ditione manſiſſe, vel S. Petri nummus, certiſſimum argumentum eſt. Nam cum Sileſii quoque, itidem ac cæteri omnes, qui tunc Regno Poloniæ continebantur, etiam nunc pendunt. Præter hoc quod Caſimirus Rex Poloniæ Smogorouienſem ſeu Bicinenſem cathedram Epiſcopalem, à Miecislao I. Monarcho Polonorum erectam, Vuratislauiam, quæ in vmbilico Sileſiæ eſt, transtulit; & tam ius præſentan- D di Epiſcopum, ſibi ſuiſque ſucceſſoribus ſaluum, quam Epiſcopum Vuratislauienſem Gneſnenſi Archiepiſcopo, velut proprio Metropolitano ſubiectam perpetuo eſſe voluit, & ſeruauit quicquid aliqui Terræ filii, adipe & ſanguine Polono impinguati, incraſſati, & quid niſi, calcitrones, vel muſſent, vel contendant: Sc. Spiritum libertatis, ſed non Eccleſiaſticæ, neque Chriſtianæ, ſuſpirantes.

Omnes veteres Polon. regiones tributum Denarii excepta diœceſi Caminenſ. priuilegio Apoſtolicæ exempta.

Cæterum denarius S. Petri prædictus, cæteris teſtimoniis ſuppreſſis, aut vetuſtate abolitis, & conſumptis, & iniuſtam terrarum occupationem vociferatur, & deregit; & illas de ſorte, titulo, iure & proprietate Regni Poloniæ fuiſſe, eſſeque demonſtrat & conuincit. Ab eo ſiquidem tempore, vſque ad diem hanc, omnes veteres regni Poloniæ regiones, omneſque Eccleſiæ Polonæ ditiones vno & perpetuo honore iuris vſurpa- E to; & nunquam intermiſſo, tributum denarii Sancti Eccleſiæ Romanæ tradunt; præter Caminenſem diœceſim, ſpeciali Apoſtolico priuilegio ad preces Legati Apoſtolici capti, & ex diuturna ſeruitute opera Caminenſis Epiſcopi in libertatem reſtituti, exoneratam & exemptam. Ringuntur credo aliqui ad iſtud ius iuſtiſſimum. Sed cum iuſtiſſimum eſſe res ipſa euincat, ringantur licet vel rumpantur.

III. S. Guntheri erem. obitus.

Hoc anno eodem, Septimo Idus Octob. S. Guntherus Sancti Stephani Hungarorum Regis cognatus, monachus monaſterii Abhatahenſis ſub Beato Godehardo Abbate, demum Eremita in ſilua Boemæ, poſt annos triginta ſeptem ibi exactos, Sancto fine quieuit,

Digitized by Google

poſtquam à Seuero Epiſcopo Pragenſi Sacram Euchariſtiam percepiſſet.

IV. Northmãni S. Benedicti ope cæſi. b *Leo Oſtienſ. lib. 2. c. 71. & ſeq.*

b Northmanni in Apuliam acciti, poſtquam Saracenos deuiciſſent, neque vlla externa bella eis ſupereſſent, in monaſteria & reliqua Eccleſiaſtica bona graſſari cœperunt. & inter hæc caſtrum S. Victoris, & arcem S. Andreæ Caſſinenſibus monachis eripuerunt. Porro monachi exiſtimantes iuſto prælio ſe poſſe contra inuaſores decertare, arma ſumpſerunt, & profligatis Northmannis omnia ablata recuperarunt. Mirum accidit. Cum ex vtraque parte lapides ac tela mitterentur, Northmanorum tela, & alia miſſilia, veluti valido vento retorta, in ſuos, à quibus mittebantur recidebant. Quod vbi hoſtes animaduerterunt, caſtra monachis reddiderunt, & incolumitatem ſolam ab eis poſtularunt; Diuo ſcilicet Benedicto pro ſuis depugnante. Quod vt credatur, nocte ipſa præcedente pugnam, cum ruſticus quidam ex caſtro Ceruario Hieronymus nomine domi quieſceret, videbatur in ſomnis ſe per viam, quæ à Mortula caſtro ducit, remeare. cum ecce ſubito monachus quidam reuerendi admodum vultus, veluti ex itinere feſſus, virgamque manu geſtans, illi in via comes adiunctus eſt. Cumque pariter incedentes ad biuium perueniſſent, vnde ad villam S. Andreæ diuertitur, rogabat ſocium monachus, vt paulum ex itineris labore requieſceret. Cumque reſediſſent; vnde ſic laſſus adueniret, monachum ruſticus inquirere cœpit. *Ego*, inquit ille, *diu in Caſſino monte conſtructo monaſterio, cum Fratribus habitaui: Sed cum in me valde ingrati eſſent, illorum moleſtias ferre non valui, dimiſſiſque eis Hieroſolymam adii, atque quadraginta iam fere annis cum Beato Stephano ſum commoratus. Nunc autem crebris illorum nuntiis vocatus veni: & ſi quidem mores ſuos corrigant, ibidem cum illis habitabo: Sin autem, per viam qua veni reuertar.* Rogatus autem vt nomen diceret: *Ego*, inquit, F. *Benedictus vocor.* Cumque viam, qua ad S. Andream pergitur, monachus fuiſſet ingreſſus, & quo tenderet, à ruſtico eſſet inquiſitus: *Huc*, inquit, *pergo: quoniam in arce hac mihi agendum aliquid eſt.* Expergefactus autem ruſticus, retulit Domino ſuo Mainardo Archipresbytero quod viderat ſomnium. Sequenti autem die arx capta eſt; aſſerebantque eius incolæ, in ipſo graui partis vtriuſque conflictu vidiſſe ſe monachum viriliter contra Northmanos dimicantem, ſuoſque ardenter hortantem; cum nemo tunc ex his, qui aderant monachus, illi ſe pugnæ miſcuerit. Ante paucos etiam dies alii cuidam ruſtico viſum eſt in ſomnis, quod B. Pater Benedictus virga, quam gerebat manu, Northmanos eius terræ incolas inſequendo ante ſe ageret, eoſq; ſeueriſſime verberans, cum ignominia de hac terra procul eliminaret, nullo ſibi vel modicum reſiſtere valente.

IESV CHRISTI
Annus 1046.

GREGORII VI. PAPÆ ANN. 3. CONſtantin. Monom. Imper. ann. 4.

I. Hæreſis Henriciana a *Hermannus*.

II Gregor. Pap. deponitur ab Henrico Rege & Clemens II erigitur.

ANno Chriſti 1046. a Henricus Rex Germaniæ, vt ſibi imperium Occidentale arrogaret, nimis impia præſumptione in res & perſonas Eccleſiaſticas ſibi iudicium vſurpauit: hæreſiſque Henricianorum, quam hodie quoque Politici mordicus amplectuntur, auctor fuit.

In Italiam itaque veniens, primo Widgerum Rauennatem Epiſcopatu deiecit. Papiæ deinde coadunato exercitu Synodum celebrauit. Inde Placentiam veniens Gregorium Sextum Pontificem Romanum, ad ſe venientem honorifice quidem ſuſcepit; ſed tandem apud Sutriam feſtiuitate aduentus Dominici celebrata, cum plerique aduerſæ factionis Gregorium accuſarent, quaſi is Pontificiam dignitatem emiſſet, Synodo congregata, Pontificatum illi abrogauit. Inde ad Romanos negotio relato, eorum conſenſu qui Gregorio male cupiebant, & eiectum eſſe volebant, Sindigerum Germanum gente Saxonem, Epiſcopum Bambergenſem in ſedem Romanam intruſit, & Clementem ſecundum appellauit, & ab eo tam ipſe, quam Agnes, imperiale diadema recepit, & tandem ad palatium Lateranenſe perrexit. Gregorius porro Pontifex legitimus, cum cerneret ea occaſione dirum Schiſma eſſe conflandum, imitatus Gregorium Nazianzenum, qui propter pacem Eccleſiæ conciliandam ſponte ſe dignitate abdicauit, & ipſe eodem animo, eademque virtute Pontificia ſede ſponte ceſſit.

III. S. Guidon. Abbat. obitus.

Quarto Nonas Aprilis, S. Guido Abbas Pompoſianus in agro Ferrarienſi ad Dominum migrauit, cum annos quadraginta octo eidem monaſterio præfuiſſet, & tã in vita quã in morte miraculis claruiſſet. Eius corpus in Germaniam ab Henrico Imp. relatum Spiræ conditum eſt.

Ipſius res geſtæ.

Porro is Rauennæ honeſte educatus, adoleſcens Romam profectus, clericus eſt ordinatus. Dum Hieroſolymam peregrinari deliberaſſet, vt Rauennam, ſub Martini Eremitæ viri continentiſſimi, in ſua apud Pompoſiam habitantis diſciplina manſurus reuertatur, in ſomnis eſt admonitus. Sub Martino itaque tres annos commoratus, Pompoſiam venit, inde ad monaſterium S. Seueri, à Rauenn. 3. p. m. diſtans. Fama autem probitatis eius ſparſa, Abbati Pompoſiæ defuncto ſubrogatus eſt, quo tempore Albertus pater, & Geraldus frater ſeculo relicto, Chriſti ſeruitio ſeſe dederunt. In officio ſumma prudentia, ac ſanctitate enituit. Cum quidam ex operariis monaſterii, ex alto caderet, S. Abbatis merito, illæſus ſurrexit. Martinus monachus in cellula à monaſterio 3. m. diſtita defunctus, ad eius preces reuixit, ac locis tormentorum fratribus enarratis, poſt triduum, accepta Abbatis benedictione, quieuit in pace. Cum Heribertus Epiſc. Rauen. Monaſterium Pompoſianum, ductis ſecum armatis viris, odio in virum Dei ſtimulatus, demoliri vellet, S. Guido cum monachis ad orationis præſidium confugit, cumque Epiſcop. Eccleſiam ingrederetur, ita mutatus eſt, vt Abbatem humaniſſime affatus, cum eo deinceps amicitiam inierit. Cum Gobehardus Heriberti ſucceſſor, Pompoſiæ in refectorio cum monachis cibum caperet, ex aqua ante Abbatem poſita ſibi afferri iuſſit, quæ ſtupente Epiſc. in vinum conuerſa eſt.

Tanta erat eius ſanctitas, vt infirmi certatim aquam, in qua manus abluiſſet, arriperent, ea enim abluti, ſanabantur à morbis. Ab Henrico II. Imp. in Italiam veniente inuitatus, inuitus iter arripuit, quod vt monachis prædixerat, nõ amplius eum viſuri eſſent. Cum Parmam itaque & Iuliam (quam Burgum S. Domnini nunc dicunt) vt occurreret Imp. veniſſet, ita ægrotauit, vt 3. Non. April. vita excederet, campanis vltro ſonantibus, & cæco ad eius corporis tactum illuminato. Eius corpus ab Imp. Veronam, vbi aliquot infirmi ſanati ſunt, deinde Spiram in Germania, vbi auguſto ei templo excitato, præcipuo honore colitur, translatum eſt. *Ex Monum. Eccleſ. Pompoſ. Hieronym. Rub. libr. 5. Hiſtor. Rauen. Carol. Sig. lib. 8. de Reg. Ital.*

Eius obitus.

IESV CHRISTI
Annus 1047.

CLEMENTIS II. PAPÆ ANN. I. HENRICI II. Imp. ann. I. Conſt. Monom Imp. ann. 5.

I. Côcil. Ro aduerſus Simoniacos. a *Petr Dam ad Henr. epiſt.*

ANno Chriſti 1047. a Cumprimum Clemens ſecundus ſedem Romanam aſcendiſſet, ſtatim Concilium Romæ conuocauit; ad extirpandum crimen Simoniæ, quod per Occidentalia regna paſſim graſſabatur. Decreuit, vt quicunque à Simoniaco conſecratus eſſet, in ipſo ordinationis ſuæ tempore non ignorans Simoniacum eſſe, cui ſe obtulerit promouendum, quadraginta dierum pœnitentiam ageret, & ſic in accepti ordinis officio miniſtraret. In eodem Concilio, primum locum Rauennati Epiſcopo ante Mediolanenſem decreuit. Ioanni etiam Salernitano Archiepiſcopo pallium miſit; Fanenſem autem & Auximanum Epiſcopos, inauditis criminibus inuolutos depoſuit. cum ea de re Petrus Damiani illi perſcripſiſſet.

Clem. II. Pap. obitus & Bened. IX rurſum inuadit ſedem. b *Leo Oſtienſ. lib. 2. c. 82.*

b Tandem ſeptimo Idus Octobris, nono menſe Pontificatus vltra montes defunctus, Bambergam delatus eſt. Namque vna cum Imperatore, poſt Concilium celebratum, vrbe exceſſerat, & in Germaniam properarat. Clemente defuncto Benedictus nonus ſecundo expulſus, tertio Pontificatum inualit, & octo menſes tenuit, donec ab Imperatore ex Germania Poppo Epiſcopus Brixienſis, ſiue Aquileienſis tranſmiſſus, & conſenſu totius cleri electus illi in Pontificatu ſuccederet, Damaſi ſecundi nomine aſſumpto. Duxerat quoque ſecum Imperator in Germaniam Gregorium ſextum: ne ipſo præſente, aliquid Romæ nouaretur.

Greg. VI. Pap. in Germaniâ ab Henr. ductus.

II. Concil. in Germania aduerſus Simoniacos. c *Glaber lib. 5. c. 5.*

c In Germaniam Henricus reuerſus, omnium Epiſcoporum Concilium conuocauit, & in eo multa contra Simoniacos decerni curauit: nimirum, vt eius criminis conſcii, à Sacro miniſterio ſecundum diſpoſitionem canonicam arcerentur. Contigit tunc temporis, vt Abbas cuiuſdam monaſterii honeſtæ poſſeſſionis equum valde optimum Henrico præſentaret, quatenus in loco ſibi commiſſo ipſius amicitiam conciliaret. Fuerat autem idem equus, ignorante Abbate, cuidam militi clam ſublatus, ſibique pretio venumdatus. Quodam autem die cum Imperator eidem equo inſidens iter ageret, fuit ei miles obuiam, cui præfatus equus clam fuerat ſublatus. Hic imprudenter aggrediens Imperatorem, in hæc verba prorupit dicens: *Tu, ô Rex, qui cenſuras debes tenere totius iuſtitiæ, equum modo fraudulenter abſtractum cerneris poſſidere.* Cui Imperator: *Si tuus eſt, ait, equus, vt aſſeueras, accipe illum cum ſeſſore, & duc tecum quo melius optas, habeaſq; vtrumq;, quouſq; perſolutionem furti recipias.* Miles autem exiſtimans ſibi illudi, hærebat ſtupens: Henricus vero compellebat eum, vt manu iniecta duceret vtrumque in ſuum dominium. Sc. voluit ſuo exẽplo admonere ſibi ſubditos Imperator, magno ſui periculo poſſidere audere aliquid alienum. Quærebat interim à circumſtantibus Imperator, quas grates referret Abbati, qui eum in tale periculum coniecerat: Cumque alii aliud inſinuarent, tandem accerſito illo; *Depone*, ait, *baculum regiminis paſtoralis, quem credis largitione hominis mortalis deberegeſtari.* Quem cum Abbas à ſe proieciſſet, illum Rex ſuſcipiens, dexteræ imaginis ſaluatoris impoſuit: *Vade*, inquiens Abbati, & *ſuſcipe illum de manu Omnipotentis Regis, nec vltra pro eo debitor ſis alicuius mortalis, ſed libere vtere eo; vt decet culmen tanti nominis.* Hac iuſtitia & clementia ſeſe Imperator commendabat; qui incontinentia & carnis luxuria ſeſe infamabat. Aliud de eodem narrabat Willelmus Malmeſtenſis.d Tempore Conradi Patris, à quodam Clerico fiſtulam tulerat argenteam, qua pueri ludo aquam iaculantur, pactus Epiſcopatum, cum foret Imperator. Adultus tepenti pollicitum impigre dederat. Nec multo poſt aſpera valetudine correptus decubuit, morbo creſcente, triduo extenſus & mutus iacuit, cum in ſolo pectore vitalis halitus palpitaret. Nec aliud vitæ indicium erat, quam quod manu ad nares appoſita; quantuluſcunque ſentiebatur anhelitus. Epiſcopi præſentes triduano indicto ieiunio, lacrymis & votis pro vita Regis ſuperos pulſabant. Quibus, vt credi fas eſt, remediis conualeſcens, accitum Epiſcopum quem iniuſte fecerat, ſententia Concilii depoſuit: profeſſus ſe toto triduo dæmones infeſtos vidiſſe, flammam in ſe per fiſtulam iaculãtes adeo pertinacem, vt noſter ignis in comparatione illius iocus putetur, & nihil calere. Iuuenem inter hæc ſemiuſtulatum adueniſſe lætum, ferentem immenſæ magnitudinis calicem aureum aqua plenum, cuius viſione & laticis aſpergine delinitum, extinctis ardoribus, in ſanitatem euaſiſſe. Ephæbum illum Beatum fuiſſe Laurentium, cuius Eccleſiæ tectum longa carie diſſolutum compaginauit, & præter alia xenia calice aureo honorificauit.

Imperator priuat abbatẽ qui equum ipſi donauerat.

d *lib. 2. c. 12*

Imperator vexatur à dæmone ob Epiſcopatum iniuſte collatum.

III. S. Gerardi Epiſc. Chanodienſ. in Hungaria Martyriũ. e *apud Sur. 24. Sept.*

In Hungaria, ſeditione contra Petrum Regem renouata, Sanctus Gerardus Epiſcopus Chanodienſis cæſus eſt. e Paulo antequam occideretur, & Albam regalem proficiſceretur, apud Eccleſiam S. Sabinæ Virginis & Martyris hoſpitio vſus eſt; illicq; cænantibus fratribus ait: Fratres & amici, cras ad cœnam Agni Dei vocamur. itaq; abſq; detrectatione properemus, pro Chriſto moriamur. Altera vero illuceſcente die, pater Sanctus Miſſam celebrauit, menſæq; Chriſti multitudinem ſibi adhærentem fecit participem, lætuſq; ad Martyrium perrexit. Vbi autem ad Danubium iter intendit, turba populi eum circumſtitit, lapideſq; permultos in eum coniecit. At ille ſigno Crucis munitus, à nullorum eorum læſus eſt. At impii homines tandem equorum retortis collis, ſubuerterunt currum, Patremq; humi abiecerũt, & magno impetu lapidare conabantur. Tum inſtar protomartyris Stephani, primus Pannoniæ ex Epiſcopis martyr, poſitis in terram genibus, clamauit voce magna: *Domine Ieſu Chriſte, ne ſtatuas illis hoc peccatum, quia neſciunt quid faciunt.* Cumque hoc dixiſſet, lancea confoſſus in pectore occubuit.

IV. Godefridi Ducis Lothar pœnitentia. f *Sigebert. in Chron. & Lamber*

f Godefredus Lotharingiæ Dux, propter ademptum ſibi ab Imperatore Ducatum, ciuitatem Virdunenſem incendit. Cum aũt Dei Genitricis templum ibidem fuerit exuſtum ſpõtaneæ pœnitentiæ ipſe poſteris dignum reliquit exemplum, vt publice ſe verberari faceret, & capillos ſuos vt tonderentur, multa pecunia redimeret, ſumptus ad reædificandam Eccleſiam daret, & in opere cæmentario per ſeipſum plerumq; vilis mancipii miniſterio functus deſeruiret.

IESV CHRISTI
Annus 1048.

DAMASI II. PAPÆ ANN. I. HENRICI II. IMP. ANN. 2. Conſt. Monom. Imp. ann. 6.

I. Damaſus II. Pap. creatur & moritur. a *Leo Oſtienſ lib. 2. c. 82.*

ANno Chriſti 1048. a Damaſo ſecundo Pontifici Romano, vnanimi conſenſu Cleri electo atque initiato, trium & viginti non amplius dierum Pontificatus fuit. Veneno, aiunt, eſſe à Bonifacio illo ſedis Apoſtolicæ inuaſore ſublatum, & in agro Vertano, in Eccleſiam Diui Laurentii extra muros, Præneſte vbi diem obierat, illatum, atq; ſepultum. Hoc Pontifice è medio ſubducto, vacauit ſedes vſq; in annum ſequentem; diſcerpta interim vnguibus Benedicti, eiuſdemque ſpurcitiis fœdata.

II. S. Odilonis Abb. Cluniac. obitus. b *apud Sur. 1 Ian.*

Eodem anno, b ipſis Kalend. Ian. Sanctus Odilo Cluniacenſis Abbas in viuis deſiit eſſe. Eius memoria ex Tabulis Eccleſiaſticis conſueuit recitari, his verbis: Apud Siluiniacum, Sancti Odilonis Abbatis Cluniacenſis; qui primus commemorationem omnium Fi-

delium defunctorum prima die poſt feſtum omnium Sanctorum in ſuis monaſteriis fieri præcepit, quem ritum poſtea vniuerſalis Eccleſia recipiens comprobauit. Sed Sanctus vir ex pluribus diuerſiſq; reuelationibus Dei viris diuinitus oſtenſis cognouerat, complures animas orationibus potiſſimum Cluniacenſium monachorum, in id præ cæteris incumbentium, à pœnis Purgatorii iugiter liberari. Itaque vt vniuerſim iſtud pro omnium fidelium animabus fieret, anniuerſariam ſtatuerat diem, qua pro omnibus defunctis Deo ſacrificia per omnia ſibi ſubdita monaſteria offerrentur. Paulo antequam moreretur S. Odilo voluit omnia monaſteria ſibi ſubiecta viſitare. Qua viſitatione peracta Siluiniacum veniens prædixit, ipſa die circumciſionis Domini ſe ex hac vita migraturum. Ea adueniente, ſalutaris Euchariſtiæ Sacramentum deuotiſſime percepit. cumque in agonis anguſtia eſſet conſtitutus, diabolum aſtare conſpexit, eumq; per nomen tremendi iudicis, vt abſcederet, terribiliter increpauit, ſicq; beatum Spiritũ Deo reddidit. Eadem nocte, cum eius corpus in Eccleſiam fuiſſet delatum, Frater quidam Gregorius ex Veneta regione naturæ ſimplicis & innocentis vitæ, funebrium exequiarum laſſitudine prægrauatus, in eadem cella in qua Sanctus obierat, proprium ſtratum petiit, in quo ſe proiiciẽs dormire tentauit. Sed needum plane reſolutus in ſomnum, Beatum Odilonẽ ſibi vidit aſtantem, ſibiq; interroganti; Quid ageret: reſpondentem: Bene frater, & optime. Dominus enim meus Ieſus ſeruo ſuo per ſemetipſum dignatus eſt adeſſe, & ſui præſentiã miſericorditer exhibere. Sed in ipſa meæ diceſſionis hora, in illo ſcilicet angulo (oſtendebat enim quaſi digito locum) vidi figuram quamdam trucem nimis atq; terribilem, quæ mihi teterrimæ ſuæ viſionis horrorem atq; formidinem tentauit incutere: ſed Chriſti confortante gratia, nulla me potuit infeſtatione nocere. Altera quoq; vice in Eccleſia quadam Romæ, cuidam clerico Alberoni nomine apparuit. Excubias is agebat circa corpus ſanctæ ac venerandę memoriæ Laurentii Amalphitani Epiſcopi, qui per ea tempora Græce & Latine in ſcripturis ſacris doctiſſimus, & quod longe præſtabilius eſt, laudabilis vitæ claritate commendatus obierat. Itaque Alberoni aliquantum quieſcenti, & adhuc pene vigilanti, B. Odilo apparuit. Cumq; is interrogaſſet; Domine mi quando huc, & cur aduениſti? Ad chariſſimi, inquit, olim amici mei domini Laurentii Epiſcopi exequias veni. Quibus expletis, antequam te viderem, recedere nolui. Et his dictis ſpecies loquentis euanuit. Falſus Benno Schiſmaticus, qui in odium Gregorii Papæ ſeptimi, Laurentium eius magiſtrum, hominem ſanctiſſimum, multis impoſturis infamauit. Non multo autem poſt obitum S. Odilonis, ſc. die 25. Ianuarii, [c] Sanctus Poppo Abbas Stabulenſis multis à Deo donis illuſtratus, ex hac vita migrauit.

Viſiones poſt obitũ S. Odilonis.

Benno Schiſmat.

c apud Sur. 25 Ian.

III. Turcici imperii fundamenta.

d Curopal

In Oriente, [d] Turcici imperii iacta ſunt fundamenta. Turcę enim, qui ad boreales partes Caucaſis mõtis ſedes habuere, ſeque patriis finibus continuere, nec inde niſi ad ſtipendia inuitati recedere conſueuere; eadem occaſione à Perſarum Rege Saraceno vocati, ab eodemque male habiti, in ipſum arma conuertentes, felici ſucceſſu Perſide potiti ſunt, ex hiſq; euentis audaciores redditi aduerſus Romanum Imperium arma mouentes, eo domito tandem, illius dominium vſurpauerunt. Tunc autem erupiſſe viſi ſunt, cum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ male præeſſet Schiſmaticorum ſignifer Michael Cerularius, Latinorum omnium infenſiſſimus hoſtis, vt plane euidens ſit, Turcas in vindictam ſcelerum, velut gladium è vagina, eductos fuiſſe.

IESV CHRISTI
Annus 1049.
LEONIS IX. PAPÆ ANNO I. HENRICI II. Imper. ann. 3. Conſtantini Monomachi Imp. ann. 7.

ANno Chriſti 1049. [a] Damaſo Pontifice ante quinq; menſes defuncto, Clerus populuſque Romanus Legatos in Germaniam ad Imperatorem Henricum deſtinauit qui ab eo aliquem Romam mitti poſtularent, quem ipſe Clerus poſtea in ſedem Pontificiam communibus ſuffragiis deligeret. Deſtinauit ille Brunonem ex Comite Dagſpurgenſi Epiſcopum Tullenſem virum ſapientia præditum, religione conſpicuum, omniq; Eccleſiaſtica doctrina apprime eruditum; rerum Eccleſiaſticarum, ac præcipue diſciplinæ ſatis diligentem. Aliquantum initio reſpirauit, ſed illico correxit. Deſignatus enim futurus Pontifex Max. purpuram ſumpſit, atq; purpuratus per Gallias inceſſit. Cluniacum forte appulerat, vbi Hildebrandus natione Tuſcus, patria Soanenſis, qui in Gallias cum Gregorio ſexto profectus, apud Cluniacenſes, penes quos ſciebat monaſticam obſeruantiam vigere, habitauit, Priorisq; officium adminiſtrauit. Is monachus inter monachos ibi degens, zeloque æſtuans Romanæ Eccleſiæ, velut ancillæ à principibus ſubiugatæ, æmulatione Dei plenus Brunonem adiit, conſtanterque eum redarguit, illicitum eſſe, inquiens, per manum laicam ſummum Pontificem ad gubernationẽ totius Eccleſiæ violenter introire. Verum ſi ſuis ſe credere velit conſiliis, vtrumque, & quod maieſtas Imperialis in ipſo non exacerbetur, & quod libertas Eccleſiæ in electione canonica teneatur, ſe pollicitus eſt effecturum. Inclinatus eius monitis Bruno, purpuram depoſuit peregrinique habitu ſumpto, Romam cum Hildebrando venit. Vbi ſatagente conſiliorum adminiſtro Hildebrando, vno Cleri & Populi conſenſu in Summum Pontificem electus, Leo Nonus appellatus eſt. Ferunt illi præmonſtratam fuiſſe diuinitus eam dignitatem. [b] Dum enim eſſet Tullenſis Epiſcopus, priuſquam Romanam Eccleſiam gubernandam ſuſciperet, nocturna viſio ipſi apparuit, ſicut Firmanus Epiſcopus Erimannus referebat. Contemplabatur quod quidam ſenex vultu placidiſſimo, canitie decorus, per aſperrimam & longiſſimam viam ducebat eum ad quoddam vetuſtiſſimum templum. quod ingreſſus, fecit eum ſedere iuxta ſe in mirifica ſede præfati templi, dicens: Hoc nobiliſſimum ſolium, tranſactis quinque annis conceſſit tibi Deus, vt fideliter regas & amplifices illud, vt merearis audire ab eo: Euge ſerue bone & fidelis: quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui. Cum vero is Romam pergeret, ad capeſſendam Apoſtolicam ſedem, audiuit voces Angelorum cãtantium: Dicit Dominus: ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis.

I. De electione Leon IX Pap

a Leo Oſt. lib. 2. c. 81. & Cod. Vatic. & Otto Friſingenſ

Legitima oratio Leonis IX. Pap.

Prognoſtica de eius Pontificatu viſio.

b Cod. Sublacenſ.

Aſſumptus ad Pontificatum, titulum etiam Tullenſem retinuit. & quod Angelicam vitam viueret, & Angelorum patrocinia magnifaceret ſtatim ad Baſilicam S. Michaelis in Gargano monte aduolauit, & inde Romam reuertens monaſterium Caſſinenſe orationis gratia viſitauit. cum monachis in communi refectorio communi cibo ſe refecit: & hoſpitalitatis gratia ab eis accepta, vſum ſandaliorum, Dalmaticæ & chirotecæ in ſacris Abbati conceſſit.

Leo Rom. Pont. voluit etiam dici Epiſcop. Tullenſ.

Hebdomada Abbas ſubſequente Synodum celebrauit, & in eorum contra Simoniacos Clementis ſecundi decretum innouauit, tum contra libidinantes clericos multa ſanxit. Sane Petrus Damiani tunc eremita montis in Vmbria Auellani, ad hæc extirpanda Leonem incitauit. qui præcipue contra quamdam carnis turpitudinem, librum, titulo Gomorrhæi, ad eum ſcripſit. Quem licet non obſcœnis verbis compoſuiſſet, quia tamen & de obſcœnis eſſet, & obſcœnos perſtringeret, horum quidem odium in ſe excitauit,

II. Concil aduerſus Simoniacos.

tauit, vt illum apud Leonem ſuggillarent; Alexander autem poſtea Pontificis vigilantiam expertus eſt, vt illi libellum, ne honeſtos oculos, aures & manus offenderet, clam ſurripuerit.

III. Rhemen. Concil. in Gall. S. Leon. celebratum. c Cod. Vat. Deſiderii Abb. Caſſinenſ. Leo Pp. ſignis & virtutibus clarus.

Rebus in vrbe conſtitutis, Leo in Germaniam reuertens, in hebdomada Pentecoſtes aliam ſynodum Papiæ congregauit: indeq; per montem Iouis cum plurib. Romanorum in Ciſalpinas partes venit Rhemis cum eſſet, magnam ſynodum cum Epiſcopis Galliarum habuit. c Duabus ibi rebus ſanctitatem ſuam declarauit. Vas quoddam ligneum, S. Remigio olim in vſu, monachi eidem dono dederant. Huic cum aliquando miniſter vinum incaute infunderet, è manibus emiſit, & fregit. Ibi Leo Papa, quanquam fractum eſſet, ſibi porrigi iuſſit. Cumque oratione præmiſſa, dixiſſet: Per merita S. Remigii reſtauretur vas illius: in momento redintegratum eſt ad eum modum, ac ſi nunquam fractum fuiſſet. Quidam autem Galliarum Epiſcopus, ab eodem Leone Papa, ad tempus certum à dignitate ea fuerat ſuſpenſus. Ibi clericus eius Gibertus nomine, facundus ſermone, & literis eruditus, promiſit Romam ire, & Cancellario Sedis abſolutionem obtinere. Iuit, pecuniam miniſtro dedit, diſpenſationem ſurripuit: Leonem tamen ſpiritu Prophetico plenum non latuit. Qui preſbyterum accitum increpauit; pecuniam à Cancellario receptam illi in ſinum proiecit, dicens: Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quia donum Dei furtim tentaſti pecuniis poſſidere. Eius ſermonem diuina vltio mox ſecuta eſt: ita vt amiſſa mente ab illa die vbique vagabundus incederet, nec vlla domus vel clauſtra vltra duos vel tres dies eum valebant retinere. Ibidem in Galliis, cum apud Comitem Adalbertum de Caluue, ſuum nepotem diuertiſſet, & S. Aurelii Epiſcopi monaſterium deſolatum reperiſſet, corpus quidem S. Epiſcopi, olim propter Northmannos tempore Arnulphi Regis reconditum ſumma cum diligentia quæſitum reperit, & in loco honoratiore repoſuit, Comitem autem acrius redarguit, eiq; ſub interminatione maledictionis diuinę pręcepit, vt monaſterium inſtauraret, monachos expulſos reduceret, & bona iniuſte vſurpata eis reſtitueret.

IV. Alia Conc. in Germ. ſub Leone celebrata.

Moguntiam deinde Leo Papa venit, vbi Synodum præſente Imperatore cum quadraginta duobus Epiſcopis & multis Abbatibus & clericis celebrauit, multaq; in eo pro vtilitate Eccleſiaſtica conſtituit. In eadem Synodo, Sibico Spitenſis Epiſcopus, de criminibus quibus accuſabatur, ſacra ſe communione purgauit. Synodo Moguntina abſoluta, Aquiſgranum Leo deſcēdit, multiſq; in locis Eccleſias, Capellas, & altaria abſq; numero ipſe propriis manibus conſecrauit; & quod Pontificuli plures hodie facere erubeſcunt, quanquam ad id ratione officii ſint obligati, ſummus Pontifex non obligatus facere non deſpexit. Hic etiam ſacerdotale Concilium aduocās, Sacerdotes, Diaconos, & reliquos clericos non regulariter ordinatos remouit, & in eorum locis ad veri & ſummi Dei cultum, qui digne miniſtrare poſſent, cōſtituit. Quotidie quoq; per ſe ſuoſq; diſcipulos vbique miſſos populis viam Domini, literis & verbis prædicans oſtendebat, qui per Apoſtolicam viam ſemper gradiēs, Apoſtolicos viros & in miraculis eſt imitatus, Romam reuertens Leo, d Humbertum virum religioſum, monachum Tullenſem fide Chriſtiana & ſanctis operibus decoratum, ſcientia diuinarum ac ſecularium literarum apprime eruditum non de Burgundia, ſed de Lotharingia ſecum duxit, & ad prædicandum verbum Dei Siculis Archiepiſcopum ordinauit, poſtea vero in S. Romana Eccleſia presbyterum Cardinalem conſtituit. Quo in loco poſitus taliter vixit, taliter docuit, vt de fide vel doctrina eius nec ſaltem ſiniſtræ ſuſpicionis fama aliquando exorta ſit. In vrbem reuerſus, decimam partem redituum, vna cum omnibus fidelium quotidianis in certis feſtiuitatibus ſolitis offerri oblationibus, baſilicæ S. Petri inſtaurandæ ornandæq; aſſignauit. Interim autem dum Romæ moratus eſt, omni tempore tribus per hebdomadam diebus à Lateranenſi Eccleſia vſq; ad S. Petrum, priuato habitu, nudus pedes, cum duobus aut trib. clericis noctu pſallendo & orando pergebat: multiſq; virtutibus Eccleſiam recreabat.

d Lanfranc. adu. Berēg.

Leon. Pp. pietas.

V. Scripta Petri Damiani ad Leo Pp. circa accuſationem ſuam.

Per eadem tempora, cum aliqui æmuli, Petrum Damianum ad Leonem Pontificem detuliſſent, atq; adeo aliquantum illi infenſum reddidiſſent, hæc opportune Leoni ſcripſit, digna quæ à ſummis verticibus legantur: *Hoc, inquit, ſaltem dicam accuſatoribus meis, quod plebs Iſraelitica dixit prædicatorib. ſuis: Videat Dominus & iudicet: quoniam fætere feciſtis odorem noſtrum corā Pharaone & ſeruis eius. Antiquus namque hoſtis timens, ne ego poſſem vobis ſuggerendo deſtruere, quod ille in iſtis partibus non deſinit quotidie nouis adinuentionibus fabricare: malignantium aduerſum me linguas excitauit, complices ſuos ad componenda mendacia, quoddam ſibi velut organum fecit, per vaſcula ſua crepuit, & malitiæ ſuæ virus auribus inſtillauit. Et quid mirum, ſi Domino meo tantis oppreſſo negotiis verſuta calliditas hominum ſubrepere potuit; cum & Dauid, qui Prophetico plenus erat ſpiritu, dum Sibæ inconſultius credidit, innocentem protinus Miphiboſeth ſentētia proſcriptionis adſcripſit? tantumq; apud eum falſæ accuſationis ſermo praualuit, vt plectibilem ſeruum in herilis conſortium hæreditatis adſciſceret, & infidelitatis reum, libertatis dignum præmio iudicaret. Veruntamen ſi creatoris noſtri facta diligenter attendimus, ad credenda cuiuslibet mala, fidem adhibere facile non debemus. Ipſe n. cuius oculis nuda & aperta ſunt omnia, non dedignatus eſt dicere. Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis, deſcendam & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint, an non eſt ita, vt ſciam. Quod profecto ad nihil aliud dictum videtur, niſi vt humana doceatur ignorantia, ſine experimentis audita non credere, incognita non leuiter adiudicare, nec ante ſententiam promere, quam rem dubiam teſtimoniis approbarit. Quam profecto cautelam dum vos prudenter habere in aliis liquido nouimus: quia nobis obſeruata non eſt, non vobis adſcribimus, ſed noſtris procul dubio meritis imputamus.*

VI. Documenta monachis à Petr. Damiano præſcripta dum ad Conc. vocaretur. e De contemptu ſeculi. c. 30. 31.

Hæc & alia Petrus Leoni Pontifici. A quo & ante ipſum à Clemente ſecundo cum ad ſynodum vocaretur, hæc etiam pro documento omnibus monaſtici ordinis perſcripſit, & præſcripſit: e *Synodus congregatur, religioſis viris Concilii ſumma committitur. Solotenus illico ſe monachus flectat, honorem ſacris literis reuerenter exhibeat. Huius tamen expeditionis munus à ſe alienum irretractabiliter ducat, & reputans intra ſe ducat: Quid mihi cum regibus terræ? quid mihi cum Synodali conuentu? Sufficiat mihi, peccatis meis flendis inſiſtere: ſatis mihi ſit, me huic mundo mortuum exhibere. Nolite, quæſo, monachi, nolite ſub Eccleſiaſtica compaſſionis ſpecie Regum aulas irrumpere: nolite aures Principum velut ſalutaria ſuggerendo, faſtidioſa importunitate pulſare. Credite experto, credite in huius gratiæ ſtudiis non leuiter fatigato. Imperatoriæ namq; maieſtati ſæpe, quæ ſuggerenda videbātur, expreſſimus à ſummis Pontificib. inuitati Synodalib. Conciliis interfuimus: ſed qui hoc tempore iſta proſequitur, tanquam ſi ſemina crederet arenoſis littoribus videtur. Sæpe namq; in Conciliis Synodalib. poſiti, quoſdam clam ſibi feraliter conſcios præſidere in numero ſacerdotum vidimus, non modo de ſuis ſecuros, ſed vltro & ad aliorum crimina defendenda impudenter accinctos. Qui ut mirum ut ſcribatur, & cum Simone prius emerant, & cum Giezi paſſim donum chariſmatum dona vendiderant: quorum tāta vis erat ad excuſandas excuſationes in peccatis, vt inter cætera mala etiam Simoniacæ hæreſeos non modo defenſores, ſed viderentur potius aſſertores. Quis ad iſtorum inuidiam monachus mutire præſumeret? quis ad arguenda crimina, vel iuſtitiā declarandam vēdicare ſibi [illegible] libertatis auderet? Illico in nos duræ ſugillationis arma corriperent, & præmiſſo iurgio ſilentium imperarent, inter ſe ſcil. hoc modo iudices conquerentes: Ad Concilium hoc iudicantes conuenimus. Sed ô noua præſumptio! monachorum ſententiis ſubiacemus, & Epiſcoporum ſunt iudices facti, qui legaliter fuerant ſub eorum legibus conſtituti. Quib. aliquando reſpondetur, venerabiles Patres ac Domini ſicut vobis ſpecialiter prærogatū eſt iudicare, ita etiam minorib. Eccleſiæ membris, competit, quæ ſentiunt, in commune conferre: nec vlla canonum auctoritas prohib[illegible], quæ Eccleſ. ducūt profutura, depromere: dū tamen ventilata negotia Pontificalis iudicii debeat clauſula terminare. Si quādo h[illegible] aut aliquid huiuſmodi cū humi*

litate ſuggeritur; nequaquam patienter admittitur, ſed ſi quid à nobis in ſynodo actum eſt, totum ad inuidiam noſtram ſuperbo vocabulo, iudicium nuncupatur. Hæc breuiter idcirco perſtrinxerim, vt tu me quilibet inexpertus diſcat, ſibimet etiam à talibus declinare, quantum expediat. Hæc ad ſuos Petrus, quem tamen multiplici nomine his temporibus perditiſſimis Eccleſiæ Catholicæ profuiſſe, cum ad Eccleſiaſtica negotia tractanda ſubeundaq; vocatus ſæpenumero ex eremo fuit, res ab eo præclare geſtæ demonſtrarunt.

VII. Paſtinacæ ad fidem conuerſi. f *Curopal.*

Eodem anno, [f] Cegenes Dux Paſtinacarum: ſc. tredecim gentium, loca trans Iſtrum à Boriſtene fluuio vſque ad Pannoniæ campos, in tentoriis iugiter habitantium; qui tribus ex illis gentibus præerat, perſecutionem paſſus, à primario illarum gentium Principe, confugit ad Conſtantinũ Imperatorem, baptiſmaq; per occaſionem defenſionis ſuſcepit; miſſoque ad eius prouincias Euthymio monacho, genti ſuæ Euangelicam doctrinam prædicari tolerauit. Huius poſtea ſecutus exemplum Tyrach eorum primarius princeps, vna cum centum quadraginta viris ſacro fonte ablutus eſt.

IESV CHRISTI
Annus 1050.
Leonis IX. Papæ Anno 2. Henrici II. Imper. ann. 4. Conſtantini Monomachi Imp. ann. 8.

I. Concil. à Leon contra Bereng. & alios hæreſiarch. celebrata. a *Herman. & in Berēg. Lanfranc.* b *Leo Oſtieſ lib. 2. c. 85.*

ANno Chriſti 1050. Leo Romanus Pontifex, gnarus quantum vtilitatis Eccleſiis proueniat, ex frequẽti celebratione ſynodorum, Romam reuerſus, [a] vnam ex ex eis hoc anno habuit. In qua Berengario hæreſis de corpore Domini auctore damnato: & ad normam canonum rebus Eccleſiæ conſtitutis, [b] Caſſinum ſe recepit, & in craſtinum ac die altero Apoſtolorum Petri & Pauli miſſas ſolemniter celebrauit: & cum die illo Sabbatum eſſet, ingreſſus ad mandatum fratrũ, pedes duodecim monachis lauit, & ipſe viciſſim ab illis lotus in refectorium quoq;, cum eis vna ieiunii more bibiturus, ingreſſus eſt. Inde portexit Beneuentum vrbemque ab excommunicatione prædeceſſoris ſui benignus abſoluit. Caſſino reuerſus Leo, [c] Vercellas iuit, & ſynodo mẽſe Septembri congregatę pręſedit. Ad eam Berengarius vocatus, non venit. Lanfrancus autem, in ſuſpicionem eiuſdem hæreſis adductus, cui antea in Romana ſynodo Leo præceperat vt ſurgeret, praui rumoris maculam à ſe abſtergeret, fidem ſuam exponeret, expoſitam plus ſacris auctoritatibus, quam argumẽtis probaret; quanquam Romæ in Concilio Epiſcoporũ ſurrexiſſet, quod ſenſit dixiſſet, quod dixiſſet probauiſſet, quodque probaſſet ille, omnibus placuiſſet, nulli diſplicuiſſet: tamen hucuſq; præcepto & precibus Leonis Papæ detentus, ad ſynodum cum eo acceſſit. In hac ſynodo in audientia omnium, qui de diuerſis mundi partibus illuc conuenerant, Ioan. Scoti liber de Euchariſtia lectus ac damnatus eſt: ſententia Berengarii Andegauenſis expoſita ac damnata: fides S. Eccleſiæ, quam Lanfrancus tenebat, & tenendam aſtruebat, audita, & concordi omnium ſenſu confirmata. Duo clerici, qui ſe Legatos Berengarii dixerant, volentes illum defendere, in primo ſtatim auditu defecerunt, & capti ſunt. Ab hac ſententia nunquam diſceſſit S. Leo in omnibus ſuis Conciliis, ſeu quib. ipſe præſentiam ſuam exhibuit, ſeu quæ per Legatos ſuos in diuerſis prouinciis congregari inſtituit, quæ ſententia non effugit ſucceſſorem quoq; ſuum fel. mem. Papam Victorem.

c *Lanfranc cont. Berēg.*

II. Conc Copacenſe in Hiſpan.

In Hiſpaniis, cura Ferdinandi Magni, celebratum eſt Concilium Copacenſe in diœceſi Ouetenſi. Tredecim canones leguntur à Patribus illis ſtatuti, pro Eccleſiaſtica diſciplina: ab Anton. Auguſtino ex Cordubenſi Eccleſia exſcripti, & in lucem dati.

III. De S Caſildæ Tol. & Zaidæ Hiſpalen. Regum filiarum ad fidem Chriſti conuerſione.

Inter hos canones promiſcue populo mandatur: diebus Dominicis nocturnis diurniſq; precib. intereſſe, quę ſtatis horis in templis decantantur: tum omnib. diebus Veneris per annũ ieiunia ex ritu Eccleſiaſtico inſtaurare in eodem Epiſcoporum nouem, & Procerum conuẽtu, præſente Rege Ferdinando & Regina Sanctia, duæ Regiæ puellæ, Maurica ſuperſtitione abiecta, Chriſtiana ſacra ſuſceperunt: Caſilda Almenonis Toletani Regis, & Zaida Benabetis Regis Hiſpalenſis filia. Caſilda prior cum eſſet à tenera ætate ingenio facili, & ad humanitatem propẽſo, in domo paterna Chriſtianos, qui magno numero captiui tenebantur, vitamq; in luctu & ſqualore calamitoſam agebant, cibo & rebus omnibus recreare ſolita erat clam patre. Quem memorant, re indicata, filiæ latebras adituſq; omnes diligenter obſeruaſſe; deprehenſamq; aliquando cibos, quos in ſinu ad captiuos ferebat, repente in flores, roſaſq; mutatos, patri ecquid ferret, cum magno animi motu roganti, veſte explicata monſtraſſe. Quo illa miraculo percita monitaque diuinitus, ſi à fluxione ſanguinis ſanari cuperet, qua curanda medici omnia artis remedia fruſtra conſumpſerant, in lacu D. Vincentii nomine, qui in agro Virueſcano eſt, ablueret, ad Chriſtiana ſacra animum adiecit. Pietatis officia diuinum numẽ, Chriſtianæ religionis luce volebat compenſare. Itaque à patre, cum quo rem omnem communicarat, pro iure amicitiæ, quæ illi eſſe cœperat cum Chriſtianis, ad Ferdinandum Regem miſſa eſt, eius morbi curandi cauſa. Morbo depulſo, & aquis ſalutaribus ritu Chriſtiano expiata, diuini beneficii memor, immemor patriæ; in rupis faſtigio, quæ ad lacum eſt, domuncula exædificata, ſanctiſſimam vitam exegit, multis miraculis illuſtrem, quo merito in cœleſtium numero locum habet, templiſque recepta eſt. Tertiodecimo Aprilis die, eius memoria anniuerſariis ſacris celebris eſt in nonnullis Eccleſiis Hiſpaniæ. Caſſidæ exemplo, ſiue ſua ſponte incitata Zaida, lauacro ſancto ex Chriſtiano more luſtrata, in Alfonſi Regis nuptias poſt aliquot annos conceſſit. Prodigia, quæ Iſidori corpore exportando ſuperiori tempore diuinitus contigerunt, multum contuliſſe viſa ſunt, vt in ſuſcipiendæ Chriſtianæ religionis voluntatem vehementer incumberet. Acceſſit ſomnium, in quo D. Iſidorum viderat in auguſta ſpecie, blandaque voce, vt rem maturaret, monentem. Rex pater conſilii incertus, cum nec filiæ precibus reſiſti poſſet, & ſuæ gentis animos alienare nollet, ſi eo concedente intelligeretur filiam factam eſſe Chriſtianam. Re cum Alfonſo Ferdinandi filio tandem communicata, optimum viſum eſt, vt ſimulatis inimicitiæ cauſis, cum manu militari in Hiſpalenſem agrum ipſe irrumperet, filiamq; ex compoſito idoneo loco conſtitutam, eiuſque aduentum expectantem, quaſi vi captam raperet, inque patriam deduceret. Quæ res cum ex ſententia proceſſiſſet, Zaida Chriſtianis moribus informata, ſacriſque noſtris imbuta, atque Elizabethæ nomine indito, Alfonſo deinde nupſit, quo tempore rerum in Hiſpania potitus eſt. *Maria. lib. 9. c. 3.*

IV. Rex Scot. Romam venit deuotionis cauſa.

Per eadem tempora Sueno Rex Danorum, ꝙ conſobrinam ſibi in matrimonium collocaſſet, ab Adalberto Hamburg. Archiepiſc. admonitus, & à Leone Pontifice comminatione excõmunicationis compulſus, repudiũ fecit. Hoc anno Machetad Rex Scotor. ad limina Apoſtolorum venit: Leo Papa Caſæ Dei monaſterium à S. Rob. Auernenſi ędificatum priuilegio Apoſtolico confirmauit: S. Alferius Salernitan. monachus Cluniacenſ. primus Abbas Cauenſis monaſterii, ꝙ quinto lapide à Salernitana ciuitate diſtat, defunctus eſt pridie Id. Apr. quem ẽt comitatus eſt in cœlũ, S. Dauin. cõfeſſor clarus miraculis, Lucæ in Hetruria mortuus: quẽ Lucenſes ꝓpenſiori ſtudio colunt, plura ab eo beneficia conſecuti.

IESV CHRISTI
Annus 1051.
Leon. IX. Pp. Ann. 3. Henrici II. Imp. An. 5. Conſt. Monom. Imp. ann. 9.

I. De S. Ioan. Gualb. & eius miraculis. a *apud Sur. 12. Iul.*

ANno Chriſti 1051. [a] S. Ioan. Gualbertus admiranda florebat ſanctitate, in monaſterio Paſſiniano. Ante decenniũ cuidam, qui fratrem eius occiderat, ob amorem Chriſti in cruce confixi, cuius rei memoria die ſo-

lemni Paraſceues agebatur, pepererat. Ab hac animi victoria templum ipſo die ingreſſus, cum ante imaginem ſaluatoris in cruce pendentis oraret, eadem imago Chriſti caput ei inclinauit, in ſignum gratæ ſibi admodum actionis. Ab hoc diuinæ clementiæ ſigno in alterum virum mutatus, monaſticam profiteri cœpit, cumque poſtea Abbatem Simoniacum dereliſſet, noui ordinis monachorum dictorum Vallis vmbroſæ, factus eſt inſtitutor & auctor, virtutibus atque miraculis clarus. Vnum præſente Leone Papa, ex Germania hoc anno reuertente, & ad monaſterium Paſſinianum diuertente patrauit. Volebat Leo ibidem capere cibum apud eum. Quæſiuit ergo vir ſanctus ex Oeconomo ſuo num piſces haberet beatiſſimo Pontifici offerendos, cúque didiciſſet nullos eum habere, conuerſos quoſdam iuſſit ire piſcatum in lacu vicino. Cunctis affirmantibus illic piſces non inueniri, perſtitit in ſententia, dicens vt irent, & Domini auxilium ſibi affuturum minime dubitarent. Iuerunt, & duos magnos lucios ceperunt; vbi antea nulli vnquam piſces extiterunt.

II. Concil. Rom. b *Herman.* [b] Leo Papa Romam ex Germania reuerſus, Synodum Romæ collegit, vbi inter alia Gregorium Vercellenſem Epiſcopum, propter adulterium cum vidua quadam auunculi ſui ſponſa admiſſum, & periuria perpetrata, abſentem & neſcientem excommunicauit, quem tamen non multo poſt Romam venientem, & ſatisfactionem promittentem, priori officio reſtituit. Sanxit etiam conſtitutum de continentia clericorum. Edixit canonem contra Simoniacos. Sententiam excommunicationis vulgauit contra domorum Epiſcopalium poſt mortem Epiſcopi expilatores. Salernitanæ Eccleſiæ Metropolitanum ius confirmauit: & tandem ad Sublaceſe monaſterium ſe contulit, vbi fugiente Ottone Abbate, neque reuerti volente, Humbertum quem ſecum ex Lotharingia duxerat eidem cœnobio præfecit.

III. Hoc anno, cum Ludouicus Vrſinus Romanus multa pro libertate Eccleſiaſtica, & ſummi Pontificis tutela egiſſet, roſea aurea à Leone Pontif. donatus eſt. Ioannes Selinus in eo quem de illuſtr. famil. Romanis ſcripſit libro aſſerit, Leonem Pont. priuilegio perpetuo ſeu conſtitutione Apoſtolica ſanxiſſe, vt ſingulis annis roſa aurea, vni ex principibus Vrſinis à Sede Apoſtol. donaretur.

IV. Vaticiniū de Henrico III. c *Vita Mathild lib.1. c.18.* Hoc anno, quarto Id. Iun. ex hac vita migrauit S. Bardo Moguntinus Archiepiſcopus. [c] Quarto autem Id. Novemb. Henricus Imperator auctus eſt filio Henrico: quem antequam mater Agnes enixa eſſet, viſa eſt ſibi per viſum, ſe draconem parere virulentum. Indicio, illum naſciturum maximo Eccleſiæ damno. Cum autem baptizaretur Henricus, ſanctus Hugo Cluniacenſis eum ſuſcepit de ſacro fonte, factus ei pater ſpiritualis.

IESV CHRISTI
Annus 1052.

LEONIS IX. PAPÆ ANNO 4. HENRICI II. Imper. anno. 6. Conſtant. Monom. Imper. ann. 10.

I. Leo Papa proficiſcitur in German. a *Leo Oſtienſ. lib. 2 c 85. & Herm.* ANno Chriſti 1052. Northmanni omnium quos vnquam Europa tulit hominum inſolentiſſimi, poſtquam in Apulia ſuperiores facti eſſent, omnia diuina & humana violabant. Hos vt Leo compeſceret, [a] Roma Wormatiam venit, & hinc ab Imperatore ad Andream Hungariæ Regem acceſſit, vt amborum auxilia, contra prædones illos nefarios imploraret. Ferunt, Leonem cum eſſet Ratiſbonæ, controuerſiam de corpore ſancti Dionyſii Areopagitæ definiuiſſe, & illud in monaſterio B. Emmeranni martyris conditum recognouiſſe: cum è contrario Galli per impoſturam eſſe confictam per Germanos Bullam à Leone dicant, conſtanterque aſſeuerent & oſtendant apud ſe Pariſiis, corpora ſanctorum Dionyſii, Ruſtici & Eleutherii aſſeruata.

II. De ordi- In itinere Leo cum eſſet, Henricum quendam Eccleſiæ Rauennati præfecit, cui Petrus Damiani libellum, titulo, Gratiſſimus ſcripſit: contra eos qui perniciosam hæreſim inducebant, aſſerentes eos qui à Simoniacis initiati eſſent, non eſſe initiatos vero; & ideo merito debere conſecrari. Oſtentui plane erat, cum dicerent illi nimis rigidi cenſores: Quæ videtur Eccleſia ab iſtis conſecrata, domus ſimplex eſt. Quod videtur altare, purus lapis eſt. Sacerdotes & qui cernuntur reliquis ordinibus conſtituti, protſus laici ſunt, cunctiſque ſpiritualis ſacramenti viribus alieni. Quod corpus & ſanguis Domini creditur, ſimpliciter panis eſt & vinum, terrena ſubſtantia, nulla ſancti Spiritus benedictione perfuſa. Hæc & alia plura iactabant aliqui, in eos qui à Simoniacis conſecrati. Petrus autem oſtendebat, quanquam maximum crimen eſſet Simoniæ, non tamen primum facere Pontifices, poteſtate conferendi ſacramenta: neque eos nihil recipere, qui ab illis ſunt conſecrati, cum quam plures eorum qui à talibus initiati fuiſſent, etiam miraculis claruiſſent: potuiſſentque ſacra adminiſtrare myſteria, ſi tamen iuxta Clementis ſecundi canonem, pœnitentiam peregiſſent. ...ſimoniacis & ordinā dis noua hæreſis.

Wormatiæ cum eſſet Leo Papa, & factis operante Luitpoldo Moguntino Archiepiſcopo, quidam diaconus Humbertus nomine à Romanis clericis admonitus vt lectionem more Romano decantaret, ille contumax contempſiſſet: à Leone Papa depoſitus fuit. Indigne rem eam tulerat Luitpoldus; neque miſſæ ſacrificium proſequi volebat, niſi Leo diaconum reſtituiſſet. Quare ne porro daretur ſcandali aliqua occaſio, non vero vt cederet Archiepiſcopo, in quem etiam pleno iure poterat agere, reſtituit. Sane Vrſpergenſis qui factam turbam narrauit, iam ex putreſcente in pectore odio in Romanos, velut ſchiſmaticus, in ſecundam cauſam declinauit. III.

Eodem anno Imperator, cum Goſlatiæ Natalem diem Domini celebraret, audiuit ibi eſſe hæreticos Manichæos. Qui ne Catholicos inficerent, omnes patibulo ſuffigi imperauit. Per idem etiam tempus, reliquiæ Beati Zenonis confeſſoris à Waltario Veronenſi Epiſcopo Vlmam allatæ, plurimis claruere miraculis. IV. Manichæi patibulo damnati

IESV CHRISTI
Annus 1053.

LEONIS IX. PAPÆ ANNO 5. HENRICI II. Imper. ann. 7. Conſtant. Monom. Imper. ann. 11.

ANno Chriſti 1053. In Italiam reuertens Leo Papa, [a] commutatione cum Imperatore facta, aliqua iuris Eccleſiæ Romanæ in Germania conſtituta Imperatori renunciauit. Imperator autem nonnulla iuris ſui in Italia exiſtentia, Eccleſiæ Romanæ, & inter hæc Beneuentum pro Eccleſia Bambergenſi conceſſit; & auxilia contra Northmannos impertrauit. Sequebantur eum quaſi innumerabiles: quos poſtea Gebeard. tunc Epiſcopus Aiſtetenſis, doloſe perſuadens Imperatori reuocari curauit. Sed poſtea, quoties ei aliquid moleſtiæ accidiſſet, quod propterea, quia impedimēto Leoni fuerat, accidiſſet, teſtatus eſt; dicens: Merito hæc patimur, quia peccaui in Dominum meum, & item: Dignum eſt, vt quod fecit Saulus, patiatur Paulus: quod egit lupus, ſuſtineat agnus. I. Permutatio inter Pont & Imp. a *Leo Oſtienſ ſupra & Herman.*

Ita Leo cum paucis illis voluntariis, quos ſecum ex Germania duxit, decimo quarto Kalend. Iul. male contra Northmannos pugnam à ſuis pugnatam aſpexit, cæſiſque in eo prælio Teutonibus, ipſe in caſtro quodam obſidionem ſuſtinuit: nec ante nonum menſem Beneuento dimiſſus fuit. Scilicet pudore ſuffuſis Northmannis, quod viciſſent Pontificem. Nimis acer Damianus in Leonem hæc bella pro Eccleſia & populo Dei bellantem. *Nam materialem gladium, qui tuum,* (ita ſanctus Bernardus Eugenio Pontifici) *negat, non ſatis mihi videtur attendere verbum Domini dicentis: Conuerte gladium tuum in vaginam.* [b] *Vterque enim gladius eſt, in poteſta-* II Expeditio Pont aduerſus Northm. ſed Northm victores victum colunt Pont. Duplex gladius in Eccleſ. b *Bonif 8 extrau de maior & obed c 1.*

Digitized by Google

in poteſtate Eccleſiæ: ſpiritualis ſc. & materialis. Sed is quidem pro Eccleſia, ille vero ab Eccleſia exercendus: ille ſacerdotis, is manu Regum & militum, ſed ad nutum & patientiam ſacerdotis.

III. Petrus Antioch. legatum mittit ad Rom. Pōt.

Beneuenti cum eſſet, Legatum Petri Antiocheni Patriarchæ audiuit, expetentem pro illo Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ communionem. Conceſſit, reſcripſitque, collaudans Petrum, qui id quod maxime oportebat ſibi & Eccleſiæ, cui temporaliter præſidebat, non diſtuliſſet efficere. Inculcabat hæc quæ ſequuntur: [c] *Siquidem ab Apoſtolica tua Sede, noſtram Apoſtolicam Sedem conſulendo, perpendimus tuam dilectionem nolle deuiare à domin co, & omnium ſanctorum Patrum concordi decreto, quo inuiolabiliter cunctis in toto orbe terrarum Eccleſiis ſancta Romana & Apoſtolica Sedes caput præponitur, ad quam maiores & difficiliores cauſæ omnium Eccleſiarum definiendæ referantur. Sic omnia veneranda Concilia, ſic leges humanæ promulgant; ſic ipſe ſanctus ſanctorum, Rex Regum, & Dominus dominantium confirmat, quatenus ibi principalis dignitatis & totius Eccleſiaſticæ diſciplinæ venerabilis apex præfulgeat, & præcellat, vbi ipſe vertex & cardo Apoſtolorum Petrus, carnis ſuæ beatam reſurrectionem in nouiſſimo die expectat. Nimirum ſolus eſt ille, pro quo, ne deficeret eius fides, Dominus & Saluator aſſerit ſe rogaſſe, dicens: Simon, Simon, ecce Sathan expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. Quæ venerabilis & efficax oratio obtinuit, quod hactenus Petri fides non defecit: nec defectura creditur in throno illius vſque in ſæculum ſeculi; ſed confirmabit corda fratrum, variis concutienda fidei periclitationibus, ſicut vſque nunc confirmare non ceſſauit.*

c Leo ep. 5 tom. 3. ep. Rom. Pont. Leo Pont. Petro Antiocheno.

Addebat Leo: Porro, quod à nobis cauſas diuiſionis Eccleſiæ vniuerſalis, compatiendo requiris: fatemur tuæ religioſæ ſollicitudini, nos adhuc à Domino miſerante firmiſſime retinere vinculum ſanctæ vnitatis: nec videmus nos, alicubi incurriſſe damnum ſchiſmatis, quos integritas concordiæ, & plenitudo Eccleſiaſticæ diſciplinæ indeſinenter regit. Vnicuique noſtrum debitus honor, & ſua iura conſeruantur: terminos, quos Patres noſtri fixerunt, nulli arroganter tranſgredi conceditur. Magis veſtra fraternitas circumſpiciat, ne qua radix amaritudinis & diſſenſionis (quod abſit) *in veſtris partibus ſuccreſcat, per quam inquinentur multi, & quam neceſſe ſit diſtricta falce ſanctorum canonum à Catholica Eccleſiæ agro extirpari. Mea vero humilitas in culmine Apoſtolici throni ideo exaltata, vt approbanda approbet, improbanda quoque improbet, tuæ ſanctiſſimæ fraternitatis promotionem libens approbat, collaudat & confirmat, & communem Dominum inſtanter exorat, vt quod humano ore iam diceris, ante oculos eius exiſtas. Noueris tamen, nos ipſam tuam promotionem taliter approbare, ſi non hanc neophytus, aut curialis, aut bigamus, vel pretio, aut alio quolibet modo ſacris canonibus contrario* (quod abſit) *obtinuiſti. Sane fidem tuam, quam proprio ſcripto ſummæ & Apoſtolicæ Sedi exhibuiſti, ſanam & Catholicam atque Orthodoxam per omnia proteſtamur, & ſicut vere vnicam & ſalutarem amplectimur, & tuæ dilectioni vehementer congratulantes in Domino, eandem noſtram eſſe deuoto corde & prompto ore profitemur.* Hactenus Leo Romanus Petro Antiocheno, qui quod inſinuabat cauſas diuiſionis, nec aperiebat, ſchiſma Michaelis Cerularii Patriarchæ Conſtantinopolitani ſignificabat.

IV. Patriarch. Conſtant. ſcripta cōtra Eccleſ. Latinam.

Is enim Leoni Acridano Archiepiſcopo Bulgarorum iunctus, ſcripta in odium Romani Pontif. & omnium Occidentalium ad Ioannem Tranenſem in Apulia Epiſcopum, epiſtola, ſchiſma conflabat omnium pernicioſiſſimum; homo, quemadmodum Leo inſinuabat, neophytus, curialis, & reliquis aulæ ſordibus illitus. Accuſabat Cerularius Occidentales, quod Paſcha in azimo conficerent, cum, inquit, in fermentato ſaluator confeciſſet, quod Sabbata Quadrageſimæ obſeruarent Iudaice, quod ſuffocata commederent gentiliter, & quod alleluia ſemel tantum in Paſchate, nunquam vero Quadrageſimali tempore decantarent. Porro Cerularius tantum ſibi arrogaſſe viſus eſt, vt ea quæ dixerit, dixiſſe Petrum & Paulum & cæteros Apoſtolos aſſeueraret. Non poterat Leo Papa ferre tumentis arrogantiam. Sed cum primum à fratre Humberto Syluæ Candidæ Epiſcopo epiſtolam accepiſſet, reſcripſit, & primo quidem omnium, pacem vt pacis filius Orientalibus, ſi voluiſſent accipere, obtulit; deinde eam per ſchiſmaticos & hæreticos labefactari doluit; tertio, Eccleſiæ vnitatem commendauit; quarto procaciam Græcorum in condemnando vſu azymi deplorauit: quinto Romanæ Eccleſiæ firmitatem & auctoritatem in cunctis hæreſibus damnandis oſtendit, eamque à nemine iudicari, & priuilegia illius per Petrum à Chriſto accepta eſſe; è contra vero Conſtantinopolitanam tot hæreſibus à Græcis inuentis & propagatis, à tot eunuchis ſemiuiris; hominibus leuiſſimis, imo & fœmina locum Patriarchæ obtinente contaminatam fuiſſe demonſtrauit: ſexto præſumptionem, quod ſe vniuerſalem diceret; & ingratitudinem, quod toties Eccleſia illa & Pontifices illius, à Romanæ Eccleſiæ Pontificibus, pro libertate & iuſtitia certantibus liberati, liberataque tam ſe ingratam filiam exhiberet, exprobrauit.

Reſcribit Leo aduerſus iſta ſcripta.

V. Rom. Eccleſ. fides per Petrum ſupra Petram ædificata & ideo ſtabilis ſemper.

Ad extremum, cum Michaeli, quod neophytus eſſet in memoriam reuocaſſet, hæc ſubiunxit de Eccleſiæ Romanæ perpetuitate: *Romana*, inquit, *Eccleſiæ fides per Petrum ſupra petram ædificata, nec hactenus defecit, nec deficiet in ſæcula, Chriſto eius Domino rogante pro ea, ceu teſtatur ſub ipſa paſſione ſua. Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Quo dicto demonſtrauit, fidem fratrum vario defectu periclitandam, ſed inconcuſſa & indeficiente fide Petri, velut firma anchora ſubſidio figendam, & in fundamento vniuerſalis Eccleſiæ confirmandam. Quod nemo negat, niſi qui euidenter hæc ipſa verba veritatis impugnat. Quia ſicut cardine totum regitur oſtium; ita Petro & ſucceſſoribus eius totius Eccleſiæ diſponitur emolumentum. Et ſicut cardo immobilis permanens ducit & reducit oſtium: Sic Petrus & ſui ſucceſſores liberum de omni Eccleſia habent iudicium, cum nemo debeat eorum dimouere ſtatum; quia ſumma Sedes à nemine iudicatur. Vnde Clerici eius Cardinales dicuntur, cardini vtique illi, quo cætera mouentur, vicinius adhærentes. Quiſquis igitur Romanæ Eccleſiæ auctoritatem, vel priuilegia euacuare, ſeu imminuere nititur, non hic vnius Eccleſiæ, ſed totius Chriſtianitatis ſubuerſionem & interitum machinatur.* Hæc & alia Leo Michaeli Conſtantinopolitano: Qui videri volens eſſe pacis & communionis Eccleſiaſticæ cupidus, Legatos miſit ad Leonem, qui & promptitudinem illius in concordia ſtabilienda, & auxilia aduerſus Northmannos ab Imperatore pollicerentur.

Vnde Cardinales dicti.

VI. Gumit. Epiſc. Carthag. ſubiicitur. d Adam lib. 3 c. 34.

Hoc etiam anno, Thomæ Carthaginenſi Epiſcopo, in quibuſdam negotiis ad Sedem Apoſtolicam prouocanti, Leo reſcripſit, ea ſignificatione, vt Gumitanum Epiſcopum primatum Eccleſiæ Africanæ ſibi vendicantem, Carthaginenſi ſubmitteret, nequicquam obſtante quod Carthago ſemiruta extiterit. Per idem tempus, [d] certatum eſt, inter Danos, & Adalbertum Archiepiſcopum Hamburgenſem. Conabantur illi Metropolitanum in Dania habere. Non abnuebat Adalbertus: ſed interim Patriarchæ dignitatem depoſcebat, vt duodecim ad minus Epiſcopis ſubiectis præſideret. Reuera autem vt Danorum conatus reprimeret. Intellexerunt iſta Dani, & nihil in poſterum tentauerunt.

VII. Hiſtoria de inuentione corporis S. Iſidori Epiſc. Iſpalen.

In Hiſpaniis corpus S. Iſidori Hiſpalenſis tranſlatum eſt. Cum enim Rex Ferdinandus, ope Diuorum, multa prælia feliciter contra Mauros geſſiſſet, cupiebat Legionenſe templum D. Ioan. Baptiſt. à ſe inſtauratum, reliquiis ſanctorum illuſtrare. Multæ erant in Hiſpaniis, ac præſertim in Hiſpali vrbe, eorum qui olim pro religione magno numero occubuerunt. Eas vt exinde conquireret, Benabetum eius vrbis Regem armis aggreſſus eſt, eiuſque fines longe lateque vaſtauit. Multa oppida in Luſitania atque Bætica, in quarum prouinciarum parte regnabat, aut cæde, ruinis, incendioque fœdata, aut prorſus imperio ſubdita. Rex Mauros iis cladibus compulſus, magno precio pacem redemit; atque annuum pactus vectigal in Ferdinandi fidem ſe im-

Digitized by Google

Concertatio pro corpore ſanctæ Iuſtæ.

periumque contradidit: quem ille ea lege recepit, ſi Iuſtæ virginis corpus, qua potiſſimum de cauſa bellum ſuſceptum erat, Regi quam primum Hiſpali tranſmitteret. Per eum modum, fide vltro citroque datâ, ab armis diſceſſum eſt. Epiſcopi Aluitus Legionenſis, Ordonius Aſturicenſis; prætereà Numinus Comes, Gonſaluus, atque Ferdinandus viri primarii Hiſpalim abs Rege Legati, ſacri corporis repetendi cauſa: additum ad omnes caſus militare præſidium. Ciues Hiſpalenſes re vulgata, tametſi opinionibus de religione diſcrepabant, ſine ſua ſponte, cum non ignorarent, quantum præſidii in ſacris corporibus eſſet ad tuendam Rempublicam atque ſalutem; ſeu à Chriſtianis, qui in ea re ſupererant, perſuaſi, repente ad arma excitati, negabant ſe viuis exportandi Chriſtianis Iuſtæ virginis corpus fore facultatem. Legati ancipiti cura ſuſpenſi erant, & quid facto opus eſſet dubitabant. Nam Regem Maurum vrgere periculoſum videbant; & re infecta redire, tum ſibi, tum nomini Chriſtiano ignominioſum fore iudicabant. Inter hæc Aluito Pontifici Legationis Principi, ſecundum quietem viſus auguſta pulcherrimaque ſpecie D. Iſidorus eius vrbis olim Epiſcopus, vt ipſius oſſa pro Iuſtæ corpore Legionem deportaret, mandauit. Fore, vti corpus quo deſignabat loco inueniret; ipſeque paucis poſt diebus interiret, veritatis ſomnii atque diuinæ voluntatis indicio. Vtrumque accidit magno Legatorum miraculo. Nam & Iſidori corpus in Hiſpali veteri, quo ipſe loco deſignarat, effoſſum eſt, continuoque Aluitus grauiter æger, ita vt medici diffiderent, ſeptimo die extinctus eſt.

B. Iſidori & Aluiti corpora Legionem transferuntur.

Reliqui Legati diuinæ voluntatis certi, vtriuſque Pontificis corpus, Iſidori & Aluiti ſecum Legionem detulerunt. Rex & filii Durium vſque religionis ergo obuiam profecti, ſacra pignora ſolemni ſupplicatione atque apparatu inter fauſtas populi acclamationes, præcipuamque lætitiam, nudis pedibus, ſuis ipſi humeris aliquanto ſpatio ſcilicet ſuccollantes, in Diui Ioannis Legionenſis ædem intulerunt. Multa tum Hiſpali, tum toto itinere prodigia edita, cœcorum oculi aperti: ſurdis inſinuatus auditus: pedum vitio afflictis gradiendi reſtituta facultas. Aluiti corpus in templo maximo tumulatum eſt: Iſidori in Iohannis Baptiſtæ ſublimi loco atque præclaro. Vnde conſequente tempore factum, vt ædes illa vetus Iohannis Baptiſtæ nomen Iſidori appellatione mutarit. Miraculum auxit, cum iumenta quæ vtrumque corpus portabant ſponte ſua nullo ducente ad vtrumque locum conſtitiſſent. Vincentii, Salinæ & Chriſtetæ corpora, Abula per idem tempus translata ſunt: Vincentii Legionem, Sabinæ Palentiam, Chriſtetæ in S. Petri cœnobium, quod ad fluuium Aslanciam ſitum eſt. *Mariana, libro nono, capite tertio.*

Miracula diuerſa quæ in huiuſmodi translatione contigerunt.

VIII. Ardericus nouator abiicitur.

In Hibernia Ardericus quidam, qui magnam de ſe ſanctitatis opinionem concitauerat, cum eſſet repertus à receptis in Eccleſia ritibus diſſentire, ab inſula fidei Catholicæ tenaciſſima, eiectus eſt. Cum enim viderent fideles, hunc ipſum pueros & puellas clericorum more tondere in modum coronæ, & contra Apoſtolum, fœminas non debere velare caput, aſſerere; iudicarunt, ſtultitiæ & leuitatis, vel (quod deterius eſt) magnæ eſſe ſuperbiæ indicium, antiquis Eccleſiæ vſibus, ac traditionibus non conſentire.

IX. De Inuentione corporum S. Maximi Epiſc. Patauini, & Felicitatis virg.

Hoc tempore præerat Patauinæ Eccleſiæ Bernardus Maltrauerſus & Comitibus Patauinis, ſanctitate celebris, & rerum geſtarum gloria inſignis. Is ampliſſimum patrimonium, in pauperum & peregrinorum ſubſidium contulerat. Idem vbiq; prauos hominum mores coercere, afflictis prodeſſe, Eccleſiarum reparationi, ac piorum locorum extructioni inſiſtere; ieiuniis, vigiliis & orationibus vacare, quotidie incruento ſacrificio Domini noſtri Ieſu Chriſti paſſionem recolere conſueuerat. Huius labores æterna poſt obitum mercede compenſandos, etiam inter mortales voluit Deus ſpirituali ſolatio recreare. Dormienti aliquando Epiſcopo, aſtitit ſenex heroicam maieſtatem, ac dignitaté vltra hominum conditionem præ ſe ferens, aſſeruitque à Deo nuncium aduenisse, vt quorundam ſanctorum corpora ex abditis locis eruerentur, quæ congrua veneratione recepta Patauinæ vrbi præſidio forent, eamq; diris olim ſubactam, non ſine Chriſti tamen ac propriis meritis expiarent. Inde viſus Epiſcopus cum eo in templo S. Iuſtinæ deſcendiſſe, iuſſiſſeque locum inſpicere inter aram ſanctæ Dei genitricis, & ſepulchrum B. Proſdocimi, vbi corpora latebant ſancti Iuliani, ac trium Innocentûm, quæ idem ſæpe pietatis cauſa, Hieroſolymam profectus Patauium retulerat. Inde etiam cum ſenis ductu, prope fores Oratorii ad læuam, edoctus fuiſſet, recondita eſſe corpora ſancti Maximi Epiſcopi, & Felicitatis virginis, mox eiuſdem ſenioris aſpectus, & quies receſſit. Senſit ex eo Bernardus agi diuinam rem, quæ ab ipſo omnium bonorum auctore, maioribus adhuc eſſet obſequiis expetenda. Itaque communicatis, quæ per quietem aſpexerat Clericis, ac religioſis viris, populo etiam ſacrum ieiunium indixit. Triduo exacto idem ad templum ſanctæ Iuſtinæ frequens acceſſit, vbi Bernardus ſacris operatus, ad eundem ſermonem habuit, atque Deum Opt. Max. ad hæc ſibi, ac populo propitium deprecatus eſt. Accepto raſtro indicata per quietem loca fodere; cuius exemplum plerique religioſi viri ſecuti, poſtquam vltra ſenos pedes fodiſſent, tres arcas marmoreas inuenere vncis ferreis firmatas, ex quibus repente ſplendor maximus, & odor ſuauiſſimus Oratorium ſuffudit. Splendore ſublato arcæ apertæ ſunt; quarum prima S. Maximi corpus habebat, & ad caput ipſius ſculptum lapidem. *Hic requieſcit Maximus ſecundus à Proſdocimo Epiſcopus; Qui huius mundi vitam Domino tribuit, vt ſempiternam habere mereretur in cœlis.* Alia viri integrum corpus, & ſepoſita trium puerorum oſſa retinebat hac inſcriptione. *Hic conditus eſt Iulianus vir Chriſtianiſſimus; qui cum ſæpe à ſepulchro Domini reuerſus eſſet, ac tandem tres Innocentes ſecum detuliſſet, perrexit ad Chriſtum. Quapropter in vnum collocati, hic requieſcunt.* In alia, qua fœminæ corpus claudebatur lectum eſt. *Hic eſt ſepulta Felicitas illuſtris fœmina, ſacro velamine dedicata; quæ die noctuque in Dei ſeruitio perſiſtens, in cœlis ſuſcepta eſt.* Ea ſanctorum corpora decentius collocata, tum multis miraculis corruſcarunt; & plerique cœci, ſurdi, debileſque leguntur in actis eualuiſſe, multi etiam à dœmonibus obſeſſi priſtinam quietem recepiſſe. Hoc tempore Leo ſummus Pontifex, ex Pannonia remeans, Patauium diuertit, nuperam ſanctorum reuelationem & patrata indies miracula cognouit; ſanctos Dei precatus eſt, ſuſcepti itineris eſſent comites: Accedens ad Eccleſiam B. Iuſtinæ Ioanni Abbati ac Monachis ac ſacros pedes prouolutis benedixit, ſolemni ritu litauit, vrbem ab anathemate diſſoluit, vtque ſanctorum memoria vbique celebrior eſſet, eoſdem albo Diuorum adſcriptos feſto die honeſtauit; qui hactenus ſolemnis Patauii habetur, 4. Non. Auguſti, nempe quo reliquiæ ſanctorum inuentæ ſunt. *Iac. Cauaccius li. 12. hiſt. cœnob. D. Iuſtinæ Patau.*

Per Leon. Pp referuntur in numerum ſanctorũ.

IESV CHRISTI
Annus 1054.

Leonis IX. Papæ Anno 6. Henrici II. Imper. anno. 8. Conſtant. Monom. Imper. ann. 12.

I. Legatio miſſa à Leo. Papa Conſtant.

a epiſt. Leo. 7 & ſeq tom 3. epiſt. Rom. Pont. & Leo Oſtienſ. lib. 2. c. 89.

ANno Chriſti 1054. [a] Leo Pontifex, vt gliſcens ſchiſma à Michaele Cerulario Patriarcha exſuſcitatum in ſemine comprimeret, vtque contra Northmannos victoriis quotidie inſolentiores auxilia poſtularet, Humbertum Epiſcopum ſiluæ candidæ, Petrum Archiepiſcopum Amalphitanum, & Fridericum S.R.E. Archidiaconum Cancellarium Cardinalem, Legatos Conſtantinopolim miſit, & tum Conſtantino Mono-

macho

precibus commendo. Quibus nunc ego vltimum vale dicens, animam quoq; meam tuis precibus commẽdo. Inſtabat tunc præcipua ſolemnitas, & lætus Angelis & hominib. aſſumptionis beatiſſimæ Mariæ virginis dies, in cuius gaudiis, vt ſui corporis fieret diſſolutio, precibus à Domino contendit, lachrymis & gemitibus impetrauit, ſperans cumulatioris miſericordiæ ſe ſpem habiturum. Aderat ergo felix ille dies, circumſtabant cum Clero Epiſcopi, cum miniſtris Principes & Comites; cum Rex in medio iacens ſacram percepit vnctionem, ſanctamque animam corporis & ſanguinis Chriſti recreatam viatico, in manus perpetuæ virginis & ſanctorum Angelorum, æternæ quietis beatitudini tradidit inſerendam. Corpus illius, quemadmodum diſpoſuerat, in templo Diuæ Deiparentis apud AlbamRegalem conditum eſt.

III. Theophanes Epiſc. relegatur ob auaritiam ſuam ab Imper. c *Curopal.*

c Conſtantinopolis totis tribus menſibus à terræ motu tremuit. Propter quam cauſam Michael Imperator Theſſalonicam ſede translata, Theophanum Metropolitam hominem auarum, & egentium nullam rationem habentem, ea ratione & mulctauit, & emendauit. Miſit quendam ex ſuis miniſtris, ab eo petens mutuari ſibi centenarium vnum, quoad Byzantio aurum ſibi afferretur. At ille adhibito iureiurando inficiatus eſt ſe habere niſi triginta libras. Et hunc quidem faceſſere iuſſit Imperator; miſſiſque qui pœnu eius perſcrutarentur, reperit auri centenaria triginta tria; ex quibus clericis dedit, quæcunque ipſis debebantur à primo anno ſacerdotii Theophanis, vſque ad illud tempus: reliqua diſtribuit pauperibus, & Metropolitanum expulſum, in quodam agro relegauit, præfecitque Metropoli Prometheum.

IV. S Luciæ corpus Conſtantinop. tráſlatum d *Leo Oſtieſ lib. 2. c. 68.*

d Per idem tempus Maniacus Dux ab Imperatore Michaele cum exercitu ad debellandos Sarracenos in Siciliam miſſus, cum Apuliæ atque Calabriæ milites in auxilium conſciuiſſet, Northmannoſque ſibi adiunxiſſet, totam inſulam in poteſtatem cepit. Syracuſana ciuitate capta, eidem Duci à ſene quodam ſanctæ Luciæ Mauſoleum proditum eſt; eiuſque corpus inde ſublatum, & in theca argentea poſitum, Conſtantinopolim cum omni honore & reuerentia tranſmiſſum eſt.

IESV CHRISTI
Annus 1039.

BENEDICTI IX. PAPÆ 6. CONRADI Imper. 15. Michaelis Imperat. ann. 6.

I. Conradi Imp. obitus. a *Glaber. lib 5 c. 1.* b *Curopal.*

ANno Chriſti 1039. a Nonis Iunii, ipſa feria tertia feſti Pentecoſtes, Conradus Imp. apud Traiectum Friſiæ inopinata morte ſubito deceſſit. b Michael etiam Imp. Orientis, cum indies magis magiſque acrius à dæmone quo obſidebatur, torqueretur, nec inueniret qua ratione ſe liberaret, miſit in omnes regiones & inſulas presbyteris ſingulis nummos duos, monachis vnum, baptizauitque recens natos pueros, traditis ſingulis nummo vno & milliareſiis quatuor. Tamen nihil horum profuit; imo vero malum augebatur, opitulante quoque hydropiſis morbo. Qua de cauſa miſer ille, relicta Ioanni fratri Imperii cura, Theſſalonicæ apud ſanctum Demetrium martyrem iugiter morabatur; eidem ſupplicans ac petens, vt ab obſidente dæmone liberaretur. Senſit ibidem aliquod leuamen, nunquam tamen potuit perfecte liberari. Hoc etiam tempore frequentes terræ motus facti fuere, & imbrium magna vis decidit, morbuſque anginæ multos extinguebat, ita vt non poſſent viui mortuos efferre.

II. Legatio Eccleſ Polon. ad Bened. Pp.

c Stephanus Archiepiſcopus Gneſnenſis, qui Polonus Polono Bozentæ ſucceſſerat, vna cum proceribus Regni Poloniæ, apud Pontificem Max. contra Prædiſlaum Boemiæ Ducem, tanquam ſacrilegum egit, vt ſpolia Gneſnenſis Eccleſiæ, & præcipue corpora SS. Gaudentii, & quinque fratrum martyrum reſtituere vellet. Fruſtra. Namque ſententiam pro reſtituendis rebus & ſacris pignoribus à ſede Apoſtolica prolatam, Boemiæ dux auro Cardinalibus iudicibus effuſo, dicitur interuertiſſe. c *Cromer. lib. 4. ex Dlugoſſio.*

IESV CHRISTI
Annus 1040.

BENEDICTI IX. PAPÆ ANNO 7. Michaelis Imp. ann. 7.

I. Obitus S. Chunegund. olim Auguſtæ.

ANno Chriſti 1040. Die tertia Martii, S. Chunegundis inter moniales quindecim annos profeſſa mortua eſt Bambergæ. Hæc cum proximæ morituræ Auguſtalia ornamenta ad pompam cadaueris præparare videret, fertur dixiſſe: *Amictus iſte non eſt meus, auferte hinc; ornatus hic alienus eſt: iſtu terreno ſponſo, & hu cæleſti ſum copulata. Nuda de vtero matris mea egreſſa ſum, nuda reuertar illuc. Hu miſeræ carnis vilem materiam inuoluite, & corpus meum iuxta tumulum fratris mei ac Domini Henrici Imperatoris, quem me vocantem video, in proprio loculo reponite.* His dictis, in manum Domini ſpiritum commendans, migrauit ad cœlum: cuius ſepulchrum Deus pluribus miraculis illuſtrauit.

II. Fernandus Magnus Rex Conimbricã capit. *Mariana lib. 9.*

Eodem anno Magnus Fernandus Rex Caſtellæ & Legionis, diu obſeſſam Conimbricam ope S. Iacobi Apoſtoli cepit. Aliquis Græcorum cum religionis cauſa viſitaturus corpus Apoſtoli ex Oriente Compoſtellam veniſſet, tempore eiuſdem Conimbricæ obſidionis, audiretque multorum ſermone confirmari, ſanctum Iacobum in prælis ſæpe viſum inſidentem armatum equo opitulari fidelibus aduerſus Mauros: derogans fidem dictis, aſſertionem horum deriſit dicens: *Sanctus Iacobus, non miles ſed piſcator fuit.* Nocte inſequenti didicit ex viſu veritatem. Aſpexit enim ſanctum Iacobum, eo habitu corporis armatum pro Chriſtianis decertantem, & victoriam referentem, atque Chriſtianis in manus concedentem.

Viſio de S. Iacobo armato pro Chriſtianis decertante.

III. Saraceni in Sicilia diuinitus ſuperati. *Curopal.*

Per idem temporis, Maniaco Duce, coniurationis apud Mich. Imp. accuſato, Catacallus cognomẽto Combuſtus rem contra Saracenos in Sicilia agebat. Reſumpſerant illi vires, & ferociores facti multa in Chriſtianos committebant. Ibi Catacallus exercitu confirmato, cum iuſſiſſet Sacramentum ſibi & omnibus militibus ſuis participari, circiter horam prandii, erumpẽs per vrbis portas omnes fere Saracenos proſtrauit. Ita quæ reliqua Siciliæ ciuitatum Meſſana fuit, ſub poteſtatem Chriſtianorum Dei ope venit.

IESV CHRISTI
Annus 1041.

BENEDICTI IX. PAPÆ 8. MICHAELIS Imper. 8.

I. Michaelis Imp. obitus a *Curopal*

ANno Chriſti 1041. a Michael. Imper. eius nominis Quartus, confeſſus cædem Romani Imper. ac vere pœnitens defunctus eſt. Eadem hora Zoë Auguſta, iuſſit coronari Michaelem cognomento Calaphatem, quem in filium adoptauit. Sed cum is in eam ingratus, illam de ſolio eieciſſet, & monaſticam aſſumere coegiſſet, à populo repudiatus, oculis orbatus, perque viam publicam raptatus eſt, anno ſequenti.

b *Cromerus lib. 4. ex Dlugoſſio.*

b Poloni, ſeptenni interregno innumeris calamitatibus fatigati, tandem de inteſtinis diſſidiis nonnihil remittentes, comitiis Gneſnam indictis agnouerunt, conueneruntque in eandem ſententiam; ſc. Remp. niſi ad vnum rurſus deferatur Principatus, ſaluam eſſe non poſſe. Quemnam vero potiſſimum deligerent, variabant.

A riabant. Nonnulli reuocandum eſſe Cazimirum, optime de ipſis meriti Boleſlai nepotem, cenſebant: alii negabant, quod metuendum eſſe dicerēt, ne is paternam ignauiam, & maternam auaritiā imitatus vniuerſa perderet; neue memor iniuriæ, crudelis vltor exiſteret. Sed cum de proceribus & ciuibus neminem deligi placeret; externi vero principes ii qui erant finitimi, partim hoſtes eſſent, partim impares tāto oneri iudicarentur, partim etiam domeſticis malis atq; diſſenſionibus laborarent, vicit tandem ea ſententia, quæ Cazimirum, vbi vbi ſit, quærendum, placādum, & reducendum eſſe cenſebat. Iuuenem eſſe, & liberali facie, nec ſane crudelis patris filium; facile veniam daturum culpam deprecātibus: indolem vero eius omnia meliora; quam de patre matreq; polliceri. Ad hæc autem, calamitate & exilio, B non ad otium & nequitiam, ſed ad induſtriam & modeſtiam eruditum eſſe. Oratores delecti primores viri ad reuocandum eum, ad Rixam Reginam in Saxoniam profecti, ei mandata expoſuerant. Cæterum implacabilis mulier aſpernabatur preces, exprobrabat ſuam eiectionem, inſultabat malis miſerorum, negabat filiū poſtulata ipſorum facturum eſſe, vtpote ipſorum ſcelere eo redactum, vt calamitatis tædio exiliique pudore, in Gallias ſecederet, Cluniaciq; ſeſe vitæ monaſticæ addiceret. Hoc accepto à Regina ſuperbo reſponſo Oratores Cluniacum recta profecti, inueniunt Cazimirum mutato nomine Carolum, non modo profeſſum religionem, ſed iam Diaconum. Deprecabantur culpam exilii ipſius, quæ tamen penes Reginam pene fuerit, Orabāt proinde, reſpiceret afflictam & pene euerſam patriam; ſuſciperet paternum & auitum Regnū, ab extremo interitu vindicandum: in eo ſolo ſpem Polonorum ſitam eſſe. Qua ſi decidant, funditus ſe periiſſe. C Reſpondit ille modeſte, obortis lacrymis: Exilium ſuum non ipſis, verum arcano Dei iudicio, & nonnulli forraſſis parentum ſuorū culpæ ſe imputare; caſum dulciſſimæ patriæ, quam ſui maiores florentiſſimam reliquiſſent, miſerar., & adiutam eam omni ope & conſilio velle, ſi integrum id ſibi ſit. Nec ignorare maioris eſſe pietatis & meriti, publica adminiſtrantem multorum ſaluti conſulere, quam priuatum, & in ſolo loco concluſum, innocentiam vitæ ſuæ tueri. Sed alieni iam ſe iuris factum eſſe; datam ſemel Deo, atq; iis quorum ſe poteſtati vltro ſubiecitſet, fidem fallere non poſſe.

Poloni repetunt Caſimirum monachū ad Regnum.

II. Legatio ad Pont Ro. pro diſpenſatione à voto Religionis & à Diaconatu.

Mæſti hoc reſponſo Legati, ac de ſpe propemodum deiecti, omnia tamen ſibi tentanda eſſe exiſtimarunt. D Abbatem itaq; monaſterii adierunt; eadem illa orarūt; muneribus animum eius mollire conabantur. Ab eo a. cum ad Max. Pontif. reiecti eſſent, necquicquam moleſtiis & longinquitate itineris fracti, Benedictum Papam accellerunt, petierunt, impetraruntque; vt Cazimirus monachus & diaconus, profeſſionis Sacramenti religione ſolutus, ad regnum maiorum ſuorum rediret, vxorem duceret, liberos procrearet. *Pro hoc Polonis iniunctum, vt comam in modum coronæ tondeant; vt faſciam candidam lineam, inſtar ſtolæ à læuo humero in dextrum latus dependentis deferant; & vt de ſingulis capitibus, exceptis nobilibus ſeu equitibus, & qui ſacris addicti ſint, obolus vnus in lucernam perpetuo in æde Diui Petri Romæ arſuram, quotannis pendatur.*

III. Quibus Conditionibus diſpenſatum fuerit cum Cazimiro.

IV. Cazimirus reſtitutus * in Regnum.

E Reſtitutus in paternum Regnum Cazimirus, atque Gneſnæ ſolenni ritu inauguratus, Iaroſlai Ducis Ruſſiæ ſororem, Mariam nomine vxorem duxit, & Græcorum ſchiſma abdicantem Eccleſiæ Catholicæ reconciliauit; Reginam ſolemni ceremonia fecit; & pro Maria, Dobrogneuam appellauit, Sc. religionem eſſe ducens, ſi cum ea quæ Diuæ Dei Genitricis nomen præ ſe ferret, coniugali more conſueſceret.

IESV CHRISTI
Annus 1042.

BENEDICTI IX. PAPÆ 9. MICHAELIS Calaphati 1.

I. De S. Gerardo Epiſcop.
a apud Sur. 23 Septemb.

ANNO *Chriſti* 1042. [a] Sanctus Gerardus Epiſcopus Canochienſis per ea tempora florebat. Hic is nobili genere Venetus natus, & ab ineunte ætate monaſticam ſancte complexus; tandem ab Hieroſolymitana peregrinatione reuertens, & apud S. Stephanum Regē Hungariæ diuertens, magno ab eo honore ſuſceptus, atque eodem curante Eccleſiæ Canochienſi præfectus fuit. Geſſit eam dignitatem, ſumma dignitate; maxime tunc cum Ouo tyrannus contra Petrum Regem Hungariæ ſurrexiſſet. Cum enim cæteri Epiſcopi coronam regiam tyranno impoſuiſſent, ille plenus Spiritu Sancto, ſtola candida indutus pulpitum aſcendit, Regemq; his verbis per interpretem allocutus eſt, ipſo die Dominicæ Reſurrectionis: *Obſeruatio,* ait, *Sancta Quadrageſimæ peccatoribus pro venia, iuſtis pro præmio conſtituta eſt: quam tu Rex cum cædibus pollueris, mihiq; nomen Patris præripueris, per te dulciſſimo filio orbato, nullam hodie veniam mereris. Et quia pro Chriſto meo mori paratus ſum, quæ tibi ſunt euentura prænuntiabo. Anno tertio regni tui gladius vltionis in te excitabitur, qui tibi regnum improbe acquiſitum & vitam auferet.* Nolebat interpres hæc verba renunciare: at ille tandem cōpulit monēs vt prius Deum timeret, quam Regem honoraret. Ita hic euulgauit, reipſa a. vnuſquiſque poſtea probauit, S. Gerardum Spiritu prophetico prædixiſſe.

Libertas ipſius aduerſus Tyrannum.

II. Conſtantinop. Conſtant. Monomachus imperat.

Conſtantinopoli Michaele Calephate exoculato, & ab Imperio eiecto, Conſtantinus cognomento Monomachus, qui ab Ioanne Michaelis Paphlagonis Imp. fratre in exiliū fuerat deportatus, ab exilio reuocatus, iuncta ſibi in matrimonium Zoe Auguſta, imperium Orientale obtinuit die 11. Iul.

IESV CHRISTI
Annus 1043.

BENEDICTI IX. PAPÆ ANN. 10. CONSTANTINI Monomachi ann. 1.

I. S. Eduardus Coronatur Rex Angl.
a Wilelm. Malmesb. de geſt. Reg. Angl. lib. 2. c. 13.
Ipſe & vxor permanent virgines vſque tunc ad mortem.

ANNO *Chriſti* 1043. [a] Defuncto Canuto Rege Anglorum, eiuſq; duobus filiis ex inſperato morte ſublatis, delatum eſt Regnum S. Eduardo Ethelredi ex Emma Regina filio; qui Comitis Goduuini filia Egitha in matrimonium ſibi collocata, pari conſenſu Virginem virgo ad mortem vſq; illæſam incontaminatus ſeruauit. Viderat quondam in ſomnii reuelatione ſeculi illius à tali coniugio felicitatem, Brithuuoldus Wintonienſis Epiſcopus, atq; renunciauerat vniuerſis. Nā cum tempore Regis Canuti apud Glaſtoniam cœleſtibus lucubraret excubiis, ſubiiſſetq; illum cogitatio, quæ frequēter angebat, de regia ſtirpe pene deleta: hæc meditanti ſopor irrepſit. & ecce in ſuperna raptus vidit Apoſtolorum Principē Petrum, ipſum Eduardum in Northmannia exulem, in Regem conſecrare, cœlibe, hoc eſt, virgine & abſq; liberis infœcunda deſignata vita, & certo viginti quatuor annorum numero regni computato. Eidemq; conquerenti de poſteritate, reſpondere: Regnū Anglorum eſt Dei poſt te prouidit Regem ad placitum ſui.

II. Michael Cerular. Epiſc. Cōſtantinop.
b Curopal.

[b] Conſtantinopoli die 20. Febr. Alexius Patriarcha defunctus, ſucceſſorem habuit Michaelem cognomento Cerularium, qui ab Ioanne Michaelis Imp. fratre in exilium fuerat propter tyrānidem affectatam relegatus. Adalberto Hamburgenſi Archiepiſcopo, recens poſt Alebrandi hominis ſancti mortem electo, Benedictus Papa pallium deſtinauit.

Digitized by Google

IESV CHRISTI
Annus 1044.

BENEDICTI IX. PAPÆ 11. CONSTANTINI
Monomachi ann. 2.

I. Schiſma in Eccl. Rom. a *Otto Friſingenſis.*

ANno Chriſti 1044. Hoc anno, [a] pudenda confuſio Eccleſiæ Dei in vrbe Romana fuit, tribus ſedem illam vſurpantibus, atque ad maioris opprobrii cumulum tam ſeditibus, quam Patriarchiis inter ſe diuiſis: vno apud Lateranum, altero ad S. Mariam Maiorem, tertio ad S. Petrum ſedente. Benedictus, Lateranenſe palatium flagitioſa & turpi vita infamabat, Ioannem Sabinenſem Epiſcopum, Ptolomæi Romani ciuis factioſi, pecunia corrupti, factio, in ſede apud S. Mariam collocauit, Syluestrum, non tamen gratis nuncupauit. Inter hos Gratianus presbyter Romanus, miſerandum Eccleſiæ ſtatum cõſiderans, zelo pietatis ductus, vt Eccleſiæ turpiſſime deformatæ ſubueniret, & Syluestro, & Benedicto, perſuaſit, & reditibus aſſignatis, non tam ſedem emit, quam vexationem Eccleſiæ ab intruſis redemit, vt ſponte dignitatem male à Benedicto adminiſtratam, ab altero autem peius vſurpatam deponerent.

Tres ſimul antipontifices.

b *Acta S. Nili.*

Acceſſit [b] & Bartholomæi Abbatis Cryptæ Ferratæ diſcipuli S. Nili, viri ſanctiſſimi perſuaſio. Cum enim Benedictus iuuenis voluptatibus deditus, tandem aliquãdo à conſcientiæ ſtimulis actus fuiſſet, & hunc Abbatem, vt ab eo opportunum quæreret, acciuiſſet, ipſe nõ eſt throni celſitudinem veritus, non dignitatis præſtantiam reſpexit, neq; munera & honores, ꝙ plerīq; ſpiritualium medicorum facere ſolẽt; ſed mali grauitatem, & propterea opportunam mali abſciſſionem illi adhibens, ita inquit: *Non licet tibi ſacra facere, ſed potius abſtinere, & Deum placare, quem peccando irritaſti.* Audiuit hæc Benedictus, & necquicquam procraſtinans Pontificatu ſeſe abdicauit.

II. Greg. VI. legitim. Pontifex. c *Otto Friſing. & Glaber lib. 5.*

Et ſponte cedente, [c] Gratianum S.R.E. presbyterum, tanquam Eccleſiæ Dei liberatorem, omnes vnanimi conſenſu, in Summum Pontificem elegerunt, eumque mutato nomine Gregorium Sextum vocauerunt. Eius viri religioſiſſimi ac ſanctiſſimi bona fama, quicquid prior fœdauerat, in melius reformauit. Petrus Damiani ille rigidus ſeculi ſui cenſor, poſtquam intellexit Gregorium eſſe aſſumptum, iſta gratulabundus ad eum ſcripſit: [d] *Lætentur cæli & exultet terra, & antiquum ſui iuris priuilegium ſe recepiſſe Sancta gratuletur Eccleſia. Conteratur iam milleſormе caput venenati ſerpentis, ceſſet commercium peruerſæ negotiationis, nullam iam monetam falſarius Simon in Eccleſia fabricet; nulla Giezi, præſente prouidi doctoris abſentia furtiua dona reportet. Iam columba reuertatur ad Arcam, & virentibus oliuæ folius, pacem nunciet terris redditam. Reparetur nunc aureum Apoſtolorum ſeculum, & præſidente veſtra prudentia, Eccleſiaſtica refloreat diſciplina. Reprimatur auaritia ad Epiſcopales infulas anhelantium; euertantur cathedræ columbas vendentium nummulariorum.*

d *ad Greg. 6 epiſt. 1.*

GREGORII VI. PAPÆ
anno I.

I. [..]nta per [..] VI. [..] [..] de [..] lib. 2

POrro [e] Gregorius Papa Sextus, erat vir magnæ religionis & ſeueritatis. Is ita Romani Apoſtolatus ſtatum per incuriam anteceſſorum ſuorum diminutum inuenit, vt præter pauca oppida vrbi vicina, & oblationes Fidelium, pene nihil haberet, quo ſe ſuſtentaret. Ciuitates & poſſeſſiones in longinquo poſitæ, quæ ad ius Eccleſiæ pertinebant, à prædonibus ablatæ; tramites publici & ſtrata viarum per totam Italiam à latronibus ſtipabantur, vt nullus peregrinus niſi cum maiori manu impune tranſiret. Feruebant totis ſemitis inſidiatorum examina, nec inueniebat viator, quo colludio euaderet. Ita in vacuum, ſicut in pecunioſum furebatur; nec ſupplex habere gratiam, nec reſiſtens poterat violentiam ſuſtinere. Ceſſatum erat ab omni prouincia Romam iter aggredi, quod mallet quiliber per domeſticas Eccleſias nummos ſuos diuidere, quam latrunculos propriis laboribus paſcere. In vrbe, vnico habitaculo ſanctitatis, in medio foro Sicarii vagabantur; genus hominum, infidum & verſutum. Si quis ſemitarum obſeruatores aliquo tranſiſſet artificio, capitis ſcilicet periculo Apoſtoli Eccleſiam videre cupiens, in ſicarios incidens, nullo modo ſine ſubſtantiæ, vel ſalutis damno domum reuertebatur. Super ipſa corpora SS. Apoſtolorum & Martyrum, ſupra ſacra altaria gladii nudabantur; & oblationes accedentium vixdum appoſitæ, de manibus abripiebantur, abreptæ in comeſſationes & ſcortorum abuſiones conſumebantur. Tantorum malorum turbo Gregorii papatum offendit. Ille autem primo leniter (& vt decet Pontificem) magis amore quam terrore cum ſubiectis agere; delinquentes verbis plus quam verberibus premere: *Vrbani à peregrinorum infeſtatione, à rapina ſuorum ceſſarent. alterum eſſe contra naturam, vt ille qui communi veſceretur aere, non communi frueretur pace: Chriſtiano inter Chriſtianos libere, quo liberet progrediendum, dum omnes ſint ex vno famulitio, omnes vnius ſanguinis coniuncti coagulo, redempti vno pretio: alterum contra Dei mandatũ q. præcepit, vt qui altario deſeruiunt, de altario viuant. Præterea domum Dei docere, eſſe domum orationis, non ſpeluncã latronũ, non gladiatorum conuenticulum. Permitterẽt oblationes tranſire in vſus ſacerdotum, vel in expenſas pauperum: prouiſurum ſe illis quos egeſtas ad rapinas compelleret, vt aliquo honeſto officio ſtipem haberent: quos cupiditas exagitabat, ipſi ſibi pro Dei timore, & ſeculi honeſtate modum ponerent. Inuaſores Eccleſiaſtici patrimonii mandatis & epiſtolis inuitauit, vt aut indebita redderent, aut ſe iure illa tenere, in ſenatu Romano probarent. Si neutrum facerent, Eccleſiæ membra ſe non eſſe cognoſcerent, qui capiti Eccleſiæ B. Petro & eius Vicario reſultarent.*

Lenitas Greg. Pap. vt ſeditioſos ad meliorem frugem reuocaret.

Talia frequenter cõcionatus, & aut parum aut nihil proficiens, ſeuerioribus remediis inueterato morbo tentauit occurrere. Cauterio itaque excommunicationis omnes ab Eccleſiæ corpore remouit, vel qui talia facerent, vel qui agentibus conuiuio, vel etiam colloquio participarent. Hæc ille pro ſuo officio ſatis agebat; ſed pene in perniciem verſa ſedulitas. Nam, vt ille dicit: *Qui erudit deriſorem, ipſe ſibi iniuriam facit:* maligni illi leui admonitione perſtricti contra furere, minis auras territare, muros vrbis armis circũſonare, adeo vt Pontificem pene interimerent. Itaque ferro abſciſſionis vtendum iudicans, arma vndecunque & equos conquiſiuit, milites & equites adornauit. Ac primum baſilicam beati Petri præoccupans, raptores oblationum vel extinxit, vel effugauit. Inde fortunam ſibi aſpirare videns, longius progreſſus, & ſi qui reſiſterent occiſis; prædia omnia & oppida multis temporibus amiſſa, in antiquum ius reformauit. Itaque pax per multorum ſegnitiem exulans, per vnum hominem in patriam rediit. Securi peregrini inſuetas viarum terebant orbitas, læti per vrbem antiquis oculos paſcebant miraculis, & cantantes, donis factis repatriabant. Quirites interea rapto viuere aſſueti, ſanguinarium illum vocabant, & indignum, qui conſcius tot cædium, ſacrificium Deo offerret. Et vt fieri ſolet, quod morbus obloquii ab vno ſerpat in omnes, aliqui etiam Cardinales, argumenta populi non improbabant.

Seueritate vtitur cum lenitas non proficeret.

II. Pax per Greg. Pap. armis reddita.

III.

Per ea tempora, Eccleſiæ Piſaurenſi præerat quidam Epiſcopus, quem Petrus Damianus titulo adulteri, inceſtuoſi, periuri & raptoris deſignabat: Eccleſiam vero Semproníenſem quidam Archipresbyter cætera bonus, ſed per auaritiam honoris ad dignitatem Epiſcopalem contendebat. Orabat Gregorium Damianus, vt illum quidem deponeret, iſtum vero præficeret: ſi modo de ambitione pœnitentiam perageret.

IV. Seditio Cõſtantinop. contra Imper. f *Curopal.*

Eodem anno [f] Conſtantinus Monomachus periculum capitis adierat. Pellicem ſuperintroduxerat Romani Scleri ſororem, atque propterea ſe exoſum popu-

lo red-

lo reddiderat. Quamobrem eo ad Eccleſiam SS. Martyrum equitante, repente è media turba exaudita vox eſt: Nos Seleranam Reginam nolumus; neque propter ipſam matres noſtræ porphyrogenitæ morientur Zoe atque Theodora. Poſt hanc vocem ſtatim confuſa ſunt omnia, & perturbatus populus conabatur Regem occidere. Et niſi celerrime Reginæ Zoe & Theodora è ſuperiori parte proſpicientes conſternatam multitudinem ſedaſſent, non pauci periiſſent, & ipſe Imperator occubuiſſet.

V. Obitus B. Gregorii Card. & Epiſc. Oſtienſis.

Hoc anno in humanis eſſe deſiit, in Hiſpaniis, B. Gregorius Oſtienſis Epiſcopus, Apoſt. Sed. Legatus. Fuit is à primis annis, inter D. Benedicti religioſos adſcriptus, primum Monaſterii SS. Coſmæ & Damiani ad Micam Aureã Abbas, deinde à Ioanne XVIII. pp virtutes ingentes, Purpuræ ſplendore ornatus, & Oſtienſi B Eccleſiæ prælatus. quo tempore, cum vniuerſa fere Hiſpania, à Benedicto Summo Pontifice, aliquam opem contra locuſtarum agmina, quæ omnia virentia depaſcebantur imploraret; & ille triduano ieiunio populis indicto conſilium à Deo requirens, Angelum aſpexiſſet monentem, vt Gregorium ad euertendam luem deſtinaret, hunc ipſum ire iuſſit. Mirum eſt, quod referũt; à ſola aqua ablutionis manuum Gregorii, vbicunq; illa inſperſa fuiſſet, necem locuſtis illatam fuiſſe. *Hiſpan. Annales.*

IESV CHRISTI
Annus 1045.

GREGORII VI. PAPÆ ANN. 2. CONSTANTINI Monomachi Imper. ann. 3.

I. Legati à Caſim. Reg. Polon. miſſi ad ſedem Apoſt.

ANno Chriſti 1045. Per ea tempora, Caſimirus Rex Poloniæ, contra Maslaum perduellem, Maſouiæ Ducatus vſurpantem, feliciter dimicauit. [a] Ferunt per viſum primo diuinitus recreatum, atq; animatum, contra hoſtem viribus & armis ſuperiorem promouiſſe exercitum. Narrant ẽt conſpectum eſſe in aere iuuenẽ auguſta ſpecie corporis, veſte candida, candido equo inſidentem, & in hoſtiles turmas vexillum inferentem. vnde barbari, terga vertentes, Polonis victoriam detulerunt. In eo prælio cæſorum quindecim millia, captorum D duo numerabãtur: è Polonis pauci ſaucii, pauciores deſiderati. Maslaus ex fuga in Pruſſiã reuerſus, ibi à barbaris cognito prælii euẽtu excarnificatus, inq; crucẽ actus eſt, inſultantib. vt alta teneret, qui alta petiuiſſet. Victoria reportata, & pacato per circuitũ Regno, Caſimirus Legatos tum ad Benedictum Pontificem, tum Cluniacum miſit. qui Romano quidem Antiſtiti, nummum capitationis pactæ, Diuo autem Benedicto Abbati munera ampliſſima ferrent, & Diuinam erga illum benignitatem renunciarent. Iidem Legati ab Abbate Cluniacenſi aliquos monachos mitti in Poloniã poſtularunt, qui religionis Benedictinæ quaſi colonias quaſdã in Regnum deducerent. Miſit ille duodecim; & his Caſimirus partim Tinecciã arcem, vna à Cracouia leuca ſupra Viſtulam, cum centũ amplius pagis, partim Lubenſum oppidum ad Odram ſitum, cum compluribus itidem pagis & prouentibus aliis attribuit; domicilia monachis extruxit, atq; templa ſuppellectili perampla ad cultum Diuinum apta ornauit. Fuit autem primus Abbas Tinecenſis Aaron Gallus: cuius integritas, pietas & induſtria Cluniaci adhuc Caſimiro erat perſpecta. Atq; is deinde Rachelino Archiepiſcopo Cracouienſi vita defuncto, à ſacro eius baſilicæ collegio poſtulatus, ſeptimus ſucceſſit, regio fauore & commendatione adiutus. Porro ne quid eidem monaſterio Tinecenſi incommodaret, Decimas quæ ex agris Tinecenſis Monaſterii Archiepiſcopo Cracouiẽſi debebantur, Abbati & monaſterio iure ſempiterno addixit & adſcripſit; diœceſim

[a] Cromer lib. 4. & Dlugoſſus in Annal. Polon.

A autem pſalmodiis & precationibus iis, quæ Graduum vulgo dicuntur, onerauit.

II. Regnum Polon. tributarium Sed. Apoſt.

Quod ipſam capitationem attinet, volens Caſimirus parere pactis Summo Pontifici Benedicto primum per Legatos Polonorum, deinde per ſe promiſſis, generalem omnium ſtatuum prouinciarum indixit Conuentum; in quo & pollicitatio, Apoſtolicæ ſedi per Legatos Polonorum facta, concordi omnium deuotione & cõſenſu decreta, & innouata eſt; & vniuerſali mandato ſolutio vnius vſualis oboli de capite, tam ciuitates, quam oppida, vicoſque & rura colentium in duabus Prouinciis, videlicet Gneſnenſi & Cracouienſi, ac diœceſibus eiſdẽ ſubiectis, videlicet Poſnanienſi, Plocenſi; Smogorouienſ. q̃ poſtea Spicinã & poſtea Vuratislauiam tranſtulit Lubuſſenſi, Culmẽſi & Caminenſi impetrata. Ab B eo quoq; tempore Regnum Poloniæ, magis factum eſt Romanæ Eccleſiæ, immo Vicario Ieſu Chriſti Summo Pontifici feudale & tributarium; nec vnquam tributi prædicti ſolutionem paſſum eſt quacunque occaſione aut pacto intermitti, aut reſcindi. Videbatur autem cẽſus iſte, qui Denarius S. Petri appellatur, primum Polonis difficilis & grauis, vtpote qui ſecum perpetuam trahebat in Polonos obnoxietatem: poſtea tamen profectus varios, & commoda regno Poloniæ cognitus eſt præſtitiſſe, & præſtare: vt non ab homine, ſed ab ipſo Deo generis Polonorũ principio impoſitio eius credatur profluxiſſe. Quamuis autem per multa annorũ ſpatia, impoſitionem præſentem ſequentia, regno Poloniç in plures Ducatus & prouincias ſciſſo, ipſum à nonnullis finitimus gentibus, præſertim à Bohemis, & Fratribus C domus Teutonicæ, nigram Crucem in albo habitu deferentibus, in ſuis prouinciis fuerit occupatum & direptum; nullum tamen tam efficax ingenium (quamuis ad id plurimi interpoſiti fuerint induſtrioſi labores & conatus,) poterat reperiri, quo proprietas, regno Poloniæ in huiuſmodi terris & prouinciis competens, potuiſſet per huiuſmodi occupationem aboleri. Sileſiam enim in Polonorum ditione manſiſſe, vel S. Petri nummus, certiſſimum argumentum eſt. Nam eum Sileſii quoque, itidem ac cæteri omnes, qui tunc Regno Poloniæ continebantur, etiam nunc pendunt. Præter hoc quod Caſimirus Rex Poloniæ Smogorouienſem ſeu Bicinenſem cathedram Epiſcopalem, à Miecislao I. Monarcho Polonorum erectam, Vuratislauiam, quæ in vmbilico Sileſiæ eſt, tranſtulit, & tam ius præſentan D di Epiſcopum, ſibi ſuiſque ſucceſſoribus ſaluum, quam Epiſcopum Vuratislauienſem Gneſnenſi Archiepiſcopo, velut proprio Metropolitano ſubiectam perpetuo eſſe voluit, & ſeruauit quicquid aliqui Terræ filii, adipe & ſanguine Polono impinguati, incraſſati, & quid niſi, calcitrones, vel muſſent, vel contendant: Sc. Spiritum libertatis, ſed non Eccleſiaſticæ, neque Chriſtianæ, ſuſpirantes.

Omnes veteres Polon. regiones tributum Denarii excepta diœceſi Caminenſ. priuilegio Apoſtolicæ exempta.

Cæterum denarius S. Petri prædictus, cæteris teſtimoniis ſuppreſſis, aut vetuſtate abolitis, & conſumptis, & iniuſtam terrarum occupationem vociferatur, & detegit; & illas de ſorte, titulo, iure & proprietate Regni Poloniæ fuiſſe, eſſeque demonſtrat & conuincit. Ab eo ſiquidem tempore, vſque ad diem hanc, omnes veteres regni Poloniæ regiones, omneſque Eccleſiæ E Polonæ ditiones vno & perpetuo honore iuris vſurpato; & nunquam intermiſſo, tributum denarii Sancti Eccleſiæ Romanæ tradunt; præter Caminenſem diœceſim, ſpeciali Apoſtolico priuilegio ad preces Legati Apoſtolici capti, & ex diuturna ſeruitute opera Caminenſis Epiſcopi in libertatem reſtituti, exoneratam & exemptam. Ringuntur credo aliqui ad iſtud ius iuſtiſſimum. Sed cum iuſtiſſimum eſſe res ipſa euincat, ringantur licet vel rumpantur.

III. S. Guntheri erem. obitus.

Hoc anno eodem, Septimo Idus Octob. S. Guntherus Sancti Stephani Hungarorum Regis cognatus, monachus monaſterii Ablatahenſis ſub Beato Godehardo Abbate, demum Eremita in ſilua Boemæ, poſt annos triginta ſeptem ibi exactos, Sancto fine quieuit,

Digitized by Google

poſtquam à Seuero Epiſcopo Pragenſi Sacram Euchariſtiam percepiſſet.

IV. Northmanni S. Benedicti ope cæſi. b Leo Oſtienſ. lib. 2. c. 71 & ſeq.

b Northmanni in Apuliam acciti, poſtquam Saracenos deuiciſſent, neque vlla externa bella eis intereſſent, in monaſteria & reliqua Eccleſiaſtica bona graſſari cœperunt. & inter hæc caſtrum S. Victoris, & arcem S. Andreæ Caſſinenſibus monachis eripuerunt. Porro monachi exiſtimantes iuſto prælio ſe poſſe contra inuaſores decertare, arma ſumpſerunt, & profligatis Northmannis omnia ablata recuperarunt. Mirum accidit. Cum ex vtraque parte lapides ac tela mitterentur, Northmanorum tela, & alia miſſilia, veluti valido vento retorta, in ſuos, à quibus mittebantur recidebant. Quod vbi hoſtes animaduerterunt, caſtra monachis reddiderunt, & incolumitatem ſolam ab eis poſtularunt; Diuo ſcilicet Benedicto pro ſuis depugnante. Quod vt credatur, nocte ipſa præcedente pugnam, cum ruſticus quidam ex caſtro Cenario Hieronymus nomine domi quieſceret, videbatur in ſomnis ſe per viam, quæ à Mortula caſtro ducit, remeare. cum ecce ſubito monachus quidam reuerendi admodum vultus, veluti ex itinere feſſus, virgamque manu geſtans, illi in via comes adiunctus eſt. Cumque pariter incedentes ad biuium peruenißent, vnde ad villam S. Andreæ diuertitur, rogabat ſocium monachus, vt parum ex itineris labore requieſceret. Cumque reſediſſent; vnde ſic laſſus adueniret, monachum ruſticus inquirere cœpit. *Ego*, inquit ille, *diu in Caſino monte conſtructo monaſterio, cum Fratribus habitaui: Sed cum in me valde ingrati eſſent, illorum moleſtias ferre non valui, dimiſſiſque eis Hieroſolimam adii, ibique quadraginta iam fere annis cum Beato Stephano ſum commoratus. Nunc autem crebris illorum nuntiis vocatus veni. & ſi quidem mores ſuos corrigant, ibidem cum illis habitabo: Sin autem, per viam qua veni reuertar.* Rogatus autem vt nomen edic eret: *Ego*, inquit, *F. Benedictus vocor.* Cumque viam, qua ad S. Andream pergitur, monachus fuiſſet ingreſſus, & quo tenderet, à ruſtico eſſet inquiſitus: *Hac*, inquit, *pergo: quoniam in arce hac mihi agendum aliquid eſt.* Experrectus autem ruſticus, retulit Domino ſuo Mainardo Archipresbytero quod viderat ſomnium. Sequenti autem die arx capta eſt; aſſerebantque eius incolæ, in ipſo graui partis vtriuſque conflictu vidiſſe ſe monachum viriliter contra Northmanos dimicantem, ſuoſque ardenter hortantem; cum nemo tunc ex his, qui aderant monachis, illi ſe pugnæ miſcuerit. Ante paucos etiam dies alii cuidam ruſtico viſum eſt in ſomnis, quod B. Pater Benedictus virga, quam gerebat manu, Northmanos eius terræ incolas inſequendo ante ſe ageret, eoſq; ſeueriſſime verberans, cum ignominia de hac terra procul eliminaret, nullo ſibi vel modicum reſiſtere valente.

IESV CHRISTI
Annus 1046.

GREGORII VI. PAPÆ ANN. 3. CONſtantin. Monom. Imper. ann. 4.

I. Hæreſis Henricia-na. a Herman nus.

II Gregor. Pap. deponitur ab Henrico Rege & Clemens II erigitur.

ANno Chriſti 1046. a Henricus Rex Germaniæ, vt ſibi imperium Occidentale arrogaret, nimis impia præſumptione in res & perſonas Eccleſiaſticas ſibi iudicium vſurpauit: hæreſiſque Henricianorum, quam hodie quoque Politici mordicus amplectuntur, auctor fuit.

In Italiam itaque veniens, primo Widgerum Rauennatem Epiſcopatu deiecit. Papiæ deinde coadunato exercitu Synodum celebrauit. Inde Placentiam veniens Gregorium Sextum Pontificem Romanum, ad ſe venientem honorifice quidem ſuſcepit;

A ſed tandem apud Sutriam feſtiuitate aduentus Dominici celebrata, cum plerique aduerſæ factionis Gregorium accuſarent, quaſi is Pontificiam dignitatem emiſſet, Synodo congregata, Pontificatum illi abrogauit. Inde ad Romanos negotio relato, eorum conſenſu qui Gregorio male cupiebant, & eiectum eſſe volebant, Suidigerum Germanum gente Saxonem, Epiſcopum Bambergenſem in ſedem Romanam intruſit, & Clementem ſecundum appellauit, & ab eo tam ipſe, quam Agnes, imperiale diadema recepit, & tandem ad palatium Lateranenſe perrexit. Gregorius porro Pontifex legitimus, cum cerneret ea occaſione dirum Schiſma eſſe conflandum, imitatus Gregorium Nazianzenum, qui propter pacem Eccleſiæ conciliandam ſponte ſe dignitate abdicauit, & ipſe eo-

B dem animo, eademque virtute Pontificia ſede ſponte ceſſit.

III. S. Guidon. Abbat. obitus.

Quarto Nonas Aprilis, S. Guido Abbas Pompoſianus in agro Ferrarienſi ad Dominum migrauit, cum annos quadraginta octo eidem monaſterio præfuiſſet, & tã in vita quã in morte miraculis claruiſſet. Eius corpus in Germaniam ab Henrico Imp. relatum Spiræ conditum eſt.

Ipſius res geſtæ.

Porro is Rauennæ honeſte educatus, adoleſcens Romam profectus, clericus eſt ordinatus. Dum Hieroſolymam peregrinari deliberaſſet, vt Rauennam, ſub Martini Eremitæ viri continentiſſimi, in ſua apud Pompoſiam habitantis diſciplina manſurus reuertatur, in ſomnis eſt admonitus. Sub Martino itaque tres annos commoratus, Pompoſiam venit, inde ad mona-

C ſterium S. Seueri, à Rauenn. 3. p. m. diſtans. Fama autem probitatis eius ſparſa, Abbati Pompoſiæ defuncto ſubrogatus eſt, quo tempore Albertus pater, & Geraldus frater ſeculo relicto, Chriſti ſeruitio ſeſe dederunt. In officio ſumma prudentia, ac ſanctitate enituit. Cum quidam ex operariis monaſterii, ex alto caderet, S. Abbatis merito, illæſus ſurrexit. Martinus monachus in cellula à monaſterio 3. m. diſſita defunctus, ad eius preces reuixit, ac locis tormentorum fratribus enarratis, poſt triduum, accepta Abbatis benedictione, quieuit in pace. Cum Heribertus Epiſc. Rauen. Monaſterium Pompoſianum, ductis ſecum armatis viris, odio in virum Dei ſtimulatus, demoliri vellet, S. Guido cum monachis ad orationis præſidium confugit, cumque Epiſcop. Eccleſiam ingrederetur, ita

D mutatus eſt, vt Abbatem humaniſſime affatus, cum eo deinceps amicitiam inierit. Cum Gobehardus Heriberti ſucceſſor, Pompoſiæ in refectorio cum monachis cibum caperet, ex aqua ante Abbatem poſita ſibi adferri iuſſit, quæ ſtupente Epiſc. in vinum conuerſa eſt.

Tanta erat eius ſanctitas, vt infirmi certatim aquam, in qua manus abluiſſet, arriperent, ea enim abluti, ſanabantur à morbis. Ab Henrico II. Imp. in Italiam veniente inuitatus, inuitus iter arripuit, quod vt monachis prædixerat, nõ amplius eum viſuri eſſent. Cum Parmam itaque & Iuliam (quam Burgum S. Domnini nunc dicunt) vt occurreret Imp. veniſſet, ita ægrotauit, vt 3. Non. April. vita excederet, campanis vltro

Eius obitus.

E ſonantibus, & cæco ad eius corporis tactum illuminato. Eius corpus ab Imp. Veronam, vbi aliquot infirmi ſanati ſunt, deinde Spiram in Germania, vbi auguſto ei templo excitato, præcipuo honore colitur, translatum eſt. *Ex Monum. Eccleſ. Pompoſ. Hieronym. Rub. libr. 5. Hiſtor. Rauen. Carol. Sig. lib. 8. de Reg. Ital.*

Digitized by Google

IESV CHRISTI
Annus 1047.

CLEMENTIS II. PAPÆ ANN. I. HENRICI II. Imp. ann. I. Conſt. Monom Imp. ann. 5.

I. Cõcil. Ro aduerſus Simoniacos. a *Petr Dam ad Henr. epiſt.*

ANno Chriſti 1047. a Cumprimum Clemens ſecundus ſedem Romanam aſcendiſſet, ſtatim Concilium Romæ conuocauit; ad extirpandum crimen Simoniæ, quod per Occidentalia regna paſſim graſſabatur. Decreuit, vt quicunque à Simoniaco conſecratus eſſet, in ipſo ordinationis ſuæ tempore non ignorans Simoniacum eſſe, cui ſe obtulerit promouendum, quadraginta dierum pœnitentiam ageret, & ſic in accepti ordinis officio miniſtraret. In eodem Concilio, primum locum Rauennati Epiſcopo ante Mediolanenſem decreuit. Ioanni etiam Salernitano Archiepiſcopo pallium miſit; Fanenſem autem & Auximanum Epiſcopos, inauditis criminibus inuolutos depoſuit. cum ea de re Petrus Damiani illi perſcripſiſſet.

Clem. II. Pap. obitus & Bened IX rurſum inuadit ſedem. b *Leo Oſtienſ. lib. 2. c. 82.*

b Tandem ſeptimo Idus Octobris, nono menſe Pontificatus vltra montes defunctus, Bambergam delatus eſt. Namque vna cum Imperatore, poſt Concilium celebratum, vrbe exceſſerat, & in Germaniam properarat. Clemente defuncto Benedictus nonus ſecundo expulſus, tertio Pontificatum inuaſit, & octo menſes tenuit, donec ab Imperatore ex Germania Poppo Epiſcopus Brixienſis, ſiue Aquileienſis tranſmiſſus, & conſenſu totius cleri electus illi in Pontificatu ſuccederet, Damaſi ſecundi nomine aſſumpto. Duxerat quoque ſecum Imperator in Germaniam Gregorium ſextum: ne ipſo præſente, aliquid Romæ nouaretur.

Greg. VI. Pap. in Germaniã ab Henr. ductus. II. Concil. in Germania aduerſus Simoniacos. c *Glaber lib. 5. c. 5.*

c In Germaniam Henricus reuerſus, omnium Epiſcoporum Concilium conuocauit, & in eo multa contra Simoniacos decerni curauit: nimirum, vt eius criminis conſcii, à Sacro miniſterio ſecundum diſpoſitionem canonicam arcerentur. Contigit tunc temporis, vt Abbas cuiuſdam monaſterii honeſtæ poſſeſſionis equum valde optimum Henrico præſentaret, quatenus in loco ſibi commiſſo ipſius amicitiam conciliaret. Fuerat autem idem equus, ignorante Abbate, cuidam militi clam ſublatus, ſibique pretio venumdatus. Quodam autem die cum Imperator eidem equo inſidens iter ageret, fuit ei miles obuiam, cui præfatus equus clam fuerat ſublatus. Hic imprudenter aggrediens Imperatorem, in hæc verba prorupit dicens: *Tu, ô Rex, qui cenſuras debes tenere totius iuſtitiæ, equum modo fraudulenter abſtractum cerneris poſſidere.* Cui Imperator: *Si tuus eſt, ait, equus, vt aſſeueras, accipe illum cum ſeſſore, & duc tecum quo melius optas, habeasq; vtrumq; quouſq; perſolutionem furti recipias.* Miles autem exiſtimans ſibi illudi, hærebat ſtupens: Henricus vero compellebat eum, vt manu iniecta duceret vtrumque in ſuum dominium. Sic voluit ſuo exẽplo admonere ſibi ſubditos Imperator, magno ſui periculo poſſidere audere aliquid alienum. Quærebat interim à circumſtantibus Imperator, quas grates referret Abbati, qui eum in tale periculum coniecerat: Cumque alii aliud inſinuarent, tandem accerſito illo; *Depone*, ait, *baculum regiminis paſtoralis, quem credis largitione hominis mortalis debere geſtare.* Quem cum Abbas à ſe proieciſſet, illum Rex ſuſcipiens, dexteræ imaginis ſaluatoris impoſuit: *Vade*, inquiens Abbati, & *ſuſcipe illum de manu Omnipotentis Regis, nec vltra pro eo debitor ſis alicuius mortalis, ſed libere vtere eo, vt decet culmen tanti nominis.* Hac iuſtitia & clementia ſeſe Imperator commendabat; qui incontinentia & carnis luxuria ſeſe infamabat. Aliud de eodem narrabat Willelmus Malmeſtirienſis. d Tempore Conradi Patris, à quodam Clerico fiſtulam tulerat argenteam, qua pueri ludo aquam ia-

Imperator priuat abbatẽ qui equum ipſi donauerat.

d *lib. 2. c. 12*

A culantur, pactus Epiſcopatum, cum foret Imperator. Adultus repetenti pollicitum impigre dederat. Nec multo poſt aſpera valetudine correptus decubuit, morbo creſcente, triduo extenſus & mutus iacuit, cum in ſolo pectore vitalis halitus palpitaret. Nec aliud vitæ indicium erat, quam quod manu ad nares appoſita; quantuluſcunque ſentiebatur anhelitus. Epiſcopi præſentes triduano indicto ieiunio, lacrymis & votis pro vita Regis ſuperos pulſabant. Quibus, vt credi fas eſt, remediis conualeſcens, accitum Epiſcopum quem iniuſte fecerat, ſententia Concilii depoſuit: profeſſus ſe toto triduo dæmones infeſtos vidiſſe, flammam in ſe per fiſtulam iaculãtes adeo pertinacem, vt noſter ignis in comparatione illius iocus putetur, & nihil calere. Iuuenem inter hæc ſemiuſtulatum adueniſſe lætum, ferentem immenſæ magnitudinis calicem aureum aqua
B plenum, cuius viſione & laticis aſpergine delinitum, extinctis ardoribus, in ſanitatem euaſiſſe. Ephæbum illum Beatum fuiſſe Laurentium, cuius Eccleſiæ tectum longa carie diſſolutum compaginauit, & præter alia xenia calice aureo honorificauit.

Imperator vexatur à dæmone ob Epiſcopatum iniuſte collatum.

In Hungaria, ſeditione contra Petrum Regem renouata, Sanctus Gerardus Epiſcopus Chanodienſis cæſus eſt. e Paulo antequam occideretur, & Albam regalem proficiſceretur, apud Eccleſiam S. Sabinæ Virginis & Martyris hoſpitio vſus eſt; illicq; cœnantibus fratribus ait: Fratres & amici, cras ad cœnam Agni Dei vocamur. itaq; abſq; detrectatione properemus, pro Chriſto moriamur. Altera vero illuceſcente die, pater Sanctus Miſſam celebrauit, menſæq; Chriſti multitudinem ſibi ad-
C hærentem fecit participem, lætuſq; ad Martyrium perrexit. Vbi autem ad Danubium iter intendit, turba populi eum circumſtetit, lapideſq; permultos in eum coniecit. At ille ſigno Crucis munitus, à nullorum eorum læſus eſt. At impii homines tandem equorum retortis collis, ſubuerterunt currum, Patremq; humi abiecerũt, & magno impetu lapidare conabantur. Tum inſtar protomartyris Stephani, primus Pannoniæ ex Epiſcopis martyr, poſitis in terram genibus, clamauit voce magna: *Domine Ieſu Chriſte, ne ſtatuas illis hoc peccatum, quia neſciunt quid faciunt.* Cumque hoc dixiſſet, lancea confoſſus in pectore occubuit.

III. S. Gerardi Epiſc. Chanodienſ. in Hungaria Martyriũ. e *apud Sur. 24. Sept.*

f Godefredus Lotharingiæ Dux, propter ademptum ſibi ab Imperatore Ducatum, ciuitatem Virdunenſem incendit. Cum aũt Dei Genitricis templum ibidem fue-
D rit exuſtum ſpõtaneæ pœnitentiæ ipſe poſteris dignum reliquit exemplum, vt publice ſe verberari faceret, & capillos ſuos vt tonderentur, multa pecunia redimeret, ſumptus ad reædificandam Eccleſiam daret, & in opere cæmentario per ſeipſum plerumq; vilis mancipii miniſterio functus deſeruiret.

IV. Godefridi Ducis Lothar. pœnitentia. f *Sigebert. in Chron. & Lamber*

IESV CHRISTI
Annus 1048.

DAMASI II. PAPÆ ANN. I. HENRICI II. IMP. ANN. 2. Conſt. Monom. Imp. ann. 6.

ANno Chriſti 1048. a Damaſo ſecundo Pontifici Ro-
E mano, vnanimi conſenſu Cleri electo atque initiato, trium & viginti non amplius dierum Pontificatus fuit. Veneno, aiunt, eſſe à Bonifacio illo ſedis Apoſtolicæ inuaſore ſublatum, & in agro Verano, in Eccleſiam Diui Laurentii extra muros, Præneſte vbi diem obierat, illatum, atq; ſepultum. Hoc Pontifice è medio ſubducto, vacauit ſedes vſq; in annum ſequentem; diſcerpta interim vnguibus Benedicti, eiuſdemque ſpurcitiis fœdata.

I. Damaſus II. Pap. creatur & moritur. a *Leo Oſtienſ lib. 2. c. 82.*

Eodem anno, b ipſis Kalend. Ian. Sanctus Odilo Cluniacenſis Abbas in viuis deſiit eſſe. Eius memoria ex Tabulis Eccleſiaſticis conſueuit recitari, his verbis: Apud Siluiniacum, Sancti Odilonis Abbatis Cluniacenſis; qui primus commemorationem omnium Fi-

II. S. Odilonis Abb. Cluniac. obitus. b *apud Sur. 1 Ian.*

delium defunctorum prima die poſt feſtum omnium Sanctorum in ſuis monaſteriis fieri præcepit. quem ritum poſtea vniuerſalis Eccleſia recipiens comprobauit. Sc. Sanctus vir ex pluribus diuerſiſq; reuelationibus Dei viris diuinitus oſtenſis cognouerat, complures animas orationibus potiſſimum Cluniacenſium monachorum, in id præ cæteris incumbentium, à pœnis Purgatorii iugiter liberari. Itaque vt vniuerſim iſtud pro omnium fidelium animabus fieret, anniuerſariam ſtatuerat diem, qua pro omnibus defunctis Deo ſacrificia per omnia ſibi ſubdita monaſteria offerrentur. Paulo antequam moreretur S. Odilo voluit omnia monaſteria ſibi ſubiecta viſitare. Qua viſitatione peracta Siluiniacum veniens prædixit, ipſa die circumciſionis Domini ſe ex hac vita migraturum. Ea adueniente, ſalutaris Euchariſtiæ Sacramentum deuotiſſime percepit. cumque in agonis anguſtia eſſet conſtitutus, diabolum aſtare conſpexit, eumq; per nomen tremendi iudicis, vt abſcederet, terribiliter increpauit, ſicq; beatum Spiritũ Deo reddidit. Eadem nocte, cum eius corpus in Eccleſiam fuiſſet delatum, Frater quidam Gregorius ex Veneta regione naturæ ſimplicis & innocentis vitæ, funebrium exequiarum laſſitudine prægrauatus, in eadem cella in qua Sanctus obierat, proprium ſtratum petiit, in quo ſe proiiciẽs dormire tentauit. Sed necdum plane reſolutus in ſomnum, Beatum Odilonẽ ſibi vidit aſtantem, ſibiq; interroganti; Quid ageret: reſpondentem: Bene frater, & optime. Dominus enim meus Ieſus ſeruo ſuo per ſemetipſum dignatus eſt adeſſe, & ſui præſentiã miſericorditer exhibere. Sed in ipſa meæ diceſſionis hora, in illo ſcilicet angulo (oſtendebat enim quaſi digito locum) vidi figuram quamdam trucem nimis atq; terribilem, quæ mihi teterrimæ ſuæ viſionis horrorem atq; formidinem tentauit incutere: ſed Chriſti confortante gratia, nulla me potuit infeſtatione nocere. Altera quoq; vice in Eccleſia quadam Romæ, eidem clerico Alberoni nomine apparuit. Excubias is agebat circa corpus ſanctæ ac venerandę memoriæ Laurentii Amalphitani Epiſcopi, qui per ea tempora Græce & Latine in ſcripturis ſacris doctiſſimus, & quod longe præſtabilius eſt, laudabilis vitæ claritate commendatus obierat. Itaque Alberoni aliquantum quieſcenti, & adhuc pene vigilanti, B. Odilo apparuit. Cumq; is interrogaſſet; Domine mi quando huc, & cur aduениſti? Ad chariſſimi, inquit, olim amici mei domini Laurentii Epiſcopi exequias veni. Quibus expletis, antequam te viderem, recedere nolui. Et his dictis ſpecies loquentis euanuit. Falſus Benno Schiſmaticus, qui in odium Gregorii Papæ ſeptimi, Laurentium eius magiſtrum, hominem ſanctiſſimum, multis impoſturis infamauit. Non multo autem poſt obitum S. Odilonis, ſc. die 25. Ianuarii,[c] Sanctus Poppo Abbas Stabulenſis multis à Deo donis illuſtratus, ex hac vita migrauit.

Viſiones poſt obitũ S. Odilonis.

Benno Schiſmat.

c apud Sur. 25 Ian.

III. Turcici imperii fundamenta. d Curopal.

In Oriente,[d] Turcici imperii iacta ſunt fundamenta. Turcę enim, qui ad boreales partes Caucaſis mõtis ſedes habuere, ſeque patriis finibus continuere, nec inde niſi ad ſtipendia inuitati recedere conſueuere; eadem occaſione à Perſarum Rege Saraceno vocati, ab eodemque male habiti, in ipſum arma conuertentes, felici ſucceſſu Perſide potiti ſunt, ex hiſq; euentis audaciores redditi aduerſus Romanum Imperium arma mouentes, eo domito tandem, illius dominium vſurpauerunt. Tunc autem erupiſſe viſi ſunt, cum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ male præeſſet Schiſmaticorum ſignifer Michael Cerularius, Latinorum omnium infenſiſſimus hoſtis, vt plane euidens ſit, Turcas in vindictam ſcelerum, velut gladium è vagina, eductos fuiſſe.

A

IESV CHRISTI
Annus 1049.

LEONIS IX. PAPÆ ANNO 1. HENRICI II. Imper. ann. 3. Conſtantini Monomachi Imp. ann. 7.

ANno Chriſti 1049.[a] Damaſo Pontifice ante quinq; menſes defuncto, Clerus populuſque Romanus Legatos in Germaniam ad Imperatorem Henricum deſtinauit qui ab eo aliquem Romam mitti poſtularent, quem ipſe Clerus poſtea in ſedem Pontificiam communibus ſuffragiis deligeret. Deſtinauit ille Brunonem ex Comite Dagſpurgenſi Epiſcopum Tullenſem virum ſapientia præditum, religione conſpicuum, omniq; Eccleſiaſtica doctrina apprime eruditum; rerum Eccleſiaſticarum, ac præcipue diſciplinæ ſatis diligentem. Aliquantum initio reſpirauit, ſed illico correxit. Deſignatus enim futurus Pontifex Max. purpuram ſumpſit, atq; purpuratus per Gallias inceſſit. Cluniacum forte appulerat, vbi Hildebrandus natione Tuſcus, patria Soanenſis, qui in Gallias cum Gregorio ſexto profectus, apud Cluniacenſes, penes quos ſciebat monaſticam obſeruantiam vigere, habitauit, Prioriſq; officium adminiſtrauit. Is monachus inter monachos ibi degens, zeloque æſtuans Romanæ Eccleſiæ, velut ancillæ à principibus ſubiugatæ, æmulatione Dei plenus Brunonem adiit, conſtanterque eum redarguit, illicitum eſſe, inquiens, per manum laicam ſummum Pontificem ad gubernationẽ totius Eccleſiæ violenter intrudere. Verum ſi ſuis ſe credere velit conſiliis, vtrumque, & quod maieſtas Imperialis in ipſo non exacerbetur, & quod libertas Eccleſiæ in electione canonica renouetur, ſe pollicitus eſt effecturum. Inclinatus eius monitis Bruno, purpuram depoſuit peregrinique habitu ſumpto, Romam cum Hildebrando venit. Vbi ſatagente conſiliorum adminiſtro Hildebrando, vno Cleri & Populi conſenſu in Summum Pontificem electus, Leo Nonus appellatus eſt. Ferunt illi præmonſtratam fuiſſe diuinitus eam dignitatem.[b] Dum enim eſſet Tullenſis Epiſcopus, priuſquam Romanam Eccleſiam gubernandam ſuſciperet, nocturna viſio ipſi apparuit, ſicut Firmanus Epiſcopus Erimannus referebat. Contemplabatur quod quidam ſenex vultu placidiſſimo, canitie decorus, per aſperrimam & longiſſimam viam ducebat eum ad quoddam vetuſtiſſimum templum. quod ingreſſus, fecit eum ſedere iuxta ſe in mirifica ſede præfati templi, dicens: Hoc nobiliſſimum ſolium, tranſactis quinque annis conceſſit tibi Deus, vt fideliter regas & amplifices illud, vt merearis audire ab eo: Euge ſerue bone & fidelis: quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui. Cum vero is Romam pergeret, ad capeſſendam Apoſtolicam ſedem, audiuit voces Angelorum cãtantium: Dicit Dominus: ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis.

I. De electione Leon IX Pap. a Leo Oſtienſ. lib. 2. c. 82. & Cod. Vatic. & Otto Friſingenſ.

B

C

Legitima oratio Leonis IX. Pap.

Prognoſtica de eius Pontificatu viſio. b Cod. Sublacenſ.

D

Aſſumptus ad Pontificatum, titulum etiam Tullenſem retinuit. & quod Angelicam vitam viueret, & Angelorum patrocinia magnifaceret ſtatim ad Baſilicam S. Michaelis in Gargano monte aduolauit; & inde Romam reuertens monaſterium Caſſinenſe orationis gratia viſitauit. cum monachis in communi refectorio communi cibo ſe refecit: & hoſpitalitatis gratia ab eis accepta, vſum ſandaliorum, Dalmaticæ & chirotecæ in ſacris Abbati conceſſit.

Leo Rom. Pont. voluit etiam dici Epiſcop. Tullenſ.

E

Hebdomada Abbas ſubſequente Synodum celebrauit, & in eo tum contra Simoniacos Clementis ſecundi decretum innouauit, tum contra libidinantes clericos multa ſanxit. Sane Petrus Damiani tunc eremita montis in Vmbria Auellani, ad hæc extirpanda Leonem incitauit. qui præcipue contra quadrimodam carnis turpitudinem, librum, titulo Gomorræi, ad eum ſcripſit. Quem licet non obſcœnis verbis compoſuiſſet, quia tamen & de obſcœnis eſſet, & obſcœnos perſtringeret, horum quidem odium in ſe exci-

II. Concil. aduerſus Simoniacos.

tauit, vt illum apud Leonem ſuggillarent; Alexandri autem poſtea Pontificis vigilantiam expertus eſt, vt illi libellum, ne honeſtos oculos, aures & manus offenderet, clam ſurriperetur.

III. Rhemen. Concil. in Gall. S. Leon. celebratum. c Cod. Vat. Deſiderii Abb. Caſſinenſ.

Rebus in vrbe conſtitutis, Leo in Germaniam reuertens, in hebdomada Pentecoſtes aliam ſynodum Papiæ congregauit: indeq; per montem Iouis cum plurib. Romanorum in Ciſalpinas partes venit Rhemis cum eſſet, magnam ſynodum cum Epiſcopis Galliarum habuit. c Duabus ibi rebus ſanctitatem ſuam declarauit. Vas quoddam ligneum, S. Remigio olim in vſu, monachi eidem dono dederant. Huic cum aliquando miniſter vinum incaute infunderet, è manibus emiſit, & fregit. Ibi Leo Papa, quanquam fractum eſſet, ſibi porrigi iuſſit. Cumque oratione præmiſſa, dixiſſet: Per merita S. Remigii reſtauretur vas illius: in momento redintegratum eſt ad eum modum, ac ſi nunquam fractum fuiſſet. Quidam autem Galliarum Epiſcopus, ab eodem Leone Papa, ad tempus certum à dignitate ea fuerat ſuſpenſus. Ibi clericus eius Gibertus nomine, facundus ſermone, & literis eruditus, promiſit Romam ire, & Cancellario Sedis abſolutionem obtinere. Itaq; pecuniam miniſtro dedit, diſpenſationem ſurripuit: Leonem tamen ſpiritu Prophetico plenum non latuit. Qui presbyterum accitum increpauit; pecuniam à Cancellario receptam illi in ſinum proiecit, dicens: Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quia donum Dei furtim tentaſti pecuniis poſſidere. Eius ſermonem diuina vltio mox ſecuta eſt: ita vt amiſſa mente ab illa die vbique vagabundus incederet, nec vlla domus vel clauſtra vltra duos vel tres dies eum valebant retinere. Ibidem in Galliis, cum apud Comitem Adalberrum de Calune, ſuum nepotem diuertiſſet, & S. Aurelii Epiſcopi monaſterium deſolatum reperiſſet, corpus quidem S. Epiſcopi, olim propter Northmannos tempore Arnulphi Regis reconditum ſumma cum diligentia quæſitum reperit, & in loco honoratiore repoſuit, Comitem autem acrius redarguit, eiq; ſub interminatione maledictionis diuinę pręcepit, vt monaſterium inſtauraret, monachos expulſos reduceret, & bona iniuſte vſurpata eis reſtitueret.

Leo Pp. ſignis & virtutibus clarus.

IV. Alia Conc. in Germ. ſub Leone celebrata.

Moguntiam deinde Leo Papa venit, vbi Synodum præſente Imperatore cum quadraginta duobus Epiſcopis & multis Abbatibus & clericis celebrauit, multaq; in eo pro vtilitate Eccleſiaſtica conſtituit. In eadem Synodo, Sibico Spirenſis Epiſcopus, de criminibus quibus accuſabatur, ſacra ſe communione purgauit. Synodo Moguntina abſoluta, Aquiſgranum Leo deſcēdit, multiſq; in locis Eccleſias, Capellas, & altaria abſq; numero ipſe propriis manibus conſecrauit; & quod Pontificuli plures hodie facere erubeſcunt, quanquam ad id ratione officii ſint obligati, ſummus Pontifex non obligatus facere non deſpexit. Hic etiam ſacerdotale Concilium aduocās, Sacerdotes, Diaconos, & reliquos clericos non regulariter ordinatos remouit, & in eorum locis ad verū & ſummi Dei cultum, qui digne miniſtrare poſſint, cōſtituit. Quotidie quoq; per ſe ſuoſq; diſcipulos vbique miſſos populis viam Domini, literis & verbis prædicans oſtendebat, qui per Apoſtolicam viam ſemper gradiēs, Apoſtolicos viros ēt in miraculis eſt imitatus. Romam reuertens Leo,[d] Humbertum virum religioſum, monachum Tullenſem fide Chriſtiana & ſanctis operibus decoratum, ſcientia diuinarum ac ſecularium literarum apprime eruditum non de Burgundia, ſed de Lotharingia ſecum duxit, & ad prædicandum verbum Dei Siculis Archiepiſcopum ordinauit, poſtea vero in S. Romana Eccleſia presbyterum Cardinalem conſtituit. Quo in loco poſitus taliter vixit, taliter docuit, vt de fide vel doctrina eius nec ſaltem ſiniſtræ ſuſpicionis fama aliquando exorta ſit In vrbem reuerſus, decimam partem redituum, vna cum omnibus fidelium quotidianis in certis feſtiuitatibus ſolitis offerri oblationibus, baſilicæ S. Petri inſtaurandæ ornandæq; aſſignauit. Interim autem dum Romæ moratus eſt, omni tempore tribus per

d Lanfranc. adu. Berēg.

Leon Pp. pietas.

A hebdomadam diebus à Lateranenſi Eccleſia vſq; ad S. Petrum, priuato habitu, nudus pedes, cum duobus aut trib. clericis noctu pſallendo & orando pergebat: multiſq; virtutibus Eccleſiam recreabat.

V. Scripta Petri Damiani ad Leo Pp. circa accuſationem ſuam

Per eadem tempora, cum aliqui æmuli, Petrum Damiani ad Leonem Pontificem detuliſſent, atq; adeo aliquantum illi infenſum reddidiſſent, hæc opportune Leoni ſcripſit, digna quæ à ſummis verticibus legantur: *Hoc, inquit, ſaltem dicam accuſatoribus meis, quod plebs Iſraelitica dixit prædicatorib. ſuis: Videat Dominus & iudicet: quoniam fœtere feciſtis odorem noſtrum corā Pharaone & ſeruis eius. Antiquus namque hoſtis timens, ne ego poſſem vobis ſuggerendo deſtruere, quod ille in iſtis partibus non deſinit quotidie nouis adinuentionibus fabricare: malignantium aduerſum me linguas exacuit, complices ſuos ad componenda mendacia, quoddam ſibi velut* B *organum fecit, per vaſcula ſua crepuit, & malitiæ ſuæ virus aurib. inſtillauit. Et quid mirum, ſi Domino meo tantis oppreſſo negotiis verſuta calliditas hominum ſubrepere potuit; cum & Dauid, qui Prophetico plenus erat ſpiritu, dum Sibæ inconſultius credidit, innocentem protinus Miphiboſeth ſentētiæ proſcriptionis adſcripſit? tantumq; apud eum falſæ accuſationis ſermo præualuit, vt plectibilem ſeruum in herilis conſortium hæreditatis adſciſceret, & infidelitatis reum, libertatis dignum præmio iudicaret. Veruntamen ſi creatoris noſtri facta diligenter attendimus, ad credenda cuiuslibet mala, fidem adhibere facile non debemus. Ipſe n. cuius oculis nuda & aperta ſunt omnia, non dedignatus eſt dicere: Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis, deſcendam & videbo, verum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint, an non eſt ita, vt ſciam. Quod profecto ad nihil aliud dictum videtur, niſi vt hu-* C *mana doceatur ignorantia, ſine experimentis audita non credere, incognita non leuiter adiudicare, nec ante ſententiam promere, quam rem dubiam teſtimonium approbarit. Quam profecto cautelam dum vos prudenter habere in aliis liquido nouimus: quia nobis obſeruata non eſt, non vobis adſcribimus, ſed noſtris procul dubio meritis imputamus.*

VI. Documenta monachis à Petr. Damiano præſcripta dum ad Conc. vocaretur. e De contemptu ſeculi c. 30. 31

Hæc & alia Petrus Leoni Pontifici. A quo & ante ipſum à Clemente ſecundo cum ad ſynodum vocaretur, hæc etiam pro documento omnibus monaſtici ordinis perſcripſit, & præſcripſit:[e] *Synodus congregatur, religioſis viris Concilii ſumma committitur Solitarius illico ſe monachus flectat, honorem ſuis literis reuerenter exhibeat. Huius tamen expeditionis munus à ſe alienum irretractabiliter ducat, & reputans intra ſe dicat: Quid mihi cum regibus terræ? quid mihi cum Synodali conuentu? ſufficiat mihi, peccatis meis flendis inſiſtere:* D *ſatis mihi ſit, me huic mundo mortuum exhibere. Nolite, quæſo, monachi, nolite ſub Eccleſiaſticæ compaſſionis ſpecie Regum aulas irrumpere: nolite aures Principum velut ſalutaria ſuggerendo, faſtidioſa importunitate pulſare. Credite experto, credite in huius gratiæ ſtudiis non leuiter fatigato. Imperatoriæ namq; maieſtati ſæpe, quæ ſuggerenda videbantur, expreſſimus: à ſummis Pontificib. inuitati Synodalib. Conciliis interfuimus: ſed qui hoc tempore iſta proſequitur, tam quam ſi ſemina crederet arenoſis littoribus videtur. Sæpe nanq; in Conciliis Synodalib. poſiti, quoſdam clam ſibi feraliter conſcios præſidere in numero ſacerdotum vidimus, non modo de ſuis ſecuros, ſed vltro & ad aliorum crimina defendenda impudenter accinctos. Qui ut mirum vt ſcribatur, & cum Simone prius emerant, & cum Giezi poſtmodum chariſmatum dona vendiderant: quorum tanta vis erat ad excuſandas excuſationes in peccatis, vt inter cætera mala etiam Simoniacæ hæreſeos non modo* E *defenſores ſed viderentur potius aſſertores. Quis ad iſtorum inuidiam monachus mutire præſumeret? quis ad arguenda crimina, vel iuſtitiā declarandam vēdicare ſibi ius libertatis auderet? Illico in nos duræ ſugillationis arma corriperent, & præmiſſo iurgio ſilentium imperarent, inter ſe ſcil. hoc modo iudices conquerentes: Ad Concilium hoc iudicantes conuenimus. Sed ô noua præſumptio! mortuorum ſententiis ſubiacemus, & Epiſcoporum ſunt iudices facti, qui legaliter fuerant ſub eorum legibus conſtituti. Quib. aliquando reſpondetur. venerabiles Patres ac Domini ſicut vobis ſpecialiter prærogatū eſt iudicare, ita etiam minorib. Eccleſiæ membris, competit, quæ ſentiunt, in commune conferre: nec vlla canonum auctoritas prohibet minores, quæ Eccleſ. ducūt profutura, depromere dū tamen ventilata negotia Pontificalis iudicii debeat clauſula terminare. Si quādo hæc aut aliquid huiuſmodi cū humi*

litate ſuggeritur; nequaquam patienter admittitur; ſed ſi quid à nobis in ſynodo actum eſt, totum ad inuidiam noſtram ſuperbo vocabulo, iudicium nuncupatur. Hac breuiter idcirco perſtrinxerim, vt in me quilibet inexpertus diſcat, ſibimet etiam à talibus declinare, quantum expediat. Hæc ad ſuos Petrus, quem tamen multiplici nomine his temporibus perditiſſimis Eccleſiæ Catholicæ profuiſſe, cum ad Eccleſiaſtica negotia tractanda ſubeundaq; vocatus ſæpenumero ex eremo fuit, res ab eo præclare geſtæ demonſtrarunt.

VII. Paſtinacæ ad fidem conuerſi. f *Curopal.*

Eodem anno, [f] Cegenes Dux Paſtinacarum: ſc. tredecim gentium, loca trans Iſtrum à Boriſtene fluuio vſque ad Pannoniæ campos, in tentoriis iugiter habitantium; qui tribus ex illis gentibus præerat, perſecutionem paſſus, à primario illarum gentium Principe, confugit ad Conſtantinũ Imperatorem, baptiſmaq; per occaſionem defenſionis ſuſcepit; miſſoque ad eius prouincias Euthymio monacho, genti ſuæ Euangelicam doctrinam prædicari tolerauit. Huius poſtea ſecutus exemplum Tyrach eorum primarius princeps, vna cum centum quadraginta viris ſacro fonte ablutus eſt.

IESV CHRISTI
Annus 1050.
LEONIS IX. PAPÆ ANNO 2. HENRICI II. Imper. ann. 4. Conſtantini Monomachi Imp. ann. 8.

I. Concil. à Leon contra Bereng. & alios hæreſiarch. celebrata. a *Herman. & in Berlg.* b *Lanfranc.* c *Leo Oſtienſ. lib. 2. c. 85.* *Lanfranc cont. Berlg.*

ANno *Chriſti* 1050. Leo Romanus Pontifex, gnarus quantum vtilitatis Eccleſiis proueniat, ex frequẽti celebratione ſynodorum, Romam reuerſus, [a] vnam ex ex eis hoc anno habuit. In qua Berengario hæreſis de corpore Domini auctore damnato: & ad normam canonum rebus Eccleſiæ conſtitutis, [b] Caſſinum ſe recepit, & in craſtinum ac die altero Apoſtolorum Petri & Pauli miſſas ſolemniter celebrauit: & cum die illo Sabbatum eſſet, ingreſſus ad mandatum fratrũ, pedes duodecim monachis lauit, & ipſe viciſſim ab illis lotus in refectorium quoq;, cum eis vna ieiunii more bibiturus, ingreſſus eſt. Inde perrexit Beneuentum vrbemque ab excommunicatione prædeceſſoris ſui benignus abſoluit. Caſſino reuerſus Leo, [c] Vercellas iuit, & ſynodo mẽſe Septembri congregatę præſedit. Ad eam Berengarius vocatus, non venit. Lanfrancus autem, in ſuſpicionem eiuſdem hæreſis adductus, cui antea in Romana ſynodo Leo præceperat vt ſurgeret, praui rumoris maculam à ſe abſtergeret, fidem ſuam exponeret, expoſitam plus ſacris auctoritatibus, quam argumẽtis probaret; quanquam Romæ in Concilio Epiſcoporũ ſurrexiſſet, quod ſenſit dixiſſet, quod dixiſſet probauiſſet, quodque probaſſet ille, omnibus placuiſſet, nulli diſplicuiſſet: tamen hucuſq; præcepto & precibus Leonis Papæ detentus, ad ſynodum cum eo acceſſit. In hac ſynodo in audientia omnium, qui de diuerſis mundi partibus illuc conuenerant, Ioan. Scoti liber de Euchariſtia lectus ac damnatus eſt: ſententia Berengarii Andegauenſis expoſita ac damnata: fides S. Eccleſiæ, quam Lanfrancus tenebat, & tenendam aſtruebat, audita, & concordi omnium ſenſu confirmata. Duo clerici, qui ſe Legatos Berengarii dixerant, volentes illum defendere, in primo ſtatim auditu defecerunt, & capti ſunt. Ab hac ſententia nunquam diſceſſit S. Leo in omnibus ſuis Conciliis, ſeu quib. ipſe præſentiam ſuam exhibuit, ſeu quæ per Legatos ſuos in diuerſis prouinciis congregari inſtituit, quæ ſententia non effugit ſucceſſorem quoq; ſuum fel. mem. Papam Victorem.

II. Conc. Copacenſe in Hiſpan.

In Hiſpaniis, cura Ferdinandi Magni, celebratum eſt Concilium Copacenſe in diœceſi Oueтенſi. Tredecim canones leguntur à Patribus illis ſtatuti, pro Eccleſiaſtica diſciplina: ab Anton. Auguſtino ex Cordubenſi Eccleſia exſcripti, & in lucem dati.

III. De S. Caſildæ Tol. Zaidæ Hiſpalen. Regum filiarum ad fidem Chriſti conuerſione.

Inter hos canones promiſcue populo mandatur: diebus Dominicis nocturnis diurniſq; precib. intereſſe, quę ſtatis horis in templis decantantur: tum omnib. diebus Veneris per annũ ieiunia ex ritu Eccleſiaſtico inſtaurare

A in eodem Epiſcoporum nouem, & Procerum conuẽtu, præſente Rege Ferdinando & Regina Sanctia, duæ Regiæ puellæ, Maurica ſuperſtitione abiecta, Chriſtiana ſacra ſuſceperunt: Caſilda Almenonis Toletani Regis, & Zaida Benabetis Regis Hiſpalenſis filia. Caſilda prior cum eſſet à tenera ætate ingenio facili, & ad humanitatem propẽſo, in domo paterna Chriſtianos, qui magno numero captiui tenebantur, vitamq; in luctu & ſqualore calamitoſam agebant, cibo & rebus omnibus recreare ſolita erat clam patre. Quem memorant, re indicata, filiæ latebras aditusq; omnes diligenter obſeruaſſe; deprehenſamq; aliquando cibos, quos in ſinu ad captiuos ferebat, repente in flores, roſaſq; mutatos, patri ecquid ferret, cum magno animi motu roganti, veſte explicata monſtraſſe. Quo illa miraculo percita monitaque diuinitus, ſi à fluxione ſanguinis ſanari cuperet, qua curanda

B medici omnia artis remedia fruſtra conſumpſerant, in lacu D. Vincentii nomine, qui in agro Vitueſcano eſt, ablueret, ad Chriſtiana ſacra animum adiecit. Pietatis officia diuinum numẽ, Chriſtianæ religionis luce volebat compenſare. Itaque à patre, cum quo rem omnem communicarat, pro iure amicitiæ, quæ illi eſſe cœperat cum Chriſtianis, ad Ferdinandum Regem miſſa eſt, eius morbi curandi cauſa. Morbo depulſo, & aquis ſalutaribus ritu Chriſtiano expiata, diuini beneficii memor, immemor patriæ; in rupis faſtigio, quæ ad lacum eſt, domuncula exædificata, ſanctiſſimam vitam exegit, multis miraculis illuſtrem, quo merito in cœleſtium numero locum habet, templiſque recepta eſt. Tertiodecimo Aprilis die, eius memoria anniuerſariis ſacris celebris

C eſt in nonnullis Eccleſiis Hiſpaniæ. Caſſidæ exemplo, ſiue ſua ſponte incitata Zaida, lauacro ſancto ex Chriſtiano more luſtrata, in Alfonſi Regis nuptias poſt aliquot annos conceſſit. Prodigia, quæ Iſidori corpore exportando ſuperiori tempore diuinitus contigerunt, multum contuliſſe viſa ſunt, vt in ſuſcipiendæ Chriſtianæ religionis voluntatem vehementer incumberet. Acceſſit ſomnium, in quo D. Iſidorum viderat in auguſta ſpecie, blandaque voce, vt rem maturaret, monentem. Rex pater conſilii incertus, cum nec filiæ precibus reſiſti poſſet, & ſuæ gentis animos alienare nollet, ſi eo concedente intelligeretur filiam factam eſſe Chriſtianam. Re cum Alfonſo Ferdinandi filio tandem communicata, optimum viſum eſt, vt ſimulatis inimicitiæ cauſis, cum manu militari in Hiſpalenſem agrum ipſe irrum-

D peret, filiamq; ex compoſito idoneo loco conſtitutam, eiuſque aduentum expectantem, quaſi vi captam raperet, inque patriam deduceret. Quæ res cum ex ſententia proceſſiſſet, Zaida Chriſtianis moribus informata, ſacriſque noſtris imbuta, atque Elizabethæ nomine indito, Alfonſo deinde nupſit, quo tempore rerum in Hiſpania potitus eſt. *Maria. lib. 9. c. 3.*

IV. Rex Scot. Romam venit deuotionis cauſa.

Per eadem tempora Sucho Rex Danorum, ꝙ conſobrinam ſibi in matrimonium collocaſſet, ab Adalberto Hamburg. Archiepiſc. admonitus, & à Leone Pontifice comminatione excõmunicationis compulſus, repudiũ fecit. Hoc anno Machetad Rex Scotor. ad limina Apoſtolorum venit: Leo Papa Caſæ Dei monaſterium à S. Rob. Auernenſi ędificatum priuilegio Apoſtolico confirmauit: S. Alferius Salernitan. monachus Cluniacenſ.

E primus Abbas Cauenſis monaſterii, ꝙ quinto lapide à Salernitana ciuitate diſtat, defunctus eſt pridie Id. Apr. quem ẽt comitatus eſt in cœlũ, S. Dauin. cõfeſſor clarus miraculis, Lucæ in Hetruria mortuus: quẽ Lucenſes ꝓpenſiori ſtudio colunt, plura ab eo beneficia conſecuti.

IESV CHRISTI
Annus 1051.
LEON. IX. Pp. ANN. 3. HENRICI II. IMP. AN. 5. Conſt. Monom. Imp. ann. 9.

I. De S. Ioan. Gualb. & eius miraculis. a *apud Sur. 12. Iul.*

ANno *Chriſti* 1051. [a] S. Ioan. Gualbertus admiranda florebat ſanctitate, in monaſterio Paſſiniano. Ante decenniũ cuidam, qui fratrem eius occiderat, ob amorem Chriſti in cruce confixi, cuius rei memoria die ſo-

lemni

lemni Paraſceues agebatur, pepercerat. Ab hac animi victoria templum ipſo die ingreſſus, cum ante imaginem ſaluatoris in cruce pendentis oraret, eadem imago Chriſti caput ei inclinauit, in ſignum gratæ ſibi admodum actionis. Ab hoc diuinæ clementiæ ſigno in alterum virum mutatus, monaſticam profiteri cœpit, cumque poſtea Abbatem Simoniacum deteliſſet, noui ordinis monachorum dictorum Vallis vmbroſæ, factus eſt inſtitutor & auctor, virtutibus atque miraculis clarus. Vnum præſente Leone Papa, ex Germania hoc anno reuertente, & ad monaſterium Paſſinianum diuertente patrauit. Volebat Leo ibidem capere cibum apud eum. Quęſiuit ergo vir ſanctus ex Oeconomo ſuo num piſces haberet beatiſſimo Pontifici offerendos, cũque didiciſſet nullos eum habere, conuerſos quoſdam iuſſit ire piſcatum in lacu vicino. Cunctis affirmantibus illic piſces non inueniri, perſtitit in ſententia, dicens vt irent, & Domini auxilium ſibi affuturum minime dubitarent. Inierunt, & duos magnos lucios ceperunt; vbi antea nulli vnquam piſces extiterunt.

II. Concil. Rom. b *Herman.* — b Leo Papa Romam ex Germania reuerſus, Synodum Romæ collegit, vbi inter alia Gregorium Vercellenſem Epiſcopum, propter adulterium cum vidua quadam auunculi ſui ſponſa admiſſum, & periuria perpetrata, abſentem & neſcientem excommunicauit, quem tamen non multo poſt Romam venientem, & ſatisfactionem promittentem, priori officio reſtituit. Sanxit etiam conſtitutum de continentia clericorum. Edixit canonem contra Simoniacos. Sententiam excommunicationis vulgauit contra domorum Epiſcopalium poſt mortem Epiſcopi expilatores. Salernitanæ Eccleſiæ Metropolitanum ius confirmauit: & tandem ad Sublacẽſe monaſterium ſe contulit, vbi fugiente Ottone Abbate, neque reuerti volente, Humbertum quem ſecum ex Lotharingia duxerat eidem cœnobio præfecit.

III. Hoc anno, cum Ludouicus Vrſinus Romanus multa pro libertate Eccleſiaſtica, & ſummi Pontificis tutela egiſſet, roſea aurea à Leone Pontif. donatus eſt. Ioannes Selinus in eo quem de illuſtr. famil. Romanis ſcripſit libro aſſerit, Leonem Pont. priuilegio perpetuo ſeu conſtitutione Apoſtolica ſanxiſſe, vt ſingulis annis roſa aurea, vni ex principibus Vrſinis à Sede Apoſtol. donaretur.

IV. Vaticiniũ de Henrico III. c *Vita Mathild lib. 1. c. 18.* — Hoc anno, quarto Id. Iun. ex hac vita migrauit S. Bardo Moguntinus Archiepiſcopus. c Quarto autem Id. Novemb. Henricus Imperator auctus eſt filio Henrico: quem antequam mater Agnes enixa eſſet, viſa eſt ſibi per viſum, ſe draconem parere virulentum. Indicio, illum naſciturum maximo Eccleſiæ damno. Cum autem baptizaretur Henricus, ſanctus Hugo Cluniacenſis eum ſuſcepit de ſacro fonte, factus ei pater ſpiritualis.

IESV CHRISTI
Annus 1052.

LEONIS IX. PAPÆ ANNO 4. HENRICI II. Imper. anno. 6. Conſtant. Monom. Imper. ann. 10.

I Leo Papa proficiſcitur in Germaniam a *Leo Oſtienſ. lib. 2 c. 85. & Herm.* — ANno *Chriſti* 1052. Northmanni omnium quos vnquam Europa tulit hominum inſolentiſſimi, poſtquam in Apulia ſuperiores facti eſſent, omnia diuina & humana violabant. Hos vt Leo compeſceret, a Roma Wormariam venit, & hinc ab Imperatore ad Andream Hungariæ Regem acceſſit, vt amborum auxilia, contra prædones illos nefarios imploraret. Ferunt, Leonem cum eſſet Ratisbonæ, controuerſiam de corpore ſancti Dionyſii Areopagitæ definiuiſſe, & illud in monaſterio B. Emmeranni martyris conditum recognouiſſe: cum è contrario Galli per impoſturam eſſe confictam per Germanos Bullam à Leone dicant, conſtanterque aſſeuerent & oſtendant apud ſe Pariſiis, corpora ſanctorum Dionyſii, Ruſtici & Eleutherii aſſeruata.

II. De ordi- — In itinere Leo cum eſſet, Henricum quendam Eccleſiæ Rauennati præfecit, cui Petrus Damiani libellum, titulo, Gratiſſimus ſcripſit: contra eos qui pernicioſam hæreſim inducebant, aſſerentes eos qui à Simoniacis initiati eſſent, non eſſe initiatos vero; & ideo merito debere conſecrari. Oſtentui plane erat, cum dicerent illi nimis rigidi cenſores: Quę videtur Eccleſia ab iſtis conſecrata, domus ſimplex eſt. Quod videtur altare, purus lapis eſt. Sacerdotes & qui cernuntur reliquis ordinibus conſtituti, prorſus laici ſunt, cunctiſque ſpiritualis ſacramenti viribus alieni. Quod corpus & ſanguis Domini creditur, ſimpliciter panis eſt & vinum, terrena ſubſtantia, nulla ſancti Spiritus benedictione perfuſa. Hæc & alia plura iactabant aliqui, in eos qui à Simoniacis conſecrati. Petrus autem oſtendebat, quanquam maximum crimen eſſet Simoniæ, non tamen primum facere Pontifices, poteſtate conferendi ſacramenta: neque eos nihil recipere, qui ab illis ſunt conſecrati, cum quam plures eorum qui à talibus initiati fuiſſent, etiam miraculis claruiſſent: potuiſſentque ſacra adminiſtrare myſteria, ſi tamen iuxta Clementis ſecundi canonem, pœnitentiam peregiſſent. — natis Simoniacis & ordinãdis noua hæreſis.

III. Wormatiæ cum eſſet Leo Papa, & ſacris operante Luitpoldo Moguntino Archiepiſcopo, quidam diaconus Humbertus nomine à Romanis clericis admonitus vt lectionem more Romano decantaret, ille contumax contempſiſſet: à Leone Papa depoſitus fuit. Indigne rem eam tulerat Luitpoldus, neque miſſæ ſacrificium proſequi volebat, niſi Leo diaconum reſtituiſſet. Qui ne porro daretur ſcandali aliqua occaſio, non vero vt cederet Archiepiſcopo, in quem etiam pleno iure poterat agere, reſtituit. Sane Vrſpergenſis qui factam turbam narrauit, iam ex putreſcente in pectore odio in Romanos, velut ſchiſmaticus, in ſecundam cauſam declinauit.

IV. Manichæi patibulo damnati. — Eodem anno Imperator, cum Goslariæ Natalem diem Domini celebraret, audiuit ibi eſſe hæreticos Manichæos. Qui ne Catholicos inficerent, omnes patibulo ſuffigi imperauit. Per idem etiam tempus, reliquiæ Beati Zenonis confeſſoris à Waltario Veronenſi Epiſcopo Vlmam allatæ, plurimis claruere miraculis.

IESV CHRISTI
Annus 1053.

LEONIS IX. PAPÆ ANNO 5. HENRICI II. Imper. ann. 7. Conſtant. Monom. Imper. ann. 11.

I. Permutatio inter Pont. & Imp. a *Leo Oſtienſ. ſupra & Herman.* — ANno *Chriſti* 1053. In Italiam reuertens Leo Papa, a commutatione cum Imperatore facta, aliqua iuris Eccleſiæ Romanæ in Germania conſtituta Imperatori renunciauit: Imperator autem nonnulla iuris ſui in Italia exiſtentia, Eccleſiæ Romanæ, & inter hæc Beneuentum pro Eccleſia Bambergenſi conceſſit; & auxilia contra Northmannos impetrauit. Sequebantur eum quaſi innumerabiles: quos poſtea Gebeardus tunc Epiſcopus Aiſtetenſis, doloſe perſuadens Imperatori reuocari curauit. Sed poſtea, quoties ei aliquid moleſtiæ accidiſſet, quod propterea, quia impedimẽto Leoni fuerat, accidiſſet, teſtatus eſt; dicens: Merito hæc patimur, quia peccaui in Dominum meum, & item: Dignum eſt, vt quod fecit Saulus, patiatur Paulus: quod egit lupus, ſuſtineat agnus.

II. Expeditio Pont. aduerſus Northm. ſed Northm. victores victum colunt Pont. Duplex gladius in Eccleſ. b *Bonif. 8 extrau. de maior. & obed. c 1.* — Ita Leo cum paucis illis voluntariis, quos ſecum ex Germania duxit, decimo quarto Kalend. Iul. male contra Northmannos pugnam à ſuis pugnatam aſpexit, cæſiſque in eo prælio Teutonibus, ipſe in caſtro quodam obſidionem ſuſtinuit: nec ante nonum menſem Beneuento dimiſſus fuit. Scilicet pudore ſuffuſis Northmannis, quod viciſſent Pontificem. Nimis acer Damianus in Leonem hæc bella pro Eccleſia & populo Dei bellantem. *Nam materialem gladium, qui tuum,* (ita ſanctus Bernardus Eugenio Pontifici) *negat, non ſatis mihi videtur attendere verbum Domini dicentis: Conuerte gladium tuum in vaginam.* b *Vterque enim gladius eſt,*

in poteſta-

periumque contradidit: quem ille ea lege recepit, ſi Iuſtæ virginis corpus, qua potiſſimum de cauſa bellum ſuſceptum erat, Regi quam primum Hiſpali tranſmitteret. Per eum modum, fide vltro citroque data, ab armis diſceſſum eſt. Epiſcopi Aluitus Legionenſis, Ordonius Aſturicenſis; præterea Numinis Comes, Gonſaluus, atque Ferdinandus viri primarii Hiſpalim abs Rege Legati, ſacri corporis repetendi cauſa: additum ad omnes caſus militare præſidium. Ciues Hiſpalenſes re vulgara, tametſi opinionibus de religione diſcrepabant, ſiue ſua ſponte, cum non ignorarent, quantum præſidii in ſacris corporibus eſſet ad tuendam Rempublicam atque ſalutem; ſeu à Chriſtianis, qui in ea re ſupererant, perſuaſi, repente ad arma excitati, negabant ſe viuis exportandi Chriſtianis Iuſtæ virginis corpus fore facultatem. Legati ancipiti cura ſuſpenſi erant, & quid facto opus eſſet dubitabant. Nam Regem Maurum vrgere periculoſum videbant; & re infecta redire, tum ſibi, tum nomini Chriſtiano ignominioſum fore iudicabant. Inter hæc Aluito Pontifici Legationis Principi, ſecundum quietem viſus auguſta pulcherrimaque ſpecie D. Iſidorus eius vrbis olim Epiſcopus, vt ipſius oſſa pro Iuſtæ corpore Legionem deportaret, mandauit. Fore, vti corpus quo deſignabat loco inueniret; ipſeque paucis poſt diebus interiret, veritatis ſomnii atque diuinæ voluntatis indicio. Vtrumque accidit magno Legatorum miraculo. Nam & Iſidori corpus in Hiſpali veteri, quo ipſe loco deſignarat, effoſſum eſt, continuoque Aluitus grauiter æger, ita vt medici diffiderent, ſeptimo die extinctus eſt.

Concertatio pro corpore ſanctæ Iuſtæ.

Reliqui Legati diuinæ voluntatis certi, vtriuſque Pontificis corpus, Iſidori & Aluiti ſecum Legionem detulerunt. Rex & filii Durium vſque religionis ergo obuiam profecti, ſacra pignora ſolemni ſupplicatione atque apparatu inter fauſtas populi acclamationes, præcipuamque lætitiam, nudis pedibus, ſuis ipſi humeris aliquanto ſpatio ſcilicet ſuccollantes, in Diui Ioannis Legionenſis ædem intulerunt. Multa tum Hiſpali, tum toto itinere prodigia edita, cæcorum oculi aperti: ſurdis inſinuatus auditus: pedum vitio afflictis gradiendi reſtituta facultas. Aluiti corpus in templo maximo tumulatum eſt: Iſidori in Iohannis Baptiſtæ ſublimi loco atque præclaro. Vnde conſequente tempore factum, vt ædes illa vetus Iohannis Baptiſtæ nomen Iſidori appellatione mutarit. Miraculum auxit, cum iumenta quæ vtrumque corpus portabant ſponte ſua nullo ducente ad vtrumque locum conſtitiſſent. Vincentii, Salinæ & Chriſtetæ corpora, Abula per idem tempus translata ſunt: Vincentii Legionem, Sabinæ Palentiam, Chriſtetæ in S. Petri cœnobium, quod ad fluuium Aslanciam ſitum eſt. *Mariana, libro nono, capite tertio.*

B. Iſidori & Aluiti corpora Legionem transferuntur.

Miracula diuerſa quæ in huiuſmodi translatione contigerunt.

VIII. In Hibernia Ardericus quidam, qui magnam de ſe ſanctitatis opinionem concitauerat, cum eſſet repertus à receptis in Eccleſia ritibus diſſentire, ab inſula fidei Catholicæ tenaciſſima, eiectus eſt. Cum enim viderent fideles, hunc ipſum pueros & puellas clericorum more tondere in modum coronæ, & contra Apoſtolum, fœminas non debere velare caput, aſſerere; iudicarunt, ſtultitiæ & leuitatis, vel (quod deterius eſt) magnæ eſſe ſuperbiæ indicium, antiquis Eccleſiæ vſibus, ac traditionibus non conſentire.

Ardericus nouator abiicitur.

IX. Hoc tempore præerat Patauinæ Eccleſiæ Bernardus Maltrauerſus & Comitibus Patauinis, ſanctitate celebris, & rerum geſtarum gloria inſignis. Is ampliſſimum patrimonium, in pauperum & peregrinorum ſubſidium contulerat. Idem vbiq; prauos hominum mores coercere, afflictis prodeſſe, Eccleſiarum reparationi, ac piorum locorum extructioni inſiſtere; ieiuniis, vigiliis & orationibus vacare, quotidie incruento ſacrificio Domini noſtri Ieſu Chriſti paſſionem recolere conſueuerat. Huius labores æterna poſt obitum mercede compenſandos, etiam inter mortales voluit Deus ſpirituali ſolatio recreare. Dormienti aliquando Epiſcopo, aſtitit ſenex heroicam maieſtatem, ac dignitatē vltra hominum conditionem præ ſe ferens, aſſeruitque à Deo nuncium adueniſſe, vt quorundam ſanctorum corpora ex abditis locis eruerentur, quæ congrua veneratione recepta Patauinæ vrbi præſidio forent, eamq; diris olim ſubactam, non ſine Chriſti tamen ac propriis meritis expiarent. Inde viſus Epiſcopus cum eo in templo S. Iuſtinæ deſcendiſſe, iuſſiſſeque locum inſpicere inter aram ſanctæ Dei genitricis, & ſepulchrum B. Proſdocimi, vbi corpora latebant ſancti Iuliani, ac trium Innocentum, quæ idem ſæpe pietatis cauſa, Hieroſolymam profectus Patauium retulerat. Inde etiam cum ſenis ductu, prope fores Oratorii ad læuam, edoctus fuiſſet, recondita eſſe corpora ſancti Maximi Epiſcopi, & Felicitatis virginis, mox eiuſdem ſenioris aſpectus, & quies receſſit. Senſit ex eo Bernardus agi diuinam rem, quæ ab ipſo omnium bonorum auctore, maioribus adhuc eſſet obſequiis expetenda. Itaque communicatis, quæ per quietem aſpexerat Clericis, ac religioſis viris, populo etiam ſacrum ieiunium indixit. Triduo exacto idem ad templum ſanctæ Iuſtinæ frequens acceſſit, vbi Bernardus ſacris operatus, ad eundem ſermonem habuit, atque Deum Opt. Max. ad hæc ſibi, ac populo propitium deprecatus eſt. Accepto raſtro indicata per quietem loca fodere; cuius exemplum plerique religioſi viri ſecuti, poſtquam vltra ſenos pedes fodiſſent, tres arcas marmoreas inuenere vncis ferreis firmatas, ex quibus repente ſplendor maximus, & odor ſuauiſſimus Oratorium ſuffudit. Splendore ſublato arcæ apertæ ſunt; quarum prima S. Maximi corpus habebat, & ad caput ipſius ſculptum lapidem. *Hic requieſcit Maximus ſecundus à Proſdocimo Epiſcopus; Qui huius mundi vitam Domino tribuit, vt ſempiternam habere mereretur in cœlis.* Alia viri integrum corpus, & ſepoſita trium puerorum oſſa retinebat hac inſcriptione. *Hic conditus eſt Iulianus vir Chriſtianiſſimus; qui cum ſæpe à ſepulchro Domini reuerſus eſſet, ac tandem tres Innocentes ſecum detuliſſet, perrexit ad Chriſtum. Quapropter in vnum collocati, hic requieſcunt.* In alia, qua fœminæ corpus claudebatur lectum eſt. *Hic eſt ſepulta Felicitas illuſtris fœmina, ſacro velamine dedicata; quæ die noctuque in Dei ſeruitio perſiſtens, in cœlis ſuſcepta eſt.* Ea ſanctorum corpora decentius collocata, tum multis miraculis corruſcarunt; & plerique cæci, ſurdi, debileſque leguntur in actis eualuiſſe, multi etiam à dæmonibus obſeſſi priſtinam quietem recepiſſe. Hoc tempore Leo ſummus Pontifex, ex Pannonia renertens, Patauium diuertit, nuperam ſanctorum reuelationem & patrata indies miracula cognouit; ſanctos Dei precatus eſt, ſuſcepti itineris eſſent comites: Accedens ad Eccleſiam B. Iuſtinæ Ioanni Abbati ac Monachis ac ſacros pedes prouolutis benedixit, ſolemni ritu litauit, vrbem ab anathemate diſſoluit, vtque ſanctorum memoria vbique celebrior eſſet, eoſdem albo Diuorum adſcriptos feſto die honeſtauit; qui hactenus ſolemnis Patauii habetur, 4. Non. Auguſti, nempe quo reliquiæ ſanctorum inuentæ ſunt. *Iac. Cauaccius li. 12. hiſt. cœnob. D. Iuſtinæ Patau.*

De Inuentione corporum S. Maximi Epiſc. Patauini, & ſelicitatis virg.

Per Leon. Pp. referuntur in numerum ſanctorū.

IESV CHRISTI
Annus 1054.

LEONIS IX. PAPÆ ANNO 6. HENRICI II. Imper. anno. 8. Conſtant. Monom. Imper. ann. 12.

I. ANno Chriſti 1054. [a] Leo Pontifex, vt gliſcens ſchiſma à Michaele Cerulario Patriarcha exſuſcitatum in ſemine comprimeret, vtque contra Northmannos victoriis quotidie inſolentiores auxilia poſtularet, Humberrum Epiſcopum ſiluæ candidæ, Petrum Archiepiſcopum Amalphitanum, & Fridericum S.R.E. Archidiaconum Cancellarium Cardinalem, Legatos. Conſtantinopolim miſit, & tum Conſtantino Mono-

Legatio miſſa à Leo. Papa Conſtant.

a epiſt. Leo. 7 & ſeq. tom 3. epiſt. Rom. Pont. & Leo Oſtienſ. lib. 2. c. 89.

macho

macho Imperatori, tum Michaeli Patriarchæ ſcripſit. Orabat Imperatorem, vt ſuccurreret laboranti matri Eccleſiæ, & tum patrimonia illius à Northmannis vſurpata vindicaret, tum pacem & vnitatem à Michaele conuelli non pateretur.

II. Obiurgatur Mich. Conſt. à Leon. Pp. ob errores ſuos.

Porro Michaelem inprimis obiurgabat, quod Neophytus Sedem Conſtantinopolitanam contra Apoſtoli decretum & venerabiles canones conſcendiſſet, quod ſe Alexandrino, & Antiocheno Patriarchis ſuperbe anteferret, quod ſe vniuerſalem Patriarcham verbo & ſcripto vbique iactaret, quodque poſt mille & viginti à paſſione Domini annos azymorum vſum in Eccleſia Romana conſuetum tam procaciter damnaret, vt contra omnes perſecutionem excitaret, & anathema ſtringeret, & Eccleſias Latinorum Conſtantinopoli clauderet, & paſſim execraretur eos quicunque ex azymis participarent. Monebat deinde, vt caute & humiliter loqueretur, vt Eccleſiam Romanam tanquam caput & matrem & magiſtram omnium Eccleſiarum veneraretur: vtque pacem oblatam non aſpernaretur, neque vnitatem Eccleſiaſticam diuideret. Pro fine epiſtolæ addebat: *Quicunque gloriatur Chriſtiano nomine, ceſſet Romanam ſanctam & Apoſtolicam Eccleſiam maledicere, & laceſſere: quia fruſtra patremfamilias honorat, quiſquis eius vxorem exhonorat: & fruſtra matremfamilias caput & faciem magnificat, qui minimos filiorum eius impugnant, tanquam digitos pedum illius conculcat.* Hæc & alia plura Leo Michaeli. [b] Die ipſo S. Ioannis Baptiſtæ Legati Sedis Apoſtolicæ Conſtantinopolim appulerunt, inq; monaſterio Studii diuerterunt. Vbi cum eſſent, Niceta Monachus, qui & Pectoratus, ante præſentiam Imperatoris & procerum eius, inſiſtentibus ipſis Nuntiis Romanis anathematizauit quoddam ſcriptum ſuo nomine contra Sedem Apoſtolicam, & omnem Latinam Eccleſiam editum, & prætitulatum de azymo, de ſabbato, & de nuptiis ſacerdotum. Inſuper anathematizauit cunctos, qui S. Romanam Eccleſiam negarent primam omnium Eccleſiarum eſſe, & qui illius fidem ſemper Orthodoxam præſumerent in aliquo reprehendere. Poſt hæc ſtatim in conſpectu omnium, ad ſuggeſtionem eorundem Nuntiorum Romanorum iuſſit Imperator ignem afferri & librum exuri. Sequenti die prædictus Niceta coram Legatis ſponte anathematizauit omnia dicta & facta & tentata aduerſus primam & Apoſtolicam Sedem: ſicq; ab eis in communionem receptus eſt.

b *Humbert. in commemorat geſter Conſtantinop.*

III. Patriar. Conſtant. excom à legat. Sed. Apoſt.

Michael Patriarcha vocatus accedere noluit, & præſentiam atq; colloquium Legatorum deuitauit. Cuius obſtinationem cum illi vidiſſent, iuſſerũt legi ea omnia, quæ contra calumnias ipſius & Leonis Acridani, & aliorum Græcorum conſcripſerant. Deinde 17. Kal. Auguſt. Eccleſiam S. Sophiæ adierunt, & ſuper obſtinatione Michaelis conqueſti, clero ex more ad miſſas præparato, iam hora tertia, die Sabbati chartam excommunicationis ſuper altare principale poſuerunt ſub oculis cleri præſentis & populi. Inde mox egreſſi, etiam puluerem pedum ſuorum excuſſerunt in teſtimonium illis iuxta dictum Euangelii; proclamantes illud tritum; Videat Deus, & iudicet. Hinc Latinorum Eccleſiis intra Conſtantinop. ordinatis, anathemate dato cunctis, qui deinceps ex manu Græci ſacrum Romanum vituperantis communicarent, in oſculo pacis, accepta Orthodoxi Imp. licentia, doniſq; imperialib. S. Petro & ſibi, alacres cœpere reuerti 15. Kal. Aug. Sed nimia inſtantia precum Michaelis, ſpondentis tunc demum ſe conflicturum cũ eis, Imperator compulſus à Solembria literis ſuis eos reuocauit, 13. Kal. Aug. Interim Mich. chartam excommunicationis vitiauerat, & in magno templo publice coram Legatis eam recitari volebat, vt in eos furorem populi excitaret. Nolebat Imp. præſcius rerum, aliquod celebrari Concilium. Cumq; Mich. ſeditionem contra eum commouiſſet, Legatos quidem abire præcepit, tumultum vero exortum vix ſedauit, tunc videlicet, cum primum chartam excommunicationis à Legatis miſſam, cum ea quam Michael deprauauerat contuliſſet,

A fraudemq; Michaelis populo oſtendiſſet. Deniq; exemplar chartæ excommunicationis eſt tale.

IV. Exemplaris Carth. excom. tenor.

Humbertus Dei gratia Cardinalis Epiſcopus S. Romanæ Eccleſiæ, Petrus Amalphitanorum Archiepiſc. Frideric. Diaconus & Cancellarius omnibus Catholicę Eccleſiæ filiis. *S. Romana prima & Apoſtolica Sedes, ad quam tanquam ad caput ſolicitudo omnium Eccleſiarum ſpecialius pertinet, Eccleſiaſticæ pacis & vtilitatis gratia ad hanc regiam vrbem nos Apocriſarios ſuos facere dignata eſt, vt iuxta quod ſcriptum eſt, deſcenderemus, & videremus, vtrum opere completus ſit clamor, qui ſine intermiſſione ex tanta vrbe conſcendit ad eius aures: aut ſi non eſt ita, vt ſciret. Quamobrem cognoſcant ante omnia glorioſi Imperatores, Clerus, Senatus & populus huius Conſtantinopolitanæ vrbis, & omnis Eccleſia Catholica, nos hic perſenſiſſe magnum, vnde vehementer in Domino gaudeamus, bonum; &* B *maximum, vnde miſerabiliter contriſtemur, malum. Nam quantum ad columnas Imperii, & eius honoratos, atq; ciues ſapientes, Chriſtianiſſima & Orthodoxa eſt ciuitas: quantum autem ad Michaelem abuſiue dictum Patriarcham, & eius ſtultitiæ fautores, nimia zizania hæreſeon quotidie ſeminantur in medio eius. Quia ſicut ſimoniaci, donum Dei vendunt. Sicut Valeſii, hoſpites ſuos caſtrant, & non ſolum ad clericatum, ſed inſuper ad Epiſcopatum promouent. Sicut Arriani, rebaptizant in nomine ſanctæ Trinitatis baptizatos, & maxime Latinos. Sicut Donatiſtæ, affirmant, excepta Græcorum Eccleſia, Eccleſiam Chriſti, & verum ſacrificium atque baptiſmum ex toto mundo periiſſe. Sicut Nicolaitæ, carnales nuptias concedunt, & defendunt ſacri altaris miniſtris. Sicut Seueriani, maledictam dicunt legem Moyſi. Sicut Pneumatomachi, vel Theomachi, abſciderunt à ſymbolo Spiritus ſancti proceſſionem à Filio. Sicut Manichæi, inter alia* C *quodlibet fermentatum fatentur animatum eſſe. Sicut Nazareni, carnalem Iudæorum munditiam adeo ſeruant, vt paruulos morientes ante octauum à natiuitate diem baptizari contradicant; & mulieres in menſtruo vel partu periclitantes communicare, vel ſi paganæ fuerint, baptizari prohibeant; & capillos capitis, ac barbas nutrientes eos qui comas tondent, & iuxta inſtitutionem Romanæ Eccleſiæ barbas radunt, in communione non recipiant. Pro quibus erroribus, & aliis pluribus factis ſuis ipſe Michael literis Domini noſtri Leonis Papæ admonitus, reſipiſcere contempſit. Inſuper nobis Nuntiis illius, cauſas tantorum malorum rationabiliter reprimere volentibus, præſentiam ſuam, & colloquium denegauit, & Eccleſias ad miſſas agendum interdixit. Sicut & prius Latinorum Eccleſias clauſerat, & eas Azymitas vocans, verbis & factis vbique perſecutus fuerat, in tantum, vt in filiis ſuis anathematizaſſet Sedem Apoſtolicam, contra quam ſe* D *adhuc ſcribit Oecumenicum Patriarcham. Vnde nos quidem ſanctæ primæ & Apoſtolicæ Sedis inauditam contumeliam, & iniuriam non ſerentes, Catholicamq; fidem multis ſubrui modis attendentes, auctoritatem ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, atque Apoſtolicæ Sedis, cuius legatione fungimur, & cunctorum Orthodoxorum Patrum & Conciliis ſeptem, atque totius Eccleſiæ Catholicæ anathemati, quod Dominus noſter reuerendiſſimus Papa eidem Michaeli & ſuis ſequacibus, niſi reſipiſcerent, denuntiauit, ita ſubſcribimus: Michael abuſiuus Patriarcha, Neophytus & ſolo humano timore habitum monachorum adeptus, nunc etiam criminibus peſſimis à multis diffamatus; atque cum eo Leo Acridanus Epiſcopus dictus; & Saccellarius ipſe Michaelis Conſtantinus, qui Latinorum ſacrificium profanis conculcauit pedibus; & omnes ſequaces eorum, in præfatis erroribus & præſumptionibus ſint anathema Maranatha cum Simoniacis, Valeſiis,* E *Arrianis, Donatiſtis, Nicolaitis, Seuerianis, Pneumatomachis, Manichæis & Nazarenis, & cum omnibus hæreticis, imo cum diabolo & Angelis eius, niſi forte reſipuerint. Amen, Amen, Amen. Quicunque fidei ſanctæ Romanæ & Apoſtolicæ Sedis, eiuſque ſacrificio pertinenter contradixerit; ſit anathema maranatha, nec habeatur Chriſtianus Catholicus ſed Prozimita hæreticus. Fiat, fiat, fiat.*

Errores Mich Patriarchæ.

Hæc Legati in Cerularium, qui tanquam œſtro percitus, Petro Antiocheno, & reliquis duob. Patriarchis Alexandrino & Hieroſolymitano ſcribens, multa conuiciorum & calumniarum plauſtra in Legatos, in Sedem Apoſtolicam, in Leon. Pap. inq; omnes Latinos mendaci & acri ſtylo contexuit: & in eos pręcipue inuectus eſt, quod communione Rom. Pont. expetita, nomen illius

V. Conatus Michaelis contra Eccleſ. Rom.

in ſacris

in ſacris Dyptichis retuliſſent. Commemorabat etiam in eadem epiſtola, quædam falſa, vel leuia, nec obſeruatione digna, quæ is in Rom. Eccleſ. quaſi quædam maxima probra eleuabat, vt ſcilicet Patriarchas à cõmunione ſedis Romanæ ſeduceret. Ita enim ſcribebat: *Quapropter illos omnino auerſari neceſſe eſt, qui Iudæorũ more multa peragunt; qualia ſunt, vt error, qui illis tribuitur de azymo, & quod ſuffocatum comedunt, & barbam radunt, & Sabbata cuſtodiunt, & comedunt immunda, monachi carnibus veſcuntur, nidore videlicet ſuis, & larido omni, quod vſq; ad carnem pertinet, & quod etiam attinet ad primam hebdomadam Quadrageſimæ, & aliam etiam hebdomadam Quinquageſimæ, qua ne ouis tantum & lacte veſcimur, & propterea Caſei hebdomadã illam appellamus. Sed præter hæc talia & huiuſmodi ſe habentia in ſacro ſymbolo hãc etiam adhibent additionẽ, malè & perditioſè ſentiẽtes. Ita enim ſe habet: Et in Spiritum ſanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre Filioq; procedit. In ſacra etiã miſſa illud, Vnus. Sanctus, vnus Dominus Ieſus Chriſtus in gloria Dei Patris per Spiritum ſanctũ, alta voce dicunt. Præter hæc, nuptias Sacerdotũ prohibent, illos videlicet, qui vxores habent, vt nullo pacto Sacerdotii dignitatem conſequantur, permittunt, ſed innuptos manere volunt eos, qui Sacerdotes eſſe cupiunt, duo etiam fratres, duas ducunt ſorores. Et in ſacra miſſa tempore communionis alter miniſtrorum comedens azyma, alios amplexatur, & pacẽ illis largitur. Epiſc. etiam anulos geſtant in manib. quaſi vxores Eccleſias accipientes: & arrhabonẽ ferre dicunt. Ad bellũ etiam exeuntes, manus ſuas ſanguine coinquinant, & in conſpectu ſuo animas occidunt, & occiduntur: quẽadmodũ etiam à nonnullis qui hoc affirmant, accepimus. Sacrum baptiſma ita peragunt, vt eos qui baptizantur, vnica merſione baptizent, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, dicẽtes. Sale etiam præterea eorum qui baptizantur, ora implent. Malè etiam Apoſtolicum illud accipientes, quod ait; Modicum fermentum totam maſſam fermentare: ipſi vero ita ſcriptum habent. Modicum fermentũ totam maſſam corrũpit: contendentes hac modica huius verbi occaſione tollere fermentatum, quod panem ſubleuat & attollit. Quinimo SS. reliquias illorum nonnulli non venerantur, nec ſanctas etiam imagines. Sãctos etiã & magnos illos patres noſtros Baſilium & Chryſoſt. cum reliquis ſanctis non connumerant, nec illorum doctrinam omnino recipiunt.* Hæc & alia multa quorum ſingula enumerare eſſet moleſtum, Michael contra Occidentales ad Petrum Antiochen. non minus impudenter quam calumnioſè: quemadmodum poſt Petrum Antiochenum, in aliquibus errorem, copioſè refutãs oſtendit Humbertus S.R.E. Epiſcopus, Cardinalis, in ſuo quem aduerſus Græcos & ſchiſmaticos de azymo & fermentato ſcripſit dialogo. Legatos Conſtantinop. reuertentes, Traſimundus Theatinus Comes detinuit, & magna quæ ferebãt illis eripuit, ſicq; vacuos dimiſit, ex quibus Fridericus, abiecta coram ſodalibus in monaſterio Caſſinenſi, pretioſiſſima veſte, religionis habitum ſumpſit, iam tunc defuncto Leone Pontifice.

VI.
S. Leon. Pp. IX obitus.
c *Leo Oſtiẽ lib. 2. c. 88. & Herman*

Namq; is c Paſchali inſtante tẽpore Romã Capua reuerſus ægrotos, inualeſcẽte indies languore, glorioſo exitu, cunctis prius benedicẽs, & admonitis valedicens, ſanctoq; Petro peccata ſua confeſſus, & deuote ſe illi commendans, 13. Cal Maii obiit, & in baſilica S. Petri, iuxta ſepulchrum ſancti PP. Gregorii ſepultus, miraculis claruiſſe memoratur. Propter ea in numerum SS. ad diem 19. April. ab Eccleſia connumeratus.

VII.
Miracula S Leon PP.
d *Deſiderius Caſſinenſ. in lib. dialog. Is autem poſtea Victoris III. nomine Pontif Rom. creatus fuit*

Ferunt, leproſum quendã ad fores iacẽtem, ab ipſo iuſſum eſſe in lectũ ſuum ferri, atq; curari: quẽ cum nullus amplius in poſterum vidiſſet, exiſtimabant Chriſtũ fuiſſe, qui ſpecie leproſi aſſumpta, voluit pietatẽ Leonis hac ratione exerceri. Poſt mortẽ illius, qui ad eius ſepulchrũ vel deportabantur, vel adducebantur, omnes ſanitate adepta recedebant. d Inter alios Epiſcopus quidam mutum quemdam puerum à pueritia enutritum, recedens ad ſuam Eccleſiam, in templo ſancti Petri ad ſepulchrum beati Leonis per obliuionem reliquerat. Tandem cum recordatus fuiſſet, & qui conducerent miſiſſet, illi inter reliquos repererunt mutum iam loquentem, dicentemque: Poſtquam Dominus meus, hac in Eccleſia me relinquens diſceſſit, hunc ad ſepulchrum beati Leonis me contuli, ſi forte Dominus omnipotens, officium vocis, quo carebam, meritis eius mihi reſtituere dignaretur. Nec ſum meo, quod corde poſcebam, voto fraudatus: ſed mox, vt ante eius venerandam memoriam lachrymans aliquantum proſtratus iacui, ilico recepta voce loquens ſurrexi. Ab illa itaque die (quod mirabile eſt) cæpit in ore eius lingua, quæ defuerat, paulatim creſcere, ita vt infra paucos dies pleno ore linguam, quam prius non habuerat, reciperet, & verba ſine impedimento ſonaret. Qui miſſi fuerant, puerum ad Epiſcopum duxerunt: ille ad Pontificem; hic vero ad populum renunciauit iſtud miraculum per ſancti Leonis merita patratum. Alterum accidit, Papa Alexandro tempore ſchiſmatis ſedente. Illuſtris vir Maximus, Romanæ vrbis ciuis, de eodem Præſule referebat, quæ narrabo.

Bernardus quidam peſſimæ mentis miles extitit, qui Apoſtolicæ ſedi contrarium ſe in omnibus, quibus potuit modis, exhibuit. Sed in bello, quod à vicinis circa vrbem manentibus, cum Cadaloo Parmenſi Epiſcopo coniurantibus, qui tunc Apoſtolicam ſedem inuadere tentabat, cum militibus, qui Romanam Eccleſiam defendebant, commiſſum eſt, iuſto Dei iudicio confoſſus interiit. Hic igitur audita fama miraculorum, quæ omnipotens Deus meritis beati Leonis fidelibus populis exhibebat, non ſolum non credebat, verumetiam ore ſacrilego deridebat & blaſphemabat. Cum denique quadam die in cõuentu populi appareret, & ſermo inter eos de ſignis, & virtutibus beati Leonis exortus eſſet, cæpit irridere dicens: ſi ſanctus eſt (vt dicis) contrahat mihi digitum meum. Cumque compeſceretur ab iis, qui aſtabant, ne de ſancto viro talia loqueretur, dimiſſo conuentu diſceſſit. Cum ecce forte canis, qui eum ſequebatur, ſuem in platea inuentum inuaſit. Ille vero ne porcus diſcerperetur, feſtine cucurrit, ac iniecta manu, canem tenere voluit: ſed mox porcus hianti ore digitum eius momordit. Sicque ab illa die, omni tempore quo vixit, digitum contractum habens, nullatenus eum extendere potuit. Vnde factum eſt, vt qui Dei famulum irridere præſumſerat, ipſe contracto digito omnibus deriſui haberetur.

VIII.
Viſio de Benedicti Pſeudop. poſt mortem ſtatu.
e *in epiſt. ad Frat. eremi.*

Defuncto Leone, Benedictus, qui antea Theophylactus eſt dictus, etiam tunc Eccleſiam in electione perturbauit, ſed nõ impune. Admirandam quamdam vindictã de eo poſt mortem Deus di ſumpſit, quã Petrus Damiani ſe ab Humberto ſiluæ candidæ Epiſc. audiuiſſe ſcribebat, quia Vaclus quidam dum iter ageret, accidit vt iuxta molendinũ equo inſidens pertranſiret: qui repente mõſtrum quoddam immane conſpexit. Quo viſo ſubito eũ terror inuaſit, & ſtupefactus intremuit. Videbatur autẽ mõſtrum illud in aures aſelli, caudamq; deſinere, cætera vrſus erat. Cumq; viator ad hoc portentum territus obrigeſceret, fugamq; præcipitem formidoloſus iniret; informe prodigium humanæ vocis verba formauit: Noli, inquit, ô vir, expaueſcere, hominem me olim fuiſſe, ſicut & ipſe nunc es, procul dubio crede: ſed quia beſtialiter vixi, poſt finem vitæ beſtiæ præferre ſpeciẽ demerui. Porro cum ille perquireret, quis fuiſſet: Ego, ait, ſolo nomine Benedictus fui, qui nuper Apoſtolicæ ſedis apicem indignus inuaſi. Inquiſitus autẽ, quidnam retributionis haberet: nunc, inquit, vſq; ad diem iudicii per dumoſa atq; ſquallentia, per ſulphurea loca, atq; fœtorem exhalantia, atq; incendiis conflagrata rapior, atq; pertrahor. Poſt extremum vero iudicium corpus meum ſimul & animam irremediabilis cruciatus, & gehennalis barathri me irreuocabilis olla deglutiet, ita vt nulla mihi recuperationis ſpes in poſterum remaneat. Poſt hæc vero & huiuſmodi verba diſparuit, nec immerito tali figura deformatus apparuit. Nam quia miſerabilis ab ipſo Pontificatus vſurpati exordio vſque ad finem vitæ in luxuriæ cæno conuerſatus eſt: Non incongrue viſus eſt ab auribus incipere, & in caudam aſini terminare. Aſinus quippe luxurioſum eſt animal, ſicut Propheta deſignat, cum de carnis immunditiæ deditis ait: *Et carnes aſini, carnes eorum.* *Ezech. 23.* Quod autem per cætera membra vrſi tenebat ſpeciem, vitam in omnibus docetur duxiſſe carnalem. Nam ſicut

à Phyſicis traditur, vrſa cum parit, non catulum, iuxta conſuetudinem beſtiarum, ſed fruſtum carnis effundit; moxque quod effuſum eſt, crebrius lingendo & lambendo componit, ſicque ad ſui ſimilitudinem lingua formante perducit. Iure igitur, quia luxurioſè & carnaliter vixit, in aſini ſimilitudine, & vrſi figura comparuit. A

IX. Legatio ad Imp pro petendo Pont. f *Leo Oſtiẽ. lib. 2. c. 90.*

Interim vero, cum Benedictus ſedem peruaſiſſet, f Hildebrandus, à clero populoque Romano, ad Imp. miſſus, petiit, vt aliquẽ dignum tanta dignitate, vel mitteret, vel indicaret. Is vero Moguntiæ Synodo indicta, Geberhardum Aiſtetenſem Epiſc. deputauit, qui Romã iret, & ſe dignum electione Romanorum oſtenderet.

X. Conſtãtin. Imp. moritur Theodora imperat. g *Curopala.*

g Conſtantinop. Conſtantinus Imp. mortuus eſt, cætera quidem laſciuus & per tributa populorum vorator: in hoc tamen ſummopere laudatus, quia & hoſpitia pro alendis ſenibus, hoſpitibus, ac mendicis extruxit, & in templo magno cultum diuinum amplificauit. Siquidem vſq; ad illius tempeſtatem inſignibus tantum diebus feſtis in ipſo, itemq; Sabbatis & Dominicis diebus incruentum Deo ſacrificium peragebatur: reliquis vero diebus nequaquam. Id autem nulla alia de cauſa fiebat, niſi ob redituum inopiam: quos ille opiparè conſtituens & abundè, vt quotidie ſacra celebrarẽtur, auctor fuit, & ſacro huic cultui vaſa dedicata in hoc templo propoſuit, ex auro, & pretioſis margaritis, lapillisq; confecta, reliqua magnitudine, pulchritudine & pretio longe maiora, pulchriora, pretioſiora. B

XI. Adalbertus Bauar. Comes Epiſc. Hamburg.

Hoc anno Hamburgenſem Archiepiſcopatum tenuit Adalbertus Bauariæ Comes. Is ſtatim vt ingreſſus eſt Archiepiſcopatum, ad Regis Aquilonis pro amicitia firmãda miſit Legatos. Epiſtolas quoq; commonitorias per omnem ſparſit Sueoniam, Daniam, Noruegiam, & vſque ad fines terræ exhortans Epiſcopos & presbyteros in illis partibus degẽtes, vt Eccleſiam Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanguine partam prudenter regerent, attenderent ſibi & vniuerſo gregi atq; ad conuerſationem fidelũ ſeduli niterentur. Erat eo tempore Gothorũ Sueonumq; Rex Emundus Iacobi frater, Olai Regis filius, nomine magis quam reipſa Chriſtianus, ad quẽ miſſi legati fratres Bremenſis monaſterii, quorum potiſſimus fuit Adaluardus ſenior, olim Bremenſis clauſtri Decanus, tunc autem Sueonum genti ordinatus Epiſcopus inuenere apud Regem quẽdam Oſmundum, qui Apoſtolica ordinatione ſe fingens miſſum Archiepiſcopum non ſana fidei doctrina ſparſa, Neophytos à recta religionis ſemita deduxerat. Hunc prouincia exturbare nitentes, Legati Regem docent de Eccleſiaſtica Hierarchia, monentq; non auſcultare vanis ſermonibus hominis vt minimum periculoſi, ſed apud Regem ſeculo magis, quam religioni deditum, præualuit exiſtimatio hominis conterranei, qui ſuis technis perfecit vt Oratores cum cõtumelia repellerentur, quaſi Apoſtolici Domini deſtituti ſigillo. Et illi quidem abiere gaudentes à conſpectu Concilii quoniam digni habiti ſunt, pro iuſtitia & veritate contumeliam pati. Sed inuentus eſt Regii ſanguinis iuuenis Stenchillus, qui tali modo repulſos Legatos proſecutus cum lachrymis, ſuppliciter ſe commendauit orationibus eorum, muneribus inſuper eos affecit, tranſmiſitque per montana Sueonum ſaluos, vſque in Veſtrogothiam, ad ſanctiſſimam Gude Reginam, quæ ingenti honore, quaſi à Deo miſſos, recipiens magna per eos Xenia Archiepiſcopo deſtinauit. C D

Miſſi Legatos ad Edmundum Gothorum Reg.

Expelluntur Legati ignominioſe.

Mala quæ ex eiectione diuina ſecuta ſunt legatorum expulſionem.

Verum huiuſmodi deinde poſt eiectos Epiſcop. ſunt caſus inſecuti Sueones, vt facile intelligerent, ex agrorũ ſterilitate, aeris intemperie, & aduerſo rerum bellicarum ſucceſſu, ſe non niſi diuina plecti vltione: Filius enim Regis Amundus nomine, miſſus à patre ad dilatandum imperium, veneno ab hoſte fontibus inſperſo, cum ſuo exercitu vniuerſo conſumptus eſt. Quamobrem ad ſe reuerſi, vltioneque diuina compulſi, quos antè reiecerant Oratores, expeditis ad Archiepiſcopum Adalbertum renunciis, poſcunt, ſatisfactionem, fidemq; gentis pollicentes. E

De B. Adaluardi geſt. & obitu.

Gauiſus ergo Pontifex petenti gregi, Adaluardũ denuò præfecit paſtorem, qui perueniens in Sueoniã, multum Domino populum acquiſiuit, ex his terræ finibus, in quibus nullus ante prædicator viſus fuerat vel auditus. Nam gentem Vermelandorum & Scricfinnorum integrã Catholica fide imbuit. Virtutib. etiã clatuit miraculis, ita vt poſcentibus in neceſſitate incolis, imbrem è cœlo oratione ſua deuocaret & cum pluuiæ redundarent, denuo ſerenitatẽ cõciliaret. Deinde à Rege Haraldo Noruegiæ dominante (Olai martyris, olim Regis Germanus frater is erat) inuitatus Adaluardus, in Noruegiam nauigauit, & inter alia religionis officia, cum ad tumulum hominis ante ſexaginta annos defuncti, ab incolis perduceretur, integrum adhuc cadauer, quaſi eo die ſepultum, ſtupente populo ſpectandum exhiberetur, Epiſcopus in ſpiritu cognouit, eum excommunicationis maledicto teneri laqueatum. Erat autem is Sigfridus Pyratarum Dux (vt liquido compertum habebant indigenæ) qui ſenioris Libentii tempore in ditionem Bremenſis Eccleſiæ populabundi inceſſerant, quos idem Pontifex Anathematis gladio à communione Sanctorum præciderat. Cumq; interpoſita prece Pontificis Adaluardi abſolueretur, mox ſolutus in cinerem recidit. Abeunti Rex tãtum pecuniæ dedit, quantum trecentis captiuis Chriſtianis ſufficiebat redimendis.

Reuerſus Adaluardus verè laudabilis vir, vtramque Gothiam peragrauit, verba vitæ æternæ diſſeminans, concionem erudiuit frequentem. Et ſicut docuit ita vixit, nam ſancta opera ſanctæ doctrinæ (quæ duo in Doctore vero nunquam ſeccernuntur) coniungendo, gentium multitudinem non exiguam Chriſti caſtris aggregauit. In Gothia autem permanendo, & nomẽ Domini Ieſu conſtanter omnib. prædicando ibidem poſt multos agones, quos pro Chriſto libẽter ſuſtinuit, victricẽ terræ carnẽ tradidit, ſpiritus cœlũ petiit laureatus. Exequias eius cum hymnis procurauit Adaluardus iunior, qui eo tempore in Gothiam venit, quo ſenior mortali lecto decumbens, extremam præſtolabatur horam. *Adam. Brem. lib. 3. cap. 17. & lib. 4. in deſcript. Suecia. Krantz. Metrop. lib. 3. capit. 42. & lib. 4. capit. 33. libro 5. capit. 18. & in ſua Suecia lib. 5. capit. 11.* Recenſente Ioan. Vaſtouio Sigiſm. III. Reg. Polon. Biblioth. Præfecto.

IESV CHRISTI ANnus 1055.

VICTORIS II. PAPÆ ANNO I. HENRICI 2. Imp. anno 9. Theodoræ Porphyrogenitæ Imp. ann. 1.

I. Victor II. Papa. a *Herman.*

ANNO *Chriſti* 1055. Clero populoq; Romano poſtulante, a Henricus Imp. Gebehardum Eiſtetenſem Epiſcopum Romam miſit, quem illi ad Pontificiam ſedem euehetent. Die ſacto Cœnæ Domini communibus ſuffragiis illum elegerunt, & Victorem ſecundum appellarunt. Is vero ſtatim atque adminiſtrationem Pontificatus accepit, Florentiam ad Imperatorem perrexit, eoque præſente Synodum Epiſcoporum celebrauit. Conſtituit, b ne bona Eccleſiarum quauis ratione Epiſcopi alienarent: neue decimas Eccleſiarum ſæcularibus concederent. Canones quoque pœnitentiales temperauit, & rigorem illum antiquum pœnitendi, cui ne ætas quidem humana ſufficiebat, in eleemoſynas, & diſciplinas, & ieiunia, & orationes commutauit. Tunc introductus eſt vſus ferularũ, quibus aliqui ſcapulas, alii palmas manuũ pro pœnitentia criminũ flagellabant, palmatas pœnitentias appellabant eas, quando palmæ ferula verberabantur. Per occaſionẽ conſtitutionis ſuperioris, pro bonis Eccleſiarum non alienandis.

b *Pet. Dam. epiſt. ad Deminic.*

II. Viſio de vſurpatoribus bonorum Eccleſ.

Petrus Dam. narrabat quiddam terribile quod ab Huberto Epiſc. ſilux candidæ referente audierat. In Teutonicis partibus, Comes quidam diues ac præpotens, ſed

quod

quod in illo hominum genere prodigium eſt reperiri, bonæ opinionis, & innocentis vitæ, prout humanum erat de eius æſtimatione iudicium, ante decennium fere defunctus eſt. Poſt cuius obitum quidā religioſus vir per ſpiritum ad inferiora deſcendens, præfatum Comitem in ſupremo gradu cuiuſdam ſcalæ poſitum vidit. Aiebat namque, quia ſcala illa inter ſtridentes & crepitantes vltrices incendii flammas videbatur erecta, atque ad ſuſcipiendos omnes, qui ex eadem Comitum genealogia deſcenderent, conſtituta, erat autem terrum chaos, immane barathrū infinitè patēs, atq; in profunda demerſum, vnde ſcala producta ſurgebat. Hos igitur ordine ſuccedētium ſibi ſeries texebatur, vt cum quis eorum nonus accederet, primum interim ſcalæ gradum teneret: is autem qui illis repertus erit, aliiq; omnes ad proximum ſibi gradum in ima deſcenderent. Cumq; alii atq; alii ex eodē genere homines poſt carnis obitum ad præfatam ſcalam per temporum interualla confluerent, alii protinus cederent, ineffabilis iudicii neceſſitate ad inferiora migrabant. Cauſam inquirens, cur præſertim ille Comes ſui tēporis puniretur, qui tam iuſtè & honeſtè vixiſſet: audiuit: quia propter quamdam prædii Metenſis Eccleſiæ poſſeſſionem, quam B. Stephano proauus eius abſtulerat, cui videlicet iſte iam decimus in hæreditate ſucceſſiſſet, omnes iſti nō diuerſo ſupplicio deputati ſunt. Et ſicut eos ad peccandum non diſpar auaritiæ culpa coniunxit: ita nihilominus ad perferendas atrocis incēdii pœnas commune ſupplicium copulauit.

III.
Conc. Flor. *Nicol. Aragonius Cardin. in Geſt. Rom. Pont.* Acta iſtius Conc. de libertate Hiſpan. Reg.

Eodem anno Victor Papa, [c] cupiens ſacrati ordinis mores & vitam ſuperiorum temporum licentia nimium laxatos maiori ſeueritate coercere, Florentiæ, quæ Hetruriæ caput eſt, Epiſcoporum Concilium egit. In eo Conuentu, vt Hiſpanorum hiſtoriis memoriæ proditum eſt, Henrici Imperatoris Legati, eius iuſſu & verbis querimonias & mandata ad Patres detulerunt, quorum hæc ſumma erat. Regionenſem Ferdinandum, contra morem maiorum, & legum præſcripta facere, qui ſe Imperii Romani iure exemptum ferret, & incredibili arrogantia ac leuitate in ipſum imperii nomen inuaderet.

Henr. Imp. verba ad Patres Conc.

Atq; ego, inquit, *eam iniuriā libenter tolerarem (tantum apud me tranquillitatis ſtudium poteſt) ſi nullam præterquam dignitatis noſtræ iacturam fieri viderem. Sed in conſilio capiendo, Patres, omnem orbem, quam late Imperium Chriſtianorum patet, reſpicite: cuius incolumitas ſtare non poteſt, niſi ſit vnus, cuius auctoritatem cuncti reſpiciant, cuius Imperio deuincti ſint, obtemperent voluntati. Reſpicite ſacroſanctam Pontificium maieſtatem, quorum fluxa auctoritas eſt, niſi Imperatorum (quos ea de cauſa, in orbe Chriſtiano, proximum poteſtatis locum obtinere voluerunt) armis & potentia muniatur. Naſcentem temeritatem in ipſis incunabulis comprimite; ne prauum exemplum ceſſatione noſtra, diſſimulatione veſtra, ad alios promanet: & cæteris prouinciis omnibus, ad dulce & ſæpe fallax libertatis nomen arrectis; imperij & Pontificatus ſacroſancta maieſtas ad inanē appellationē perducatur. Sacrificiis ex ritu Chriſtiano Hiſpaniā interdicite, Regiſq; inſolentis caput diris execrationib. defigite: quod ſi feceritis, honori Eccleſiæ me non defuturum profiteor, & reipub. ſalutem vna vobiſcum curaturum, quæ in periculum vocatur. Sin timore defugitis, me honori Imperij non defore, mihiq; priuatim conſulere certum habeo.* Secundum eā orationem Patres, eā rem ſibi curæ fore reſponderunt. Re deliberata, Victor Pont. pronunciauit, Henricū videri æqua poſtulare.

Legatio ad Ferdinand Regem in Hiſpan.

Miſſi Legati, Ferdinandū verbis Pontificis & Patrum monuerunt, vt Imperio deinceps ſatisfaceret, & Imp. nomine abſtineret, quod neque legibus neq; auſpicatò deſumpſerat; dira omnia, niſi continuo pareret comminati. Rex ancipiti cura anxius, ſiue morem gereret, ſiue parere recuſaret, ne ex vtraq; parte grauiſſimis perpetuiſq; malis Hiſpaniā implicaret, Concilio gentis coacto, de tanta re diſputare conſtituit. Variæ dictæ ſententiæ. Pars quorum religione animi tacti erāt, obtēperandum iudicabant: ne Pontif. & PP. in ſuum caput irritarent, & bello Hiſpaniā implicarēt. Iſtud futurū prouidebant, & omni ratione vitandū cenſebāt: cū vires prouinciæ in plures reges diſtractæ, & inteſtinis motibus debilitatæ eſſent; tantumq; hoſtiū Chriſtiani nominis, Hiſpaniæ viſcera fatigaret. Pauci priſtinę virtutis memores, iugū Hiſpanię libertati imponi grauiſſimū, ſi morem gererent, diſputabant: quod ceruicibus admiſſum, haud quaquā excuti poſſet, præſtare in acie mori, omneſq; acerbitates pati, quam tanto malo & indignitate rempub. implicare. Regis animus cū ætatis inclinatione, ad pacem quam ad bellum propenſior erat: tametſi non ignorabat, haud à paruo initio ius libertatis imminui.

Conc. Roderici Diac. pro libertate Hiſpan. conſeruāda.

Placuit ſententiā Roderici Diacii, cognomine Cidi, qui id temporis opinione virtutis ſingulari erat, veruntamen eo tēpore, quo de Imperii iure ſuſcepta deliberatio eſt. Concilium non interrerat, rogari, priuſquam certi aliquid conſtitueretur. Negauit ille conſilii rē eſſe, armis defendendum, quod armis erat partum. Iniquum videri alienæ virtutis fructum ad eos redire, qui rebus perditis periculum & laborem non communicaſſent. *Nonne,* inquit, *emori per virtutem præſtat, quam libertatē à maioribus partam ludibrio eſſe genti barbaræ & immani; quæ præ ſe omnes homines contemnit: cuius ſuperbæ ſunt aures, contumelioſa dicta, aditus difficiles, noua crapula, inhumana crudelitas? An qui modo vix Maurorum ſeruitutem euaſimus, nouum à Chriſtianis paratum ſeruitium ſuſcipiemus? Ludibrio nos, & noſtra facta habent vniuerſus orbis, quam latè nomen Chriſtianum patet. Germanis Imperatoribus paret ſcilicet? Omnis gratia, potentia, honos, diuitiæ, noſtro & maiorum ſanguine parta Germanis cedent; nobis relinquent pericula, repulſas, iudicia, egeſtatem? Romani Imperij iugum, quod maiores noſtri excuſſerunt, reponet Germania? erimuſque vulgus, ſine gratia, ſine imperio, ſine auctoritate, iis obnoxii, quibus ſi vigeret animus, ſi viri eſſemus, formidini eſſe deberemus? At difficile eſt Imperatoris conatibus reſiſtere, Romanique Pontificis iuſſis non obtemperare? Verum infirmi animi eſt, pro belli timore incerto, certiſſimis malis Rempublicam implicare. Multa experiundo fiunt, quæ ſegnibus ardua eſſe videbantur. Occupauit neſcio quæ multos torpedo, quos neque gloria mouet, neque flagitii infamia. Satis magnam libertatem ratos, quod à flagris abſtinetur. Tam aduerſas ſanctiſſimi Pontificis aures à rebus noſtris fore non arbitror, vt non iuſtiſſimis precibus, atque æquitate cauſæ moueatur. Mittantur modo, qui noſtræ libertatis cauſam audacter coram eo tueantur, doceantque iniqua petere Germanos. Mihi ſtat ſententia, armis ſuſceptam à maioribus libertatem tueri, aduerſus omnium hoſtium conatus. Hocque gladio ipſo defendam, patriæ proditores eſſe nequiſſimos, quicumque aut inepta religionis ſimulatione, aut præpoſtera cautionis ſpecie diuerſum conſilium dabunt: neque maiori cura ſtatuent ſeruitutem repudiādam, quam illi dominationem exambiunt. Quantum quiſq; patriæ libertati ſtudebit, tantum illi amicus ero, aut acerrimus hoſtis.* Vicit Roderici ſententia, atq; ſecundum eam quidem Pontifici reſponſum datum. Aduerſus aūt Imp. conatus, magnis tota prouincia delectib. numeroſus exercitus conflatus, in quib. decē millia militū erāt, adiūctaq; Maurorū auxilia, ex iis vrbibus, quæ Regi vectigales erāt, copiis omnibus Rodericus præpoſitus, cuncta adminiſtrare iuſſus, ad hunc imperii ſumma reſpiciebat. Placuit ad oſtentationem virium, ſuperatis Pyrenæi ſaltibus in Vaſcones penetrare. Toloſam vſq; peruentū, vrbem ea tēpeſtate amicā.

Legati ad Pont. ea de re miſsi.

Vnde honeſtiſſima Legatio ad ſummū Pont. miſſa, obteſtatū, vt re diligentius perpenſa mitteret, qui corā in re præſenti de iure Imperii diſceptarēt. Eius legationis princeps Rodericus Comes erat, alius à Cido, & Aluarus Fannius Minaia. Iis agentibus facile ab æquiſſimo Pontif. eſt impetratum, vt Rubertus S. Sabinæ Cardinalis, cum ampliſſimis mandatis, prætereà Imp. Legati, eius controuerſiæ componendæ cauſa, in Hiſpaniā venirent.

Rupertus Cardin. Legatus Rom. Pont.

Toloſæ, vbi Legati conſtiterunt, Ferdinando Rege interea in patriam reuerſo, agitata cauſa, atque pro libertate Hiſpaniæ pronunciatum eſt, decretumque; *Germanis, nullum deinceps ius in Hiſpaniæ Reges fore.*

Decretum pro libertate Hiſpan.

Quod ab eo initio ſuſceptum, confirmatumque populi deinde moribus, conſenſu cæterarum gentium, & publica iureconſultorum ſententia, & iudicio eſt comprobatum. Ita tunc temporis temperata, vel potius antiquata eſt, ſententia Concilii Florentini. Porro ex eodem Concilio Florent. Victor PP. ad componendas Eccleſiæ

IV. Hildebran. mittitur in Gall. legatus ad reform. Eccle.
c Nicol. Aragonius Cardin. in Geſt. Rom. Pontif.

c Gallicanæ res ad Simoniacam hæreſim funditus exſtirpandam, Hildebrandum ex Cluniacenſi monacho tunc S. R. E. ſubdiaconum Legatum in Gallias miſit, cum quibuſdam Epiſcopis. Lugdunum autem is veniens, in Synodo coram Archiepiſc. & Epiſc. aliiſque Eccleſiarum Prælatis, tale in deteſtationem Simoniæ miraculum patrauit. Eius criminis fuerat accuſatus quidam Archiepiſcopus. Qui ſequenti nocte omnes ſuos accuſatores pecunia corrupit & amicos ſibi fecit. Mane autem facto reuerſus ad Synodum audacter dixit: *vbi ſunt qui me accuſant? Exeat in publicum, quicumque me voluerit damnare.* Tunc obmuteſcentibus cunctis, Hildebrandus, ad illum conuerſus ait: *Credisne ô Archiepiſcope, Spiritum ſanctum cum Patre & Filio vnam eſſe ſubſtantiam Deitatis?* quo reſpondente: *Credo*; addidit Legatus: *Dic gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.* Tūc ille, *Gloria Patri, & Filio*, expedite dicebat, ſed *Spiritum ſanctum* nullatenus potuit proferre. Quem verſum cum frequenter inchoaret, & nihil proficeret, videns ſe per diuinum iudiciū omnino confuſum, procidit ad pedes Legati, confitens ſe Simoniæ criminis reū eſſe. Poſtquam vero à Sacerdotali & Epiſcopali officio depoſitus eſt, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto*, libera & clara voce decantauit. Quod factum Simoniacos in tātum perterruit, vt præter alios Eccleſiarum Prælatos 27. Epiſcopi 45. Simoniacos ſe eſſe confeſſi, dignitatibus ſe abdicarent. Celebrata Synodo Lugdunenſi, aliam præterea d Heduam indixit, vt Robertum Ducem Burgundiæ Haganoni Heduorum Epiſcopo conciliaret. Ad quam cum iret, Cluniacum diuertit, vt S. Hugonem Abbatem viſitaret. Ibi quadam die ſedens in Capitulo cum eodem beato Hugone, fratrum negligentias pietatis gladio corrigente, aſpexit Dominum Ieſum præſentem, prædictoque Patri aſſidentem, eique de ſingulis quid agere deberet ſuggerentem. Heduæ cū eſſet Hildebrandus, tale miraculum in conſeſſu Epiſco. ab Hugone Abbate factum aſpexit. Poſtulauerant Epiſcopi, vt Hugo pro pace componenda aliquid loqueretur. Tunc omnibus ab eius ore pendentibus, ait: Qui pacem quærunt, qui Deum diligunt, nos audiant, nobiſcum agant. Qui vero filius pacis non eſt, qui non ex Deo, ſed aduerſarius eſt, huic ex parte omnipotentis Dei præcipio, vt à nobis exeat, & operi diuino nō noceat. Vix dicta compleuerat, cum ecce quidam ſtatura procerus, facie truculentus, multis eum ſequentibus, egreſſus diſparuit. Non fuit in tanta multitudine hominū, qui aliquem noſceret ex iis, qui egrediebantur; mirabantur ſinguli, ſtupebāt vniuerſi. His ita depulſis, tantam mox efficaciam prædicatio ſancti habuit, vt eo iubēte Dux ipſe ſui necem filii interfectoribus condonarit, & Eccleſia pacem receperit. Res equidem mira, ſed altiori miraculo confirmata. Quamdiu enim in conuentu illo vir ſanctus perdocuit Spiritus ſanctus ſicut columba candida ſuper caput eius apparuit.

d Vita S. Hugonis.

Hildebran. ſpiritu prophetiæ præditus.

Epiſc. miraculo arguitur Simoniac.

V. Conc. Turonen. contra Berengar.
e Lanfranc. adu. Bereng.

Hedueuſi Synodo abſoluta Hildebrandus, e Turonis aliam propter Berengarii hæreſim cōuocauit. Ibi data eſt Berengario optio defendendi partem ſuam. Quam cum non auderet ſuſcipere, confeſſus coram omnib. communem Eccleſiæ fidē, iurauit ſe ab illa hora ita crediturum, ſicut in Romano Concilio iurauit. f In eadem Synodo Turonenſi, audita eſt Legatorum Henrici Imperatoris contra Ferdinandum magnum Caſtellæ Regem querela, quod is Imperatoris titulum & iura ſibi arrogaret, neque Imperatori Romano obſequens eſſe vellet. Ea res cum eſſet maioris momenti, ad Victorem Papam à Concilio relata eſt, cuius auctoritate Concilium in Hiſpaniis celebratum, Ferdinando perſuaſit, vt Romano Pontifici obediret: vt Imperatoris nomen abdicaret: vtque Imperatori Henrico reuerentiam & cultum debitum exhiberet.

Synod. Turonen. cognoſcit de cauſa Imp. & Reg. Hiſpan.
f Ioan. Marian. in Hiſpan. hiſt.

VI. Subdiacon. propinans venenum Pont. ſacrificanti arripitur à dæmone.
g Leo Oſtien. lib. 2. c. 92.
h Lambert.

Per ea tēpora, g Traſimundus Comes Theatinus, qui Legatos ſedis Apoſtolicæ Conſtantinop. redeuntes ſpoliauerat, graui ægritudine à Deo vindice percuſſus, Pontifici per Richeriū Abbat. Caſſinēſem ſupplex fuit. Pontifex porro hoc anno, à maximo periculo per miraculum liberatus euaſit. h Subdiaconus in calicem venenum illi miſcuerat. Quem cum ipſe poſt conſecrationem leuare vellet, nec poſſet; à Domino, cauſam facti inquiſiturus, cum populo proſtratus orauit. Interim Subdiaconum illum Satan inuaſit; neque liberari potuit, donec Victor iterum cum populo orauit, & à miſero dæmonium effugauit. Calicem tandem cum ſanguine Dominico cuidā altari iuſſit includi, & pro reliquiis in perpetuum conſeruari.

VII. S. Anno fit Archiepiſc. Colonien.
i apud Sur. 4. Decemb.

Eodem anno, i V. Non. Mart. S. Anno Colonienſ. Eccleſiam regendā ſuſcepit. Nonnihil ei cum Hērico Imp. ſimultatis interceſſit, propterea quod liberè illum peccantem argueret. Accidit vt quadam die conueniret, & quā ſpiritu Prophetico præſcierat, mortem poſt annum decurſum prædixerit.

VIII. De S. Henric. Peregri. mart.

Claruit hoc anno Henric. Peregrinus. His ad Sueones vlteriores, mari Bothnico vicinos (incertū vnde) appulſus verbum fidei, prędicatione ſua, propagauit, & poſteaquā ſtrenuā aliquanto tempore in excolēdis incolis nauaſſet operam, eorum partim errores, partim vitia libera voce arguiſſet, palmā martyrii, capitis obtruncatione meruit. Quo tempore Aluardus quidem apud Noruegos ſancta conuerſatione diu, ſed latenter viuens, dum protegit inimicū, occiſus eſt ab amicis. Ad quorum ſepulturæ locū magna ad hæc vſq; tempora ſanitatum miracula populis declarantur. *Adam. Brem. lib. 4. cap* 16 *Caſ. Bar. Tom.* 10. Recenſente Ioan. Vaſtouio Sigiſmund. III. Regis Polon. Biblioth. Præfecto.

Eodem hoc anno vixit Ioannes, prius dictus Hiltinus, ex Abbate Epiſc. conſecratus & ad inſulas Sueciæ adiacentes, ad Bircam ordinatus verbi Dei præco, ab Adalberto Archiepiſcopo Bremenſi; quæ in particulari egerit non liquet. *ex Annalibus Adam. Brem. lib. 4. capit.* 44. *& in deſcript. Suec. Krantz. Metrop. lib. 5. cap.* 28. Recenſente eodem qui ſupra.

IX. De S. Gudulæ ſeu Gud. S. Ingonis Reg. ſororis geſtis & martyrio.

Hoc non inferior Gudula ſeu (vt alii volunt) Gudæ, Regiis in Suecia orta natalibus, Ingonis III. Regis ſoror, eximiis naturæ ac fortunæ dotibus, fide ac in Deum pietate magis enituit: Hæc poſtqam nubiles attigit annos Sueon II. Regi Daniæ in matrimonio traditur. Sed quia conſanguinitate inter illos deprehenſa, illegitimum probabatur matrimonium, ſummi Pontificis monitis, ac cenſuræ Adalberti Archiepiſcopi Bremenſis tandem ceſſit Rex, & libellum repudii dedit conſobrinæ. Guidula igitur ab illius thoro amota, reliquum tempus inſtar viduæ, cum ſumma morum integritate tranſegit, caſtitatemque votis profeſſa cælibem vitam egit, abſtinentia, voluntariaque præterea corporis diuexatione illicitæ copulæ noxam, vt apud DEVM, ſiue ignorantiæ, ſiue iuuenilis licentiæ veniam mereretur, ſeuerius caſtigauit. Cæterum, quia nouerat quanti non ſolum meriti, laboris, verum etiam apud DEVM foret in carne præter carnem viuere ſumptuoſum de ſua hæreditate, quam habuit ampliſſimam, in Veſtrogothia extruxit monaſterium, ſuo de nomine appellatum Guthemum. Quo in loco plurimas virgines ac fœminas ad complectendam conſeruandamq; carnis integritatem, cum animi puritate inuitatas, ipſa ſanctiſſimis vitæ cœleſtis exemplis & monitis ad omnem ſanctitatem informauit, vnaqueſecum ad portum ſalutis æternæ feliciter perduxit. Quin etiam circa ead. tempora furore Gentilium Suecia Confeſſores CHRISTI expulſos, Adaluardū ſeniorem ſocioſq; eius benigniſſimè collectos ſūma proſequebatur veneratione, quaſi à Deo miſſos, eorumq; in ſpirituali refecta colloquio, tēporalib. viciſſim refecit donis, ac per Daniam tranſmiſit incolumes Bremam. Archiepiſcopo quoque Adalberto magna per eos Xenia miſit. Exinde Guthemum Chriſtianis fluctuantibus portum ſtatuit tutiſſimum, ipſaque miſerorum orphanorum & viduarum quaſi mater quædā communis effecta, omniū neceſſitates curabat egregiè. Sed nec inerti otio tempus effluere paſſa eſt. Domi quotidiana conſuetudine, exquiſita ſacratiorum ornamenta opere Phrygio tingebat, inque eandem operam continuam virginum curam cogebat: inter quæ chlamydem

Sacer-

Sacerdotalem (pluuiale vocant) ſubtilibus ſigillis illuſtrem, auro margaritiſq; pretioſis diſtinctam, ac mirifici operis arte elaboratam, Roſchildenſi ſacrario doni nomine largita eſt. Alia quoque cum plura diuin. inſignia, qua velandis altaribus, qua induendis Sacerdotibus, qua veſtiendis parietibus, qua conficiendis ſacroſanctis myſteriis idonea operata eſt. Non tulit æquo animo hanc S. Gudilę ſiue laudis famam, ſiue virtutis pietatiſq; gloriam Suenonis pellex impia Thore, verum offenſa maximè furere cępit, ac vitæ Gudilæ inſidiari. Quã ad extremum veneno per ſummũ ſcel⁹ ſuſtulit. Tumulata fuit Galdhemii in monaſterio à ſe fundato, ſuoq; de nomine nũcupato. *De ea Annales Suetici & Danici, Adam Brem. lib. 3. cap. 12. & 16. Abb. Stad pag. 124. Saxo. Gram. lib. 11. Krantz. Metrop. lib. 4. c. 33. Ioan Mag. lib. 18. c. 10. Thom. Bozius de ſignis Eccl. Dei lib. 21. c. 8.* Recenſente eodem qui ſupra.

IESV CHRISTI ANnus 1056.

VICTORIS II. PAPÆ ANN. II. HENRICI II. Imperatoris anno 10. Theodoræ Porphyrogenitæ Imp. ann. 2.

ANNO *Chriſti* 1056. [a] Guntherus Cancellarius Imperat. hoc anno, viſionem vidit memoria dignam, ſcilicet Dominum in ſolio maieſtatis ſuæ reſidere, & eleuato in altum brachio, diſtrictum gladium magno niſu vibrare, & circumſtantibus dicere: *Reddam vltionem hoſtibus meis & his qui oderunt me retribuam.* Poſt paululum, vidit eodem rurſus ſchemate Dominum reſidere, & remiſſo iã in vaginã gladio, & ſuper genua ſua reclinato dicere circumſtantibus: *Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima.* Secuta eſt vltio diuina. [b] His enim temporib⁹ multi diuerſarum Prouinciarum Principes perierunt; fames multas prouincias afflixit, egeſtas & penuria vndique præualuit, multaque alia mala facta ſunt. Henricus Imperator his doloribus cordetenus compunctus, infirmari cepit, & productus vſq; ad mortem, ſapienti tamen vſus conſilio, ab omnibus quibus potuit, veniam petiit; quibuſdam prædia quæ abſtulit, reſtituit: cunctis, qui illum offenderant, remiſit: Filiumque ſuum Henricum, Victoris Pontificis tunc præſentis cæterorumque Pontificum & Principum electione Regem conſtituit. His & aliis, prout vitæ poſſibilitas admiſit, bene diſpoſitis, tertio Non. Octob. vitam præſentem finiuit, Spiræ ſepultus Pontifice Romano præſente. In agone vidit quamplurimos dæmones ſe accuſantes, & ſibi vendicantes: ſcilicet quod electionem Pontificum ſibi vſurpaſſet; quod iudicium in Epiſcopos ſibi arrogaſſet: quod Gebehardum Ratiſponenſem Epiſcopum in carcerem detruſiſſet: quod Beatricem Godefridi Comitis relictam, eo quia ſe inconſulto nupſerat, in vincula abduxiſſet: quod Traſimundum Comitem Teatinum, qui Legatos ſedis Apoſtolicæ violauerat, non caſtigaſſet; quodque aduerſus ſanctam Annonem ſimultatem exercuiſſet. Iſta & alia obiiciebant dæmones morienti: quos tamen ille ope ſancti Laurentii, quem propenſius coluerat, effugauit,

I. Viſio Guntheri Cancellarii quã ſecuta eſt Henr. Imp. mors.
a *Lambert.*
b *Marianus Scotus.*
Henr. anima liberatur a dæmõ. per S. Laurentium.

Henrici tempore, in monaſterio Gamugenſi mirum iſtud cõtigit, dignum quod à [c] Petro Damiani mutuetur. Statutum erat, atque iam per triennium fere ſeruatum, vt cum horis Canonicis quotidie beatæ Mariæ ſemper Virginis officia dicerentur. Erat autem quidam inter eos Gozo, habitu monachus, reprobæ vitæ, atque dicacis & aculeatæ facundiæ. Hic cœpit conqueri, ſatis ſuperque ſufficere, quod ſanctus præcepit Benedictus, nec nouæ adinuentionis pondus debere ſuperponi, nec illos eſſe antiquis Patribus ſanctiores, qui videlicet hæc ſuperſtitioſa & ſuperuacua iudicantes, pſallendi nobis, aiebat, metam, omnemq; viuendi regulam præfixerunt. Quid plura? contra Reginam cęlorum præliari viſus eſt, & confecit. Ad hoc nimirum fratres verſuta machinatione pellexit, vt ſolitas beatæ Mariæ laudes non offerrent. Sed ô diuinum iudicium, à noſtræ prauitatis intuitu non dormitans? Mox enim aduerſus præfatum monaſterium tot aduerſitatum grandines, tot vndique bellorum atque conflictuum exortæ ſunt tempeſtates, vt ipſis quoque monachis minaces gladii necis exitum intentarent. Fiunt vndique deprædationes, vndique rapinæ, conflagrantur cum ſegetibus areæ familiares, ac ſerui loci ſancti crudeliter trucidantur, & nõ iam imago mortis, ſed ipſa mors graſſatur, adeo vt tæderet iam monachos viuere, dum nequaquam poſſent in procinctu certaminis amicum quieti ſuæ profeſſionis officium cuſtodire. Non paruis expenſis ad Teutonum partes Imperator expetitur; pragmaticæ ſanctiones cum titulis aducuntur. Sed tandem eſt in omnibus ſtudiis non fructus, ſed labor ſuperuacuus. Vnde cum ego petitione fratrum ſæpe pulſarer, quatenus ſequeſter accederem, & ſi poſſibile eſſet inter eos fœdera componerem: hac rogantibus voce reſpondi: Chriſtus, inquam, eſt pax noſtra, de quo etiam de virgine recens nato Angelitus dictum eſt: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax. Quia ergo matrẽ veræ pietatis de ſuo monaſterio proiecerunt, dignum eſt, vt inquietis calamitatum tribulationumque procellis atque turbinibus agitentur. Verum fratres illi hæc quæ dixeram, non dubiis erumpentibus ſignis vera probantes, in arcto poſiti tandem ad cor redeũt, pauimento ſe humiliter ſternunt, ac percepta pęnitentia, nunquã ſe de cætero neglecturos ſolita Dei genitricis pręconia, vnanimiter pollicentur. Mox itaq; ita poſt coruſcationes atque tonitrua tandem cœli ſerenitas rediit, vt iucundæ pacis otio fruerentur, & de Scyllea voragine ſe delatos ad portum, gubernante filio Virginis gratularentur. Impletum eſt ergo, quod per Prophetam dicitur: Reuertimini ad me, & ego reuertar ad vos, dicit Dominus.

II. De officio B. Mariæ Virg. in Eccleſiam introducto.
c *in epiſt. ad fratres præcepti tranſgreſſores.*

Per id temporis, [d] ab exemplo B. Dominici cognomento Loricati, faciendæ diſciplinæ mos in Eccleſia inoleuit, vt nõ modo viri, ſed & nobiles mulieres hoc purgatorii genus inhianter atriperent. Quin & Henricus Imperator dum in viuis eſſet, [e] numquam inſignia regalia ſibi præſumpſit imponere, niſi clam per confeſſionis, ac pœnitentiæ, verberum inſuper ſatiſfactionem licentiam à quolibet Sacerdotum ſuppliciter mereretur. Non defuit tamen eodem tempore, quidam Petrus monachus cerebroſus, qui hoc genus mortificationis à ſanctis viris introductum ſugillaret, ita vt oportuerit Petrũ Damiani illum ſcripta epiſtola confutare. Inoleuit etiam per totam Occidentalem Eccleſiam, mos à monachis deriuatus; [f] nempe vt feria ſecunda animabus defunctorum liberandis à pœnis, ſacroſancto miſſarum ſacrificio, ſit adſcripta. Feria ſexta pro memoria Dominicæ paſſionis eodem ſacrificio, inſuper ieiunio & verberum afflictione colenda eſſet. Sabbatum vero in honorem ſanctiſſimæ Dei Genitricis Mariæ celebrandum eodem incruento ſacrificio miſſæ.

III. De introducto vſu & nomine diſciplinæ.
d *Pet. Dam. ep. 4. c. 14.*
e *In vita S. Annonis apud Sur. 4. Decemb.* Henr. Imp. ſe flagellabat.
f *Pet. Dam. epiſt. ad Deſider. Abb.*

Hoc eodem anno Victor Papa Coloniæ Concilium celebrauit, in quo Balduinum & Gotfridum Comites, Henrico quinquenni puero Regi reconciliauit. Toloſæ etiam aliam Synodum habuit, in qua multa ſalubria ad diſciplinam Eccleſiaſticam conſtituit. In Hiſpaniis pariter celebratum eſt eodem tempore Concilium Compoſtellanum præſidente Creſconio eiuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopo. Inter alia Patres ſanxerunt, vt Sacerdotes omnes, Epiſcopi, atque presbyteri miſſam quotidie celebrarent. Vtque clerici tempore ieiunii & Litaniarum, quoties publica delictorum expiatio indiceretur, cilicio induerentur.

IV. Conc. Colon. Conc. Toloſan. Conc. Compoſt.

[g] Conſtantinopoli Theodora Auguſta, cum iam imperaſſet annum vnum, & menſes nouem, inteſtinorum morbo laborans, humanis rebus exempta eſt, cum iam paulo ante ſuaſione eunuchorum renunciaſſet Imperatorem Michaelem, cognomento Stratonicum, ætate ſenem militiæ valde peritum hominem, cui à pueritia aſſueuerat; regiminis autem magiſtratuum curialium inexpertum.

V. Theodora Aug. moritur. Michael Straton. Imp.
g *Curopala.*

Stenchillo Gothorum Sueorumque Rege, cum gentiles Suecones, pro more Vbſaliæ (quod nono quoque

De conuerſione Gen.

Digitized by Google

anno conſueuere) conuenisſent, ſolemni ſacrificiorũ magnificentia, ſuam in Deos religionem cultumque declaraturi, res contigit omni æuo memorabilis, omniumque oculis vſurpata. Quidam enim è ſacrificulis, idolis aſtans, & impios ſacrificiorum ritus peragens, nequicquam iuuantibus Diis ſubita cæcitate percuſſus concidit. Cumque vir ſapiens infortunium orbitatis ſuæ, culturæ idolorum merito imputaret, quod ea ſuperſtitioſe venerans, verum vnicumque Deum Chriſtianorum offendiſſe videretur; ecce nocte ſubſequenti per viſum apparuit ei virgo decora nimis voce perblanda rogitans, an in filium eius (quem manibus complexum oſtendebat) credere viſumque recipere vellet, abiectis quæ hactenus colebat ſimulachris. Tunc ille, qui nihil ardui renueret ſubeundum pro tanto dono, ita ſe facturum ſpopondit.

Ad hæc virgo, ſcito, inquit, certiſſimè hunc locum, qui nunc tanto innocentium cruore ſquallescit, ſub meo nomine breui dedicandum eſſe. Qua de re, ne tibi dubitationis ſcrupulus vllus reſideat, in nomine CHRISTI, qui eſt filius meus recipe lumen oculorum tuorum, quod amittere meruiſti. Mox ille luci reſtitutus, damnato ſuperſtitioſo cultu CHRISTVM profeſſus eſt, pertranſienſque totas in circuitu regiones, facili fide paganis perſuaſit vt eius religionem amplecterentur, qui tam benignè & facilè cæcum illuminaſſet.

His miraculorum cauſis impellentibus, Adalbertus Archiepiſcopus Bremenſis, auſcultans voci quæ dicit: *Reſpicite & leuate oculos veſtros, quorum regiones iam albeſcunt ad meſſem*, ordinauit ad Sictunam, tunc maximam ciuitatem & Vbſaliam, Adaluardum iuniorem, de Bremenſi choro aſſumptum virum literis & morum probitate fulgentem. Qui Legatos Regis Stenchilli eadem de cauſa miſſos ſecutus Sictunam peruenit. Hic in vna miſſarum celebratione ſancto viro ſeptuaginta argenti marcæ ad altare fuerunt ablatæ. Tantæ videlicet deuotionis erant populi Articæ plagæ. Nam vix Chriſtianus habebatur, qui non quotidie, quando ad rem diuinam audiendam accederet, ſimul etiam ex ſua ſubſtantia munus aliquod Domino referret, memor illius præcepti: *Non apparebis in conſpectu meo vacuus.* Magno igitur excitatus feruore Euangelii prædicandi Adaluardus, omnes qui in Sictuna erant, & in circuitu, breui temporis ſpacio CHRISTO, ſacro fonte luſtratos conſecrauit. Conſpirauit etiam cum Eginone ſanctiſſimo Sconiæ Epiſcopo in dirutionem fani percelebris, & inter Idolotetia Principis Vbſaliæ ſiti, rati ſimul ſe quidem hac occaſione ad palmam martyrii peruenire poſſe, ſi ſucceſſus voto non reſpondeat; ſin ſecus totam gentis conuerſionem barbaricæ ſuperſtitionis ſede præcipua ſublata facilius ſecuturam. Quam tamen Confeſſoris Dei voluntatẽ, piiſſimus Rex Stenchillus improbauit, veritus, non ſuum ſolum & ipſorum, ſed etiam totius Chriſtianitatis interitum exemplo illo non abſimili, quod paulo ante in Vandalia contigerat. Quare morem quidem geſſerunt Regi omnes tamen Gothorum ciuitates peragrabant, idola quæ poterant confringebant, & multa gentilium millia Baptiſmi ſacramento expiabant.

Eo tempore Adaluardus ſeniorem ætate ac prædicationis labore fatigatum, carniſque ſolutum vinculis reperit, cuius exequias cum luctu procurans, Sictunam denuo properauit. Sed rerum Chriſtianarum faciem reperit diuerſam ab illa quam prius reliquerat. Venientem quippe probris ac contumeliis exceperunt gentiles, ac demum virgis cæſum exilio damnarunt.

Sictuna repulſus, à ciuitate Scarenſi inuitatur excipiturque benignè, quod Archiepiſcopo Adalberto diſplicuit; quippe ſuſpicio illi iniecta, quaſi eo non inuitatus veniſſet, ſed vltro Eccleſiam inuaſiſſet. Quare Bremam eum primum reuocat, deinde re probè comperta ex Synodo quam Sleſuici indixerat omnibus Epiſcopis Septentrionalibus, ſummo hominem complexus eſt amore ac beneuolentia, ſed non licuit ei diuturna ipſius frui præſentia; quippe non multo poſt ibidem curſum vitæ præſentis ſanctiſſimè finiuit: Anno circiter 1068. Quo defuncto, ſubrogauit Archiepiſcopus eidem quendam de Ramſola Tediconem: Verum hic propter ventris ingluuiem, domi famelicus eſſe maluit, quam foris Apoſtolus. *Adam. Bremen. libro 4. capit. 43. & 44. in deſcript. Sueciæ. Krantz. Metrop. libro 5. ca. 18. Ioan. Mag. libro 7. Hiſt. capit. 15. & in ſua Metrop. libro 1.* Recenſente Ioan. Vaſtouio Sigiſmundi III. Regis Polon. Bibliothecæ Præfecto.

B. Adaluardi obitus.

Eadem hac tempeſtate floruit Simon II. Epiſcopus & martyr, prius nominatus Stenphi, quem alii Stephanum appellatum volunt. Hic in monaſterio Porbe enſi Saxoniæ ab adoleſcentia educatus, & in diuinis legibus ita inſtitutus, vt poſtmodum dignus habitus fuerit, qui ſupra candelabrum in domo Domini collocari poſſet. Quamobrem ab Adalberto Archiepiſcopo Bremenſi ſocius Legationis Adaluardo ſeniori, cæteriſque ad gentes Sueonum Gothorumque conuertendas mittitur. In Sictunenſi primum ciuitate, ac tota vicina regione plurimos vexillo CHRISTI aggregauit; mox Vbſaliam Regni Metropolim, vbi idolorum ſimulachra ſuperſtitioſius quam in toto Septentrione colebantur, adiit, indeque poſt vincula, verbera & carceres in exilium actus, ad Helſingos & Scricfinnos ſeſe conuertit, apud quos innumerabilem populum CHRISTO acquiſiuit, eorundem factus primus ac præcipuus Apoſtolus. Decurſo tam laudabili ſtadio, martyrii brauium attigit, ſepultus in Norala Auſtraliore parte Helſingiæ ad noſtram vſque ætatem ſignis & miraculis per diuinam clementiam illuſtratus, cuius honorem & gloriam quantum potuit, dum viueret illuſtrare laborauit. De eo Annal. *Suetiæ. Adam. Brem. libro 4. in deſcript. Sue. ia. Krantz. Metropol. libro quinto, capit. 18. Ioan. Mag. libro 17. Hiſt. capit. 15. & in ſua Metropol. libro primo Thomas Bozius libro 4. de ſignis Eccleſ. Dei, capit. primo, Platus de bono ſtatus religioſi.* In his authoribus occaſio & genus martyrii deſideratur. Recenſente eodem qui ſupra recenſ.

De S. Simone Helſingor. primo Apoſt. Epiſ. & mart.

IESV CHRISTI ANnus 1057.

VICTORIS II. PAPÆ ANN. III. MICHAElis 6. Imperat. anno 1.

ANNO *Chriſti* 1057.[a] Henrico Imp. defuncto, Fridericus olim ſedis Apoſtolicæ Legatus, à Traſimundo Theatino Comite ſpoliatus, ſed religionem ſancti Benedicti in monaſterio Caſſinenſi profeſſus, Romam venit, reumque Traſimundum fiducia magna peregit. Non poterat Victor Papa hominem non excommunicare. Qua ſententia hic percuſſus, omnia quę rapuerat, vna cum caſtro Friſa, Friderico, monaſterio, & Eccleſiæ reſtituit.

I. Traſimundus Comes excommunicatur. a *Leo Oſtie. lib. 2. c. 95. & 102.*

Friderici porro monachi, Deus, patientiam & labores remunerauit. Hoc enim anno primum Abbas Caſſinenſis ab Humberto ſedis Apoſtolicæ ad electionem miſſo præſide; deinde à Victore Pontifice presbyteris Cardinalis tituli ſancti Chryſogoni; & tandem mortuo Florentiæ Papa Victore, ſummus Pontifex à collegio Cardinalium creatus eſt. Placuit ei nomen Stephani aſſumere; quoniam ipſo die agebatur celebritas ſancti Stephani Papæ & martyris, quæ incidit in diem ſecundam Auguſti. Factus Pontifex, quatuor menſibus aliquot Synodos celebrauit, in quibus multa contra clericos concubinarios cõſtituit: motus quodam exemplo, quod tunc recens Romæ contigerat. Iuxta canonicam B. Cæciliæ trans Tiberim conſtitutam presbyter habitabat, qui nec fœminã vllo modo quieſcebat abiicere, nec vnquam poterat ſtatuta Conciliorũ niſi vana prorſus &

II. Victor. PP. obitus & Steph. PP. X. creatio.

frivola

ſtiuola iudicare. Quadam itaq; die dum incolumis, vegetus, ac robuſtus exiſteret, veſpertinis horis ad quieſcẽdum ſe in lecto compoſuit: ſed repentina diuinæ vltionis animaduerſione percuſſus, mane repert⁹ eſt cadauer exanime. Erat tunc Romæ Petrus Damiani ad Concil. à Stephano Papa accitus, & iudiciis crimino ſorum præpoſitus. Dum eum canonici interrogarent, quid tali mortuo facere deberent: reſpondit: vt eum quidem, quia presbyter fuerat, penes Eccleſiam ſepelirent; ſed nullum ei vel hymniorum, vel Pſalmodiæ officium redderent, quatenus & inceſtis terror accreſceret, & caſtitatis gloria germinantius pullularet; & certè *dignus videretur, vt mortuus* (iuxta Prophetam) *ſepulturam poſſideret aſini, qui dum viueret, humana contempſit lege conſtringi.*

III. Pet. Damia. creatur Cardin. & Epiſc. Oſtien.

Hæc Damianus Eremita, quem propter ingenii & iudicii præſtantiam, & ſingulares virtutes, Stephanus Papa vel inuitum & reluctantem inter Cardinales S.R.E. Epiſcopum Oſtienſem creauit. Hic porro inter principes Eccleſiæ connumeratus, tum ſeipſum inprimis, tum & reliquos Collaterales Cardinales, voluit officii admonere, ſcripta epiſtola venerabilibus in Chriſto SS. Epiſco. Lateranen. Eccleſiæ Cardinalib. Quod vero non omnibus præſcripſerit, operæ pretium eſt cognoſcere ſtatum Romanæ Eccleſiæ hoc tempore. Ita eum deſcribebat antiquus Codex Vaticanus. b *Cod. Vatican.*

IV. Quis ſtatus Eccl. Rom. tunc fuerit & forma.

Sunt in Eccleſia Romana, quinque Eccleſiæ Patriarchales. Prima eſt Eccleſia Lateranenſ. quæ & Conſtantiniana, & baſilica ſaluatoris diuerſo nomine nuncupatur. Hæc habet ſeptem Cardinales Epiſcop. hoſque dictos Epiſcopos collaterales, itemque & hebdomadarios, eo quod ſingulis hebdomatibus per vices cõpleant munus Pontificis. Epiſcopi Cardinales erant hi, Epiſcopus Oſtienſis, Epiſc. Portuenſis, Epiſc. S. Rufinæ, ſiue Siluæ candidæ, Epiſc. Albanenſis, Epiſc. Sabinenſis, Epiſc. Tuſculanus, Epiſc. Prænestinus. Alia Patriarchalis eſt S. Mariæ, Maior dicta, in qua habet ſeptem Cardinales presbyteros, ſcil. Cardinalem SS. Apoſt. Philippi & Iacobi, S. Cyriaci in Thermis, S. Euſebii. S. Pudentianæ, ſancti Vitalis, ſanctorum Petri & Marcellini, & S. Clementis. Alia Patriarchalis Eccleſia ſancti Petri, in qua item ſeptem ſunt presbyteri Cardinales, ſcilicet S. Mariæ trans Tiberim, S. Chryſogoni, S. Cæciliæ. S. Anaſtaſiæ, S. Laurent. in Damaſo, S. Marci, SS. Martini & Syluestri. Alia Eccleſia Patriarchalis eſt baſilica ſancti Pauli, in qua ſunt Cardinales, S. Sabinæ, S. Priſcæ, S. Balbinæ, ſanctorum Nerei & Achillei, ſancti Sixti, ſancti Marcelli, ſanctæ Suſannæ. Quinta Parochialis eſt ſanctus Laurentius extra muros, in quo ſunt hi Cardinales, S. Praxedis, ſancti Petri ad vincula, ſancti Laurentii in Lucina, ſanctorum Ioannis & Pauli, SS. Quatuor coronatorum, S. Stephani in monte Cælio, S. Quirici. His autem Patriarchalibus Eccleſiis hi erant præfecti, Lateranenſi primus Epiſc. collateralis, S. Mariæ Maiori Archipresbyter Cardinalis, S. Petro Archipresbyter Cardinalis, Eccleſiæ ſancti Pauli Abbas Cardinalis, Eccleſiæ ſancti Laurentii Abbas Cardinalis, ſunt præter titulos Diaconiæ, iiſque præfecti Diaconi Cardinales, dicti Regionarii, iidemque numero duodecim. Diaconis Regionariis præfecti item Diaconi Palatini ſex: hi præſunt Diaconiis, quæ ſunt ſancta Maria in Dominica, cui præeſt Archidiaconus, ſancta Lucia ad ſeptem ſolia. S. Maria Noua, ſancti Coſma & Damiani, ſanctus Hadrianus, ſancti Sergius & Bachus, ſanctus Theodorus, S. Georgius, S. Maria in ſchola Græca, ſancta Maria in Porticu, ſanctus Nicolaus in carcere S. Angelus in Foro Piſcario, S. Euſtachius, S. Maria in Aquiro, S. Maria in via lata, S. Agatha in Equo marmoreo, ſancta Lucia in capite Suburræ, S. Vitus in Macello. Eſt munus Diaconorum Regionariorũ cantare Euangelium in ſtationibus. Palatini cantant Euangelium in Eccleſia Lateranenſi. Subdiaconi ſunt omnes numero viginti & vnus; ſeptem Regionarii qui Epiſtolas & lectiones cantant in ſtationibus, ſeptem Palatini, qui idem munus præſtant in Eccleſia Lateranenſi, ſeptem alii qui dicuntur ſchola Cantorum, qui cantant tantummodo, quando ſummus Pontifex celebrare conſueuit. Sunt in vrbe Abbatiæ viginti duæ, videlicet, ſancti Cæſarii in Palatio ſancti Gregorii in cliuo Scauri, ſanctæ Mariæ in Auentino, ſancti Sabini Epiſcopi, ſanctorum Alexii & Bonifacii, SS. Priſcæ & Aquilæ, S. Sabbæ, ſancti Tiburtii, SS. Coſmæ & Damiani in vico aureo, ſancti Sylueſtri inter duos hortos, S. Mariæ in Capitolio, S. Blaſii iuxta Palatiũ, S. Agathæ, ſancti Laurentii in Paneperna. ſancti Thomæ iuxta forum Claudii, ſancti Blaſii inter Tiberim, & portam ſancti Petri, S. Trinitatis Scotorum, ſancti Valentini iuxta pontem, S. Mariæ in capite Aureo S. Mariæ in Pallaria, S. Mariæ iuxta ſanctum Petrum ad vincula. Inſuper præter ſeptem collaterales Epiſcopos erant alii Epiſcopi, qui dicuntur ſuffraganei Romani Pontificis, nulli alii Primati, vel Archiepiſcopo ſubiecti, qui frequenter ad Synodos vocarentur. In Campania Tiburtinus, Anagninus, Signinus, Ferentinus, Alatrinus, Vernlanus, Soranus, Fundanus, Caietanus, Tarracinus. In Marſis ſunt hi, Furconenſis, Marſicanus, Valuenſis, Theatinus, Pennenſis, Aprutinus. In Tuſcia ſunt hi, Nepeſinus, Sutrinus, Ciuitenſis, Hortanus, Balneoregienſis, Vrbeuetanus, Viterbienſis, Caſtrenſis, Suanenſis, Cluſinus, Peruſinus, Caſtellanus, Aricinus, Groſſetanus, Volaterranus, Senenſis, Lucanus, Piſtorienſis, Florentinus, Feſulanus, Lunenſis. In Vmbria & Marchia Spoletum, Aſiſſium, Fulginas, Nucerinus, Eugubinus, Reatinus, Tudertinus, Amerinus, Narnienſis, Interamnenſis, Eſculanus, Firmanus, Camerinẽſis, Auximanus, Humanus, Anconitanus, Eſinus, Senogallẽſis, Fanenſis, Piſaurienſis, Foroſempronienſis, Callienſis, Vrbinat, Ariminen. Ferẽtanus. Hic Eccleſiæ Romanæ ſtatus in præſenti. Ex primis Epiſcopis Cardinalibus primus fuit Oſtienſis Petrus Damianus, qui ad collegas epiſtolam ſcripſit, ex qua libuit commemorare iſta pauca: *Vos autem,* inquit, *dilectiſſimi, quibus omnia praua datum eſt ex Apoſtolicæ ſedis auctoritate corrigere, voſmetipſos cæteris non modo fidelibus, ſed & Sacerdotibus quamdam viuendi regulam exhibete. In vita noſtra legatur, quid agi, quid vitari conueniat. Ex labiis noſtris verba otioſa non effluant: Sacerdotalem linguam diſcreti ſilentii cenſura compeſcat; non ioci ſoluant; non pectus noſtrum lætitia immoderata concutiat: pueriles ludus abſcedat: mordax eloquentia, vrbana dicacitas euaneſcat; caueantur ſcurrilia verba; nec aliquando miſceantur fabuloſa colloquia. Quomodo enim ex ore ſacerdotis oratio ad Deum munda dirigitur, quod videlicet proprii ſermonis ſordib. inquinatur? Aut quomodo inter Deum & homines lingua mediatrix efficitur, quæ iram Iudicis ex proprio reatu & ipſa meretur? Incaſſum quippe reus ſupplicationibus vtitur, cum interceſſor ipſe culpabilis inuenitur. Quod igitur, dilectiſſimi, non modo Sacerdotes, ſed Sacerdotum nos decet eſſe magiſtros, neceſſe eſt, vt vita noſtra quaſi quadam ſit linea & velut adamantis ſignaculum, quod viuendi cæteris formam adhibeat. Adamantinum quippe ſigillum ſuam cæteris imprimit, à nullis vero metallis imaginẽ ſumit. Cũ igitur ex diuerſis mundi partibus aduentantiũ nobis ingruit multitudo, cum multimodæ conſperſionis homines obſtrepunt, cum morigerari ſibi quiſque nos importune compellunt; vultus noſter ſemper idem, ſic feſtiua quadam ſerenitate reſplendeat; ne, quod abſit, in aliquo leuitas puerilis erumpat: ſic Sacerdotalem vultum grauitas matura componat, ne rigorem nimium intuentium infirmitas perhorreſcat; ſic alios hilaritatis noſtræ dulcedo demulceat, vt ſeueritas noſtra ſeſe in petulantiã, vel laſciuiam non reſoluat. Ridere quis, vel leuiter loqui incipiens, ſi nos repente conſpexerit, verbum ſupprimat, ori digitum ſuperponat, territus obmuteſcat. Sic, ſic videlicet cum Petro clauis Eccleſiæ, merito facti participes, obtinebimus, dum noſmetipſos rectam viuendi formam, atque ſignaculum cæteris fidelibus exhibemus.* Hæc & alia plura Damianus Epiſcopis Cardinalibus præſcribebat.

Præcepta pro Sacerdotibus & aliis Eccleſiaſt.

V. Stephã. PP. confortat Archiepiſc. Rhem.

Stephanus Papa, eodem anno datis Vuillelmo Archiepiſcopo Rhemenſi literis, hortabatur illum ad tolerantiam aduerſarum rerum pro fidelitate ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & pro ſanctorum canonum defenſione. Inuitabat etiam, vt pro quinto die poſt feſtum Paſchatis Romæ cum ſuffraganeis Epiſcopis adeſſet, ad Synodum celebrandam.

V.
Mich. Imp. cedit Iſacio Comnemo
c *Curopala.*

Conſtantinopoli, [c] Michael Cerularius Patriarcha, vt Iſacium Comnemum Imperio præficeret, miſit Legatos Metropolitas ad Imperatorem, qui ſuaderent ei Imperio cedere, ad proprias ædes ſecedere. Cum vero ſenex ipſe Imperator Michael miſſos ad ſe interrogaſſet: Et quid pro Imperio tradit Patriarcha? Et illi reſpōdiſſent: Cœleſte Regnum: ſtatim depoſita purpura, & cocco tinctis calceamentis, veſte priuata indutus deſcēdit. Succeſſit ipſo menſis Septembris initio Iſacius Comnemus, vnico nomine tyrannus, & Diuum contemptor. Statim enim regio numiſmati ſe Spataphorum iuſſit imprimi,

Iniqua Iſac Imp. actio.

ſcilicet accepta omnia non Deo referens, ſed propriæ virtuti, & rei militaris peritiæ. Monaſteriis deinde multas poſſeſſiones ademit, & relictis monachis idoneis ſumptibus ad victum, quos computari iuſſerat, id quod ſupererat publico vendicauit: Rem iis qui conſiderate iudicabant, dicentibus ex prompta impietate, & iniquitate ad ſacrilegium profectam. Politici excuſabant, rectè illum feciſſe: ſcilicet vt ad paupertatem eos, qui ipſam profeſſi eſſent, adduceret; & Sybariticas epulas ad delicias auferret; & finitimos, id eſt, qui propinquos agros haberent, à monachorum moleſtia & auaritia liberaret. Illud recte egit, cum res magnæ Eccleſiæ, clericis adminiſtrandas permiſit, neque quemquam ex aula Imperiali his aut præeſſe, aut intereſſe iuſſit. Item cum auaritiam Epiſcoporum in ordinatione cleri coercuit, modumque ſoluendi conſecratoribus impoſuit.

IESV CHRISTI ANnus 1058.

STEPHANI X. PAP. ANNO I. ISACII Comnemi Imp. ann. I.

I.
Stepha. PP. Legatos Cōſtantinop. deſtinat.
a *Leo Oſtiē lib. 2 ca. 99. 100. & ſeq.*

ANNO *Chriſti* 1058. Stephanus Papa, vt ſchiſmate Conſtantinopolitanam Eccleſiam ab Occidentali præciſam reduniret, [a] Deſiderium Abbatem Caſſinenſem deſignatum, & Stephanum Cardinalem, & Mainardum poſtea ſiluæ candidæ Epiſcopum Legatos deſtinauit. Cogitabat pariter Godefridum fratrem Ducem Tuſciæ in Imperium Occidentis euehere: & cum eo è Florentia ad Northmannos Italia pellendos in Apuliā proficiſci. Huic rei iuſſerat, omnem theſaurum monaſterii Caſſinenſis clam deferri. Mirum tunc contigit. Cum ea de re monachi triſtarentur, & matutino tempore mittere quæ Pontifex deſiderabat maturarent, nouitius quidam bonæ conuerſationis Leo cognomine Amalphitanus,

Viſio.

poſt nocturnam ſynaxim, cæteris Eccleſiam exeuntibus, orandi gratia ſubſtitit, & poſt orationē reſidens parumper obdormiuit: cernebatque in ſomnis reuerenda canitie monachum, vna cum ſanctimoniali quadam ab ipſis abſidæ prodire adytis, & ad medium Eccleſiæ perueniſſe, eandemq; ſanctimonialem ſuffuſam lachrymis, quod quaſi prædaretur, elata voce non mediocriter conqueri. Quam ita vociferantem monachus ille à latere comitans, taliter conſolabatur: Noli, inquiens, ſoror, noli flere: nam hæc omnia ad nos proxime reuertentur. Experrectus frater retulit viſum ſecretario, Is vero Abbati, Abbas autem Pontifici, qui nonniſi icona, quam ſecum Conſtantinopoli attulerat, ablata, omnia Caſſinum remiſit. Poſt hæc Florentiam iturus congregatis intra Eccleſiam Epiſcopis, & clero, populoque Romano, ſub excommunicationis comminatione conſtituit, vt ſi, antequam Hildebrandus Romanæ tunc Eccleſiæ ſubdiaconus ab Imperatrice, ad quam pro quibuſdam Reipubl. negotiis communi conſilio mittebatur, ſe mori contingeret; nullus omnino Pontificem eligere auderet, ſed vſque ad illius reditum ſedes Apoſtolica vacaret, eius demum ordinanda conſilio.

II.
Stepha. PP. Florentiam proficiſcitur & ibi moritur.
b *in vita Io Gualberti.*

His tranſactis Florentiam iniit, & tum Ioannes Gualberti tum Hugonis Abbatis Cluniacenſis ſanctorum virorum præſentiam deſiderauit. Non ſe dignum cenſebat [b] Gualbertus. Itaque eo tempore, quo deferri æger

A

deberet, & iam aliquantum proceſſiſſent, ad eius preces mox ingens extitit aeris tempeſtas, ventis ſæuientibus, & immenſo imbre è cœlo ruente. Quod Legati cernentes, & non ſine diuino miraculo fieri credentes, illum reduci in monaſterium iuſſerunt, & quod acciderat Stephano retulerunt. Sanctus Hugo venit, [c] dumque eum ægrotantem viſitaturus accederet, eumque ſanctis conſolationibus, & oratione releuaret; dæmon qui morituro manifeſtus aduenerat, territus exiit; Sanctoq; à Pontifice recedente, iterum rediit. Qua de cauſa ſæpius ad ſe Patrem Papa reuocauit; ſæpiuſque reuocatus dæmonem abegit, ſicut ipſe Pontifex præſentibus reuelauit, qui poſtmodum ſancti ſe precibus commendans, ſancta cōfeſſione præmunitus, in eius manibus ſpiritum reddidit quarto Cal. April. ad cuius ſacrum corpus, interuenientibus meritis, plurima ſigna Chriſtus oſtendit.

c *apud Sur. 29. April.*

B

III.
Mincius ſchiſma. Pp. intruditur.
d *Leo Oſtiē. lib. 2. c. 102. & Damian ad Henric. Archiepiſc. Rauennat.*

Stephano defuncto, etiam Legati, qui iam Barium aduenerant, reuerſi ſunt: cum prius quaſi per miraculum à nauigatione, aliquoties nouis emergentibus impediti fuiſſent. Interea Gregorius Lateranenſis, & Tuſculanēſis Comes, adiunctis ſibi aliquot potentioribus Romanorum, omnibus vrbis Cardinalibus Epiſcopis reclamantibus, obſiſtentibus, & terribiliter anathematizantibus, nocturno tempore, cum armatorum turbis vndique tumultuantibus inthronizatur, Ioannem Velitrenſem Epiſcopum, Mincium poſtea cognominatum, cui nomen Benedicti indiderunt. Pecuniis plurimos corruperant, ſuique ſuffragii eos reddiderant. Porro cum non differendam eſſe initiationem intruſi Benedicti exiſtimarent, Epiſcopis per diuerſa latibula fugientibus, presbyterum quemdam Oſtienſis Eccleſię, qui ne vnam quidem paginam ſyllabatim nouerat rite percurrere Satellites ſatanæ rapuerunt, & violenter coegerunt, vt illum intruſum conſecraret.

C

Interim Hildebrandus ab Agnete Imperatrice Florentiam venit, Gerardum Florentinum Epiſcopum Romam ſecum venire perſuaſit, ac Senis electum à clero vniuerſo Pontif. Nicolai nomine ei impoſito, adorauit. Benedicti Pſeudopapæ indigna eſt actio quando ſtigando ſedis Cantuarienſis inuaſori, & hanc & Vuintonienſem Eccleſiam, nō gratis peſſumdare permiſit, qui poſtea per Cardinales Romanos degradatus, perpetuiſq; vinculis innodatus, inexplebilis auiditatis nec moriens fecit finem.

Gerard. Epi Florent. eligitur PP. legitimus dictus Nicolaus II.

V.
Caſimirus Reg. Polon. obitus.
e *Cromer. lib. 4.*

In Polonia, [e] cum Caſimirus decimum octauum regnaret annum, incidit in grauem morbum: quo menſem vnum afflictus, vbi finem vitæ adeſſe ſenſit, proceribus liberos commendauit, & ſacramentis rite procuratus, religioſe tranquilloque animo, quarto Calend. Decemb. extremum vitæ clauſit diem, magnoque omnium mærore Poſnaniæ ſepultus eſt. Mortem eius Cometes portenderat.

D

Caſimiri virtutes.

Fuit Caſimirus in pupillos & viduas clemens & beneficus: in Eccleſiaſticos homines optimis propenſo animo: erga omnes comis, lenis & benignus: denique in omnibus rebus agendis Dei timorem maxime ob oculos habere ſolens. Hic Rex ſedem Epiſcopi, quæ primum Smogoroniæ, deinde Bicinæ fuit, Vratiſlaniam tranſtulit; Inſula vbi vicina ad confluentem Odram ſita, Epiſcopo & collegio Sacerdotum attributa; iure patronatus illi & omnibus Poloniæ Regibus ſaluo in perpetuum conſeruato.

Michael Patriarch Conſtant. abdicatur & pellitur in exilium in quo & moritur, cui ſuccedit Conſtant. Cicud.
f *Curopalat*

Conſtantinopoli, [f] Michael Cerularius Patriarcha, primus omnium Imperatorem expertus infeſtum, ſede electus, & in exilium deportatus eſt. Nimis frequentes & odioſas petitiones Imperatori obtrudebat, minas & abſurdas increpationes adhibebat, ac niſi pareret, Imperii amiſſionem minabatur, vulgare ac tritum hoc dictū proferens: Ego te condidi furne, & ego te deiiciam. Aggreſſus eſt etiam cocco tincta induere calceamenta, antiqui Sacerdotii morem hunc aſſerens, & oportere his vti nouum quoque Archiepiſcopum. Nam inter Sacerdotium, & regnum nihil intereſſe, vel admodum parum, & in rebus pretioſioribus amplius fortaſſe & magis colendum Sacerdotium. Hæc audiens Imperator illum muſſitatem, ſtuduit potius aliquid ipſe perpetrare, quam

E

pati.

Digitized by Google

pati. Quare cum Archangelorum dies feſtus adueniſſet, & Patriarcha ad Soſterium egreſſus fuiſſet, Imp. lucro ſibi oblata occaſione arrepta, veritus ne quis tumultus, aut perturbatio fieret, turmam militum miſit, qui ipſum nō ſine ignominia è throno ereptū, ac mulo impoſitum vſq; ad litus, quod eſt in Blachernis deduxerūt, & ipſum & patrueles eius lembo impoſitos ad Proconeſum deportarunt. Paulo poſt mœrore confectus obiit, cadauer autem illius Imp. Conſtantinopolim referri imperauit, cui vt impoſtores honorē ſanctis debitum conciliarent, manum recens mortui adhuc tepentem in eam formam compoſuerunt, vt benedicentis inſtar, iam rigida appareret. Defuncto Cerulario, in locum eius ſubrogatus eſt Conſtantinus Licudex protoueſtiarius.

IESV CHRISTI Annus 1059.

Nicolai II. Papæ Anno I. Isacii Comnemi Imp. ann. 2.

I. Benedictus inuaſor ſed. Apoſt. excommunicatur in ſynodo Sutrin a *Nicol. Aragonius Cardin.*

ANno Chriſti 1059.[a] Nicolaus PP. Senis electus, antequā vrbem intraſſet, apud Sutrium habita Synodo Benedictū ſedis Apoſt. inuaſorem eum omnibus complicibus & fautoribus excommunicauit. Quæ res tantopere mouit Benedictum, vt conſcientia remordente ſedem quam inuaſerat reliquerit, domumque propriam redierit. Ita ſublato impedimento Nicolaus vrbem humiliter ingreſſus ſummo cleri populique conſentiente gaudio Pontificatum aſſumpſit. Aliquot poſt diebus Benedictus ad eum coram ſynodo in Eccleſia S. Mariæ Maioris veniens, crimen inuaſionis & periurii confeſſus, Epiſcopali dignitate & Sacerdotali gradu motus eſt. Per idem tempus Petrus Damiani amore vitæ ſolitariæ flagrans, libellum renunciationis Epiſcopatus & Cardinalitiæ purpuræ Nicolao obtulit. In exemplum aliquot Patres ſanctiſſimos ſtatuebat, qui propter quietioris vitæ ſtudium, abdicatis dignitatibus in ſeceſſum ſeſe recepiſſent. Inter reliquos vero Siluanum oſtendens, qui propter ſolam corporis incommoditatem, non cunctatus eſt dimittere Thraciam, concludebat: *Cur ego,* inquit, *non deſeram pro cauendis tot animæ vulneribus Romam? Quamquam,* ait, *& ipſi corpori meo non ſit prorſus innoxia, vt puta ferax febrium, nec vagarum. Vnde Tetraſtichon hoc olim protuliſſe me memini:*

Petrus Damianus poſtulat à Pōt. miſſionem à Card. Epiſcop. dig.

Roma vorax hominum, domat ardua colla virorum,
Roma ferax febrium, necis eſt vberrima frugum.
Romanæ febres ſtabili ſunt iure fideles,
Quem ſemel inuadunt, vix à viuente recedunt.

Anima igitur, ait, ſimul & corporis aduerſitate detentus, reuertatur fugitiuus ad Dominum ſuum: ſpretis porcis & ſiliquis, ad patris oſculum filius redeat; ad vires Samſon priſtinas, capillis naſcentibus, inualeſcat, quatenus ſtolam primam, quam amiſerat, induat, & victores ſuos reparatis viribus ſternat. Hæc & alia plura Damianus Nicolao, poſtulans miſſionem. Quam cum ſtatim non impetraſſet, magis inſtitit acrius, occaſione ſumpta ex eo, quod per id temporis veſtes Pontificiæ ſiue ioco, ſiue furto ablatæ illi fuiſſent; & in hoſpitio Pontif. reditus Epiſcopales conſumpſiſſent nec alii ſupereſſent. Ad eum modum ſcribebat Nicolao PP. & Hildebrando Archidiac. *Benedictus omnipotens Deus, quia dum quidquid mihi pro beneficio datum fuerat, tollitur: dum ipſe quoque Sacerdotalis ornatus aufertur, certa mihi ſigna clareſcunt, quod Epiſcopalis in proximo dignitas mihi funditus adimatur. Nam & filij Iacob cum fratrem ſuum Ioſeph perdere decreuiſſent, prius eum talari atque polymita tunica nudauerunt. DOMINVS etiam cum Aaron Sacerdotem obire præciperet, ait Moyſi: Pergat Aaron ad populum ſuum, & paulo poſt: Cum nudaueris, inquit, patrem veſte ſua, indues ea Eleazarum filium eius, & Aaron colligetur, & morietur ibi, nimirum quem à Sacerdotali iam officio quieſcere voluit, ſacra prius veſte nudauit, eaque filium induens, pro patre miniſtrare conſtituit. In ablatione igitur veſtis, claret amiſſio dignitatis. In tripartita quoque reperitur hiſtoria, quia cum fames Hieroſolymorum prouinciam occupaſſet, in Cyrillum qui tunc Hieroſolymis præerat: re vera tamquam in Epiſcopum, neceſſitate ciborum turba reſpiciebat egentium. Cumque pecunia ad conſulendum deeſſent, vaſa ille ſacra, ac vela diſtraxit; ſicque populo, qui laborabat inopia, ſubſidia miniſtrauit. Qua de re Conſtantius Imperator ad iracundiam concitatus eſt; ob id maxime, quod Acacius Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopus contra Cyrillum noſcitur machinatus. Sacram namque veſtem, quam famoſiſſimus Imperator Conſtantinus ad honorem Hieroſolymorum Eccleſiæ dederat, Macario illius ciuitatis Pontifici, auro ſcilicet ſericoque contextam, vt ea circumamictus miniſterium ſancti Baptiſmatis adimpleret, Cyrillum aſſeruit vendidiſſe, eamque tunc emiſſe quemdam Thymelicum ſaltatorem. Dumque indutus ea ſolito more ſaltaret, vt ille teſtabatur, protinus cecidit, & contritus, ac diuina vltione percuſſus, ſpiritum exhalauit. Hoc igitur Acacius Cyrillo crimen obiecit, ſicque illum Epiſcopali dignitate depoſuit. Si ergo ſummi illi Pontifices, Aaron videlicet & Cyrillus poſt amiſſionem veſtium, perdiderunt etiam conſequenter Sacerdotalium inſulas dignitatum: quid mihi paruulo & indigno datur intelligi, niſi quia dum ornamentis Sacerdotalibus exuor, Sacerdotali procul dubio dignitate deponor? Præterea monaſterium hoſpitando, & confiſcando muneribus abſtuliſtis, de Epiſcopatu quoque quidquid prouentus inueniri poterat, conſumpſiſtis. Quid ergo reſtat, niſi vt miles emeritus abiiciat cum chlamyde cingulum, qui militaris ſtipendii perdidit donatiuum? Cedant igitur iam in vſus veſtros Epiſcopatus ſimul & monaſteria, nec mihi quiſpiam de cætero inane beneficij nomen obijciat, ſed veſtris luce clarius innoteſcat.* Hæc dum Petrus auribus Nicolai & Hildebrandi ſuggereret, Cardineamq; dignitatem relinqueret, Nicolaus vt prope parem illi ſubrogaret, Deſiderium Abbatem Caſſinenſem, tituli S. Cæciliæ Cardinalem conſtituit.

Acrius inſtat pro miſſione.

Interim etiam Romæ Concilium Epiſc. celebrauit, ad quod Berengarium Turonenſem, qui ad vomitū redierat, aduocauit. Is[b] porro in præſentia eiuſdem Nicolai Papæ, & multorum Epiſcoporum examinatus, ſuum confitens anathematizauit errorem, Ioanniſque Scoti librum exuſſit, cuius lectione ad hanc nefariam ſectam fuerat deuolutus. Commemorabat iſta omnia Berengario toties relapſo Lanfrancus, in hunc modum:[c] *A beata memoria Nicolao totius Chriſtiani nominis ſummo Pontifice, & à centū tredecim Epiſcopis Romæ audita, examinata atq; damnata ſunt. Tu quoq; inclinato corpore, ſed non humiliato corde ignem accendiſti, libroſq; peruerſi dogmatis in medio ſancti Cōcilij in eum conieciſti, iurans per id quod rebus omnibus incomparabiliter maius eſt, fidem à Patribus, qui præſentes erant, traditam inuiolabiliter ſeruaturum, veteremque doctrinam tuam de corpore & ſanguine Domini ab illa die aliis non prædicaturum.* Cæterum formula iuxta quam errorem abiurauit, hæc eſt apud Lanfrancum &[d] Iuonem: *Ego Berengarius indignus diaconus Eccleſiæ S. Mauritij Andegauenſis, cognoſcens veram & Apoſtolicam fidem, anathematizo omnem hæreſim, præcipue eam, de qua hactenus infamatus ſum. quæ aſtruere conatur, panē & vinū, quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationem ſolūmodo Sacramentū, & non verū corpus & ſanguinē Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe, nec poſſe ſenſualiter niſi in ſolo Sacramento manibus Sacerdotum tractari, vel frangi, vel fidelium dentibus atteri. Conſentio autem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ & Apoſtolicæ ſedi, & ore, & corde profiteor de Sacramento Dominicæ menſæ eam fidem me tenere, quam Dominus & venerabilis Papa Nicolaus, & hæc ſancta Synodus auctoritate Euangelica & Apoſtolica tenendam tradidit, mihique formauit: ſcilicet panem & vinum, quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationem non ſolum Sacramentum, ſed etiam verum corpus & ſanguinem DOMINI noſtri IESV Chriſti eſſe: & ſenſualiter non ſolum Sacramento, ſed in veritate manibus Sacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri, iurans per ſanctam & homouſion Trinitatem, & per hæc ſacroſancta Chriſti Euangelia. Eos vero, qui contra hanc fidē venerint, cum dogmatibus & ſectatoribus ſuis, æterno anathemate dignos eſſe pronuntio. Quod ſi ego ipſe aliquando aliquid contra hæc ſentire aut prædicare præſumpſero, ſubiaceam canonum ſeueritati. Lecto & perlecto ſponte ſubſcripſi.* His tranſactis Nicolaus Papa gaudens de conuerſione Berengarii iuſiurandum

II. Concil. Gener. Rom. contra Bereng.

b *Fragmen. ad Glabrū.* Ioan. Scoti libri combuſti.

c *aduerſus Berengar.*

Bereng. hæreſim abiurat.

d *par. 2. c. 10*

illius ſcriptum miſit per vrbes Italiæ, Galliæ, Germaniæ, & ad quæcũq; loca fama illius prauitatis potuit peruenire; vt ſicut Eccleſiæ ſcandalizatæ prius dolebant de eo auerſo; ita poſtea gauderent, gratiaſque Deo agerent de illo reuerſo atq; conuerſo.

III. Bereng. relabitur in hæreſim quam abiurauerat.

A Synodo dimiſſus Berengarius, venenum reſumpſit, & tum contra Eccleſiam, tum contra Pontificem calamum ſtrinxit. Sed cum placitum illud ſanctorum Patrum, communi conſenſu omnes eſſe verum agnoſcerent; ſcilicet, *Hæreticum eſſe hominem qui à Romana & vniuerſali Eccleſia in fidei doctrina diſcordat*. Ideo plerique viri doctiſſimi contra talẽ periurum apoſtatam, ſcripſerunt; Inter quos Lanfrãcus, Guitmundus, Algerus monachus Cluniacenſis, & Albericus diaconus Caſſinenſis, atque ſanctus Vuolphelmus Abbas, & Petrus Damianus. Alia miracula in confirmationem Catholicæ veritatis Petrus enarrabat: Lanfrancus vero multa alia, in Eccleſiaſticis hiſtoriis, & ſanctorum Patrum geſtis inſinuabat: quæ ſcripturæ, inquiens, tametſi illam excellentiſſimam auctoritatis arcem non obtinent, qua donatæ ſunt, quas Propheticas ſeu Apoſtolicas nuncupamus; hoc tamen probare ſufficiunt, quod hanc fidem quam nunc habemus, omnes fideles qui nos præceſſerunt, à priſcis temporibus habuerunt.

Scriptores contra Bereng.

IV. Miracula quæ contigerunt in confirmationes Cathol. veritatis de Euchariſtia.
e in epiſt. ad Deſider. Abbat.

Porro iſta ſunt miracula, quæ Damianus recitabat. [e] Zelotypa quædam mulier habens virum ex adulterii fraude ſuſpectum, qualiter eum ſibi vendicare poſſet proprio thoro contentum, à vicina petiit muliere conſilium. Quæ nimirum peruerſa, & vltricibus flammis euidenter obnoxia, hoc eam ſacrilegium venenata ſerpentis antiqui ſuadela perdocuit, vt corpus Dominicum quaſi communicatura perciperet, quod caute reſeruans viro ſuo poſtmodum non ſine quibuſdã maleficiis propinaret. Quod videlicet à Sacerdote perceptum, vſque dum occaſio præberetur, palliolo reſeruatum non ſine magno dedit ſtupore miraculum. Hæc enim particula Dominici corporis inuenta eſt vſque ad medietatem in carnem conuerſa, altera vero medietas panis ſpeciem nõ mutauit. Idcirco autem Deus omnipotẽs ſacroſanctum illud myſterium in carnis ſpeciem vertit, vt perfidiam reprobæ mulieris augeret, dum viſibilem Dominici corporis oſtẽderet veritatem, quatenus quæ purum panem, vt videbatur ante credebat, veræ carnis ſpeciem cerneret; Sicque ſacrilegam cæpti ſceleris audacia ſub ipſo iudicio condemnaret. Quod autem medietas ſic remanſit, ad euidentioris iudicii teſtimonium profecit, vt dum in vna eademque ſubſtantia hinc panis, illinc carnis adeſſe conſideras ſpeciem, in vtroque veræ carnis, verique panis indifferenter intelligas veritatem. quia & ipſe eſt panis, qui de cœlo deſcendit; & ipſe nihilominus caro, quæ de virginalis vteri materia prodiit. Petrus quoque Amalphitanus Epiſcopus, Stephano Romano Pontifici, præſente Petro Damiano, ſub iureiurando teſtatus eſt, quia cum aliquando ad menſam Domini ſacrificaturus accederet, ſed ſuper ſacramento Dominici corporis adhæſitaret, in ipſa confractione ſalutaris hoſtiæ rubra prorſus ac perfecta caro inter eius manus apparuit, ita vt digitos illius cruentaret, ſicque Sacerdoti ſcrupulum dubietatis auferret. Hæc Damianus opportune contra Berengarii errorem, qui etiam aliam hæreſim docebat, qua negabat CHRISTVM ad diſcipulos eſſe clauſis ianuis ingreſſum.

V. Decretum Nicolai PP. de electione Rom. Pont.

Porro in eodem Concilio Romano Nicolaus Papa, volens omnes modos ſchiſmatis Eccleſiæ ex electione ſummorum Pontificum futuri peruertere, poſt Cardinalium Epiſcoporum, presbyterorum, & cleri populiq; Romani electionem alicuius in ſummum Pontificem, voluit etiam haberi rationem honoris & reuerentiæ Imperatoris pro tempore. Non vt ius eligendi illi deferatur, ſed vt eligendæ vel electæ perſonæ, merita illi ſignificarentur; Ille vero tum proponere ante electionem poſſit, tum poſt electionem defendere Eccleſiam & paſtorem teneretur. Iſto priuilegio cum poſtmodum Imperatores ad opprimendam atque diuidendam Eccleſiam omnino abuterentur, iure merito ab eo iure exciderunt.

VI. Alia conſtitutio Nicol. PP. de Simoniis & concubin. Sacerdot.
f Pet. Dam. in epiſt. ad Florent.

In Eodem pariter Concilio Romano [f] Nicolao Pontifice præſidente conſtitutum eſt, vt quicumque per Simoniacos, catenus fuiſſent, in cuiuslibet Eccleſiaſtici gradus dignitate promoti, in percepti honoris miniſterio permanerent: ex tunc vero & deinceps, quicumq; ſe paterentur à Simoniaco proueni, nihil penitus deberent ex ea promotione lucrari, & ſic miniſtrandi iura deponerent, tamquam ſi hæc nullatenus percepiſſent. Ex hoc conſtituto, Nicolaus poſtea Aldredum Archiepiſcopum Eboracenſem Romam vt pallium acciperet venientem depoſuit. Ex eodem Concilio pariter, Nicolaus Papa Petro Damiano commiſit, vt Pontificia auctoritate, cum Epiſcopis & Sacerdotibus concubinariis ſecretius ageret, eaſq; ad meliorem frugem conuerteret. Is autem cum nihil omnino profeciſſet, hanc ad Nicolaum ſcripſit epiſtolam lectu dignam.

VII. Epiſt. Petri Dam. ad Nicol. PP. in cauſa cleric. concubin.

Domino Nicolao ſummo Pontifici, Petrus peccator monachus debitæ ſubiectionis officium. Nuper habens cum nonnullis Epiſcopis ex veſtra maieſtatis auctoritate colloquium: Sanctis eorum femoribus volui ſeras opponere. Tentaui genitalibus Sacerdotum (vt ita loquar) continentiæ fibulas adhibere. Sed quoniam hæc ſecta eſt, cui ab omnibus contradicitur, aliud quidem quodcumque veſtra Conſtitutionis imperium ſub ſpe perficiendi fidenter indicimus. Huius tamen capituli nudam ſaltem promiſſionem tremulis prolatam labiis difficilius extorquemus. Primum, quia faſtigium caſtitatis attingere ſe poſſe deſperant; deinde quia Synodali ſe plectendos eſſe ſententia propter luxuriæ vitium non formidant. Noſtris quidem temporibus gemina quodammodo Romanæ Eccleſiæ conſuetudo firmatur, vt de cæteris quidem Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſtudiis examen, prout dignum eſt, moueat; de clericorum vero libidine, propter inſultationem ſecularium diſpenſatiue conticeſcat. Quod certe ſatis correctione dignum eſt; ne vnde vulgus omne conqueritur, inde potiſſimum à magiſtris Eccleſiæ in iudiciis taceatur. Si enim malum hoc eſſet occultum, fuerat fortaſſe vtcumque ferendum; ſed, heu ſcelus! omni pudore poſtpoſito, peſtis hæc in tantam corrupit audaciam, vt per ora populi volitent loca ſcortantium, nomina concubinarum, ſocerorum quoque vocabula ſimul & ſocruum, fratrum denique & quorumlibet propinquorum. Et ne quid his aſſertionibus deeſſe videatur; teſtimonio ſunt diſcurſio nuntiorum, effuſio munerum, cachinnantium ioca, ſecreta colloquia. Poſtremo vero omnis dubietas tollitur, vteri tumentes, & pueri vagientes. Ergo præ pudore neſcio quomodo ſupprimatur in Synodo, quod publicè vociferatur in mundo: vt non modo peccantes, vt dignum eſt, non notentur infamia; ſed hi quoque, qui vltores eſſe debuerant, videantur in culpa. Non hic pudor faciem Phinees Sacerdotis operuit, qui nimirum coeuntem cum Madianitide Iſraelitam coram omni multitudine in locis genitalibus, arrepto pugione, transfodit. Porro autem nos contra diuina mandata perſonarum acceptatores, in minoribus quidem Sacerdotibus luxuriæ inquinamẽta perſequimur; in Epiſcopis autem (quod nimis abſurdum eſt) per ſilentii tolerantiam veneramur. Tu autem Domine mi venerabilis Papa, qui Chriſti vice fungeris, qui ſummo Paſtori in Apoſtolica dignitate ſuccedis, noli peſtem hanc per ignauiam ad incrementa perducere, noli conniuendo & diſſimulando graſſanti luxuriæ frena laxare; ſerpit enim hic morbus vt cancer, & viroſa propago ad infinita porrigitur, niſi Euangelica falce, quod male pullulat, amputetur. Abſit igitur, vt ſanctum cor veſtrum ſegnis Heli torpor emolliat, ſed potius ad ſceleris vltionem ingenuus Phinees zelus accendat. Deponantur hi, qui Eccleſiaſticæ caſtitatis non verentur fœdare munditiam; vt eiecti deterreant, quos male ſtantes ad turpis luxuriæ contumeliam prouocabant. Ad vltionem igitur ſe canonicus vigor exerat, & petulantium clericorum mala compeſcat; quatenus & beatitudini veſtræ (quod abſit) neuus non obrepat infamiæ, & ſolitus nitor Eccleſiaſticæ reſplendeat diſciplina. Veſtra quippe clementia non ignorat, quoniam Achab Rex Iſraël, dum Regi Syrorum Benadad inordinata pietate pepercit, diuini aduerſum ſe furoris ſententiam prouocauit, cui nimirum vir Dei ait: Hæc dicit Dominus; quia dimiſiſti virũ morte dignum de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. Hic ipſe quoque vir Dei, cum diceret ſocio ſuo in ſermone Domini: Percute me; noluiſſetque ille percutere, ait: Quia noluiſti

audire

A *audire vocem Domini: ecce recedes à me, & percutiet te leo. Cumque paululum receſſiſſet ab eo (vt ſcriptura teſtatur) venit in eũ leo atq; percuſſit. Quib^a^ vtiq; ſacri eloquij verbis quid aliud innuitur, quam quia incompoſita pietas procuIdubio meretur iram Dei, dum nõ promulgat in reos ſub diſtricti examinis æquitate cẽſuram? Meritoq; debet superni iudicij ſubire vindictã, qui neglexit in ſubditos exercere diſciplinam, illiq; leoni, qui circuit quærens quẽ deuoret, merito traditur, qui ab inſtigendo pœnitenti à vulnere per torporis deſidiam cohibetur. Sic igitur ingenuus veſter ſpiritus, & ad tollendum caſtitatis opprobrium ſe feruenter accingat, ſit ſe in vltionem Nicolaitæ hæreſis ſtrenue ac viriliter erigat, vt iuxta ſponſionem Phinees pacem ſui fœderis vobiſcum Deus omnipotens ſtatuat, imo ſicut Eliã, caſis typice 450. Sacerdotibus, cœlo vos non equis igneis ſed Angelis comitãtibus introducat.* Hactenus Petrus Nicolao Pont. qui vt erat honeſtatis amator, ſynodali decreto cõſtituit. *Nullus miſſam audiat presbyteri, quem ſcit concubinam indubitanter habere, aut ſubintroductam mulierem.*

Decretum Nico. PP. de probris concubin.

B

VII. Petr Dam. res Eccleſ. Mediolanẽ. componit.

Per idem temporis Nicol. PP. fatigatus Mediolanen. cleri precibus, ad Nicolaitarũ & Simonis ſectatorũ reliquias ſuccreſcentes extirpandas, Petr. Damian. & Anſelmũ Lucenſ. Epiſc. Legatos miſit Mediolanum. Præclarã operam ibi tũc Petrus nauauit. Quod enim dignitatem ſedis Apoſtolicæ attinet, illam acriter oſtendit & defendit, inter alia hæc pro concione locutus; ^g^ *Omnis ſiue Patriarchatus cuiuslibet apicem, ſiue Metropoleon primatus, ſiue Epiſcopatuum cathedras, vel Eccleſiarum cuiuſcunq; ordinis dignitates, ſiue Rex, ſiue Imperator, ſiue cuiuslibet conditionis homo purus inſtituit, & prout voluntas aut facultas erat ſpecialium ſibi prærogatiuarum iura præfixit: Romanam autem Eccleſiam ſolus ille fundauit & ſuper Petram fidei mox naſcentis erexit, qui beato vitæ æternæ clauigero, terreni ſimul & cœleſtis imperij iura cõmiſit. Nõ ergo quælibet terrena ſententia, ſed illud verbũ, per quod cõſtructũ eſt cœlũ & terra, per quod denique omnia condita ſunt elemẽta, Romanam fundauit Eccleſiã. Illius certe priuilegio fungitur, illius auctoritate fulcitur. Vnde non dubiũ, quia quiſquis cuilibet Eccleſiæ ius ſuũ detrahit, iniuſtitiam facit: qui aũt Rom. Eccleſiæ priuilegiũ ab ipſo ſummo omniũ Eccleſiarũ capite traditum auferre conatur; hic procul dubio in hæreſim labitur: & cum ille notatur iniuſtus, hic eſt dicendus hæreticus. Fidẽ quippe violat, qui aduerſus illã agit, quæ mater eſt fidei: & ille contumax inuenitur, qui eam cunctis Eccleſijs prætuliſſe cognoſcitur.* Hæc pro dignitate Eccleſiæ Rom. Petrus Damian. cum perorasſet, atq; quod conſequens fuerat, Nazarium Petri Apoſtoli auctoritate à Lino baptizatum, conditorem Eccleſiæ Mediolanenſis oſtendiſſet, inſuper Prothaſium & Geruaſium ſancti Pauli diſcipulos fuiſſe amplificatores fidei apud Mediolanenſes commemoraſſet, tantum in Synodo congregata indidem conatus eſt, vt & Epiſcopum iuramento obligarit, & clerum reliquum induxerit, ad extirpãdas Simonis & Nicolai turpes labes. Non eſt omittendum id quod in ſeipſum Damianus ſtatuerit, cui munuſculum quoddã ab Abbate S. Simpliciani acceperit. Narrantem præſtat audire. ^h^ *Mediolanẽſ. vrbem, ait, D. Nicolai PP. legatione functus, adij. Ibi dum eſſem, Abbas S. Simpliciani vaſculum mihi argenteum loco muneris miſit. Quod dum oblatum repente vidiſſem, primo quidem aſpernatus abhorrui, & cur ille mihi munus offerret, ſubtiliter inquiſiui. Suſpicatus quippe ſum quod negotium fortaſsis haberet, atque ideo anticipando præueniens, muneribus occuparet. Mos quippe eſt apud nos, miniſtris videlicet Apoſtolicæ ſedis, ab his quorum negotium pendet, nihil prorſus accipere, ab his autem, qui omnino quieti ſunt, ſi dare voluerint, non abijcere, & hæc regula non omnium noſtrum, ſed illorum duntaxat eſt, qui meliuſcule ſe ab auiditate cuſtodiunt. Quid plura? Conuenitur ad commune colloquium; cur donũ ſit largitus, inquiritur: verũ cauſam habeat, ſciſcitatur. Vndiq; quietus, ex omni parte reperitur ſecurus: ita vt reipſa reſpondere videretur: In medio populi mei habito. Adhuc tamen quæſiui; vtrum dum ad Eccleſiaſticos ordines aſcenderet, ſiue cum monaſterij regimen accepiſſet, venalitatis forte commercium irrepſiſſe cognoſceret. Cumq; hæc omnia funditus abnegaſſet ille, & nõ pro talibus ſe dediſſe munus aſtrueret, ſed ob hoc ſolum, vt in noſtram amicitiã aditũ reperiret; reſpõdi, vt, quod ſuũ eſt tollens, amicitiã noſtrã non more ſæcularium mercede redimeret, ſed quod inter fratres eſt legitimum, gratuito poſſideret. Inter hæc tamen (vt vobis in aure*

C

Quid de ſe ipſo dicat Petr. Dam. ob munuſculum acceptatum.

g epiſt. ad Hildebran.

h ep. ad Domnum.

D

E

A *loquar) mens mea talis erat, vt poſtquam etiam diſtricte requirerẽ, nihil in eo noxium reperi: ſi ille mihi ad ingerendum munus importunus exiſteret, eius violentia mihi nullatenus diſpliceret. Volebam ſiquidem mihi vim fieri, & velut inuitus ad vota compelli. Cumque ille ad recipiendum quod ſemel dederat, ſe prorſus auerteret, & ne aurem quidem petitionibus inclinaret: ego iam ſecurus & audacior factus, vt ſua reciperet, ingerebam. Interea dies elabitur, Cumq; peculiaribus Pſalmis nocturnus meditator inſiſterem, cæpit me conſcientia acrius remordere, & quaſi ſub quodam ratiocinio conuenire; ſi ille, vt videtur, bonus eſt vir, tu innocenti homini ſuam voluiſti pecuniam tollere, cum illius articulum non obſiſtat, in quo tuum ſit neceſſe auxilium expectare. Porro ſi negotium habet, indignum eſt & ſancto fratri linguam ſuam venalem facere, quæ tanquam vtriuſq; communis, ſibi quoq; debet, vt tibi gratuito miniſtrare. Cumq; hæc aduerſum me pugna perſeueranter ingrueret, iamq; ego clamorẽ cogitationum remordentium non perferrem, recedente crepuſculo, mox ad hominem properans, indicaui, eiq; tabeſcentis conſcientiæ vulnus aperui. Cumq; vtriuſq; noſtrũ hinc inde iam verba confligerent, & ille quod ſemel dederat, non reciperet, ego me aſſerẽ non tenere: tandem amicæ contentioni hunc terminum poſui; Duo, inquam, ſunt mihi noua monaſteria, vnum ad culmen iam, Deo auxiliante, perduxi, alterum vero iamdudum Epiſcopali benedictione firmatum. Sanctorum itaq; locorũ ſi placet, participiũ ſuſcipe, atq; vt tibi libet, quod animæ tuæ proficere debeat, munus tranſmitte pro benedictione. Hoc igitur argumento cupiditatis meæ turpitudinem palliaui, & tanquam non accipiẽs, aſtutus accepi. Poſtmodum vero ad eremũ rediens, cellam quidem fiſſibus intraui, ſed meipſum intrare vix potui, & qui extra me inordinate ſum fuſus, iuſto iudicio in me ſum (vt ita loquar) ſatis difficulter ingreſſus. Inter cætera vero tãta animum meũ illius muneris caligo confudit, & tanquã vermis ſcatens mea corrodere viſcera nõ ceſſabat, vt teſte conſcientia, mallem me lepra percuſſum, quam illo munere ſauciatum. Attendebã illius tantũ fratris liberalitatem, qui nihil mihi debebat, & obtulit, hinc meam auaritiam, quæ, quod per officium non merebatur, accepit. Tædebat me tunc oblitum, quod per virum ſapientem dicitur, Non ſit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandũ collecta. Et enim iuxta Apoſtolum beatius ſit magis dare quam accipere; illum beatum, me miſerum reputabam. Heu me, inquam, cum à ſuſcipiendis muneribus excutiendã manum ſcriptura præcipiat: quomodo tu manum excutis vt abijcias, quam potius intrus vt accipias, ſtringis vt rapias, retrahis vt poſſidenda recondas? Etenim auaritia in manu accipientis viſcus eſt, quæ quicquid apponitur, excuti nõ permittit, ſed more piceo hærere compellit. Quid ergo? rixam mentis meæ vltra non perferens, ſancto fratri munus ſuum remittere ſtudui, deinde, auxiliante Deo, contra ſordes munerum iam cautius vigilabo.* Hos Petrus Damian. ſedis Apoſtolicæ Legatus mentis æſtus perpeſſus eſt cum illud vas ſuſcepiſſet. Nec minores, cum binas ſtolas ab Archiepiſc. Guidone Mediolanenſi delatas, non recuſaſſet; quemadmodum ipſi Guidoni perſcripſit.

B

C

D

VIII. Nicol. PP. concedit Northman. in feudum Calabr. Apul. Sicil.

i Nicol. Aragon. Cardin. & Leo Oſtien. lib. 3. c. 15.

Nicolaus Pont. abſoluto Rom. Concilio, ^i^ Legationẽ Northmanorũ audiuit. Orabant vt is in Apuliã deſcenderet, & ſatisfactione ab eis accepta, eos Eccleſiæ reconciliaret. Iuit ille, & Concilium Malphiæ celebrauit. In quo cum Northmãni ablata Eccleſiæ Romanæ reſtituerent, ſeq; futuros in poteſtate Romani Pontif. promitterent, eos anathemate exſoluit; Inſuper totam Apuliam & Calabriam ei, præter Beneuentũ conceſſit, inſulamq; SICILIÆ addidit: accepta prius à Roberto Guiſcardo Duce cum ſacramento Romanæ Eccleſiæ fidelitate, cum anniuerſario cenſu deſignato in pactis. Ex hac formula iurabat Robertus:

E

Iuramentũ Robert: Ducis Northman. in inueſtitura feudi.

k Codex Vatican.

^k^ *Ego Robertus Dei gratia & S. Petri Dux Apuliæ & Calabriæ & vtroq; ſubueniẽte futurus Siciliæ, ad confirmationẽ traditionis & ad recognitionẽ fidelitatis, de omni terra, quam ego proprie ſub dominio meo teneo, & quã adhuc vlli Vltramontanorum vnquã conceſſi vt teneat: promitto me annualiter pro vnoquoq; iugo boũ penſionem, ſcil. duodecim denarios Papienſis monetæ perſoluturũ B. Petro, & tibi Domino meo Nicolao PP. & omnibus ſucceſſoribus tuis aut tuis, aut tuorum ſucceſſorũ Nuntijs. Huius aũt penſionalis redditionis erit ſemper terminus, finito recã anno, S. Reſurrectionis die Dominico. Sub hac conditione huius perſoluendæ penſionis obligo me, & omnes meos ſiue hæredes, ſiue ſucceſſores tibi*

Domino meo Nicolao Papæ, & ſucceſſoribus tuis, ſic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Euangelia. Item: Ego Robertus Dei gratiâ & ſancti Petri Dux Apuliæ & Calabriæ, & vtroq; ſubueniente, futurus Siciliæ, ab hac hora & deinceps ero fidelis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & tibi Domino meo Nicolao Papæ. In conſilio, vel in facto: vnde vitam, aut membrum perdas, aut captus ſis mala captione, non ero. Conſilium quod mihi credideris, & contradices, ne illud manifeſtem, non manifeſtabo ad tuum damnum, me ſciente. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ vbique adiutor ero ad tenendum, & ad acquirendum regalia ſancti Petri, eiuſque poſſeſſiones pro meo poſſe contra omnes homines: & adiuuabo te, vt ſecurè & honorifice teneas Papatum Romanum, terramque ſancti Petri, & principatum: nec inuadere, nec acquirere quæram, nec etiam deprædari præſumam abſque tua, tuorumque ſucceſſorum, qui ad honorem S. Petri intrauerint, certa licentia, præter illam, quam tu mihi cõcedes, vel tui conceſſuri ſunt ſucceſſores. Penſionem de terra S. Petri, quam ego teneo aut tenebo, ſicut ſtatutum eſt, recta fide ſtudebo, vt illam annualiter habeat Romana Eccleſia. Omnes quoque Eccleſias, quæ in mea perſiſtunt dominatione, cum earum poſſeſſionibus dimittam in tua poteſtate. Et defenſor ero illarum ad fidelitatem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ. Et ſi tu, vel tui ſucceſſores ante me ex hac vita migraueritis, ſecundum quod monitus fuero à melioribus Cardinalibus, Clericis Romanis & laicis, adiuuabo vt Papa eligatur, & ordinetur ad honorem ſancti Petri. Hæc omnia ſupraſcripta obſeruabo ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & tibi cum recta fide, & hanc fidelitatem obſeruabo tuis ſucceſſoribus, ad honorem ſancti Petri ordinatis, qui mihi firmauerint inueſtituram, à te mihi conceſſam, ſic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Euangelia. Ad eum modum ſe obſtrinxit Robertus ſacramento. Neq; ſane officio defuit, cum à Pontifice Nicolao poteſtate accepta Comites Tuſculanos, Præneſtinos & Nomentanos, hactenus Romanæ Eccleſiæ infeſtos repreſſit, & in ordinem redegit.

IX. Romam reuerſus Nicolaus, [l] Vuilhelmum Archiepiſcopum Rhemenſem per literas admonuit, vt Henricum Regem propter quædam perperã facta redarguat. Per ea enim tempora Pariſiis viginti duobus Epiſcopis & Principibus Galliarum congregatis Henricus Rex Philippum filium impuberem adhuc Regem inaugurauerat, & Matiſconis Epiſcopum minus aptum intruſerat.

X. Cohibuit quoque Nicolaus Burchardum Halberſtadienſem Epiſcopum, ne decimas Saxoniæ vſurparet, neue monaſterium Herueldenſe ſuperfluis concertationibus inquietaret. Præerat tunc illi monaſterio [m] Abbas Meghinerus vir magnarum in Chriſto virtutum, & vere vnicũ ſua ætate in Theutonicis regionibus rectè ac monaſticè viuendi exemplar. Is cum prædicto Epiſcopo diuturnam traxerat litem propter decimationes Saxoniæ, quas ille Herueldenſi monaſterio ereptas, per occaſionem Epiſcopalis regiminis ſibi vendicabat. Contra cuius improbitatem cum nec forenſes, nec Eccleſiaſticæ leges quidquam valerent, & Abbas ſæpe querimonia in ius delata ſurdis tribunalibus fabulam narraſſet; tandem breui antequam vita excederet, mandauit ei per Fridericum Palatinum Comitem, ſe quidem tanquam viribus imparem cauſa cadere; Deo tamen vires ad tuendam æquitatem nõ defuturas eſſe. Proinde parati ambo eſſent, vt intra paucos dies ad tribunal æquiſſimi iudicis DEI cauſam dicerent: Victurum ibi eſſe, non qui plus poſſet, ſed cuius cauſa iuſtior eſſet, nec fefellit euẽtus. Nam poſt dormitionem Abbatis, qui ſexto Calend. Octob defunctus eſt, pauci dies interceſſerant, & ecce Epiſcopus, cum prædictæ rei gratia Synodum indixiſſet, & admoto iam equo illuc properare vellet, repente diuina animaduerſione ictus corruit, reportatuſque ad cubiculum, adſcitis ocyus presbyteris ſuis per Deum obteſtabatur, vt decimationes ſuas Herueldenſi monaſterio reſtituerent, atque omnem in perpetuũ ſuper hac re litem præciderent, ſciretq;, cunctis qui ead. re aſſent, ſic infeliciter rem ceſſuram, vt ſibi ceſſiſſet, qui iniuſtæ exactionis tam acerbum vindicem ipſum Dominũ experiretur. Cumq; Magdeburgenſis & Hildeshcimenſis Epiſcopi viſitatum eius adueniſſent, cum magno eiulatu fatebatur, ſe iuxta prædictum eximii Abbatis ad tribunal Dei iam iam abripi, & pro inuaſis rebus alienis rationem exigi rogabatq; obnixe, vt miſſis Herueldiam nuntiis, veniam ſibi pro admiſſo ſupplices precarentur. Nec multo poſt diſruptis miſerabili genere morbi viſceribus, expirauit. Vto quoq; Archipresbyter eius, quo ille potiſſimum incentore in hanc ſæuitiam exarſerat, quiq; exactor & adminiſter huius calamitatis vehementiſſimus extiterat, eodem anno ſubitanea morte, ſine cõfeſſione, ſine ſacra communione interiit, à diabolo ſuffocatus.

XI. *Iſac. Imp diuina vltione fulmine percutitur. n Curopala. Conſt. Duc. Imp.*

Conſtantinopoli, [n] Iſacius Comnenus Imp. fulmine ex equo decuſſus, & ſpecie epilepſiæ correptus ſponte imperio ceſſit, purpuramque non Ioanni conſanguineo, non Theodoro Dociano ex ſorore nepoti, non filiæ marito, neque alicui ſanguine ſibi coniuncto, ſed Conſtantino cognomento Ducæ tanquam adminiſtrandæ reipublicæ perito conceſſit, ipſe autem monaſticæ vitæ in Studii cænobio ſe dedicauit, priorem faſtum ac delitias voluntario contemptu ac modeſtia corrigens: Æcatherina Auguſta multum eius conſilium adiuuante, & pro terrarum Imperii amiſſione cœleſtis gaudii fructum ipſi promittente. Aliquot menſes in monaſterio ſuperuixit omnem præſtans præfecto monaſterii obedientiam, ita vt ianitor eſſet, & alia miniſteria obiret, propter multam animi modeſtiam atq; æquitatem. Caſtiſſimus autem dicitur fuiſſe, & continens ſupra quam credi poſſet.

IESV CHRISTI ANNUS 1060.

NICOLAI PAPÆ II. ANNO II. CONSTANTINI DUCÆ IMP. ANNO I.

I. *Anconitani excommunicantur à Nic. PP. a Leo Oſtiẽ. lib. 3. c. 14.*

ANNO *Chriſti* 1060. [a] Nicolaus Papa Florentiam veniens, monaſterium ſanctæ Felicitatis, priuilegio peculiari ab omni poteſtate ſæculari iuxta ac Epiſcopali exemit, ſedique Apoſtolicæ adiunxit. Caſſinum poſtea accedens, Dominum Oderiſium, Oderiſii Marſorũ Comitis filium, eiuſq; monaſterii à puero monachum, Diaconum in Lateranenſi Eccleſia Cardinalem creauit. Aquinum poſtea cum viſitaſſet, depoſito Epiſcopo Angelo, Dominum Martinum Florentinum monachum in eius locum ſubrogauit. Interim etiam Anconitanos omnes anathematis vinculo allegauit, quod inter eos quidam tyrannus exortus, ad defectionem ciues adegerat. Cum autem ſub ea pii gemerent, habuit Petrus Damianus pro eis intercedens, hæc memoranda Nicolao Pontifici ſcribere. *Abſit à Domino meo, vt cum vibrata tyranni cuiuſpiam dextera, poſt cædem duorum vel trium hominum non compeſcatur, illius, qui totius Chriſtianæ magiſter eſt pietatis, gladius paſſim in tot animarum internecione graſſetur. Nam & Abner cum in ipſo belli certamine diceret ad Ioab; Num vſque ad internecionem tuus mucro deſæuiet. Protinus ille reſpondit: viuit Dominus, ſi locutus fuiſſes, mane receſſiſſet populus perſequens fratrem ſuum. Abſit, inquam, vt dum vnius hominis placere vult oculo, tanta eorum, pro quibus Chriſti effuſus eſt ſanguis, pereat multitudo.* Scribebat iſta Damianus Nicolao, vt ſeueritatẽ vindictæ in multos propter vnũ deriuatam, in vnum & qui vni auctores, vel complices fuiſſent, reuocaret.

Damianus ſcribit Pont. pro Anconitanis. 2. Reg. 2.

II. Ex Anglia, [b] ſanctus Eduardus Rex Nicolao ſcripſit, pecunias collectas miſit, & earum ius, ſancto Petro confirmauit; petiitque, vt pro voto quod conceperat SS. Apoſt. limina viſitare liceret & monaſterium in honorem S Petri extruere. Conceſſit Nicolaus, & piam illius voluntatem laudauit.

b Ex Ailredus in vita S. Eduardi.

III. *Concil. Oſcen. in Hiſpan.* In Hiſpaniis, celebrato Oſcæ Concilio, decreuerunt Epiſcopi, vt ſacri ritus, temporum iniuria depravati vel aboliti reſtituerentur, diſciplina Eccleſiaſtica innouaretur, & mores ad normam ſacrorum canonum reuocarentur.

IV. *De reb. geſtis & obitu Stenchilli Reg.* Hoc anno Stenchillus Gothorum Sueonumque Rex piiſſimus Olai Scatleonung ex ſorore nepos, à primæuo ætatis ſuæ tempore cultor extitit fidei Chriſtianæ

vera

Digitized by Google

veraciſſimus, iuuenisq; egregia religionis oſtendit tyrocinia, nam ingruentibus ſæpe perſecutionum tempeſtatibus, Sanctos Chriſti confeſſores collegit ipſe diſperſos, & beneficiis affectos, vel re, ſaluos apud ſe ſeruauit melioribus temporibus, vel ad propria tranſmiſit tutos, orationes illorum cum lachrymis expoſcere ſolitus. Quin & furori Gentilium ſeſe pro Chriſtianis defendendis murum fortiſſimum oppoſuit. Nec in ea re vllum ſibi laborem putauit difficilem, vel vllum periculum graue: Regiæ dignitatis amplitudine inauguratus, nihil omiſit, quod ad propagandam pietatem & religionem pertineret, illo miraculo cæci facti ſacrificuli ad aras Vpſalens. mirifice in fide confirmatus. Quamobrem Oratores miſit ad Adalbertum Archiepiſcopum Bremenſem, qui viros doctrina & ſanctitate claros, & ad reſarciendam vel corroborandam in quibuſdam, in plurimis vero etiam primum inſerendam fidem Chriſtianam, idoneos poſtularent. Gratulabatur ei Archiepiſcopus tam incenſum religionis ſtudium, miſitque de ſuis Epiſcopis & presbyteris viros opere ſermoneque potentes, quia coram populo ſtupenda miracula peregere, quibus multi popularium eo perducti ſunt, cooperante Chriſtianiſſimo Rege, vt paterentur ſua idola concremari. Stenchillus igitur, partim propter iuſtitiæ cultum, partim religionis conſtantiam charus omnibus, temporum promeruit ſuorum longam tranquillitatem, ac plenus dierum ſimul ac meritorum mortem obiit vitæ conſentaneam, Anno Chriſti poſt milleſimum ſexageſimo quatro, dignior cœleſti quam terreno regno iudicatus: quippe qui ſe cœleſti Regi tanta per omnem vitam fidelitate commendauit. *De eo Annales Suetiæ de eo Adam. Brem. lib. 3. cap. 16. & 17. lib. 4. cap. 15. Abbas Stad. pag. 124. 125. Krantz. Metrop. lib. 5. cap. 18. & in ſua Suecia lib. 5. Ioann. Magnus lib. 18. Hiſt. cap. 9. & in ſua Metrop. lib. 1.* Huic Stenchillo tribuunt hiſtoriæ Suetiæ immanem quandam corporis molem, nec non giganteam fortitudinem, atque incredibilem ſagittariæ artis induſtriam. Recenſente Ioan. Vaſtou. Sigiſm. III. Reg. Pol. Biblioth. Præfect.

IESV CHRISTI
Annus 1061.

ALEXANDRI II. PAPÆ ANNO I. Conſtant. Ducæ Imper. ann. 2.

I. Nic. Pap. II obitus & creatio Alexandri II. Pap. a *Leo Oſtienſ. lib. 3. c. 20.* Cadalous Pſeudopapa intruditur.

ANno Chriſti 1061.[a] Nicolao Papa Florentiæ defuncto, timens Hildebrandus ne Romanorum potentiores, aliquem in ſedem Apoſtolicam per vim intruderent, congregatis Cardinalibus & nobilibus Romanis, quamprimum elegit Pontificem Anſelmum Lucenſem Epiſcopum, patria Mediolanenſem, eumque Alexandrum ſecundum nominauit. Offendit ea electio factioſos. Quamobrem aſſumptis Placentino & Vercellenſi Epiſcopis, per tumultum eos coegerunt, Cadaloum Parmenſem Epiſcopum contra Alexandrum obtrudere. Cui vt Pontificiam dignitatem poteſtate ſeculari roborarent, coronam auream Henrico, matri vero eius Agneti ampliſſima munera per Legatos miſerunt, eos iuris Imperatorii in electione Pontificum admonuerunt, & tum Patriciatus Romani dignitatem, tum Imperii adminiſtrationem Henrico Regi promiſerunt.

II Pſeudoſynodi Baſilienſ. infame decretum.

Neque ſegniores Legati fuere; Baſileam enim conuolantes, aliquot Epiſcopis Lombardiæ ſecum abductis, Conciliabulum præſente Henrico celebrarunt; & tum imperata præſtiterunt, tum Pontificiam dignitatem Cadaloo detulerunt, ad turpiſſimum Schiſma illud addentes, vt aliunde Papam non deberent recipere, quam de paradiſo Italiæ (ita Longobardiam no-

A minabant) & talem perſonam, quæ infirmitatibus eorum compateretur, & cōdeſcenderet. Plane opus habebant factioſi illi duo Placentinus & Vercellenſis, homines multum petulci & proletarii, qui melius norant diſputare de ſpecie fœminarum, quam in eligendo Pontifice perſpicax habere iudicium. [b] Petrus Damianus, comparabat illos ſenioribus Iſraelis qui Suſannam deperibant; appellabat & filios Caiphæ, & primogenitos Satanæ, & adiutores Antichriſti, & aduerſarios veritatis, qui ignorante Deo, neſciente Petro, neſciente Romana Eccleſia, ſuper Romanam Eccleſiam conſtituerent Pontificem, dignum quod aiunt, olla ſcilicet moribus ſuis operculum.

b *epiſt. ad Cadaloum.*

Præſertim cum electio illa per Epiſcoporum Cardinalium fieri debeat principale iudicium; ſecundo loco iure præbeat Clerus aſſenſum; tertio popularis fauor attollat applauſum: ſicque ſuſpendenda erat cauſa, B vsque dum regiæ celſitudinis conſulatur auctoritas, niſi periculum fortaſſis immineat, quod rem quantocyus accelerare compellat. quemadmodum hoc tempore compellabat cum Alexandrum Papam elegiſſent.

III. Legatio Cardin. ad Henr. Regem.

Non tamen omnino neglexerunt Cardinales munus ſuum. Stephanum enim presbyterum Cardinalem Legatum ad Henricum & Imperatricem miſerunt, qui ea, quæ geſta Romæ eſſent, ſignificarent. Magna contumelia illum miniſtri Regii affecerunt, & quinque diebus ante fores expectare coegerunt, atque tandem excluſerunt. Tulit hanc Beati Petri & ſedis Apoſtolicæ iniuriam æquanimiter Stephanus, Legati tamen officium, quo fungebatur, implere non po-C tuit.

IV. Petr. Damiani ſcribit Cadaloo.

Interim vero Petrus Damiani Cadaloo Parmenſi ſcripſit, orans, monens, & interpellans, ne Epiſcopatum alienum ſibi vſurparet, ne ſponſam Chriſti Eccleſiam violaret, neue Schiſmate diuideret. Narrabat Cadaloo inſignem quamdam à Diuo Petro in quemdam vindictam, & exinde conſimilem illi prædicebat.

Exēplum vltionis S. Petri.

In Babylonia, inquit, *partibus poſſeſſionem Apoſtolica ſedes habebat vnde tantum balſami reditum per annos ſingulos capiebat, quod indeficiente fomite ſufficeret lampadi, quæ videlicet ante altare Beati Apoſtolorum Principis rutilabat appenſa. quam poſſeſſionem, accepta pecunia, Papa diſtraxit, canonemque aromatis, quem accipere ſolebat, amiſit. Aliquanto poſt,* D *cum idem Papa prædicto ſacroſancto altari quaſi deuotus aſſiſteret & oraret: ecce quidam terribilis & grandæuus ſenex, in cuius etiam facie barbiraſium videbatur, elato brachio colaphum ipſi vehementer incuſſit, & ait; Tu extinxiſti lucernam meam ante me: & ego extinguam lucernam tuam ante Dominum. Moxque diſparuit. Ille vero protinus corruit, & paulo poſt diem clauſit extremum. Sic, ſic* [illegible] *qui illi ſe præbet aduerſum, qui cœli terræque primus paſtor obtinet principatum. Quis oro duorum Paparum duriori tibi videtur auſteritate plectendus: Vtrum qui ſacri altaris prætermiſit lucernam extinguere; an tu, qui totam* [illegible] *Eccleſiam per furtiuæ promotionis exordium niteris obſcurare?* [illegible] *enim iuxta veritatis vocem, intrat per oſtium, paſtor eſt ouium: qui autem intrat aliunde, fur eſt & latro, ſed ſicut per paſtorum oſtium, qui iam vtique præſidet, domui lumen infunditur:* E *ita per tuum aliunde non aliud niſi fumus & caligo, chaos & horror ingeritur tenebrarum. Huc accedit, quod dum in imis eſt quiſpiam, eius quodammodo vitia deliteſcunt: cum vero ad dignitatis culmen aſcendit, in ſuperficiem mox erumpunt, & quæ eatenus fuerant inaudita, iam per ora rumigeruli populi trita vulgantur. Quot hominum millia nunc tua facta dinumerant, qui vſque ad hoc tempus ea funditus ignorabant? Nam præbendarum Eccleſiæ tuæ, vel Eccleſiarum damnanda commercia, aliaque longe turpiora, quæ nos erubeſcimus dicere, hactenus in tuo tantum narrabantur oppidulo; nunc alter ad alterum vbique regni huius & mercatores loquuntur in foro, & foſſores in agro, pueri, qui rhetoricantur in ſcholis; ciues, qui glomerantur in triuiis: omnes pene te lacerant, teque diiudicant. Hoc ſiquidem tibi contigiſſe comprobatur, quod tranſgreſ-*

V. Egregia contra Cadaloum argumenta.

ſcri cuilibet per Hieremiam dicitur: propter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata ſunt verecundiora tua, pollutæ ſunt plantæ tuæ. cui paulo poſt dicitur: Hæc ſors tua, parſque menſuræ tuæ apud me dicit Dominus, quia oblita es mei, & confiſa es in mendacio. Vnde & ego nudaui femora tua contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua, & adulteria tua, & hinnitus tuus, ſcelus fornicationis tuæ.

Hæc & multa alia Petrus Cadaloo, obteſtans, ne Reginam Eccleſiarum, & regnorum omnium imperium temeraret. Maxime, quia, (concludebat ea Heremiæ ſcriptura) *deſpexit te*, ait, *ſubſannauit te virgo filia Sion, poſt te caput mouit filia Hieruſalem, cui exprobraſti, & quam blaſphemaſti: ſuper quam exaltaſti vocem, & leuaſti altitudinem oculorum tuorum.*

Cadalous fit deterior & hæreſim ſuſcitat.

Cadalous porro tantum abeſt, vt his literis Damiani melior, quin potius deterior & impudentior euaſerit. Vt enim multitudinem Cleri & populi ſibi conciliaret, in hos quidem multam vim pecuniarum effudit, illis vero frena libidini laxauit, vt non amplius Nicolaitæ, ſed Cadaloitæ dicerentur. Quibus omnibus cum non mature obuiam iretur, Eccleſiaque maximopere luxuria, auaritia, & cæteris peſtibus à Clero infamaretur, tanto ardentius ad eremi ſolitudinem Damianus ſuſpirauit. & quam à Nicolao non poterat, ab Alexandro vel contradicente Hildebrando miſſionem ab Epiſcopatu obtinuit, & ad amatam eremum reuerſus eſt. Vnde Cardinalibus ſcripta epiſtola, vitia eius temporis quorundam acriter obiurgauit, & ad frugalitatem, modeſtiam, continentiam manus, linguæ & carnis, adque reliquas virtutes illos hortatus eſt: hac parænesi concludens: *Euellatur a corde noſtro radicitus auaritia, concurrentibus ſcilicet omnium ſcripturarum teſtimoniis euidentiſſime condemnata, & cum Achan filio Charmi quaſi tot Patrum ſententiis, quot lapidibus obruta. Non accipiendis muneribus delectemur, ne in occulti cenſoris examine à Sacerdotali (quod abſit) deiiciamur ordine, ſicut filij Samuelis ob hoc iudiciariæ amiſere culmina dignitatem. Non vendamus Synodum, nec ſynodale decretum redigamus ad pretii quantitatem, ne ſacri Concilii Spiritum Sanctum diſtrahere videamur auctorem. Secularis pompæ faceſſat ambitio; moderetur nitor, & inſolentia veſtium: epularum ac potuum ingurgitatio temperetur. In manus pauperum noſtra pecunia tranſeat; quæ per auaritiam turſerat, per miſericordiam exhauſta iam crumena folleſcat: noſtra diuitiæ, noſtrique theſaurus lucra ſint animarum: & in arca noſtri pectoris pretioſa recondantur talenta virtutum. In hac etiam ara principaliter ſacrificium offeramus, & profligatis quæ circa nos ſunt, demum noſmetipſos Deo viuentes hoſtias immolemus, quatenus qui Sacerdotes in oculis hominum cernimur; in obtutibus etiam occulti Iudicis, veri Sacerdotii iure fungamur.* Hucuſque ad Cardinales Petrus, qui ſimul narrabat, quid ei contigerit cum Epiſcopo Florentiæ: Sane, non alienum ab ædificatione ſi recenſeatur. *Dum*, inquit, *aliquando illi eſſem comes itineris veſpert. iam tandem ſubeuntes hoſpitium, ego me in presbyteri cellam ſemoui, is vero in ſpacioſa domo cum commeantium turba reſedit. Mane autem facto à meo agaſone ſignificatum eſt, quod prædictus Epiſcopus ludo præfuerat Schachorum. Quod profecto verbum velut ſagitta cor meum acutiſſime pupugit, & indignationis vulnus inflixit. Hora autem, quæ mihi videbatur, electa, conuenio hominem, & acriter inuehor, hoc mihi ſermonis initium arripiens, aio: Librata manu virgas exero, & plagas infligere quæro, ſi ſit qui terga ſubiiciat. & ille: Si auferatur*, inquit, *culpa, non recuſabitur pœnitentia. Rectene, inquam, tuique erat officii veſpere in Schachorum vanitate colludere, & manum, Dominici corporis oblatricem, linguam inter Deum & populum mediatricem ſacrilegi ludibrij contaminatione fœdare? præſertim cum canonica decernat auctoritas, vt aleatores Epiſcopi deponantur? Ille autem ex diuerſitate nominum defenſionis ſibi faciens ſcutum, ait, aliud eſſe Scachum, aliud aleam: aleas ergo auctoritas illa prohibuit, Scachos vero tacendo, eſſe conceſſos. Ad quod ego: Scachum, inquam, ſcriptura non ponit, ſed vtriuſque ludi genus aleæ nomine comprehendit. Quapropter dum alea prohibetur, & nominatim de Scacho nihil dicitur, conſtat proculdubio, vtrumque genus comprehendi vno vocabulo, vnius ſententiæ auctoritate damnatum. Tunc ille (vt mitis animi, & perſpicacis ingenij) redditis rationibus humiliter acquieuit; culpam nullatenus iterandam certa pollicitatione conſtituit; iniungi ſibi pœnitentiam poſtulauit. Cui mox præcepi, vt ter Pſalterium meditando percurreret, ac duodecim pauperum pedes ſub totidem numiſmatum erogatione, eorumque recreatione lauaret. hac ſcilicet ratione perſpicua, vt quoniam hæc culpa manibus & ſermone commiſſa erat, lauando pauperum pedes, ſuas potius à culpæ contagio manus ablueret, & imprimens alienis veſtigiis ora, pacem ſibi cum Domino, quem per ſlendos iocos offenderat, reformaret. Hoc autem diximus, vt, quam inhoneſtum, quam abſurdum, quam denique fœdum ſit hoc ludibrium in ſacerdote, ex alterius emendatione noſcatur.* Iſta referebat Damianus, intentus ad reformationem Eccleſiaſticarum perſonarum.

VI. Petr. Dam. relicto Epiſc. eremum repetit.

Inuchitur in vitia clericorum illius temporis.

VII. Notatu dignum de luſu Schachorum in clericis inhoneſto.

Collaborabat Petro Damiano [c] Hildebrandus, ab Alexandro Papa Cancellarii munere ornatus. Pro ſui exercitatione officii circuibat prouincias, vt perperam acta corrigeret. Accurrebatur ab omnib. ordinum hominibus, deciſiones diuerſorum negotiorum poſtulantibus. Cuncta ei ſubmittebatur ſecularis potentia, tum pro ſanctitatis, tum pro miniſterii eius veneratione. Die quadam cum ſolito maior ad equitandum eſſet turma, Hugo Cluniacenſis Abbas in extremo agmine cũ monachis ſuis ſenſim progrediebatur. viſoq; eminus tanto viri honore, quod tot mundanæ poteſtates nutum illius præſtolarentur, huiuſmodi ſententias animo vẽtilabat; *hominuntionem exilis ſtaturæ, deſpicabilis parentelæ, à tot diuitum famulatu proculdubio tumere, & metiri altiora merito pro tot obambulatorum obſequio.* Vix hoc mente verſabat, cum Hildebrandus reflexo equo, & calcaribus incitato, à longe Abbatem aduocans: *Tu, tu*, ait, *male cogitaſti falſo infamans huiuſce duntaxat rei innocentem. Non enim in hi gloriam hanc*, ſi gloria dici poteſt, quæ cito tranſit, *vel ego imputo, vel ab aliis imputari volo, ſed beatis Apoſtolis, quorum priuilegio exhibetur.* Suffuſus ille pudore, nec quicquam inficiari auſus, hoc ſolum retulit: *Quæſo Domine, quomodo noſti cogitatum meum, quem nulli communicaui? Ab ore tuo*, ait, *quaſi per fiſtulas ad aures meas omnis illa cogitatio deducta eſt.* Porro quantæ ſanctitatis fuiſſet Hildebrandus, idem Willelmus narrabat quoddam inſigne, quod ex ore S. Hugonis audierat. In quandam prouinciam S. Hugo & Hildebrandus Eccleſiam Vrbanam ingreſſi, ante aram communatis & iunctis lateribus ſe proſtrauerãt. In multam horam protracta oratione, reſpexit iſte Abbatem, turbulento nictu inficiendens. Ille cum diutius oratum eſſet, fores egreſſus, cauſamq; commotionis percunctatus, reſponſum accepit: Si me amare vis, caue ne me vlterius hac iniuria expugnes. Dominus meus Ieſus Chriſtus, ſpecioſus ille præ filiis hominum poſtulationibus meis viſibiliter aſtabat, intendens dictis & ſerenis fauens oculis; ſed tuæ orationis addictus violentia me deſeruit, ad te conuerſus. Puto autem quod tu ipſe nõ diffitebere, eſſe genus iniuriæ, ſi amico eripias auctorem ſalutis ſuæ. Præterea prænoueris mortalitatem hominũ, & huic loco imminere excidium. Cuius coniecturæ ſignum habeo, quod Angelum Domini ſuper altare ſtantem vidi euaginatum gladium ſtringere, & huc atq; illuc rotare. Futuræ cladis notabilius habeo indicium, quod iam ſpiſſus & nebuloſus aer prouinciã iſtam circumuolat, vt vides. Maturemus igitur profugium, niſi cum aliis volumus ſubire exitiũ. His dictis introeuntes diuerſorium, ad curam corporis aſſedere. continuoque dapibus appoſitis, exortus in domo luctus auiditatem eſurientium repreſſit. Siquidem vnus & alter, & mox plures è familia, dubium qua pernicie, interempti, animas ſubito amiſerunt. Ad eum modum oſtendit Hildebrandus, Spiritum propheticum ſibi ineſſe. Nimis iniquus eſt Benno Schiſmaticus, qui tantæ ſanctitatis virũ auſus eſt calumniis inceſſiſſe.

VIII. De Hildebrando Pont. Cancellario Spiritu prophetiæ illuſtrato

c Willelm. de geſt. Reg. Angl. lib. 3.

Eodem anno Petrus Damiani iam in eremum reuerſus cochlearia aliquot lignea, manibus propriis elabo-

IX. Donum Alex. Pap. miſſum à Petr. Damiani.

rata,

rata, dono miſit Alexandro Papæ; cui etiam pro admonitione, verſiculos ſubſequentes ſubſcripſit:

Admonitio Pont. à Pett. Damiani facta.

Sedis Apoſtolicæ qui vult retinere rigorem,
Æqua libret rigide pondera iuſtitiæ.
Iuris enim pariles neſcit ſuſpendere lances,
Quem fauor inflectit, ſpes vel auara trahit.
Muneribus plena qui laxat ora crumenæ,
Iuſtitiæ vacuam perdit inops animam.
Cæli Roma feras tenet, & regit orbis habenas:
His ſi plura velit, tartara ſola petit.

Multa alia Petrus Alexandrum Pontificem admonuit. Is porro officio ſuo non defuit, ſed quam habebat patriam Mediolanenſem ciuitatem, eius clero & populo ſcripſit, vt auaritiam & luxuriam geminas peſtes Eccleſiaſticorum expurgaret, & tam abſtinentiam quam continentiam geminas virtutes eos doceret.

X. De Herlembardo hæreticorum inſigni repreſſore & eius virtutibus. d Syrus presbyt. in vita Arialdi.

d Per idem etiam tempus Landulphus Arialdi, qui cum Nazario aduerſus Nicolaitas & Simoniacos in Eccleſia Mediolanẽſi laborauerat, ſodalis obiens ſuperſtitem germanum nomine Herlembardum prudentem & fidelem virum, licet laicum, reliquit. Hic nuper Hieroſolyma reuerſus, volebat tunc ſeculum relinquere, & ſe tradere monaſticæ vitæ. Cuius fidem & conſtantiam B. Arialdus cognoſcens, cœpit ei promittere, quod ſibi potiorem apud Dominum gradũ acquireret, ſi monaſterium ingredi differret, & fidem Catholicam ſecũ defenderet, atq; cum ipſo hæreticis & Chriſti hoſtibus reſiſteret. Qui volens probare, vtrum in his quæ à Beato Arialdo ſibi promittebantur, deberet cõfidere, ſumptis aliquantis fidelibus, perrexit Romam, non per viam regiam gradiens, ſed per Dei cultores in eremo & monaſteriis circumquaq; degentes, de re iam dicta omnes interrogans. Cumq; cuncti in vera & pura fide accenſi, ſententiam ei concordem vna cum Beato Arialdo promerent, tandem Romam venit. Vbi ſub ineuitabili imperio ab Alexandro Papa & à Cardinalibus ei præceptum eſt redire, & Chriſti aduerſariis in defenſione iuſtitiæ vſq; ad proprii ſanguinis effuſionem viriliter cum Beato Arialdo reſiſtere. Cui etiam Pontifex ſcilicet & Cardinales ex parte B. Petri vexillum dedere, vt quoties hæreticorũ veſania vltra modum inſaniret, illud in manu tenens eos reprimeret. Totis decẽ & octo annis munus iſtud impleuit, & veri militis Chriſtiani in ſe exemplar effigiauit. Erat enim nobilis Herlembaldus coram ſeculo quaſi Dux in veſtibus pretioſis, & in equitibus & in armis; ſed in abſcondito Deo ſicut eremita, agreſtibus laneis indutus. Hic in pauperum ablutione pedum ea quæ nullus peragebat. Nam cum alicubi per vrbem magna multitudine fidelium vallatus incederet, & hortentes pauperes & debiles inſpiceret, clam alicui ex ſuis famulis innuebat perſiſtere, atq; pauperem poſt ipſum in domum ſecum ducere. Dimiſſis igitur extraneis allata aqua, cinctus linteo, egeni pedes nimia cum veneratione abluebat & extergebat. Poſt hæc autem corpore in terra proſtrato, ſub ipſius pedibus caput ponebat, ſeq; pedibus pauperis diues conculcari ſinebat: cumq; hoc ſuſtinuiſſet, honorifice pauperem ad menſam ſuam reficiebat: duodecim autem pauperibus quotidie idipſum præſtabat.

Herlembardi humilitas & deuotio erga pauperes.

XI. S Dominici Loricati obitus.

Hoc anno S. Dominicus cognomento Loricatus ex hac vita exceſſit, magnæ auſteritatis & abſtinentiæ Sanctus. Petrus Damianus Alexandro Papæ vitam eius ſcripſit, hæcq; inter alia de ſe ipſo narrauit. Somniauerat, inquit, quidam Frater de me, quod lumen oculorum amiſeram. Quod dum ego Hildebrando Romanæ Eccleſiæ Archidiacono in Lateranenſi palatio retuliſſem: Nequaquam, ait, vt times, propinquæ eſt mortis indiciũ, ſed familiaris tibi aliquis extinguetur, qui tibi charus ſit ſicut oculus, & lumen tuum ac ſplendor in bonis operib. videatur: & ô verũ, ſed amarius omni felle præſagium! Tertia die, poſtquam Romanis mœnibus ſum egreſſus, ecce mihi relatio crudelis occurrit, quæ mihi nil minus opinanti, cæcatum me remanſiſſe prohibuit;

A Dominum ſcilicet & illuminatorem meum Dominicum ex hoc ſeculo nuper egreſſum.

XII. Vltio diuina Principis parricidæ & periuri.

Fere hoc anno, Deus mirando quodam ſupplicio, vltus eſt parricidium & periurium, à quodam Anglorum commiſſum. Godouinus is erat vir princeps, quem Angli proceres in Normanniã, ad accerſendos duos Eldredi Regis filios, quos Emma mater ſecum ex manib. Danorum rapuerat, abduxeratq;, & ad regni adminiſtrationem euocandos deſtinarant. Hic vt filio ſuo regnum pararet, veneno adoleſcentes tollere parauit, Alarudumque iniuriæ obnoxium extinxit, Eduardo eius fratre diuino numine ſeruato, atq; in Regem Angliæ euecto. Fuit Eduardo manſuetum ac pium ingenium, iniuriarum facile obliuiſcens, in pauperes maxima commiſeratione, exemplar omnis virtutis. Itaq; Godouinũ
B etiam aliquot poſt annos veniam petentem non modo remiſſo flagitio in gratiam recepit, agroſq; illi reſtituit, ſed etiam filium eius Heraldum Ducẽ creauit Oxonii. Sed non impunitum ſuperi ſcelus hominis nefarii dimiſere. Nam quodam die, quum menſæ Ægiæ aſtaret, mentioq; Alarudi forte fortuna facta eſſet, mortiſq; eius deploratio; Godouinus ſcelerata mente flagitium auertere à ſe conatus, accepta panis particula; *Ita me ſuperi hoc pane ſtrangulent*, inquit, *vt me authore Alarudus veneno necatus eſt*: ac dicto citius moribundus in terram concidit. Rex atq; circumſtantes miraculo rei obſtupefacti, execrantes perfidum Godouini animum, Deũ laudibus extulerunt optimum iniuriarum vindicem: mortuum autem cadauer in profano loco ſub patibulo ſepultum eſt.

C

IESV CHRISTI
Annus 1062.

ALEXANDRI II. PAPÆ ANNO 2. Conſtant. Ducæ Imper. ann. 3.

I. Cadalous Antip. victus Parmam redit. a Nicol. Aragon. Cad.

ANno Chriſti 1062.[a] Sacrilegus Cadalous Parmenſis, præſtructo ſibi per aurum in vrbem ingreſſu, etiam arma adiunxit. Exercitu itaq; ſtipatus Romam venit, & in campis Neronianis metatus eſt. Primo congreſſu victoria illi arriſit, cum plurimos Romanorum occidiſ-
D ſet; ſecundo tamen conflictu profligatus vix euaſit, & Parmam fuga ſe recepit. Sumpſit tunc animos maiores Damianus, & vehementius ad eum ſcripſit, ſacrilegiũq; exprobrauit, hac vſus inuectiua: *Et ô ſcelus inauditum? Pilati milites inconſutilem Domini non præſumunt ſcindere tunicam: & tu in duos Papas Catholicam partiris Eccleſiam. Illi pendentis in Cruce Saluatoris oſſa non frangunt; & tu ſectis Eccleſiæ membris, quæ proculdubio corpus eius eſt, Sacramentum violas vnitatis. Captam bello Arcam Dei Iſrael Philiſtinorum Principes temerare non audent, ſed clauſam vndiq, illibatamque conſeruant: tu Chriſtianæ pietatis arcanum, & non lapidearum tabularum ſed verbi Dei viui & permanentis cæleſte myſterium vexare ac ſoluere niteris frementium cuneis bellatorum. Si Oza moritur, qui humerum ſupponit, ne Arca Domini corruat: quid illi merito fiet, qui ſe ſuper Eccleſiam Chriſti, vt in eius ruina ipſe*
E *ſublimis videatur, exaltat? Noueris, quia molimen hoc nequaquam tibi fauſtum concedet exitum.*

Inuectiua Petr. Dam. in Antip.

II. S. Anno Archiep. Colon. c[...]nat Cadaloum qu[...] poſt an[...] miſere c[...]biit.

Plura alia in eam rem Damianus Cadaloo. Neque falſus fuit vates. Poſtquam enim S. Anno Colonienſis Archiepiſcopus curam Henrici Regis decennis pueri ſuſcepiſſet, & tum auctoritate Alexandri Papæ, tum hortatu Damiani ſcribentis, Synodum ex Epiſcopis Germaniæ & Italiæ apud Osborium conuocaſſet; & in eo, diſceptatione inter Regium Aduocatum & Defenſorem Romanæ Eccleſiæ, de iure prætenſo Regis in electione ſummi Pontificis, deque legitima Alexandri electione præmiſſa, legitimum Pontificem eſſe Alexandrum cognouiſſet, Cadaloum vero tanquam ſacrilegum, ſanguinarium, & inuaſorem ſententia ſynodali

condemnaſſet, poſt alterum annum infelix miſere interiit.

III. Legatio Alex. Pap. in Angliam. b *Rogerius*

ᵇ Eodem anno Alexander Papa Legatos ad Eduardum Angliæ Regem miſit, qui agerent, vt S. Vulſtanus Wigornienſis Eccleſiæ Epiſcopus eligeretur. Et illi quidem Clero vniuerſo perſuaſerunt; cæterum S. Vulſtanus pertinaciſſime renuebat, ſeq; indignum acclamabat, & cum Sacramento etiam affirmabat, ſe multo libentius decollationi, quam tam altæ ordinationi ſuccumbere velle. Cumq; ſæpe a viris religioſis ſuper hoc conuentus, ad conſentiendum minime perſuaderi poſſet: tandem à viro Dei Vulſio incluſo qui tunc plus quadraginta annis ſolitariam vitam egiſſe noſcebatur, acriter pro inobedientia & obſtinatione correptus, diuino etiam oraculo territus conſentire cum maximo cordis dolore compulſus eſt.

IV. Legatio Alex. Pap. in Gall. c *Vita S. Hugonis Abb.* Vltio diuina in Gaufredum Comitem Andegauenſ.

Miſit aliam in Gallias Legationem Alexander Papa, ᶜ Petro Damiani eius munere commiſſo, vt monaſterium Cluniacenſe per id temporis grauiter oppreſſum liberaret, Gaufredus Comes Andegauenſis erat ille qui oppreſſerat. Supplex illi fuit Hugo Abbas, pedibus eiuſdē aduolutus; neque tamen quidquam potuit impetrare. Cumq; recedere vellet, accidit, vt Comes eum maxima cum indignatione abeūtem detinere conatus, fibulam qua eius chlamys ſtringebatur diſrumperet. Ibi S. Hugo prophetica voce illud Samuelis ilico inclamauit; *Sciſſum eſt regnum à te hodie.* Qui mox iuxta vaticinium viri Dei, perdidit dominium, a fratre ſuo Fulcone captus, & in carcerem coniectus. Vnde etiam ſenſu iam debilitatus, non niſi morte ſolutus exiuit.

V. Exempla de horis canonicis ſuo tempore legendis.

In ea Legatione Petrus Damiani, narrauit ſibi aliqua relata ab Adlardo Bremenſis monaſterii Abbate fuiſſe, quæ ad deſides clericos in recitando Diuino officio commendandos, digna ſunt vt recitētur. Primum eſt. Frater quidam noſtri cœnobii piæ mentis & rectæ conuerſationis hic aliquando tranſibat; & ecce crinitus quidam, quaſi ex Hieroſolymitana peregrinatione veniens palmam in manu ferebat. Cumq; peregrinus & monachus inuicem obuii ſe altrinſecus pertranſiſſent, ait ille: *Completorium in lecto, nec ſalus eſt, nec profectus.* Quod frater audiens admiratus expauit: ac repente poſt terga reſpiciens, eum videre nō potuit: mox enim vt verbum protulit, repente diſparuit. Ille vero ad conſcientiam mox reuerſus, inuenit quod pridiano veſpere laſſus de via redierat, & feſſa membra in lectulum proiiciens, iacendo horas canonicas compleuerat. Alterum eſt, ſed tremendum.

De B. Pilegrino Archiep. Colon.

Clericus quidam Colonienſis Eccleſiæ, vndam fluminis tranſibat. Et ecce Pilegrinus eiuſdem Eccleſiæ nuper Epiſcopus equi eius habenas apprehendit, eumq; retinens ſtitit. Cumq; ille ad ſtuporem verſus & grauiter admiratus, cur ille tam clarus & tam celebris famæ ibi moraretur perquireret: Da mihi, ait, manum tuam, & quæ circa me ſunt, non auditu diſce, ſed tactu. cumq; datam manum fluctibus impoſuiſſet Epiſcopus, tantus eam ardor abſorbuit, vt vndiq; carnes eius reſolutæ diffluerent, & oſſa nuda vix hærentibus articulis remanerent. Ad quem clericus: Cum nomen tuum, inquit, in tanta benedictione ſit apud nos, & fama tua cōſonis totius Eccleſiæ præconiis celebretur: cur te peſtilens vorago conſtringit, tantoq; proh dolor incendio cruciaris? Ad quem S. Epiſcopus; nihil in me, ait, remanſit vltione plectendum, præter hoc tantum: quia dum in aula regia conſtitutus, Imperialibus me conſiliis vehementer applicui, canonicæ Synaxis officia per diſtincta horarum ſpatia non perſolui. Mane quippe omnia coaceruans ſimul, tota die negotiis ingruentibus, ſecura libertate vacabam. Ob hanc itaq; negligentiam horarum, ardoris huius fero ſupplicium. Tu vero omnipotentis Dei clementiam humiliter implora, vt manum tuam in ſalutis priſtinum reſtituat ſtatum, quod cum factum fuiſſet: Vade, inquit, fili, obſecra fratres noſtros clericos Eccleſiæ, & alios ſpirituales viros, vt pro me preces fundant, indigentibus ſubſidia conferant, ſacrificiorum votis inſiſtant. His peractis, ego mox de vinculo pœnæ huius exoluar, & expectantibus me beatorum ciuium choris lætus adiungar.

VI. Agnes Aug. Romam pœnitentiæ cauſa venit. d *Sigebert. in Chron.*

Eodem anno, ᵈ Agnes Auguſta, Henrici Regis filii curatione priuata, neceſſitatem vertens in voluntatem, vt obſtrueret os de ſe loquentium iniqua, non ſolum honore Regni, ſed etiam honore ſeculi reiecto, Romam ad Limina Apoſtolorum ex monaſterio Fruttuarienſi contulit, ibique vſque ad finem vitæ omnibus bonis exemplo & miraculo fuit. Petrus Damiani eius Confeſſionem excepit, illamque vt ſe dedicaret Deo atq; patienter omnia aduerſa ſuſtineret, ſcripta epiſtola admonuit. Multus eſt in ea epiſtola, in recenſendis caſibus hominum illuſtrium; ex quibus poſtea Agneti ſuadebat, ſeculi & omnium quæ in mundo æſtimantur contemptionem.

VII. Alex. corripit Regem Noruegiæ & exigit cenſum a Rege Danorum.

Ipſo eodem anno Alexander Haraldum Regem Noruegiæ per literas admonuit, vt Archiepiſcopo ſuo Hamburgenſi obſequens eſſet. Sueoni quoque Regi Danorum ſcripſit, vt conſuetum Eccleſiæ Romanæ tributum trāſmitteret. Pallium etiam Petro Archiepiſcopo Dalmatiæ & Slauoniæ, atque Geberhardo Archiepiſcopo Salſburgenſi miſit, admonens vt illud nonniſi in maioribus feſtiuitatibus circumferrent.

Concil. Arag.

Sanctum Petrum Anagniæ Epiſcopum multis miraculis clarum conſtituit. In Hiſpaniis apud S. Ioannem Rupenſem celebratum eſt Concilium ſub Rege Ramiro. In eo præter alia conſtituerant, vt Aragonii Epiſcopi ſumerentur ex Monaſterio S. Ioannis, quod antea per Regem Sancium fuerat inſtitutum.

IESV CHRISTI
Annus 1063.

ALEXANDRI II. PAPÆ ANNO 3. Conſtantin. Ducæ Imper. anno 4.

I. Petr. Damiani mittitur Florētiam ad ſedandum Schiſma illius Eccl. a *Leo Oſtienſ. lib. 3. c. 9.*

ANno Chriſti 1063. Petrus Damiani ex Gallica Legatione reuerſus, iterum ad Schiſma recens Florentiæ ortum vt opprimeret illud, ab Alexandro miſſus fuit.

Caſſinum prius ſe cōfert ieiuniumq; indicit monachis. b *epiſt. ad Deſider. Abbat.*

Cæterum antequam illo ſe conferret, ᵃ Caſſinum profectus multa ſalutaria cum Deſiderio Abbate ibidem conſtituit: & inprimis, vt ſexta feria per totum annum pane & aqua monachi contenti, diſciplinam ſinguli facta confeſſione perciperent. Item, vt ſub diſtricti cenſura rigoris Quadrageſimale celebraretur initium, nimirum vt per triduum, non niſi modicum panis cum aqua omnes Fratres comederent, nulla niſi lectionum ſiue orationum verba proferrent, nudis pedibus lugubres atq; mærentes incederent, expleto communi modulatione pſalterio, mutua ſe ſcoparum caſtigatione purgarent. Inter reliqua vero quæ Petro Damiano in monaſterio Caſſinenſi placuerant, narrabat iſtud, ᵇ quod ibi ſcholas puerorum, qui ſæpe rigorem ſanctitatis eneruant, non inuenerit, ſed omnes aut ſenes, cum quibus vir nobilis ſedebat in portis Eccleſiæ, aut iuuenili decore lætantes, qui nimirum vt filii prophetarum idonei erant ad Eliam per deſertum quærendum, aut certe adoleſcentiæ adhuc flore vernantes, iuxta Apoſtolum Ioannem, vicere malignum. Florentiam poſtea Petrus venit; vbi cum audiſſet diem extremum obiiſſe Rudolphum Epiſcopum Eugubinum, eius vitam ſcripſit, & Alexandro Pontifici miſit. Interim eum turbæ maximæ excepere, orto Schiſmate monachorum & populi, contra Petrum Papienſem per ea tempora Epiſcopum Florentinum.

c *Vita S. Gualberti*

ᶜ Sanctus Ioannes Gualbertus ſiquidem, Epiſcopum illum non ſolum Simoniæ, ſed etiam hæreſis propter illud vitium cum ſuis Fratribus reum peragebat, nec ab illo Sacramenta percipienda dictabat. Inde vero vehemens orta eſt contentio in clero & populo Florentino, aliis E-

piſcopum

Digitized by Google

piſcopum defendentibus, aliis monachos laudantibus, quod tanta libertate illud vitium deteſtarentur.

II. Difficultates Petr. Dam. in cõponen. tumultibus Eccl. Florent.

Audiuit iſta omnia Petrus Legatus, & conciliare diſſidentes laborauit. Cæterum cum contra monachos videretur inclinare, nihil fecit. Res enim arrogantiæ & præſumptionis plena viſa eſt Petro Damiano, quod illi Epiſcopum indemnatum, vitandum eſſe populo ſuaderent; quodque Sacramenta ab eo rite adminiſtrata maledictiones & ſacrilegia aſſererent, populumque a percipiendis illis temerario auſu auerterent. Plus minus mille circiter homines his nugis næniiſque decepti, ſine Sacramento Dominici corporis & ſanguinis tunc deceſſerant; ne illud à ſuo Epiſcopo, vel ab eo ordinatis acciperent. Ad eam quoque veſaniam deuenerant, vt chriſma ab eo conſecratum in baptiſmate non adhiberent, adeoque ſine eo paruulos baptizarent. Non erant iſta Petro Legato ferenda. Quamobrem, licet & ipſe in crimen vocaretur, quaſi Simoniæ reus eſſet, noluit tamen committere, ne zelum non ſecundum ſcientiam monachorum, non temperaret: partque ſententia & Simoniæ crimen, & pernicioſam hæreſim aſſerentium, à criminoſo ſacerdote nihil Sacramentorum adminiſtrari, condemnaret.

II. De Theuzone monacho turbatum auctore.

In eam rem & ciuibus Florentinis, & incentori earum turbarum Theuzoni monacho binas ſcripſit, in quibus non minus anathematizauit Simoniacam hæreſim primam omnium hæreſeon, ex imis diaboli viſceribus erumpentem; quam etiam illam conſectaneam Sacramenta & ſacrificia Simoniacorum, execranda & nulla eſſe aſſerentem. Monebat interim: *Synodus, inquit, annualiter imminet, ſedes Apoſtolica cunctis adeuntibus patet; Romanam ergo pulſet Eccleſiam, quiſquis ſe iuſtam aduerſus Epiſcopum habere querelam ſpirat.* Profecerunt ad iſta Damiani admonitione monachi illi quærulosi. Romam enim profecti Petrum Florentinum Epiſcopum, publice & quidem conſtanter hæreticum, & Simoniaca labe fœdatum præclamarunt, & eius rei confirmandæ cauſa, obtulerunt ſe paratos ad ignes ſubeundos. Verum Alexander Pontifex amplius quam centum Epiſcoporum congregato Concilio, contra Simoniacos quidem plurima conſtituit, accuſatum autem deponere noluit, neque permittere monachos voluit igneam probationem ſubire. Maxima enim pars Epiſcoporum qui ad Synodum generalem conuenerát, Epiſcopo fauebat & monachis aduerſabatur; ſed Hildebrandus Archidiaconus, partibus Beati Ioannis Gualberti ſtudebat, eaſque tuebatur. Cumque ècontra Petrus Damiani Alexandro Papæ diceret; *Domine & Pater ſancte, iſti ſunt Locuſtæ, quæ depaſcuntur viriditatem Sanctæ Eccleſiæ. Veniat Auſter, & perferat eas in mare rubrum:* Sanctus Papa Alexander contemperando ſe vtriſque benigne reſpondit; *Iſti homines non omnino ſunt repellendi, quia & boni ſunt, & ea quæ dicunt, ſimpliciter & bona intentione loquuntur.*

Alex. Pap recuſat probationem per ignem fieri.

III. Petr. Aldobrandinus ſubit Florẽtiæ probationem per ignem cõtra Epiſc.

Interim cum Romæ nequicquam contra Petrum Epiſcopum Florentinum decerneretur, & Clerus populuſque Florentinus tumultuaretur, alteri alteros hæreticorum nomine appellantes, Concilium Cleri & monachorum celebratur. Ibi Petrus Aldobrandinus cum aliquot aliis monachis, Simoniacam hæreſim deteſtantibus, probationem igneam contra Petrum Epiſcopum ſe facturum recepit. Quam ad quem modum ſubiiſſet, Florentini Alexandro Papæ his verbis referebant. Fiunt ſtatim à populo duæ ſtrues lignorum altrinſecus iuxta ſe in longitudine politæ, ſingularum vero longitudo vtriuſque pedum decem, latitudo autem ambarum ſigillatim quinque pedum, & dimidium dimidi pedis: altitudo deniq; vtriuſque ſeparatim fuit quatuor pedum & dimidii: inter vtraſq; vero pyras in longitudine ſemita vnius brachii extitit, & ipſa ſtrata ſiccis lignis, ad ardendum bene paratis. Interea fiunt pro hac re pſalmodiæ, Litaniæ, ſupplicationes. Petrus Aldobrãdinus monachus eligitur iuſſu Abbatis intraturus ignẽ, celebraturuſq; miſſam ad altare pcedit. Miſſa vero cantat' cũ magna deuotione & ſupplicatione omniũ. Chorus Monachorum & Clericorum, nec non & laicorum ex corde lachrymatur. Vt autem ventum eſt ad, Agnus Dei: quatuor monachi, vnus imaginem Crucifixi, alter aquam ſanctificatam, tertius duodecim cereos benedictos, quartus thuribulum thure plenum deferentes, procedunt ad ſuccẽdendum præſcriptas lignorum pyras. His igitur viſis, clamor omnium in cœlum attollitur, Kyrie eleyſon, flebiliſſime pleno ore cantatur: Ieſus Chriſtus creberrime, vt exurgat, cauſamque ſuam defendat, oratur: Maria mater vt hoc ſibi ſuadeat, multum à viris, plurimumque à feminis ſupplicatur: Petri Apoſtoli nomen, quo Simonem perdendo damnet, millies ingeminatur: Gregorius vrbis Præſul, vt ad ſuas verificandum properet ſanctiones, ſuppliciter obſecratur. Interea dum pro ingenii capacitate ab omnibus oratur, presbyter præceptis ſalutaribus myſteriis, & expleta miſſa exutaque caſula, cæteris autem ſacerdotalibus indumentis ſibi retentis, crucem Chriſti portans, cum Abbatibus & monachis Litanias faciendo, ad ſtrues lignorum, iam rogos fieri incipientes appropinquat; ibique Deus quammultipliciter ac vniformiter ab omnibus adoratur. Tandem ſilentium cunctis imponitur, & vt conditionem rei, pro qua hæc fiebant, audire monerentur. Dicebat vnus Abbatum: Viri fratres & ſorores, pro ſalute animarum veſtrarum, teſte Deo, hoc facimus, vt deinceps à Simoniaca lepra, quæ fere iam totum ſordidat mundum, caueatis.

His expletis, cum vtrique rogi iam ſe ex maiori parte in flammiuomos conuertiſſent carbones, & cum media ſemita ignium magnam copia prunarum valde æſtuaret, vt vſque ad talos pedes euntis (ſicut poſtea probatione patuit) in prunas infigi poſſent; ſacerdos & monachus iuſſu Abbatis hanc orationem cum magna voce, audientibus & flentibus omnibus fudit ad Dominum: *Domine Ieſu Chriſte vera lux hominum in te credentium, tuam miſericordiam peto, tuam clementiam exoro, vt ſi Petrus Papienſis, qui Florentinus Epiſcopus dicitur, interuentu pecuniæ, id eſt, munere a manu (quod eſt Simoniaca hæreſis) Florentinam arripuit ſedem: nunc tu Fili æterni Patris, ſalus mea, in hoc tremendo iudicio ad adiuuandum me feſtina, & me illæſum ſine aliqua macula mirabiliter conſerua, ſicut quondam illæſos ſeruaſti tres pueros in camino ignis ardentis qui cum eodem æterno Patre & Spiritu Sancto omnia cooperatis, & viuis & regnas in ſecula ſeculorum.* Cumque omnes, qui aderant, reſpondiſſent, *Amen*, pacis oſculum Fratribus dedit & accepit. Interrogationes; Quamdiu illum vellent in igne manere: reſponderunt, ſufficere ſi pedetentim tranſiret. Tunc ipſe Petrus Aldobrandinus ſacerdos contra ignis ardore ſalutare ſignũ Crucis † faciens, Crucemq; Chriſti baiulans, tam flammarũ multitudinem nõ attendens, intrepidus mẽte, hilaris vultu, cum quadã celebritate grauitatis, illæſus in corpore, illæſus & in omnibus quæ ſecum portabat, in virtute Ieſu Chriſti mirabiliter ignem pertranſiit. Nam flammæ vndiq; concurrentes & circumquaq; exurgentes Albam quaſi byſſinam intrabant, & implendo inflabant; ſed naturæ ſuæ immemores nihil ipſi vſtionis inferre poterant; manipulum deniq; & ſtolam, eorumq; fimbrias more ventorum ſuſtollendo, huc illucq; varie ferebant, ſed calore [illegible]dito, ipſas in nullo cõburere valebant. Pili quoq; pedum eius inter flammiuos carbones nonnunquam mittebantur; ſed ô mira Dei potentia, eorum nulli ardore ignis lædebantur: inter capillos nempe flammæ circumſurgentes intrabant, eoſq; flando & reflando leuabant & releuabant: ſed nec ſummitatem alicuius eorum vires ſuas oblitæ adurendo retorquere valebant. Erant quippe flammæ ex omni parte ipſum concludentes, ad ſaluatoris miraculum, non ad ardoris incendium. ardorem Catholicæ Fidei ſentiebant, ideoque non ardebant. Poſtquam autem Aldobrandinus egreſſus eſt de igne, dum iterum vellet focum repedare, capitur à populo, deoſculantur præ deſiderio pedes eius. Laus Deo ab omnibus vna, præ gaudio, etiam flendo, cantatur, certis iam

Petr. Aldobran. igne' dicitur & Epiſc. depoſitur.

omnibus, quia verbum Dei nunquam mutatur. Simon Petrus magnis laudibus ſublimatur, Simon deniq; magus vt ſtercus pedibus conculcatur. Hæc & alia multa Florentini Alexandro, orantes vt Epiſcopum Simoniæ conuictum deponeret. Depoſuit ſane; Petrum vero Aldobrandinum inter Cardinales S.R.E. Epiſcopum Albanenſem conſtituit; quem ob recentis miraculi memoriam poſteritas Igneum appellauit. Porro Petrus ille depoſitus, monachis reconciliatus, in ſignum redintegrati amoris decimationem quamdam eis dedit, viciſſimq; perpetuæ orationis obligationem ab vniuerſo monaſterio recepit.

Per hæc tempora Agnes Auguſta Romæ afflicta, ſumma paupertate & calamitate premebatur, necquicquã Henrico filio Rege res eius curante. Quam vt aliqua ratione Petrus Damiani conſolari poſſet, duas ad eam ſcripſit epiſtolas, ad tolerantiam perſecutionum & calamitatis exhortans.

IV. Quarta pars Hieroſol. quo iure deuenerit ad Patriarch.

Hieroſolymis Chriſtiani degentes pecunia collectitia Chriſtianorum, præcipue vero à Conſtantino Monomacho relicta, abſoluerunt à Calypha Ægypti imperatum opus ędificandi quartam partem murorum eiuſdem vrbis; atq; ab eodem Calypha impetrarunt, vt eam partem ipſi Chriſtiani poſſiderent, nec alium Iudicem quam Patriarcham ſuum haberent. Ex quo factum eſt, vt illa quarta pars ciuitatis ceſſerit dominio Patriarchæ; cuius rei cauſa graues lites poſtea exortę ſunt, inter Hieroſolymorum Reges Chriſtianos atque ipſum Patriarcham.

V. De S. Ingone III. & Ingone Regibus & Mart.

Hoc eodem anno claruit S. Ingo, eius nominis III. Gothorum Sueonumque Rex, nulli optimorum Regum poſtponendus, quippe qui mores ſuos ad diuinas & humanas leges, tanta diligentia compoſuit, vt publico omnium teſtimonio affirmaretur ipſum nunquam contra leges patrias deliquiſſe, eoque laudatæ vitæ exemplo complures in religione Chriſtiana, & illam decenti morum honeſtate continuit, alios vero honoribus ac beneficiis ad eandem pellexit ac conſecrauit; Æſhilli Sanctiſſimi Pontificis ſeſe in omnibus conformans monitis ac conſiliis. Et quemadmodum pace, ita bello extitit clariſſimus. Nam Ruſſos armis ac religione domuit, Danos magna clade affecit, & Scouingiam Gothorum Regno reſtituit, in qua etiam poſt multos pro fide Chriſtiana & libertate Eccleſiaſtica impenſos labores, nocturnis inſidiis à nefariis hominibus, qui eo amoto, proſperam ſibi in diuina ſæuiẽdi, & Chriſti cultũ radicitus extirpandi occaſionem adueniſſe rebantur, trucidatus, terrena regna cœleſtibus commutauit; ſepultus apud Veſtrogothos in monaſterio Varnhem.

Huius non tantum nominis, verum etiam religionis ac pietatis iuſtus hæres Ingo IV. Rex extitit, ob publicam patriæ ſalutem ac pacem conſeruatam & auctam. In Vretenſi monaſterio ampliſſimo Ord. Ciſtercienſ. à ſe erecto, dotato, propinata à perditiſſimis quibuſdam cicuta extinctus. Anno Salutis milleſimo centeſimo duodevigeſimo. *De iis ſcriptores rerum Sueticarum & Danicarum, Ioann. Magnus Hiſtor. Gothica lib. 18. capit. 11. 14. & 15. & in ſua Metropoli lib. 1.* Sed ait Ingonem IV. obiiſſe anno circiter 1139. Recenſente Ioann. Vaſtouio Sigiſmund. III. Regis Polon. Bibliothec. Præfect.

S. Æſchilli Epiſcopi res geſtę & Martyrium.

Huic non inferior S. Æſchillus Anglus, Eboracenſis Prouinciæ S. Sigfridi conſanguineus. Hic à puero illecebris huius vitæ contemptis, totum ſe in amorem Dei transfudit. Legis diuinæ documentis inſtructus, de fluentis eius melliflnis auide hauſit, vnde multis poſtmodum ſalutis pocula propinauit.

Ætate maturior factus ſuperno inſtinctu Sanctum Abraam imitatus, exiit de terra, & cognatione ſua, ac in Sueciam perrexit, cum S. Sigfrido, cuius capellanum agebat, certus tanto plus appropinquare ſe cœlo, quanto longius propter Deum à ſolo paterno recederet. Creuit in ipſo cum annis gratia, & cum ætate iuſtitia, fecitque omnia ſecundum exemplar, quod ei in monte, ſcilicet S. Sigfrido virtutum ſpeculo, monſtratum eſt, cuius vitæ ſanctiſſimæ ſtuduit eſſe imitator. Cumq; Chriſtianam fidem apud Gothos & Sueones indefeſſo animo prædicaret, bonumque odorem omnibus afflaret, apud Ingonem Regem, omneſque bonos, ſummam venerationem ſibi conciliauit. Nec multo poſt, omnium conſenſu in Epiſcopum Eccleſiæ Nordanskogh electus à B. Sigfrido fuit conſecratus. Poſitus tanquam lucerna ſupra candelabrum in domo Domini, magis ac magis omnibus qui ingrediebantur, lumen diffundere curabat. Multi eius concionibus inflammati, vana ac ſuperſtitioſa ſubuertere, lucos ſuccidere, & noua vero Deo altaria erigere cœperunt, fauente & adiuuante Rege Ingone. Sed iis Chriſtianæ fidei incrementis inuidens Sathan, quorundam peruerſorum animos, contra Pontificem ac Regem etiam ipſum concitauit. Quocirca nefarii homines collecto exercitu, Chriſtianiſſimum Regem adoriuntur, victum & in fugam conuerſum, Domino ita permittente, & aduerſitatum occaſione temporalibus ærumnis ſempiternas redimente trucidant. Dehinc, vt olim populus Iſraeliticus, ne ſub .... Roboam, (vbi erat templum & cultus veri Dei) degeret, Regem ſibi conſtituit Ieroboam, cuius conſilio idololatræ effecti pro legitimo numine vitulos adorauit. Sic iſti parricidæ, Principe Chriſtianiſſimo ſublato, hominem ſanguinarium Suenonem cognomento à Chriſtiana religione alieniſſimum ſuffecere, volentes totam religionis ſtirpem à radice penitus exſcindere. Proclamato Rege nouo conuenit multitudo infidelium Strengis in loco ob cultum idolorum percelebri, victimas Diis ſuis libaturа.

Aduolat quoque ipſe Rex paganus, celebritatem præſentia ſua cohoneſtaturus. Producitur in locum ſacrificii ingens boum ac ouium numerus, mactatur, aboletur, crematur, epulum grãde ob reuerentiam Regis & venerationem Deorum, de quorum victimis comedebant adipes & bibebant vinum libaminum, initur fauſta Regi nouo acclamatio, in cœlum tollitur.

Conſederat eo tempore S. Æſchillus apud Eccleſiam, Fors nomine, vbi certior factus de omnibus quæ fiebant, diuino calore ſuccenſus, fortis zelotes, velut alter Elias indutus lorica iuſtitiæ, protectus ſcuto fidei, & arrepto gladio ſpiritus, quod eſt verbum Dei, cum clericis ſuis ac paucis aliis ad Idololatras proceſſit intrepidus, ſtanſque in media turba infidelium, arguit opportune, importune, quod Domini creatoris ſui obliti immolarent Dæmoniis & non Deo. At illi, vt aſpides obturauerant aures ſuas, ne legem Dei audirent, & incantantem ſapienter aſpernabantur. Porro, cum cerneret Æſchillus ſe dictis nihil proficere, oculis ac manibus in cœlum leuatis, fide nixus, ſpeque erectus inuocauit Dominum vt faceret ſuæ oſtenſionis euidentiam; mox intonuit de cœlo Dominus grandine, niue, & pluuia ex inopinato deſuper effuſa, aras immolantium ſubuertit, cum tamen Epiſcopum ſanctum, ne vna quidem pluuiæ gutta grandiniſue ſphærula contigerit. Illi tamen non tam virtutem, quam Deus in ſeruo ſuo declarauit quam id, quod perpeſſi fuerant, agitantes, furore repleti, impetum vnanimiter in ſanctum fecerunt. vnus caput eius lapide appetiit, alter ſecuri confregit. Semianimis in terram collapſus, aliquantiſper in proprio volutabatur cruore: in qua adhuc indelebile effuſi ſanguinis ſignum, ad perpetuam execrandi facinoris memoriam oſtenditur. Ac ne ſine iuſta cauſa paſſum vulgarent, quidam nobiles eum rapuerunt, & ad regem

traxe-

traxerunt, aſſerentes magicis artibus ad iniuriam Deorum, & Regis, ipſum aera concitaſſe. Quare tanquam in maleficum ſententia mortis à Rege impiiſſimo lata producitur extra vrbem in montem, monaſterio fratrum Prædicatorum adiacentem, ipſo die quo hebdomadarum Paſſionis Domini memoriam peragunt fideles, vbi, ceu quondam Stephanus pro zelo fidei ac defenſione veritatis lapidibus obrutus, exuta mortalitate in æterna commigrauit tabernacula 12. Iunii.

Fracto ſanctiſſimi corporis eius alabaſtro, odor variarum virtutum fragrauit. Nam lampas de cœlo viſa, ſuper corpus ſancti, cunctis ſummo fuit ſtupori & admirationi. Chriſtiani igitur accurrentes, corpus Martyris tulerunt, volentes illud in Eccleſia Fors ſepelire. Sed (mira res) venientibus ad locum, qui Æſchiltuna dicitur, tanta denſitate nebulæ obſcuratus fuit aer, vt progredi eo die amplius nequiuerint; corpus quoque adeo ponderoſum portantibus effectum eſt, vt minime loco moueri poſſet. Eadem nocte reuelatum eſt ei, qui primus in eum lapidem miſit, eo loco, ob reuerentiam martyris, Baſilicam fore conſtruendam, quod & factum eſt. Tumulato igitur ibidem honorificentiſſime à fidelibus corpore, frequenti miraculorum corruſcatione cernere erat, admirabiles animorum conuerſiones: Euadebant illius meritis de lupis oues, de perſecutoribus Eccleſiæ, tutores, de peccatoribus, iuſtitiæ pietatiſque cultores, varii quoque diuerſis oppreſſi ægritudinibus, meritis ac precibus ſancti martyris S. Æſchilli curati, præſtante Domino, qui in ſanctis ſuis eſt benedictus, laudabilis & glorioſus in ſæcula. *Annales Suec. & Angl. Felix Faber de Apoſtolis & SS. Sueuicis. Ioan. Mag. libro decimo oct. suo. hiſtor. Goth capite vndecimo, libro decimo nono, Molanus & Caniſius in ſuis Martyrologiis.* Paſſionem eius nonnulli in annum 1016. alii in 1046. ſed perperam, referunt. Recenſente eodem qui ſupra.

De S. Dauid Abb. Anglo.

Floruit etiam hoc anno S. Dauid Abbas & confeſſor, in Anglia nobilibus & Chriſtianis parentibus natus. Hic à puero in ſcientia, virę probitate & charitate Chriſtiana plurimum proficiebat, adeo, vt vniuerſis bonis ſuis in pauperes diſtributis, ordinem Cluniacenſem ingreſſus, in arctiſſima diſciplina & abſtinentia vitam duxerit: auditaque morte ſanctorum martyrum S. Sigfridi nepotum, cupiens & ipſe martyrii pro Chriſto particeps fieri, in Sueciam aduenit, atque ex conſilio S. Sigfridi apud Eccleſiam Sneuingenſem in Veſmannia (locus hodie Munkatrop dicitur) Sedem fixit, vbi verbum Dei conſtanter annunciando, multas iniurias & perſecutiones paſſus eſt. Cum iam partim præ ſenio, partim ex frequentibus lachrymis in oratione profundi ſolitis, oculi eius caligarent, radium ſolis per feneſtram intrantem forte conſpicatus, & paxillum eſſe ratus in eo appendit chirothecas, quas poſtea ſeruus, vt afferret indigenti, miſſus, in radio ſolis, vt erant, inuenit pendentes, ad extremum vir ſanctus, plenus dierum & bonis operibus, ex hac vita ad vitam tranſiuit æternam. Corpus eius ſuauiſſima odoris fragrantia omnes aduenientes repleuit. *De eo Annales Suetici & Breuiaria antiqua.* Recenſente eodem qui ſupra.

IESV CHRISTI
Annus 1064.

ALEXANDRI II. PAPÆ ANNO 4. Conſtantini Ducæ Imperat. anno 5.

I. Cadalous pecunia omnes corrumpit.

ANno Chriſti 1064. Anathematis gladio percuſſus Cadalous Parmenſis, tantum apud Romanos aliquos pecunia numerata potuit, vt illi & contra Alexandrum Papam inſurrexerint, & Henricũ Regem illi perdito homini conciliauerint: inſuper & Godefridum Marchionem Tuſciæ, nonnihil ab Alexandro alienauerint, & in partes Cadaloi illum inclinarint. Vtrique habuit Petrus Damianus ſcribere, & Godefrid. quidem, vt eum in neceſſitudine Alexandri confirmaret; Henrico vero, ne ſe à Cadaloo ſeduci pateretur, neue Eccleſiam diuideret, ſed indicto Concilio, req; mature iudicata, illum quidem caſtigari toleraret, Alexandrum autem tanquam legitimum Pontificem honoraret. Inter alia quæ Henrico ſcripſit, hæc monuit: *Porro de Phaleg filio Heber ſcriptum eſt, quia in diebus eius diuiſa eſt terra: de te quoque cauendum eſt ne dicatur, quia in diebus tuis diuiſa eſt Eccleſia. Scribantur Annales, texatur hiſtoria quæ dicat: quia Nerua clementiſſimus Imperator pacificauit Eccleſiam, Conſtantinus confirmauit, Theodoſius exaltauit; & cum fuerit peruentum ad te, glorioſum ne tibi erit, ſi dicatur: Henricus diuiſit? Abſit hoc à te, vt hanc legat hiſtoriam poſteritas ventura de te. Noli ergo eſſe Phaleg, qui coniuncta diuidas; ſed eſto Chriſti diſcipulus, qui diuiſa coniungas. Ii vero qui ad diuiſionem Sedis Apoſtolicæ diabolico ſuccenduntur inſtinctu, Dathan, & Abiron atque Core ad memoriam reuocent, & ex eorum perditionibus colligant, qui finis etiam ſe, qui non diſſimilia ſectantur, expectet. Illi ſane ſchiſma fecerunt ſynagogæ, iſti diuiſionem machinantur Eccleſiæ. Quamobrem ſicut illos viuentes terra deglutiit; ſic iſti per ſchiſmatica nequitiæ meritum prudenter & ſcienter merguntur in tartarum. Nec glorientur, qui manifeſte Romanæ Eccleſiæ ſchiſma non faciunt, ſed tamen vel annuendo, vel negligendo ſcindentibus non reſiſtunt: quia non ſolum ille qui dixit; In cœlum aſcendam, ſuper aſtra cœli exaltabo ſolium meum; Sed & omnes fautores eius repente ſunt è cœlo proiecti: ita non modo Core, ſed & complices eius ducenti videlicet quinquaginta viri cœleſtis ignis ſunt incendio deuorati. Vnde cauendum eſt, ne malitia ſubditorum redundet in Regem, etſi non delinquentem, non tamen pro viribus prohibentem. Nam Gregoriana ſententia eſt:* Facti culpam tenet, qui quod poteſt, negligit emendare. *Vertatur ergo docta manus ad capulum, & cum Dauid in Amalecitas impetu fulguris irruat, & ſicut ille latrunculos ſubegit, ſic tu hoſtes Eccleſiæ vibrato iuſtitiæ mucrone transfige. Sentiat, ſentiat teterrimus ille draco, Cadalous ſc. perturbator Eccleſiæ, euerſor Apoſtolicæ diſciplinæ, inimicus humanæ ſalutis: Sentiat, inquam, radix peccati, præco diaboli, Apoſtolus Antichriſti. Et quid plura dicam? ſagitta producta de pharetra Satanæ, virga Aſſur, filius Belial, filius perditionis, qui aduerſatur & extollitur ſuper omne quod dicitur Deus aut quod colitur, vorago libidinis, naufragium caſtitatis, Chriſtianitatis opprobrium, ignominia ſacerdotum, genimen viperarum, fœtor orbis, ſpurcitia ſeculi, dedecus vniuerſitatis (attexantur adhuc epitheta Cadaloi, catalogus videlicet nominis tenebroſi) ſerpens lubricus, coluber tortuoſus, ſtercus hominum, latrina criminum, ſentina vitiorum, abominatio cœli, proiectio paradiſi, pabulum tartari, ſtipula ignis æterni. Sentiat iſte metum Regiæ maieſtatis, & terrenum metuat Principem, qui audacter prouocat in bella cœleſtem.*

II. Petr. Dam. ſcripta ad Henr. Reg.

Gen. 10.

Digna notatu ſententia.

Hæc & alia plura Petrus ad Henricum. Nec fruſtra, Is enim S. Annonem Colonienſem Archiepiſcopum Romam miſit, qui in ius electionis Alexandri Papæ inquireret, & tum demum ex re, rebus Eccleſiæ conſuleret. Iuit ille; & cum legitimam fuiſſe Alexandri electionem cognouiſſet, poſtulauit illum, vt pro hac parte dignaretur in partibus Lombardiæ Synodum celebrare, & eiuſdem electionis ſuæ factum demonſtrare, quod licet conſuetum, & à Romani Pontificis dignitate videretur alienum, conſiderata tamen inſtantis temporis malitia, petitioni eius aſſenſum præbuit, & apud Mantuam Synodum conuocauit: cui etiam vt Petr. Damian. intereſſet, per eum inuitauit.

III. Anno Col. mittitur a Reg. legat. ad Papa. a *Lamb. & Nicol. Arrag. Cardi.*

Statuto tempore Alexander Papa cum Epiſcopis & Cardinalibus Romanis Mantuam venit, ibidemq; non nemo Epiſcoporum Lombardiæ, excepto Cadaloo iudicium fugiente, acceſſit. Adfuerunt & Hiſpaniarum aliquot Epiſcopi deferentes libros Gothicos Ritualis, à quibus cogniti inuenti ſunt Orthodoxi. In hac Synodo, cum Alexander Papa ius ſuum ad Pontificatum oſtendiſſet, omnes Epiſc. Longobardiæ ſibi beneuole conciliauit: Sanctus autem Anno Colon. cum Herman. Bambergenſi, eidem tanquam vero legitimo Pontifici inclinauit.

IV. Concil. Mantuan. generale in cauſa ſchiſ. Ecc. Rom.

V. Cadalous rurſum furit in Eccleſiam. De Cadaloi exitu.

Interim Cadalous iudicium Synodale refugiens, comparato exercitu Romam petrexit, baſilicam S. Petri violauit, & in caſtrum S. Angeli receptus, duobus annis obſidionem Alexandrinorum ſuſtinuit, à qua cum ſe trecentis libris argenti redemiſſet, dimiſſuſq; per benignitatem fuiſſet, iterum armis rem attentans, iterum fuſus quanquam fuga elapſus & per contumeliam repulſus eſſet, ſe tamen pro Pontifice geſſit, quoad turpiter poſtea mortuus interiiſſet. Fauebat eius partibus Henricus Rauennas Archiepiſcopus, nimis contumax & pertinax ſchiſmaticus: licet videret totius Occidentis Epiſcopos Alexandro adhærere.

VI. Celebris peregrinatio. b *Marian. Scot. & Lamb.*

Per eadem tempora [b] Sigefridus Archiepiſcop. Moguntinus, Wilhelmus Traiectenſis, & duo alii Epiſcopi Germaniæ, inflammati deſiderio viſitandi loca ſacra, exemplo ſuo ſeptem millia hominum incitarunt, vt eandem cum illis peregrinationem ſuſciperent. Hi quod nimis culti incederent, Saracenos in ſpem prædæ illexerunt, vt tumultuaria manu imparatos imbelleſq; inuaderent, & vario Marte depugnantes trucidarent, adeo vt vix duo millia eorum ſuperſtites ad propria reuerterint.

VII. Hiſtoria de inuentione corporis S. Dan. mart. Patauii.

Per id temporis, Patauii repertum eſt corpus ſancti Martyris Daniel. non ſine magnis miraculis. Hiſtoriam enarrabo non iniucũdam. In Tuſcia quidam longe valetudine oculis captus fuerat, mox expertus quicquid fruſtra medicorũ manus diu attulerant, vnico ſacrarum ſcripturarũ ſolatio tenebrarũ mærorem leniebat, neque lumen oculorum exoptans, ſi corpori reſtitutum animę inferret cæcitatẽ. Pacatam mentem adhuc gratiorem apud Deum faciebant crebra ieiunia, & orationes. Huic per quietem ſeſe obtulit vir Leuita his veſtibus quib. ea dignitas vtitur, dum ſacra myſteria aguntur; & percontatus eſt, an libenter ablatum lumen reciperet. Vbi reſpondiſſet id ſe quam maxime cupere, ab eodem Leuita iubetur Patauium proficiſci, & de ſacello Beati Proſdocimi, ac tumulo ipſius Leuitæ inquirere, ibi cæcitatem omnino exuturus. Habita dictis fide cæcus Patauium ducitur, Monachis reuelationem aperit, in Sacello S. Proſdocimi ſpatium orandi depoſcit. Sed vt ipſius fides, & reuelatio ſancti Danielis magis probaretur, aliqua temporis intercapedine, diſtulit aliquot dies diuina clementia eidem beneficia luminis impertiri. Iam Comes deſperatis rebus reditum parabat, & vrbs minus de reuelatione martyris ſibi pollicebatur, cum pernoctanti ibidem cæco ſomnus obrepſit, & eadem ſeſe (D) obtulit imago, quam in patria per quietem aſpexerat. Inquit ea: Poſtquam data monitis fide ad meum ſepulchrum acceſſiſti, ſcias tibi hunc priſtinum vſum oculorum reſtitutum eſſe. His dictis euanuit. Tuſcus euigilãs oculos circumuoluit, atq; primum B. Mariæ Virginis aram vidit, deinde quæcunq; offerebantur, egit denique cum lachrymis gratias, & ſepultum martyrem ex miraculo cognouit, vbi ante obdormierat. Abbas interea Vldericum Epiſcopum de re tota admonuit; Epiſcopus apud clericos, & populum euentum enarrauit: vniuerſi ſanctarum reliquiarum effoſſionem optabant. Chriſti dies natalis appetebat, & quamuis populus deſiderio ſanctæ inquiſitionis æſtuaret, placuit tamen poſt feſtum diem alterum tanto operi deſtinare. Stata die Vldericus binos Epiſcopos, qui Legationis ergo Patauii aderant, (E) teſtes diuini muneris adſciuit, & cum digniorib. delectis ex Clero, ac plebe, accedens ad Oratorium S. Proſdoc. marmoreas tabulas quib. ſtratum erat, diuelli, & rudera quæ hic locum obtexerant, egeri imperauit. Vix ad denos pedes effoſſum eſt, cum reperitur arca marmorea, plumbo & anſis firmata. His diruptis intro viſa eſt tabula marmorea, quę multis clauis alteri ligneæ coniungebatur; vtraq; cruore recenti aſperſa, ac ſi modo ex inflictis vulneribus prodiret. Inter vtramq; medium reperiunt hominis cadauer clauorum ictibus vbique confoſſum, quod S. Martyrem indicabat, attamen lætitiam de inuento Martyre turbabat ignotum adhuc ipſius nomen; quod diuina miſeratio, neq; penitus voluit latere. Nam

(A) Vldericus arcam colluſtrans tellure emundatam, extra ad latus Leuitæ nomen legit inciſum: *Hic requieſcit corpus Danielis Martyris & Leuitæ.* Adiecit Deus ægrotis maxima beneficia, quibus merita Dan. abunde eſt teſtatus. Inde Clerum ac Monachos deſideriũ ſanctarum reliquiarum inceſſit, fauente Monachis iure loci, reclamantib. Clericis illos iamdudum ſacri theſauri ditiſſimos eſſe, Cathedralem vero ędem nullis ſanctorum corporibus honeſtari. Eadem Vlderic. precabatur, licet Monachi modeſte ſatis reniterentur. Sed cum de his in ſenatu Patauino relatum eſſet, publico decreto ſanctum corpus ad Cathedralem Eccleſiam poſtulatum eſt. Cum Ioannes Abbas illachrymans in deportationẽ conſenſiſſet, neq; in via miracula defuerunt. Elatores ſacri corporis cum prope muros vrbis id pertuliſſent, repente grauiſſimum (B) eſſe ictum ſenſere, vt neq; progredi poſſent, nec regredi. Augebantur de cœlo prodigia, quod hyberno tempore coruſcans frequentia tonitrua ederet, & fœdam tempeſtatem pluuia ac grandine miſceret. Hinc trepidæ omnium mentes pauescere & Epiſcopi diuinum portentum arbitrari, quod nefas eſſet ex deuoto Sacello, & vetuſto monumento B. Danielis reliquias in pollutam vrbem peccatorum manibus referri. Ea maxime impetebant Vldericum elati funeris auctorem, quem in afflictiſſimum diuina clementia reſpexit, inſpirãs vt ibi Danieli Martyri templum deuoueret. Vix ille conceptis verbis votum nuncupauit, cum martyris corpus priſtinæ leuitati reſtitutum facillime in locum deſtinatum portaretur. Perſeuerauit ibid. vſq; ad annum M CC XC V. quo in Cathedralem illatum eſt. Eam ſacri corporis in- (C) uentionem elegantiore muſa panxit, Antonius Querengus Patauii decus, vir doctrina, pietate, dignitate Eccleſiaſtica præilluſtris, & ſummis Hierarchis Gregorio XIII. Clementi VIII. Paulo V. virtute & meritis commendatus.

Miraculum in deportatione prædicti corporis.

Carmina Querengi de hac inuentione.

S. Danieli Leuitæ Mart. S.

Inclytus locus iacuit per annos
Tellus ignoto Daniel ſepulchro
Ipſius donec monitu repertum
Nobile corpus.
Dulcis ablatum ſibi lucis vſum
Flebat in Tuſca miſer vrbe cæcus
Cum ſibi in ſomnis iuuenem beatum
Cernere viſus,
Surge, qui dixit, properans, & inter
Fertiles agros Patauii require
Marmore extructam rutilante primi
Præſulis ædem.
Hic meum corpus latet, hæc recludet
Luminum clauſos tibi Chriſtus orbes
Surgit, & læto mora nulla greſſu
Iuſſa faceſſit.
Longaq; poſt ingens iter expetito
Sternitur templo, atq; oculis receptis
Monſtrat occultum tumulum piiq;
Martyris oſſa.
Heu nefas dirum, fera gens acutis
Candidos clauis lacerarat artus
Opprimens vaſti lapidis cruentum
Pondere corpus.
Quod licet multis grauis abdidiſſet
Sæculis tellus, tamen vt recenti
Vulnerum fluxu ruber emicabat
Vndiq; ſanguis.
At ſimul tanti cupidas per auras
Rumor it facti, ac celerant propinqua
Illuc ex vrbe accelerant remotis
Finibus omnes.
Sancta nec ceſſant monumenta magnum
Martyrem miris decorare ſignis
Et domum pulſo numero a morbo
Turba reuexit.
Gloriam ſummo canimus parenti
Gloriam nato pariter tibiq;

Spiritus ſancte & modo & vſque in omne
iugiter annum.

Quis fuerit S. Dan. & quomodo martyrium paſſus ſit.

Fuit Daniel Patauii Hebræa matre natus, & à Dino Proſdocimo eius vrbis Epiſcopo ſacro baptiſmate perfuſus, & in Leuitarum numerum adſcriptus. Is cum Chriſtianam fidem populo conſtantiſſime prædicaret, ab vrbis præfecto comprehenſus, inter lapideam & ligneam tabulas clauis ferreis confoſſus, hoc genere martyrii, inter cœleſtes reliquos meruit habere triumphum anno ſalutis C. L X. V I I I. *Bernard. Scardeonius, de antiquit. Pat. lib. 2.*

IESV CHRISTI
Annus 1065.

ALEXANDRI II. PAPÆ ANNO 5. CONſtantini Ducæ Imp. ann. 6.

I.
Petr. Dam. labores aduerſus Nicolaitas.

A*Nno Chriſti* 1065. Petrus Damianus contra Nicolaitas, ſc. contra Clericos defenſores connubii ſacerdotum ſtrenue per litteras ex eremo depugnauit. Idem etiam in inceſtuoſos, ſtylum ſtrinxit, quo in tantum eoſdem exagitauit, vt Alexander Papa, duobus Conciliis hoc anno in vrbe congregatis, acrius illos repreſſerit. Cæterum quod acriores ſententias promulgaret Alexander, & vnicuique anathema adiungeret, de re & alia quapiam, voluit eum per litteras admonere, hæcque digniſſima inſinuare. *Duo quædam*, ait, *apud Apoſtolicam Sedem frequens vſus obtinuit, quæ ſi ſancta veſtra prudentia iudicat, vt nobis videtur, omnino digna ſunt corrigi. Vnum, quia cunctis fere decretalibus paginis anathema ſubiungitur: Alterum quia cuiuslibet Eccleſiæ filius, ſiue clericus ſit, ſiue laicus, exponere proprii exceſſus Antiſtitis prohibetur: Quorum primum quam ſit humanæ ſalutis immane periculum, & infinite patens vorago labentium ac pernicies animarum, clementiæ veſtræ pietas non ignorat. Dicitur enim, quiſquis hæc vel illa non fecerit, ſiue certe quiſquis hoc, quod ſuperius ſtatutum eſt, irritum duxerit, vel in aliquo violauerit anathema ſit. vbi non tantum quam lubrica, quam præceps ſubito ruendo illic procuretur occaſio; vt ante quis in æternæ mortis barathrum corruat, quam ſe vel leuiter impegiſſe cognoſcat, & ſubſtratæ quodammodo tendiculæ iam pedibus innectitur, dum ſe liberis adhuc incedere greſſibus arbitratur. Delinquit itaque quiſquis ille eſt in illud Apoſtolicæ conſtitutionis edictum, & aliquando leui quadam ac perexigua offenſione tranſgreditur: & continuo velut hæreticus, & tanquam cunctis criminibus teneatur obnoxius, anathematis ſententia condemnatur. Et cum dictante iuſtitia, alia ſit vltione plectendus, qui plus delinquit, alia qui minus excedit; hic grauiter, leuiterque peccantibus æqua cunctis & indifferens pœna, ipſius ſcilicet anathematis, irrogatur. Non tribunalium more, vel forenſis examinis, aut libertas læditur, aut poſſeſſio confiſcatur, nec pecunia mulctæ reus addicitur, ſed Deo potius, omnium ſcilicet bonorum auctore priuatur. Hanc itaque homo de homine pœnam ſumit, quam de ſui tranſgreſſione mandati, ipſe quoque Deus omnipotens non præſumit: Qui amat, inquit, patrem aut matrem pluſquam me; non continuo addidit, ſit anathematizatus, vel maledictus; ſed tantum ait, non eſt me dignus. Et in lege, oculus pro oculo, dens pro dente, percuſſura pro percuſſione, aduſtio pro aduſtione, duntaxat exigitur; nec continuo qui reus eſt de ſynagoga proiicitur, vel maledictione damnatur. Non enim ſecundum Stoicos, omnia peccata ſunt paria, atque indifferenti idcirco ſunt vltione plectenda; ſed iuxta modum culpæ temperanda ſemper eſt menſura vindictæ. Porro nec Beatus Papa Gregorius; vel cæteri Patres, qui diuerſis temporibus in Apoſtolicæ Sedis regimine floruerunt, hunc morem in ſuis reperiuntur obſeruaſſe decretis, & vix eorum aliquando ſtatutis anathema ſubnectitur, niſi cum Catholicæ fidei clauſulis temeratur. Quam ob rem ſi ſanctæ prudentiæ veſtræ placet hunc morem de cætero à decretalibus paginis amoueri præcipiat, & vel damni pecuniæ, vel alterius cuiuslibet vltionis calculum in earum tranſgreſſione præfigat: ne quod aliis eſt ad tuitionis munimenta prouiſum, aliis ad perniciem proueniat animarum. Illud etiam, quod dicitur, non licere cuiuslibet Eccleſiæ filium ad maiorem Eccleſiam proprii reatus Epiſcopi, & quæcunque ſunt corrigenda, deferre: nimis abſonum eſt, & prorſus Eccleſiaſticæ diſciplinæ auerſum. Quod quam verum ſit, multis probauit Damianus, & ad extremum concluſit. Iuſtis ergo querelis pateat aditus: liceat apud primatem Eccleſiam conqueri, qui ſe à ſuo pontifice viderit prægrauari, ne de ſublimis prærogatiuæ ſingularitate ſuperbiat, qui ſe per arrogantiæ faſtum fratribus non coæquat. Et qui cenſoriam ſuper alios concutit virgam, ipſe quoque ſuper ſe vigorem Eccleſiaſtici ſentiat diſciplinam. Quique non humanum ſonat, ſed ſuper alios quaſi fulgur terribiliter intonat: aliquando ſe hominem recognoſcens, humana verba formare per humilitatem diſcat; quatenus dum Prælatus quilibet arrogans à tumore elationis deprimitur; ſubiectis autem per auctoritatem ſuperioris Eccleſiæ ſubuenitur, ſopitis vndique iurgiis, & ſynodalis examinis concepta formidine, omnia ſimul Eccleſiæ membra confœderentur in pace.* Hactenus Damianus, qui pariter per litteras decertauit contra nouam hæreſim aſſerentium, *licite poſſe à ſeculi Principibus Epiſcopatus mercari.*

Petr. Dam. admonitio ad Alex. Pp. ob nimis frequentes excommunicationes.

Petr. Dam. in hæreticos duas inſurgit inceſtuoſorum & emptionis Epiſcopat.

II.
Martyres apud Slauos
a *Adam. l. 4. c. 11. 12*

Eodem anno, [a] Godeſcalcus Princeps Slauorum maritimorum, à Paganis, quos volebat ad Chriſtianitatem conuertere, ſeptimo Idus Iunii paſſus eſt, cum presbytero Ippone, qui ſuper altari immolatus eſt, & aliis multis tam laicis quam clericis, qui diuerſa pro Chriſto vbique pertulerunt ſupplicia; quorum paſſio Idibus Iuliis occurrit. Iohannes Epiſcopus ſenex cum cæteris Chriſtianis in Magnopoli ciuitate captus, in triumphum ſeruabatur. Ille igitur pro Chriſti confeſſione fuſtibus cæſus, deinde per ſingulas Slauorum ciuitates ad ludibrium ductus, cum à Chriſti nomine flecti non poſſet, truncatis manibus ac pedibus, in plateam corpus eius proiectum eſt; caput vero diſſectum Pagani conto præfigentes in titulum victoriæ Deo ſuo Redigaſt immolauerunt. Hæc in Metropoli Slauorum Rethre geſta ſunt, quarto Idus Nouembris. Filia quoque Regis Danorum Godeſcalci Principis vxor apud Michenburg. ciuitatem Obotritorum cum mulieribus inuenta, nuda cæſa fuit. Porro Slaui victoria de Godeſcalco potiti, totam Hamburgenſem prouinciam ferro & igni demoliti ſunt: Stormarios omnes aut occiderunt, aut in captiuitatem abduxerunt; caſtrum Hamburg. funditus exciderunt, & in opprobrium ſaluatoris cruces detruncarunt, atque tandem ad paganiſmum relapſi ſunt, his occiſis qui in fide perſtiterunt. Creditum eſt, peccatis Adalberti Archiepiſcopi Hamburgenſis & populi eam cladem prouocatam eſſe.

De Adamo Hiſtorico.

Querebatur enim Adam Canonicus Bremenſis, vſque ad hæc ſua tempora, multos Paganorum erroribus implicitos vixiſſe, ita vt diem ſextæ feriæ carnis eſu maculacent, vt vigilias ſanctorum ſolemnitateſque ac venerabilem Quadrageſimam gula, fornicationibuſque polluerent; vt periuria pro nihilo computarent; vt effuſionem ſanguinis in laude haberent, vt adulteria, inceſtus, aliaſque naturam excedentes immunditias vix culparent; vt plerique duas vel tres & multo plures ſimul vxores tenerent, vtque morticinis, & ſanguine, & ſuffocatis, carneque iumentorum facillime vterentur.

III.
Pius obitus Ferdin. Magni.
b *Lucas Duden Diac.*

Sanctus Anno Colonienſis, Regem Henricum aliquantum infenſum expertus eſt. Archiepiſcopus Bremenſis Adalbertus coram Henrico Rege Wormatiæ agente, inter miſſarum ſolemnia dæmoniacum liberauit. Agnetem Auguſtam in Germaniam reuerſam Petrus Damiani per litteras Romam reuocabat. Ferdinandus Magnus Caſtellæ Rex & Legionis diem clauſit extremum. Paulo ante obitum, ſanctus Iſidorus ei per viſum apparuit, & diem exitus reuelauit. Quo appropinquante, ipſo die ſancti Stephani prothomartyris, conuocatis omnibus Epiſcopis Abbatibus & quibuſcumque religioſis viris, in Eccleſiam Regia purpura & corona ornatus, ad altare ſancti Iohannis proceſſit, & coram Sanct. Iſidori Confeſſoris &

Vincen-

Vincentii martyris corporibus flexis genibus, hæc orauit clara voce: *Tua eſt poteſtas, tuum eſt Regnum, tu es ſuper omnes Reges: tuo Imperio omnia Regna cæleſtia & terreſtria ſubduntur. Regnum quod te dominante accepi, & quamdiu libera tua voluntati placuit rexi: ecce reddo tibi: tantum animam meam de voragine ipſius mundi ereptam, vt ſuſcipias deprecor.* Et hæc dicens, purpuram exuit, diadema depoſuit, terræ ſe proſtrauit, atque extrema vnctione ab Epiſcopis percepta, cilicium induit, puluerem capiti inſperſit, ante altare in lacrymis & orationibus iacuit, inq; manibus Epiſcoporum cœlo ſpiritum reddidit, ipſa feſtiuitate S.Ioan.Euangeliſtæ.

IV. De geſtis & virtutib. S.Ferdin. Reg.

Sane Ferdinand.Rex dum vixit, inſigni pietate fuit, quo merito Legione anniuerſariis ſacris eius memoria celebratur,& in cœlitum numero locum habet. Præcipua liberalitate & munificentia pleraque tota ditione templa, aut denuo excitauit, aut muneribus auxit. Legione præſertim Diui Iſidori, & D. Mariæ de Regula, monaſteria. In Vaccæis ſancti Facundi cœnobium, in quo, præſertim cum ætatis inclinatione, quo tempore in pietatis ſtudia diligentius incubuit, multus intereſſe ſolitus erat: vſque eo, vt cum ſacerdotibus diuinas laudes publice caneret, atq; in communi triclinio cibum cum monachis ſumeret, paratum ſcilicet frugalemque. Accidit, vt vas vitreum ab Abbate acceptum, inter Regis manus eſſet collapſum, quod iſte aureum continuo reſtituit: vt Rodericus præſul auctor eſt; additq;, Legione in templo maximo ob anguſtiam rei familiaris, templi miniſtros nudis pedibus incedere, (tam rude ſeculum, tanta rerum neceſſariarum inopia inter Hiſpanos erat) quod cum Rex vidiſſet, annuos reditus ad comparandos miniſtris calceos deſignaſſe: mille aureos Cluniacenſi monaſterio annuos, ex Regiis vectigalibus pendi mandaſſe. Regina Sanctia pari pietate fœmina à viri morte biennio decurſo, in contemplatione vitæ per virtutem actæ, & pietatis ſtudiis, Legione 13. Decembr. die extincta eſt, & prope viri ſepulchrum poſita. *Maria.lib.9.c.6.*

V. Vzi populi diuinitus debellati. c *Curopal.*

In Oriente, c cum Vzi Scythæ, & Thurcæ, Romanum vaſtarent Imperium, neq; eis Imperator reſiſtere poſſet, rebus plane deſperatis, indixit ieiunium, & ſibi & populo frequentes adhibuit ſupplicationes, ipſe contrito corde pedes cum lacrymis incedens. Qua die conſpecta eſt ab Vzis in tabernaculis commorantibus, multitudo militum in acie dimicare, & cum ſumma feſtinatione, crebra contra ipſos tela iacere, ita vt ex ipſis nemo illæſus remanſerit, quin vulnus acceperit. Secuta eſt inter eos peſtis & fames, qua coacti barbari in propria reuerterunt, Deo ipſo & D. Dei parente pro ſupplicibus ſuis depugnante.

IESV CHRISTI Annus 1066.

ALEXANDRI II. PAPÆ ANNO 6. CONſtantini Ducæ Imp.an. 7.

I. Alex. Pp. creat Cardinales. a *Leo Oſtienſ. lib.3.c.23.*

ANno Chriſti 1066. a Robertus Guiſcardus crebris victoriis contra Græcos & Saracenos partis animoſior factus, Patricii Romani dignitatem ambiens Romam properabat, vt aliquando Imperatoriam purpuram conſequeretur. Id vero cum Henricus Rex Germaniæ cognouiſſet, Godefridum Thuſciæ Marchionem contra eum miſit, vt Alexandro Pontifici & Romanis coniunctus, hominem à cœpto conatu impedirent. Decem & octo diebus cum Northmannis pugnatum, tandem accepta ab eis pecunia ab armis diſceſſum eſt. Ab hac expeditione Alexander reuertens, Caſſinum deſcendit, & ſuggerente Hildebrando aliquos ex Monachis ad Cardineam dignitatem euexit.

Wilhelm. Comes Northm. potitur regno Angl. b *Veſtmon.*

Romam reuerſus, b Guillelmo Comiti Northmanniæ, in Regem Angliæ ab Eduardo recens defuncto, deſignato, contra Haroldum tyrannum eius regni inuaſorem vexillum & auxilia miſit. Quo ille prælato, cum optimum nocte prælium antecedente Sacramentis exercitum procurari curaſſet, die ipſa ſancto Calliſto Papæ & martyri dedicata victoriam obtinuit;& in ſignum gratitudinis vexillum auro ac gemmis ornatum Haroldi Romam ad Alexandrum Pontif. miſit. Aldredus poſtea Wilhelmum, ipſa ſolemnitate Natiuitatis Domini, Regio ritu inaugurauit, cum prius ille ante altare ſancti Petri Apoſtoli, coram Clero & populo iureiurando promiſiſſet, ſe velle ſanctas Dei Eccleſias ac rectores earum defendere, nec non & cunctum populum ſibi ſubiectum iuſte ac regali prouidentia regere, rectamque legem ſtatuere & retinere, & rapinas iniuſtaque iudicia penitus extirpare.

Humilitas Wilhelmi Reg. erga Aldredum Epiſc.

Porro tanta veneratione Wilhelmus Rex Aldredum Archiepiſcopum Eboracenſem coluit, vt cum is aliquando propter repulſam quandam à Rege ſcapulas auertiſſet, & maledictionem pro benedictione comminaretur; Rex ad pedes eius procciderit, veniam petierit, ſatisfactionem ſpoponderit; patienterque tulerit, tunc cum optimates ſuaderent, vt Regem proſtratum erigeret, ille reſponderit; ſinite illum iacere ad pedes Petri.

II. Cunonis elect. Treuir. martyrium. c *Lamberti*

Eodem anno c S. Cuno Decanus Colonienſis, electus Treuirenſis crudeliter occiſus eſt. Indigne ferebat clerus populuſque quod ad eius electionem poſt Eberhardum defunctum admiſſi non eſſent: ſed ipſe interuentu Archiepiſcopi Colonienſis, ad eam dignitatem euectus foret. Quamobrem Maior domus Eccleſiæ Treuirorum Diedericus Comes adoleſcens tam natura quam ætate ferox, cum ingentibus copiis contra Cunonem progreſſus in ipſo lucis crepuſculo, antequam hoſpitio progrederetur, reſiſtentes aliquot eius famulos occidit, cæteros fugauit, opes eius diripuit, ipſumque Epiſcopum captum traditumque in manus carnificum, de rupe altiſſima præcipitari, & tandem interfici iuſſit. Ter illum ex præcipitio quodam deiecerunt, & nihil niſi brachium collidere potuerunt. Quo ſucceſſu, vnus carnificum pœnitentia ductus veniam ab eo impetrauit, alius autem decollare eum volens, non niſi maxillam eius abſcidit, ex quo ictu ad Dominum Kal. Iunii migrauit. Tres autem milites mortis illius auctores digna vltio poſtmodum ſubſecuta eſt: nam vnus eorum acceptum cibum deglutire non valens, alii duo manus ſuas lacerantes miſere obierunt. Comes Diedericus exilio mulctatus peregrinatione Hieroſolymitana ſuſcepta crimen expiauit.

III. S.Ariald. Epiſc. Mediolan. martyrium d *Cyrus presbyt. in vita.*

d Mediolani ſanctus Arialdus, propter veritatem occubuit. Guido Archiepiſcopus eius ciuitatis ad vomitum relapſus, peiora peccata commiſerat, quam antea ſub Petro Damiano Legato fuerat deteſtatus. Præter enim Simoniæ, & luxuriæ crimina, etiam ſchiſmate ab Eccleſia Romana ſe præciderat, adeoque auctor extiterat, vt ea Eccleſia Henricianorum, Nicolaitarum & Simoniacorum hæreſibus contaminaretur. Strenue ſe cum Landulpho nobili Mediolanenſi, & Herlembaldo eius Germano, furenti Guidoni adeoque vniuerſæ impietati oppoſuerat Arialdus. Tandem iuſſu Guidonis proditione captus, & trans lacum ad necem ductus, à duobus clericis occiſus eſt, in hunc modum. Euaginatis gladiis ipſius vnus vnam, alter vero auriculam alteram, dicentes: Dic furcifer: ſi Dominus noſter vere eſt Archiepiſcopus? Qui reſpondit: Nec eſt, nec fuit vnquam, quia opus Archiepiſcopi in ipſo non eſt, nec fuit vnquam. Sc. per Simoniam ingreſſus, per Simoniam ſacra diſtrahebat. Tunc immites vtramque ei amputarunt aurem.

At ille oculis in cœlum eleuatis ait: Gratias ago tibi Chriſte, quia hodie inter tuos martyres me dignatus es connumerare. Interrogatus denique iterum, ſi Guido vere eſſet Archiepiſcopus? Solita conſtantia reſpondit: Non eſt. Et in continenti, naſum illi cum labro ſuperiore reciderunt, & oculos effoderunt. Poſtea dexteram manum detruncarunt,

dicentes:

A dicentes : Hæc eſt quæ faciebat epiſtolas Romam
directas. Deinde radicitus membrum amputarunt
genitale dicentes ; Prædicator caſtratis hactenus
fuiſti : & hinc tu caſtus eris. Poſtea vero ſub gutture
linguam extraxerunt dicentes : Modo ſileat, quæ cle-
ricorum familiam conturbauit & diſperſit. In his tor-
mentis ſancta illa anima carne ſoluta eſt. Volebant oc-
cultare corpus eius parricidæ; ſed luminaribus de cœ-
lo iterum miſſis indicatum, & poſt decem dies è lacu ad
littus eiectum integrum repertum eſt. Landulphus eius
comes, in prædicatione perſiſtens, non potuit occidi,
quanquam ſicarius gladio venenato collum ante alta-
re orantis vulnere appetiſſet.

IV. Obitus miſerandus Epiſc. auari. c *Lambert.* Per ea tempora, [c] Reghinerus Miſnenſis Epiſcopus
auaritiæ pœnas dedit, miſeranda morte abſumptus eſt.
B Cum enim Goslariam veniſſet, poſt refectionem in
cubiculum, vbi theſauros ſuos, quorum nimius ama-
tor erat, nullo conſcio infoderat, quaſi paululum re-
quieſcere volens ſeſe incluſit. Cumque iam die ver-
gente in veſperam præter modum conſuetudinemque
ſomno indulgere videretur; rem inſolitam mirantes
cubicularii, pulſare oſtium cœperunt; ſed nec pulſan-
tibus, nec vociferantibus vllum dabatur reſponſum.
Tandem effractis foribus irrumpentes, inuenerunt
eum fractis ceruicibus colore tætro exanimem ipſis
theſauris ſuis miſerabilem in modum incubantem.

V. Henricus Rex, cum adminiſtrationem Regni in
Adalbertum Hamburgenſem Archiepiſcopum reie-
ciſſet, in tantum rebellantes ſubditi exarſerunt, vt
Henrico proponerent, aut regno cederet, aut Adalber-
C tum ab adminiſtratione Regni amoueret. Bela quoque
Rex cum Hungaris habuit quod faceret. Apoſtaſiam
à fide rogitantes, contra eum conſpirarant, niſi à Chri-
ſtiana religione diſcederet. In triduum ille rem diſtu-
lit, & interim auctores ſeditionis comprehenſos, in
conſpectu populi diriſſime cruciatos trucidari impe-
rauit. Ad eumque modum & ſeditionem gliſcentem
compeſcuit, & Chriſti fidem ſiue conſeruauit ſiue pro-
pagauit.

VI. Ioh. Xyph patr. Conſtantinop. Conſtantinopoli Conſtantino Patriarchæ defun-
cto, ſuffectus eſt Iohannes Xyphilinus, qui Bionem
Caſſium rerum Romanarum antiquum ſcriptorem
decurtauit, magnoq; damno hiſtoricam narrationem
affecit.

VII. Origo Regum Luſitaniæ. Vltio diuina contra Regem ob inobedientiã apoſtolicis mandatis & irreuerentiam in matrem. Hac tempeſtate, Deus ſeuere vltus eſt, violatorem
D parentis. Non iniucundum eſt quod ſubiungo, vt & o-
rigo Regum Luſitaniæ, & auctoritas Pontificum Ro-
manorum ſuper Reges, & ſimul vindicta diuina in vio-
latores parentum, vno pariter momento ſciantur. Al-
fonſus ſextus Rex Hiſpaniæ, qui Toletum è manibus
Saracenorum recuperauerat, filiam ſuam Theraſiam
ſecus matrimonium natam, dederat vxorem, nobili
Henrico Comiti Lotaringo, Imperatoris Henrici o-
gnato: qui eum contra Mahometanos depugnantem
ſtrenue adiuuerat. In dotem genero aſſignauit partem
Galliciæ, quam nunc Portugalliam appellant: Thera-
ſia vero genuit Alfonſum cognomento Henriquez,
primo Ducis, deinde Regis titulo inſignem: poſtquam
is aliquibus præliis cum Saracenis habitis, rebuſque
proſpere geſtis, eam dignitatem à Rege Caſtellæ me-
E ruiſſet. Alphonſo Henriquez vita functo, Theraſia
eius vxor, Ferdinando cuidam Comiti enupſerat, fi-
liumque Alphonſum contra ſe irritarat: adeo vt is, præ-
lium contra vitricum atque matrem ſuſceperit, geſſe-
rit, vicerit, eamque bello captam in vincula coniece-
rit. Theraſia eam iniuriam apud Alexandrum II. Pont.
depoſuit. Is porro Epiſcopo Conimbricenſi, vt Al-
phonſum pietatis erga matrem admoneret, etſi con-
temneret, cœtu piorum illum excluderet, commiſit.
Renuit Alphonſus : Epiſcopus eum anathemate per-
cuſſit, Regno, ſacris interdixit, Romamque ſeſe rece-
pit. Pontifex deinde Cardinalem Legatum in Luſi-
taniam deſtinauit: cæterum Alphonſus recta illum mo-
nentem, non tantum contempſit, ſed in reprobum ſen-
ſum datus, fugientem cepit; coramque illo veſtibus
ſpoliatus, cicatrices ac vulnera pro fide Chriſtiana au-
genda à Saracenis illata ei oſtendit, ſimulque quæſtus
eſt, indignum, iniquumque eſſe, ſi alius eum principatu
deiiceret. Reconciliatus Legatus, cum ei abſolutio-
nem à ſummo Antiſtite polliceretur, Theraſia vero
cauſæ ſuæ periculum imminere præuideret, maledixit
filio, dicens : *Quia crura mea vinculis alligaſti, & mihi ab-
ſtuliſti honorem à patre relictum, Deum precor, vt ab hoſtibus ſis
captiuus, vt ego ſum, deinum crura tua fracta conſpicias, ſicut
mea ferro vinxiſti.* Iſtud autem paulo poſt expletum eſt.
Nam cum bellum apud ciuitatem Pacenſem, cum Fer-
nando Rege Legionis conſerere deberet, exeunti per
portam ciuitatis, vectis decidens tibiam fregit : nec
multo poſt ipſe in bello victus & captus eſt. Itaque eo-
dem momento, & inobedientiam Apoſtolicis manda-
tis, & irreuerentiam in matrem, Deus ad eum modum
caſtigauit. *Roderic. Sancius hiſtor. Hiſpan. pag. 1. capite decimo-
quarto.*

Hoc anno, Stenchillo Rege Chriſtianiſſimo vita ac VIII. Eccl. Chriſti in Sueonia perſecutionem patitur.
ſæculo functo, noua perurgebat Chriſti Eccleſiam in
Sueonia perſecutio, duobus Ericis de Regno ac ſuc-
ceſſione inter ſe bello certantibus, quo bello gra-
uiſſimo, ſtatus omnis Regni mutatus, Chriſtique fide-
les locis exturbati ſuis, incertis vagabantur ſedibus: eo
tempore Gniphus Sueonum ſatrapa, ſiue deficienti-
bus Epiſcopis, ſiue ob temporum calamitatem domi
deſidentibus, populum magna ex parte in ritu Catho-
lico retinuit & vacillantes confortauit. *De eo Adam.
Bremenſ. libro quarto, capite decimo quinto.* Recenſente
Iohan. Vaſtou. Sigiſm. III. Reg. Polon. Biblioth. Præ-
fecto.

IESV CHRISTI
Annus 1067.

ALEXANDRI II. PAPÆ ANNO 7. CON-
ſtant. Ducæ Imper. an-
no 5.

ANno Chriſti 1067. Tanta perturbatione Me- I.
diolanenſis Eccleſia à Simoniacis & concubina-
riis Clericis interuertebatur, vt Alexandro Papæ o-
pus fuerit Mainardum Cardinalem Epiſcopum ſiluæ
candidæ, & Iohannem presbyterum Cardinalem Le-
gatos deſtinare, ad hæc vitia extirpanda. Dedit eis
ſanctiones ex antiquis deriuatas, ad quarum præſcri-
ptum Eccleſiam illam reformarent. Idem etiam Ale-
xander Papa, [a] Adalbertum Archiepiſcopum Ham- a *Adam lib 4 c. 42. & ſeq.*
burgenſem Legatum ad Eccleſias Danorum ordinan-
dis miſit, qui Synodo apud eos celebrata, viginti Epi-
ſcopos in variis prouinciis Septentrionalibus auctori-
tate Sedis Apoſtolicæ creauit. Huius Adalberti no- Eccl propagatur in partibus Septentr.
biliſſimis temporibus Adam hiſtoriographus Bremam
venit, atque ab eius veriſſima narratione didicit, ſuo
tempore multos ex barbaris nationibus ad Chriſtia-
nam fidem conuerſos; aliquos etiam tam in Suedia,
quam in Noruegia martyrio coronatos, ex quibus
Henricus quidam peregrinus dum apud Suecos vlte-
riores prædicaret, martyrii palmam meruit capitis ab-
ſciſſione : alter quidam Alfuardus nomine, inter
Northmannos ſancta conuerſatione diu ac latenter vi-
uens abſcondi non potuit. Ille igitur dum protexit ini-
micum, occiſus eſt ab amicis. Ad horum requietionis
locum magna ſanitatum miracula populis declara-
bantur.

In Oriente, [b] Conſtantinus Ducas Imperator ex hac II. Obitus Conſtant. Ducæ. b *Curopal*
vita migrauit, tribus filiis Impp. cum Eudocia Im-
perii curatrice relictis. Imperio ſub muliere conſtituto,
Turcæ vſque ad Cæſaream Cappadociæ pererrarunt,
omnia diripientes atque euertentes, igneq; cremantes.

Volebant & S. Baſilii ſepulturam demoliri; ſed non potuerunt, erat enim probe præmunita. Oſtia tantum quæ foraminibus fuerant appoſita, auro, margaritis, lapidibuſque precioſis elaborata ademerunt, templum polluerunt, multiſque Cæſarienſium interfectis, præda onuſti diſceſſerunt.

IESV CHRISTI
Annus 1068.

ALEXANDRI II. PAPÆ ANNO 8. ROMANI Diogenis Imper. ann. 1.

I. ANno Chriſti 1068. Alexander Papa hoc anno infra ſcripta egit. 1. Guillelmum Regem Anglorum admonuit, vt cenſum Regni D. Petro annuum tranſmitteret. 2. Eccleſias Dalmatiarum labe luxuriæ inquinatas expurgare volens, hæc pro eis conſtituit: Si quis à modo Epiſcopus, presbyter aut diaconus fœminam acceperit, vel acceptam retinuerit, proprio gradu decidat, vſque dum ad ſatisfactionem veniat, nec in choro pſallentium maneat, nec aliquam portionem de rebus Eccleſiaſticis habeat. 3. Hiſpanorum Epiſcopis in cauſa Hebræorum reſcripſit; decernens, non licere in illos æque ac Sarracenos pugnare. Diſpar eſt enim, inquit, Iudæorum & Saracenorum cauſa. In illos enim qui Chriſtianos perſequuntur, & ex vrbibus & propriis ſedibus pellunt, iuſte pugnatur: hi vero vbique ſeruire parati ſunt. 4. Guillelmum Burgundiæ Comitem & complures alios Francorum proceres audiuit, Deo ſe ante corpus B. Apoſtolorum Principis Petri, præſentibus Epiſcopis & Abbatibus plurimis, atq; diuerſarum gentium multitudine innumerabili obligantes, vt quatunque hora neceſſe fuiſſet, eorum manus ad dimicandum pro defenſione rerum S. Petri non deeſſent, ſiquidem requiſiti fuiſſent. 5. Vratiſlao Duce Boemiæ intercedente, aliquibus laicis vſum mitræ indulſit.

Bellum Iudæis non inferendū.

Principes ſpondent defenſiones Rom. Eccl.

II. Conſtantinopoli,ᵃ ipſis Kalend. Ian. Romanus Diogenes Imperium capeſſiuit, ab Eudocia Auguſta maritus aſſumptus. Iuramento ſe & illi & ſenatui obſtrinxerat, cœlibem manſuram. Quo vt exſolueretur, finxit ſe velle thori & imperii conſortem facturum Bardam Patriarchæ germanum. Vnum obſtare iuſiurandum cœlibatus, quo ſi abſolueretur, facilem rem factu fore. Credidit Xyphilinus, & ex Senatus Conſulto poteſtatem Eudociæ fecit, maritum eligendi. Elegit illa, ſed non Bardam, eluſo autem Patriarcha Diogenem Romanum accepit.

Romanus Diogenes Imp. Conſtantinop. Callidum Eudoc. Auguſt. commentum. a Curopal.

III. In Hiſpaniis, Compoſtellanam Eccleſiam ad hæc tempora Creſconius obtinuit, priſci moris, integra probitatis opinione, præſtanti vir ingenio. Defuncto ſucceſſit Gudeſteus ex eadem familia, Creſconii propinquus. Hunc Eccleſiæ ſuæ oppida repetentē, anno altero ex quo Pontifex renunciatus erat, in lecto, nocturna vi oppreſſit, atque membratim diſcerpſit Froila auunculus dira rabie, tetraque dominandi cupiditate inflammatus. In huius locum Didacus Pelagius cooptatus eſt, quo Pontifice in Hiſpania, Lex Toletana eſt, & Lex Romana recepta. Sic Hiſtoriæ Compoſtellanæ auctor ait. Legem nos Toletanam, ſacrorum ritus exiſtimamus; ſiue diuina hoſtia ſacrificandum eſſet, ſiue laudes diuinæ decantandæ, ex Gallia Toletum aduectus; inde in alias vrbes & oppida fuſos, Gotthicis antiquatis. Legem Romanam cœlibatus neceſſitatem viris ſacratis impoſitam inuectamque in Germaniam, Galliam, Hiſpaniamque, Pontificum Romanorum diligentia: quoniam per hæc tempora Eccleſiaſtica diſciplina multum ab antiquo collapſa, ac penitus labefactata erat. *Maria. lib. 9. c. 7.*

Quando lex Toletana & lex Romana in Hiſpania recepta de cœlibatu ſacerdotum.

IESV CHRISTI
Annus 1069.

ALEXANDRI II. PAPÆ ANNO 9. ROMANI Diogenis Imper. ann. 2.

I. ANno Chriſti 1069. ᵃ Henricus Rex iuuenili furore æſtuans, volebat repudiare Bertam ante biennium ductam vxorem. Cui rei poſt Pentecoſten Wormatiæ cum Principibus Regni colloquium habuit. Ibi primo cum Epiſcopo Moguntino rem ſecreto egit, eiuſque opem ad perficiendum, quod mente machinabatur, obnixe implorauit. Si impetraret, ſe deinceps ei ſubditum, & dicto obtemperantem fore. Ad hoc Thuringos armata manu, ſi aliter nequeat, coacturum, vt decimas ſine vlla in perpetuum contradictione perſoluerent. Annuente Epiſcopo, & pactione vtrimque firmata, Rex ad publicum retulit, ſibi cum vxore non conuenire. Diu oculos hominum feſelliſſe, vltra fallere nolle. Nullum ei crimen, quo iuſte repudium mereatur, afferre: ſed ſe (incertum quo fato, quo Dei iudicio) nullam cum ea maritalis operis copiam habere. Proinde per Deum orare, vt ſe male ominata compede abſoluerent, paterenturque æquo animo diſcidium fieri, vt illa ſibi, & ipſe ei, ſi ita Deus vellet, felicioris matrimonii viam patefaceret. Et ne quis violatum ſemel pudorem cauſaretur obſtare iterum nupturæ, ſub iuramento confirmabat, quod eam, vt acceperat, ſic incontaminatam, illibatoque virginitatis pudore conſeruarit. Fœda res & ab regia maieſtate nimium abhorrens viſa eſt omnibus qui aderant. Negotio tamen, cui Rex tam feruide animum adieciſſet, detrectare ſinguli religioſum arbitrabantur, Epiſcopus quoque tam precioſa pollicitatione redemptus, quantum poterat ſalua verecundia, haud ægre cauſam Regis egregie tutabatur. Itaque cunctis id fieri decernentibus ſynodum conficiendo negotio indixit Moguntiæ, proxima poſt S. Michaelis hebdomada. Imminente iam die, qui ſcindendo Regis coniugio dictus erat Rex concitus Moguntiam properabat. Et ecce inter eundum comperit Legatum Sedis Apoſtolicæ ſuum Moguntiæ aduentum præſtolari, qui diſſidium fieri prohibeat, & Epiſcopo Moguntino Apoſtolicæ animaduerſionis ſententiam minitetur, quod tam nefariæ ſeparationis ſe auctorem promiſerit. Conſternatus ilico, quod rem diu exoptatam perdidiſſet è manibus: pariter quo venerat in Saxoniam redire volebat. Vix & ægre tamen amicorum conſiliis ſuperatus, ne Principes Regni fruſtraretur, quos ſumma frequentia ſibi Moguntiæ occurrere iuſſiſſet; Franconefurt abiit: ibique eos qui Moguntiæ conuenerant, ſtatuto die adeſſe iuſſit. Quo dum frequentes veniſſent, Petrus Damianus (is Legatus erat Sedis Apoſtolicæ, vir ætate & vitæ innocentia admodum reuerendus) mandata expoſuit Romani Pontificis, peſſimam rem, & à nomine Chriſtiano, nedum ab regio abhorrentem eſſe, quam moliatur. Si minus, humanis legibus, vel canonum ſanctionibus terreretur: parceret ſaltem famæ & exiſtimationi propriæ, ne ſcilicet tam fœdi exempli venenum, ab Rege ſumpto initio, totum commacularet populum Chriſtianum; & qui vltor eſſe debuiſſet criminum, ipſe auctor & ſignifer fieret ad flagitium. Poſtremo ſi nō flecteretur conſiliis; ſe neceſſario vim Eccleſiaſticam adhibiturum, & canonum lege ſcelus prohibiturum. Ad hæc ſuis manibus nunquam Imperatorem conſecrandum fore, qui tam peſtilenti exemplo, quantum in ſe eſſet, Chriſti fidem prodidiſſet. Tum vero in eum coorti omnes qui aderant Principes, aiebant, æque cenſere Romanum Pontificem; & per Deum rogabant, ne crimen inferret gloriæ ſuæ, & regii nominis maieſtatem tam turpis facti colluuione macularet. Præterea, ne parentibus Reginæ cauſam defectionis, & iuſtam turbandæ Reipub. occaſionem daret; qui, ſi viri eſſent, cum armis & opibus plurimum poſſent, tantam filiæ ſuæ

Legatio Pet. Dam. ad impediendum diuortium Henr. Reg. a Lambert.

contu-

contumeliam proculdubio inſigni aliquo facinore expiaturi eſſent. Hac ratione fractus magis quam inflexus: ſi id, inquit, fixum, obſtinatumq; eſt vobis: imperabo egomet mihi: feramq; (vt potero) onus quod deponere non valeo. Ita efferato magis per ſtudium concordiæ odio, annuit quidem, vt in Regni conſortium Regina reuocaretur: ipſe tamen, vt congreſſum eius conſpectumq; vitaret, adhibitis ſibi vix quadraginta militibus, in Saxoniam concitus rediit. Regina cum cætera multitudine & Regni inſignibus paulatim ſubſecuta eſt. Cumq; ad eum Goslariam veniſſet vix compulſus ille à familiaribus ſuis vt ei obuiam procederet, ſatis ſuperq; pro conſuetudine eam benigne ſuſcepit. Sed protinus refrigeſcente amore, ad ingenium ſuum atq; priſtinum animi rigorem rediit. Et quia conſilia ſcindendi coniugii ſæpe iam tentata non proceſſerant; ſtatuit deinceps, communicato cum ea ſolum regni nomine, ſic eam habere, quaſi non haberet.

II. Rex recipit vxorem in Regnũ ſed non in thorum.

Ab hac Legatione Petrus Damiani reuerſus, quod ex parte Eccleſiæ Eugubinæ Alexandrum Papam nonnihil aduerſum ſe commotum intellexiſſet, amariore calamo ad eum ſcripſit epiſtolam: maxima tamen humilitate conditam.

III.

Eodem anno Alexander Papa Guarnerium Epiſcopum Argentinenſem, propter Simoniæ crimen Epiſcopatu priuauit: Rumoldum autem Conſtantienſem Epiſcopum ſuſpenſionis à diuinis cenſura notauit, propter ſubſultaneam ordinationem.

IESV CHRISTI
Annus 1070.

Alexandri Papæ II. Ann. 10. Rom. Diog. Imp. ann. 3.

I. Mogunt. & Bãberg. Epiſc. cauſam dicunt corã Rom. Pont. S. Anno Romã venit.

ANno Chriſti 1070. Epiſcopi Moguntinus & Bambergenſis, & Colonienſis, ab Alexandro Papa euocati, Romam venere. Et quidem duo priores cauſam Simoniæ dixerunt: & quia ex eorum depoſitione magnum Schiſma timebatur, pœnitentia ſalutari ſuſcepta ad propria rediere. Sanctus Anno Colonienſis, nõ propter crimen diluendum venit. Ideoque ab Alexandro Pontifice, propter venerandam virtutem magno in honore habitus, magni muneris loco, præter alia donaria, brachium S. Cæſarii Martyris recepit, quod ille poſtea Coloniæ in Eccleſia S. Georgii collocauit. Contigit tunc maximo miraculo illuſtrari reliquias S. Cæſarii.

II. Miraculũ de brachio S. Cæſarii.
[a] *apud Sur. 4 Decemb. in vita S. Annonis.*

[a] Romæ vir quidam Andreas nomine non opere, diuitiis & vitæ deliciis affluens, laxæ conuerſationis amplam tenebat viam, animam oneri, corpus habens voluptati: cui præter nomen Chriſtianitatis & emortuam fidem, Chriſtianæ religionis nihil videbatur ineſſe, excepto quod Beato Cæſario Martyri deuotus Eccleſiam eius cum cereis frequentare ſolebat. Hic generali mortis conditione præuentus, ſero ſui pœnitens Spiritum efflauit. Nec mora, corpus in feretro compoſitum flentium amicorum ambiebatur obſequio. Protractis in mediam noctem excubiis, alto ſilentio cunctis, altoque ſtupore perfuſis, repente feretrum moueri cœpit; eleuanſque caput, qui iacebat exanimis, cum vndique circumſpiciens, ampliorem videntibus terrorem incuſſiſſet; fugæ præſidium nonnullis arripientibus, omnibus vero pariter mente conſternatis in feretro reſedit. Interim prudentiores fiducia nonnihil ſumpta, procul quibuſdam ſubſiſtentibus propius acceſſerunt, & inſpecto diligenter homine, quid rei contigiſſet ſciſcitati ſunt: vtrum phantaſiis diaboli illuderentur, an inſueta mortalibus lege ab inferis rediuiuus remanſiſſet, vel (quod magis erat in ſuſpicione) languoris immanitate pro mortuo habitus, oculos tantum intuentium fefelliſſet, cæterum vitam non plane amiſiſſet. Ad hæc ille grauiter ſuſpirans: Non inquit, ſimulate, ſed vere mortis incidi ſortem. At vero perpetuæ mortis ſententiam & in anima & in corpore (proh dolor!) luerem, ſi Cæſarii Martyris digna Deo non interceſſiſſet ſupplicatio. Subiungenſque ſecundum tenorem interrogantium: Vbi fuiſſet, quid vidiſſet, & vt rediiſſet: ita ait: E corpore violenter eiectus, ad terribile nimiſque pauendum Chriſti ſolium ducebar. Ibi circumſtantibus cum tremore millibus Angelorum, ego miſerrimus conſcientiæ reus, nec oculos in quemquam illorum ſupplex attollere præſumebam, ſolummodo diſtricti Iudicis triſtem ſententiam accipiens, à teterrimis & horrore plenis dæmonibus ad æternæ damnationis loca trahebar abſque miſericordia. Interim pretioſus martyr Cæſarius meis calamitatibus pie commotus cum fauore Sanctæ Dei Genitricis Sanctorumque Apoſtolorum & Martyrum procidit ante Dominum, vulnerum ſuorum ſtigmata demonſtrans & dicens: vt ex fragilitate peccanti, propter patrocinium ſuum indulgeret; ne ſcilicet ille merito ſtultitiæ argueretur, qui vana ſpe ſeductus, ait, me coluerit vt vitæ ſuæ gubernatorem, quem in alleuandis ſaltem ſuppliciis habere non poſſit interceſſorem. In his omnibus eo coram Chriſto iacente, piiſſima Dei Genitrix Virgo Maria cum reliquis ſanctis ſe adiungens, Filium & Dominum ſuum ad voluntatem Martyris ſui flexit, per cuius imperium peſſimis dæmonibus ereptus, iam veniæ ſecurus & vitæ, corpus ad hoc redire iuſſus ſum, vt his cognitis vnuſquiſque ſalutis ſuæ meminerit. Hæc homine perorante, cum aſtantes ſtupor inuaſerit, collegit ſe ſuper feretrum & obiit. Certior Baronio ſententia de eo & de aliis qui ab inferis eſſe liberati narrantur, vt nequaquam iſtiuſmodi ex corpore reuera deceſſerint, quamuis omnino ſibi deceſſiſſe viſi ſint, ſed per ecſtaſim & exceſſum mentis, ſcilicet Deo volente, ea per viſum fuerint aſſecuti, per rerum imaginem quamdam ob oculos mentis diuino miniſterio repræſentatam. Etenim iudicium Dei de qualibet anima in momento & in ictu oculi fieri, nullus eſt qui ignoret: & neque à ſententia extremo iudicio iudicantis eſſe aliquam redemptionem, Diuinæ ſcripturæ oracula demonſtrant.

III. Concil. Wintonienſ in Angl.
[b] *Roger. in Annalib. Angl.*

Eodem anno, [b] Alexander Papa Hermenfredum Sedunenſem Epiſcopum, & Ioannem ac Petrum S.R.E. Cardinales Legatos in Angliam, qui in Concilio Wintonienſi præſiderent, & Stigandum inuaſorem Cantuarienſis Eccleſiæ deponerent. Is enim Epiſcopatum Wintonienſem cum Archiepiſcopatu iniuſte poſſidebat. deinde viuente adhuc Roberto Archiepiſcopo non ſolum Archiepiſcopatum ſumpſerat, ſed etiam eius pallio quod Canthuariæ remanſerat, dum vi & iniuſte ab Anglia pulſus eſſet, in miſſarum celebratione vteretur: & à Benedicto, quem Sancta Romana Eccleſia excommunicauit, eo quod pecunia ſedem Apoſtolicam peruaſiſſet, pallium acceperit. Multi alii Epiſcopi & Abbates, gentis Northmanorum in Anglia Eccleſiis præſidentes, dignitatibus priuati ſunt; propter ſuſpicionem coniurationis in Guillelmum Regem. Ab Epiſcopatu Stigandus depoſitus, inque vinculis Wintoniæ habitus tenui victu vitam tolerauit, quod ei parum de Fiſco portaretur, & ipſe nihil de ſuo inferri pateretur. Monebatur à Regina Eduardi relicta, vt ſe delicatius veſtiret & paſceret, at ille peierabat, ſe nec vnum nummum habere, ac perinde non poſſe lautius viuere, etiamſi vellet. [a] Cæterum mentitum eſſe probauit vis ingens opum poſt mortem eius in ſubterraneis ſpecubus inuentarum. Ad quarum indicium vt veniretur, auxilio fuit clauicula collo exanimati dependens, quæ familiaris ſcrinii eſſet cuſtos. Ea feræ immiſſa manifeſtauit per chartas inuentas & qualitatem metallorum, & ponderum quantitatem.

IV. Lanfrancus ordinatur Archiep. Cantuar.

Ex eodem Concilio, Lanfranco Cadomenſis Cœnobii Abbati, huius ſeculi ſcriptori & paſtori illuſtriſſimo, delatus eſt Archiepiſcopatus Cantuarienſis, iubente Alexandro Papa, & Willelmo deprecante, vt illius Eccleſiæ curam ſuſciperet, inque Angliam tran-

Digitized by Google

ſiret. Coactus ille oneri humeros ſuppoſuit, venit, ſuſcepit. Cæterum magno animi angore æſtuans, de Alexandro Papa apud eundem per litteras queſtus eſt, quod ei hanc neceſſitatem impoſuiſſet. Rogabat tandem vt ei liceret onus grauiſſimum deponere; ſed nihil impetrabat. Conſuluit interim Alexandrum Pontificem per litteras, quid de duobus Epiſcopis decerneret; quorum vnus Hermannus ætate prouecta, Monaſticæ vitæ deſiderio, Epiſcopatu ſe liberari poſtulabat; alter vero propter crimina accuſatus, cum ad reſpondendum non veniſſet, à Legatis ſedis Apoſtolicæ excommunicatus, in Monaſterium ſponte conceſſerat.

V. Alex. Pap. ſanatur potione ablutionis manuũ Ioan. Monachi. c ex Archiepiſc. Eccleſ. Lucenſ. d Deſider. Abbas Caſſinenſ.

Eodem anno [c] Alexander Papa, cum neque Lucenſis Eccleſię titulum depoſuiſſet, & in eadem ciuitate Eccleſiam magnis ſumptibus ædificaſſet, ad eam conſecrandam venit, conſecratam in honorem S. Martini dedicauit, in dedicatam corpora SS. Martyrum Iaſonis, Mauri, Hilariæ & Lucinæ, nec non Alexandri Papæ & Martyris in Eccleſiam S. Alexii intulit. Cum autem ibidem [d] febre correptus grauiter ægrotaret, & quotidie, languore creſcente, vehementius fatigaretur, repente ei ad memoriam rediit, quod fama vulgante, de Ioanne Præpoſito monaſterii Lucenſis ſeruo Dei ſæpius audierat. quod videlicet, quicunq; febre detentus hauſiſſet ex aqua, quæ de manibus illius deflueret, dum poſt miſſarum ſolemnia ablueret; mox recepta ſanitate liberaretur. Latenter igitur miſit, qui ſibi ex illa aqua aliquantulum afferret. Allatam in continuo ebibit, & ſanitatem in momento recepit.

VI. Quando Ianuæ Eccleſ. S. Pauli in via Oſtienſ. fuſę

Ipſo quoq; anno, Baſilicæ primariæ S. Pauli in via Oſtienſi, geminæ ianuæ Conſtantinopoli opera & opibus Pantaleonis Conſulis fuſæ, Romamq; delatæ, pietatis inſignis exhibens monimentum, propter ſacras imagines Chriſti, Dei Genitricis, & aliorum Martyrum. Primo loco habent Chriſti Domini noſtri Annuntiationem, inde Natiuitatem, Simeonis occurſum, Baptiſmũ, Transfigurationem, Palmarum ſolemnitatem, Crucifixionem, Depoſitionem de Cruce, Reſurrexionem, Aſcenſionem, & Pentecoſten, cum titulis eorum Græce ſcriptis. Habent deinde imaginem Sancti Petri, & ſeorſum eiuſdẽ ſub Nerone Martyrium, itemq; Sancti Pauli Martyrium, Sancti Andreæ, & ſeorſum eius Martyrium. Eodem quoq; modo cæterorum Apoſtolorũ atq; Euangeliſtarum. Habet etiam eodem opere fuſili ſculptos prophetas, videlicet, Moyſen, Dauid, Ezechiam, Eliam, Eliſæum, Iſaiam, Ieremiam, Ezechielem, Danielem, Ionam, Habacuc & Sophoniam prophetas, cum eorum titulis & oraculis Græce ſcriptis; inſuper Chriſti nomen, & cruces in diuerſis locis expreſſas. Eſt etiam ibidem Pantaleonis ſupplex imago, cum hoc verſu poſito ad pedes: Pantaleon ſtratus veniam mihi poſco reatus.

VII.

Eodem anno mortuo Godefrido Beatricis viro, Godefridus Gibbus in Ducatu Lotharingiæ ſucceſſit, Tuſciæ autem & Liguriæ dominium Beatrix eius nouerca, mater vero Mathildis obtinuit. Fuit Beatrix filia Conradi Imp. ſoror autem Henrici tertii, primum Bonifacio, deinde Godefrido ſecundo cognomento Barbato nupta. Ex Bonifacio enixa eſt Mathildem.

VIII. Admirandum perfidię in fratribus & fidei in Mauro Rege exemplum.

Eadem tempeſtate in Hiſpaniis, ingentis perfidiæ & fidei exempla data ſunt erga Alphonſum Regem cognomento fortem, quem à prodigali liberalitate perforatas manus habere vulgo dicebant. Perfidia in fratribus, fides in Mauro Rege, in ipſum admiranda. Rem non iniucundam narrabat ex antiquis *Mariana*, & ex eo *Iuſtus Lipſius*: & iſtius verbis eã adiungo. Cum Ferdinandus primus in Hiſpania tres filios reliquiſſet, Sanctium, Alphonſum, Garciam, regna quoq; inter eos diuiſit, ſed voluntate, aut pace, non firma. Nam ſtatim ab eius morte Sanctius, ingenio violentior, perfidia immani, fratrem Alphonſum bello aggreſſus vicit, cepit, & monachum profiteri coegit. Non diu perſeuerat coacta pietas; abdicat, & clam cum Petro Anſurio Comite, ad Regem Toleti, Almenonem confugit. Maurus is erat, & religioni hoſtis; ſed cũ patre Alphonſi Ferdinando amicitia ei & pax fuerat: eoq; electus à profugo, cui ſe crederet; & iſte cum fide recepit, habuitque. Dum illic eſt, euenit vt coram Almenone capilli eius ſubrigerentur, & manu aliquoties compreſſi non ſubſiderent: quod Mauri vates triſte prodigium interpretati ſunt, & hunc eſſe, qui ad vrbis Toletanæ imperium erigeretur. Itaq; de nece ſuadebant. Non fecit Rex, & potior ei metu fides fuit. Quod mirum in barbaro; ſatiſq; habuit, iuramento Alphonſum adſtringere, ne ſe viuo regni ſui terminos infeſtaret. Ecce autem paulo poſt interficitur ex inſidiis, ad Zamoram, Rex Sanctius, in pœnam perfidiæ à Deo reſeruatus: & ſoror Vrraca benigne in hunc fratrem affecta nuncios literaſque ſtatim mittit, quibus ad regnum euocat, & ſuadet, aſtu aut celeritate euadere barbaros fines. Æſtuabat Alphonſus. faceret? ingrati animi notam metuebat: tum etiam, ne non celaret, & retineretur merito non dimittendus. Non faceret, & rem aperiret? ne vinclis, aut conditionibus adſtringeretur ab eo, qui à tam vicino & potenti Rege haud fruſtra timeret. Vicit tamen fides in honeſto animo, & gratitudo: ad Almenonem venit. *Quod tibi glorioſum, inquit, mihi felix ſit, ad regnum à meis vocor, ereptum in parte à fratre nuper, nunc eius fato vniuerſum relictum. Culpare illi mortuum, pietas me vetat: eadem, vt tuum beneficium prædicem, incitat: qui profugum, ab hominibus & fortuna relictum recepiſti fouiſti: qua ſpe, aut præmio, niſi quod ab ipſa virtute eſt? Et tamen animus agnoſcendi ſoluendique non deficit, fortaſſe nec occaſio, aut materies, ſi per te eam ſic datur vti. Age Rex magnanime, imple tua beneficia, & pro cumulo, Regem me in regnum remitte. Hactenus vita tui muneris eſt. fac* vt in parte ſit & regnum. Ita Alphonſus: quem Maurus amplexus, incolumem Regemque gratatur & promittit, *Neutrum, inquit, futurum, ſi me inſcio, non iter, ſed fugam tentaſſes. Nec enim te celo, notam mihi mortem Sanctii fuiſſe, & tacitum expectaſſe tua conſilia, vt aut laudarem ea, aut vindicarem. Iſtud facturus ſane eram, ſi fallaci & ingrato animo te ſubduxiſſes: & exploratores, ſubſeſſoreſque viarum diſpoſiti à me erant, qui. Sed taceo, & gaudeo opus non fuiſſe. Virum bonum fidumque te, erga me talem, oſtendiſti. fac & in regno, quod omnes dii tibi fortunent. Nihil ſtipulor, niſi illud vetus, Amicum te mihi fore, & maiori filio Hiſſemo, quamdiu vita vtrique erit.* Dixit, & pecuniam, comiteſque dedit, atque ipſe honoris cauſa, aliquantum ſpatium deduxit. Clariſſimum hercules exemplum Fidei in Afro, quod miremur, religioniſque diuerſo.

IX. De S. Guidone Epiſcop. Aquenſi.

Hoc anno vixit Guido in Liguria, parentibus nobilibus, Meladii oppidi Aquenſis diœceſis dominis natus. Is Bononiam ſtudiorum cauſa miſſus, breui in tantum doctrina & religione profecit, vt in patriam reuerſus ab Epiſcop. Aquenſ. Eccleſ. Cathed. Canonicus fieret. Defuncto Epiſcop. miro omnium Canonicorum conſenſu, licet inuitus, illi ſubrogatus eſt. Quo in officio omni genere virtutum excelluit. Eccleſiam in qua nunc ſedes Epiſcop. eſt, in honorem Deiparæ ædificauit. Cœnobium virginum inſtituti S. Benedicti, extruxit, eique prædia attribuit. Cum ex difficili & diutino morbo conualuiſſet, alias duas ſacras ædes excitauit. Eccleſiæ Aquenſi patrimonium ſuum, quod oppidis, caſtris, & pagis aliquot conſtabat, ex quibus adhuc Meladium, Biſtarium, Setebrium, & Caſtelletum, extant, perpetuo applicuit. Cum annos 36. Eccleſiam adminiſtraſſet, mortuus eſt 4. Non. Iun. Eius corpus in æde B. M. V. quam ipſe extruxit, conditum eſt. Multa ad eius tumulum miracula ſubſecuta ſunt, morbis inſanabilibus laborantes ex omni genere, mirabiliter ſanati, aliquot ex carceribus vinculis ferreis reſolutis, diuinitus extracti. Viget adhuc memoria illius, qui linteum, quo S. Guidonis tumulus tegebatur, furatus, portis apertis, nunquam egredi potuit, niſi poſt crimen detectum, & linteum re-

ſtitu-

ſtitutum. Vrbis Aquenſis eſt tutelaris. *Ex Monum. Eccleſ. illius.*

X. De S. Amundo Reg.

Floruit hoc Anno Amundus Rex. Huic regnum multis nominibus debebarur: verum cum idolum Vpſalenſe tam pertinaciter colerent incolæ, vt reges ſuos etiam Chriſti myſteriis initiatos adigerent, ſtatutis temporibus ſolennia ſaltem ſacrificia, ſua præſentia condecorare, vel certa munera illius templo deſtinare, alioquin Regni iacturam ſubituros. Tantus Amundo inerat religionis ardor, tanta retinendi propoſiti conſtantia, vt maluerit Regno quam Chriſto ſpoliari, & odium ſuorum imo exilium ſuſtinere, quam ſacrilego fidem ſuam polliceri. Ibat itaque gaudens à conſpectu concilii, quoniam dignus habitus eſt pro nomine Chriſti abiici, & Regno deſtitui. Verum diuina diſponente bonitate, quæ deſpectus ſui cauſa ſuſceptos, non cœleſtibus modo, ſed frequenter etiam terrenis remuneratur honoribus. Non multo poſt pulſo Halſtano, populi ſuffragio reuocatus, Regnum quod prius pro vitando ſacrilegio contempſit, recepit. Non aliter ac olim in Romana Repub. Valentinianus pro Chriſti nomine Tribunatu quem gerebat, à Iuliano deiectus, imperium meruit poſt deiectorem ſuum obtinere. Ita nunc Amundus Regnum, quod pro religionis amore amiſit, ne ſe ſacrilegio contaminaret, eodem populi imperio reuocatus rurſus accipere promeruit. Cum regnaſſet aliquamdiu, nec de priſtino more iuſti æquique nimium tenax quidquam remitteret, facile contra eum renouata ſunt odia intermiſſa, iterumque regno depulſus receſſit in abditum, optatæ quieti locum commodum non minus honeſto otio, quam laborioſo negotio aſſuetus vir pro Regni contemptu pluribus Regnis digniſſimus. *De eo Adam. Brem. libr. 4. in deſcript. Sueciæ. Abb. Krantz. in ſua Suecia libr. 5. capit. 11. & 15.* Recenſente Ioann. Vaſtouio, Sigiſmund. III. Reg. Polon. Bibliothec. Præfect.

IESV CHRISTI
Annus 1071.

ALEXANDRI II. PAPÆ ANN. 11. ROM.
Diog. Imp. ann. 4.

I. Cauſa Cōſtantienſ. Epiſc. defertur ad Pont. a *Lambert.*

ANno Chriſti 1071. [a] Carolus Epiſcopus Conſtantienſis, à clero ſuo, Simoniæ & aliorum criminum accuſatus, ad tribunal Alexandri Papæ prouocauit. Ille porro negotium Moguntino Archiepiſcopo delegauit, qui Synodo Moguntiam indicta, cum fruſtra Carolum Rex Henricus defenderet, is vero criminum conuictus eſſet, Epiſcopalem baculum & anulum ab eo recepit.

II. Dedicatio celeberrima Eccl. Caſſinenſ. b *Leo Oſtienſ. lib. 3 c 26. & ſeq.*

Interim [b] Alexander Papa à Deſiderio Caſſinenſi Abbate S.R.E. Cardinali inuitatus, Caſſinum deſcendens, Eccleſiam S. Benedicti recens ædificatam dedicauit. Interfuerunt Cardinales omnes, Archiepiſcopi decem, tres & quadraginta Epiſcopi eidem ſolennitati conſecrationis: pro qua omnibus confluentibus, totis octo diebus, quibus illa perdurabat, Indulgentia Pontificia remiſſionem peccatorum Alexander conceſſit. Inde Romam reuerſus, Lanfranco Cantuarienſi Archiepiſcopo pallium conceſſit. Cæterum controuerſiam quæ illi cum Thoma Eboracenſe de Epiſcopatib. ſuffraganeis, qui, cui ſubiicerentur, in Angliam remiſit: & Lanfrancum Sedis Apoſtolicæ Legatum conſtituit inq; Angliam reuerti iuſſit.

III. Diog Imp. capitur a Turcis. c *Curopal.*

Conſtantinopoli, varia fortuna Diogenem Romanum Imperatorem exercuit. [c] Pugnans aduerſus Turcas, oblatam pacem ab Aſam Sultano per Legatos magno arrogantiæ ſupercilio reiecit: & tandem ex nullo diffugientibus ſuis in poteſtatem illius venit; quem tamen Aſam benigne habuit, & menſæ ſuæ adhibuit. Forte illum ſemel interrogauerat Sultanus: *Quid mihi, dicēs, feciſſes, ſi me in tua poteſtate habuiſſes?* Cui ſimpliciter & ſine adulatione reſpondit Romanus: *Multis plagis bene notis corpus tuum confeciſſem. At ego,* inquit *Sultanus, tuam ſeueritatem aut crudelitatem non imitabor. Veruntamen audio veſtrū vobis præcipere Chriſtum, pacem & obliuionem malorum, ſuperbiſq; reſiſtentem humilib. gratiam dare.* Præſtitirq; ex animo Dux barbarus, quod promiſit. Nam inito cum ipſo fœdere, facta pace perpetua habita filiorum ratione, & omnium ſucceſſorum, nunquam amplius Romanū imperium à Turcis inuadendū labefactandumq; fore pollicitus, captiuos etiā relaxari præcepit, ipſumq; per ſuos Legatos deduci iuſſum amplexatum dimiſit.

Mich. Ducæ Imperium & Diog. miſerandus finis.

Cum interea perlato de clade nuntio Conſtantinopolim, mox alium ſubrogarunt Imperatorem, Conſtātini Ducæ filium Michaelem. Eius iuſſu Eudociam Auguſtam in exilium deportarunt, atq; in monaſterio detruſerunt. Miſſus quoq; ab eodem Michaele Andronicus in occurſum Diogenis, eundem captum, nigraq; veſte indutum ſuper mulum, humanæ miſeriæ ſpectaculum factum, toto illo perlongo itinere, perduxit. Cui cum oculos effodi iuſſiſſet nouus Imperator, & vulneribus ex ſuffoſſione oculorum non curatis, caput eius intumeſcens, vermibus ſcateret, horribile viſu oſtētum de ſe omnibus præbens, viuendi finem fecit in tot malis nullum maledictum protulit, neq; aliquid nefarii locutus eſt, ſed Deo gratias agere perſeuerabat æquanimiter ferens caſus.

De Theophylact. Archiepiſ. Bulgarorum.

Per hæc tempora viuebat, ſcribebat, & florebat Theophylactus Bulgarorum Archiepiſcopus; quemadmodū epiſtolicæ narrationes (quarum quinquaginta nouem in Bibliotheca Vaticana aſſeruantur Græce ſcriptæ) oſtendunt; & illos qui ſub Baſilio Imp. ſeniore vixiſſe aſſeuerant, ignorantiæ conuincunt.

IESV CHRISTI
Annus 1072.

ALEXANDRI II. PAPÆ ANNO 12. Michaelis VII. Ducæ Imper.
ann. 1.

I. S. Petrus Anagnin. Conſtantinop. miſſus legatus. a *Bruno in vita S. Petri.*

ANno Chriſti 1072. [a] Statim atq; Alexander Papa intellexit, Michaelem Imperatorem eſſe renunciatum, Apocriſarium Conſtantinopolim miſit, Sanctum Petrum Anagninum Epiſcopum, ſcientia, ſanctitate & miraculis inſignem. Hic in regiam veniens, Imperatorē grauiſſimo morbo laborantem perſanauit, totoq; anno continuo apud eum maximo cum honore manſit.

II. Concil. Anglic. gener. in cauſa primatus Eccleſ. Cantuar. b *Vrſpergēſ. in Chron.* c *Lambert.* d *Wilhelm. Malmeſbarienſ.*

Eodem anno [b] Sigefridum Moguntinum Archiepiſcopum, Adelbertum Wormatienſem, Adalberonem Wirceburgenſem, Gebehardum Saltzburgenſem, & alios quamplurimos Antiſtites Alexander audiuit contra Henricum Regem varias & inauditas accuſationes deferentes. Idem quoq; Robertum Abbatem Augienſem propter crimen Simoniæ depoſuit. Eius etiam auctoritate, celebratum eſt [d] concilium Generale omniū Angliæ Epiſcoporum, in cauſa primatus Eccleſiæ Cantuarienſis ſuper Eboracenſem. In quo, cum nonniſi perſonale priuilegium, conceſſum à Gregorio fuiſſe, primo Eboracenſi Archiepiſcopo Lanfrancus Cantuarienſis oſtendiſſet, Thomas Eboracenſis cauſæ ſuccubuit, & Cantuarienſis ſuper ſe primatum agnouit: de qua re Alexandrum Lanfrancus certiorem fecit. In eodem Concilio, S. Vulſtanus Vingornienſis de dignitatis amiſſione periclitabatur. Simplicitatis virtute pollebat, quā ſcioli ignorationem appellabāt. Itaq; vt periculum doctrinæ & eruditionis faceret, vocatus, à familiaribus ſuadebatur ne ingrederetur. At ille: *pro certo,* ait, *noueritis, me hic viſibiliter videre Beatos Archiepiſcopos Dunſtanum Cantuarienſem, & Oſuualdum Eboracenſem, qui hodie ſuis precibus me tuentes, falſiloquorum acumen hebetabant.*

Ita ingreſſus ſententiam obtinuit, vt qui ſuæ diœceſis ante indignus putabatur regimine, ab Archiepiſcopo Eboracenſi ſuppliciter rogaretur, vt ſuas dignaretur luſtrare partes, quo ipſe pro timore hoſtium, vel ſermonis ignorantia cauebat accedere.

III. [illegible] ex Pap. in cauſa monachi cuiuſdam [illegible] a vxore & ad [illegible] m re[illegible]

Per eadem tempora, Landulpho cuidam in Corſica, qui relicta & per vim licentia extorta ab vxore, monaſticam profeſſus, iterum redire ad ſeculum volebat, Alexander Papa reſcripſit, illa Diui Baſilii ſententia adducta: *Si quis coniugatus vult conuerti ad monaſterium, non eſt recipiendus, niſi prius à coniuge caſtimoniam profitente fuerit abſolutus. Nam ſi illa illo viuente, alteri per incontinentiam nupſerit, proculdubio adultera erit: nec recipitur apud Dominum eiuſmodi viri conuerſio, quam ſequitur coniugalis fœderis proſtitutio: tales igitur tunc ſine culpa relicto ſeculo ſequuntur Chriſtum, ſi habeant ex pari voluntate caſtitatis conſenſum. Itaq; fili chariſſime, perpende & vide ſi ſic canonice à tua es ſolutus vxore, & tua vxor ita pollicita eſt: & tu, & illa adimplete bonum inceptum, & votum veſtrum: aliter enim non debemus vobis neceſſitatem ſeparationis imponere.*

IV. Petri Damiani obitus. c *Ioan. in vita.*

Hoc ipſo anno, [c] Petrus Damiani ab Alexandro Papa, Legatus Rauennam pro componendis rebus illius Eccleſiæ ab Henrico Archiepiſcopo ſeditioſo & Schiſmatico turbatis miſſus cum ea legatione pro dignitate Apoſtolicæ ſedis, & pro pace Eccleſiæ illius defunctus eſſet, reuerſus ad ſuos Fauentinos in monaſterio Diuæ Deigenitricis defunctus eſt, die feſto Cathedræ S. Petri. Ipſe ſibi parauerat epitaphium, lapidi ſepulchrali inſculpendum, quod ad mundi contemptum Lectorem prouocaret. Ita habet.

Quod nunc es, fuimus: es quod ſumus ipſe futurus,
His ſit nulla fides, quæ peritura vides.
Friuola ſincerum præcurrunt ſomnia verum,
Succedunt breuibus ſecula temporibus.
Viue memor mortis, quo ſemper viuere poſſis.
Quidquid adeſt, tranſit: Quod manet, ecce venit.
Quam bene prouidit, qui te, male munde, reliquit.
Mente prius carni, quam tibi carne mori.
Cœlica terrenis, præfer manſura caducis,
Mens repetat proprium libera principium.
Spiritus alta petat, quo prodit fonte, recurrat.
Sub ſe deſpiciat quidquid in ima grauat.
Sis memor, oro, mei, cineres pius aſpice Petri:
Cum prece, cum gemitu dic: ſibi parce, Deus.

Scripſit Petrus Damiani quamplurima; quorum partem ex Bibliotheca Vaticana Caſſinenſ. & aliis mundus iam aſpexit typis Romanis, opera Conſtantini Caietani Siculi monachi & Abbatis S. Barontii Congregationis Caſſinenſis, viri vt pietate ita & eruditione, reique Eccleſiaſticæ iuuandæ ſtudioſi, excuſa ac vulgata.

V. Celebratio anniuerſarii obitus S. Petri Damiani instituto Fauentiæ.

Fauentia, vbi Petrus Damiani obiit, & ſacrum corporis ſui ſpolium dereliquit, ex eo tempore, quo ſingulari huius ſancti patrocinio à Gallorum obſidione liberata fuit, ipſum eundem quem ex quatuor ſuis Protectoribus multo ante ſuſceperat, anniuerſario cum tribus aliis feſto inuiolabiliter celebrare decreuit, ad diem Febr. 23. eo quod 22. dies eius ſolennitati dedicatus, feſto S. Petri Antiochenæ cathedræ occupatur. quo die cum Clero, religioſorumque ordinibus, & magiſtratuum comitatu ab Eccleſia maiore, vſq; ad ædem S. Mariæ quam de Angelis vocant, vbi corpus eius depoſitum eſt, ſolenniter proceditur. Præterea, ſingulis fere annis, quibus ordo officii recitandi excuditur, in eodem his verbis reponitur, 23. die Februarii, Petri Damiani Epiſcopi & Confeſſoris Rauenn. Duplex fuit heri, quo etiam ordine, cum ſanctis Epiſcopis Confeſſoribus, aliiſque cœlitibus ab antiquis temporibus in Litaniis poſitus, inuocatus eſt. Tumulum illius ante trecentos fere annos, candido ex marmore, loco poſt maius altare edito, collocarunt, cum hac inſcriptione: *A. D. M. CCC. LIV. die 13. April. tranſlatum fuit corpus S. Petr. Damiani in Sancta Scriptura Doctoris & Oſtienſis Epiſcopi, ac Apoſt. Sedis Legati, Obiit Confeſſor Chriſti Petr. Damian. Oſtienſ. Epiſcop. & Card. Sanctiſſ. VIII. Kalend. Mart.* Hunc tumulum vſque adhæc tempora, pius ille populus, viua ac recenti religione, colit, oſculatur, amplectitur, votiuiſque tabellis, ac donariis appenſis, nec non accenſis luminibus exornat: inque celebritate anniuerſaria, eam effigiem, quæ tumulo inhæret, paſtorali induit ornamento. Abhinc fere viginti annis aperto eodem ſepulchro, repertum eſt corpus Damiani omnino incorruptum, parua ſtatura. *ex 3. tomi operum Petri Damiani prolegomenis, à Domino Conſtantino Caietano præpoſitus* de S. Damiano, quem Alexander ſecundus Pontifex Max. viuentem, ſuum *oculum, & immobile Sedis Apoſt. firmamentum*, per literas appellatur.

VI. De S. E[illegible] Epiſcop.

Annus erat à Chriſto nato milleſimus ſexageſimus, quo Adalbertus Archiepiſcopus Bremenſis legationem Eccleſiæ ſuæ longe lateque in prouincias ſeptentrionales protendebat, magnificentiuſque quam prædeceſſores ſui potentiam Archiepiſcopalem exercebat. Nam cum per ſe ipſum obire legationem cogitaret ſedulo, ſi quam necdum conuerſis gentibus poſſet offerre ſalutem, aut iam conuerſis addere perfectionem, hortatuque Sueonis Danorum Regis ab incepto deſiſteret; quod gentes illæ facilius perſuaderi poſſent per homines ſuæ nationis, ac linguæ largitate primum Reges ſibi deuinxit; dehinc in meſſem ordinatos Epiſcopos prece, ac præmio conciliatos, deuotos fideleſque ad prædicandum gentibus verbum Dei reddidit. Cumque cuiuis prouinciæ ſuum præfeciſſet paſtorem, Sconiæ Gothis proximæ obtigit, Egino vir ſapiens, & literatus ac caſtitate inſignis, cuius ardens ſtudium enituit in animabus ad Euangelium inducendis. Multos vir ille populos Idolorum cultui deditos, Chriſto per Baptiſmum peperit: illos præſertim qui Blechingi dicuntur, & qui in Holmo, ſeu Bornholm inſula degunt: qui omnes eius concionibus incitati pœnitentiam ſui erroris ſeriam atque non vulgarem, partim lachrymarum vbertate, partim ſpontanea idolorum ſuorū comminutione palam teſtabantur. Quin etiam theſauros & cætera quæ recondita habebant ad pedes Epiſcopi deferentes, flagitabant, vt ea dignaretur accipere. Verum ille, continentiæ fuit adeo ſingularis, vt nulla oblatorum cupiditate caperetur, nec quicquam præter victum ab eis acceptaret; docebat potius ex ea pecunia fabricandas eſſe Eccleſias, egenos alendos, & redimendos captiuos, qui multi fuere iis in partibus. Fertur idem vir ſanctus eo tempore, quo in Suecia perſecutio ſæuiebat, Chriſtianorum Scarenſem Eccleſiam, cæteroſque fideles, eo quod paſtore carebant, frequenter viſitaſſe, conſolationemque his, qui in Chriſtum crediderant, miniſtraſſe, & incredulis verbum Dei conſtanter annunciaſſe. Ibi etiam famoſiſſimum Veneris (Frigga dictæ) ſimulachrum in fruſta concidit. Hæc & his ſimilia virtutum inſignia, magnum illi apud Regem Danorum honorem conciliarunt, cuius opera vtramque Sconiæ diœceſim, ſcilicet Lundenſem & Dalboenſem gubernandam recepit. Qui mox Lundæ ſede Epiſcopali conſtituta apud Dalboiam quoque præpoſituram fratrum regulariter viuentium inſtituit. Conſpirauit etiam cum Adaluardo iuniore Epiſcopo, vt pariter celeberrimum paganorum templum Vpſala adirent, ſi forte aliquem Chriſto laboris ſui fructum ibi poſſent dedicare, omnia tormentorum genera libenter ſuſcepturi, vt illa deſtrueretur domus, quæ caput erat barbaricæ ſuperſtitionis. Illa enim diruta vel cremata opinabantur fore, vt tota gentis conuerſio ſequeretur. Quam confeſſorum Dei voluntatem, piiſſimus Rex Stenchillus è populi murmuratione colligens, prudenter labefactauit, aſſerens, & illis, ex eo conſilio, mortis exitium ſubitum, & ſibi depulſionis è regno periculum imminere, quaſi malefactores in patriam introduxiſſet. Denique tali occaſione Chriſtianos etiam ipſos facilè poſſe ad inueteratam

Digitized by Google

ſuperſtitionem relabi. Talibus Regis piiſſimi conſiliis imbuti Epiſcopi, propoſito abſtinuerunt, Gothorum ciuitates peragrarunt, & à cultu ſimulachrorum multa Paganorum millia deinceps ad Chriſtum adduxerunt. Itaque duodecim annis in ſacerdotio laudabiliter exactis, ſanctiſſimus vir Egino à Romana regreſſus vrbe, quamprimum ad propria peruenit, quaſi patriæ reſeruatus, feliciter migrauit ad Chriſtum. *De eo Adam. Brem. libr. 4. cap. 44. & in Deſcript. Suetiæ & Daniæ Krantz. Metropol. libr. 5. cap.* 18. Recenſente Ioann. Vaſtouio Sigiſmund. III. Reg. Polon. Bibliothec. Præfect.

IESV CHRISTI
Annus 1073.

GREGORII VII. PAPÆ ANNO 1. Michaelis VII. Ducæ Imper. anno 2.

I. Alex. Pap. vocat Henric. Reg. ad dicendam cauſam. a *Vrſpergenſis*

ANno Chriſti 1073. Alexander Papa, paulo antequam moreretur,[a] per Annonem Colonienſem & Hermannũ Bambergenſem, ab vrbe domum reduces Henrico Regi Germaniæ ſcripſit, vt Romam adueniret cauſam dicturus eorum quæ Epiſcopi Germaniȩ atq; Saxoniæ illi obiiciebant. Eas literas cum S. Anno Colonienſis Archiepiſcopus illi detuliſſet, eũq; non leniter offendiſſet, tum pertæſus adminiſtrationis rei publicæ regni, tum metuens grauiorem offenſionem Henrici miſſionem obtinuit. Ab hoc graui cenſore Henricus ſolutus, in omne flagitium præceps ruit. Inſuper & Eccleſiis vim inferre conatus eſt. Indicto enim conuentu Erphisfurde, cui intereſſe voluit poſt Archiepiſcopum Moguntinum, omnes ei ſimiles ſophiſtas, qui canone non pro rei veritate, ſed pro voluntate illius interpretarentur, Fuldenſi & Herueldenſi monaſteriis, & poſtmodum Thuringiis decimationem bonorum impoſuit.

II. Cauſa Epiſc. Pragenſ. delata ad Sed. Apoſt. Alex. Pap. obit. Hildebrandi Cancell. natales pueritia & educatio. b *Vita Gregor. VII.*

Idem Alexander Papa, Lucenſi Eccleſiæ Anſelmum, vita moribus atq; doctrina pręſtantem Epiſcopum pręfecit: Iaromirum autem Pragenſem Epiſcopali dignitate priuatum fecit, eo quod is Ioannem Olomucenſem Epiſcopum, recens ea Eccleſia à Pragenſi diuiſa, & in Epiſcopalem erecta, verberibus vulneraſſet. A Dæmoniaco quoque quodam in monaſterio Caſſinenſi Satanam ſolo præcepto fugauit: & claudam quãdam apud Aquinum, porrecta aqua ablutionis poſt ſacrificiũ peractum, ad bibendum perſanauit: & tãdem decimo Kal. Maii mortuus eſt.[b] Ornabat eo tempore Eccleſiam Hildebrandus Cancellarius, Soanæ in Tuſcia, patre fabro natus; & vere ad Summum Pontificatum deſtinatus. Quo enim tempore in domo paterna adhuc puer, ad pedes patris ligna dolantis luderet, ex reiectitiis ſegmentis, cum literas neſciret, caſu elementa illa formauit, ex quibus ſimul coniunctis, illud Dauidicum expromeretur oraculum; *Dominabitur à mari vſq; ad mare*: qua re ſignificatum eſt, pueri, cuius tunc manum Spiritus Sanctus ducebat, ampliſſimam futuram poteſtatem. Teneram ætatem fere ab ipſa infantia, fere in ipſo gremio S. Petri Apoſtoli egit: deinde Cluniaci monaſticẽ profeſſus, eidem monaſterio præfuit. A quo poſtmodũ eductus & Leonem Papam nonum ſequi coactus, fere ſub decem Pontificibus Romanis Eccleſiæ Catholicæ doctrinam, induſtriam, prudentiam, zelum, integritatem, ſanctitatemque etiam miraculis probauit. Propter quæ decora, primum ſubdiaconi, deinde Archidiaconi, deinde Cancellarii S.R.E. Cardinalis dignitate auctus, & Legationibus pro Eccleſia ſummo honore perfunctus, viam ſibi ad Pontificatum aperuit. Falſus Benno, falſus Cardinalis, & Abbas Vrſpergenſis, homines Schiſmatici, qui virulento atramento niuem Hildebrandi inatrare conati ſunt: ſeque ipſos potius, quam virum innocentem contaminarunt.

III. Greg. VII. Pap. creatio. c *Acta Vaticana.*

[c] Defuncto Alexandro Pontifice, & in Lateranenſi Eccleſia honorifice tumulato, dum Hildebrandus Archidiaconus eſſet in eius exequiis occupatus, repente factus eſt in ipſa Eccleſia maximus Cleri & populi Romani concurſus, clamantium & dicentium: Hildebrandum Archidiaconum Beatus Petrus elegit. Volebat vociferantes ipſe compeſcere: ſed Hugo Candidus Cardinalis, præueniens, tum populo, tum vniuerſo Clero perſuaſit, vt eum deligerent. Elegerunt, iſtudque decretum electionis, ad perpetuam rei memoriam ſcripſerunt, atque Actis publicis inſeruerunt. Sic ſe habet.

IV. Decretum electionis. d *Extat in Gregorii Regeſto.*

Regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, anno clementiſſimæ Incarnationis eius milleſimo ſeptuageſimo tertio, Indictione & Luna vndecima, decimo Kalend. Maij feria ſecunda, die ſepulturæ Domini Alexandri bonæ memoriæ ſecundi Papæ, ne ſedes Apoſtolica diu lugeat proprio deſtituta paſtore, congregati in Baſilica Beati Petri ad vincula, nos Sanctæ Romanæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ Cardinales, clerici, acolythi, ſubdiaconi, diaconi, presbyteri, præſentibus venerabilibus Epiſcopis & Abbatibus, clericis & monachis, conſentientibus plurimis turbis vtriuſque ſexus diuerſique ordinis acclamantibus: Eligimus nobis in paſtorem & ſummum Pontificem virum religioſum geminæ ſcientiæ prudentia pollentem, æquitatis & iuſtitiæ præſtantiſſimum amatorem, in aduerſis fortem, in proſperis temperatum, & iuxta Apoſtoli dictum, bonis moribus ornatum, pudicum, modeſtum, ſobrium, caſtum, hoſpitalem, domum ſuam bene regentem, in gremio huius matris Eccleſiæ à pueritia ſatis nobiliter educatum & doctum, atque pro vitæ merito in Archidiaconatus honorem vſque hodie ſublimatum, Hildebrandum videlicet Archidiaconum, quem amodo & vſque in ſempiternum & eſſe, & dici Gregorium Papam & Apoſtolicum, volumus & approbamus. Placet vobis? Placet. Vultis eum? Volumus. Laudatis eum? Laudamus. Acta Romæ decimo Kalend. Maij, Indictione vndecima.

e *Vita Greg.*

[e] Porro Gregorius, apud ſeipſum ſollicita mente pertractans, ad quam graue periculum eſſet adductus, æſtuare cœpit ex nimio dolore. Sed cum excuſationem de relinquendo Pontificatu non inueniſſet, Nuncios ad Regem Henricum celeriter deſtinauit, per quos & electionem de ſe factam ei aperuit, & ne aſſenſum præberet, attentius exorauit.

V. Electioni Greg. acceſſit Hẽr. Reg. aſſenſus. f *Lambert*

Rex vero vt electionis veritatem cognouit, electioni ipſius aſſenſum præbuit, & Gregorium Vercellenſem Epiſcopum Italiæ Regni Cancellarium miſit, qui conſecrationi intereſſet. Infra octauam Pentecoſtes in presbyterum, die vero feſto SS. Petri & Pauli Apoſtolorum in Summum Pontificem initiatus eſt Hildebrandus, nomine Gregorii, propter memoriam Gregorii Sexti quem in Gallias fuerat ſecutus, aſſumpto.[f] Interim Galliarum Epiſcopi metuentes ſibi, ne acrimoniam Gregorii experirentur, Henricum Regem ab eo auerterent; homini inconſtanti & iuueni perſuadentes, quod quaſi in contumeliam ipſius, eo inſcio Romanorum clerus & populus Gregorium elegiſſet. Facile fuit petulantem permouere. Quamobrem denuo Eberhardum Comitem Romam mittit; qui in veritatem & conditiones electionis inquireret. Quam dum ille, & non in iniuriam ſui factam eſſe intellexiſſet, tandem acquieuit.

VI. Hug. Candidi legatio in Hiſp. prolatibus Sed. Apoſt. g *Gregor. lib. 1. ep. 7. & ſeq.*

His ad eum modum tranſactis, Gregorius ad iura Eccleſiæ Romanæ in Regnis Hiſpaniarum proſequenda, cenſuſque annuos exigendos,[g] Hugonem Candidum S. R. E. Cardinalem Legatum miſit. Per ea enim tempora, rebus Maurorum & Arabum indidem acciſis, Chriſtiani Principes multas prouincias & ciuitates ab eis receperant; quæ olim annuis tributis & cenſibus Romanæ Eccleſiæ fuerant à pientiſſimis regibus obligatæ. Concedebat pariter Ebolo Comiti, & reliquis Galliarum Principibus quicunque vellent, prouincias à Saracenis recuperandi; ſi modo ius olim Romanæ Eccleſiæ in illis acquiſitum ſaluum conſeruarent, & quæ iuris erant, Diuo Petro perſoluerent. In eam rem omnibus Principibus in terram Hiſpaniæ proficiſci volenti-

VII. Hiſpania recuperatur ſub auctoritate Eccl. Rom.

bus ſcripſit; ſed hæc omnibus & ſingulis præſcripſit: *Non latere vos credimus, regnum Hiſpaniæ ab antiquo proprii iuris S. Petri fuiſſe, & adhuc* (licet diu à Paganis ſit occupatum) *lege tamen iuſtitiæ non euacuata, nulli mortalium ſed ſoli Apoſtolicæ ſedi ex æquo pertinere. Quod enim auctore Deo ſemel in proprietates Eccleſiarum iuſte peruenerit, manente eo, ab vſu quidem, ſed ab earum iure occaſione tranſeuntis temporis ſine legitima conceſſione diuelli non poterit.* In eamdem rem Gregorius Giraldo Cardinali Epiſcopo Oſtienſi, & Rambaldo ſubdiacono ſedis Apoſtolicæ in Gallia Legatis ſcripſit, vt Gallis eamdem expeditionem, citra tamen iurium Eccleſiæ vſurpationem, in Hiſpanias ſuaderent, & ſi opus foret, eiſdem comites ſe exhiberent.

VIII. Henr. Simoniacus.

Non minus erat graue iſtud negotium, quod olim Alexandrum eius anteceſſorem, & ipſum deinde Gregorium diſcruciabat. Rex Henricus prauis conſultoribus vſus, Epiſcopia & Abbatias & reliqua Eccleſiaſtici iuris beneficia, quaſi in foro venum exponebat, adeoq; vendebat; & ſedem Apoſtolicam contumaci temeritate contemnebat. Quamobrem dies noctesque cogitabat, quemadmodum ſine ſciſſura Eccleſiæ, ſine offenſa regis feroculi, Eccleſiaſtica iura vindicaret, & Principem corrigeret. Rainaldum itaque Comenſem Epiſcopum mittere ad eum Legatum deſtinabat. Quod vbi Henricus accepiſſet, literas humilitatis plenas Gregorio ſcripſit, peccata iuuenilia palam accuſauit, correctionemque Eccleſiarum, præſertim Mediolanenſis poſtulauit. Nam per ea tempora, adhuc Guidone Simoniaco viuente, non eo melior Godefredus, illam Eccleſiam inuaſerat. Non minores difficultates in Scotia ipſi ſomnum adimebant. Scoti enim, & Angli plerique proprias vxores non ſolum deſerebant, ſed etiam vendebant. Quod flagitium vt Lanfrancus Cantuarienſis Archiepiſcopus reprimeret, eidem per literas poteſtatem Gregorius fecit.

Henr Rex pœnitens.

IX. Legationes diuerſæ ad Greg. Pap.

Iſtud vnicum Gregorio pro conſolatione fuit, quod Michael Imperator Orientis, monachos Thomam & Nicolaum Legatos ad eum miſit, qui aſſumptioni illius gratularentur, & vnitatem Eccleſiarum precarentur. Reſcripſit Gregorius; nihilque magis in animo habere aſſeruit, quam vt concordia inter Romanam & Conſtantinopolitanam Eccleſiam innouaretur. Et iſtud Gregorium aliquantum recreauit, quod Iaromitus Pragenſis Epiſcopus, à Betnardo & Gregorio Legatis ipſius, ad meliorem mentem reductus Romam venit; & tum Ioanni Morauiæ Epiſcopo, quem indigne vulnerauerat, tum ſedi Apoſtolicæ quam proterue contempſerat, humiliter ſatisfecit.

Cenſus ſoluitur Eccl. Rom. à Duce Boemiæ.

Interim etiam à Duce Boemiæ Vratiſlao Legatos audiuit, & centum marchas argenti ſub nomine cenſus Beato Petro ab eodem miſſas numerauit. Poſtea Beneuentum veniens, iuramentum fidelitatis & feudi à Landulpho Principe Beneuentano factum recepit. Capuam profectus, Rudolpho Sueuiæ Duci ſcripſit, vt inter Romanam Eccleſiam & Regem Henricum concordiam conſeruaret. Hic enim pœnitentiæ ſcriptæ haud memor, inueſtituras Epiſcopiorum per baculum & anulum mittebat, & quibus voluerat diſtribuebat.

Anſelmi Lucenſ. Epiſc. pœnitentia.

Ea de re Gregorius Anſelmo Lucēſi perſcripſerat; & Beatrici Marchioniſſæ, & Mathildi eius filiæ iniunxerat, vt viro ſuaderēt, ne inueſtituram ab Henrico reciperet, & receptam remitteret. Remiſit ille, & contra Henricianos Schiſmaticos conſtantiſſime dimicauit. Cæterum Capuæ cum eſſet, iuramētum à Richardo Principe Capuano, ex hac formula audiuit:

X. Iuramentū Richardi Principis Capuani.

Ego Richardus Dei gratia & Sancti Petri Capuæ Princeps, ab hac hora & deinceps ero fidelis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ & Apoſtolicæ ſedi, & tibi Domino meo Gregorio vniuerſali Papæ. In conſilio, vel in facto, vnde vitam aut membrum perdas, vel captus ſis mala captione, non ero. Conſilium quod mihi credideris, & contradixeris ne illud manifeſtem, non manifeſtabo ad tuum damnum, me ſciente. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, tibique adiutor ero ad tenendum, & acqui- A *rendum, & defendendum regalia Sanct. Petri, eiuſque poſſeſſiones recta fide contra omnes homines; & adiuuabo te, vt ſecure & honorifice teneas Papatum Romanum, terram Sanct. Petri, & Principatus, nec inuadere nec acquirere quæram, nec etiam deprædari præſumam, abſque tua tuorumque ſucceſſorum, qui ad honorem Sancti Petri intrauerint, certa licentia, præter illam quam tu mihi concedes, vel tui conceſſuri ſunt ſucceſſores. Penſionem de terra Sanct. Petri, quam ego teneo & tenebo ſicut ſtatutum eſt, recta fide ſtudebo, vt illam Sancta Romana annualiter habeat Eccleſia. Omnes quoque Eccleſias, quæ in mea perſiſtunt dominatione, cum earum poſſeſſionibus dimittam in tuam poteſtatem, & defenſor illarum ero ad fidelitatem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. Regi vero Henrico, cum à te admonitus fuero, vel à tuis ſucceſſoribus, iurabo fidelitatem, ſalua tamen fi-* B *delitate Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. Et ſi tu vel tui ſucceſſores ante me ex hac vita migrauerint, ſecundum quod monitus fuero à melioribus Cardinalibus, & clericis Romanis & laicis adiuuabo vt Papa eligatur & ordinetur ad honorem Sanct. Petri. Has omnia ſupraſcripta obſeruabo Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & tibi recta fide, & hanc fidelitatem obſeruabo tuis ſucceſſoribus ad honorem Sancti Petri ordinatis, ſi mihi firmare voluerint inueſtituram à te mihi conceſſam. Actum Capuæ octauo Kal. Octob. Indictione duodecima.*

Eodem etiam tempore, dum Gregorius Capuæ ſubſiſteret, litteras à Cyriaco Carthaginenſi Epiſcopo accepit querimoniæ plenas, quod multa à populis, multo vero plura à clericis ſuis pateretur. Et illum quidem ad tolerantiam malorum animauit Gregorius, hos vero ad venerationem ſui Paſto- C ris hortatus eſt, literis ad vtroſque datis. Ibidem Capuæ ordinauit Iacobum Calaritanum, & Conſtantinum Turrenſem in Sardinia Archiepiſcopos.

XI. Sardiniæ dominium Eccl. Rom.

Et quia Conſtantinus multa ſe pati ab Iudicibus Sardiniæ conquerebatur, ideo ad eos Legatum miſit Epiſcopum Populomenſem, qui referrent, quomodo Iacobum Calaritanum Archiepiſcopum radere barbam ex vſu antiquo totius Occidentalis Eccleſiæ coegerit. Simul autem rogarent, vt Conſtantinum ceu paſtorem & ſpiritualem Patrem ſuſciperent, haberent, atque venerarentur. Monebat etiam Orzochum Sardiniæ Protoiudicem, vt ſciret, & recognoſceret inſulam Sardiniæ eſſe Sancti Petri propriam. Hæc & alia tum Capuæ, tum ex itinere Romam re- D uertens Gregorius. Priuerni vero cum audiiſſet, Philippum Regem Francorum multa Simoniacis emptoribus concedere; Rodericum Cabilonenſem Epiſcopum Legatum ad eum miſit, qui experiretur, an id veri eſſet. Obediuit Gregorio Rex Philippus, & in Epiſcopium Matiſconenſe Albericum ab eo commendatum gratis eligi, gratis initiari tolerauit.

Cōpeſcit Saxones concitatos in Reg. Henr.

Romam reuerſus cum audiſſet Saxones in tantum contra Henricum Regem exarſiſſe, vt Regem alium creare voluerint: tanquam pacis ſequeſter & Regi & illis ſcripſit, vt arma deponerent, & Legatos expectarent, qui auctoritate ſedis Apoſtolicæ diſcernerent, atque adeo decernerent inter æquum & inæquum.

XII. Obitus S. Ioan. Gualberti.

Per eoſdem dies audierat, Sanctum Ioannem Gual- E bertum in monaſterio Vallis vmbroſæ diem obiiſſe, Cuius recordatione cum Spiritum compunctionis amiſſum recepiſſet, Monachis illius ſcripſit, vt tanti Patris vitam in exemplar conſtituerent atque ſequerentur.

Quis & qualis Io. Gualbertus.

Fuit Ioannes Gualbertus Florentinus Gualberto viro militari nobilique natus. Is pie educatus, cum factus grandior, in fratris interfectorem incidiſſet, & diſtricto gladio indignam fratris necem vlciſci vellet, inimico ex equo deſcendenti, humique proſtrato, Chriſti amore vitam ſibi condonari poſtulanti ex animo, per Chriſtum crucemque illius iuratus, pepercit. Quod Chriſto adeo gratum fuit, vt cum Ioannes ex via in ædem S. Miniatis, de more

preces fuſurus, ingreſſus eſſet, & ante crucifixi imaginem oraret, ea imago caput verſus Ioannem, quaſi gratias agens, inclinauit. Qua re commotus Ioannes, habitum monaſticum in eodem S. Miniatis cœnobio, patre iniquo animo in principio ferente, ſucceſſit, eoſq; breui progreſſus in monaſtica obſeruantia fecit, vt Abbate defuncto, ſummo omnium conſenſu, in eius locum eligeretur. Verum eo recuſante, quidam ambitione duct⁹, ab Epiſc. Floren. data pecunia, Abbas factus eſt. Quod vbi reſcitum fuiſſet, Teutonis viri docti & probati concilio, Ioan. ad Symon. deteſtationem, Epiſc. & Abb. Symoniacos proclamare nō dubitauit, & ex eiuſdem conſilio, vrbe egreſſus, Camaldulum perrexit, ibiq; aliquot dies commoratus, viuendi normā eorum monachorum didicit, deinde in vallem vmbroſam veniens, loci ſolitudine delectatus, monaſterium extruxit, ibiq; religionis ſuæ fundamenta iecit. Aderant inter alios eius alumnos Erico, Albertus, Teuto, Rodulphus, & Petrus poſtea cognomento igneus. Ibi ex nimia vitæ auſteritate *languorum ſtomachum perpetuum contraxit, vt aliis miſereri diſceret. Cum aūt multi tum nobiles, tū Principes, fama ſanctitatis ducti, opes offerrent, & loca prædiaq; largirentur, ea deſpiciens, potius pauperibus illa erogari hortabatur; quæ vero monaſteriis ſuis donata, vel legata erant, vendi, & dari pauperib. iubebat. Cum vir quidam diues, monaſterium ingreſſus, totum illi patrimonium, deſpectis hæredibus, reliquiſſet, vir S. Zelo accenſus, ſibi codicillos allatos diſcerpſit, eccleſiamque ingreſſus, Deum & B. Petr. Apoſt. tutelarem loci precatus eſt, vt tantam aduerſus regulam & paupertatis votum iniuriam vlciſcerentur: vixq; pedem inde extulit, cum flamma de cœlo monaſterium illud abſumpſit. Interea Petr. Ticin. Spir. Floren. non modo Symoniæ, ſed & hæreſis vitio aſperſus, non mediocri ſcandalo erat, quare Ioan. vt ciuitatem ea peſte purgaret, Epiſ. publice, ad ſacrorum functionem, minus idoneum dicebat; ad quem in monaſterio S. Saluii exiſtentem, interficiendū, magnam armatorum multitudinem Epiſc. miſit: qui ianuis effractis, multos ex monachis vulnerauerunt, illi vero præter opinionem conualeſcentes, Romam profecti, vt Synodus fieret, obtinuerunt. Sed Epiſcopis partes Petri, vt videbatur, defendentibus, monachi innocentiæ fidentes, ſe quod Epiſc. obiiciebant, per ignem probaturos exhibebant. Quæ res cum populo placuiſſet, licet Epiſc. reclamarent, quod Deus tentari videbatur, accepta conditione, vt ſi monachus ignem ingreſſus, illæſus exiſſet, Epiſc. reus haberetur: die conſtituta Petrus Abbas, Ioan. diſcipulus, poſt miſſæ celebrationem, caſula depoſita, acceptaq; in manus cruce, vt à S. Abbate benedictione, populo inſpectante, inter duas lignorum ſtrues optimum accenſas, flammis aditum inter illas occupantibus, ingreſſus, per medios ignes, pedibus prunas calcans illæſus, populo ſtupente, pertranſiit, ne capillo quidem violato. Eo miraculo tantus nouæ religioni honor haberi cœpit, vt cœnobia certatim illi conſtruerentur. Petrus vero igneus ab euentu nominatus, in Cardinalem & Epiſ. Albanen. electus eſt. S. autem Ioannes ſenio confectus, clarus miraculis 4. Idus Iulii migrauit in cœlum. Illum Cœleſtinus III. Pont. Max. anno 1193. Kal. Octob. miraculis clarum, in SS. numerum retulit. *Ex Monum. Mon. Vallis Vmbroſæ, & Blaſio Melaneſio, in vita ipſius.* Eius plura geſta, hic Hymnus explicat.

Io Gualb. inſtitutor ordinis monachorum Vallis Vmbroſæ.

Quantus paupertatis eſſet amator S. Io. Gualb.

Progreſſus noui ord. Vallis Vmbroſæ.

Canonizatus à Cœleſtin. III. Pp.

Dum crucis ſignum videt hic in hoſte,
Parcit, & conſtans odium remittit:
Orat in templo, caput ecce Chriſti
Flectit in illum.

Poſtea ſeclum fugiens malignum,
Se ſuis veſtes manibus Ioannes
Induit ſacras, monachusq; ſeruit
Religioni.

Hic Dei zelo iugiter perardens,
Vtque vir fortis vitium duorum
Præſulum pandens, populum ruentem
Terruit omnem.

In via pergens, inopi reperto
Vnicum panem dedit, ac recepit
Ipſe tunc trinos: Deitas ſuperna
Miſit ad illum.

Vallis vmbroſa, ſtruit inde ſacra
Tecta vir ſanctus, ſimul atq; ſecum
Edocet multos homines beatam
Ducere vitam.

Dum tegit culpas monachus pudore,
Detegit illas, humilis Ioannes
Voce, ne frater pereat ſilendo
Propter omiſſa.

Fluctuat demens, rapidis in vndis:
Inuocat ſanctum, metuens aquarum
Impetus Arni, columis fit amens
Intus & extra.

Nubium plenus minatur aer,
Dum ſuas fratres properant ariſtas.
Vt terant, orat; penitus refugit
Nubibus aer.

Dum tenet latus monachus malignum
Spiritum forma leporis gerentem
Neſciens, ſanctus metuens retexit,
Ne cadat ille.

Carne, non audent monachi carentes
Pane, ſe veſci, prece ſupplicantis
Angelus panes tulit, atq; cunctis
Truſit orexim.

Mane conſurgens, onerat petentes
Pauperes multos, minuitq; nunquam
Triticum, dum dat; grauior ſed arca
Semper abundat.

Iuſſit occidi rapidum ſequentem
Buculus vrſum; properauit vltro
Vrſus ad mortem patienter, aque
Si foret agnus.

Tranſit illæſus monachus per ignem
Pontifex ſigno remouet ſceleſtum
Præſulem viſo metuens docentem
Dogmata falſa.

Ceſſit è vita, meditans olympum,
Corpus in terris veneratur huius:
Spiritus lætus ſuperam petiuit
Protinus arcem.

Ecce nunc ſagus memor eſt Ioannis:
Flore nam cunctus folioq; fagus
Singulis annis prior, & videtur
Omnibus iſta.

Ante ſacratum tumulum Ioannis
Fit ſalus ægris, medicina feſſis,
Lumen orbatis, fugiuntq; monſtra
Tartaris atra.

XIII. Bulgarorum Eccl. laborat.

In Oriente, ſeruis quos etiam Croatas vocant, Bulgariam inuadentibus, multas calamitates paſſæ ſunt Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ perſonæ. Eas cum Theophylactus Archiepiſcopus & deploraret, & Patriarchæ Conſtantinopolitano ſignificaret, inter alia quid milites de Epiſcoporum marſupiis exiſtimarent, exiſtimentq; hæc retulit: [h] Terrent ſemper eos, qui ſemel dederunt, quaſi dare ſemper poſſint; ac niſi accipiant, efferantur. Putant nullo modo pauperem fieri Epiſcopum, ſed naſci quidem illi ex terra, ſine ſemente, & ſine cultura omnia; fluuios autem aurum illi affatim incoctum trahere, & canes ipſas, equos & mulos parere, omnia demum Dei miniſtro noua eſſe: ac niſi eſſent, ne miniſtrum quidem Dei fore, ſed impium & profanum, ſic Deum ex ſatietate contumelioſum faciunt, & ſuorum amoribus capi, & gratis largiri, & quonam vel dæmonum ipſorum non deteriorem? Non enim perhorreſcunt,

h epiſt. 55.

quæ ipſi contra Chriſtianos agunt auaritiæ rabie incitati, ſed Epiſcoporum accuſationibus, tanquam ſui ipſorum defenſionibus innituntur, quaſi præmium quoddam ipſis propoſitum ſit, ſi poſt euerſa Eccleſiarum bona, ipſos etiam inquinent Antiſtites.

XIV.

Per eadem tempora, Perſas & Francos à Græcis debellatos fuiſſe Theophylactus ſcribebat, quod à nullo Græcorum aut Latinorum ſcriptorum, proditum eſt.

XV. De S. Dominico Exilienſi.

Hoc anno, in Hiſpania, S. Dominicus Exilienſis, præcipua vir ſanctitate, 13. Kal. Ian. ſexta feria defunctus eſt. Memoria eius anniuerſariis ſacris in Hiſpania celebratur. In Riuogia Cannis oppido natus, ex opilione ad ſancti Æmiliani Cucullati monachus effectus, atq; conſequenti tempore eius monaſterii Abbas, quod monachorum iura cōſtantiſſime tueretur, à Rege Vaſconum Garſia, ſuperioribus annis in exilium miſſus fuit: vnde illi Exilienſis nomen. Monaſterium Exilienſe, quod priſcis temporibus S. Sebaſtiani nomine dicatum erat, Ferdinandi Regis ope ſuaq; diligentia inſtaurauit, vnde alio tempore in Dominici Exilienſis nomen vetus appellatio mutata: non ipſi tantum monaſterio, ſed etiam coniuncto municipio. *Mariana libro nono, capite decimo.*

IESV CHRISTI Annus 1074.

GREGORII VII. PAPÆ ANNO 2. Michaelis VII. Ducæ Imperat. ann. 3.

I. Legatio à Greg. Pp. ad Henr. Reg. a *Lambert. & Greg. ep.*

ANno Chriſti 1074. [a] Henricus Rex Germaniæ celebrata Paſchali ſolemnitate Bambergæ, Nurembergam proceſſit obuiam Legatis Apoſtolicæ Sedis. Erant autem hi, mater eius Imperatrix, Epiſcopus Oſtienſis, Præneſtinus, Curienſis, & Comenſis, miſſi à Gregorio Romano Pontifice, componere ſi poſſent, multo iam tempore vacillantem ſtatum Galliarum. Nec tamen cum Rege ſermonem communicare ſæpius rogati conſenſerunt, donec ſecundum Eccleſiaſticas leges pœnitentiam profeſſus per iudicium eorum anathemate abſolueretur; eo quod apud Apoſtolicam Sedem Simoniacæ hæreſis accuſatus fuiſſet, propter venditas Eccleſiaſticas dignitates. Ipſe deinde Henricus, iuxta conditiones à Legatis propoſitas, quinque nobiles viros ſuos familiares, ab Alexandro Papa excommunicatos, à conſortio ſuo, licet vix remouit.

II. Legati impediuntur cogere Synod. in Germ. instigante Bremen. Archiepiſ. Arch. Bremen. vocatus a Pp ad cauſam dicendam.

Synodum vero intra Gallias vel in regione ipſa ſua celebrare Legatis nequaquam permiſit, allegās Liemarus Bremenſis Archiepiſcopus, ſibi tantopere quam cuicunq; alteri vices ab Apoſtolica ſede conceſſas eſſe. Hęc cum à Legatis in vrbem reuerſis Gregorius audiuiſſet, Liemarum ad cauſam dicendam vocauit. Cumque pro feſtiuitate S. Andreę non veniſſet, iterum pro prima dominica Quadrageſimæ ad Synodum celebrandam euocauit, & ab officio Epiſcopali tamdiu ſuſpendit, quouſq; adueniret. Interim Henricus aliquantum inclinauit, Simoniacam ſcilicet hæreſim funditus de regno ſuo extirpare, & inueteratum morbum fornicationis clericorum toto anniſu corrigere velle. Quamobrem cum id ipſum partim à Legatis, partim à Beatrice & Mathilde Gregorius accepiſſet, benignitatis literas ad Henricum dedit. Agneti etiam Auguſtæ grates egit, quæ pro pace Eccleſiæ, proq; extirpatione hæreſeon multas curas tranſegiſſet.

III. Aurea documenta Greg. Pp. Mathildi comit. data.

Eadem de cauſa & Mathildi ſcripſit. Sed hæc ei duo aurea documenta & monumenta in literis ſuggeſſit: *Inter cætera*, ait, *quæ tibi contra Principem mundi arma Deo fauente contuli (quod potiſſimum eſt) vt corpus Dominicum frequenter acciperes, indicam; & vt certa fiducia Matris Domini te omnino committeres, præcepi. Hæc ideo, chariſſima B. Petri filia, ſcribere procuraui, vt fides ac fiducia in accipiendo corpus Domini tibi maior accedat. Talem quippe theſaurum talia que dona, non aurum, non lapides pretioſos amore patris tui, cælorum videlicet Principis, à me tua requirit anima, licet ab aliis ſacerdotibus longe meliora accipere poſſis. De matre vero Domini, cui te principaliter commiſi, & committo, & nunquam committere quouſque illam videamus (vt cupimus) omittam, quid tibi dicam? Quam cælum & terra laudare, licet vt meretur nequeant, non ceſſant: hoc tamen proculdubio teneas, quia quanto altior & melior ac ſanctior eſt omni matre, tanto clementior & dulcior circa conuerſos peccatores & peccatrices.* Hæc Gregorius Papa Mathildi conſilia, à quibus illa, & à diſciplina S. Anſelmi Lucenſis Epiſcopi cum magnos in virtutibus progreſſus feciſſet, euaſit in nouam Debboram quæ prælia Domini pro Eccleſia contra hæreticos & ſchiſmaticos præliaretur, Inſuper & contra domeſticos præuaricatores ſtrenue decertaret.

S. Anſelm. Lucen. inſtructor Mathildis Comitiſſ.

Sane non niſi ea permittente, S. Anſelmus Lucenſis eius Magiſter, per ſingulas Eccleſias Dominii Mathildis, regularem clericorum & monachorum compoſuit vicem; dicens, *malle ſe vt nullus in Eccleſia eſſet clericus vel monachus, quam irregularis & irreligioſus inueniretur.* Huic vero parum fuit docuiſſe verbis, niſi firmaſſet exemplis; cum nihil penitus ex delitiis palatinis illi inhærere potuerit, apud Principes vitam monaſticam perarduam excolens, vt vel aqua ſitim explere, piaculum grande putaret, & ſomno leuiter indulgere ex naturæ neceſſitate, ſocordiam exiſtimaret. A tali tantoque informatore docta omnes virtutes Mathildis filia Beatricis, priuigno eiuſdem Godefredo Gibbero, filio Gōdefridi Barbati primum nupſit. Cæterum cum multa naturæ impedimenta, ne mater eſſe poſſet, intercederent, non multo quoque amore vir eam proſequebatur.

IV. Affectus Mathildis Comit. erga Pp ob quem Gregor. Pp. calumniam paſſus eſt. b *Lambert. ann. 1077.*

[b] Itaque hæc illo adhuc viuente, quandam viduitatis ſpeciem, longiſſimis ab eo ſpaciis excluſa prætendebat: cum nec ipſa maritum in Lotharingiam extra natale ſolum ſequi vellet, & ille Ducatus quem in Lotharingia adminiſtrabat, negotiis implicitus, vix poſt tertium vel quartum annum ſemel Marchiam Italicā inuiſeret, poſt cuius mortem Romani Pontificis lateri pene comes indiuidua adhęrebat, cumq; miro colebat affectu. Cumq; magna pars Italiæ eius pareret imperio, & omnibus, quę prima mortales ducunt, ſupra cæteros terræ illius Principes abundaret; vbicunq; opera eius Papa indiguiſſet, ocyus aderat, & tanquam patri vel Domino ſedulū exhibebat officiū. Vnde nec euadere potuit inceſti amoris ſuſpicionem, paſſim iactantib. Regis fautoribus, & præcipue clericis, quibus illicita & contra ſcita canonum contracta matrimonia prohibebat, quod die ac nocte impudenter Papa eius volutaretur amplexibus: & illa furtiuis Papæ amoribus præoccupata, poſt amiſſum cōiugem vltra ſecundas contrahere nuptias detrectaret.

Defenditur Greg. Pp a calumniis.

Sed apud omnes ſanum aliquid ſapientes, luce clarius conſtabat, falſa eſſe quæ dicebantur. Nam & Papa tam eximie, tamque Apoſtolice vitam inſtituebat, vt nec minimam ſiniſtri rumoris maculam cōuerſationis eius ſublimitas admitteret, & illa in vrbe celeberrima, atq; in tanta obſequentium frequentia obſcœnum aliquid perpetrans latere nequaquam potuiſſet. Signa etiam & prodigia, quæ per orationes Papæ frequentius fiebant, & zelus eius feruentiſſimus pro Deo & pro Eccleſiaſticis legibus, ſatis eum contra venenatas detractorum linguas communiebat.

V. Concil. Rom. contra coniugia ſacerdotum.

Interim Gregor. hoc anno prima hebdomada Quadrageſimæ, in Synodo indicta, cum omnibus Epiſcopis Lombardiæ conuenit, & quod iam frequentibus Synodis decretum fuerat, conſtituit, vt ſecundum inſtituta antiquorum canonum, presbyteri vxores non haberent, habentes aut dimitterent, aut ſacerdotia amitterent. Nec quicquam omnino ad ſacerdotium admitteretur, qui non in perpetuum continentiam, vitamque cœlibem profiteretur. Hoc decreto per totam Italiam promulgato, crebras literas ad Epiſcopos Galliarum tranſmittebat, præcipiens vt ipſi quoque in ſuis Eccleſiis ſimiliter facerent, atque à contubernio ſacerdotum omnes omnino fœminas perpetuo anathemate reſecarent.

Tumultuatur in Germ. aduerſus decretum de continentia clericorum.

rent. Aduerſus hoc decretum protinus vehementer infremuit tota factio clericorum, hominem plane hæreticum & veſani dogmatis eſſe clamitans, qui oblitus ſermonis Domini, quo ait: non omnes capiunt hoc verbum, qui poteſt capere, capiat: & Apoſtolus: Qui ſe non continet, nubat: melius eſt enim nubere quam vri: violenta exactione homines viuere cogeret ritu Angelorũ: & dum conſuetum curſum naturæ negaret, fornicationi & immunditiei fræna laxaret. Quod ſi pergeret ſententiam confirmare, malle ſe ſacerdotium, quam coniugium deſerere, & tunc viſurum eum, cui homines ſordeſcerent, vnde gubernandis per Dei Eccleſiam plebibus, Angelos comparaturus eſſet. Nihilominus Gregorius inſtabat, & aſſiduis legationibus Epiſcopos omnes ſocordiæ, ac deſidiæ arguebat, & niſi ocyus iniunctum ſibi negotium exequerentur; Apoſtolica ſe cenſura in eos animaduerſurum comminabatur. Archiepiſcopus Moguntinus ſciens non paruo conſtare operam hanc, vt tanto tempore inolitam conſuetudinem reuelleret, atq; ad rudimenta naſcentis Eccleſiæ ſeneſcentem iam mundum reformaret; moderatius agebat cum eis. Et primo eis in dimidium annum inducias & deliberandi copiam dedit, hortans eos, vt quod neceſſario faciundum ſit, ſponte facerent, & tam ſibi quam Romano Pontifici neceſſitatem adimerent aliquid in eos, quod ſecus ſit, decernendi.

VI. Synod. Erfordien. pro obſeruatione decreti.

Ad vltimum Erfordiæ Synodo congregata menſe Octobri, preſſius iam imminebat, vt relegata omni tergiuerſatione, in præſentiarum aut coniugiũ abiurarent, aut ſacri altaris miniſterio ſe abdicarent. Multas è cõtra illi rationes afferebant, quibus inſtantis perurgentiſque improbitatem eludere, ſentẽtiamq; caſſare niterentur. Cumq; aduerſus Apoſtolicæ Sedis auctoritatem, qua ſe ille ad hanc exactionem præter voluntatem propriam compulſum obtendebat, nihil argumenta, nihil ſupplicationes preceſq; proficerent; egreſſi tanquam ad conſultandum conſilium inierant, vt in Synodum nõ redirent, ſed iniuſſi omnes in domos ſuas diſcederent. Nonnulli etiam confuſis vocib. clamitabant, melius ſibi videri, vt in Synodũ regreſſi ipſum Epiſcopum priuſquam execrationis aduerſus eos ſententiam promulgaret, cathedra Epiſcopali deturbarent, & merita morte mulctato, inſigne monumentum ad poſteros tranſmitterẽt, ne quis deinceps ſucceſſorũ eius talem ſacerdotali nomini calumniam ſtruere tẽtaret. Cumq; ad Epiſcopum relatum eſſet, hoc eos machinari, commonitus à ſuis, vt tumultum, qui oriebatur, matura moderatione præuerteret: miſit ad eos foras, rogauitq; vt ſedato pectore in Synodum regrederentur, ſe, cum primum opportunitas arriſiſſet, Romam miſſurum, & dominũ Apoſtolicum, ſi qua poſſet ratione, ab hac ſententiæ auſteritate deducturum. Ita Iouiniana hæreſis Germanorum Eccleſias miſerandum in modum deformabat.

Archiepiſc. Mogunt. periclitatur dum vult decretum obſeruari.

VII. Rob. Guiſcar. excommunicatur ob rebellationem.

c *Leo Oſtienſ. lib. 3 c. 44. & Greg. lib. 1 ep. 25. & ſeq.*

In ea itaq; Synodo Gregorius decreuerat, ne quis cõcubinariorum ſacerdotum miſſas audiret, non quod negaret per improbos ſacerdotes confici ſacramenta; nullus enim hoc Pontificum Romanorum ſomniauit: ſed vt per deteſtationem conuerſationis illorum à ſæcularibus, etiam ad aras demonſtratam, hac ratione à ſordibus fornicationis & connubiorum, arcerentur. [c] In eadem Romana Synodo, Robertum Guiſcardum, ac Gilulphum Principem Salernitanum, iura Eccleſiæ vſurpantes anathemate percuſſit, atque collecto exercitu contra refractarios ire diſpoſuit. Neque ſegniores illi fuere. Dux enim Robertus Capuam, Gilulphus vero Princeps Neapolim obſedit. Mirandum in modum Neapolim ſancti Tutelares defenderunt. Cum enim Neapolitani timore perculſi Deo humiliter ſupplicarent, in eo momento cum ciuitas oppugnaretur, ſanctus Martyr Chriſti Ianuarius & alii Abbates à Principe ſæpe conſpiciebantur armati per caſtra diſcurrere. Putans autem Epiſcopum eſſe; interrogabat cur contra ordinem ſuum ad pugnam cum lancea ſcutatus exiret. Cui Archiepiſcopus reſpondens: Ego, inquit, vt tu vir

S. Ianuar. viſibiliter tuetur Neapolim contra hoſtes obſidentes.

A illuſtriſſime conſpicis, multis iam diebus æger in lecto decubo: ille autem armatus quiſnam ſit, ipſe videris. Scias tamen ſanctum Ianuarium hanc protegere ciuitatem. Princeps vero dictis eius derogans fidem, vrbem oppugnare perſiſtebat. In ea vero obſidione, cum prius ab excommunicatione abſolutus eſſet, defunctus eſt. Robertus porro excommunicatione perculſus, ad pœnitentiam reuertens, Legatos ſupplices ad Gregorium miſit, promittens omnia quæ Pontifex vellet iuberetq; redditurum & ſatisfacturum. Quod reliqua eiuſdem Romanæ Synodi attinet, in eadem decreuit. 1. vt Epiſc. Pictauenſium vel eius loco Decanus, habeat ius certis diebus miſſam publice decantandi. 2. vt Eccleſiæ Hiſpa- B niarum ritu Romano diuina officia celebrarent. 3. vt intercedente Willelmo Bellouacenſi Epiſcopo pro ſuis canonicis, quos ille excommunicauerat, abſoluerentur. 4. vt cauſa Lucẽſium clericorum reformationem S. Anſelmi detrectantium in Synodo diœceſana tractaretur. Ex eadem Synodo Geiſæ Hungariæ Regi reſcripſit, laudans eius officium erga Eccleſiam Romanam, ſpondenſq; ab eadem quicquid amoris & beneficii erga filium mater conſueuerit exhibere.

Rob. Dux ad pœnitentiam redit.

VIII. Canonicorum Lucenſiũ rebellio.

d *Vita S. Anſelmi.*

[d] In cauſa S. Anſelmi, conuenerunt quam plures Epiſcopi apud S. Geneſium, quod caſtrum à Lucana ciuitate non multum diſtat. Inter quos reuerentiſſimus Albanenſis Epiſcopus nomine Petrus Igneus cognomento, vicem ſummi Pontificis agebat, qui cum eodem S. Anſelmo Lucenſi Epiſcopo, & cum reliquis omnibus conſpiratores illos excommunicauit. Vnde illi indignantes totam ciuitatem malitioſe commouerunt, atq; freti au- C xilio perditiſſimi Hẽrici Regis, religioſiſſimum Epiſcopum à ciuitate repulerunt; & Mathildi Dominæ rebellarunt. Huius nefariæ conſpirationis caput & Princeps fuit quidam Petrus, falſa profeſſione canonicus, ordine damnationis ſuæ Subdiaconus, mente ſuperbus, incontinens moribus, verbis procax, corpore incompoſitus, vir ſanguinum & fomes omnium ſpurcitiarum; qui propter immenſitatem malitiæ, factus eſt ſubito contumax præco Henricianæ tyrannidis, cuius principis factione & gratia, viuente adhuc ſancto Anſelmo, intruſus eſt Pſeudoepiſcopus, factus poſtmodum Guiberti Pſeudopapæ audaciſſimus defenſor, obſtinatiſſimuſque ſectator.

Petrus Canonicus turbarum auctor.

IX. Expeditio paratur à Greg. aduerſus Saracenos in Oriente.

Abſoluta priore Synodo Gregorius cogitabat, ante- D quam altera ad quart. non. Febr. indicta congregaretur, Orientali Imperio qua à Turcis, qua à Saracenis lacerato opem ferre. Northmanni non ſemel à pactis reſilientes obſiſtebant, ne per abſentiam ſuam aliquid molirentur, & nouarent in Italia. Hos itaque vt timore exercitus comparati percelleret, & ad expeditionem Orientalem compelleret, Guillelmo Burgundiæ Comiti Eccleſiæ Romanæ fideli ſcripſit; [e] vt militum copias illi ſuppeditaret; *non vt ad effuſionem* (ita ſcribebat) *ſanguinis Chriſtianorum intendamus, ſed vt ipſi Northmanni videntes expeditionem, dum confligere timuerint, facilius ſubdantur iuſtitiæ.* Feliciter ei ceſſit hoc inuentum. Ceſſerunt enim illi militari potentiæ, qui ſpiritualem contempſerant. Vnde iam ſecurus claſſicum contra Turcas & Saracenos in ſubſidium Orientalis Imperii & defenſionem fidei accinens, literas omnib. Chriſtianam fidem defendere volentibus, omnibuſque fidelibus S. Petri, maxime Vltramontanis, ſcripſit, quos rogabat, monebat & inuitabat, ad tam neceſſarium, tamq; glorioſum bellum. Scripſit E ea de cauſa pariter Hẽrico Regi: cui iſta ſuggerebat: [f] *Iam, ſcribens, vltra quinquaginta millia ad hoc ſe præparant, vt ſi me poſſunt in expeditione pro Duce ac Pontifice habere, armata manu contra inimicos Dei volunt inſurgere, & vſque ad ſepulchrum Domini, ipſo ducente, peruenire. Illud vero me ad hoc opus permaxime inſtigat, quod Conſtantinopolitana Eccleſia de ſancto Spiritu à nobis diſſidens, concordiam Apoſtolicæ Sedis expectat. Armeni etiam fere omnes à Catholica fide aberrant; & pene vniuerſi Orientales præſtolantur, quid fides Petri Apoſtoli inter diuerſas opiniones eorum decernat. Et quia patres noſtri, partes illas pro fide Catholica confirmanda ſæpe adierunt, nos etiam*

e *li. 1. ep. 46. & ſeq.*

f *lib. 2. ep. 31.*

adiuti

Digitized by Google

adiuti precibus Chriſtianorum, illuc tranſire pro eadem fide & Chriſtianorum defenſione compellimur. Sed quia magna res magno indiget conſilio, & magnorum auxilio; ſi hoc me Deus permiſerit incipere, à te quæro conſilium, & vt tibi placet auxilium. Hæc quidem Gregorius Henrico, ſanctam expeditionem ſanctè meditatus.

X. Ordo & officium Rom. recipitur in Aragonia. *g Greg. lib. 1. e. 63.*

Reliqua huius anni ſunt iſta. 1. g Sancius Rex Aragoniæ, ritum quidem Romanum recitandi diuini officii in Eccleſiis Regni ſui admiſit; fratrem autem Alphonſum in vinculis habuit, & S. Petro Apoſtolo ſibi per viſum apparente iubenteq; dimiſit.

XI. S. Hugo Abb. ex altiſſima rupe cadens nihil læditur. *h apud Sur. 29. April. in vita S. Hug.*

2. h S. Hugo Abbas Cluniacenſis Romam à Gregorio Pontifice pro conſiliis accitus, in itinere à prærupta via decidens, miraculoſè ſeruatus eſt. Arctiſſimam à prominentis rupis latere viam ingreſſus erat, quam inferius terribilis profunditas excipiebat, in quã præ metu præcipitii vix vnquam viatores auderent intueri. Præcedentibus itaque aliis poſt alios præ timore ſociis, ſequebatur pater, mente & oculis dextraq; pariter ad cœlum leuatis, ſiniſtra mulæ habenas tenebat, & in oratione ſuſpenſus, Domino totus inhiabat. Ibi paupercula quædam mulier propter tranſeuntes in breuiſſimum arduæ rupis foramen ſeſe receperat. Mula vero cui ſanctus inſidebat, vbi latitantem illam ſubito aſpexit, magnopere perterrefacta ilico reſiliit, & reſiliens tota in immane profundum cum ſancto viro decidit. Mirã res: ſanctus vt antea, ſic etiam cadendo mẽtem & oculos, dextramque ad cœlum erectam tenebat. Cadebat quidem corpore, ſed immotus cum Domino ſtabat mente: præualuitque ſtabilitas mentis, ſuaq; ſedens mula inuiſibiliter reportatus ab infimis, viæque eſt redditus totus incolumis. Qui enim Ionam in mare præcipitatum de profundo abyſſi & de ventre ceti ad ſe clamantem voluit liberare; ita etiam hunc orantem ſanum à ruina leuare.

XII. Guillel rex Angl. laudatur. *i lib 9 ep. 5.*

3. Gregorius Papa Legatos à Guillelmo Rege & Mathilde Regina Anglorum audiuit; illumque præ cæteris Regibus laudauit, his verbis: *Rex Anglorum, licet,* inquit, *in quibuſdam non ita religioſe* (ſicut optamus) *ſe habeat: tamen in hoc, quod Eccleſias Dei non deſtruit, neque vendit; & pacem iuſtitiamque in ſubditis ſuis moderari procurat; & quia contra Apoſtolicam Sedem, rogatus à quibuſdam inimicis crucis Chriſti, pactum inire, conſentire noluit: presbyteros vxores, laicos decimas quas detinebant, etiam iuramento dimittere compulit: cæteris Regibus ſe ſatis probabiliorem, ac magis honorandum oſtendit.*

XIII. Comminatio excommunicationis in Reg. Franc.

4. Legatos Philippi Regis Francorum Gregorius ſuſcepit, Regemque admonuit, vt ad eum modum quo cæteris Eccleſiis ſe ſatisfeciſſe nunciauit, etiam Bellouacenſi ſatisfacere curet. Quod ſi nollet, Comiti quidem Guillelmo Pictauienſi poteſtatem armorum; Manaſſi autem Archiepiſcopo Rhemenſi auctoritatem gladii ſpiritualis facit, contra eundem Philippum. Cui ſcribens, hæc inſinuabat, vt ſciret quemadmodum regnum Francorum pro cultu religionis vel ſtetit, vel decidit. k *Attendere,* ait, *te nobiſcum & diligenter conſiderare volumus, in quanta dilectione Sedis Apoſtolicæ, quantaque gloria & laudibus ferè per orbem terrarum anteceſſores tui Reges clariſſimi & famoſiſſimi habiti ſunt, dum illorum regia maieſtas in amplificandis & defendendis Eccleſiis pia ac deuota conſtitit, in tenendo iuſtitiam libera ac diſtracta permanſit. Poſtquam vero diuina & humana iura ſubuertendo tanta virtus in poſterioribus cœpit hebeſcere: totius regni gloria, decus, honor & potentia cum peruerſis moribus immutata ſunt, & nobiliſſima fama & ſtatus regni à culmine ſuæ claritatis inclinata ſunt.*

k lib. 1. ep. 75. & lib. 2. ep. 4.

l Pp. Greg. ſcribit Comiti Pictauienſi de Reg. Franc.

Porro Comiti Pictauienſi hæc Gregorius perſcripſit: *Te quoque præcipue monentes, quatenus ex nobilioribus Franciæ melioribuſque quibuſdam adhibitis, iniquitates Philippo ſuas renuncietis. Et vt ipſi ſtultorum ſuggeſtionibus renunciando, atque bonorum & ſapientium conſiliis adhærendo, incipiat iam à confuſione Eccleſiarum manum retrahere, & ad exemplar bonorum Franciæ Regum, prauos mores ſuos commutare: depredationes, vnde Oratores ſancti Petri impediuntur, capiuntur, atque multis incommodis afficiuntur, ſine dilatione emendare. Quod ſi conſiliis veſtris acquieuerit, nos eum qua debemus charitate, tractabimus. Alioquin, ſi in peruerſitate ſtudiorum ſuorum perdurauerit, & ſecundum duritiam & impœnitens cor ſuum iram Dei & ſancti Petri ſibi theſaurizauerit: nos Deo auxiliante, & nequitia ſua promerente, in Romana Synodo, à corpore & communione ſanctæ Eccleſiæ ipſum, & quicunque ſibi regalem honorem vel obedientiam exhibuerit, ſine dubio ſequeſtrabimus, & eius quotidie ſuper altare S. Petri excommunicatio confirmabitur. Diu eſt enim, quod iniquitates ſuas portauimus: diu eſt, quod S. Eccleſiæ iniuriam, parcendo adoleſcentiæ ſuæ, diſſimulauimus.*

XIV. Greg. Pp. ſtudet reb. Eccl deploratis remedium adhibere.

Per eadem tempora Gregorius Papa Guarnerium Argentinenſem Epiſcopum, ab Alexandro Papa propter crimen Simoniæ gradu motum reſtituit, & aliquot Longobardiæ Epiſcopos à vinculo Eccleſiaſticæ cenſuræ pœnitentes & ſponte confeſſos relaxauit. Sanctum autem Annonem Colonienſem Archiepiſcopum, ne illum Henricus ad partes ſuas contra Eccleſiam alliceret, in officio confirmauit: ad Synodum porro pro exordio Quadrageſimali Romæ indictam, præter alios Epiſcopos & Abbates, longe poſitos Britannos inprimis, deinde Tullenſem Epiſcopum, Iſimbertum Pictauienſem, Aniatum Ellorenſem, Gozelinum Archiepiſcopum Burdigallenſem, Benonem Oſnaburgenſem cum Abbate Corbeienſi, Liemarum Bremenſem, Sigefridum Moguntinum cum ſuis Suffraganeis Epiſcopis, Cunibertum Taurinenſem, Guillelmum Papienſem, Hugonem Dienſem, Guibertum Rauennatem, & quam plures alios pro cauſis grauiſſimis ad reſpondendum euocauit: & rebus Chriſtianorum pene deploratis remedium Synodale adhibere cogitauit. Scribebat Beatrici & filiæ eius Mathildi, conqueſtus infelicem ſui temporis ſtatum, his verbis: *In ſingulas horas quaſi parturientis dolores & anguſtias ſuſtinemus & patimur, dum penè in oculis noſtris naufragantem Eccleſiam nullo gubernaculo eripere valemus. Lex enim & religio Chriſtiana ita ferè vbique deperiit, vt Saraceni & quilibet Pagani ſuos ritus firmius teneant, quam illi qui Chriſtianum nomen acceperunt, & quibus in regno Patris per Chriſtum hæreditas & æterna vita gloria parata eſt, diuinæ legis mandata cuſtodiant.*

Scribit in hanc tem Beatrici & Mathildi.

XV. Hungariæ Regnum feudatarium Eccl. Rom. *l lib. 2. ep 13*

Eodem anno habuit Gregorius Papa Regem Hungariæ Salomonem arguere; l quod is ab Henrico Rege, regni Hungariæ feudum accepiſſet; cum non neſciret, illud ipſum Regnum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ proprium eſſe, ac Rege Stephano olim Beato Petro cum omni iure & poteſtate ſua oblatum, & deuote traditum. Præterea Henricus piæ memoriæ Imperator ad honorem ſancti Petri regnum illud expugnans; victo Rege, & parta victoria, ad corpus Beati Petri lanceam coronamque tranſmiſit, & pro gloria triumphi ſui illuc regni direxit inſignia, quo principatum dignitatis eius attinere cognouit.

Paulo poſt Salomon Regnum illud quærens ab homine amiſit, vnaque cum Iuditha vxore Regina, filia Henrici Imperatoris & Agnetis, extorrem vitam diuino iudicio egit. Cui Iudithæ, ne patientiam amitteret, ſed cuncta aduerſa fortiter ſuſtineret, idem m Gregorius ſcripſit.

m lib. 2. ep. 44.

IESV CHRISTI Annus 1075.

GREGORII VII. PAPÆ ANNO 3. MICHAELIS VII. Ducæ Imperat. ann. 4.

I. Concil. Rom. gener. ad Reform. eccl. *a lib. 2. ep. 49. & ſeq*

ANno Chriſti 1075. Romæ maxima Synodo conuocata; cum tempus eſſet, vt iudicium inciperet à domo Dei, Gregorius Papa ad cognoſcendas cauſas Eccleſiaſticorum ſeuerus cenſor acceſſit. Et inprimis quidem a ad omnes Chriſti fideles, præcipue vero ad Chriſtianos Principes Abbatem S. Bonifacii Gepizonem,

zonem, & Maurum S. Sabæ Abbatem, viſitatores miſit, qui in Simoniacos & libidinoſos quoſcunque Eccleſiaſticos inquirerent, & animaduerterent.

II. Res geſtæ in Synodo. b lib. 2. poſt epiſt. 51.

Porro b inter Synodi decreta, quæ Romæ geſta ſunt quinque de familia Regis Teutonicorum, quorum cõſilio Eccleſiæ vendebantur, à liminibus S. Eccleſię ſeparauit, ita vt ſi abinde vſque ad Kal. Iunii Romam non venirent, & ſatisfacerent, excommunicari haberentur. Philippus Rex Francorum, ſi Nuntiis Papæ ad Gallias ituris de ſatisfactione ſua & emendatione ſecuritatem non fecerit, habeatur excommunicatus. Liemarum Bremenſem Archiepiſcopum pro inobedientia ſuperbiæ ſuæ ab Epiſcopali officio ſuſpendit, & à corpore & ſanguine Domini interdixit. Guarnerium Strazburgenſem ab Epiſcopali & ſacerdotali officio ſuſpendit. Henricum Spirenſem ſuſpendit, Hermannum Bambergenſem, ſi ante Paſcha non venerit ſatisfacturus, ſimiliter ſuſpendit. Dionyſium Placentinum depoſuit, Robertum Ducem Apuliæ iam anathematizatum, & Robertum de Loritello inuaſorem bonorum ſancti Petri excommunicauit. Item in Longobardia Guillelmum Papienſem, & Cunibertum Taurinenſem ſuſpendit. c Cęterum Henricus Spirenſis Epiſcopus, cum iam theſauros Eccleſiæ Spirenſis pene omnes puerili leuitate dilapidaſſet, & prædia militibus ſuis in beneficium erogaſſet, in tantum vt vix in dimidium annum ſumptus ei ex reditibus Eccleſiæ miniſtrari poſſent, inopinata morte ſubtractus eſt, de cuius obitu dignam memoria viſionem vidit clericus quidam, qui ei defuncto protinus in Epiſcopatu ſucceſſit, nomine Huzmannus.

c Lamb.

III. Viſio de obitu Henric. Epiſc. Spiren. ob bona Eccl. dilapidata.

Putabat ſe in choro Spirenſi, cum Epiſcopo & cæteris clericis ſtare. Et ecce ingrediebantur chorum tres viri, vnus exacta ætate, canicie veneranda, duo iuuenes, tanquam in obſequium ſenioris deſtinati. Cumque in medio chori aliquamdiu taciti conſtitiſſent, ait ſenior his, qui circa ſe erant iuuenibus: Quid tardatis, quod vobis iuſſum eſt explere? At illi: Tuum eſt, inquiunt, pater, primo aduerſus eum dictare ſententiam, & nos ſine dilatione, quicquid iudicaueris, exequemur. Et ille propter, inquit, multa mala quæ in locum hunc, & in ſanctam Dei genitricem operatus eſt, egreſſa eſt à Deo ſententia vt interficiatur. Ad hanc vocem corripientes Epiſcopum decollauerunt, & truncum in ligno crucis, quod in eadem Eccleſia in ſublime elatum ſtabat, ſuſpenderunt. Cumque mane facto, clericus nimio horrore concuſſus Epiſcopo ſomnum retuliſſet, viſus eſt ei quaſi deliramenta loqui, & propter ſoſpitatem corporis ſui, omnibuſque membris optime conſtantem vigorem ſuum, nullum tam è vicino imminentis exitii ſenſum admiſit. Et ecce ſeptimo dehinc die, cum ad veſpertinalem ſynaxim cum fratribus in choro ſtaret; ſenſit repente paruulam ſibi inſtar puncti puſtulam in collo exreſcere; qua paulatim intumeſcente, ante mediam noctem defunctus eſt.

IV. Decretum de Simoniacis & concubinar. eccleſ.

In eadem Romana Synodo, diſcordias inter Pragenſem & Olomucenſem ſeu Morauiæ Epiſcopum exortas compoſuit; & de continentia clericorum iſtud decretum conſtituit: *Si quis*, inquit, *eorum ordinum, qui ſacris altaribus miniſtrant, presbyter ſc. Diaconus, & Subdiaconus vxorem, vel concubinam habet, niſi illis omnino dimiſſis, dignam pœnitentiam agant; ſacris altaribus penitus miniſtrare deſiſtant, nec aliquo Eccleſiæ beneficio vlterius potiantur, ſiue potius fruantur. Qui vero Simoniace, videlicet per interuentum pecuniæ promoti ſunt, vt abſque vlla ſpe recuperationis deponantur, Apoſtolica cenſura ſtatuimus.* Hæc & alia decreta indidem ſancita, omnibus Italiæ, Galliarum, Hiſpaniæ, Germaniæ, & Occidentis totius Epiſcopis tranſmiſit, iniungens ſingulis, vt Synodos ſinguli conuocarent, & quæ præſcripta ſunt exequerentur. Inter alios Archiepiſcopus Moguntinus iam ad communionem Eccleſiaſticam à Gregorio admiſſus, d Synodum Moguntiæ menſe Octobri congregauit.

d Lambert.

In quo, inter alios Epiſcopos qui conuenerant, aderat Curienſis Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis literas & mandata ferens, quibus vt ſub interminatione gradus & ordinis ſui præcipiebat, ſicut antea quoque multis legationibus præceperat, vt presbyteros omnes, qui intra ſuam diœceſim eſſent, cogeret aut in præſentiarum coniugibus renunciare, aut ſe in perpetuum ſacri altaris miniſterio abdicare. Irritus fuit Moguntini conatus. Nam homo verſipellis auctoritate Apoſtolica abuſus, per conniuentiam, reluctantes clericos ex Synodo recedere permiſit.

V. Henr. R. ſimulat ſubiectionem erg. Rom. ec.

Henricus Rex aliquantum immutatus, cum propter querelas ab Epiſcopis Saxoniæ & Germaniæ contra ſe ad Sedem Apoſtolicam delatas, metueret, ne anathemate feriretur, duobus modis ſe ſanctæ matri ſuæ, Romanæ Eccleſię commendauit quemadmodum Gregorius ei ſcribens collaudabat. In altero quidem, quia Simoniacis viriliter reſtitit; in altero, quia clericorum caſtitatem, vtpote ſeruitorum Domini, & libenter approbauit, & efficaciter adimplere deſiderauit, deq; ea re, & de reconciliatione cum Gregorio, tum ipſi Pontifici, tum Beatrici amitæ & filię eius Mathildi ſignificauit, ſeque in poteſtate Pontificis futurum promiſit. Scilicet; compellebatur quoq; metu imminentis belli Saxonici, quod eum hoc anno excepit.

VI. Greg. de variis reb. ad diuerſos Reg. ſcribit. e Cromer lib. 4. f lib. 2. ep.

Per idem temporis, e cum epiſcopalis Sedes Cracouienſis poſt mortem Aaronis, ob controuerſiam ſacri collegii toto biennio vacua fuiſſet, tandem Lambertus cognomento Zula Polonus ſucceſſor electus eſt. Nec tamen is pallium de more à Pontifice Maximo expetiit. Quamobrem cum Cracouia Archiepiſcopum habere deſiiſſet, iuſque Metropolitanum ſeu dubium, ſeu vagum eſſet; ideo f Gregorius Papa Legatos in Poloniam miſit, qui res Eccleſiarum componerent, Metropolim certam ſtabilirent, Epiſcopatus adaugerent, & diſtinguerent; Boleslaoque auctores forent, vt Ruſſis ablata reſtitueret vellet. Nam & g Demetrius Ruſſorum Rex, ea de cauſa ad Gregorium Papam, filium ſuum deſtinarat, atque regnum ſuum D. Petro obtulerat, poſtularatque vt tanquam ſuum à Polono vindicaret. Scripſit etiam Gregorius ad Geiſam Hungariæ Regem, qui Salomone expulſo Legatos Romam miſerat. Admonuit Geiſam, vt nihil præter iuſtitiam ſibi licere, iura vero Eccleſiæ Romanæ ſuper Hungariæ regno velit ſalua eſſe, atque integra remanere, propter quorum contemptum ipſe Salomõ meruiſſet diuina vindicta regno priuari. Scripſit & Suenoni Daniæ Regi, quidue officii charitatiuis Legationibus Eccleſia Romana exhibeat, aperuit; nimirum docere viam Domini vniuerſas nationes, corripere in iis quæ arguenda ſunt omnes Reges & Principes, & ad æternam beatitudinem inuitare legalibus diſciplinis.

Ruſſia ab ipſius Rege accepta dono à Rom. eccl. g & 74. & ſequ.

VII. Obitus S. Annonis Colon. Arch. h Lambert. & apud Sur. 4. Dec.

h Annum hunc multis cladibus inſignem potiſſimum lugubrem fecit obitus S. Annonis Colon. Archiepiſcopi, qui poſt longam ægrotationem, qua Dominus vas electionis ſuæ in camino tribulationis tranſitoriæ purius auro, purgatius mundo obrizo decoxerat, pridie Non. Decemb. beato fine perfunctus ad Angelos tranſmigrauit, miraculis clariſſimus.

VIII. Guiberti Rauenn. molitiões in Greg. Pp. i Lambert. & Guillel. Bibl. in vita Gregorii. Quæ in Greg. Pp. nefando commiſerit Quint. Rom.

Ipſo etiam tempore contigit i Gregorium Pontificem grauiſſima pulſari aduerſitate. Guibertus Rauennas Archiepiſcopus Gregorio vſque ad diuiſionem ſchiſmatis iniquus, cogitabat, qua ratione poſſet Pontificatu deiicere, & ipſe Sedem Petri occupare. Opportune ſe obtulerat commodum Quintius ciuis Romanus omniũ potentiſſimus, Gregorio pariter infeſtus, propter occupata Eccleſiæ bona, quæ ille repetebat. Is itaq; tum ſua ſpõte; tum Guiberti impulſu inflãmatus, rem atrocem patrare aggreſſus eſt. Nocte Natiuitatis Dominicæ cum armatis militibus templum irruit, Gregorium ſacris ad altare operantem, vt erat Pontificalibus indutus, capillis tenus apprehendit, contumeliis affecit, violenter rapuit, traxit, inque carcerem coniecit. Cæterum tumultu populari exorto, cum ſibi à promiſcua multi-

tudine

tudine irrumpente timeret, liberum Pontificem confeſtim dimiſit. Guibertus porro Rauennã reuerſus, Thedaldum Mediolanenſem & plures alios Longobardiæ Epiſcopos à Gregorio cenſura Eccleſiaſt. notatos mulctatoſq;, contra eundem Pontificem concitauit, Hugonemq; Candidum S.R.E. Cardinalem ab eo ad Regem Henricum auertere conatus eſt.

IX. Concil. Angl. pro reformat. morum.

In Anglia Synodus omnium Epiſcoporum celebrata eſt, præſidente Lanfranco Sedis Apoſtolicæ Legato. In ea deſcriptus eſt ordo, iuxta quem Epiſcopi loca ſua in conſeſſibus publicis obtinerent. Item, vt nullus ſacros ordines, ſeu officium Eccleſiaſticum, quod ad curam animarum pertinet, emat vel vendat. Item, ne oſſa mortuorum animalium, quaſi pro vitanda animalium peſte alicubi ſuſpendantur, nec ſortes, vel aruſpicia, ſeu diuinationes vel aliqua huiuſmodi opera diaboli ab aliquo exerceantur. Nec vllus Epiſcopus vel Abbas, ſeu quilibet ex clero hominem occidendum, vel membris truncandum iudicet, vel iudicantibus ſuæ auctoritatis fauorem commodet.

IESV CHRISTI Annus 1076.

Gregorii VII. Papæ Anno 4. Michaelis VII. Ducæ Imp. ann. 5.

I. Henr Reg. contemptus in Sedē Apoſt.

Anno Chriſti 1076. Parta de Saxonibus victoria Henricus Rex, tumidos ſpiritus contra Eccleſiam Romanam reſumpſit, incitantibus eum ad rebellionem, Guiberto Rauennate, & aliis Longobardiæ Epiſcopis. Itaq; excommunicatis à Gregorio communicauit, Thebaldum Mediolanenſib. intruſum defendit, & Firmanam ac Spoletanam Eccleſias, hominib. ignotis cōceſſit. Non poterat hæc amplius ferre Gregor. [a] Quamobrē pro initio, Quadrageſimæ indicto Concilio, Henrico per literas & Legatos edixit, vt ſecunda feria ſecundæ hebdomadæ in Quadrageſima ad Synodum Romæ occurreret, de criminib. quæ obiiciebantur, cauſam dicturus: alioquin ſciret, ſe abſq; omni procraſtinatione, eodem die, de corpore S. Eccleſiæ, Apoſtolico anathemate abſcindendum eſſe. Falſus Reinerus, & falſior Benno, falſus Cardinalis, qui multa de Gregor. & Henrico confinxerunt. Iſtud verum.

Rex vocatur a Greg. Romam cauſam dicturus. a *Lamb. & vit Greg.*

II. Conuenticulum Wormat. pro depoſitione Greg

Legatio Papæ, vehementer Regem cōmouit, ſtatimque abiectis cum contumelia Legatis, omnes qui in Regno ſuo eſſent, Epiſcopos & Abbates, Wormatiam ad Dominicam Septuageſimæ adeſſe præcepit, tractare cum eis volens ad deponendum Pontificem Roman. ſi qua ſibi via vel ratio pateret. In hoc cardine totam verti ſalutem ſuam ratus, & regni ſtabilitatem, ſi is non eſſet Epiſcopus. Conuenerunt quam plurimi, & inter eos perfidus ille Hugo candidus, non candidus Cardinalis. In eo Pſeudoconciliabulo, cum plures fruſtra ſe Henrico Regi, pro Rom. Pont. Gregorio oppoſuiſſent, tandē Willelmo Traiectenſi auctore, plane Antichriſti præcurſore, Pontificatum Gregorio abrogarunt, quaſi eum contra Eccleſiaſticas leges vſurpaſſet: Exinde nomine Epiſcoporum & Abbatum, eidem Pontifici perſcribi curarunt, vt ſe Pontificatu abdicaret; ſciretq; poſt eam diem, quicquid ageret, iuberet, decerneret, irritum haberi. Legati quorū princeps erat Rolandus, vt iuſſum fuerat, ſummo conatu iter accelerantes, pridie quam à Gregorio prima hebdomada Quadrageſimæ Synodus indicta Romæ celebraretur, vrbem ingreſſi, literas ei tradiderunt. Tunc etiam cæteram Legationem, ſicut in mandatis habebant, verbo non minus contumelioſo, quam ſcripto exequuti ſunt. Gregorius autem nuncii atrocitate nihil permotus, poſtera die, cum centum & decem Epiſcopi, ac vniuerſus Romanæ Eccleſiæ Clerus & populus ad Synodum frequens confluxiſſet, in baſilica Conſtantiniana, in auribus omnium literas recitari fecit: & ſic cunctis qui conuenerant Epiſcopis decernētibus, Regem & cum eo Archiepiſcopum Moguntinum Sigefridum, Epiſcopum Traiectenſem Willelmum, Epiſcopum Bambergēſem Robertum excommunicauit. Cæteris autem qui conſpirationis huius participes extiterant, diem conſtituit, qua niſi Romam preſentati cauſam dicerent, nouæ huius & inuſitatæ contra Sedem Apoſtolicam rebellionis, ſimilem cæteris excommunicationis ſententiam ſortirentur. Porro Ottonem Ratiſponenſem Epiſcopum, & Ottonem Conſtantienſem Epiſcopum, & Burchardū Loſannenſem Epiſcopum Eberhardum Comitem, Vdalricum & alios nonnullos, quibus Rex Conſiliariis potiſſimum vtebatur, iampridem excommunicauerat. Aliqui Epiſcoporum pœnitentia eorum quæ Wormatię admiſerant ducti, literas ſupplices Gregorio tranſmiſerant, errati veniam obſecrantes, quibus ille ſatisfactione ab eis pręſtita benigne indulſit. Porro de his quæ Romæ contra Henricum geſſerat, [b] omnib. qui cupiunt ſe annumerari inter oues, quas Chriſtus B. Petro commiſit, data Synodali encyclica ſignificauit: poſtulans eorum orationes; quatenus, inquit, diuina miſericordia, aut corda impiorum ad pœnitētiam vertat, aut reprimendo eorum nefanda conſilia, quam inſipientes & ſtulti ſint, qui petram à Chriſto fundatam euertere, & diuina priuilegia violare conantur, oſtendat. Cæterum vt omnes Chriſti fideles cognoſcerent, qualiter aut pro quib. cauſis B. Petrus anathematis vinculo Regem alligauerit, in chartula incluſa formulam excōmunicationis illis miſit, eiuſmodi titulo præmiſſo:

Henr. Rex excōmunicatur in Concil. Rom.

Encyclicam ſcribit Greg. b *lib. 3. ep. 6.*

Depoſitio Regis Henrici filii Imp. Henrici; & abſolutio omnium qui ſibi præſtiterunt iuramentum.

III. Forma excommunicationis in Henr. Reg latæ.

B. Petre Apoſtolorum Princeps, inclina, quæſumus, pias aures tuas nobis, & audi me ſeruum tuum, quem ab infantia nutriſti, & vſque ad hunc diem de manu iniquorum liberaſti, qui me pro ſua fidelitate oderunt & odiūt. Tu mihi teſtis es, & Domina mea mater Dei, & B. Paulus frater tuus inter omnes ſanctos, quod tua ſancta Romana Eccleſia me inuitum ad ſua gubernacula traxit; & ego non rapinam arbitratus ſum ad Sedem tuam aſcendere; potiuſque volui vitā meam in peregrinatione finire quam locum tuum pro gloria mundi ſeculari ingenio arripere. Et ideo ex tua gratia, non ex meis operibus credo, quod tibi placuit & placet, vt populus Chriſtianus tibi ſpecialiter commiſſus mihi obediat, ſpecialiter pro vita tua mihi commiſſa; & mihi tua gratia eſt poteſtas à Deo data ligandi atque ſoluendi in cœlo & in terra. Hac itaque tua fiducia fretus, pro Eccleſia tua honore & defenſione ex parte omnipotentis Dei Patris & filii & Spiritus ſancti, per tuam poteſtatem & auctoritatem Henrico Regi filio Henrici Imperatoris, qui contra tuam Eccleſiam inaudita ſuperbia inſurrexit, totius regni Teutonicorum & Italiæ gubernacula contradico, & omnes Chriſtianos à vinculo iuramenti, quod ſibi fecere, & facient, abſoluo; & vt nullus ei ſicut Regi ſeruiat, interdico. Dignum eſt enim, vt qui ſtudet honorem Eccleſiæ tuæ imminuere, ipſe honorem amittat, quem videtur habere. Et quia ſicut Chriſtianus contempſit obedire, nec ad Dominum redit, quem dimiſit participando excommunicatis, & multas iniquitates faciendo, meaque monita, quæ pro ſua ſalute ſibi miſi, te teſte ſpernendo, ſeque ab Eccleſia tua, tentans eam ſcindere, ſeparando, vinculo eum anathematis vice tua alligo, & ſic eum ex fiducia tua alligo, vt ſciant gentes & comprobent, quia tu es Petrus, & ſuper tuam Petram filius Dei viui ædificauit Eccleſiam ſuam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Hactenus formula contra Henricum Regem contumacem. Sequuntur alia eiuſdem Synodi decreta, contra eius complices promulgata.

IV. Synodi decreta contra Mog. & alios German. Epiſc.

Sigefridum Moguntinum Archiepiſcopum, qui conatus eſt Epiſcopos atque Abbates Regni Teutonicorum à ſancta Romana Eccleſia, videlicet ſpirituali matre ſua ſcindere: Iudicio ſancti Spiritus & auctoritate beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ab omni Epiſcopali officio ſuſpendimus, & à communione corporis & ſanguinis Domini ſeparamus, niſi forte mortis periculum ſuperueniat: ita tamen vt pœnitentia ductus reſipiſcat. Ceteros vero qui ſua ſponte eius ſchiſmati conſentiendo ſubſcripſerunt, & in ea iniquitate perdurare volunt, ſimiliter ab omni Epiſcopali officio ſuſpendimus. Illos vero qui non ſponte conſenſerunt, vſque ad feſtiuitatem ſancti Petri ſufferimus

Digitized by Google

eo quidem reſpectu, vt ſi infra iſtum terminum idoneam, aut per ſe, aut per nūcios ſuos ſatisfactionem præſentia noſtræ non obtulerint, Epiſcopali deinceps officio priuentur.

V. Contra Epiſc. Lombardiæ.

Epiſcopos Longobardiæ, qui ſpreta canonica & Apoſtolica auctoritate, contra beatum Petrum Apoſtolorū Pricipem ſacramento conſpirauerunt: auctoritate eiuſdem B. Petri ab omni Epiſcopali officio ſuſpendimus, & à communione S. Eccleſiæ ſeparamus Agathenſem Epiſc. Berengarium, quia Narbonen. Epiſcopo excommunicato communicauit, & vices Epiſcopales pro illo fecit, excommunicamus. Viennenſem Epiſcopum Hermannum iuſtè depoſitum pro Simonia, periurijs, ſacrilegijs, & apoſtaſia, quia Viennenſem Eccleſiam infeſtare non deſiſtit, excommunicamus: & Eccleſiis Romanenſi, & ſancti Irenæi Lugdunenſi quouſque eas occupauerit, diuinum interdicimus officium. Deſiderium, & Romanenſis Eccleſiæ clericos, qui regulares noſtros ab ea expulerūt, & excommunicatis communicauerunt, inde donec ſatiſfaciant excommunicamus. Abbatē S. Aegidij ſimiliter, & Comitem S. Aegidij propter conſanguineam, & Comitem Forenſem, & Humbertum de Bellogicco propter infeſtationes Lugdunenſis Eccleſiæ. Podienſem Simoniacum, homicidam Stephanum ſcilicet à Legatis noſtris excommunicatum, & Pontium Gratianopolitanum, quouſq; reſipiſcat, excommunicamus. Et ea, quæ Dienſis Epiſcop. in Epiſcopatu Dienſi de decimis, & primitiis, & Eccleſiis fecit, & cætera, quæ in legatione noſtra ſtatuit, nos quoq; confirmamus.

VI. Aliæ contra alios ſentētiæ.

VII. Decreta Concil. Roman. ad oēs occident. Epiſc. tranſmiſſa.

Ex eadem Synodo, propter emergentes & vrgentes caſus præſentis ſchiſmatis, quaſi quædam iacula, quibus ſchiſmatici ab Orthodoxis conficerentur, decreta hactenus in Eccleſia Catholica vſu recepta, promulgauit, infraſcripta.

1. Romana Eccleſia à ſolo Deo eſt fundata. 2. Solus Romanus Pontifex iure dicitur vniuerſalis. 3. Ille ſolus poteſt deponere Epiſcopos vel reconciliare. 4. Legatus eius omnibus Epiſcopis præeſt in Concilio, etiam inferioris gradus, & aduerſus eos ſententiam depoſitionis poteſt dare. 5. Abſentes poteſt Papa deponere. 6. Cum excommunicatis ab illo, inter cætera nec in eadem domo debemus fideles permanere. 7. Illi ſoli licet pro temporis neceſſitate nouas leges condere, nouas plebes congregare, de canonica Abbatiā facere, & è contra, diuitem Epiſcopatum diuidere, & inopes vnire. 8. Solus poteſt Imperialibus vti inſignijs. 9. Solius Papæ pedes omnes Principes deoſculentur. 10. Illius ſolius nomen in Eccleſiis recitetur. 11. Vnicum eſt nomen in mundo, Papæ videlicet. 12. Illi liceat Imperatores deponere. 13. Illi licet Epiſcopos de ſede ad ſedem neceſſitate cogente tranſmutare. 14. De omni Eccleſia quocumque voluerit, clericum vales ordinare. 15. Ab illo ordinatus alij Eccleſiæ præeſſe poteſt, ſed non militare, & ab aliquo Epiſcopo non debet ſuperiorem gradum accipere. 16. Nulla Synodus abſque præcepto eius debet generalis vocari. 17. Nullum Capitulum, nullusque liber Canonicus habeatur abſque illius auctoritate. 18. Sententia illius à nullo debet retractari, & ipſe omnium ſolus retractare poteſt. 19. A nemine iudicari debet. 20. Nullus audeat condemnare Apoſtolicam ſedem appellantem. 21. Maiores cauſæ cuiuſcumque Eccleſiæ ad eum referri debent. 22. Romana Eccleſia numquam errauit, nec in perpetuum, ſcriptura teſtante errabit. 23. Romanus Pontifex ſi canonicè fuerit ordinatus, meritis beati Petri indubitanter efficitur Sanctus, teſtante ſancto Ennodio Papienſi Epiſcopo, ei multis ſanctis Patribus fauentibus, ſicut in decretis beati Symmachi Papæ continetur. 24. Illius præcepto & licentia ſubiectis licet accuſare. 25. Abſque Synodali Conuentu poteſt Epiſcopos deponere & reconciliare. 26. Catholicus non habeatur, qui non concordat Romanæ Eccleſiæ. 27. A fidelitate iniquorum ſubiectos abſoluere poteſt.

Hactenus Synodalia decreta, ad omnes Occidentales Epiſcopos tranſmiſſa, quæ tantum abeſt vt ſchiſmatici curarint, vt etiam ipſi Papiam congregati, veſaniſſimæ temeritatis auſu, excommunicationem contra Gregorium Pontificem retorſerint. Principibus à iuriſperitis conſulentibus, ſcite atq; prudenter reſponſum eſt: *Romanum Pontificem à nemine iudicari, aut excommunicari poſſe: quinimo omnes excommunicatos iure eſſe, qui id ſumma iniuria præſumpſiſſent.* Eam iuſtitiæ ipſius contra ſchiſmaticos prolatam cenſuram, diuina vltio ſecuta eſt.

Rōm Pont. à nemine iudicari poteſt.

VIII. Diuina vindicta in ſchiſmat.

c Lambert. & Annal. Magdeburg.

[c] Wilhelmus enim Traiectenſis Epiſcopus, qui cauſam Regis Henrici contra bonum & æquum obſtinate tuebatur, & ſtudio partium Regis, multa in iniuriam Romani Pont. omnibus pene diebus ſolemnibus inter miſſarum ſolemnia rabido ore declamabat, periurum eū, adulterum, & Pſeudoapoſtolum appellans, & tam à ſe quam à cæteris Epiſcopis ſæpe numero excommunicatum pronūcians, eo ipſo in loco quo excommunicationem Gregorii deriſerat, & nihil eſſe dixerat, grauiſſima ægritudine correptus eſt. Cumque per acerrimos cruciatus animæ & corporis vrgeretur, cuidam ex miniſtris Regiis dixit: *Hoc mitto Regi Henrico mandatum: quod ipſe, & ego, & omnes iniquitati eius fauentes, ſumus in perpetuum damnati.* Cumq; à ſuis qui aderāt clericis, ne talia loqueretur, eſſet admonitus: *Quid aliud*, inquit, *loquor, niſi quod verum eſſe viſibiliter intueor? Ecce enim dæmones lectum meum circumſtant, quatenus me, mox vt expirauero, capiant. Itaq; cum fuero è corpore eductus, rogo vos & omnes fideles, ne ſe fatigent in ſupplicationibus pro me faciendis.* In hac voce, ſine communione, ſine ſatisfactione expirauit. Alii non abſimilem vltionē ſuſceperunt. Burchardus Miſnenſis Præfectus ex æquo cadens expirauit. Gothefridus Dux hoſtis Saxoniæ percuſſus, ſine confeſſione periit. Eppo Zitzenſis Epiſcopus riuulum quemdam tranſiens ex equo fractis ceruicibus occubuit. Godefridus Lotharingiæ Dux Mathildis vir Antuerpiæ occiſus eſt. Henrico autem Regi Saxonia rebellauit, & formidando prælio contra eum inſurrexit. Principes autem maiores ab eodem defecerunt, deque nouo Rege eligendo conſilia inierunt. Quorum omniū cum Hermannus M tenſis Epiſcopus certiorem reddidiſſet Gregorium Tibure agentem, compaſſione motus omnibus Coepiſcopis, Ducibus, Comitibus, & Chriſtianam fidem quibuſcumque in Regno Teutonico defendentibus [d] ſcripſit, *Vt miſericordiæ viſcera Henrico non clauderent, ſed pro illius reſipiſcentia Deum obſecrarent, tum vero prauos conſiliarios à latere illius ſubmouerent, & Deum timentes adhiberent, ſuaderentq; ne vltra putet ſanctam Eccleſiam ſibi ſubiectam vt ancillam, ſed prælatam vt Dominam: neve inflatus ſpiritu elationis conſuetudines ſuperbiæ contra libertatem ſanctæ Eccleſiæ inuentas defenderet, ſed obſeruaret ſanctorum Patrum doctrinam, quam pro ſalute noſtra eos docuit poteſtas diuina. Quod ſi de his & alijs iure ab eo exigendis nos ſecuros, modis quibus oportet reddiderit: ſtatim volumus per veſtros idoneos Legatos de omnibus informari, vt quid debeat fieri, communi conſilio, Deo aſpirante, valeat inueniri.* Addebat: *Illud autem inter omnia ex parte beati Petri interdicimus, vt nullus veſtrum eum præſumat ab excommunicatione abſoluere, quouſque eis quæ prædiximus, nobis indicatis, Apoſtolicæ ſedis conſenſum, & iteratum reſponſum recipiatis. Quod ſi exigentibus malorum peccatis (quod non optamus) ex corde non fuerit ad Deū conuerſus; talis ad regni gubernacula Deo iuuante inueniatur, qui ea quæ prædixim⁹, & cætera quæ videntur Chriſtianæ religioni, & totius Imperij ſaluti neceſſaria, ſecreta & indubitata promiſſione obſeruaturū promittat. Vt autem veſtram electionem, ſi valde oportet, vt fiat, Apoſtolica auctoritate firmemus, & nouam ordinationem noſtris temporibus corroboremus, ſicut à noſtris ſanctis Patribus factum eſſe cognoſcimus: negotium, perſonam & mores eius quantocyus poteſtis, nobis indicate, vt ſancta & vtili intentione incedentes mereamini, ſicut nobis nota cauſa, Apoſtolicæ Sedis fauorem per diuinam gratiam, & Beati Petri Apoſtolorum Principis benedictionem.*

Vvilhelmi Epiſc. Traiectē. terribilis confeſſio.

Encyclicam Greg. ſcribit Epiſco. Ducibus & Comitibus Germ. in cauſa Henr. Reg.

d lib. 4. ep. 3

His Gregorii literis diuulgatis, [e] Rudolpus Dux Suevorum, Velf Dux Baioariorum, Bertholdus Dux Carentinorum, Adalbero Epiſcopus Vuirtzebu genſis Adalbertus Epiſcopus Vormatienſis, & alii, quos reipubl. calamitas mouebat, Vlmæ habito conuentu ſtatuerunt, vt omnes, quicunque Reipubl. conſultum vellent 17 Kal. Nouembr. Triburiam conuenirent, vt cladibus Eccleſiaſticis finem imponerent. Statuta die iuxta condictum Principes Sueuiæ & Saxoniæ magno numero Triburiam conuenerunt. Aderant vna Legati Sed. Apoſt. Sigehardus Patr. Aquilei. & Altmannus Pat. Epiſc. vir Apoſt. conuerſationis & magnarū in Chriſto virtutū, cui Papa vices ſuas in diſpoſitione Eccleſiaſtic. cauſarum delegauerat. Intererant & plures alii tum clerici, tum Laici, vt rebus plane deploratis, vel extremā operam dependerent. Totis ſeptem diebus conferebant

IX. Conuentus Tribur. in cauſa Reg.

e Lambert.

Mala per Henr. Reg. patrata.

perquirentes, qua ratione periclitāti, & iamiam naufragium minitanti Reipub. ſubuenirent. Ibi replicabant, ab teneto (vt aiunt) vngue, omnem vitæ Regis inſtitutionē, quibus probris, quib⁹ flagitiis exiſtimationem ſuam, decuſq; Imperii vix tum adulta ætate maculaſſet; quas iniurias ſingulis, quas in commune omnibus, vbi primum pubertatis annos attigit, irrogaſſet, quod remotis à familiaritate ſua Principibus infimos homines, & nullis maioribus ortos ſummis honoribus extuliſſet, & cū eis noctes perinde ac dies in deliberationibus inſumēs, vltimū ſi poſſet nobilitati exterminiū machinaretur, quod barbaris gentibus vacatione data, in ſubditos ſibi populos dedita opera ferrum diſtrinxiſſet, & in eorum nece hoſtili crudelitate graſſaretur, quod Regnum à parētibus pacatiſſimum, & bonis florentiſſimum acceptum, deſpicabile, fœdum, ac inteſtinis cladibus infeſtum cruentumq; reddidiſſet. Memorabāt, Eccleſias & monaſteria deſtructa, victualia ſeruorum Dei verſa eſſe in ſtipendia militū, ſtudiū religionis & rerū Eccleſiaſt. tranſiſſe ad arma militaria & ad munitiones extruendas; non quib. vis & impetus barbarorum arceatur, ſed quib. patriæ tranquillitas eripiatur, & liberæ gentis ceruicibus duriſſimæ ſeruitutis iugum imponatur, nullū eſſe vſquam viduis & orphanis ſolatium, nullum oppreſſis & calumniam ſuſtinentibus refugium, non legibus reuerentiam, non moribus diſciplinam, non Eccleſiæ auctoritatem ſuam, non Reipubl. manere dignitatem ſuam, ita vt vnius hominis temeritate ſacra & profana, diuina & humana, fas nefaſque confuſa eſſe & implicata. Proinde tantarum calamitatum vnicum ac ſingulare ſupereſſe remedium, vt quantocyus priuato eo, alius Rex crearetur, qui tamdiu terminos euaganti licentiæ fræna iniiceret, & mundi vacillantis ruinam ſubiectis humeris ſuſtentaret. Hæc dum in commune agerentur, Henricus miſit ad idem Comitium Legatos, qui nomine ſuo omnia pollicerentur. Reiecti aliquoties tandem hoc reſponſū retulerunt; Principes velle non armis ſed legibus cum Henrico agere. Proinde illum ad diem Purificationis Mariæ, oportere Auguſtam venire, vbi celeberrimo totius Regni Principū conuentu habito, diſcuſſis partium allegationibus, ipſe ſuo iudicio vel abſoluat, vel abdicet accuſatum. Quod ſi ad diem præfinitum non adforet, & cauſa, & Regno decideret. Interim autem Spiram dimiſſo exercitu ſecederet, & nihil ſplendoris, nihil iuris Regii oſtētaret, vel adminiſtraret; Vuormatiam ſuo Epiſcopo reſtitueret; nihilque interim nouaret. Porro ſi quid horum præuaricaretur, tum ſe omni culpa, omni iuſiurandi religione, omni perfidiæ infamia liberatos, non expectato vlterius Romani Pontificis iudicio, quid Reipub. expediat, communi conſilio viſuros.

Quæ conditiones Hen. Reg. impoſitæ.

X. His auditis Rex, cuius omnis ſpes, omneſq; copiæ in arctum coactæ fuerāt, gratulatus admodū, quod aliqua quantumuis fœda conditione vigentem ad præſens calamitatem declinaſſet, promptiſſime per omnia obediētiam pollicitus eſt. Statimq; Colonienſem Archiepiſcopum, Bambergenſem, Straſburgenſem, Baſileenſem, Spirenſem, Loſanenſem, Citicenſem, Oſenburgenſem Epiſcopos, Vdalricum de Coſheim, Eberhardum Hartmannum cæteroſq; excommunicatos, quorum ante hac opera, cōſiliiſq; grauiſſime vtebatur, omnes caſtris egredi iuſſit. Miſſis quoq; Vuormatiam nunciis, milites, quos illic præſidii cauſa conſtituerat, abſcedere, vrbemq; Epiſcopo patere præcepit. Dehinc cæteris, qui ad auxilia ſibi ferenda frequentes conuenerant, ſingulis in ſua dimiſſis, ipſe iuxta condictum, cum paucis Spiram contendit; ibique intra terminos & leges, quas Principes præſcripſerant, aliquanto tempore vitam moreſque cohibuit. Demum aſſumpta vxore & filio paruulo, in Italiam difficillimo anni tempore, per ardua alpium niuibus oppletarum, ſummo conatu & non ſine periculo penetrauit.

Rex in Italiam profiſciſcitur ad ſum. Pont. tempore difficillimo.

XI. *Legatio Alphonſi Reg. ad Greg. PP.*

In Hiſpania, Conſtantiæ Reginæ hortatu, Alphonſus Rex miſit Romam ad Pontificem Gregorium Legatos, poſtulatum, vti rei Eccleſiaſticæ, in quam vitio temporum, hominum culpa deprauati mores incubuerant, conſtituendæ, nouiſque inſtitutis componendæ cauſa, Legatus in Hiſpaniam cum ampliſſimis mandatis & poteſtate mitteretur. *Miſſus à Gregor. Pont. Max.* Richardus Maſſilienſis Abbas, Burgis in citeriore Hiſpania Concilium Epiſcoporum agitauit. In quo Regiæ voluntati morem gerens, in omni regno eius Romanum miniſterium confirmauit. Leges Eccleſiæ veteres in mores reuocatas eſſe arbitror, ac præſertim, quod in Germania nō abſq; motu factitatū erat, vxores Sacerdotibus detractas quas priſci moris obliti, & voluptatū illecebris ſuperati, pleriq; habere conſueuerant, quæ res ſanctiſſimo Pont. inuidiam peperit, vſque eo, vt conuitiis, & contumeliis, probroſiſque carminibus paſſim eius nomen proſcinderent. Adeo graue eſt aſſueta relinquere, & veteres mores noua cenſura mutare. Præterea Aragoniæ exemplo, precandi ritus ex Romano more ſanciti: priſca Gothorum inſtituta rebus Diuinis procurandis, propitiando numine antiquata. *Marian. lib. 9. c. 11.*

Vt mittat Legatum in Hiſp. pro moribus reformandis.

XII. Conc. Burgen. ſub Legato Apoſt.

XIII. Regn. Dalmat. tributarium Eccleſ. Rom.

Per hæc tempora Geſizo Abbas monaſterii SS. Bonifacii & Alexii, & Falcuinus Foriſempronii Epiſc. Legati Apoſtolici Demetrium Dalmatiæ & Croatiæ Ducē ſedi Apoſtolicæ obedientem reddiderunt, cumq; iuramentū fidelitatis atq; obedientiæ in Synodo apud Dalmatas Salonæ celebrata præſtitiſſet, & ducentorum Byzantiorum tributum annuū ſedi Apoſt. ex prouinciis Dalmatiæ ſpopondiſſet, nomen, dignitatem, poteſtatemq; regiam illi à Greg. Pontif. detulerunt.

Rex Mauritan. Pontif. honorat.

Eod. an. Anzit Rex Mauritaniæ Sitifenſis. Primatum ſedis Apoſtolicæ ſuper omnes totius orbis Eccleſias cognoſcens, Seruandum presbyterum Legatum ad Greg. Pontific. cum literis & muneribus miſit, obſecrans vt illum Epiſcopum Africanis præficeret, & quotquot captiuos ex Mauritaniæ carceribus ſoluiſſet reciperet. Rogerius quoq; Comes Siciliæ frater Roberti rebellis, ſedi Apoſtolicæ reconciliatus eſt; ea tamen conditione, vt is fratrē iuriſiurandi admoneret, quod ille Eccleſiæ iurauerat. Mediolani, Dux fidelium contra ſchiſmaticos Herlembaldus, reſiſtens hæreticis atque ſchiſmaticis, ab ipſis occiſus eſt. Piſis vero obiit Beatrix Comitiſſa multis virtutibus clariſſima.

Herlembal Ducis martyrium.

IESV CHRISTI ANnus 1077.

GREGORII VII. PAPÆ ANNO V. Michaelis 7. Ducæ Imp. ann. 6.

I. *Pœnitentia & abſolutio Reg. Henr. à Lambert.*

ANno *Chriſti* 1077.[a] Inuitauerant Gregorium Principes German. vt ad Henrici cauſam cognoſcēdam ipſe Auguſtam, pro feſtiuitate Purificationis beatiſſimæ Virginis adeſſet. Canuſium Longobardiæ iam venerat, vbi etiam Henric. aduolauit, & intra ſecundum tantum murum receptus, ſolus ſine comitatu, nudus pedes, ieiunus à mane vſq; ad veſperam triduo expectans non niſi quarto die ad pedes Gregorii admiſſus eſt. Pœnitentiam ſimulabat: nihilq; non agebat, vt à Pontifice abſolueretur. Namq; promittebat, vbiuis locorum, quando, quoties, modo quo Pontifex iuberet, ſe promptum fore ad criminationes diluendas. Annuit Gregorius, & quia coniiciebat, non aliud Regem curare, quam diem à Principibus præfixum euitare, ideo vt cautiorem in ſuo conſilio caperet, ſuamq; innocentiam propalaret, abſoluto eo ab excommunicatione, Miſſarum ſolemnia celebrauit, confectaq; ſacra oblatione Regem cum cætera, quæ frequens aderat, multitudine ad altare euocauit, præferenſque manu corpus Dominicum:

II. *Canonica purgatio Greg. PP.*

Ego, inquit, *iampridem à te tuiſque fautoribus literas accepi, quibus me inſimulabas, ſedem Apoſtolicam per Simoniacam hæreſim occupaſſe, & aliis quibuſdam tam ante Epiſcopatum, quam poſt acceptū Epiſcopatum criminibus vitā maculaſſe, quæ mihi ſecundum ſcita canonum omnē ad ſacros ordines acceſſum obſtruxerint. Et licet multorū idoneorū certa teſtiū approbatione crimē*

refellere

refellere queam, eorum ſcilicet qui omnem vitæ meæ ab ineunte ætate inſtitutionem integerrime nouerunt, & eorum qui meæ ad Epiſcopatum promotionis auctores fuerunt: ego tamen ne humano potius quam diuino niti videar teſtimonio, vt ſatisfactionis cõpendio omnem omnibus ſcandali ſcrupulum de medio auferam: ecce corpus Dominicum, quod ſumpturus ero, in experimentum mihi hodie fiat innocentiæ meæ, vt omnipotens Deus ſuo me hodie iudicio, vel abſoluat obiecti criminis ſuſpicione, ſi innocens ſum; vel, ſubitanea interimat morte, ſi reus.

Hæc & alia præfatus verba terribilia, quibus Deũ cauſæ ſuæ æquiſſimum iudicem & innocentiæ aſſertorẽ adeſſe precabatur; partẽ Dominici corporis accepit & comedit, qua liberrime aſſumpta, cum populus in laudes Dei innocentiæ eius congratulatus, aliquamdiu acclamaſſet, tandem impetrato ſilentio, conuerſus ad Regem,

Fac ergo, inquit, *fili, ſi placet, quod me facere vidiſti. Principes Teutonici regni ſuis in dies accuſationibus aures noſtras obtundunt, magnam tibi molem capitalium criminum impingentes, pro quibus non modo ab omni rerum publicarum adminiſtratione, ſed ab Eccleſiaſtica etiam communione, & ab omnimoda vitæ ſæcularis conuerſatione vſque ad extremum ſpiritum te ſuſpendi oportere exiſtimant. Petunt etiam magnopere diem & locum ſtatui, audientiamque præſtari canonice diſcutiendis, quas aduerſum te afferunt, accuſationibus: & noſti optime, humana plerũq; vacillare iudicia, & in publicis diſceptationibus nonnunquam falſa pro veris perſuaderi, dum pro diſertorum hominum ingenijs, & dicendi copia & ſuauitate falſitas verborum phaleris adornata libenter auditur, & veritas nullis eloquentiæ nixa adminiculis contemnitur. Cum ergo tibi bene conſultum cupiam, pro eo quod in calamitatibus tuis ſupplex Apoſtolicæ ſedis patrocinium expetiſti, fac quod moneo. Si te innocentem noſti, & exiſtimationem tuam ab æmulis tuis per calumniam falſis criminationibus impeti, libera compendioſe & Eccleſiam Dei ſcandalo, & teipſum longæ concertationis ambiguo; & ſume hanc reſiduam partem Dominici corporis; vt comprobata, Deo teſte, innocentia tua, obſtruatur omne os aduerſum te iniqua garrientium; & me deinceps cauſæ tuæ aduocato, & innocentiæ tuæ vehementiſſimo aſſertore, Principes tibi reconcilientur, Regnum reſtituatur, omnes, quibus diu Reſpublica vexatur bellorum ciuilium tempeſtates in perpetuum ſopiantur.* Dixerat iſta Gregorius; Henricus autem primo eam probationem excuſauit, tãdem acquieuit, & Dominicum corpus de manu Pontificis ſumpſit.

Henri. Rex purgationẽ acceperat.

III.
Henri. Rex ad priſtina relabitur & iuramentum non ſeruat.

Interim autem cum Gregorius omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Comitibus, cæteriſque Principibus regni Teutonicorum ſignificaſſet, Henricum veniſſe, ſupplicem fuiſſe, iuramentoque ſe aſtrinxiſſe ad cauſam publice in loco deſignato dicendam; & propterea anathemate exſolutum eſſe: Henricus Rex à Longobardiæ Epiſcopis concubinariis, & à Principibus quibuſdam male ſanis incitatus, iniurando non ſtetit, à ſummo Pontifice reſiliit, & tandem defecit. Vnde Vdalricum de Coshem, & cæteros, quos Gregorius ſeueriſſimo anathemate à contubernio eius amouerat, in priſtinum gratiæ & familiaritatis ſuæ gradum reuocauit, & cum eis denuo de priuatis, de publicis negotiis, eadem qua conſueuerat ſingularitate, ac priuilegio conſilia conferebat. Tunc aſſiduè in conuentu Principum criminabatur, & detrahebat Gregorio, quod ipſe omnem hunc, qui Rempublicam concuſſiſſet, ventum turbinis, & commotionis ſæuiſſimæ procellam ſuis machinationibus concitaſſet; ipſe omnium, quæ in Eccleſia omni recenti memoria ſecus accidiſſent, auctor incentorque extitiſſet, hortabaturque omnes in commune, vt ſuo ductu, ſuiſque auſpiciis tantarum ab eo iniuriarum vindictam expeterent. Deinde conditiones omnes, & omnia Eccleſiaſticarum legum vincula, quibus ille eum Apoſtolica auctoritate in ſalutem obſtrinxerat, contemptim tamquam aranearum telam dirupit, abiectiſque omnibus timoris Dei habens in omne, quod animus ſuggeſſiſſet, effrænata libertate ferebatur. Tanto vero audentius bacchabatur, quanto multo plures Italiæ Principes Gregorio iniqui ad eum confluxiſſent, nec non illi Germaniæ Epiſcopi, ab excommunicationis vinculo exſoluti, eidem adhæſiſſent.

Henri. Calumniæ in Pont.

IV.
Indicitur ... Conuentus à Princ. Germ.

Viderunt Principes Germani dolo malo deceptum fuiſſe Gregorium. Quamobrem, etiamſi diem pro feſto Purificationis Beatæ Virginis elapſum recuperari non poſſe exiſtimarent; recuperari tamen poſſe libertatem credentes, ad tertium Idus Mart. Conuentum in Forcheim omnibus indixerunt, vtque ſtata die Gregorius adeſſe vellet obſecrarunt. Inuitatus Gregorius ad ea Comitia, quamquam hoſtem probe vlciſci tunc potuiſſet; abſtinuit tamen; & Gregorium ſacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem ad Henricum miſit, qui moneret, ne ſibi deeſſet, ſed apud Forcheimum res ſuas acturus adeſſet. Reſpondit Legato, (his quæ animo agitabat, mediocriter diſſimulatis) ſe poſt acceptum Regnum hac primum vice Italiam intraſſe, & ideo multis nunc & magnis Reipublicæ negotiis implicitum non poſſe tam cito, infectis rebus, prouincia excedere: quia ſi id faciat, Italos, quos longo tempore anxia aduentus ſui expectatione ſuſpendiſſet, grauiſſime offendat. Præterea diem conuentui habendo ſtatutum è vicino imminere, ſeque tam breuibus induciis tanta terrarum ſpatia nulla equorum celeritate poſſe tranſcurrere, etiamſi nullis extrinſecus retardetur impedimentis. In hæc verba Legatos dimiſit.

Henr. excuſat ſe non poſſe venire ad comitia.

V.
Legati à Greg. ad comitia miſſi.

Gregorius, id quod erat, intellexit: & tum demum duos Bernardos, alterum Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem Diaconum, alterum Abbatem Maſſiliæ virum eximiæ conuerſationis, & multarum in Chriſto virtutum, ad Principes Germaniæ miſit, qui referrent, tum quod acciderat, tum quod Henricus vias omnes inſederat, quominus in Germaniam ad conuentum Forcheimenſem accederet. Monebat eos interim, vt ſuis rebus, & Regno Francorum, quod diu iam vnius hominis puerili leuitate vexetur, quaqua poſſent ratione moderentur; donec ipſe, adempta itineris difficultate accurreret, atque in commune conferret. Non poterat ſecco conferre; Præſertim quod videret, Vrbem in maximo diſcrimine relinqui. Itaque Romam reuerſus, aduerſus Regem fœdifragum excommunicationis iacula contorſit. Principes quoque Germaniæ in vltionem facinorum, non ſegniores fuerunt: ſed cum primũ eſſe indignè violatam fidem publicam intellexiſſent, inconſulto Gregorio, Rudolphum Sueuiæ Ducem, in Regem delegerunt, & Henrico regnum abrogarunt. Cumque hæc primum Gregorius audiuiſſet, ægrè tulit, vtque Henrici & Rudolphi cauſa diligentiſſime ab ipſo præſente examinari poſſet hæc Legatis Bernardis perſcripſit.[b] Titulus epiſtolæ & ſeries, eſt his verbis.

Henr. abrogatur Regnum & Rudolphus Sueuiæ Dux eligitur.
b lib. 4 ep. 23.

VI.
Lit. Greg. PP. ad Leg. apoſt. in Comitiis ob Henrici Reg. abrogationem.

Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Bernardo S.R.E. diacono, & Bernardo Marſilienſi Abbati ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. *Fraternitati veſtræ notum eſſe non ambigimus, quia ideo ab vrbe, confiſi de DEI miſericordia & adiutorio beati Petri, egreſſi ſumus, vt ad Teutonicorum partes, componturi inter eos, ad honorem DEI & vtilitatem ſanctæ Eccleſiæ pacem, tranſiremus. Sed quia defuerunt, qui nos ſecundum quod depoſitum erat, conducerent; impediti Regis aduentu in Italiam, in Longobardia inter inimicos Chriſtianæ religionis non ſine magno periculo remanſimus, & adhuc (ſicut deſiderauimus) vltra montes, proficiſci nequiuimus. Quapropter monemus vos, & ex parte beati Petri præcipimus, vt fulti auctoritate huius noſtri præcepti, noſtraque vice ab eodem Apoſtolorum Principe accincti, vtrumque Regem; Henricum videlicet atque Rudolphum commoneatis, quatenus viam nobis illac ſecure tranſeundi aperiant, & adiutorium atque ducatum per tales perſonas, de quibus vos bene confiditis, præbeant, vt iter nobis, CHRISTO protegente, pateat. Deſideramus enim cum conſilio clericorum atque laicorum eiuſdem regni, qui Dominum timent & diligunt, cauſam inter eos, Deo fauente, diſcutere, & cuius parti magis ad Regni gubernacula iuſtitia faueat, demonſtrare: Scitis enim quia noſtri officii & Apoſtolicæ ſedis eſt prouidentiæ, maiora Eccleſiarum negotia diſcutere, & dictante iuſtitia definire. Hoc autem quod*

Ad ſedem Apoſt. ſpectat: maiora Eccleſ. negotia diſcutere & definire.

inter eos agitur negotium, tanta grauitatis eſt, tantique periculi, vt ſi à nobis fuerit aliqua occaſione neglectum, non ſolum illis & nobis, ſed etiam vniuerſali Eccleſiæ magnum & lamentabile pariat detrimentum. Quapropter ſi alterutrum prædictorum Regum huic noſtræ voluntati ac deliberationi parere, & ad veſtra monita locum dare renuerit, ſuamque ſuperbiam, atque cupiditatis faces contra honorem DEI omnipotentis accendens, ad deſolationem totius Romani Imperij anhelare tentauerit; omnibus modis omnique ingenio vſque ad mortem, ſi oportet, noſtra vice, imo beati Petri auctoritate ei reſiſtite, & totius regni gubernacula, contradicendo, tam illum quam omnes ſibi conſentientes à participatione corporis & ſanguinis DOMINI noſtri IESV CHRISTI, & à liminibus ſanctæ Eccleſiæ ſeparate; illud ſemper habentes in memoria, quia ſcelus idololatriæ incurrit, qui Apoſtolicæ ſedi obedire contemnit, & quod beatus Gregorius, Doctor ſanctus & humillimus decreuit, Reges à ſua dignitate cadere, ſi temerario auſu præſumerent contra Apoſtol. ſedis iuſſa venire. Alteri autem, qui noſtræ iuſſioni humiliter paruerit, & obedientiam vniuerſali matri, ſicut decet Chriſtianum Regem, exhibuerit, conuocato conſilio omnium clericorum & laicorum, quos aduocare poteritis, conſilium & adiutorium in omnibus præbete, & in Regia dignitate per auctoritatem beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, noſtra vice confirmate, omnibuſque Epiſcopis, Abbatibus, clericis ac laicis in omni Regno habitantibus, vt ſibi fideliter, ſicut oportet Regi, obediant & deſeruiant, ex parte omnipotentis DEI præcipite. Datum Carpinetæ Prid. Calend. Iun. Hæc Legatis. Scripſit etiam Epiſcopis & Principibus Germaniæ; quo ue animo erga vtrumque eſſet, his verbis ſignificauit.

Idololatra eſt qui ſedi Apoſtolicæ obedire contemnit.

VII. Gregor. ad Principes Germ.

Neutri, ait, prædictorum Regi, neque terrore, neque amore flexi, aliquod contra iuſtitiam adiutorium promiſimus. Magis enim volumus mortem (ſi hoc oportet) ſubire, quam propria voluntate deuicti, vt Eccleſia DEI ad confuſionem veniat, conſentire. Ad hoc enim nos ordinatos, & in Apoſtolica ſede conſtitutos eſſe cognoſcimus, vt in hac vita, non quæ noſtra ſed quæ IESV CHRISTI ſunt, quæramus, & per multos labores, Patrum ſequentes veſtigia, ad futuram & æternam quietem DEO miſerante tendamus.

Iſta atque alia plura Principibus Gregorius. Quamquam autem tam benigne cum periuro Henrico ageret, nihilque aliud quam in commune conſuleret, grauiſſima tamen in ſuis Legatis paſſus eſt à ſchiſmaticis fidelibus Henrici. Contra enim ius Gentium, [c] Geraldum Oſtienſem Epiſc. in Longobardia, Bernardum vero Abbatem Maſſilienſem in Germania, vi captiuarunt, & in vincula coniecerunt.

c *Greg. lib. 5. epiſt. 7.*

VIII. Diuina vindicta in ſchiſmatic.

Berthold. Conſtantien. in appen. ad Herman.

Interim Henricus Longobardiæ morabatur, DEO vindicias contra ſchiſmaticos exercente. [d] Quintius enim ciuis Romanus, qui antea Gregorium Papam, & in præſentia Epiſcopum Comenſem vinctum ducebat, cum primum Papiam appuliſſet, ab Henrico præmium recepturus, ſubitanea morte præuentus, debitam remunerationem ſcelerum à DEO recepit. Vercellenſis quoque Epiſcopus Henrici Cancellarius, cum in Runcalibus conuentum indixiſſet in quo Gregorium deponeret, antequam eo veniret, vitam & Epiſcopatum miſerabiliter depoſuit. Auguſtenſis Epiſcopus, qui ſe Sacramento obſtrinxerat, vt ſacræ oblationis perceptio in iudicium ei proueniret, ſi Henricus iniuſte Regnum retineret; in morbum incidens, numquam de lecto ſurrexit, & ſine Eccleſiaſtica communione defunctus eſt. Neque impunè fuit Sigehardo Patriarchæ Aquileienſi. Is enim cum primum pro Henrico arma ſumpſiſſet, amentia & poſtmodum apoplexia correptus interiit: quod à Gregorio receſſiſſet, & ſchiſmaticis adhæſiſſet.

IX. Multiplices à Greg. decretæ legationes.

e *lib. 4 epiſt. 16. & ſeq.*

Reliqua Gregorii acta hoc anno ſunt infra ſcripta. 1. Miſit Legatos in Gallias, qui Lingonenſi Synodo præeſſent, & cum diuerſarum Eccleſiarum negotia pertractarent, tum vero conſtitutionem de inueſtituris ſæcularium promulgarent: ſcilicet [e] vt pro conſeruanda deinceps in promouendis Epiſcopis canonica & Apoſtolica auctoritate nullus Metropolitanorum, aut quiuis Epiſcoporum alicui qui à laica perſona donum Epiſcopatus ſuſceperit; ad conſecrandum illum manum apponere audeat, niſi dignitatis ſuæ honore, officioque carere & ipſe velit. Similiter etiam vt nulla poteſtas, aut aliqua perſona de huiuſmodi honoris donatione, vel acceptione vlterius ſe intromittere debeat. Quod ſi præſumpſerit, eadem ſententia, & animaduerſionis cenſura, quam beatus Hadrianus Papa in octaua Synodo de huiuſmodi præſumptoribus, & ſacræ auctoritatis corruptoribus ſtatuit atque firmauit, ſe aſtrictum ac ligatum fore cognoſcat.

2. [f] Legatum Gregorium Sacræ Romanæ Eccleſiæ Diaconum, miſit Venetias, vt eos qui in excommunicationem, propter communionem cum excommunicatis incidiſſent, abſolueret. 3. Legatos in Hiſpanias miſit Amatum Epiſcopum Ellorenſem & quemdam ſancti Pontii Abbatem, quibus literas dedit, ad omnes Comites & Principes in Hiſpaniis dominantes, pro iuribus Romanæ Eccleſiæ in prouinciis illis ſancto Petro oblatis, antequam Saraceni Hiſpaniis potirentur. 4. Landulphum Piſanum Epiſcopum in Corſicam Legatum miſit, & per eum Corſis ſcripſit, quos intellexerat, ad Eccleſiæ Dominium poſtliminio redire. 5. Mortuo Sigehardo Patriarcha Aquileienſi, Legatos pro eligendo ſucceſſore Aquileiam deſtinauit.

f *epiſt. 26.*

X. Pœnitentia publica Regis Danorũ de admiſſo ſacrilegio

g *Sax. Grammatic. hiſt. Dan. lib. 11.*

Hoc anno obiit Sueno Rex Danorum, qui aliquando magnum pœnitentiæ, ſatisfactionis, & humilitatis ſpecimen exhibuit. [g] Audierat ſemel aliquos Principes, parum honorate clãdeſtina obtrectatione de ſe miſcuiſſe ſermonem. Ira percitus, miſit, qui intra ædem Trinitatis oraturos confoderunt. Qua in re Wilhelmus Antiſtes, templi (vt parerat) violatione permotus, cum Rex ad templum ingreſſus, ſacris, quibus operam daturus ille in ſacrario expectabat, intereſſe vellet, non ſolum aduentantem occurrendi veneratione excipere ſuperſedit, ſed etiam ſacrarium ſubire conniſum, à primis eius liminibus, Sacerdotii inſignibus ornatus, baculo quo vtebatur, excluſit, ſacrorum penatium aditu indignum iudicans, quorum religionem non ſine graui pacis rubore ciuili ſanguine maculaſſet: ſuppreſſoque dignitatis nomine, non Regem eum, ſed humani cruoris carnificem appellabat. Nec tum obiurgaſſe contentus, aculeum virgæ pectori eius infixit, armatumque duritia animum imperari parricidii pœnitere perdocuit. Enimuero Rex in Palatium reuerſus, regia veſte depoſita, obſoletum indutus, pœnitentis in modum ad Eccleſiam rediit, proſtratus ante fores petiit indulgentiam; moxque ſuggeſtum conſcendens, peccatum confeſſus, dignam ſatisfactionem præſcripto Epiſcopi præſtare adniſus eſt. Nam inter reliqua, pro tam cruenti imperii expiatione muneris loco Stefniceæ prouinciæ dimidium, atis à ſe conferri publicauit. Defuncto Suenoni filius natu maior Haraldus ſucceſſit; cui etiam Gregorius PP. ſcripſit, atq; tutelam Eccleſiarum commendauit.

XI. Ladiſlaus eligitur Rex Hungar.

Eodem anno defuncto Geiſæ Ladiſlaus in Regnum Hungariæ ſucceſſit. Agnes quoque Imperatrix Henrici Regis mater, humanis rebus exceſſit, & in Eccleſia ſanctæ Petronillæ apud ſanctum Petrum condita eſt. Eius ſepulturæ tale epitaphium fuit inſculptum. [h] *Anno M.LXXVII. ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti, Indict. prima. Anno Quinto Pontificatus Domini Gregorij Papæ ſeptimi, Agnes Imperatrix Aug. poſt mortem viri ſui Henrici Imp. II. anno 22. Die 14. menſis Decemb. animam bonis operibus fecundam Lateranis Saluatori ſuo atq; omnium bonorum Deo auctori reddidit, & hic vbi antea militauerat clauigero cæli pro cuius amore ibidem peregrinata fuerat, Quinta die menſis Ianuar. expectans ſpem beatæ reſurrectionis & aduentum magni Dei, membra carnis commendauit in pace, Amen.*

h *Vegius lib. 3.*

Obitus Agnet. Henr. Reg. matris

XII. Donatio Mathildis facta Eccl. Rom.

i *Leo Oſtien. lib. 3. c. 48.*

Hoc ipſo anno Dominicæ Incarnat.: M. LXXVII. Mathilda Comitiſſa Henrici exercitum timens, Liguriam & Tuſciam prouincias Gregorio PP. & S.R.E. deuotiſſime obtulit.

IESV CHRISTI ANNUS 1078.

GREGORII VII. PAPÆ ANNO VI. Nicephori Botoniatæ Imp. ann. 1.

I. Cõc. Rom. contra ſchiſmat. — a lib. 5. ep. 13.

ANNO *Chriſti* 1078. Multa hactenus patientia Gregorius Papa Epiſcopos ſchiſmaticos tolerauit: ex qua cauſa, cum & illi deteriores efficerentur, & longe latius malum proſerperet, non amplius procraſtinandum eſſe exiſtimans Synodum pro initio Quadrageſimę de more in vrbe indixit: ad quam præ cæteris [a] Guibertum Rauennatem Archiepiſcopum cum eius ſuffraganeis, & vniuerſos Epiſcopos in Marchia Firmana, & Camerina, & in Pentapoli, & Æmiliæ, & Longobardiæ partibus conſtitutos euocauit. Condicta die conuenerunt Archiepiſcopi & Epiſcopi diuerſarum vrbium fere numero centum: Abbatum vero ac diuerſorum ordinum clericorum & laicorum innumerabilis multitudo. Guibertus & Thedaldus Mediolanenſis, non venere, peſſima auerſione auerſi. Quamobrem in contumaces hanc ſententiam promulgauit:

II. Sententia Concilii in cõtumaces ſchiſmat. — b lib. 6. epiſtol. 10.

[b] 1. *Thedaldum dictum Archiepiſcopum Mediolanenſem, & Rauennatem Gilbertum, inaudita hæreſi & ſuperbia aduerſus hanc S. Catholicam Eccleſiam ſe extollentes, ab Epiſcopali omnino & Sacerdotali officio ſuſpendimus; & olim iam factum anathema ſuper illos innouamus.* Addidit & hæc alia Decreta.

III. Alia Conc. decreta.

2. *Arnulphum Cremonenſem publicè coram noſtra præſentia conuictum, & confitentem ſe Simoniacum, ab omni Epiſcopali officio abſq; ſpe recuperationis deponimus, & vſq; ad dignam ſatisfactionem anathemate percutimus.*

3. *Rolandum vero Taruiſienſem, qui pro adipiſcendo Epiſcopatus honore ſubdolus factus legatus, inter regnum & Sacerdotiũ ſchiſma facere non abhorruit: vt amodo & vſque in ſæculum Epiſcopali careat dignitate, Apoſtolica cenſura cenſemus: & vt nullus ſucceſſorum noſtrorũ ſuæ conſecrationi aliquo modo conſentiat modis omnibus prohibemus, & perpetuo eum anathemate alligamus, niſi reſipuerit, & dignè Deo ſatisfecerit.*

4. *Hugonem Cardinalem tituli S. Clementis, tertio ab Apoſtolica ſede damnatum, eo quod aſpirator & ſocius factus hæreſis Cadaloi Parmenſis Epiſcopi: & iterum conſtitutus Legatus Apoſtolicæ ſedis, hæreticis & Simoniacis, & ab Apoſtolica ſede dãnatis ſe coniunxit: & tertio factus apoſtata & hæreſiarcha, ſchiſmata & diuiſiones atq; ſciſſuras in Eccleſia Dei, tentans eam ſcindere, fecit: ab omni Sacerdotali officio priuamus, & tam ab ingreſſu & honore prædictæ Eccleſiæ, quam omnium Eccleſiarum, ſub perpetua & irreuocabili ſententia ſubmouemus, & vſq; ad ſatisfactionem anathemate percutimus.*

5. *Renouamus etiam excommunicationem à prædeceſſoribus noſtris factam ſuper Gaufredum Archiepiſcopum Narbonenſem, & abſque vlla recuperationis ſpe ab Epiſcopali officio eum ſubmouemus.*

6. *Et quoniam lis & perturbatio regni in maximum ſanctæ Eccleſiæ periculum & detrimentum quotidie redũdare cernimus; placet nobis elaborare pro viribus, quatenus idonei tam religione quam etiam ſcientia pollentes Nuntij è latere Apoſtolicæ ſedis ad partes illas mittantur, qui omnes religioſos & iuſtitiæ amatores in Teutonici regni partibus commorantes, clericalis & laicalis ordinis viros, & ad hoc opus idoneos conuocent, cum quibus, Domini gratia præeunte, aut finem & pacem iuſte componant, aut veritate percognita, cui partis magis iuſtitia faueat, ad plenum addiſcere valeant: quatenus pars iniuſta deſiſtat, & Apoſtolica auctoritate munita iuſtitia vigoris & auctoritatis robur obtineat. Verum quoniam nonnullos diabolico inſtinctu collectos, tyrannidis ſuæ facibus accenſos, turpis lucri auaritia mancipatos diſcordiam potius quam pacem fieri & videre deſiderantes, fore non ignoramus; ſtatuimus, vt nulla vnquam perſona alicuius potentiæ, ſiue Rex, aut Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Comes, Marchio, ſiue miles aliqua præſumptione, temerariove auſu, fraude, doloue, ſiue aliqua perturbatione Legatis noſtris obſiſtere & contraire, ne iuſtitiam & finem componant, pertentent. Quicumq; autem temerario auſu (quod non optamus) huius noſtræ conſtitutionis violator extiterit, Legatiſque noſtris, ad hanc pacem componendam euntibus, prænominatis fraudem oppponere tentauerit, vinculo eum anathematis alligamus: & non ſolum in ſpiritu, verumetiam & in corpore, & in omni proſperitate huius vitæ Apoſtolica poteſtate innodamus, & victoriam eius in armis auferimus, vt ſic ſaltem confundantur, & duplici confuſione, & contritione conterantur.*

7. *Rainerio vero Vgizzoni filio inducias triũ hebdomadarum damus, quod ſi in ſpatio iſto coram præſentia noſtra, aut per ſe, aut per Legatos ſuos iuſtitiam facere noluerit, eo quod fratrem ſuum manu ſua interemit, & multa periuria vt ſceleſtus incurrere non abhorruit, & cognatam ſuam, & pupillos, liberos vtique fratris ſui, caſtra eorum diripiendo, & prædia eorum contra periculum animæ ſuæ vexare non deſinit, tranſacto prænominato termino, anathemate eum alligando percutimus.*

8. *Excommunicamus omnes Northmannos, qui inuadere terrã S. Petri laborant; videlicet, Marchiam Firmanam, Ducatum Spoletanum, & eos qui Beneuentum obſident, & qui inuadere & deprædari nituntur Campaniam, & maritima, atq; Sabinos, necnon & qui tentant vrbem Romanam confundere. Epiſcopos vero qui acceptis epiſtolis noſtris, aut cognitis neq; per ſe, neq; per canonicam excuſationẽ ad præſentem Synodum venerũt, ab Epiſcopali ſuſpendimus officio, & quicunq; eorum, ſiue Epiſcopus, ſiue presbyter, prædictis Northmannis, donec excõmunicati fuerint, diuinũ officium fecerit, à Sacerdotali officio perpetuo ſubmouemus.*

9. *Abbati Farſenſi octo ſimiliter dierum inducias concedimus: poſt quem terminum niſi ad emendationem venerit, excommunicamus, & ei corpus & ſanguinem Domini interdicimus, Abbatiſq; ordine in perpetuum carere eum cenſemus.*

10. *Et quoniam Dei iudicio nonnullos naufragio perire cognoſcimus, & eos quaſi legali iam iure, diabolico imo inſtinctu, ab his, quibus miſericorditer ſubleuari, & conſolari deberent, deprædari conſpicimus: ſtatuimus, & ſub anathematis vinculo (vt à prædeceſſoribus noſtris ſtatutum eſt) iubemus, & quicumq; naufragũ quemlibet, & bona illius inuenerit, ſecurè tam eum, quam omnia ſua dimittat.*

11. *Ordinationes vero illorum, qui ab excommunicatis ſunt ordinati, ſanctorum Patrum ſequentes veſtigia, irritas fieri cenſemus.*

12. *Item Sanctorum prædeceſſorum noſtrorum ſtatuta tenentes, eos qui excommunicatis, fidelitate aut ſacramento conſtricti ſunt, Apoſtolica auctoritate à ſacramento abſoluimus, & ne ſibi fidelitatem obſeruent, omnibus modis prohibemus.*

13. *Et quoniam multos (peccatis noſtris exigentibus) pro cauſa excommunicationis perire quotidie cernimus, partim ignorantia, partim etiam nimia ſimplicitate, partim timore, partim etiam neceſſitate: deuicti miſericordia, anathematis ſententiam ad tempus, prout poſſumus opportunè temperamus. Apoſtolica namque auctoritate anathematis vinculo hos ſubtrahimus, videlicet, vxores, liberos, ſeruos, ancillas, ſeu mancipia, necnon ruſticos & ſeruientes, & omnes alios, qui non adeo curiales ſunt, vt eorum conſilio ſcelera perpetrentur. Et illos, qui ignoranter excommunicatis communicant, ſeu illos, qui communicant cum eis, qui communicant excommunicatis. Quicumque autem aut orator, ſiue peregrinus, aut viator in terram excommunicatorum deuenerit, vbi non poſſit emere, vel non habet vnde emat; ab excommunicatis accipiendi licentiam damus. Et ſi quis excommunicatis pro ſuſtentatione, non ſuperbiæ ſed humanitatis cauſa aliquid dare voluerit, fieri non prohibemus.* Actum Romæ in Eccleſia Domini Saluatoris, V. Nonas Martii, Indictione prima. Hæc ſunt certa. Incerta, quæ Mariani Scoti Chronico adiuncta, quod Gregorius in eadem Synodo Henricum regno priuarit, illud Rudolpho conceſſerit: ipſe à Rege ſedem Apoſtolicam receperit. Illa vero ſunt putida & putrida Bennonis Pſeudo Cardinalis mendacia, ſiue ab ipſo conficta, ſiue ab aliquo male feriato excogitata. — Bennonis inſcitia.

Synodo abſoluta Gregorius Epiſcopis & Principibus Teutoniæ [c] ſcripſit, vt cum Treuirenſi Archiepiſcopo qui Henrico fauebat, & cum altero quopiam Rudolphi fautore, locum & tempus comitii ſtatuerent, vt Legati à Synodo deſtinati ſecurius poſſent venire. Scripſit etiam Vdoni Treuirenſi Archiepiſcopo, vt omnem operam pro concordia ineunda interponeret. Sed has literas Vdo morte præuentus non recepit. Interim Henricus — c lib. 5. ep. 15.

Cõc. Rom. in cauſa rerum Germ. f Curopalat. Imp. Conſtantinop. excommunicatus à Greg. PP.

A collecto exercitu in Germaniam reuerſus, Bauariã Sueuiamq; inuaſit, varioq; Marte contra Rudolphũ pugnauit: donec inter vtrumq; conueniret, vt Legatos ad Gregorium euocandum deſtinarent. Ad XIII. Cal. Decemb. Romam aduenerunt, cum Gregorius ſecundam ſynodũ celebraret. In ea ſynodo [f] Nicephorum cognomẽto Boroniatem Gregorius anathemate percuſſit. Nam is Michaelem Imp. Orientis cum Maria Augusta coniuge, filioq; Conſtantino Porphyrogenito in Blachernis captos in monaſterium relegarat, & Imperium ſibi tyrannice vſurparat, inauguratus aũt Coſma Patriarcha, qui per id temporis Ioanni Xyphilino di ſancto ſucceſſerat. In ead. ſynodo, Northmannos excommunicauerat, quod hi monaſterium Caſſinẽſe deprædati eſſent. Decretum quoq; de inueſtituris innouarat, ne ſcilicet eas ſibi laici vſurparent. Guibertum etiam Archiepiſc. Rauennatem longe atrociora conantem depoſuit, omnibuſq; Rauennatib⁹ maioribus & minoribus, qui B. Petrum, eiuſq; filium S. Apollinarem diligerent, ne Guiberto amplius vel communicarẽt, vel obſequerentur, ſeuere interdixit, quo etiam tempore negotia diuerſorum Galliæ Epiſcoporum per literas curauit, & Olauum Regem Noruegiæ monuit, vt de iunioribus & nobilibus Noruegis Romam mitteret, qui ſub alis Apoſtolorum Petri & Pauli ſacris & diuinis legibus diligenter educti, ea quæ Chriſtianæ religionis eſſent poſtea curarent.

Decretum de inueſtituris.

Greg. Pap. Studium erga Noruegos.

IESV CHRISTI ANnus 1079.

Gregorii VII. Papæ Ann. VII. Nicephori Boton. Imp. an. 2.

I. Cõc. Rom. in quo Berengarius publice hæreſim abiurat.
a apud Gregor. lib. 6. poſt epiſt. 17.

ANno Chriſti 1079. [a] Menſe Februar. ex pręcepto ſedis Apoſtolicæ cõuenerunt finitimi, & diuerſarum regionum ac prouinciarum Archiepiſcopi, Epiſcopi, religioſæq; perſonæ, vt S. Synodum celebrarent. Omnibus igitur in Eccleſia S. Saluatoris cõgregatis, habitus eſt ſermo de corpore & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti, multis hæc, nonnullis illa prius ſentientibus. Maxima ſiquidem pars panem & vinum per ſacræ orationis verba, & Sacerdotis conſecrationem, Spiritu ſancto inuiſibiliter operante, conuerti ſubſtantialiter in corpus Dominicum de Virgine natum, quod & in cruce pependit, & in ſanguinem, qui de eius latere militis effuſus eſt lancea, aſſerebat, atq; auctoritatibus Orthodoxorum ſanctorum
C
D Patrum, tam Græcorum quam Latinorum modis omnibus defendebat. Quidam vero cæcitate nimia & longa perculſi, figuram tantũ ſubſtantiale illud corpus in dextera Patris ſedens eſſe, ſeq; & alios decipientes, quibuſdam cauillationibus conabantur aſtruere. Verum vbi cœpit res agi, prius etiam quam tertia die ventum fuiſſet in ſynodum, defecit contra veritatem niti pars altera, nẽpe S. Spiritus ignis emolumenta palearum conſumens, & fulgore ſuo falſam lucem diuerberando obtenebrans, noctis caliginem vertit in lucem. Deniq; Berengarius ſenex iam octuagenarius, inueteratus dierum malorum, ſæpe pœnitens, ſæpe relapſus, ſepius hæreſim abiurans, huius hæreſis magiſter, poſt longo tempore dogmatizatã impietatem, erraſſe ſe coram Concilio frequenti confeſſus, veniamque poſtulans & orans, ex Apoſtolica clementia meruit, iurauitq, ſicut in conſequentibus conti-
E netur, Iuſiurandum Berengarii Turonenſis presbyteri, olim diaconi Andegauenſis.

II. Iuſiurãdum Berengarii in abiuratione hæreſis.

Ego Berengarius corde credo, & ore confiteor, panem & vinum, quæ ponuntur in altari, per myſterium ſacræ orationis, & verba noſtri Redemptoris ſubſtantialiter conuerti in verã & propriam, ac viuificam carnem & ſanguinem Ieſu Chriſti Domini noſtri; & poſt conſecrationem eſſe verum Chriſti corpus, quod natum eſt de Virgine & quod pro ſalute mundi in Cruce pependit, & quod ſedet ad dexteram Patris & verum ſanguinem Chriſti, qui de latere eius effuſus eſt, non tantum per ſignum & virtutem

A *Sacramenti, ſed in proprietate naturæ, & veritate ſubſtantiæ, ſicut in hoc breui continetur, & ego legi, & vos intelligitis. Sic credo, nec contra hanc fidem vlterius docebo. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia.* Tunc Gregorius Papa præcepit Berẽgario ex auctoritate Dei omnipotentis, & SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, & de corpore & ſanguine Domini nunquam vlterius cum aliquo diſputare, vel aliquẽ docere præſumeret, excepta cauſa reducendi ad fidẽ hanc eos, qui per eius doctrinam ab ea receſſerant. Falſus impoſtor Benno PſeudoCardinalis, qui alia de Gregorio Berengario damnante confinxit. Inter eos qui cõtra Berengarium in hoc Cõcilio diſputarunt fuit S. Bruno, doctrina, ſanctitate & miraculis clarus, paulo poſt Signię Epiſcopus à Gregorio PP. creatus.

III. Legati ſed. Apoſt. deſignantur ad Comitia.
b Berthold. in Chron.

In eodem Concilio Legati & Henrici, & Rudolphi Regum iuramento ſolemni ſe & ſuos Principes aſtrinxe-
B runt, quod ſedis Apoſtolicæ Legatos in Germaniam ad locum Comitii condictũ cum honore & pacifice deducerent, quodq; Reges illorum decreto non contrairent. Vnde Gregorius PP. [b] Petrum cognomento Igneum Epiſcopum Albanenſem, & Vdalricum Epiſcopum Pataniensium deſignauit, qui in Germaniam ab ipſius latere concederent, & ea omnia quæ iuſtitiæ atq; pacis publicæ eſſent decernerent.

IV. Alia Greg. acta in Concil. Rom.

In ead. Synodo, Henricum Patriarcham Aquileienſem iuramentum fidelitatis ſedi Apoſtolicæ ex formula præſtantem Gregorius audiuit: Thebaldum aũt Archiepiſcopum Mediolanen. Sigefridum Bononien. Rolandum Teruiſienſem, Firmanum & Camerinenſem Epiſcopos cũ ſequacibus eorum tam clericis quã laicis anathemate damnauit: aliorum autem Epiſcoporum negotia definiuit: pacem inter filios Berengarii Comitis Bar-
C chinonen. in Hiſpania compoſuit; nouo Regi Hungarię Ladislao ſcripſit: Lanfranco Cantuarien. Archiepiſcopo vt Regem Angliæ corriperet admonuit: Gebuino Lugdunenſi Archiepiſcopo ſuper Lugdunenſem, Rothomagenſem, Turonenſem & Senonenſem prouincias poteſtatem priuilegio confirmauit; Sanctum Hugonem Cluniacenſem Abbatem redarguit, quod calamitoſo iſto tempore Ducem quemdam valde probum, fide integrũ, multis proficuum inter monachos Cluniacenſes recepiſſet, quem ad plurimorum ſalutem præſtabat in ſæculo commorari: [c] *Tuliſti, ait, & recepiſti Ducem in Cluniacenſem quietem, & feciſti vt centum millia Chriſtianorum careant cuſtode.*

Dolet Pont. Ducem optimum factum monachum.
c Greg. lib. 6. epiſt. 17.

Eod. anno Gregorius PP. pecuniam annuam à Willelmo Rege Angliæ pro tributo numerauit: Demetrium Regem Dalmatiæ à ſubditis impugnatum per literas
D commendauit: à Kanuto Danorum Rege recens creato Legationem audiuit: Alphonſo Hiſpaniarum Regi clauem auream cum limatura ex ſancti Petri catena miſit: Legationem in Britanniam pro Concilio celebrando deſtinauit: In Germaniam quoque Legatos deſtinatos ire iuſſit, qui quod in partes Henrici aliquantum inclinaſſent, & Gregorius ſuſpicione criminis propter eos laboraſſet, datis ad omnes CHRISTI fideles Teutonas literis, exiſtimationem ſuam expurgauit: iſtud inter reliqua ingenue profeſſus: *Sciatis indubitanter, ait, quoniam DEO gubernante, nemo hominum ſiue amore, ſiue liuore, aut per aliquam cupiditatem potuit me vnquam, aut poterit amodo ſeducere à recta ſemita iuſtitiæ.*

Greg. ſuſpicione criminis ſe purgat.

V. Boleslai Reg. Polon. abominanda ſcelera.
d Cromer. lib. 4.

Per ea tẽpora [d] Boleslaus Rex Poloniæ ab aliquot annis contra Ruſſos bella gerens, militibus tædium iniecit,
E & quaſi neceſſitatem impoſuit, domum reuertendi. Propterea ab iis deſertus, & ipſe quoq; in Poloniæ meditullium ſe recepit. Poſteaquam vero Cracouiam veniſſet, conceptam animo in deſertores irã exercens, à quibus fugæ initium ortum erat, eos capitali pœna affecit: in cæteros autem bonorum confiſcatione, aut diuturno carcere animaduertit. Sæuit & in mulieres, quæ culpæ affines eſſe videbantur; quibuſq; miſericordia & indulgẽtia vitorũ pepercerat (nam abſentibus illis libidini vacauerãt & ex adulteris multos filios genuerant) & quidẽ inaudito

modo.

Digitized by Google

A modo. Abſtractis enim & abiectis infantibus, quos è ſtupris & adulteriis enixæ fuerant, catulos ad vbera earum dicitur admouiſſe. Adhæc vulgus atq; plebem nouis & grauibus exactionibus premebat; ius non dicebat, nec tenuiorum iniurias vindicabat, impeditus conſuetis voluptatibus, fœdiſque & abominandis libidinibus, de quib. nihil remittebat. Quin Chriſti na nobili fœmina, à Meceslao marito abducta, palam per adulterium abutebatur. His commotus, ita vt docuit, Staniſlaus Cracouienſis Epiſcopus, vir pius & nobilis de Pruſſorum, quam vocant, familia, cognomento Sceapanouius, qui Lamperto defuncto Paulo ante ſucceſſerat; videnſque iniurias & exempla regiorum flagitiorum ad multos pertinere, regem adiit, & ſemotis arbitris blande admonuit, orauit, obſecrauit, vt illis moribus & corruptelis finem ſtatueret, ne quod grande malum ſibi ſuiſque & vniuerſæ Poloniæ acceſſiret. Peccata per ſe maxima, longe tamen maiora eſſe in Rege, quam in priuato homine: cum ea quoque, quæ in aliis leuia ſint, in eo, qui loco & honore eminet, grauiſſima eſſe videantur: propterea quod vltro hominum ſeſe oculis ingerant, & plurimos ſecum malo exemplo in præceps dettrahant. Quo ſublimior ſit, & fortunatior, hoc maiore vitæ puritate & innocentia eum niti, Deique beneficentiam agnoſcere oportere. Ni faceret, metueret, ne diuina vltione de ſummo gradu in imum deturbaretur; neu denique falſas & momentaneas voluptates, diris ſempiterniſque cruciatib. commutaret. Hæc dicta Rex iniquiori animo pati, & ira odioq; inflammatus, conuiciis & maledictis ſanctum Antiſtitem inceſſere, quærere, quo pacto authoritatem eius eleuaret, linguæque libertatem comprimeret. Neque tamen quicquam eiuſcemodi in vita & moribus Staniſlai, quod opportunum eſſet crimini, aut reprehenſioni, comperiebat.

S. Staniſlaus corripit Regem Polon. ob eius facinora.

Emerat forte Staniſlaus pagum Petrauinum in tractu Lublinenſi à Petrico quodam Equite. Atque is Petricus accepto pretio iam obierat: nec ſatis tamen Staniſlaus, propter perpetuum bellum & iuſtitium, actorum publicorum monumentis de iure ſuo ſibi Eccleſiæque ſuæ, cui pagum illum adiungebat, cauebat. Eius rei Boleslaus ab aſſentatorib. ſubmonitus, Petrici agnatos ſubornauit, qui de interuerſa hæreditate ſua legitima Staniſlaum in ius vocent; auxilium ſuum illis pollicitus. Illi tum autoritate Regis, tum ſperati compendii ſpe adducti iuſſa perfecerunt. Forte tunc iudicia in pratis inter Soleciam, & illud ipſum Petrauinum in papilionibus, vt moris erat antiquitus, à Rege exercebantur. Comparuit Staniſlaus citatus; emiſſe ſe pagum, & ſoluiſſe pretium affirmauit; teſtes eius rei nonnullos citauit. Qui cum à Rege deterriti, teſtimonii dictionem ſubterfugerent, ibi Staniſlaus non tam pagi retinendi, quam criminis depellendi cauſa anxius, tandem facinus aggreſſus eſt, humanas vires, fidemq; excedens. Tridui dilatione à Rege impetrata Petrauinum contendit. Ibi peracto cum Sacerdotibus & aliis piis hominibus, quos in comitatu habebat, ieiunio, Deiq; ope per uigili oratione & perpetuis lachrymis implorata, detectum Petrici ante triennium defuncti putre cadauer, pedo Epiſcopali tetigit, magnaq; fiducia exurgere Petricum à mortuis in nomine Dei Patris, & Filii, & Spiritus ſancti iuſſit. Nec mora: extulit ille ſeſe, quaſi à ſomno expergefactus, & à Staniſlao manuduct. ad tribunal Regis venit. Rei miraculo Rege & omnib. qui aderant obſtupefactis, Petricus, vendidiſſe ſe pagũ, & pretium omne accepiſſe falſus eſt. Regem deinde ac propinquos, quod iniuſtè innocenti & S. Epiſcopo negotiũ faceſſiſſent, libere obiurgauit. Ita ingratis & inuito Rege vicit cauſam Staniſlaus. A tribunali diſcedens, opem dederat Petrico; rentertine ad ſepulchrũ, an diutius vita hac frui mallet. Æternam ille cœleſtemque malle, à qua non longius abeſſet, ſi ex grauium id quicquid eſſet reliquum ſupplicii, quo anteactæ vitæ ſuæ maculas eluere adhuc deberet, ipſo perente ſibi remitteretur. His dictis, & annuente poſtularis eius Epiſcopo, ſepulchrum ſubiens, animam iterum exhalauit.

VI. S. Staniſlaus mortuum ſuſcitat qui teſtatur in iudicio.

Non deterruit ea res Boleslaum Regem, à contaminatis moribus & libidinibus turpiſſimis. Quin is iterum & tertio monitus & acrius obiurgatus ab eodem Staniſlao, adhibitis etiam ſecundum præceptum Chriſti grauibus aliquot viris, furere, cædemque minari ipſi cœpit. Nec ſegnius Staniſlaus, vbi non reſipiſcere Regem animaduertit, graui anathemate eum percellit, vetauit ſacra fieri tota vrbe, quo ille deteſtatione & conuitio populi, qui ſacris arcebatur, ad ſaniorem mentem reuocaretur. Ipſe ad diui Michaelis ædẽ, in rupe prærupta ſupra Viſtulam è conſpectu arcis ſitam, ad faciendam rem diuinam clam cum paucis Sacerdotibus cõmeabat. Quod vbi Boleslaus, à ſuis certior factus, cognouit, quadam die correptis armis amens cum compluribus aſſeclis & ſatellitibus eo contendit. Præmiſerat, qui Staniſlaum ſacris operantem ad deſtinatam necem ab ipſis altaribus B abſtraherent: qui introgreſſi erant, ſubito & inſolito fulgore perculſi, ſupini ceciderunt, inde manibus pedibuſque reptãtes ſeſe proripuerunt. Submiſerat Rex alios iterum & tertio, ſed idem iis, quod primis accidit. Ille moræ impatiens, & furore percitus, increpita ſatellitum ignauia & formidine, ipſe ſtricto enſe in templum irrupit, lethalique ictu ſancti Epiſcopi verticem ferit, ita vt cadens cerebro parietem proximum aſperſerit. Ibi ſatellites cohortati ſeſe mutuo, corpus humi procumbens templo extractum, minutatim conciderunt, & in ſubiectis pratis, canibus & volucribus laniandum diſiecerunt. Dies quo hæc patrata ſunt, fuit octauus Maii, cum Staniſlaus vix triennium Epiſcopus fuiſſet. Rege cum ſceleratis ſatellitibus poſt perpetratum parricidium abeunte, quatuor aquilæ inuſitatæ magnitudinis apparuiſſe feruntur, circum eum locum volitantes, corpuſque ſanctum à laniatu canum & rapacium auium toto biduo C defendentes; donec moti ea re pii quidam Sacerdotes, animis reſumptis, membra diſiecta collegerunt, & ſuo ordine compoſuerunt, quæ è veſtigio mirandum in modum coaluiſſe dicũtur. Ita corpus integrum pro foribus ædis illius, vbi martyr Dei cæſus eſt, in vina venerabũdi condiderunt; quod decimo poſt anno in arcem Cracouienſem illatum, in medio baſilicæ conditũ eſt. Quin & lucernæ permultæ in aere ſuper eum locum, vbi diſiectum fuerat corpus ſancti viri, & ſuper piſcem qui caſu piſcinæ proximæ iniectum digitum deglutierat, quocumque ſubuaraet nocte proxima quæ cædem ſubſecuta eſt, ardere à nonnullis viſæ eſſe memorantur. Fertur etiam piis quibuſdam hominibus diuinitus reuelatum fuiſſe, Regnum Poloniæ in ſequenti tempore in multas partes diſcerptum iri, quemadmodum corpus ſancti D Staniſlai ſectum eſſet: itaque per multum tempus manſurum.

S. Staniſlai Epiſc. Cracouien. martyrium.

Hæc vbi Romæ nunciata ſunt, Gregorius ſeptimus atrocitate rei commotus toti Poloniæ ſacris interdixit: Boleslaum diris deuouit, regnumque ipſi ſolemni ritu abrogauit. In poſterum quoque, ne quem Epiſcopi Regem iniuſſu ſuo vngerent & coronarent, edixit. Qui vero ſocii ſceleris Regi fuiſſent eos ſimul & poſteros eorum vſque ad quartam propaginem, à Sacerdotii & omnium magiſtratuum Eccleſiaſticorum functionibus & emolumentis eſſe alienos iuſſit. Boleslaus poſtea profugus ex Polonia, cum diu multumque errafſet, in monaſterium Oſſia cognomine, inter Filachum & Feltkirchen Carinthiæ oppida carui impoſitum ſe recepit, atque in eo (quod ferunt) coquinæ addictus, duriſſimam pœnitentiam agens è vita diſceſſit, nonniſi poſt mor- E tem, auulo Rego indicante, pro Boleslao Rege Poloniæ agnitus & habitus.

(o)

VIII. Sententia Greg. PP. in Reg. Polon. ob necatum S. Staniſl.

Digitized by Google

IESV CHRISTI ANnus 1080.

GREGORII VII. PAPÆ ANN. VIII. Nicephoti Boton. Imp. an. 3.

I. Conc. Rō. in quo Henric. Rex denuo excommunicatur & deponitur. a Greg lib. poſt epiſt. 14.

ANNO *Chriſti* 1080. [a] Menſe Martio compluribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & clericis ac laicis Romam congregatis, Gregorius Synodum de more celebrauit. In qua inprimis anathema dixit omnibus qui vel à ſæcularibus auderent alicuius beneficii Eccleſiaſtici inueſtituram accipere, vel qui præſumerent laici eam vſurpare atque dare. Eadem ſententia percuſſit Thedaldum Mediolanenſem, Guibertum Rauennatem, Rolandum Taruiſienſem, & Petrum Narbonenſis Eccleſiæ inuaſorem. Eadem cenſura perſtrinxit Northmannos, patrimonii ſancti Petri, & aliquorum principatuum, atque monaſterii Caſſinenſis inuaſores. Neque diutius ferendum ſibi putauit Henricum toties periurum, contumacem, & nihil aliud quam turbas & tumultus excitantem. Quamobrem inuitus licet, & nolens, tractus eſt tamen, vt in eodem Concilio, excommunicationem in eundem his verbis quæ ſequuntur promulgaret.

II. Sententia excommunicationis & depoſitionis in eum lata.

Beate Petre Princeps Apoſtolorum, & tu beate Paule Doctor Gentium dignamini quæſo aures veſtras ad me inclinare, meque clementer exaudire. Quia veritatis eſtis diſcipuli & amatores, adiuuate vt veritatem vobis dicã, omni remota falſitate, quam omnino deteſtamini; vt fratres mei melius mihi acquieſcant & ſciant, & intelligant, quia ex veſtra fiducia poſt Dominum, & matrem eius ſemper Virginem Mariam, prauis & iniquis reſiſto, veſtris autem fidelibus auxilium præſto. Vos enim ſcitis, quia non libenter ad ſacrum ordinem acceſſi, & inuitus vltra montes cum Domino Papa Gregorio abij: ſed magis inuitus cum Domino meo Papa Leone ad veſtram ſpecialem Eccleſiam redij, in qua vtcumque vobis deſeruiui. Deinde valde inuitus, cum multo dolore & gemitu, ac planctu, in throno veſtro valde indignus ſum collocatus. Nec ideo dico, quia non ego vos, ſed vos me elegiſtis, & grauiſſimum pondus veſtræ Eccleſiæ ſupra me poſuiſtis. Et quia ſuper montem excelſum me iuſſiſtis aſcendere & clamare, atq; annuntiare populo Dei ſcelera eorum, & filijs Eccleſiæ peccata eorum: membra diaboli contra me cœperunt inſurgere, & vſque ad ſanguinem præſumpſerunt in me manus ſuas inijcere: Aſtiterunt enim Reges terræ, & Principes ſæculares & Eccleſiaſtici: aulici & vulgares conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus vos Chriſtos eius, dicentes: Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipſorum, & vt me omnino morte, vel exilio confunderent, multis modis conati ſunt in me inſurgere. Inter quos ſpecialiter Henricus, quem dicunt Regem, Henrici Imperatoris filium, contra veſtram calcaneum erexit Eccleſiam, facta cum multis Epiſcopis Vltramontanis & Italicis conſpiratione, annitens me deijciendo, eam ſibi ſubiugare. Cuius ſuperbiæ veſtra reſtitit auctoritas, eamque noſtra deſtruxit poteſtas: qui confuſus & humiliatus ad me in Longobardiam veniens, abſolutionem ab excommunicatione quæſiuit. Quem ego videns humiliatum, multis ab eo promiſſionibus acceptis de ſua vita emendatione, ſolam ei communionem reddidi, non tamen in regno, à quo eum in Romana ſynodo depoſueram, inſtauraui, nec fidelitatem omnium, qui ſibi iurauerant, vel erant iuraturi, à qua omnes abſolui in eadem Synodo, vt ſibi ſeruaretur, præcepi. Et hoc ideo detinui, vt inter eum & Epiſcopos, vel Principes Vltramontanos, qui ei cauſa iuſſionis veſtræ Eccleſiæ reſtiterant, iuſtitiam facerem, vel pacem componerem, ſicut ipſe Henricus iuramento per duos Epiſcopos mihi promiſit. Prædicti autem Epiſcopi & Principes Vltramontani audientes illum non ſeruare mihi quod promiſerat, quaſi deſperati de eo, ſine meo conſilio, vobis teſtibus, elegerunt ſibi Rudolphum Ducem in Regem. Qui Rex Rudolphus feſtinanter ad me miſſo Nuntio, indicauit ſe coactum regni gubernacula ſuſcepiſſe, tamen ſeſe paratum mihi omnibus modis obedire. Et vt hoc verius credatur, ſemper ex eo tempore eundem mihi ſemper miſit ſermonem, adijciens etiam, filio ſuo obſide, & fidelis ſui Ducis Bertholdi filio, quod promittebat, firmare. Interea Henricus cœpit me precari, vt illum contra prædictum Rudolphum adiuuarem. Cui reſpondi, me libenter facere audita vtriuſq; partis ratione, vt ſcirem cui iuſtitia magis faueret. Ille vero putans ſuis viribus eum poſſe deuincere, meam contempſit reſponſionem. Poſtquam autem perſenſit, ſe non poſſe, ſicut ſperauit, agere; duo Epiſcopi, Virdunenſis videlicet, & Oſenburgenſis de conſentaneis ſuis Romam venerunt, & in Synodo ex parte Henrici me vt ei iuſtitiam facerem, rogauerunt: quod & Nuncij Rudolphi fieri laudarunt. Tandem aſpirante Deo, ſicut credo, ſtatui in eadem Synodo, in partibus Vltramontanis fieri colloquium, vt illic aut pax ſtatueretur, aut cui amplius iuſtitia faueret, cognoſceretur. Ego enim (ſicut vos mihi teſtes eſtis Patres & Domini) vſque hodie nullam partem diſpoſui adiuuare, niſi eam, cui plus iuſtitia faueret. Et quia putabam, quod iniuſtior pars colloquium nollet fieri, vbi iuſtitia locum ſuum ſeruaret; excommunicaui, & anathemate alligaui omnes perſonas, ſiue Regis, ſiue Ducis, aut Epiſcopi, ſeu alicuius hominis, qui colloquium aliquo ingenio impediret, vt non fieret. Prædictus autem Henricus cum ſuis fautoribus non timens periculum inobedientiæ (quod eſt ſcelus idololatriæ) colloquium impediendo excommunicationem incurrit, & ſeipſum anathematis vinculo alligauit, magnamque multitudinem Chriſtianorum morti tradi, & Eccleſias fecit diſſipari, & totum pene Teutonicorum regnum deſolationi dedit. Quapropter confidens de iudicio & miſericordia Dei, eiuſque pijſſimæ ſemper Virginis Mariæ, fultus veſtra auctoritate, ſæpe nominatum Henricum, quem Regem dicunt, omneſque fautores eius excommunicationi ſubijcio, & anathematis vinculis alligo; & iterum regnum Teutonicorum, & Italiæ ex parte omnipotentis Dei, & veſtra interdicens ei, omnem poteſtatem, & dignitatem illi regiam tollo, & vt nullus Chriſtianorum ei ſicut Regi obediat, interdico: omneſq; qui ei iurauerunt, vel iurabunt de regni dominatione, à iuramenti promiſſione abſoluo. Ipſe autem Henricus cum ſuis fautoribus in omni congreſſione belli nullas vires, nullamq; in vita ſua victoriam obtineat. Vt autem Rudolphus regnum Teutonicorum regat & defendat, quem & Teutonici elegerunt ſibi in Regem: ad veſtram fidelitatem ex parte veſtra, dono, largior, & concedo omnibus ſibi fideliter adhærentibus abſolutionem omniũ peccatorum, veſtramq; benedictionem in hac vita, & in futura veſtra fiducia fretus, largior. Sicut enim Henricus pro ſua ſuperbia, inobedientia & falſitate à regni dignitate iuſtè abijcitur; ita Rudolpho pro ſua humilitate, obedientia & veritate poteſtas & dignitas regni conceditur. Agite nunc quæſo, Patres & Principes ſanctiſſimi vt omnis mundus intelligat, & cognoſcat, quia ſi poteſtis in cœlo ligare & abſoluere; poteſtis in terra Imperia, Regna, Principatus, Ducatus, Marchias, Comitatus & omnium hominum poſſeſſiones, pro meritis tollere vnicuiq;, & concedere. Vos enim Patriarchatus, Primatus, Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, frequenter tuliſtis prauis & indignis, & religioſis viris dediſtis. Si enim ſpiritualia iudicatis; quid de ſæcularib. vos poſſe credendum eſt? Et ſi Angelos, dominantes omnibus ſuperbis principibus, iudicabitis; quid de illorũ ſeruis facere poteſtis? Addiſcant nunc Reges & omnes ſæculi Principes quanti vos eſtis, quid poteſtis; & timeant paruipendere iuſſionem Eccleſiæ veſtræ, & in prædicto Hẽrico tam cito iudicium veſtrum exercete, & omnes ſciant, quia non fortuito, ſed veſtra poteſtate cadet. Confundatur vtinam ad pœnitentiam, vt ſpiritus ſit ſaluus in die Domini. Acta Romæ Nonis Martij, indictione tertia. Hæc Gregorius in Henricum: quem Deus tolerauit implere menſuram facinorum, atque per eum tantiſper exercere Eccleſiam Orthodoxam. Neque enim ſtatim vindictam exeruit in impium: exeruit tamen vel ſero, namque qui patrem contempſit Gregorium Papam à filiis ſuis ipſe deſpectus atque regno pulſus, in exilio, priuatus, miſer & infelix mortuus eſt.

III. Molitiones Henric & ſchiſmat aduerſus Gregor PP. b vit. Henr.

Interim Principes Teutoniæ, Rudolphum Regio nomine ſalutarunt, & Henrico aperte bellum indixerunt.[b] Henricus porro Pſeudoſynodum primo Moguntiæ, deinde Brixini in Noricis, decem & nouem ſchiſmaticorum Epiſcoporum congregauit: hoc vnum conatus, vt Gregorio Pontificatum abrogaret. Diu quæſitis criminibus quæ illi obiiceret, cum nullum inuenire poſſet, cuius cauſa ſede illum deponeret, tandem cogitauit, quia eam Eccleſiam occupaſſet, quam antea abiurarat. Falſum & iſtud commentum apparuit; tamen ſchiſmaticis vna cum Henrico placuit, multis contumeliis onerare Gregorium, atq; dignitatem Pontificiam illi abrogare. Ab hac putida lacuna, Vrſpergenſis & Pſeudo Benno ſchiſ-

Digitized by Google

no ſchiſmatici, mendaciorum & calumniarum ſcatebras in Gregorium Pontificem deriuarunt. Porro decem & nouem illi Epiſcopi, etiam hac ratione Brixinum infamarunt, cum Guibertum Rauennatem toties in Conciliis damnatum, Pſeudopontificem ſibi elegerunt, adorarunt & iuramento ſe illi obligarunt. Inter falſos Epiſcopos, vnus adfuit [c] Hugo nomine, Candidus facie, nigerrimus mente, Cardinalis olim, ſed dudum pro ſuis ſceleribus iuſte excommunicatus & abiectus. Hic damnatus damnatum, periurus periurum, parricida laudauit parricidã. In loco itaque horrido & aſperrimo, in mediis niualibus Alpibus, vbi fames aſſidua, frigus pene ſempiternum, vbi vicus Brixinorum pro ciuitate, altiſſimis circumdatum ſcopulis, vbi vix etiam nomen obtinebatur Chriſtianitatis, Eccleſiæ principalis iura, ſummi Sacerdotii priuilegia, ſanctorum Patrum inſtituta, canonicaq; decreta euacuare conatus eſt Henricus. Statimque profanus, Gregorio, quem iam Hildebrandum, nec Apoſtolicũ ſed falſum monachum appellabat, ſcripſit literas blaſphemiæ plenas, in quarum fine adiecit: *Tu igitur hoc anathemate, & omnium Epiſcoporum noſtrorum iudicio damnatus, deſcende: vendicatam tibi ſedem Apoſtolicam relinque; alius in ſolium beati Petri aſcendat, qui nulla violentia religionem palliet, ſed beati Petri ſanam doctrinam doceat.* Subſcripſit: *Ego Henricus Rex Dei gratia, cum omnibus Epiſcopis noſtris tibi dicimus: Deſcende, Deſcende.* Scripſit etiam Henr. ad populum Roman. epiſt. qua his verbis hortabatur: *Exurgite in eum, fideliſſimi, & primus in fide ſit primus in eius damnatione. Non aũt vt ſanguinẽ eius effundatis, dicimus: quippe cum maior ſit ſibi poſt damnationem pœna, vita quam mors: ſed vt eum, ſi nolit deſcendere, cogatis, & alium communi omnium Epiſcoporum, & veſtro conſilio à vobis electum in Apoſtolicam ſedem recipiatis; qui, quod iſte in Eccleſia vulnerauit, curare velit & poſſit.* Scripſit inſuper Henricus ad Reges Chriſtianos, & inter hos ad Wilhelmum Angliæ, Gregorium reprobans, & Guibertũ Antipapã commendãs. Sane Lanfranc. Canthuarienſ. Archiep. Hugoni Legato Guiberti, ne in Angliam traiiceret, interdixit, niſi à Rege Anglorum licentiam veniendi prius acciperet. Nondum enim, inquit, Inſula noſtra priorem refutauit, nec vtrũ huic obedire debeat, ſententiam promulgauit. Acrior S. Anſelmus Lucenſis Epiſcopus. Hic enim ſtatim vt talem belluam erectam, & cathedræ Petri impoſitam vidit, pro defenſione veri Pontif. Gregorii inſurgens, apologeticam epiſt. encyclicam ſcripſit, in qua poſtquam Guibertum ſuperbum ac præuaricatorem, vt erat, cognominaſſet, hæc ſubiunxit, quæ etiam Vrſpergenſis ſchiſmaticus memorabit: *Vt ergo, ait, de beato Gregorio Patre noſtro dicam, quod de Cornelio ſcripſit beatus Cyprianus: Factus eſt Epiſcopus de DEI & CHRISTI eius iudicio, de clericorum pene omniũ, & (vt verius dicam) omnino omnium teſtimonio: de plebis, quæ tunc aderat, ſuffragio, de Sacerdotũ antiquorũ, & bonorũ virorũ collegio; cũ nemo ante ſe factus eſſet, cum Alexandri locus, id eſt, cum locus Petri, & gradus Sacerdotalis cathedræ vacaret. Quo occupato, & de Dei volũtate, atq; omnium noſtrũ conſenſu ordinato, quiſquis iam Epiſcopus voluerit fieri, foras fiat, neceſſe eſt; nec habeat Eccleſiaſticam ordinationem, qui Eccleſiæ non tenet vnitatem. Quiſquis ille fuerit, licet multum de ſe iactans, ſibi plurimum vendicans, prophanus eſt, alienus, foris eſt. Et cum poſt primũ ſecundus eſſe non poſſit, quiſquis poſt vnum, qui ſolus debet eſſe, factus eſt, non iam ſecundus ille, ſed nullus.* Hæc Guibertianorum ſententiæ valde contraria ſcripſit Anſelmus Epiſcopus, vir literis apprime eruditus, ingenio acutiſſimus, facundia præcipuus; & (quod omnib. maius eſt) in Dei timore, & ſancta conuerſatione nominatiſſimus, adeo vt tã in vita, quam poſt mortẽ referatur miraculis clarus. Scripſit etiam contra eundem Guibertum atque contra reliquos ſchiſmaticos, Deus dedit, tituli SS. Apoſtolorum presbyter Cardinalis: qui Guibertum quidem nouum Simonem Magum, Henricum aut nouum Neronem, ambos toties periuros, totieſq; anathemate damnatos nuncupabat. Non latebant hæc Robertũ Guiſcardũ Northmanũ, Apuliæ, Calabriæ, & Siciliæ Ducẽ, qui ſiue occaſione captãdi imperii, ſiue reuera à Numine ad defenſionem S. R. Eccleſiæ permotus, ex hoſte amicus, ex inobediente filius factus, ſe & omnia ſua Gregorio Pontifici permiſit, adeoque iuramento fidelitatis denuo ſe aſtrinxit, cenſualemque ſe eſſe S.R.E. profeſſus eſt, ex formula [d] à Gregorio data. Qua ex re Gregorius animo magis confirmatus, tum Epiſcopos Apuliæ & Calabriæ acrius admonuit, ne his Epiſcopis, quorum eſt vita deteſtabilis, & ordinatio hæretica, immenſitate multimodi criminis coinquinati adhærerent; tum vero Chriſti fideles vbique terrarum precatus eſt, vt qua poſſent laboranti Eccleſiæ, ab hæreticis Cadaloianæ factionis oppreſſæ opem ferrent: tum denique Epiſcopos & clericos ad Metropolitanam Rauennatem pertinentes animauit, vt relicto, reiecto & damnato Guiberto, Richardum à ſede Apoſtolica Rauennati Eccleſiæ prælatum, & ſicut olim à beato Petro Apollinarem, miſſum, tum propter amorem ſanctiſſimi martyris, tum propter Apoſtolicæ ſedis debitam reuerentiam ſuſciperent, conſiliis & auxiliis ſuis iuuarent, atque ei contra illius ſancti loci ſacrilegum damnatumque deuaſtatorem Guibertũ modis omnibus ſubuenirent. Hortatus eſt etiam omnes Archiepiſcopos, Epiſcopos, diuerſique ordinis poteſtatis clericos & laicos in Teutonico regno commorantes vt ſe fideles ſanctæ Eccleſiæ contra prauitatem exhiberent: adfore finem aduerſariorum malitiæ, ita vt qui deſperantes in Dominum, & ſanctam Romanam omnium matrem Eccleſiam ſe extulerant, temeritatis pœnas haud multum tardante merita ruina perſoluerent. Hæc à Gregorio ſcripta, cachinno à ſchiſmaticis excepta ſunt; præſertim cum Idibus Octobris apud Elſtram fluuium occiſo Rudolpho victoria penes Henricum remãſerit. Vnde aliqui Gregorium falſum vatem eſſe ſugillabant: cum tamen iudicia Dei abyſſum multum nõ interſpexiſſent: ex quibus & Gregorio merita patientiæ, & Eccleſiæ illuſtriores triumphi, & Henrico grauiora ſupplicia parabantur.

Decretum conciliabuli Brixinen. c vit. S. Anſelm. Lucen. Epiſc.

Henr. liter. blaſphemiis plenæ.

Epiſt. Henr. ad popul. Rom.

Scribit ad Reg. Angl.

IV. Viri docti acuunt ſtylum pro defenſione Greg. contr. Antipap.

V. Rob. Guiſcard. ſe ſubiicit Eccleſ.

d lib. 8. epiſt. diuerſ.

Rudolph. Rex occiſus in prælio.

Inter hos rerum turbines Gregorius, neque nihil agebat, neq; nulla ſolatia à Deo experiebatur. 1. [e] Vratiſlao Boemiæ Duci reſcripſit, negata licentia recitandi diuinum officium lingua Slauonica. 2. Arnulphum Comitem, qui Henricum Leodienſem Epiſcopum Romipetam prædatus fuerat, anathemate percuti, niſi ſatisfaceret, imperauit. 3. Roberto Guiſcardo inueſtituram his verbis conceſſit: *Ego Gregor. PP. inueſtio te, Roberte Dux, de terra, quam tibi conceſſerunt anteceſſores mei ſanctæ memoriæ Nicolaus & Alexander. De illa autem terra, quam iniuſtè tenes, ſicut eſt Salernus, & Amalphia, & pars Marchiæ Firmanæ nunc te patienter ſuſtineo in confidentia Dei omnipotentis, ſicut & te agere, & me ſuſcipere decet, ſine periculo animæ tuæ, & meæ.* 4. Alphano Archiepiſcopo Salernitano congratulatus, quod is corpus S. Matthæi Apoſtoli & Euangeliſtæ, ante centum viginti quinque annos abſconditum, hoc tempore recepiſſet. 5. Guillelmo Regi Angliæ, Mathildi eius coniugi, & Roberto eorundem filio; atque Canuto Regi Danorum, cauſas Eccleſiæ commendauit. 6. Sueonum Regi commiſit, vt ad ſedem Apoſtolicam aliquem Epiſcopum vel clericum idoneum mitteret, qui de rebus Eccleſiarum regni ſignificaret. 7. Alphonſum Regem Hiſpaniarum adigit, vt Eccleſiæ regni illius Gothico ritu reiecto Romanum ſequerentur in diuinis officiis celebrandis: vtque Toleranæ Eccleſiæ Archiepiſcopum idoneum eligi permitteret; ne autem Iudæos Chriſtianis dominari toleraret. 8. Legatum Patriarchæ Armenorum, Ioannem quemdam presbyterum audiuit, & de rebus fidei erudiuit. 9. Hugonem Dienſem Epiſcopum ad Synodum Lugdunenſem Legatum in cauſa Archiepiſcopi Rhemenſ. Manaſſis deſtinauit, eaq; de cauſa Philippo Reg. Francorum perſcripſit. Præfuit idem Hugo Synodo Aueniorenſis in qua S. Hugo Gratianopolitanus Epiſcopus creatus eſt. Item Synodo Meldenſi, in qua S. Arnulphus in Epiſcopum Sueſſionenſem aſſumptus eſt.

VI. Aliæ Greg. res geſtæ. e lib. 7. ep. 11 & ſeq.

Rom. ordo receptus in Hiſpan. exploſo Gothico.

Eodem anno [f] Michael Conſtantinopolitanus Imp. ante triennium à Nicephoro ab Imperio pulſus, atque in

f Greg. lib. 8. epiſt. 6.

VII. Michael

Imp. Conſtantinopo. confugit ad Greg. PP.

monaſterium detruſus, & inde Epheſinus Epiſc. creatus, fuga elapſus in Italiam venit, auxilia à Romano Pontifice & à Northmanis imploraturus, vt priſtinam dignitatem recuperare poſſet.

VIII. Niceph. Imper pellitur & Alex. Comn. Imperat.

g Leo Oſtiẽ lib. 3. c. 54.

Sed & Nicephorus eadem quæ fecerat paſſus, hoc anno in monaſterium detruſus eſt, ab Alexio Comneno Imperii ſucceſſore. Quæ cum in Nicephorum agerentur, g Malphitanus quidam nobilis partem haud exiguam ligni viuificæ crucis, auro & lapidibus pretioſis ornatam, & in aurea icona locatam de palatio Conſtantinopolitano ſuſtulit, atq; in Italiam rediens in monaſterio Caſſinenſi collocauit.

IX. Petri Dam. pietas, res geſtæ & obitus.

Hoc anno vixit Petrus Damianus Rauennen. humili loco natus. Is ab ipſis parentibus perſequebatur: nam mater infantem adhuc odio habuiſſe dicitur. Defunctis parentibus, à fratre & vxore eius, peſſimè tractatus eſt, ab eis enim, adoleſcens non ad ludũ litterarium, ſed ad ſues paſcendas miſſus eſt: DEVS autem cui præcipuè afflictorum cura eſt, illius miſeratus, alterum fratrem ad pietatem monuit, qui cura adoleſcentis ſuſcepta, illum literis & diſciplinis (erat enim optimæ indolis) inſtruendum curauit: in quibus breui eos progreſſus fecit, vt Eccleſiam poſtea, cum diſciplina vitæ ſanctimoniam coniungens, maxime illuſtrarit. Carnem ſuam cilicio, ieiuniis, diſciplinis, & vigiliis domabat, ita, vt ſi quando ſtimulis illius agitaretur, nocte intempeſta è lecto ſurgens, ſeſe in aquam immergeret, quoad algore membra rigerent. Cum autem maioris perfectionis deſiderio teneretur, in eremum fontis Auellanum ad Abbatem ſe contulit, & ab eodem habitu indutus, auſteriorem vitam aggreſſus, cum in morbum incidiſſet, eam moderari coactus eſt. In diuinarum ſcripturarum lectione ſic verſatus erat, vt eximius declamator effectus, ab Abbate Pompoſiano totius Eremi curæ præfectus fuerit. Ædificauit monaſteria eremitica in agro Lamerti; Peruſino, Ariminenſi, & Fauentino. In monaſterio Accretii cum aquam ex vicino fonte ſibi afferri iuſſiſſet, vinum factam guſtando ſenſit. Quod ab aliis monachis cum ex eodem fonte aquam haurire miſiſſent, comprobatum eſt. Cum milites in cellarium ingreſſi, amphoram vini perforaſſent, quum plena erat, non exiuit, exiuit autem poſt eorum diſceſſum, pro pauperum hauſtu. Stephanus IX. cognita eius ſanctitate, Romam accitum, inuitum Cardinalem & Epiſcop. Oſtienſem creauit. Suſcepto onere, plurimum pro Eccleſia, maximè in extinguenda Nicolaitarum hæreſi, quæ Romam infecerat, laborauit. Mediolanum miſſus, eam Eccleſiam ad Rom. Pont. obedientiam reduxit. Multa fecit, ſcripſit, & docuit. Senio confectus Rauennam, vt ciuitatem ab Epiſc. ſuo ſeductam, ad Eccleſiæ Romanæ gremium retraheret, deſtinatus eſt. Quod cum egregiè præſtitiſſet, completa legatione, Romam rediens, Fauentiæ in monaſterio DEI Genitricis extra muros, in morbum incidit, ac breui ſpiritum Deo reddidit. Nondum in SS. numerum relatus eſt, illum tamen Fauentia protectorem ſuum veneratur. *Ex Monum. Eccleſiæ Fauentinæ.*

IESV CHRISTI ANnus 1081.

GREGORII VII. PAPÆ ANNO IX. ALEXII Comneni Imp. ann. 1.

I. Côc. Rom. in quo Henric cum ſuis iterum excommunicatur.

ANNO *Chriſti* 1081. Idibus Mart. Romæ in baſilica S. Saluatoris, ſynodo congregata, Gregorius PP. Arelatenſem & Narbonenſem Epiſcopos, Henricum Regem cum fautoribus, atq; Ildimundum & Laudũ Campaninos 17. annos, excommunicauit: ab officio vero ſuſpendit quoſdam Epiſcopos, qui ad Concilium vocati, neque ipſi, neque Nuntii eorum pro ipſis venerunt. Erant aliqui ſchiſmaticorum, aſſerentes, Pontificem non poſſe anathema proferre in Henricum. Horum hæreſim vt confunderet Gregorius Herimanno Metenſi Epiſcopo, qui propter dignitatem ſedis Apoſtolicæ multas calamitates ab aduerſariis ſuſtinuerat, reſcripſit, poſt alia hiſce verbis:

II. Greg ſcribit Epiſco. Meten. contra eos qui dicunt Reges excommunicari poſſe à Pôt. Rom.

a Greg lib. 8 epiſt. 21.

a *Quod autem poſtulaſti, te quaſi ſcriptis noſtris iuuari ac præmuniri contra illorum inſaniam, qui nefando ore garriunt, auctoritatem ſanctæ & Apoſtolicæ ſedis non potuiſſe Regem Henricum, hominem Chriſtianæ legis contemptorem, Eccleſiarum videlicet & imperij deſtructorem, atque hæreticorum auctorem & conſentaneum excommunicare, nec quemquam à Sacramento fidelitatis eius abſoluere: non adeo nobis neceſſarium videtur, cum huius rei tam multa ac certiſſima documenta in ſacrarum ſcripturarum paginis reperiantur. Neque enim credimus, eos qui ad cumulum ſuæ damnationis veritati impudenter detrahunt & contradicunt, hæc ad ſuæ defenſionis audaciam tam ignorantia, quam miſera deſperationis vecordia coaptaſſe. Nec mirum. Mos eſt enim reproborum, ob ſuam nequitiam protectionem niti conſimiles ſibi defendere: quia pro nihilo habent, mendacij perditionem incurrere. Nam vt de multis pauca dicamus; quis ignorat vocem DOMINI ac Saluatoris noſtri IESV CHRISTI, dicentis in Euangelio: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues regni cælorum: & quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis; & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis. Numquid ſunt hic Reges excepti, aut non ſunt de ouibus, quas Filius Dei beato Petro commiſit? Quis, rogo, in hac vniuerſali conceſſione ligandi atque ſoluendi, à poteſtate Petri ſe excluſum eſſe exiſtimat, niſi forte infelix ille, qui iugum DOMINI portare nolens, diaboli ſe ſubijci oneri vult, & in numero ouium CHRISTI eſſe recuſat? Cui tamen hoc ad miſeram libertatem minime proficit, quod poteſtatem Petri diuinitus ſibi conceſſam, à ſuperba ceruice excutit. Quoniam, quanto eam quiſque per elationem ferre abrogat, tanto durius ad damnationem ſuam in iudicio portat.*

b lib. 8. ep. 3

Hæc & alia plura cum in nouæ hæreſis confutationem ſcriberet Gregorius, Patauienſem Epiſcopum & Hirſaugienſem Abbatem b obſecrauit, vt Velphonem Azonis Marchionis Ferrarienſis filium, cui Ducatum Bauariæ Henricus eripuerat, ad defenſionem Romanæ Eccleſiæ incitarent.

III. Forma Iuramenti à Greg PP. præſcripta pro electione noui Regis Germa

Quod ſi forte tunc contigiſſet, aliquem in locum Rudolphi occiſi eligi in Regem, vt ei hanc formulam ad iurandum exhiberent: *Ab hac hora & deinceps fidelis ero per rectam fidem, beato Petro Apoſtolo, eiuſque Vicario beato Gregorio, qui nunc in carne viuit: & quodcumque ipſe mihi præceperit, ſub his videlicet verbis: Per veram obedientiam, fideliter, ſicut oportet Chriſtianum, obſeruabo. De ordinatione vero Eccleſiarum, & de terris, vel cenſu, quæ Conſtantinus Imperator, vel Carolus ſancto Petro dederunt; & de omnib⁹ Eccleſiis, vel prædijs, quæ Apoſtolicæ ſedi ab aliquibus viris vel mulieribus aliquo tempore ſunt oblata, vel conceſſa, & in mea ſunt, vel fuerint poteſtate, ita conueniam cum Papa, vt periculum ſacrilegij, & perditionem animæ meæ non incurram, & Deo, ſanctoque Petro, adiuuante Chriſto dignum honorem & vtilitatem impendam. Et eo die quando primitus illum videro fideliter per manus meas miles S. Petri & illius efficiar.*

IV. Roberti victoria contra Alex. Imp Conſtantin.

c Leo Oſtien lib. 3. c 48. & c 69 & Deus dedit Cardin. & Domnizo in vita Mathildis.

Per ea tempora, c Robertus Guiſcardi victoria contra Alexium Comnenum in Thracia parta, cum audiſſet Henricum armatum Romam cum exercitu properare, relicto ibidem filio Boamundo, ipſe in Italiam reuerſus eſt, vt Eccleſiæ Romanæ ſubueniret. Ea de cauſa Gregorius Papa Deſiderio Abbati Caſſinenſi ſcripſit, vt exploraret, ſi in fide perſiſteret, vtque eum in eadem confirmaret. Namque vulgabatur apud omnes, filium Henrici velle ſibi filiam Roberti deſponſare; Henricus autem Rex Roberto Marchiam concedere. Interim Henricus Romam caſtra promouit, & ante Caſtellum S. Angeli metatus, primum à Guiberto, qui ſibi nomen Clementis indiderat, purpuram & inſignia imperii accepit, deinde crebris per biennium incurſibus Romanorum infeſtatus, multa tamen clade ſuburbana, & fere totã Italiam affecit; donec Mathildis Comitiſſa collecto quo poterat exercitu, ipſũ profligaſſet, adeo vt vix quinqua-

Hen. Rom. hoſtiliter aduenions coronatur Imper. ab antip Guib.

ginta militum numero illo reſiduo, Rauennam, Guibertus autem in oppidulum ſuum Argentum ſeſe fuga receperit.

V. Denarius S. Petri in Gallia. d ep. diuerſa.

Eodem anno Gregorius PP. [d] Legatos in Gallias miſit, ad nummum S. Petri exigendum. Itē Rothomagenſ. Epiſc. & Lanfrancum Canthuarienſ. Archiepiſ. ad limina SS. Apoſtol. inuitauit. Item Hugonem Dienſem ſuum in Galliis Legatū, nemini parcentem, plurimos excōmunicantem, vt benignius ageret admonuit. Venetorū Ducem à communione cum excōmunicatis dehortatus eſt, Comitem Andegauenſem propter iniurias Archiepiſc. Turonenſi, Iordanem vero Capuanum Principem propter periurium anathemate mulctauit. Reges Vuiſigothorū ad cultū pietatis atq; religionis excitauit. Bertranni Comitis prouinciæ iuramentum fidelitatis audiuit. Comitis Andegauenſis munera reiecit. Theobaldo vero Comiti Pictauienſi Aquitaniæ ne excommunicatis ſe miſceret, reſcripſit.

Comes Andeg. & Princeps Capuā. excommunicantur.

VI. S. Kanuti Reg. Daniæ martyrium. e Saxo. Gramatic.

Hoc eod. anno [e] S. Kanutus Daniæ Rex martyrii laureā adeptus eſt. Inter reliqua pietatis Chriſtianæ officia, defenſioni Eccleſiarum, & immunitatibus Eccleſiaſticis inuigilabat. Cumq; decimarum pro Eccleſiis exactioni incūberet, inſtigante proditore Blacco, in Eccleſia à populo tumultuante lancea confoſſus occubuit: ſequentib. mortem illius quamplurimis miraculis. Porro publicum ſacrilegium, die 7. Ianuar. perpetratum, publica vindicta Deus vindicauit, immiſſa dein fame in populum rebellem, qua coacti ſunt ſuum fateri crimen, cuius ſupplicium paterentur.

De geſtis S. Canuti Regis Daniæ.

Porro ne Danos tanti martyris ſanctitas vitaq; virtutum miraculorumq; fulgore præclara lateat, prolixius eā hiſtoriæ noſtræ inſerere adlibitum eſt. S. Canut⁹ Rex Daniæ, Suenonis filius, ſummis naturæ dotibus cumulatus, magno cum indolis experimēto, ætatem, animo præcurrit. Quippe contracta iuuentute Myoparonum pyratica monſtra perdomuit. Sembicis & Eſtonicis illuſtrem trophæis adoleſcentiam egit, nouiſq; virium gradibus paterni roboris fundamenta tranſcendit. Quæ victoria futurum eius Dominium ominata eſt. Suenone defuncto, Regiæ ſucceſſionis delectum, anceps popularium ſententia pertractabat. Maior namq; Danorum pars Araldum natu maiorem, otii cupidior complexa Canutum reſpuebat ignauumq; ſibi Regem maluit imperare, quā fortē; Soliſcanienſes iuſta animi indignatione prouecti, Canuti probitate comperta, Heraldi deſidiā reſpuebant. Porro Heraldus pleroſque fraternæ partis fautores per quoſdam ſubornatos in gratiam ſuam ſolicitandos curauit. Ita à Canuto vulgi animos, partim ſpes, partim metus auertit.

Ipſe deficientibus à ſe copiis, tribus duntaxat roſtratis nauibus, in anguſtiſſimas Scanici maris fauces elabitur, regno carere iuſſus, cuius ipſe incolumitatem protexerat & terminos iam non mediocriter auxerat.

Canutus ergo Sueoniam fugibundus intrauit, benignè à Rege Halſtano ſuſceptus, eiuſque auxiliaribus copiis inſtructus, perinde ac ſi nullis à fratre fuiſſet laceſſitus iniuriis, bellum in Ruſſos & Orientales terras, ſuperſtite etiamnum patre inchoatum feliciter proſecutus eſt.

Interim Heraldus biennium emenſus, defungitur. Quo mortuo Canutus fraternis ſuffragiis in Regni faſtigium reuocatus, bellum, quod adoleſcens inchoauerat, iuuenis proſecutus erat, iam Regno ſublimatus finiendum putauit. Nec ante manum ab incepto retraxit, quam Curetum, Semborum, Eſtonumque regna funditus deleuiſſet. Deinde ſublato hoſte, nuptias circumſpiciens, Ethlam Roberti Flandriæ Comitis filiam accepit vxorem. Cumque Magnatum inſolentia ſolutus hebetatoſque priſci iuris neruos aſpiceret, omnibus ingenii modis ad reparandam patrii moris diſciplinam conniſus, probationis iuſtitiæ cultum ſeueriſſimis edidit inſtitutis. Non ſanguini, non neceſſitudini, non authoritati, quo minus iuſti viri numeros expleret, quidquam concedendum putauit; nec regnum modo purgare, ſed Eccleſiam quoque, quatenus licuit illuſtrare, contendit, ſupellectilem & ornamentum templorum, Regia munificentia auxit. Aris ac ædibus ſacris ſtipendia prouidit, Pontificum honori conſuluit.

Inſignis eius erga Eccleſias & Eccleſiaſticos affectus & honor.

Hi quippe cum à rudi populo, non illo quo par erat loco haberentur, non ignarus Rex, illos CHRISTI & Apoſtolorum in terris vices gerere, inter Proceres locum perinde ac Ducibus eiſdem lege decreuit, vt eſſent conſilio intimi, & auctoritate proximi. Nec ſolum Pontificibus dignitatis incrementa donauit: ſed etiam priuatorum ordinem benigniſſimus, decretis locupletare ſtuduit, quantumvis ſacrorum canonum & Imperialium legum ſanctionibus iam ſuis ritibus ſuiſque priuilegiis & exemptionibus ſatis fuiſſet communitus. Inſtituit deinde Rex optimus decimarum ius Eccleſiis perſoluendarum populo perſuadere, ſed propoſiti irrita ſuaſio fuit apud inſuetum eius rei populum; præſertim quod Regis exactionibus & multis expeditionibus, quas poſcebat militia, grauaretur. Per ea tempora Sueno Roſchildenſis Epiſc. opus templi primarii extructionem à Guilielmo inchoatam, ad finem vſque perduxit.

Corona Regia appenſa templum primarium illuſtrat.

Cuius illuſtrandi gratia coronam Regiam, non minus artificio quam impenſis operoſiſſime elaborari curauit, in eoque inter alia ornamenta Canutus appendit, ſapienter ratus, Regias opes potius ſacrorum ſplendori, quam humanæ auaritiæ ſeruire oportere. Egino quoque Dalboenſis Epiſcopus iiſdem fermè temporibus, opitulante Rege, Laurentianæ ædis inchoatum à ſe opus expleuit. Cuius dedicationis imminente die, ſingularem Rex perliberalis munificentiam declarauit. Ipſo namque dedicationis feſto ſolenniter altaria veneratus, quartam Regii numiſmatis, quartam ſuæ in ciues exactionis, quarto æſtiui cenſus portionem, non præſenti modo Antiſtiti, ſed eius etiam ſucceſſoribus, quicumque pro tempore loci extiterint muneris loco, perpetuo iure poſſidendam conceſſit. Sed aliquando animum eius aduertit paterni auunculi Magni Canuti inſignis gloria, ac longe lateque protenſum imperium, recolenſque quantum ab eius memoria Danicis rebus deceſſiſſet, reſpexit in Angliam armis recuperandam. Re igitur cum Olao fratre primum communicata, deinde popularibus aperta, alacrem omnium concordemq; acceſſum retulit. Sed quem Rex ſibi fraterna charitatis viciſſitudine reſpondere crediderat, latēter æmulum cōperit: Olaus enim ambitione Regni ſtimulatus, pietatis erga germanū oblitus, perfidiſſimi pectoris habitum ſumma fidei ſimulatione tegebat. Et ne ſolus inſidias volueret, lecta ſocietate, clandeſtinæ coniurationis cœtum inſtruxit. Canutus imperata claſſe, Limicis oris appellitur, diuque fraternum præſtolatus aduentum nauigādi cunctatione exercitum irritauit. Nam Olaus nouas quotidiè prætexens tarditatis rationes, veniendi moram index extraxit, vt vel Regem ſine eo proficiſcentem, Regno priuaret, vel tarditate ſuſpenſum, exercitu deſtitueret. Nec eum callida conſilii ratio fefellit. Nam breui tota fermè à Rege claſſis, faſtidita illius expectatione defecit. Tandem de fratris perfidia certior factus, claſſe tantiſper ſuum reditum operiri iuſſa, Sleſuicum vna cum lectiſſima manu feſtinato contendit, ibique fratrem inopinatum & attonitum intercepit: productum deinde conuictumquè, grauioribus quidem pœnis, memor ſanguinis abſtinuit; vt autem ſecuritati, qua ſuæ, qua Regni prouideret, in Flandriam ſub cuſtodibus aſſeruandum relegauit. Deinde occaſionem melioris rei natam arbitratus, mulctam quam potuit optimo iure coniuratis irrogare, in decimarum ſolutionem cogitauit retorquere. Sed pientiſſimi Regis conatus exitum inuenire non potuit. Dani ſiquidem illam decimarum ſolutionem, non religionis indicem, ſed ſuæ ignominiæ teſtem diuturnum eſſe arbitrati, annuam frugem alienis

Reditus Dalboenſi Epiſc. & eius ſucceſſoribus ab ipſo dati.

Fratris in eum perfidia

Fratrem intercepit cōuictumque in Flandriā ſub cuſtodibus aſſeruādum relegat

Laborat vt Dani Eccleſiis decimas ſoluant.

dependere

dependere conſtanter recuſarunt, potiuſq; graui ære admiſſum perfidiæ crimen ſemel mulctari, quam ſemper libertate ſpoliari ſatius eſſe dixerunt. Hanc deterioris conditionis partem Rex à populo vniuerſo approbari vt intellexit, ſimulata pecuniæ exactione, colligendæ penſionis quæſtores inſtituit, mulctæ nomine, decimarum religionem aſtruere cupiens. Sed cum adminiſtri mandatum immitius, quam iuſſi fuerant, exequerentur, à multitudine, æmulorum Regis hortatibus concitata, omnes ad vnum trucidati. Nec eorum cædibus ſatiata in Regem quoque veſana prorupit. Rex impetum opportune ſua ratus abſentia declinandum, Sleſuicum conceſſit, ibique coniugem cum filio relictam, ſi res forte ſiniſtrè ceſſiſſent, referre ſe in patriam iuſſit, nullum inter perfidos præſidium habituram. Ipſe interim imminentibus Iutis, quo tutior receſſu foret, Fioniam petiit: inde tamen exactus in Sielādiam migrare ſtatuerat, cum Blauo quidam primam ipſius familiaritatem adeptus inſimulatæ fidei conſilio fugam dehortatur: ſe interim acta ſpeculaturum, blanditiaſque iræ eius oppoſiturum promittit; qui tamen inita legatione, conciliandæ gratiæ loco odium Regi impenſius ſtruit, ac deinde reuerſus amicitiam ſimulans, pacatiorem populi animum fraudulenter nunciat.

S. Canuti martyr.

Rex ſacrorum ſolemniis aſſuetus, ne quid religioni præponeret; Albani ædem ſacram pro ſe deprecaturus, accedit; Militum etiam Regis non contemnendus numerus accurrit, Regis periculum auertere, ſi quod impenderet, aut ſi minus id poſſent, vnà mori paratus. Benedictus frater Regi ſemper aderat. Ericus non longè in alia æde recluſus expectabat quid fieret. Cum infinitam hominum multitudinem paucorum manus ſuſtinere non poſſet, cumque reſerandæ ſacræ ædis, in qua Rex orabat, nemo præſumeret audaciam; Blauo malorum auctor, larua Sycophantæ detracta, apertum proditorem agere non erubuit; quippe frementem multitudinem in ipſum templum inducere eſt auſus. Verum nunquam proditorum impunitas diuturna, in ipſo aditu trucidatus, meritas, partim in Regem perfidiæ, partim impietatis in religionem, pœnas luit. Benedictus quoque frater fortiſſimè pro Rege dimicans, occubuit. Ericus per medios hoſtes vix ſaluus euaſit. Rex interiori ſacrario cōcluſus, ſacræ pœnitentiæ munus impleuit, tunc Chriſtiano ritu confeſſus, ſacriſque munitus, expanſis ante aram brachiis, fati ſecurus, ictum lethalem recepit. Dum namque victimæ more proſtratus percuſſorem expectat, immiſſæ per feneſtram lanceæ mortifero iactu confoſſus, pium mortis ſacrificium ſuo conditori obtulit, telis deinde crebris petitus, corpus immobile tenuit, nec ante loco quo cubabat exceſſit, quam feretro mandaretur extinctus. Sane ad coarguendam parricidarum malitiam occiſi Regis, merito Deus miraculoſis prodidit argumentis. Tanta quippe frumentorum inopia Daniam inuaſit, vt maxima populi pars alimentorum inops, inedia conſumeretur, nec prius fœcunditas agris reſtituta, quam populus ad ſe reuerſus, iuſtè ſe nouem frumentorum partes amiſiſſe teſtaretur, qui decimam ex eis Deo & Dei miniſtris reddere detrectaſſet. Obiit autem Rex ſanctitate & iuſtitia incomparabilis Anno Domini milleſimo octuageſimo ſeptimo decimo Iulii, ſanctorum Catalogo adſcriptus à Stephano primo Vpſalenſi, & Aeſchillo Lundenſi Archiepiſcopis iuſſu Alexandri Tertii Pontificis. *De eo Annales Suetiæ & Daniæ. Saxo Gram. libro decimo tertio Hiſt. Ioann. Mag. libro decimo octauo, capit. duodecimo; & decimo quarto. Albert. Krantz. in ſua Dania libro 4. capit. 35. 36. & 37. Surius & Martyrolog. Roman. 7. Ianuarii.* Recenſente Ioan. Vaſtouio Sigiſmun. III. Reg. Polon. Bibliothec. Præfecto.

*

f Crom. lib. 5

VII. Vladiſlaus Rex Polon.

Per idem temporis Vuladislaus I. Princeps Polonis imperabat; hoc vnico ſibi minus felix, quod ex Juditha vxore nullos liberos ſuſtuliſſet. f Cum autem orbitate ſua Principes coniuges maiorem in modum angerentur, & Iuditha religioſiſſima fœmina aſſiduis precibus, ieiuniis, & eleemoſynis in egenos liberaliter erogandis, de prole Deum aſſiduo fatigaret, omniaque eius rei gratia tentaret; admonita à Lamberto Cracouienſi Epiſcopo, viro in eandem ſententiam adducto, miſit Oratores in Narbonenſem prouinciam, ad monaſterium Diui Ægidii, vbi corpus ſancti viri illius conditum erat. Vbi cum appuliſſent, muneribus ditiſſimis oblatis, Abbati & monachis aduentus cauſam expoſuerunt. Indixerat Abbas monachis triduanum ieiunium, in quo ſupplices Deum orarent, vt maſculam prolem piis Principibus concederet. Interim per viſum Seni cuidam & pio monacho reuelatum fuit, impetratum eſſe, quod tam enixe poſtulaſſent. Boleslao nomen puero recens nato Vuladislaus dedit: & in perpetuam rei memoriam, templum Diuo Ægidio Abbati, è conſpectu Cracouienſis Arcis ædificauit, & tum pagis Gorka & Sadouuie, tum decimis ex bonis quibuſdam Regiis auxit, quæ omnia vna cum templo eiuſdem Diui Ægidii, ab Illuſtriſſimis Ioanne Comite Tencinio, & Felice Cerſcio Iudice Cracouienſi Collatoribus monaſterio ſanctiſſimæ Trinitatis Ordinis Prædicatorum Cracouienſis (in quo ego indignus Religioni Prædicatoriæ anno Domini 1588. 19. Ian. nomen dedi) aſcripta: & ex controuerſia partiſi à felic. recordat. Papa Gregorio XIV. adiudicata, incorporataque ſunt perpetuo iure. Iuditha poſt quartum menſem à partu, extremum clauſit diem; fœmina pietati inprimis & beneficentiæ dedita: quæ & ipſa facultates ſuas, mundumque muliebrem penè omnem in vſus pauperum, & ad cultum templorum viua elargita eſt; & à marito impetrauit, vt Croppenſem ſiue Pabianiceenſem Comitatum collegio Sacerdotum Cracouienſis baſilicæ, Lagouienſe territorium Vuladislauienſi Epiſcopo; Xanſnicenſia vero bona Tinecenſi monaſterio donarit.

filium impetrat per interceſſionē S. Egidii.

*

IESV CHRISTI ANnus 1082.

Gregorii VII. Papæ Ann. X. Alexii Comneni Imp. an. 2.

I. Hermannus eligitur Rex aduerſus Henric.

a Berthold. & Gulielm Bibliothec.

ANNO *Chriſti* 1082. [a] In Saxonia Principes Germaniæ conuenientes, Rudolpho Regi defuncto, Hermannum Lotharingū, nobilitate, & peritia militari præſtantem ſuffecerunt. A quo metuens ſibi Henricus, cum ſecundo Romam exercitum admouiſſet, nec quicquam effectis rebus in Germaniam reuerſus eſt. In baſilicam Diui Petri ignem iniecerat, vt obſeſſis incendio extinguendo occupatis, ipſe vrbem inuaderet. Cæterum ſpe ſua falſus fuit. Greg. enim ſolo crucis ſigno flammarum vim extinxit, miles vero promptus vbique inſultum illius non difficile eluſit. Interim Henricus in Gregorium vulgauit, quaſi ille plus æquo Rudolphi partibus fauiſſet. Sed hanc calumniam facile Gregorius diſcuſſit data ad omnes fideles encyclica.

II. Teruanneſ. Eccl cauſa tragica ad quā cognoſcendā mittuntur à Gregor legati.

b Greg. li. 9. ep 30. & 34.

In his turbinibus, & illud magnopere Gregorium afflixit. [b] Lambertus Teruannenſis Eccleſiæ intruſus, primum conuictus atque damnatus hæreticus, inde Simoniace ordinatus Epiſcopus, auxilio Roberti Comitis Flandriæ, in ſecuri & aſcia Eccleſiæ fores clauſas demolitus, Cruces & imagines Saluatoris detruncauit, Clericorum alios vulnerauit, alios ſemiuiuos fugauit, omnium ſibi communicare nolentium domos diripuit, quinque clericos Romipetas in carcerem detruſit; portitores literarum Gregorii contumelia affecit: Romam ad Synodum vocatus ire contempſit; Comitique auctor fuit, vt Sacerdotes & clericos ſibi obedire nolentes, omnibus bonis priuatos de tota terra ſua eiiceret. Non potuit ea populus Teruanenſis ſufferre; ſed contra inuaſorem inſurgens, abſtrahentes eum ab altari, vbi proſtratus orabat, linguam ei, dexteræque articulos detruncarunt. Ad hanc cauſam vtrimque cognoſcen-

dam Gregorius Papa deſtinauit Legatos, Archiepiſcopum Lugdunenſem & Abbatem Cluniacenſem.

III
Alex Imp bulla aurea de ornamentis Eccleſ. non auferend.

In Oriente, clade à Northmanis accepta Alexius Imperator, deputauit ſibi eius cauſam, quod ſacra vaſa contrectaſſet, & ex donariis Eccleſiarum exhauſtum ærarium replere ſtuduiſſet. In huius rei perpetuam memoriam, Principibus iſtud monimentum, aureo ſigillo munitum edidit & reliquit, dignum quod ab harpyis legatur. Ita habet:

c In corpore iuris Orientai & tomo 3 Bibliot. Sancta.

c *Qui corpore male affecti ſunt, medicaq; curatione egent, ſi modo ſe morbo laborare ſenſerint, multo facilius à medicis curantur. Qui vero morbi quo laborant grauitatem minime perſentiſcunt; immo nec ſe ægrotare ſciunt: ij proculdubio non parum negotii, & ſibi & medicis faceſſere ſolent. Hoc ipſum quidem certe in animi quoq; morbis perſpicuum eſt. Atque ex nobis, cum peccant alii, quamlibet in profundum malorum gurgitem prolapſi, in vtramuis ſecuri dormimus aurem ſcelerumque grauitati ſuccumbentes, vix ac ne vix quidem nos peccare ſentimus, quia nimirum malus ille habitus, in naturam tranſiit. Quibus autem ſaluiferi ſui luminis ſcintillam aliquam Deus indidit, quorumque intellectus non omnino mundi huius ſublunaris cœno obſorduit, nec lateritio operimento prorſus inſeruire cogitur: ij demum à lapſu reſurgere, Deique conſortio, præter animi ſententiam exturbati ſæpius, ad eundem non ſine ſedula ſpontaneaque rerum meliorum diſquiſitione recurrere poſſunt. Quæ res haud dubie nobis imperantibus vſu venit. Variæ enim multiplicesq; negotiorum circumſtantiæ, dum vbiq; publica exhauriuntur æraria, paſſimque hoſtium incurſionibus patet aditus, tranquillum Imperii noſtri ſtatum repreſſerunt. Cumprimumq; adeo Imperatoriæ faſtigium maieſtatis conſcendimus, nos à tergo illa malorum myrmecia inſecuta eſt. Ex quo euenit, vt in ſummam rerum anguſtiam adducti, iiſque omnibus exuti, quæ lapſis alioqui adiumentum aliquod afferre poterant; tandem vel ſacra diuinaque Dinodia contingere, iiſq; noſtram ſolari inopiam ſtatuerimus. Quod certe facinus, in pleriſq; ſacris diuiniſq; Eccleſiis admiſſum eſt, nec ſacrorum donariorum pauca in publicos ceſſerunt vſus. Neque eo quidem adacti ſumus, vt quidquam moliremur, vel in Dei contumeliam & contemptum, vel in eorum deſpectum, quæ illi pia conſecrauit antiquitas (quod omen Deus ab omni animo Chriſtiani nominis amantiſſimo auertat) ſed vrgente temporum neceſſitate, atq; etiam conſilio noſtro, quod medio ſe operi immiſcuit. Imperatoriæ enim maieſtati noſtræ animo viſum eſt, nulla Deum ira inde percitum iri, vbi mens male conſcia nullius criminis agentem reum coargueret. Cum autem quidquid in Imperatoriis ærariis ſupererat, exhauſtum & inſumptum eſſet, nec in vllos vſus neceſſarios ea ceſſiſſet, quæ à ſanctis extorſeramus Eccleſiis; tũ vero conſilium omne noſtrum tot vndiq; periculis Romam circumuallantibus, inuerſum & labefactatum eſt. Quocirca pleriſq; in locis hoſtium noſtrorum cornu exaltatum eſt, noſtrique adeo imperii nauicula naufragium imminet, niſi præpotens Dei virtus iis quibus aſſolet iudiciis illam vindicet, procellamq; ipſam in auram conuertat. Itaq; Imperatoriæ maieſtati noſtræ maiore cura diſquirendum & inueſtigandum eſſe viſum eſt, quid tandem ſit illud, quod tantam Dei iram concitauit, violentumq; eius furorem in nos exacuit. Præterea cum viris diuino maxime ſpiritu afflatis de re ipſa conſilium iniit. Et poſteaquam certior ab illis facta eſt, ſacris eſſe cauſa manibus, cur in nos ira diuina exrcanduiſſet, quod profanis manibus ſacra, venerandaque Sanctarum Eccleſiarum vaſa contrectaſſemus (etiamſi nulla nos improbitas, maleve conſcia mens eo promouiſſet) quia nimirum neque res diuinæ profananda ſunt, nec à Dei manibus repetenda, in alioſve vſus conuertenda ea, quæ ſemel illi conſecrata fuerint; operæpretium illi fore viſum eſt, & futurum mali impetum reprimere, ne vllo in poſterum tempore inter Chriſtiani nominis Principes irrepat; & præteritis (quoad eius fieri poſſit) præſens afferre remedium. Quamobrem vt ſic errantis medicina confeſſio, coram Deo, & hominibus Imperatoria ſe maieſtas prolapſam fatetur, veniamq; delictis quæ temere admiſit, ex intimis animi adytis poſtulat: ſeque omnia quæ ſua ſunt imperii diuino numini mancipaturum, eaque viribus Imperatoriis denuo reſtituturum pollicetur, quæ in hodiernum vſq; diem ab Eccleſiis Deo ſacris ablata, in publicoſque vſus male verſa ſunt; ſi modo quæ vniuerſum orbem exagitat procella deſæuierit Imperioque ſtatus melior reſtitutus fuerit. Hac enim perſoluenda nobiloſcimus quam priuatum aliquod debitum in ſe recipit; nec ſe ſanctis obæratum Eccleſiis inficiatur. Quare in poſterum, tum ſibi, tum poſt ſe futuris Chriſtiani dogmatis Principibus Aurea hac bulla legem non minus ſeruandam imponit, quam ſi à Deo ipſo dictaretur: Ne quis poſthac ſacra temere contrectet, etiamſi Cadmea neceſſitas vrgeat; ne manus impuras ſacris rebus iniiciat; ne profana ex diuinis Dinodia fiant, dum in publicos vſus circumferuntur. Cumque inter Deum & homines ſit interſtitii loco poſitum, quod nullus, ſi modo pius fuerit, tranſgredietur; homines quidem, rebus noſtris vtemur & fruemur: Deo autem ſacra tecta manebunt, quæcunque illi conſecrata fuerint, nec illa manibus vel audaciſſimis contingent. Quod ſi quis, Domine Deus, in poſterum manus ſacris & diuinis Dinodiis vtenſilibus & vaſis, quæ ſacris olim & venerandis Eccleſiis tuis dicata, vel in poſterum dicanda fuerint, iniicere audeat: is ne lumine in die viſitationis tuæ fruatur; ne ſol illi matutinus illuceſcat, nec tuo hic auxilio, nec tua iſthic diuina protectione gaudeat; ſed vbique deſpectus à te, deſertuſque taceat. Tantum propitius eſto nunc, ô Rex, hæreditati tuæ. Siſte iuſtam illam iram, quæ in nos exarſiſti; quin parce nobis, qui cum peccauerimus antea, nunc tandem ad te conuertimur: quoniam omnia peccata noſtra cum miſericordiæ tuæ abyſſo collata, & velut ad perpendiculum examinata, ſic ſe habent tanquam aquæ ſemina ſi cum toto mari conferatur. Vt ergo coram te, Domine, multitudinem peccatorum meorum confiteor; ita tuum quoque maxime ſalutiferum auxilium imploro, ex intimiſque animi penetralibus, à ſacris in poſterum pertractandis deſiſtens, etiamſi extrema me neceſſitas eo impellat, & debitorem eorum, quæ antea inde ablata fuerunt, me ingenue profiteor. In huius enim rei confirmationem vniuerſis Eccleſiis tuis ſanctis hanc aurea bulla obſignatam orationem, tanquam tutum aliquod antidotum appendi: vt quicunque poſt hac Sanctorum Dinodiorum quodpiam contrectare auſus fuerit, impii ſacrilegii nomine apud te, & pios quoſque homines cenſeatur. Dat. menſe Auguſto quintæ Indictionis.*

IESV CHRISTI
Annus 1083.

GREGORII VII. PAPÆ ANNO II. Alexii Comnemi Imper. ann. 3.

I.
Guib. Antip. intruditur in ſedẽ Petri.
a Bertholdus Conſtantienſ. & Leo Oſtienſ. lib. 3. c. 49.

ANno Chriſti 1083.[a] Iterum exercitu collecto Henricus, ante feſtum Pentecoſtes Romam venit, & potitus baſilica Sancti Petri, Guibertum Antipapam Mutinenſi & Ariminenſi Epiſcopis inaugurare imperauit. Porro Gregorius Papa in Caſtro S. Angeli ſe continebat; Romani autem vrbem ipſam non impigre defendebant. Quibus cum ſuperior eſſe non poſſet, precio & pollicitationibus tentauit, vt Gregorio perſuaderent, Synodum ad dies medios Nouembris congregaret; cuius Synodi ſtatuta de cauſa regni, nec Henrico, nec Romanis, immo nulli penitus liceret præuaricari. Henricus quoque ituris ad illam Synodum & rediturís ſecuritatem iureiurando fecit. Paſſus eſt ſibi perſuaderi Gregorius: vnde & omnes religioſos Epiſcopos & Abbates ad Synodum literis ſuis vocauit. His rebus conſtitutis, quadringentos milites præſidii cauſa caſtello nomine Palatiolo reliquit, ipſe vero vna cum Clemente Antipapa in Longobardiam reuerſus eſt. Vbi cũ eſſet, Legatos Teutonicorum ad Synodum euocatos apud forum Caſſii cepit, & in vincula coniectos multis cruciatibus affecit. Cum his Ottonem Oſtienſem Epiſcopum ſedis Apoſtolicæ Legatum, & aliquot religioſiſſimos monachos & clericos, in captiuitatem pertraxit, maximiſq; iniuriis diſcruciauit. Meliores etiam Epiſcopos, Hugonem Lugdunenſem, Anſelmum Lucenſem, Reginaldum Comanum, & alios nonnullos, ne Romam pergerent, cohibuit.

Henr. petit Synodum & tamen eam impẽdit.

II.
Milites Henr. morte abſumpti.

Interim eius milites præſidii cauſa Romano Palatiolo impoſitos, repentina mors inuaſit, ita vt ex quadringentis vix triginta euaſerint: extincto etiam inter

illos Vdalrico Goſlezeheimio Schiſmatis auctore, & conſpirationis incentore. Aduenerant tandem Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Abbates Campani, & de Principatibus atq; Apuliæ, & pauci Gallicani. Cum his in baſilica Lateranenſi Gregorius Synodum celebrauit; & ne Henricum iterum ſpecialiter anathematizaret, vix à Synodo exoratus, omnes tãtum excommunicauit, quicunq; aliquem ad S. Petrum & ad Synodum venĩẽtem, quoquo modo impediret. Cauſa erat, cur non tolerarẽt amplius ſpecialiter Henricum damnari. Romani enim partim bellicis incurſibus & diuturna contentione fracti, partim pretio & prece & promiſſionibus corrupti ſatagebant, vt ſi Gregorius recuſaret, aliquis, eo expulſo, ab ipſis electus, diadema imperii Henrico concederet. Ita enim finem diuturnę calamitati & ſeditioni poſſe imponi exiſtimabant, adeoque iſtud ipſum Henrico ſpoponderant. Recuſabat Gregorius, & interim Henricus obſidione vrbem premebat.

III. Congreſſus Deſiderii Abbatis Caſſinenſ. cum Henr.

Quod autem ſciret magni nominis Deſiderium Abbatem Caſſinenſem, illum vt ſuarum partium efficeret euocauit. Venit quidem ille Albanum, ſed neq; Imperatorem conuenit, neq; quicquam eorum quę poſtulabat fecit, teſtatus, ſe non tantum monaſterii, ſed ne Orbis quidem totius iactura, ab æquo & iuſto declinare. Princeps Capuanus, & aliqui Northmanorum Henrico adhæſerunt, pauciſſimi etiam Catholici Epiſcopi ex parte Gregorii remanſerunt, qui à propriis ſedibus expulſi ſuis gregibus prouidere non permittebantur. Oẽs etiam pene religioſi, ſiue clerici, ſiue laici in aliqua monaſteriorum latibula fugientes huiuſmodi mala declinauerunt, ne videlicet Sanctæ Eccleſię cernerent deuaſtationem, cui in nullo prodeſſe potuiſſent. Vnus Deſiderius ſtrenuam operã apud Albanum pro Gregorio & Eccleſia nauauit. Cumq; Aſtenſis Epiſcopus oſtendere conaretur, Gregorium non eſſe legitimum Pontificem, & ad hoc probandum, Nicolai Papę priuilegium, quod cum Hildebrando Archidiacono & Epiſcopis centum viginti quinq; fecerat, proferret; quo ſtatutum fuerat, vt nunquam in Romana Eccleſia, ſine Imperatoris nutu Pontifex fieret, quod ſi contingeret fieri, ſciret ſe huiuſmodi non pro Papa habendum, ſed anathematizandũ: Deſiderius huiuſmodi rationibus occurrit dicens: Neq; Papam, neq; Archidiaconum, neq; Epiſcopum aliquẽ ſeu Cardinalem, vel quemlibet omnino hominem licito id facere potuiſſe. *Sedes enim*, inquit, *Apoſtolica domina eſt noſtra, non ancilla, nec alicui ſubdita, ſed omnibus prælata; & ideo nulla omnino ratione ſub iugum à quoquam mitti poteſt, quod à Nicolao Papa factum eſſe iniuſte profecto ac temere præſumptum eſt. Non tamen cuiuſq; ſtultitia, vel temeritate amittit Eccleſia dignitatem ſuam neq; vos id ſentire vlla ratione debetis: neq; fauente Deo, vltra continget, vt ex Alemãni Regis nutu Papa Romanus ordinetur.* Ad hæc cum iratus Epiſcopus indignationem illi Regis & omnium vltra montes habitãtium, ſi iſta perſentirent, minaretur: Deſiderius conſueta conſtantia, neq; Regem, neq; totum ſimul orbem, ſi in vnum conueniret, ſe ab hac depellere poſſe ſententia, aſſeuerauit.

Poteſt quidem, inquit, *Imperator ad tempus (ſi tamen id Deus permittat) vim libertati Eccleſiaſticæ inferre: noſtrum tamen ad hoc nunquam poterit inclinare conſenſum.* His autem & huiuſmodi pluribus quotidie cum eis contendebat, iuſtiſque eos rationibus conuincebat. Cum Archiepiſcopo quoq; Rauennate Antipapa Guiberto, ea de re ſæpius contendit, & prædictum priuilegium confutauit, eumque præſumptionis ſeuerius coarguit, quod viuente legitimo Pontifice, dignitatem ſibi vſurparet, atq; Eccleſiam diuideret.

IESV CHRISTI
Annus 1084.

GREGORII VII. PAPÆ ANNO 12. HENRICI III. Imp. ann. 1. Alexii Comnemi Imp. ann. 1.

I. Henr. vrbe potitur & coronatur à Guiberto Antip. a Berthol dus & Leo Oſtienſ. lib. 3. c. 52 & 53

ANno Chriſti 1084.[a] Alexius Comnemus Oriẽtis Imperator, vt Robertum Guiſcardũ domeſtico bello implicaret, pecuniã Henrico numeroſam tranſmiſit, qua collecto exercitu negotium illi faceſſeret. Eam vbi numeraſſet Henricus, Romanis diſtribuit, vt illum ex Leonina intra vrbẽ reciperent, & inaugurari permitterent. Receperunt, permiſerunt. In die n. Reſurrectionis Dominicæ, ab hæreſiarcha ſuo Rauennate coronã non gloriæ, ſed confuſionis accepit. Nam huiuſmodi coronator iuxta atteſtationem Sanctorum Patrum, non benedictionem quam perdidit, ſed damnationem q̃ habuit, ſuo coronato impoſuit. Continebat ſe vterq; intra Palatium Lateranenſe: cumq; ad Sanctum Petrum procedere voluiſſet, à Gregorianis prohibitus, quadraginta ex ſuis amiſit. Metuens vero vim maiorem in Auentinũ conceſſit: ſed & ibidem periculum vix euaſit. In templo SS. Virginis Mariæ orantem, aliquis prægrandi ſaxo de ſupernis voluerat obruere. Et certe oppreſſiſſet, niſi ipſe dum ſaxũ libraret, decidiſſet, Gregorius interim in caſtro S. Angeli emanebat, auxiliaq; à Robertho expectabat.

Quid tentatum Romæ cauſa Henrici.

Hẽricum Rob. Guiſcard. fugat.

Reuerſus ille ab expeditione Orientali Romã properauit, & reliquum Henriciani exercitus à lue tæterrima reſiduum profligauit, ipſum vrbe effugauit, rebellemq; ac perduellem ciuitatem igni iniecto inflãmauit. Deinde acceptis obſidibus à Romanis, & in caſtello S. Angeli, quod domum Theodorici, alii vero Creſcentii appellabant, reſeruatis, ipſe ad recuperandam terram S. Petri reuerſurus, in breui plurima caſtella & ciuitates Gregorio recuperauit. Ne autem per abſentiam ſuam aliquid à perduellibus Gregorius pateretur, ex vrbe illum eduxit, & Caſſinum introduxit.

II. Greg. promulgat excommunicationem cõtra Hẽr. & Guib. Antip.

Porro antequam vrbe Gregorius excederet, collecta Synodo, iterum ſententiam excõmunicationis in Guibertum hæreſiarcham, & Henricũ, & omnes eorũ fautores promulgauit. Factum eſt autem, cum idem Papa Gregorius Miſſarum ſolemnia celebraret, vir quidã Ioannes nomine, iuxta altaris crepidinem immobilis perſtitit. Cumq; ad altare obtutus deflexiſſet, ſubito in extaſim raptus, niueo candore columbam, cuius erat aureum guttur, ſupra eandem aram aſtare conſpexit. Quę inde leniter aduolans, ac ſupra dextrum Pontificis humerum recubans, alis protinus expanſis, vtrumq; protexit, ac tamdiu ſic perſtitit, quouſq; commixtio Dominici corporis & ſanguinis in calice fieret. Iterumq; ſe in dexterum humerum colligens, inde ad altare deſcẽdit, caput blande ſuper hoſtiam flectens, viro illi,[b] quid hæc ſibi vellent, non intelligẽte, cum volatu præpeti, pleno roſtro remeauit ad cœlum.

Viſio de Greg. Pap. qua res geſtæ à Greg. aduerſus Henr. diuinitus cõprobatæ.

Poſt hæc homo ille in ſe rediens, nulla penitus huius rei veſtigia memoria tenuit. nocte vero ſubſecuta cum ſe ſopori dediſſet, vir quidam illuſtrior ſole, minaci vultu in medio ſuæ domus hoſpitio eidẽ apparuit. Quo ille viſo, de ſtrato exiliẽs, terrore correptus, fugã tẽtauit arripere. Vir a. ille porrecta manu, continuit brachiũ eius ſuauiter tenens, cũ a. eius manus nequiret effugere; ac ſic vinctus ſtetit inuitus, ad ei[c] mox auxiliũ quidã niuea canicie aſperſus, indutuſq; ſtola candida affuit, eiuſq; mærorem cõſolans, de manu ſe tenentis eripuit. Quem ille, quiſnam hic vir eſſet tantæ claritatis, quęſiuit intrepidus: Hic, inquit, eſt iuſtitię ſol, & ille: Nomen quoq;, ait, tuum inquirẽti ſimiliter pande. Nequaquam, ait ille, ſcire te oportet nomen meum: ſed mihi ad interrogata reſpõde: Putaſne, tecolis, quid heri, dum in Eccleſia aſtares, vidiſti? Ille, cuius animum occuparat obliuio, cœpit intra ſe voluere quidnã eſſet, q ab eo ſenior quæreret; ſubitoq; reminiſcens, cuncta ſibi quæ viderat, retulit ex ordine, & ille: vade, inquit, celeriter, & hoc ipſum auribus Papæ intimato, vt conſtanter vigore ſancti Spiritus, quod cœpit, exequatur. His dictis, ab oculis eius diſparuit.

III. Henr. Auguſtam vi capit. *b Codex Monaſt. Cardonēſ.*

Porro Henricus ab vrbe diſcedens, in eos qui Gregorio adhæſerant iniquior fuit. Et quidem aliquot Principes Lōgobardiæ incitauit; qui armato exercitu Mathildis ciuitates infeſtarent. quos tamen illa Deo auxiliatore in fugā diſſipauit. Ipſe vero Auguſtanam ciuitatem obſedit, expugnauit, cepit, excidit, atq; Epiſcopū illius cuſtodiæ mācipauit. Plurimi tunc eius crudelitatē peroſi, ad Gregoriū redibant: quos vt ille Eccleſiæ Catholicæ aggregaret, Anſelmum Lucenſem Epiſcopū Legatū deſtinauit, qui omnes à Schiſmate ad Otthodoxam Eccleſiam reuertentes, anathematis vinculo exſolueret.

IV. Odo in vincula cōiectus à fratre ſuo eo quod meditaretur rebellionem cōtra Pont.

Per ea tempora,[b] Guillelmus Rex Anglorum, Odonem fratrem germanum Epiſcopum Baiocenſem tenebat in vinculis. Aliqui ſortilegi curioſa ſectātes, ex aſtris coniectabant, Odonē futurum poſt Gregorii mortem Romanū Pōtificem. Is porro vt erat ambitioſus, verbis circulatorum ſeductus, nihil aliud q̄ Pontificatum cogitabat. Cui rei præmiſit aliquos in vrbē qui ædes emerent, inſtruerent, ornarent, omnibuſq; neceſſariis accumularent. In eā rem & exercitum parabat, & ſeditionem contra Guillelmum cōmouebat, certus Pontificiæ ſedis quā ſomniabat. Oportebat ſane Guillelmo maleſanum fratrem in vincula dare: inq; iis documentum ſtatuere omnibus futuris, talium rerum curioſis.

Eodem anno Gregorius Legatum in Flandriā, S. Arnulphum Epiſcopum Sueſſionēſem miſit; qui Roberto Comiti Flandriæ quoſdam cōiuratos reconciliaret: qui ſcilicet Balduinum Comitem Montis Caſtrorum, tanq̄ benigniorem, eo deiecto, Principem præoptabant.

IESV CHRISTI
Annus 1085.

GREGORII VII. PAPÆ ANN. 13. HENRICI III. IMP. ann. 2. Alexii Comneni Imp. ann. 5.

I. Conuētus in Germ. inter Cath. & Schiſm. *a Bertholdus.*

ANno *Chriſti* 1085. [a] Vigeſima prima Ianuarii die, Schiſmaticorū aliqui, in Germania, loco qui Berchach dicitur, conuentu celebrato, diſquirebāt; Vtrum Gregorius Pontifex Henricum potuiſſet communione Eccleſiaſtica & dignitate ſeculari priuare.

II. Concil. Quintilineburg. cōtra errores Vuecil. hæreſiarch. & aliorum.

Saxones affirmabant Catholici, Schiſmatici negabāt. Præſidebat conciliabulo, Vuecil. Moguntinenſis pſeudoepiſcopus; ea dignitate ab Henrico ornatus, q; pro eo contra Gregorium ſtrenue decertaſſet. Catholici quoq; Quintilineburgi cōuenerunt, & Synodo celebrata, Ottone Epiſcopo Oſtienſi ſedis Apoſtolicæ Legato præſidente, præſente quoq; Hermāno Rege atq; multis Archiepiſcopis, Epiſcopis & Abbatibus Sancti Petri fidelibus, ex multis Sanctorum Patrū decretis oſtenderunt, Eccleſiam Romanam ſuper omnes primatū obtinere: nulli eius iudiciū licere aut retractare, aut iudicare: proinde excommunicationem ſuper Henricū & Henricianos prolatam iuſtam eſſe. Quidā Babenbergenſis clericus nomine Gunibertus Romani Pōtificis primatu derogare volens, in mediam Synodum ſe contulit, aſſerēs, Romanos Pontifices hunc ſibi Primatum adſcripſiſſe, non aliunde conceſſum hæreditaſſe; videlicet, vt nullus de eorum iudicio iudicare debeat, nec illi alicuius iudicio ſubiaceant. Qui cum aperte à tota Synodo confutaretur, præcipue tamen à quodam laico conuictus eſt per illud Euangelicum: *Non eſt diſcipulus ſupra Magiſtrum.* Cum n. hoc generaliter in omnibus Eccleſiaſticis ordinibus obſeruādum deputetur, ne maior à minore iudicetur: quis hoc Vicario Sancti Petri denegare potuit, quem omnes Catholici pro Domino & magiſtro venerantur?

Scitum laici reſponſum de poteſtate Ro. Pont.

III. Alia eiuſdem Synodi acta.

In eadem Synodo ordinatio Vuecilonis Moguntini inuaſoris, & Sigefridi Auguſtenſis, & Norberti Curienſis: immo omnes ordinationes & conſecrationes excōmunicatorum penitus irritæ iudicatæ ſunt iuxta decreta Sanctorū Patrum Innocentii, Leonis primi, Pelagii, atque eius ſucceſſoris Gregorii primi.

Item Secta prædicti Vuicelonis Moguntini inuaſoris, eiuſq; ſociorum, ſub anathemate damnata eſt, quæ aſ-
A ſerit: ſeculares ſuis rebus expoliatos Eccleſiaſtico non ſubiacere iudicio, nec excommunicari poſſe pro ſuis exceſſibus; quæq; excommunicatos abſq; reconciliatione recipi poſſe, contendit.

Statutum eſt a. ibi, vt quicunq; ab Epiſcopo ſuo, nec officio, nec communione priuato excōmunicatus eſſet, etſi iniuſte: nullatenus tamen reciperetur ad communionem, niſi abſolutus Eccleſiaſtico more. Similiter, & pro ſacrilegio excommunicatos decreuit ſancta Synodus non recipiendos, abſq; ſolita reconciliatione, & niſi dudum, quæ ſacrilege ſibi vendicauerant, reddidiſſent. Statuta ſunt & pleraque alia, ad Eccleſiaſticam diſciplinam ſpectantia.

IV. Sentent. excommunicationis in Schiſm.

In fine a. Synodi ſententia anathematis cum ardentibus candelis promulgata eſt, in Guibertum hæreſiarchā
B ſedis Apoſtolicæ peruaſorē, & in apoſtatas S. Petri Hugonem Candidum cognominatum, Ioannem Portuēſem Expiſcopos, atq; Petrum excancellarium Guiberti Antipapæ ſectatores, & acerrimos defenſores: Item in Liemarum Bremenſem, Vtonem Hildinesheimenſem, Ottonem Conſtantienſem, Burchardum Baſilienſem, Huzmannum Spirenſem Exepiſcopos. Item in Vuicilonem Moguntinum inuaſorem, Sigefridum Auguſtēſem, Norbertum Curienſem: In hos, inquā, & in omnes eorum complices ineuitabilis ſententia excommunicationis, promulgata eſt.

V. Conciliabulum Mogunt.

Cæterum hi omnes aduerſarii Eccleſiæ Dei, tertia poſt hebdomada Moguntiæ Synodum ſuam ſeu potius conciliabulum collegerunt; in quo vmbratilem ſentētiam excommunicationis contra fideles Sancti Petri deprō-
C pſerunt; vtpote nequaquam illos excommunicare valentes, ſed apertiſſime ſeipſos à communione Catholicorum ſeparantes; vt non tantum iudicio ſanctæ Eccleſiæ, ſed & proprio eorum iudicio, ſicut omnes hæretici, à Catholicis eſſent ſeparati: ſedes quoq; Catholicorum Epiſcoporum viuentium temeraria cupiditate cæcati ſibi vendicare non timuerunt.

VI. S. Gregor. Pap. VII. obitus.

Dum hæc agerentur in pſeudoſynodo, Gregorius Papa Salerni agens interim ęgritudine confectus diē obiit extremum; cum primum diem obitus præſciuiſſet, atq; dixiſſet: Dilexi iuſtitiam, & odi iniquitatem, propterea in exilio morior. Diem vigeſimam quartam mēſis Maii, qua ex hac vita exceſſit, memoriæ illius Eccleſia conſecrauit. Mitram ſuam Anſelmo Lucenſi Epiſcopo reliquerat; qua is Vbaldum Epiſcopum Mantuanum ægri-
D tudine incurabili laborantem perſanauit. [b] Ante diem tertiū ſui obitus, rogatus ab Epiſcopis & Cardinalibus, qui forte tunc aderant cum Deſiderio Abbate Caſſinēſi, quid de Romanę ſedis poſt obitum ſuum ordinatione iuberet: hortatus eſt, vt, ſi quo pacto poſſent, ipſum Deſiderium eligerent. Is enim præter id, quod Romanæ tunc Eccleſiæ presbyter Cardinalis eſſet, & prudentia ſumma & religione præcipua, & ſingulari Principum beneuolentia amicitiaq; pollebat. quod ſi hunc flectere nullatenus poſſent, aut Lugdunenſem Archiepiſcopum Hugonem, aut Ottonem Oſtienſem, aut Lucenſem Epiſcopum eligere, quantocius ſe defuncto, ſtuderent. Hoc cōſtituto, defunctus eſt octauo Kal. Iunii die Dominico, & in Eccleſia S. Matthæi Apoſtoli atq; Euangeliſtæ conditus eſt. In locum illius Cardinales Epi-
E ſcopi & reliqui Deſiderium ſed fere poſt annum delegerunt, quemadmodū illius anteceſſor poſtularat. Paulo poſt etiam Robertus Guiſcardus obiit; cum brachiū S. Matthæi Salernum referri præcepiſſet, quod ille pro amuleto geſtauerat. Inæſtimabilia fere credebantur, quæ ille tum viuens tum moriens monaſterio Caſſinenſi dereliquit.

b Leo Oſtienſ. lib. 3 c. 64.

S Gregor. ſuccedit Deſiderius Caſſinenſ. Victor dictus.

VII. Toletum capitur ab Alphonſo Rege.

In Hiſpaniis, Alfonſus Rex Toletum vrbem per deditionem cepit, poſtquam ea in manibus Saracenorum trecentos ſexaginta nouem annos fuiſſet. Cum obſidione vrbem cinxiſſent Chriſtiani, & morbis atq; fame premerentur, ita vt diſceſſionem cogitarent, Cypriano Epiſcopo Legionenſi dormienti, viſus eſt venire Diuus Iſidorus, qui diceret, non placere obſidionem

Digitized by Google

ſolui: intra quintumdecimum diem, vrbē Chriſtianorū futurā: eas ſedes diuinum numen ſibi in perpetuū delegiſſe. Somnio Epiſcopi res ſucceſſit, vrbs dedita, Mauri per conditiones eiecti, ad 8. Kal. Iunii, qui dies Vrbani Pontificis & Martyris Sacer eſt. Nihil tum quidem Alfonſo Regi longius erat, q̃ vrbem nobiliſſimam Hiſpaniæ columē, Sanctiſſimæ olim religionis arcem, & Gothici ſedem imperii, priſco ſplendori reddere, atq; ornamentis omnib. amplificare. Deligendi noui Præſulis, q in tanta rerum perturbatione, tantiſq; tenebris aliquot ætatibus intermiſſum erat, ſpes tentata haud pertinaciter initio, quoniam Mauri ciues nondum plane domiti, repugnabant. Biennio poſt cum maior Chriſtianorum frequentia in vrbe eſſet, & veterum ciuium, quantum cuiq; credendum eſſet, quib. ſe committeret, & à quib. cauere deberet, Regi exploratum eſſet, rei perficiendæ cauſa quo maior eſſet auctoritas, Mauris tumultuandi opportunitas minor, ex vniuerſa ditione conuentū habere conſtituit. Epiſcopi & proceres euocati, ad 15. Kal. Ianuarias affuerunt frequentes. In eo conuentu, primū diuinæ benignitati gratiæ actæ, q cœleſti potiſſimum ope, tanta vrbs ad ius Chriſtiani imperii reducta eſſet, pro ſe quiſq;, vt in quoq; auctoritatis & eloquentiæ plurimum erat, beneficii magnitudinem verbis amplificabant. Deinde de creando Toletano Præſule, deliberatio ſuſcepta. Omnium cōmuni ſuffragio delectus Bernardus, S. Facundi Abbas, qui ſacris ea in vrbe præeſſet. Suauiſſimi & optimi mores, præſtantiſſimum ingeniū, opimo doctrinæ, ſpectata magnis & multis in reb. integritas animi; prorſus vt illuſtre exemplum veteris Sanctitatis referret, gentis voluntates, homini externo, & in Gallia nato conciliarunt.

De Bernardo primo Præſule Toletano de quo ſuperius fit mentio.

Garumna flumen, Aagenum vrbē in Aquitania præterfluit. In eius vrbis territorio, oppido cui à Salute nomen eſt, ex honeſto genere natus erat Bernardus, patre Guilielmo, matre Neimita. Iuuenis militiam exercuit, ætate adulta in S. Aurantii Auxitano cœnobio, in ſacerdotis cucullati morem detonſus eſt, excellenti colendę pietatis ſtudio inflāmatus. Inde ad Hugonem Cluniacenſem Abbatem eius accitu migrauit. ab eo ad Alfonſum Regem in Hiſpaniā ablegatus eſt. Nam S. Facundi cœnobium, q reliquis tota ditione monachorū collegiis Rex præficere cogitabat, ſeueriori diſciplina aſtringere, & nouis inſtitutis tēperare cupiebat. Miſſus Bernardus, eius tunc monaſterii curā ſuſcepit, & nūc ad ampliſſimum dignitatis & honoris gradum aſcendit. atq; quo maior nouo Præſuli eſſet auctoritas, Alfonſus Rex intelligens, tū homines honoris vulgo deferre ſolitos, quantum quiſq; virium & copiarū habeat; vanum ſine virib. eſſe nomē dignitatis & magiſtratus; arces, oppida, municipia (qui eius Concilii poſtremus actus fuit) magno numero Toletanæ Eccleſiæ donauit. Omnino ēt in vrbe, hortos, molas trutatiles, ædes priuatas magno numero, atq; tabernas, vnde annuū vectigal cōſtaret, attribuit; vt ex reditib. atq; prouentu ſacerdotes Toletani tēpli vitā ſuſtentantes, ex eo tēpore beneficii Regii memores, ſtatis dieb. ex ritu Chriſtiano Alfonſi Regis manibus parentarent. Iſtis rebus conſtitutis, Cōuentus ſolutus eſt. Parum aberat ipſo anno, quin Chriſtiani rebus Toletanis exciderēt. Dei benignitate effectum eſt, vt & vrbem retinuerint, & Templū maximū Mauris ereptū, ad publicā fidei Chriſtianæ laudem conſecrarint. Rem narrabo, non indignam quæ ſciatur.

Redditus magni Eccleſ. Tolet. ab Alphonſo Reg datı.

Compoſito ciuitatis ſtatu, Regem Alfonſum aliæ reipublicæ curæ Legionem vocarunt. Regina Conſtantia, & Bernardus Præſul Toleti relicti. additū militare præſidium. Erant præterea noui incolæ, pro multitudine Maurorum admodum pauci, pro conditione temporis ſatis multi. His omnib. præſidiis vrbem ad oēs caſus paratā, inſtructamq;, Rex non inepte cogitabat fore. Prudenter excogitata, noui Præſulis temeritas, dicā an imprudentia, an vtrumq;, certe nimia feſtinatio plane cōturbauit. Erat Epiſcopi ſedes pro tempore in Diuæ Mariæ collocata æde Carmelitis nunc Fratribus attributa. Mauri templum in vrbe maximum obtinebant, atq; in eo rebus diuinis ex ſuperſtitione eius generis vacabant. Ignominioſum id nomini Chriſtiano, fœdumq; viſum eſt, in vrbe capta religionis hoſtes auguſtiori templo vti. q occaſionis tarditas attuliſſet, Bernardi feſtinatione præcipitatum. Ergo conſilio cum Regina cōmunicato, cum militum manu per noctem Maurorū templum occupare conſtituit. A fabris, qui comitabantur, conuulſæ ianuæ. publicæ operæ Mahumetanæ ſuperſtitionis ſordibus loco repurgato, altaria ex ritu Chriſtiano erecta. In ſumma templi turre æs campanum cōſtitutum, quo ad rem diuinā procurandā proxima luce Chriſtiani ſunt conuocati. Repentina re commoti barbarorum animi, atq; ex ſuæ religionis cōtumelia in furorem acti, vix retineri potuerunt, quin ad arma concurrerent, & marte arbitrio iniurias vindicarēt. Calamitoſus is dies nomini Chriſtiano parabatur: ni paratum Chriſtianis exitium, qui numero & virib. vincebantur, Diuinum numen diſcuſſiſſet. Vna Mauros ſpes ſuſtentabat, q Rege inſcio tā facinus perpetratum eſſe erat perſuaſum. alii ſpe vindictæ, alii viuēdi cupiditate retenti ſunt. Rex iniquiſſime tulit fidem publicā, iuriſiurandi religionem, Regii nominis maieſtatē, importuna Bernardi feſtinatione violatā, fœdatamq;. Conſiderabat præterea, quanto in periculo res eſſent Mauris furentibus; & ne vrbi aliquid ſecus accideret, verebatur. Varios eſſe & commutabiles rerum humanarum caſus diſputabat. Itaq; citato Toletum ſe proripuit tanta feſtinatione, vt ex S. Facundi cœnobio, vbi rei geſtæ nuncium accepit, intra tertiū diem Toletum peruenerit iracundia exæſtuans, furorē & minas in Reginā & Bernardū ſpirans. Nullæ preces ad aures admittebantur, nulla ope humana placabatur atrox ira. ſtabat ſententia vindicandæ audaciæ, aliquo inſigni ſupplicio. Nāq; cū proceres Toletani, plebs, atq; ſacratus ordo obuiā progreſſi in atrata veſte, ſqualidi, perfuſiq; lachrymis, cū infulis ac velamentis veniā miſerabili gemitu poſtulaſſent, nihil obſtinatus Regis animus mouebatur. Graue malū rei Chriſtianę parabatur, niſi Mauri ipſi proceres per miraculum à Deo inflexi, Regis animum ad miſericordiam flexiſſent. Etenim impetu animorum cōſidente, & dolore quem ex iniuria conceperant mitigato, ſi Rex grauius aliquid in Reginā & Bernardum decreuiſſet, fore prouidebant, vt eius facti inuidia penes ipſorum gentem maneret, & præſentem lætitiam perpetuo Chriſtianorum odio luerent: quod ipſorum rationibus exitiale fore prudenter iudicabant. Magno ergo numero ad pagum Maganum, obuiam Regi proceſſerunt. Stabant ancipiti animorum motu mæſti, fixis in terrā oculis. hinc iniuriæ dolor vrgebat, inde exitii metus ſolicitabat. Ad Regis aduenientis conſpectum in genua procumbentes, ac lachrymis, q̃ toto ore manabant, fœdatos ac dicere conantes, Rex occupauit; cum diceret, eo facto non ipſorum patientiā læſam, ſed ipſius maieſtatem violatam eſſe. Suam eā iniuriam fuiſſe; ſe vindice vltionem expectarent: exemplū ſeueritatis crudele editurum, quo Maurorum genti teſtatum fieret, ſua voluntate haud quaq̃ iuriſiurandi religionem ſpretā fuiſſe: & poſteri intelligerent, regiam fidem conſtantem fore, neq; importuna cuiuſquā audacia fore temerandam. Ad hæc illi magnis clamorib. veniam poſtulare; ſe quidem errarum q neceſſitas attuliſſet, & vis quædam pene fatalis, libentiſſimis animis cōdonare. Rex, Maurorum poſtulatione perculſus ſubſtitit. tum è Maurorum numero quidam præcipua auctoritate in hunc modum locutus fertur:

Impudēs Bernardi factum ob quod Chriſtiani in maximum periculum adducti.

Periculum à Chriſtianis diuinitus auertitur.

Quantum dolorem cepimus, inuicte Rex, cum templum ex fœdere noſtrum, ſanctitatis opinione præcipuum, iniuria ereptū eſt, ex ſe quiuis æſtimare poteſt: oratione explicare, ſuperuacaneū fore ſum arbitratus. Neq; tantop. re loci religione mouebamur, quam quod ab eo initio imminuendæ noſtræ libertatis, tuæ fidei violandæ haud obſcura fundamenta iacta eſſe videbamus. Quod in communem ædem factum eſt, quin in ſingulorum domos irrumpant, atq. in fortunas noſtras inuadant, quæ fides? quæ religio frenabit: cum noſtra gente violanda, diuinum numen promereri

veſtri homines habeant perſuaſum. Quod ne contingat, tibi prouidendum eſt, atq; maioribus præſidiis noſtræ gentis incolumitati conſulendum. Alioqui Reginæ, & Archiepiſcopo iniuriam libenter condonamus. Ipſe nobis auctoribus & hortatoribus idem facies: ne quorum iniuriam vindicare pergis, ipſis exitium afferas. Neq; enim religionis veſtræ Antiſtitem, Reginam nobiliſsimam, poſteri & cognati, te defuncto multos cecidiſſe patientur. Itaq; per eam dexteram, qua nobis fidem dediſti, oramus atq; obſecramus, vt iracundiam ex noſtra ignominia conceptam deponas. Maius nobis beneficium dare nullum potes. Niſi impetramus, in vrbem haudquaquam redire, ſed nouas & longinquas ad habitandum ſedes quærere certum eſt. Tu vide, ne dolori indulgendo, maius nobis malum parias, tibi luctum ſempiternũ concilies, nomini Chriſtiano dedecus atq; ignominiam ſingularẽ. Hæc dicente Mauro, reliqui nixi genibus, lachrymis toto ore manãtibus, manus tendentes, idem precabantur. Regis animus variis motibus, atq; contrariis agebatur, quod ex vultu dignoſcere promptum erat, nunc læto, modo pallido. Demũ cum animi impetum ad rationem reuocaſſet, & Dei nutu conſilia hominum moderantis, rem omnem eueniſſe cogitaret, Maurorum precibus flexus, pro ea voluntate gratias egit, eiuſq; diei memorem perpetuo ſe fore profeſſus eſt. Vrbem inde adiit, Reginã veniæ ſpe hilarẽ lætus aſpexit, Bernardoq; reconciliatus diem ex atro in candidum conuerſum populo exhibuit. Cumq; omnia vrbis loca feſta lætitia, & fauſtis acclamationibus perſonarẽt, annuis ſacris eius diei memoriã celebrari mandatum Ianuarii menſis die 24. cui à Pace nomen eſt, tametſi non id ſolum agitur eo die, ſed etiam veſtis de cœlo Illefonſo allatæ memoria renouatur.

Inſtitutio celebrationis diei cui à Pace nomen eſt in Hiſp.

Baſilica ad eum modum, in vſum Chriſtianorum accommodata, atq; Epiſcopo Toletano deſignato, operæ pretium erit, eundem à Romano Pontifice maiorẽ poteſtatem poſtulare. Erat n. ea tempeſtate morib. Hiſpaniæ fixum ex Concilii poſtremi Cõſtantinopolitani lege, vt Metropolitani, priuſquam inaugurarẽtur, electionem legib. iubentib. eſſe factam, neq; vitio creatos eſſe, Romano Antiſtiti probarent: priuſquã id factum eſſet, ſacrari aut aliquã Reipublicæ partem attingere, nefas erat. Pontificii aſſenſus iudicio laneum pallium, quod ſactis peragendis inſigne geſtare ſoliti ſunt, vt impetrarẽt, in more poſitum erat. Id inſtitutum ab hoc initio ſuſceptum, tempore procedente, ad alios Epiſcopos, ſed ad inferiores certe Præſules deriuatum eſt. Hoc effecit, vt nullius Epiſcopi rata electio ſit, niſi Pontificis auctoritate fuerit firmata. Vtriuſq; rei componendæ cauſa, antequã Bernardus Romã concederet, Rege conſentiente, templũ quod Mauris ereptum fuerat, ex ritu Chriſtiano cõſecrauit. Epiſcopi ea de cauſa, ad conuentum iuſto numero euocati. Sacra ceremonia peracta eſt die Criſpini & Criſpiniani, 8. Kal. Nouemb. anno ſubſequente. M.LXXXVI. Sanctæ Mariæ, Apoſtolorum Petri & Pauli, Stephani, atq; S. Crucis nominibus templum dedicatum. In ara maxima, multæ & magnæ ſanctorum reliquiæ collocatæ. *Marian. lib. 9. c. 17. 18.*

Nullius epiſc. rata electio eſt niſi Pont. auctoritate fuerit firmata.

VIII. De S. Gerlando Veſuntino.

Hoc tempore vixit Gerlandus Veſuntione in Burgũdia natus. Hic in Calabriam Brutiorum veniens, Mileti aliquãdiu moratus, Cantorũ primicerus factus eſt. Sed cum Clericorum mores deprauatos ferre nõ poſſet, rediit in patriam. Cum a. Rogerius Comes Saracenos è Sicilia eieciſſet, (cui Gerlandi doctrinaque & vitæ probitas ſatis perſpecta erat) illum in Siciliam accerſitum Epiſcopum Agrigenti hoc anno ordinari curauit. Gerlandus etſi inuitus ad hanc dignitatem aſſumptus, munus paſtorale accuratiſſime abſoluebat, pauperum præcipuam curam habens: Saracenos & Iudæos plurimos, qui in illa vrbe remanſerant, tum concionibus, tum priuatis colloquiis ad Chriſtum conuertit. Mortuus eſt 5. Kal. Mart. Eius corpus in Eccleſia Cathedrali, quæ ex eo nominatur, aſſeruatum præcipuo honore colitur. *Ex Monum. illius Eccleſ.*

IESV CHRISTI
Annus 1086.

VICTORIS III. PAPÆ ANN. I. HENRICI. III. IMP. ANN. 3 Alexii Comnemi Imp. ann. 6.

A*Nno Chriſti* 1086. Deſiderio ad ſedem Beati Petri euecto, nomen Victoris Cardinales impoſuerunt. Cæterum quod illi inuito atq; reluctanti Pontificis inſignia impoſuiſſent, ideo quietioris vitæ cauſa Caſſinũ reuertens Crucem & Chlamydem & cætera Põtificatus inſignia ita dimiſit, vt eis vti nulla iã ratione ei perſuaderi poſſet, malens omni vitæ ſuæ tempore in humiliori habitu viuere, quãtanti ordinis oneri colla ſubmittere. Præponebãt ei Cardinales lacrymabundi Eccleſiarum magna diſcrimina, ingerebant animarum perditionem ac prætereà diuinam imminentem indignationem. Sed tamen nihil apud rigidum præpoſiti obtinebant, Caſſinenſis monaſterii deſiderio flagrantem.

I. Victor renunciat electioni. a *Leo Oſtienſ. lib. 3. c. 65. & ſeq.*

[b] His temporib. Sueui, Saxones, Baioarii Diuo Petro fideles contra Henricum feliciter pugnarunt. Herbipolim obſederãt, cui vt Imperator opẽ ferret, viginti millibus militum congregatis, cõtra illos promouerat. Neque illi pugnam detrectarunt, nõ tam multitudine aut armis, quam iuſtitia & Cruce armati. Vnde & Crucem altiſſimam in quodam plauſtro erectã & rubro vexillo decoratam, vſq; ad locum certaminis deduxerunt. Welph quoq; Dux cum ſua legione, & Magdeburgenſis legio relictis equis pedites incedebant. Cum a. iamiam congreſſuri eſſent, omnes in terram proſtrati, cœlum orationib. penetrauerunt, quam pro eis ibidem Magdeburgenſis Archiepiſcopus, cum multis lachrymis & gemitibus effundebat. Igitur in nomine Domini cõgreſſi, incredibilem hoſtium ſtragem fecerunt; ita vt nouem altæ cõgeries cadauerum ibi viderentur, præter illos, qui palantes per campos & ſiluas occubuerunt. Ex parte fidelium S. Petri, nonniſi quindecim ſunt deſiderati.

II. Victoria Cathol. aduerſus Schiſmat. in Germ. b *Berthold.*

Eodẽ anno S. Anſelmus Lucenſis Epiſcopus, decimoquinto Kal. April. Mantuę defunctus eſt. Statim à morte magnis miraculis ſanctitatem ſuã approbauit, quorum aliqua Vbaldus Mantuanus Epiſcopus Mathildi Duci & Marchioniſſæ perſcripſit. Sc. quatuor contractos, vnum arida manu, duos oculis captos perſanauit: adeo vt exinde fideles certo indicio colligerẽt, eum viuentem iuſtas Gregorii partes contra Henricum eiuſq; fautores, non iniuſte ſuſcepiſſe. Scripſit complures libros inſigni eruditione refertos. Inter quos Apologeticum vnum ex diuerſis SS. Patrum voluminibus compilauit, quibus Gregorii Papæ ſententiam, & vniuerſa eius facta, atq; præcepta canonicis rationibus defendebat.

III. S. Anſelmi Lucenſ. obitus.

Mortuus eſt etiam hoc anno Coſmas Patriarcha Cõſtãtinopolitanus; accepto ſucceſſore Euſtathio cognomento Garide. Per idem temporis Sanctus Hugo Gratianopolitanus Epiſcopus, & S. Bruno cum ſociis, Carthuſiæ ſolitudinem inhabitantes, Carthuſiani inſtituti exordia fecerunt, & ex eo loco nomen monaſtico ordini indiderunt.

IV. V. Carthuſia ſolitudo habitari cœpta.

Hoc ipſo quoq; tempore, mirum quiddam accidit, Polonis contra Pomeranos apud Naclum arcem pugnãtibus. [c] Nocturnis temporibus lucente luna, crebro cernebantur ab excubitorib. Polonis quaſi armatorum hoſtium acies ex apertis campis ad ſtatiua eorũ adequitantes & incurſantes: quas Poloni exciti, raptim correptis armis, ſatis habebant à foſſis caſtrorum propellere timore nocturnarum inſidiarum. Cum id ſæpius accideret, indignari Poloni, inquietari ſeſe, nec vſquã in apertum certamen prodire hoſtes. Itaq; nocte quadã, cum itidem hoſtes adeſſe nunciarentur, fremebundi agminatim è caſtris ſeſe proripuere, diffugienteſq; caſſo labore perſecuti ſunt. Obſeſſi tumultu Polonorum audito, & excurſione è caſtris animaduerſa, eruptione facta, ignem in opera atq; tuguria militum ſtramine arundineq; contecta iniecerant: quo celeriter pluribus in locis ſeſe diffundente, paucis qui in Caſtris manſerãt defendentibus, facili opera cum magna caſtrorum parte cõ-

VI. Diuina vindicta ob quadrageſimale ieiunium nõ obſeruatũ à Polon. militibus. c *Cromer. lib. 5.*

flagrarunt. Nocturnas vmbras illas fuiſſe autumabant, quæ hoſtilis exercitus ſpeciem oſtentantes, Polonos ita diuino permiſſu exagitarunt; propterea quod ſolemne omnibus Chriſtianis quadraginta dierum ieiunium, priore expeditione, promiſcuo ac temerario vſu carnis & lactariorum, moribus & inſtitutis Eccleſiæ Catholicæ contemptis, temeraſſent.

IESV CHRISTI
Annus 1087.
VICTORIS III. PAPÆ ANN. 2. HENRICI III. IMP. ANNO 4. Alexii Comneni Imp. ann. 7.

I. Concil Capuan. Victor Romæ conſecratur. a Leo Oſtienſ lib 3 c. 67. & ſeq.

ANno Chriſti 1087.[a] Annum fere integrum Cardinales & Principes Victorem obſecrabāt, vt ſolemnia Pontificis quæ depoſuerat reciperet, ſeq; inaugurari toleraret. Impetrarunt. Quamobrem media Quadrageſima Capuam veniens, in Conuentu eorum publico, præſente Cincio Romano Conſule, Iordane principe Capuano, Rogerio Duce, & pleriſq; Epiſcopis, Abbatibus, clero, optimatibus atq; nobilib. Romanis & aliis, electionem præteritā, Crucem ac purpurā reſumpſit, Dominica quæ à Palmis nomen habet. Caſſini ſolemnitate Paſchali celebrata, Romam, obſecrāte Mathilde, venit. Guibertus baſilicā Diui Petri occupabat: donec ab exercitu Mathildis inde expelleretur. Recepit ſe interim in baſilicā S. Mariæ ad Martyres, in qua ſacra execrāda, die feſto SS. Petri & Pauli Apoſtolorum celebrauit; Beati Petri Eccleſia, eo potiſſimū die, quo toto orbe feſtiuitas eius colitur, tam diurno quam nocturno officio carente: nā Victor Papa, in inſula, inter duos pontes ſita ſeſe continebat. Eo tempore peregrini quidam, dum orationis gratia, ad monaſterium Beati Benedicti pergerent, obuium habuerūt canonicū ſenem. Percontantibus, quis eſſet: Petrum Apoſtolum ſe eſſe reſpōdit. Sciſcitantibus, quo pergeret: Ad fratrē, inquit, Benedictum proficiſcor, vt cū illo paſſionis meæ celebrē diem. Romæ quippe cōſiſtere nequeo, quia Eccleſia mea diuerſis procellis agitatur. Quod dū Fratrib. viri illi poſtmodū retuliſſent, ad ſuccedentium memoriam conſtituerunt, eiuſdem Apoſtoli ſolemnitatem non minori veneratione quam B. Benedicti celebrandum.

II. Quantis malis Guil. Antip. Eccleſiam affecerit.

Magno ſane damno, affecta eſt tunc Eccleſia à Guiberto. Is n. pulſis Catholicis Epiſcopis & Abbatibus, aliiſq; Eccleſiarum præpoſitis doctrina & religione præſtantibus: ſceleſtos & illiteratos, ſingulis vrbibus, monaſteriis Eccleſiiſq; præfecit. Sæpe ſingulos, plerumq; binos annis ſingulis magiſtri ſui Simonis mercimonio execrando ſubſtituens, deprædandis locis ſanctis, ſibiq; non fauentib. Chriſtianis, immo ipſis quoq; fauētibus, tunc cum non eſſet qui armato reſiſteret, longe lateq; ſæuitia Neronis & Decii perdita voluntate graſſatus eſt. Maxime vero in eos bacchatus eſt, quib. eius perfidia claruerat, quiq; dū execrabilis diuina immolaret ſacrificia, nec adeſſe tolerabant, ſcientes eum nulli Romano ſucceſſiſſe Pontifici, ſed perfidum, periurum, inuaſorem ac Simoniacū Gregorio Papæ ſuperadiectū fuiſſe. Catholici porro, qui zelo Dei fidem ac religionē tuebātur, Victori Papæ ſanctitate ac religione præſtāti adhærebant.

III. Alia Cath. Victoria in Italia de Schiſmat.

Interim Guibertus Roma expulſus, Parmenſi & Regienſi Epiſcopis, Ducibus, Comitatum Mathildis inuaſit. Sed hos illa Roma reuertens, profligauit. & Heberandū quidem Parmenſem Epiſcopum viuū cœpit, Gandulphus a. Regiņus fuga elapſus, triduo delituit in ſpinetis.

Victoria de Saracenis in Africa.

Victor porro reb. Romanis cōpoſitis, cogitabat Saracenorum Africanorum ſuperbiam frangere, perfidiamq; conterere. Nāq; Italiæ litora indies illi infeſtātes, multos in captiuitatem abducebant. Conſilio itaq; cum Epiſcopis & Cardinalib. habito, ex Piſanis, Genuenſibus, & aliis omnib. Italiæ populis exercitu congregato, illis vexillum B. Petri tradidit, & remiſſione peccatorum eis indulta, in Africam cōtra infideles deſtinauit. Hi Duce Chriſto hoſtilem terram ingreſſi, centum millia pugnatorum occiderunt.[b] Regem Paganum in quādam munitionem cōpulerunt, & cum deinceps Apoſtolicæ ſe-

IV. Concil Beneuent. cōtra Schiſm. b Berthold

A di tributarium effecerunt. Victor poſtea Beneuentū acceſſit; vbi Synodum cum Apuliæ & Calabriæ Epiſcopis celebrans Guibertum Antipapā, Hugonem Lugdunēſem Archiepiſcopum, & Richardum Maſſilienſem Abbatem, à ſede Apoſtolica apoſtatas cōmunione Eccleſiaſtica priuauit. Inueſtituras ſeculares dare & recipere prohibuit: alienationem bonorum Eccleſiæ interdixit: & inter alia hunc Canonē conſtituit: *Pœnitentia vero & cōmunio à nemine, niſi à Catholico ſuſcipiatur: quod ſi nullus adſit Catholicus presbyter, rectius eſt ſine viſibili communione perſiſtere, & inuiſibiliter Domino communicare, quam eam ab hæretico ſumendo, à Deo ſeparari. Nulla enim* (vt ait Apoſtolus) *conuētio Chriſti ad Belial, neq; pars aliqua Fideli cum infideli: omnis autem hæreticus infidelis eſt. Simoniacus vero, quia hæreticus, idcirco infidelis. Nam ſacram Chriſti communionem quamuis* B *viſibiliter & corporaliter Catholici propter imminentes hæreticos habere nō poſſunt, dum tamen mente Chriſto coniuncti ſunt, eius communionem inuiſibiliter ſumunt.*

Canon Vict. Pap. in Concil Beneuent.

V. Victoris Pap. obitus.

Cæterum quia proxime ſe moriturū Victor agnoſceret, conuocatis omnib. Cardinalib. & Epiſcopis, Ottonem Epiſcopū Oſtienſem, vt ſe mortuo eligerent admonuit: quib. ita diſpoſitis, ſepulchrū ſibi in ipſa Capituli abſide præparari iuſſit, atq; poſt diē tertium ad Dominū migrauit die 16. Kal. Oct. Ad eum viuentē Deus dedit Cardinalis ſcripſit nobilē lucubrationē aduerſus inuaſores, Simoniacos & reliquos Schiſmaticos, pro Catholica Eccleſia.

Tranſlatio corporis S. Nicolai Barim. c Sigebert.

Eius tempore,[c] cum Veneti conarētur auferre corpus S. Nicolai a Myrrhea Lyciæ à Turcis deſolata, præoccupauerunt illos Barenſes ciues quadraginta ſeptē ab Antiochia Myrrhā venientes; qui à quatuor tūc monachis C ibi inuentis extorſerunt, oſtendi ſibi tumbā Sancti: qua effracta oſſa Sancti Nicolai in olei liquore natātia integro numero extraxerunt, & Barim cū gloria detulerunt.

Interitus Schiſmat. Epiſc. d Berthold

[d] Eodē quoq; tempore quidā Schiſmaticus, qui Patauienſem Epiſcopatū viuente adhuc legitimo paſtore iādudū inuaſit, de hac vita diſcedens, certiſſimū ſuæ damnationis exēplum reliquis Schiſmaticis dereliquit. Cū n. in extremis iaceret, ſeq; ad æternā damnationē iāiam abiturum nō dubitaret: apparuit ei eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopus, vt tāto euidentius culpā ſciret, quā apud inferos luere deberet. Rogauit tamen eum, vt ei culpā indulgeret, ipſumq; ab excōmunicatione abſolueret. Rogauit quoq; circūſtantes, vt eū de Epiſcopatu eueherēt, neq; eum in Epiſcopatu ſepelirent. Et quidē cum hæc in vanum proferret, ſine ſacræ abſolutione expirauit.

IV. Conuentus Nemetenſ.

D Per hæc ēt tempora, Kal. Aug. Cōuentu prope Nemetenſem ciuitatē habito, Principes Germaniæ fideles Diuo Petro, fruſtra Henrico ſuadebant, vt abſolutionē ab excōmunicatione poſtularēt. Se n. tunc demum ei fore obſequentes pollicebantur. Ille vero ſolito obſtinatus, neq; ſe profiteri excōmunicatum dignatus eſt. Vnde literæ Domini Papæ Victoris in eodē colloquio recitarūt; in quib. & ſuā promotionem Principib. Regni denunciauit, & iudiciū ſui anteceſſoris Gregorii Papæ ſup Henricum & fautores eius apertiſſime confirmauit. Ladiſlaus ēt Rex Hungarorū miſſa legatione ad idē colloquiū, ſe in fidelitate S. Petri perſeueraturū eſſe declarauit, & fidelibus S. Petri, cum viginti millib. equitum, contra Schiſmaticos ſe affuturum, ſi neceſſe foret, promiſit.

VII Obitus S. Arnulphi Epiſc Sueſſion. e apud Sur. 15 Aug

Decimo oct. Kal. Sept. Sanctus Arnulphus Sueſſionenſis Epiſcopus defunctus eſt.[e] Vigeſima die poſtquā E decubuit, qui tū erat feria ſexta, ſub noctis medio, cella in qua iacebat, mirabili tremore & horribili fragore tertio concuſſa eſt, ita vt à fundamentis euerti videretur, & monachi cum famulis qui apud illum excubabant, intolerabili timore perculſi, cellæq; ruinam formidantes aufugere præcuperēt. Monuit vero illos ſanctus, ne quicquā timerent: *Sunt enim*, inquit, *hæc diuinæ Maieſtatis ſigna.* Cum requirerent, quid ſignificarent; paulo poſt ſe indicaturum promiſit. Proximo inde Sabbato ſentiens mortē imminere, Fratribus dixit. *Parate iam funeri neceſſaria. Nā ſub noctis initiū decedam, vt mihi Dominus, cui pro viribus ſeruire conatus ſum, heſterna nocte reuelauit, cum ille terræmotus & aeris concuſſio fragorem cella excitaret. Sub prima enim quaſ-*

ſatione

ſatione Beatus Petrus Apoſtolus ad me venit, ſignificans mihi peccata remiſſa, & vitam æternam patere: aderat beatorum frequens cœtus, laudem Deo canentium. Sub altera quaſſatione cum multis Angelicis ſpiritibus S. Michael me inuiſit, polliceens, ſe duce, me ad beatam vitam ingreſſurum. Tertia concuſsione aſſuit Domina noſtra vera miſericordiæ Mater, multis ſtipata ſanctarum virginum agminibus, benigniſsima voce me certiorem efficiens de anima mea inter aſſumptionis eius gaudia in cœlos transferenda. Dixit ita; extremam vnctionem petiit, ſacram Euchariſtiam accepit, atq; cilicio tectus, in cinere recubans ſpiritum creatori tradidit.

VIII. Religioſus Guil. Reg. Angl. obitus.

Idibus Septembris, eum ſecutus eſt Willelmus I. Rex Angliæ, cum primum ſacra confeſſione peccata expiaſſet. Sub ipſam mortis horam, audiuit campanam Eccleſiæ pulſari. Cumque intellexiſſet, eſſe templi D. Deiparentis; cum ſumma deuotione oculos ad cœlum erexit, B & ſurſum manibus erectis dixit: *Dominæ meæ S. Genitrici Mariæ me commendo: vt ipſa ſuis ſanctis precibus me reconciliet chariſsimo filio ſuo, Domino noſtro Ieſu Chriſto.* His dictis expirauit.

IESV CHRISTI
Annus 1088.

VRBANI II. PAPÆ ANN. 1. HENRICI III. Imper. ann. 5. Alexii Comnemi Imper. ann. 8.

I. Vrban II. creatur Pp. a *Chron. Caſſinen. li. 4. c. 2. & Berthold.*

ANNO *Chriſti* 1088.[a] Victore defuncto, Cardinales & Epiſcopi Tarracinam congregati, 4. Idus Martii, Ottonem Epiſcopum Oſtienſem ſummū Pontificem elegerunt, & Secundum Vrbanum ſalutarunt. Hic vero C ſtatim inſequenti die, miſſis ad omnes Catholicos epiſtolis, & ſuam ordinationem omnibus ſignificauit, & ſe in omnib. veſtigia ſui prædeceſſoris piæ memoriæ Greg. Papæ obſeruaturum denunciauit. Tarracina diſcedens Caſſinum venit, & conſuetudinario ſibi dolore lateris grauiſſime laborare cœpit. Itaq; dum in vigilia S. Benedicti eodem languore cruciaretur, adeo vt de eius exitu multi deſperarent, S. Benedictus ei apparens: Cur, inquit, de mei corporis præſentia dubitas? Quęrenti: quis eſſet? Benedictum ſe eſſe reſpondens, adiecit: Ne autem vltra hinc dubites, & me his requieſcere certiſſime noueris, cum primo fratres ad nocturnam ſynaxim ſurrexerint, ſtatim à lateris dolore liber eris. Euanuit ille, & Vrbanus conualuit; Odoriſioq; Abbate accito, ad gratias agendas ilico ſurrexit. Inde recedens, monaſterium D Bantini poſtulantibus Rogerio & Boamundo Ducibus conſecrauit.

II. Berengarii Andegau. obitus b *Iuo Carn. ep. 279.*

Per idem temporis, Wormatienſis & Metenſis Pſeudoepiſcopi, à ſchiſmate ad Eccleſiam reuerſi ſunt: Vecelilo autem Moguntinus Archiepiſcopus Meginardus Vuiceburgenſis Epiſcopus obierunt. Deceſſit etiam Berengarius Turonenſis, incertum an pœnitēs. Nam Hildebertus antequam Cenomanenſis eſſet Epiſcopus, eo quod illi ſcripſit Epitaphio non omnino euincit, pœnitentem obiiſſe. [b] Cum & ipſe, quanquam ad Epiſcopatum nondum euectus, ſed aſpirans, vltra modum laxauerit pudicitię fræna, tunc cum eam panegyrim componeret, & propterea fidem ſibi derogaret.

c *Iuo p. 6. c. 406.*

Eodem tempore defuncto ſchiſmatico Archiepiſc. E Mediolanenſi, in locum eius Anſelmus Catholicus ſuffectus,[c] epiſtolam ab Vrbano Papa accepit, de reconciliatione lapſorum.

III. De primatu Eccl. Hiſp. Toletano Archiep. conceſſio.

Hoc anno, Bernardus Toletanus Epiſcopus Romam venit & ab Vrbano Pontifice vſum pallii, vna cum titulo Hiſpaniæ & Galliæ Gotthicæ Primatis obtinuit. Pro hac poteſtate, cum in Hiſpaniam rediiſſet, Toloſæ vicinorum Epiſcoporum conuentum habuit, facileq; homines minime malos ingenii dexteritate, & Gallicę linguæ commercio, qua ab infantia vſus erat, vt imperium agnoſcerent adegit: iidem Toletum cum inuitati eſſent, Concilii celebrandi cauſa, ſeſe venturos profeſſi ſunt. Ibidem communi conſenſu de Gotthica precum ratione antiquāda actum, qua Hiſpani ab antiquiſſimis temA poribus, præterea ex Iſidori, Illefonſi & Iuliani, quos in cœlitum numero habent coluntq;, auctoritate, vulgo vtebantur. Tentatum id quidem aliquoties erat, neque tamen ſucceſſerat: quod vulgo homines, ſed & primores gentis antiquis ſtari mallent: nihilq; tenacius inhæret, quam quod religionis ſpecie defenditur. Tanta vero hoc tempore, à primate, & Richardo Maſſilienſi Abbate Apoſt. Sedis Legato, adhibita eſt contentio, vt cum Regina eorum conatibus enixe faueret, tandem peruicerint. Singulari certamine homines militares, & in armis nutriti, rem tantam diiudicari voluerunt. Die dicta, duo milites ab vtraq; parte delecti in arenam deſcenderunt. Vicit, qui antiquum Hiſpanorum morem, & vetuſtiſſimam precandi rationem retinendam eſſe tutabatur, Ioannes Ruizius ex familia Marancia, quæ ad PiB ſorium fluuium habitabat. Verum aduerſę partis ſtudia, cum nihil eo caſu remitterent, neq; victa vincerentur, viſum eſt controuerſiam ignis iudicio permittere. Sic eius ſeculi mores erant rudes & agreſtes, neq; ſatis expenſi ad regulam Chriſtianę pietatis. Rogo in platea accenſo, liber vterq; Romanus & Gotthicus in ignem proiecti, & Romanus quidem continuo ex igne proſiliit, id populus victoriam interpretabatur, cum liber alter ſub igne & flammis diu permanens, illæſus inuentus eſt. Rege arbitro, populo nihilominus perſuaſum, vtramq; precandi rationem ſuperis placere; quando vterq; liber ex incendio euaſiſſet incolumis. Quodam temperamento eam controuerſiam componendam videri. In antiquis vrbis templis, quæ Mozarabum vulgo dicebantur, vetus precandi ratio retineretur: in reliquis, quæ C denuo Toleti ſacrata erat, conſtitutum, vt ex Romano ritu rem diuinam procurarent, & diuinas laudes ſtatis diei temporibus decantarent. *Marian. lib. 9. c. 18.*

Concertatio pro vſu precum abolendo ex Eccl. Hiſp. & Rom. introducendo.

Miraculū quod tunc contigit.

Quomodo differentia iſta tunc compoſita fuerit.

Floruiſſe hoc tempore Tiberium Vrſinum Cardinalem Romanum, auctor eſt Iacob. Corellus in eo quem de Cardinalibus ſcripſit libro.

IESV CHRISTI
Annus 1089.

VRBANI II. PAPÆ ANN. 2. HENRICI III. Imper. ann. 6. Alexii Comnemi Imper. ann. 9.

I. Quomodo confirmata fuerit ab Vrb. Pp ſent. excomm. contra Guib. & Henric. à Greg. lata a *Berthold.*

ANNO *Chriſti* 1089.[a] Quartuordecimo Kal. Maii, Vrbanus Papa inter duos pontes in inſula Romæ hæD rens, Gebehard. Conſtantienſem Epiſcopum in tota Alemannia, Baioaria, Saxonia, & aliis vicinis regionibus vicarium ſuum inſtituit, vt ordinationes improbandas improbaret, roborandas roboraret. Sententiam quoq; anathematis à prædeceſſore ſuo Papa Greg. promulgatam ea diſcretione confirmauit, vt in primo gradu Rauennatem hæreſiarcham cum Henrico Rege anathematizaret: in ſecundo gradu eorum fautores qui eiſdem armis, pecunia, conſilio, obedientia fauerent, quiq; ab eiſdem & ab eorum fautoribus Eccleſiaſticos ordines & honores acciperent. In tertio autem gradu communicatores eorum poſuit, quos etſi non excommunicaret, adeo tamen eos externa communione commaculatos aſſeruit, vt in Catholicam ſocietatem ſine abſolutione & pœnitentia recipi non deberent; videlicet, qui excōE municatis ſalutatione, oſculo, oratione, conuictu, & ignorāter, communicaſſent. Ordinatos vero in excommunicatione ſed non Simoniace ab Epiſcopis quōdam Catholice ordinatis, vt in adepto ordine perſiſterent, ſine promotione permiſit; ſi tamen hoc eorum probitas & Eccleſiæ vtilitas flagitare videretur, aliquantum ēt ad ſuperiores ordines promoueri conceſſit, ſed hoc rariſſime, & cum ſumma neceſſitate. Guibertus aūt hæreſiarches eiuſq; complices in parte Regis eorum Henrici anathematicas ordinationes facere non ceſſarunt, ipſaſque ſuis ſectatoribus non niſi chariſſime venditas impenderunt. Vnde & malum excommunicationis in tātum propagatum eſt eo tempore, vt Catholici vix ſe ab eorū contagio poſſent illæſo cuſtodire. In Theutonicis

Qui Epiſc. in Germ. perſtiterint fideles ſedi Apoſt.

Qui Epiſc in Germ. perſtiterunt fideles Sed Apoſt.

partibus quatuor Epiſcopi, videlicet Wirceburgenſis, Pataujenſis, Wormatienſis, Conſtantienſis, ſed & Metenſis, in Catholica communione perſtiterunt; quorum exemplo reliqui Catholici ſchiſmaticis reſtiterunt.

II. Concil. Rom. b *Vdeſcalc.*

Habuit quoq; Vrbanus [b] centum quindecim Epiſcoporum Concilium, in quo Guibert. iuramento ſe aſtrinxit, ſe nunquam amplius Sedem Romanam inuaſurum. Suadebatur Henricus, vt à Romano Pontifice abſolutus, imperatoriam dignitatem ſibi cōfirmatam eſſe vellet. Sed ſurdo fabula narrabatur. Facilior Alexius Comnemus Imperator Orientis, qui petiit vinculo Eccleſiaſtico exſolui. Non difficilior & Philippus Rex Francorum; qui ſe in poteſtate Vrbani futurum per literas pollicitus eſt. Promptiores Rogerius & Boamundus Duces, qui etiam ad recondendum D. Nicolai ſacrum corpus Vrban. Pp. vſq; Barim honore deduxerunt. Ideoq; Eliæ Archiepiſcopo & Eccleſiæ Barenſi multa priuilegia ab eodem Pontifice obtinuerunt.

Alex Imp. petit a Pōt. Rom. abſolui ab excommunicat.

III. Concil. Troiæ. c *Iuoy. cum 9. c. 53.*

[c] In Apulia porro cum eſſet Vrbanus, conuenit cum eo Troiæ Concilium Epiſcopor. fere ſeptuaginta quinque, & Abbatum duodecim, in quo de conſanguinitatis gradu matrimonia dirimente vel prohibente ſtatutum eſt.

IV. Mathildis Comitiſſ coniugium cum Welphono. c *Berthold*

Hoc anno, [c] quāquam male & infeliciter Henr. Imp. contra Eggebertum Marchionem pugnaſſet, vixq; fuga periculum ipſe euaſiſſet; tamen metuens Vrban. ne reſumptis viribus aliquid in Italia iterum turbaret, Mathildi iam tres & quadraginta annos natæ perſuaſit, vt Velphoni Baioariæ Duci filio Ahonis Marchionis Ferratienſis matrimonio iungeretur, non libidinationis cauſa (nam intacta ab eo prorſus vixit) ſed vt haberet modum, quo tanto virilius S. Romanæ Eccleſiæ contra ſchiſmaticos poſſet ſubuenire. Cæterum quia in eo prælio quod Henricus contra Eggebertum geſſerat, cæſi eſſent Liemarus Bremenſis Archiepiſcopus, Burchardus Loſanenſis Epiſcopus & alii; quid de occiſoribus eorum ſchiſmaticorum faciendum eſſet, Vrban. Papa Godefredo Lucenſi Epiſcopo, hunc in modum reſcripſit: [d] *Excommunicatorum interſectoribus, prout morem S. Eccleſiæ noſti, ſecundum ipſorum intentionem modum congrua ſatisfactionis iniunge. Non enim eos homicidas arbitramur, qui aduerſus excommunicatos zelo Catholicæ matris ardentes; eorum quoslibet trucidaſſe contigerit. Ne tamen eiuſdem Eccleſiæ matris diſciplina deſinat, tenore quem diximus, pœnitentiam eis iniungite congruentem, qua diuinæ ſimplicitatis oculos aduerſum ſe complacare perualeant, ſi forte aliquid duplicitatis pro humana fragilitate in eodem flagitio contraxerunt.*

Quid in cauſa eorū qui excommunicatos Epiſc. in bello occiderant reſcripſerit Vrb. Pp. d *Iuop. 10. c. 54.*

V. Benizonis Epiſ martyrium. e *Berthold.*

Eodem anno [e] Bonizo Sutrienſis Epiſcopus, ſed inde pro fidelitate S. Petri iamdudum expulſus, poſt multas captiones, tribulationes, exilia à Placentinis Catholicis receptus, ſed à ſchiſmaticis eiuſdem loci, effoſſis oculis, & pene omnibus membris trūcatus, martyrii coronam promeruit. Petrus etiam Epiſc. Albanen. cognomento Igneus, qui Petrum Papienſem Florentini Epiſcopatus inuaſorem per iudicium ignis Simoniacum eſſe probauit; poſt multa ſanctitatis, conſtantiæ & fidei documenta, quæ in cauſa S. Petri oſtendit, ex hac vita diſcedens magnum mærorem Catholicis reliquit. Obiit etiam Lanfrancus Archiepiſc. Canthuarienſis, ſcriptis monimentis doctrinæ & zeli pro Eccleſia Catholica illuſtris. Inter epiſtolas illius, non fuit omittenda ea quam Regi Hiberniæ ſcripſit, in qua ſtatum Eccleſiæ illius memorabat. *Inter multa,* ait, *quæ placent relata ſunt nobis quædam quæ diſplicent, videlicet, quod in regno veſtro quiſque pro arbitrio ſuo legitime ſibi copulatam vxorem, nulla canonica cauſa interueniente, relinquit, & aliam quamlibet, ſeu ſibi vel relictæ vxori conſanguinitate propinquam, ſiue quam alius ſimili improbitate deſeruit, maritali ſeu fornicaria lege, punienda ſub temeritate contingit. Quod Epiſcopi ab vno Epiſcopo conſecrantur, quod in villis vel ciuitatibus plures ordinantur, quod infantes baptiſmo ſine chriſmate conſecrato baptizantur, quod ſacri ordines per pecuniam ab Epiſcopis dantur. Hæc omnia, & ſi qua ſunt ſimilia, contra Euangelicam & Apoſtolicam auctoritatem, cōtra ſanctorum canonum prohibitionem, cōtra omnium Orthodoxorum Patrum qui non præceſſerunt, fieri inſtitutionem, nullus, qui ſacras literas mediocriter legit, ignorat. Quæ, quanto in conſpectu Dei, ſanctorumq; eius amplius ſunt horrenda, tāto ſtudioſius veſtris ſunt ſine aliqua dilatione iuſſionibus prohibenda, & niſi prohibita corrigantur, d. ſtrictiſſima terroris veſtri ſeueritate punienda. Nullum enim Deo vel maius, vel gratius munus offerre poteſtis, quam ſi diuina & humana debitis legibus gubernare ſtudeatis. Memores igitur diuini iudicii, quo de commiſſo vobis regno rationem reddituri eſtis Deo, Epiſcopos & religioſos quoſque viros in vnum conuenire iubete, ſacro eorum conuentui præſentiam veſtris cum veſtris optimatib. exhibete, has prauas conſuetudines, omneſq; alias, quæ à ſacris legibus improbantur, à regno veſtro exterminare ſtudete. quatenus Rex Regum, & Dominus dominantium, cum viderit regiam maieſtatem veſtram præceptis ſuis in omnibus eſſe ſubiectam, ſeruis quoque ac fidelibus ſuis pro timore & amore eius manſuetam, inimicis diuinæ religionis diuino zelo infeſtam, ipſe quoque vos veſtroſque fideles clamantes ad ſe propitiatus exaudiat, hoſtes conterat, pacemque vobis in hoc ſeculo ſtabilem, & in futuro vitam æternam concedat.*

Obitus Petri Ignei.

Lanfranci obitus.

Epiſtola per eum ad Reg. Hib. ſcripta

VI

Obiit etiam hoc anno Euſtathius Patriarcha Conſtantinopolitanus, cuius locum obtinuit, Nicolaus cognomento Grammaticus.

VII. S. Anton. cultus celebrior redditus occaſione ignis ſacri.

Ipſo eodem anno, lues quædam excreſcens, quos attigit, eoſdem igne ſacro ſiue conſumpſit, ſiue membris mutilatis deformes reliquit oſtentui, [a] cuius cauſa creuit cultus S. Antonii Abbatis in prouincia Viennenſi vbi eius corpus translatum eſt. Qui enim indidem eodem morbo tacti erant, mirabile dictu, confeſtim ſanabantur. Auctus eſt cultus in eundem ſanctum; ex eo, quod ſi quis in eundem ſanctum ſiue periurio, ſiue blaſphemia, ſiue contumelia aliqua peccaſſet eundem mox experiebatur vltorem, ipſo illo ſacro igne percutientem: quod pauendum cunctis prodigium hactenus perſeuerat: adeo vt in prouerbium ſit conuerſum: in S. Antonium neminem impune peccare.

IESV CHRISTI
Annus 1090.

VRBANI II. PAPÆ ANN. 3. HENRICI III. Imper. ann. 7. Alexii Comnemi Imper. ann. 10.

I. Conc. Toloſæ ſub leg. Sed. Apoſt. a *Berthold.*

ANno Chriſti 1090. Toloſæ in Galliis Epiſcopi diuerſarum Prouinciarum, præſidentibus Legatis Vrbani Papæ Concilium generale celebrarunt. Inter reliqua ſancte conſtituta, decreta eſt legatio ad Eccleſiam Toletanam, pro Chriſtianitate reſtauranda; quod Rex Hiſpaniarum ſummopere deſiderabat.

Concil. Melfit. ſub Vrb. Pp. b *Romuald. in chron.*

[b] Menſe Septemb. in ciuitate Melfiæ Vrbanus Papa cum Epiſcopis Synodum celebrauit. In qua poſt iuramentum fidelitatis Vrbano Pontifici præſtitum, Rogerius Dux accepit per vexillum ab eodem Pontifice terram cum ducatus honore. Quatuordecim canones eius Synodi leguntur, pro Eccleſiaſtica diſciplina reformanda & conſeruanda.

II. De epiſt. Stephan. Epiſc Halberſtad. aduerſus ſchiſmat. c *Dodech.*

Mortuis hoc anno Hermanno Metenſi, & Adalberone Wirceburgenſi Epiſcopis, & Egeberto Marchione, atq; Bertholdo Duce, ſtrenuis Catholicorum propugnatoribus, Henr. Imp. in Italiam reuerti conabatur, aduerſus Mathildem & Velphonem ſuis partib. aduerſos. Ibi [c] Valtramus Magdeburg. Epiſcopus, quos poterat, à Sede Apoſtolica auertebat, & Henrico adiungebat. Inter hos Ludouicum Comitem tentauit, datis ad eum literis, vt deficeret à Catholicis, & Henrico adhæreret. Recepit quidē illas Ludouicus, & Stephano Haluerſtadenſi Epiſcopo communicauit, qui, vt parerat, Valtramo hæretico, hęreticorum & ſchiſmaticorum aſſeclæ reſcripſit. Vrgebat Valtramus argumentum ex ſcriptura ſumptum. *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.* Reſpondebat Steph. *Da igitur poteſtatem ordinatā, & nō reſiſtimus, imo dabimus ilico manus. Miror aūt, ſi in te vel gutta ſanguinis eſt, quod non erubeſcis D. Henr. Reg. dicere, vel ordinē habere. An ordo tibi videtur ius dare ſceleri, fas nefaſq;, diuina & humana cōfundere? An ordo videtur tibi, in corpus ſuū pecare?*

videli-

videlicet (proh pudor! proh nefas!) vxorem propriam ſcelere omnibus ſeculis mundi inaudito lupanar facere? An ordo tibi videtur, cum Dominus dicat; defend.te viduam; viduas iudicia æquitatẽ poſtulantes nefanda contaminatione proſtituere? Hæc qui ordinata, qui ſana dixerit, hunc inſani capitis eſſe, inſanus iurat Oreſtes. Vſque ad hæc miſerrima tempora naturæ ſecretum amauit: ſed traditus in reprobum ſenſum Rex veſter naturæ inuolucrum detexit, qui omnem pudorem in propatulo ponit. Vt autem illa quæ ſine numero ſunt, taceamus, videlicet, concremationes Eccleſiarum, deprædationes, homicidia, incendia, truncationes, & his ſimilia, quæ ille poteſt, nos enumerare non poſſumus: ea quæ maxime Eccleſiam Dei grauant, loquamur. Audi ergo vera, non fucata; audi fortia, non faceta. Omnis qui dignitates ſpiritales vendit, hæreticus eſt. Dominus autem Henricus, quem Regem dicunt, Epiſcopatus & Abbatias vendit: etenim Conſtantienſem, Pabenbergenſem, Moguntinenſem, & plures alias pro pecunia; Ratiſponenſem, Auguſtenſem, Stratzburgenſem pro gladio; Abbatiam Fuldenſem pro adulterio, Monaſterienſem Epiſcopatum (quod dicere & audire nefas eſt) pro Sodomitica immunditia vendidit, quæ ſi impudenter negare volueris: teſte cœlo, teſte terra, omnes etiam à furno redeuntes ſcioli concludent. Ergo Dominus Henricus hæreticus eſt. Pro quibus nefandis malis ab Apoſtolica Sede excommunicatus nec regnum, nec poteſtatem aliquam ſuper nos, quia Catholici ſumus, poterit obtinere. Abſit vt dicamus; Henricus inter fratres aut Chriſtianos reputetur qui toties corripientem Eccleſiam non audiens, ſicut Ethnicus & publicanus habetur. Hæc & alia plura Stephanus ſale Euangelico digna reſcripſit maleſuado politicorum anteſignano Valtramo. Neq; hic ſolus ſchiſmaticis reſtitit, ſed etiam alii permulti. Inter quos [d] Bernardus Conſtantienſis, qui multa pro Catholicis contra ſchiſmaticos, atq; præſertim pro Gregorio ſeptimo ſcripſit.

d *Berthold*

III.

Eodem anno Vrbanus Papa, atq; Rogerius & Boamundus fratres Duces, Bantino monaſterio multa priuilegia conceſſere, multiſq; poſſeſſionibus oblatis locupletauere.

IESV CHRISTI
Annus 1091.

VRBANI II. PAPÆ ANN. 4. HENRICI III. Imper. ann. 8. Alexii Comnemi Imper. ann. 11.

I.
Guib antip. rurſum Romæ recipitur.
a *Berthold*

Concil. Beneuent. ſub Vrb. Pp.

ANno Chriſti 1091. [a] Vrbano Papæ in Campania cõmoranti, & Conſtantinopolitanus Imp. & Philippus Rex Francorum, & quotquot erant Principum Chriſtianorum, venerationem præſtabant, excepto Henrico, qui obdurabat. Romani aliquantum declinarant, & turrim Creſcentii, nempe S. Angeli munitionem dolo captam demoliri conabantur; Guibertumq; olim expulſum iterato intromiſerunt. Qua re audita Vrbanus, Romam reuertens Synodum Beneuenti celebrauit, in quo Abbati Cauenſi S. Pet. vſum mitræ conceſſit, quam quidem ille, pro reuerentia Apoſtolicæ Sedis exoſculatus eſt; ferre tamẽ recuſauit, ne ambitioſos vitiaret. Romam deinde Vrbanus venit, & Guiberto expulſo, facile omnia recuperauit. Non ignorabat iſta omnia Henric. Quamobrem in Italiam maturato greſſu, Mantuam dolo malo cepit. Venerunt etiam in poteſtatem aliquot oppida ignobiliora; in quibus iam ad normam religioſam, Catholici coniugati vxores poſſidebant, quaſi non poſſediſſent, hocq; mundo vtebantur, quaſi non vſi fuiſſent. Communi etiam vitæ religioſæ ſe deuouebant, & caſtitate perpetua Deo dedicata, cœlibatui ſeſe addicebant, viri ſeorſum, fœminæ ſeorſum.

II.
Tarracon. ciuitas donata S. Pet.

Berengarius Comes Barchinonenſis hoc anno Tarraconenſem ciuitatem ſummo Pontifici dicauit, certa ſumma pecuniæ ad ſoluendum Sedi Apoſtolicæ aſſignata. Eius rei gratiam vt Comiti Papa reponeret, Bernardum Auſonenſem Epiſcopum Eccleſiæ Tarraconenſi præfecit.

III.

Hoc anno, Bernardus Toletanus Archiepiſcopus, Legione vrbe primaria, Epiſcoporum Concilium celebrauit. Affuit in eo Raynerius ex Cluniacenſi Monacho presbyter Cardinalis, ab Vrbano Pontifice, in Richardi Abbatis Maſſilienſis ad Regem Legatus. Vtroq; annitente, tum alia decreta promulgata, diſciplinæ Eccleſiaſticæ in mores reuocandæ cauſa, hæc enim iniuria temporum nimium laxata erat: tum illud conſtitutũ; Gotthicis litterarum characteribus, quas Vfilas Gotthorum Epiſcopus, priuſquam venirent in Hiſpaniam, excogitarat & inuenerat primus, ne amplius vſus eſſet, in publicis tabulis, ſed pro iis Gallicos characteres ſubſtitui. Etenim ab antiquiſſimis temporibus, Gotthi, Longobardi, Vandali, Sclaui, Franciq; proprios ſingulæ nationes characteres literarum forma à Latinis diſcrepantes, quibus vtebantur, inuenerunt. Franci & Sclaui veterem vſum retinent: cæteræ nationes progreſſu temporis abdicarunt. Commercio id cæterarum nationum, quæ Latino plurimum charactere vtebantur, datum eſt. *Marian. lib. 9. c. 19.*

Conc. Legion. ſub Leg. Sed. Apoſt. pro refor. morum.

IV.
Inuentio corporis S. Sabini Epiſc. Canoſini & obitus aliquot inſignium virorum.

Eodem tempore apud Barim Apuliæ, corpus S. Sabini Epiſcopi Canoſini ab Vrſone Archiepiſcopo repertum, & in baſilica Cathedrali conditum eſt. Obiit hoc ipſo tempore Alemannus Epiſcopus Patauienſis, & Wilhelmus Abbas Hirſaugienſis; ex fœminis Iudutha vxor Hermanni Marchionis, & Adleida Taurinenſis commiſſa. Obiit etiam Fridericus Comes, filius Ludouici; magnus fidei propugnator, & ſchiſmaticorum expugnator. Obiit inſuper S. Wolphelmus Abbas Brunilarenſis doctrina & miraculis clarus; cuius contra Berengarium extat epiſtola.

V.
Obitus S. Nicolai Nicetæ.

Hoc anno vixit Nicolaus qui & Nicetas, cognomento Peregrinus, natione Græcus. Hic defuncta vxore inſtitutum monachorum S. Baſilii in Inſula Scyro ſuſcepit, licentiaq; ab Abbate impetrata, collo cruce appenſa, ſiue humeris impoſita, peregrinari cœpit. Vbi Tranium in Apuliam veniſſet, collecta puerorum multitudine, eos per vias ciuitatis Litanias præcantantes ducebat. Reprehenſus autem ab Epiſ. quod à populis amens haberetur, reſpondit; *in Euangelio ſcriptum eſt. Qui non baiulat crucem ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Ex quo non modo ab Epiſc. permiſſus, ſed & hoſpitio exceptus eſt. Tandem ægrotãs poſtquam pueros benedixiſſet, illiſq; crucem ſuam reliquiſſet, migrauit ad vitam 4. Non. Iun. Eius corpus Tranii tumulatum miraculis claruit, ob quæ Aletii & Hydrunti Eccleſiæ nomini eius ſunt extructæ. Ei autem, quæ in Aletino agro ædificata eſt, Gulielmus Rex vtriuſque Siciliæ, cum Nicolaus ſibi in ſomno apparens ſe à graui infirmitate liberaſſet, pagum donauit. *Ex Monum. Ecclеſ. Tranii, & Pet. in Cat. libro quinto, capite 78.*

IESV CHRISTI
Annus 1092.

VRBANI II. PAPÆ ANN. 5. HENRICI III. Imper. ann. 9. Alexii Comnemi Imper. ann. 12.

I.
Iuo Carnoten. Epiſc. ordinatur.
a *Berthold*

ANno Chriſti 1092. [a] Vrbano Papa extra vrbem emanente, Guibertus ſacrilegio Romam contaminabat. Henric. quoq; Imp. terras Welphonis & Mathildæ infeſtabat. Quæ omnia cum Principes Theutoniæ non ignorarent, Bertholdo Duce Sueuiæ, ab omnibus ſuffragiis electo, habuerunt militem quem tyranno opponerent. Interim Vrbanus Papa Gaufredo ſchiſmatico eiecto Iuonem Carnotenſi Eccleſiæ præpoſuit. Cumq; illum Richerius Senonenſis Archiepiſcop. nollet ſuſcipere, eidem litteras ſeuerioris notę tranſmiſit. In his inculcabat illud ab omnibus Conciliis & Patribus decantatum: *Romanæ Eccleſiæ iudiciis & conſtitutionibus obuiare, plane eſt hæreticæ prauitatis notam incurrere, cum Scriptura dicat: Hæreticum eſſe conſtat, qui Romanæ Eccleſiæ non*

Digitized by Google

concordat. Plura alia Richerio Vrbanus, ad ſuffundendum ſchiſmaticum.

II. Rex Daniæ appellat ad Sed. Apoſt. & Bruno Carthuſ. vocatur ab Vrb. Pp.

Eodem anno Vrbanus Papa Ericum Daniæ Regem, à ſententia Archiepiſcopi Hamburgenſis prouocantem audiuit, & abſoluit. S. Brunonem ex Carthuſiæ ſolitudine, ad conſilia euocauit; Eccleſiam SS. Trinitatis ad cauam Metellianam monachorum Cluniacenſium conſecrauit, & monaſterium priuilegiis ornauit, atq; Rogerii priuilegia eidem monaſterio relicta approbauit.

IESV CHRISTI
Annus 1093.

Vrbanii II. Papæ Ann. 6. Henrici III. Imper. ann. 10. Alexii Comnemi Imper. ann. 13.

I. Concil. Troian. ſub Vrban. Pp. a *Berthold. & Romual. Salernit.* Nefandũ Henrici ſcelus.

ANno Chriſti 1093.[a] Romæ necdum plane rebus propter Guibertiſtas quietis, initio Quadrageſimæ, apud Troiam Apuliæ, Vrbanus Pp. fere centum Epiſcoporum Synodum congregauit. Henricus porro & Guibertus contra Welphonem & Mathildem in Longobardia infeliciter dimicarunt, rebus Henricianis ex hac cauſa inclinatis. Fuit Henrico Adleida vxor inprimis chariſſima, ſed poſtea neſcitur ex qua occaſione inuiſa. Hanc ille in carcerem coniectam, libidini omnium expoſuit; quin & filium Conradum impellebat, vt ei miſceretur. Exhorruit Conradus tantum ſcelus, quod cum patrare recuſaret, maluit in vincula abire, quam eo flagitio thotum paternum polluere. Hinc maius odium Henrico in Conradum, ex quo illum non ſuum, ſed cuiuſdam Sueuorum Principis filium, quem hic vultu referebat, aſſerebant. Diuina interim benignitate & Adleida & Conradus ab ergaſtulis liberati, illa ad Mathildem primo, deinde ad Vrbanum Pont. hic autem Mediolanum conuolauit.

II. Conradus fil. Henr. contra patrem regnat.

Et quidem Vrbanus perſpecta calamitate Reginæ, iterum anathemate Henricum percuſſit; Archiepiſcopus vero Mediolanenſis Conradum Regio diademate coronauit, & ciuitates Mediolanum, Laudam, Placentiam, Cremonam, in verba eius iurare fecit. Vnde is Welphoni coniunctus, contra patrem arma mouit, & Veronam ſeſe recipientem obſidione arctiſſima cinxit: & partes ſchiſmatiorum valde labefactauit: occupatis præſertim faucibus Alpium, ne Teutones Henriciani ſuccurrerent. Contulit ſe interim Conradus ad Vrbanum, & ab eo à vinculis excommunicationis exſolutus, in Longobardia contra patrem regnauit. Fuit Conrad. omni bonitate & probitate conſpicuus, humilis & modeſtus, & D. Petro ſediq; Apoſtolicæ fidelis. Hæc autem cum intellexiſſent fideles Germani, & ipſi animos atq; vires reſumentes, Auguſtani quidem Epiſcopum Henricianum expulerunt, & Catholicum elegerũt. Metenſes autem, Tullenſes & Virdunenſes ab obediẽtia Egilberti excommunicati receſſerunt; Principes autem Alemanniæ, cum Legato Apoſtolico, & Bertholdo Duce, & cum Velphone, aliiſq; Ducibus, conuentu apud Vlmam habito, eidem Legato Vrbani Pp. Epiſcopo Conſtantienſi, Pontificis dicto ſe obedientes fore, promiſerunt. [b] Meldenſis & Tricaſſinus Epiſcopi, Vrbano repugnabant. Gaufr dum Carnotenſem Epiſcopum is eiecerat, inq; locum illi' Iuonem ſuffecerat. Sed hi refractarii depoſitum quidem reſtituere conabantur, Iuonem autem dignitate Pontificia exuebant. Habuit ille opus à ſententia iniqua ad Sedem Apoſtolicam prouocare, & auxilia ab Vrbano implorare.

Virtutes Conradi.

b *Iuo ep.* 12.

III. Alphonſ. Hiſpan. Rex Cluniac. ſtudioſus. c *Berthold.*

His temporib. Rex Hiſpaniæ Aldefonſus in fide Catholicus, ſæpiſſime contra Paganos pro Chriſtianis viriliter dimicauit, multaſq; Eccleſias iamdudum penitus deuaſtatas in priſtinum ſtatum reſtaurauit. Ipſe etiam Cluniaci maiorem Eccleſiam à fundamentis ædificauit; & monaſticam indidem profiteri voluit, niſi Abbas ad tempus eũ in habitu ſeculari viuere, ſatius iudicaſſet.

IV. S. Anſelm. ordinatur Archiep. Cantuar.

S. Anſelmus, Lanfranco in Archiepiſcopatu Canthuarienſi ſucceſſit: ſed quod Regi mille libras denariorum dare recuſaſſet, ab aula offenſa in ſeceſſum receſſit. Vernherus Merſenburgenſis Epiſcopus, poſt multos conflictus contra ſchiſmaticorum tergiuerſationes, tandem in fidelitate S. Petri diem clauſit extremum; qui ſolus tunc in Saxonia Catholicæ communionis Epiſcop. remanſit. Obiit etiam Anſelmus Mediolanenſis Archiepiſcopus, qui Conradum nuper inaugurauit, & multos labores pro S. Petro exantlauit. Vterq; Catholicis maximum mærorem reliquit, ſchiſmaticis vndiquaq; lætantibus. Nobiliſſima etiam Comitiſſa Sophia vidua Ludouici Comitis, mater piæ memoriæ Beatricis Ducis & Friderici Marchionis, in ſenectute bona deceſſit.

IESV CHRISTI
Annus 1094.

Vrbani II. Papæ Ann. 7. Henrici III. Imper. ann. 11. Alexii Comnemi Imper. ann. 14.

I. Concil. Conſtantien. ſub Reg. Sed. Apoſt. a *Berthold.*

ANno Chriſti 1094.[a] Etiam in hunc annum, Guibertini turrim Creſcentii, quã S. Angeli arcem vocant, obtinebant, quorum iniuriam Vrbanus Pontifex Romam reuerſus maluit ad tempus tolerare, quam Romanos ciues armata manu inquietare. Henricus porro & Guibertus Veronæ concluſi, occaſionem dederunt Gebehardo Conſtantienſi Epiſcopo Sedis Apoſtolicæ Legato Synodum cum Principib. Epiſcopis, Abbatibus & Clericis Alemanniæ, apud Conſtantiam celebrandi. In ea omnes congregati Adleidam Reginam audierunt, complorantem iniurias, quibus ab Henrico coniuge afflictata: quæ ſe tantas, tamq; inauditas fornicationum ſpurcitias, & à tantis paſſam fuiſſe conqueſta eſt, vt etiam apud inimicos fugam ſuam faciliime excuſarit, omnes autem Catholicos ad compaſſionem excitarit. In eadem Synodo, præcipue incontinentiam cleri refrenarunt.

II. b *apud Sur.* 15. *aug.*

In Gallia turbæ permaximæ, ex occaſione Philippi Regis, qui Bertam coniugẽ repudiauerat, & Baldradam pellicem ſupra induxerat. [b] Prædixerat iſtud Berthæ S. Arnulphus Epiſcopus Sueſſionenſis. In locum ſuum, quando ex Abbate crearetur Epiſcopus, ſuffecerat Gerardum. Bertha porro Pontium intrudere, & Gerardum expellere nitebatur. Ibi S. Arnulphus ſpiritu Prophetico: *Crede ſi lubet, ait, ô Regina, fratri Arnulpho, imo potius crede Sp. ſancto. Nam ſi tu fratrem Geraldum hinc eieceris, Deo vindice, tu quoq; ante obitum tuum è regno extrudêris, contemptaq; & ærumnoſa morieris.* Euenit vt prædixit. Philippus enim Rex eidem offenſus, à conſortio thori & Regni Berthã excluſam, & in Pontiuum pagum tranſlatam repudiauit; vbi illa poſt diuturnam calamitatem, plebeio more defuncta, ſepultaq; eſt. Berthæ relegatæ, Baldradam induxit, & ad nuptias ſolemnes Epiſcopos inuitauit. A Remorum Archiepiſcopo benedictionem ſacramentalem expectabat; atque is officium ſuum promittebat. Cum interim [c] Iuo Carnotenſis zelo diuinæ legis inflammatus, tum Regem Philippum, tum Epiſcopos à tam immani flagitio dehortatus, etiam Vrbanum Romanum huius rei admonuit. Iam per ea tempora Hugo Lugdunenſis à Victore Pontifice, nonnihil alienatus, Vrbano fuerat conciliatus. Eum itaq; Vrbanus Pp. Legatum ſuum in Galliis apud Regem Philipp. eſſe iuſſit. [d] Is vero 17. Kal. Nov. apud Oſtionem ciuitatem cũ Archiepiſc. Epiſc. & Abbatib. diuerſarum prouinciarum Synodum celebrauit. In quo concilio renouata eſt excommunicatio in Henric. Regem, & in Guibert. Sedis Apoſtolicæ inuaſorem, & in omnes compliceseorum. Item Rex Galliarum Philippus excommunicatus eſt, eo quod viuente vxore ſua, alteram ſuperinduxit. Item Simoniaca hæreſis & incontinentia ſacerdotum ſub excommunicatione damnata eſt. Item monachis eſt interdictum, ne parochialium ſacerdotum officia in parochiis vſurparent.

Concil. Gallic. in quo Rex Philip. excom. eſt. c *epiſt. diuerſ Iuonis.* d *Berthold.*

III. [c Petr. venerabil. lib. 1 mirac. 12.]

Mirãdum quiddam accidit, Hugone apud Marcianicenſes perſiſtente.[c] In eo loco fuerat cœnobium, ſanctimonialium ſanctitate illuſtre. Forte fortuna incendium excitatum etiam cœnobio imminebat. Ibi Archiepiſcopus vt periculo eximeret moniales, clauſtrum ingreſſus, omnibus congregatis, ait; *Auctoritate Beati Petri & Domini Papæ cuius vice fungor, atque ex Abbatis veſtri obedientia vobis præcipio, vt ad præſens hinc exeatis, neque vos cum habitaculis veſtris hic incendio cremari ſinatis.*

[Mira monialis obedientiæ obſeruatio & fides.]

Ad hæc vna earum nomine Giſla ſpiritu & fide ſuccenſa: *Nec pater,* ait, *timor Dei & præceptum Abbatis noſtri, vt ignem æternum euadere poſſemus, infra hos quos cernis limites vſque ad mortem permanſuras incluſit. Vnde nullo pacto fieri poteſt, vt aliqua neceſſitate præfixos nobis pœnitentiæ terminos ſaltem pedis paſſu tranſgrediamur, niſi ab illo, qui in nomine Domini in hoc nos loco incluſit, ſoluamur. Noli ergo Domine, ſi placet hoc iniungere, quod nobis agere non licet, ſed ſicut nos ignem præcipis fugere, ita magis igni vt à nobis fugiat, virtute Chriſti Domini noſtri armatus iniunge.* Ad quam mulieris fidem ſtupefactus Archiepiſcopus, ac ſubito & ipſe fide repletus, foras exiit; & coram cunctis qui aderant flammas intuens, ac lacrymis ora perfuſus ait: *In nomine Domini, & per meritum fidei eius quæ nunc locuta eſt mulieris, recede ignis peſtifer ab ancillarum Dei habitaculis, nec damna aliqua vltra inferre præſumas.* His à Pontifice verbis prolatis, repente immenſitas flammarum inuiſibili virtute repreſſa, velut ferreo muro obſtante, vltra procedere non potuit, & abſq; vllo humano ſubſidio, abſque aliqua pluuiæ gutta incredibili celeritate ſemetipſam extinxit.

IV. [S. Anſelm. mittit ad Vrb. Pp. librum de incarn. verbi. f Edmerus in vita.]

Hoc anno [f] S. Anſelmus Canthuarienſis Archiepiſc. cum librum de incarnatione Domini ſcripſiſſet, ad Vrbanum Pontificem miſit: & ſtatim in exordio operis auream iſtam ſententiam omnib. credentibus præſcripſit: *Nullus Chriſtianus,* ait, *debet diſputare, quod Catholica Eccleſia corde credit, & ore confitetur, quomodo non ſit: Sed ſemper eandem fidem indubitanter tenendo, amando, ſecundum illam viuendo, humiliter (quantum poteſt) quærere rationem, quomodo ſit. Si poteſt intelligere, Deo gratias agat: ſi non poteſt intelligere, non immittat cornua ad ventilandum, ſed ſubmittat caput ad venerandum. Citius enim in ſe poteſt confidens humana ſapientia impingendo cornua ſibi conuellere, quam innitendo petram hanc conuellere.* Occaſionem ſcribendi iſta dedit quidam Roſcelinus, male ſentiens de incarnatione Dominica. Quam opinionem cum ille in Concilio Rhemenſi coram Rainaldo Archiepiſcopo collecto eiuraſſet, habuit Anſelmus errorem eundem ſcripto conuellere; ne ſcilicet Angli rerum talium curioſi inficerentur. Paſſus eſt interim multam calamitatem S. Anſelmus à Rege ſuo Guillelmo: à quo licentiam poſtulauerat vt Romam iret, & pallium ab Vrbano reciperet. Infeſtior erat Vrbano Anglus, Guiberto adhærens. Quamobrem ad nomen Vrbani turbatus dixit; ſe illum pro Papa non tenere, nec ſuæ conſuetudinis eſſe, vt abſq; ſua electione alicui liceret, in regno ſuo Papam nominare.

V. Hoc anno graſſante lue, multi ſchiſmaticorum timore mortis ad Eccleſiam reuerſi ſunt.

VI. In Laudenſi Eccleſia, mulier quædam cuidam pœnitentiario crimen confeſſa, & eo reuelante, incendio condemnata, iterum circa ipſam incenſo igne, per Dei genitricis interceſſionem diuina virtute illæſa ſeruata eſt.

VII. [Inuentio corporis S. Marci.] Venetiis die 25. Iunii, contigit inuentio corporis S. Marci, precibus ſolemnibus impetrata, & magno miraculo demonſtrata, ſeſe prodente Beato Euangeliſta: cum eius corpus ſolemni ritu collocatum fuit ſub altari primario.

VIII. Trani in Apulia, quarto Non. Iulii ex hac vita in cœlum migrauit, S. Nicol. cognomento peregrinus.

[S. Aragon. Reg. obitus quem diuina vindicta contigiſſe tradunt ob bona Eccl. occupata.]

Hoc anno Sanctius Arragoniæ Rex, apud Oſcenſem vrbem, cum diuturnæ obſidionis tædio mœnia circumluſtraret, & idoneum locum notatum, qua parte irrumpi poſſet, contento brachio comitibus deſignaret, ſagitta ex muro emiſſa ſub ala confixus eſt, lethale id vulnus fuit. Numinis vindictam ob templorum bona occupata prouinciales interpretabantur. Memoriæ proditum eſt, quia is ipſe Rex vere magnus, inſignis pietate, & virtutum omnium ſplendore clariſſimus, ab Alexandro ſecundo Romano Pontifice, D. Ioan. Rupenſis, & multa alia tota ditione monaſteria ab Epiſcoporũ iure exempta eſſe impetrauerat. Præſulum auiditas obtendebatur, in eorum bona inuolantium. Quod in Epiſcopis accuſabatur, idem crimen auiditatis Regem perſtrinxit; qua vna nota deformis fuit. Nam in templorum & ſacerdotum bona licenter inuaſit, ærarii tenuitas atq; inopia, ingentes bellorum ſumptus excuſare videbantur: data præterea ante annos aliquot à Gregor. VII. Pontif. Maxim. facultas, decimas & vectigalia templorum, quæ extructa denuo, aut Mauris erepta eſſent, pro arbitratu permutandi, inuertendi, attribuendiq; quibus mallet. Illuſtri ipſe modeſtiæ & Chriſtianæ pietatis exemplo, conceptam ex eo facinore religionem, procurandam curauit, odiumque populare, ante aliquot annos Rotæ in D. Victoriani, ad aram D. Vincentii humillimo corporis habitu, cum gemitu & lacrymis publice veniam precatus. Affuit Raymundus Dalmarius eius vrbis Epiſcopus, cui quæ ablata erant omnia, reponi integra fide mãdauit. Et miror, quoſdam viros Principes, cuius exempla imitantur templorum bonis occupandis, eius neq; pœnitentia moueri, nec exitum exhorrere. *Mariana lib. 10. c. 2.*

IESV CHRISTI
Annus 1095.

VRBANI II. PAPÆ ANN. 8. HENRICI III. Imper. ann. 12. Alexii Comneni Imper. ann. 15.

I. [Conc. Placentin. gener. ſub Vrb. Pp. a Berthold.]

ANno Chriſti 1095. [a] Placentiæ in Longobardia Vrbanus Papa Synodum congregauit. Tanta autem fuit multitudo Epiſcoporum ex Italiæ, Burgundiæ, Frãciæ, Alemanniæ, Baioariæ aliarumque prouinciarum multitudo, vt nulla Eccleſia illos capiente, oportuerit, illam in campeſtribus celebrare. Ibi Adleida Henrici repudiata, iniurias quas pertulerat ab Henrico expoſuit. Philippus autem Rex inducias ad Pentecoſten vſque impetrauit.

[Imp. Conſtantinop. Legatio ad Synod.]

Conſtantinopolitanus Imp. legatis miſſis auxilia cõtra Paganos implorauit. Berengarium & Guibertum hæreſiarchas Vrbanus damnauit: ad auxilia Conſtantinopolitano ferenda Chriſtianos excitauit: Simoniacorum & Nicolaitarũ hæreſim reprobauit: & quindecim canones pro Eccleſiaſtica diſciplina conſtituit. Cremonam poſtea acceſſit, & Conradum iurantem, in filium S. Romanæ Eccleſiæ recepit, eiq; conſilium & adiutorium ad obtinendum regnum & coronam Imperii acquirendam, coram omni populo promiſit; ſalua quidem iuſtitia Eccleſiæ & Apoſtolicis ſtatutis, maxime de inueſtituris in ſpiritualib. officiis à laico non vſurpãdis.

II. [Conc. Claromont. in Gall. ſub Vrb. Pp. b ep. 28.]

Inde in Gallias veniens ſynodum apud clarum montem indixit. Mittebat Philippus ad Pont. Legatos, qui demulcerent. Cæterum [b] Iuo Carnotenſis litteris eos præuertit, monens Vrbanum, ne ſe ſeduci pateretur. His vero ille admonitus ad omnes Archiepiſc. & Epiſcopos Galliarum ſcripſit, vt Philippum ad rationem reuocarent, & niſi reſipuiſſet, Eccleſiaſtica eum diſciplina ad emendationem venire conſtringerent. Diſſimulabant quidem illi, cæterũ Iuo alacrius conſurgens, quanquam à Philippo euocatus, ire detrectauit, ſed ſcripſit: [c] *Cur non veniam, multa cauſa me prohibet. Prima, quia Dominus Pp. Vrban. interdicit vobis Apoſtolica authoritate thorum mulieris, quam pro vxore habetis, quia ſacramentum de ſecuritate Concilii quod vobis mandauerat fieri vetuiſtis. A cuius commixtione ſi à modo non ceſſatis, ſeparat vos eadem authoritate à participatione corporis Dominici & ſanguinis. Interdicit etiam omnibus Epiſcopis, ne capiti illius mulieris coronam imponant, quam (vt vbique pene terrarum dicitur) lateri veſtro illicite copulaſtis. Parcens igitur maieſtati veſtræ, diſſimulo veſtram adire præſentiam, ne Sedis Apoſtolicæ iuſſione compulſus,* [c ep. 105.]

cui

Digitized by Google

A *cui vice Chriſti parere me oportet, quod nunc dico in aure, cogar in veſtris & multorum auribus publicare.* Paſſus eſt propter hanc libertatem Iuo, non tantum à Rege; ſed etiam à quibuſdam filiis huius ſeculi bonorum Eccleſiaſticorum direptionem: inſuper & vincula; & carceres, in quos pro iuſtitia coniectus fuit. Interim Vrbanus apud Claramontem ſynodum celebrauit. Interfuere Archiepiſcopi tredecim, Epiſcopi vero quinque & ducenti, à quorum conſilio, Philippum Regem Galliarum excommunicauit; eo quod propria vxore dimiſſa, militis ſui vxorem ſibi in coniugium ſociaſſet: Triginta duos poſtea canones promulgauit; pro Eccleſiaſtica diſciplina ſancienda.

Philippus rex in Cõc. excommunicatur

III. Indicitur expeditio in terram ſanctam. d Vvilhelm de bello ſacro li.1.c.10.

B Cæterum cum & ab Alexio Comnemo Imperat. Orientis, & à Simeone Patriarcha Hieroſolymitano, vrgeretur per Legatos, vt opem Eccleſiæ Orientali ferre non detrectaret; in id totus incubuit, vt expeditionem pro terræ ſanctæ recuperatione decerneret. Itaque hæc in pleno Concilio, pro concione fertur dixiſſe poſt alia: d *Salutis noſtræ cunabula*, ait, *Domini patriam, religionis matrem, populus abſque Deo, ancillæ filius Ægyptiæ poſſidet violenter; & captiuatis liberæ filiis, extremas imponit conditiones, quibus verſa vice merito ſeruire tenebatur. Sed quid ſcriptum eſt: Eiice ancillam & filium eius. Saracenorum enim gens impia, & mundanarum ſectatrix traditionum, loca ſancta, in quibus ſteterunt pedes Domini, iam à multis retro temporibus violenta premit tyrannide, ſubactis fidelibus, & in ſeruitutem damnatis, ingreſſi ſunt canes in ſancta, profanatum & ſanctuarium, humiliatus eſt cultor Dei populus, angarias patitur indignas gens electa, ſeruit in luto & latere regale ſacerdotium: princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo.*

C *Cuius non liqueſiat anima, cuius non tabeſcant præcordia, iis recurrentibus ad animum? Quis hæc ſiccis oculis audire poteſt, fratres chariſſimi? Templum Domini, de quo zelans Dominus vendentes eiecit & ementes; ne domus Patris eius fieret ſpelunca latronum, facta eſt ſedes dæmoniorum. Id ipſum enim & Mathathiam ſacerdotem magnum, ſanctorum progenitorem Machabæorum ad zelum accendit commendabilem, ſicut ipſe teſtatur, dicens: Templum Domini quaſi vir ignobilis, vaſa gloriæ eius abducta ſunt captiua. Ciuitas Regum omnium, quæ aliis regulas tradidit intemeratæ fidei, gentium ſuperſtitionibus cogitur inuita deſeruire. Sancta reſurrectionis Eccleſia, requies dormientis Domini, eorum ſuſtinet imperia, fœdatur ſpurcitiis eorum, qui reſurrectionis non habebunt participium, ſed ſtipula ignis æterni perennibus deputabuntur incendiis. Loca venerabilia diuinis deputata myſteriis, quæ Dominum in carne*

D *ſuſceperunt hoſpitem, ſigna viderunt, ſenſerunt beneficia, quorum omnium in ſe plena fide prætendunt argumenta, facta ſunt gregum præſepia, ſtabula iumentorum. Laudabilis populus, cui benedixit Dominus exercituum, ſub angariarum & ſordidarum patrationum pondere gemit fatigatus; rapiuntur eorum filii matricis Eccleſiæ chara pignora, vt gentium immunditiis deſeruiant & nomen Dei viui abnegent, vel ore blaſphement ſacrilego, compelluntur aut imperia detrectantes caduntur gladiis more bidentium, ſanctis martyribus ſociandi. Non eſt ſacrilegis locorum differentia, non eſt perſonarum reſpectus. In ſanctuariis occiduntur Sacerdotes & Leuitæ coguntur virgines fornicari, aut per tormenta perire, nec matronis maturior ætas ſuffragatur. Audiſtis filii chariſſimi, mala, quæ fratres veſtri, in Aſia tolerant, eorum calamitates noſtra ignominia ſunt, probrum, & d. decus religionis Chriſtianæ, ſanguine ipſo & vita, ſi viri eſſemus, procurandum. Mortem quidem omnibus natura propoſuit: eſt autem poſtremum in malis maximam turpitudinem ſuſcipere, ferreque vitæ cupiditate. Spiritum, ſalutem, animam Chriſto, à quo accipimus, reddere conſentaneum.*

E *Ignominiam virtus propulſare ſolet, quæ propria eſt Chriſtiani nominis & ſeminis, eas vires & copias, quas hactenus ciuilibus bellis conſumpſiſtis, ad decus & honeſtatem conuertite. Chriſti Dei contumeliam depellite. qui quotidie ab impia & barbara gente cæditur, pulſatur, occiditur: cum Chriſti famuli premuntur, vexantur, exagitantur: terraque inſultatur illi, quam Chriſtus ſuis veſtigiis ſacrauit. An cauſa iuſtior eſſe vlla poteſt belli ſumendi, quam religionis vindicandæ, ſeruitutis depellendæ à Chriſtianis, quos Deus immortalis omnibus gentibus voluit imperare? Si ex bellis commoda expectantur, quid vtilius quam gentem imbellem impugnare, ſpolia potius*

A *quam arma ferentem? Nunquam Aſia Europæ par fuit. Ibi diuitiæ, opes, aurum, gemmæque, quæ prima mortales putant. Si gloria quæritur, ecquid honeſtius, quam clariſſimum virtutis exemplum filiis & poſteris relinquere: orbis rectores vocari; domitores Orientis, religionis vindices? Habemus pubem ætate, robore, conſilio, fortunisque præſtantem, in armis exercitam, an & ſuis præſidiis muniti, impuræ genti nominis Chriſtiani maieſtatẽ ludibrio eſſe ſinamus? Chriſtus Dux erit, vexillum crux nihil virtuti nihil pietati erit inacceſſum. Conſpectum tantum veſtrum ferre non poterunt. Ego quidem quod debeo vobis, quod religioni Chriſtianæ, pro qua velut in ſpecula cuſtodiaque conſtitutus, dies nocteſque vigilandum eſſe mihi ſtatui; quantum cura, labore, vigiliis, auctoritate, conſilio eniti potero, tantum incumbam in hanc cauſam,*

B *& niſi alii ſequantur, in medios hoſtium gladios irruere certum eſt; noſtroque ſanguine tantam ignominiam, & fratrum noſtrorum calamitates ærumnaſque grauiſſimas procurare. Nullum caſum, dum vixero, nullum laborem, nullum vitæ periculum Reipub. & religioni denegabo.*

Hæc & alia, in præſenti & alio ſermone commemorabat Vrbanus, admonens vt arma ſumerent; nec dubitarent etiam mori pro illa ciuitate, in qua Chriſtus mortuus eſt.

Cæterum vt eo facilius & diuinam opem imploraret, & humana auxilia conciliaret, decreuit inprimis, vt omnes Eccleſiæ clerici exemplo monaſtico, *officium Diuæ Virginis Mariæ quotidianum recitarent*; deinde indulgentiam omnibus indulſit peccatorum, atque ſecuritatem bonorum temporalium, quicunque ſacrum bellum ſuſciperent. Non ſegniter Epiſcopi reuertentes, eam expeditionem promouerunt, ſed totis conatibus

IV. Officium Dei genitricis ab omnibus ſuſceptũ.

C in conſcribendis militibus inuigilarunt, qui vt à cæteris diſcernerentur, communi conſilio ſignum ſanctæ crucis, ſuper dexteram ſcapulam, veſtibus impreſſere.

Pontificis oratione, omnes qui aderant inflammati, ſummi, medii, infimi, arma, arma depoſcebant. Omnis mora grauis erat. Adamarus Anicii Vellauorum Epiſcopus, & Guillelmus Arauſii, principes ex omnibus ad pedes Pontificis proſtrati crucem ſumpſerunt, ea pro militari teſſera erat. Secundum eos Galliæ, Italiæ, Hiſpaniæque clariſſimi Principes, & eorum exemplo numerus hominũ innumerus. Hugo Phil. Regis Franc. frater, Godifr. Euſtachii Bononienſis filius Duxq; Lotharingiæ, qui vrbe Hieroſolyma captà, quod primus in vr-

V. Expeditio Occidentalium in Orientem.

Crux Teſſera militaris ſacri belli.

D bem irrupiſſet, liberis omnium ſuffragiis Rex Solymorum dictus eſt, æternum Galliæ decus, & patriæ Bononiæ: quæ vrbs in Gallia Belgica ad Oceanum ſita eſt. Præterea Gotifredi fratres Euſtachius & Balduinus, Robertus Flandriæ Comes, Stephanus Bleſenſis, Alpinus Bituricenſis, Raymundus Toloſas; quem Theraſia vxor ad bellum proſecuta, in Syria, filium alterum peperit, cui Alphonſo Iordano nomen fuit, quod in Iordane flumine aquis ſalutaribus luſtratus eſſet. Præterea ex Hiſpania Guillel. Ceretaniæ Comes, qui ſagittæ ictu periit in ea expeditione ad Tripolim Syriæ vrbem, vnde illi etiam Iordani cognomen: Guitardus Ruſcinonenſis, & Guillelmus Cannetenſis Comes, Boamundus Apuliæ Princeps, Rugerio fratri, de quo contentio erat, principatu relicto, cum duodecim armatorum millibus, cæteros Principes ad bellum ſacrum proſecutus eſt. Bernardus Toletanus Præſul, qua erat animi magnitudine, cum Eccleſiæ Toletanæ ſtatum compoſuiſſet, & xxx. Sacerdotes in ſummo templo conſtituiſſet

E nihilominus, quos Canonicos vulgo vocant, totidem Portionarios, cruce ſumpta ad bellum ſacrum profectus eſt. Vix vrbe diſceſſerat, cum Toletani Sacerdotes, an hominis externi inuidia, an reditus deſperatione, collatis ſuffragiis nouum Præſulem in Bernardi locum raptim ſubſtituerunt. Minor & melior pars (vt ſæpe fit) à maiore victa, vrbeq; pulſa eſt. Ii ad Bernardum, atrocem nuncium detulerunt. Ille cõuerſo itinere Toletum rediit, pulſiſq; ſacerdotibus, qui nefarii conſilii auctores miniſtriq; extiterant, ex S. Facandi cœnobio, cui in minori fortuna præfuerat, euocatos monachos, eorum lo-

Bernardus Arch. ab Vrb. Pp. Toletum redire cogitur.

co ſub-

eo ſubſtituit. Rebus compoſitis propoſiti tenax, denuo iter arripuit ille quidem; ſed Romam tamen delatus ab Vrbano Pontifice, cum multum belli contra Mauros in Hiſpania ſupereſſet, & nuper erepta ciuitas rectoris præſidio, & diligentia indigere videretur, retro redire compulſus eſt, voti religione, quale implicarat, exoluta, legeq; impoſita, vt iis ſumptibus & pecunia, quam in bellum ad Chriſtianorum ditionem reuocata, ipſa antiquitate, & Imperii Romani maieſtate, cuius in Hiſpania ſedes fuit, nobiliſſima olim & valida; cæterum ea tempeſtate ad caſas redacta, & oppidum ignobile, Bernardi cura reſtituta fuit. Auſetanus Epiſcopus Berengarius, Archiepiſcopus datus eſt, quo maior eſſet auctoritas Auſetana vrbe contributa: tametſi beneficii immemor, litem poſtmodum Bernardo, à quo creatus erat, de Primatu intendit, exoletis vetuſtate annalium exemplis & tabulis Eccleſiæ ſuæ iura libertatemq; defendens: cum recentiſſima Vrbani Pontificis indulgentia Toletanus Præſul, non modo totius Hiſpaniæ Primas eſſet, lege perpetua renunciatus; ſed etiam Rom. Pont. Legatus in præſens, componendo Eccleſiarum ſtatu cæteris Eccleſiis iura dant. Omnino ex Gallia, cum per eam prouinciam in Hiſpaniam Bernardus rediret, præcipua eruditionis & probitatis laude viros, ſecum Toletum adduxit: quos honoribus in præſenti, & opimis ſacerdotiis auctos, virtus conſequẽti tempore ad maiora prouexit. Gerardum Moſiaco, qui mox Toletanus Primicierius, deinde Bracarenſis Præſul fuit. Petrum, quem Bituricis natum, ex Archidiacono Toletano Vxama Pontificem habuit. Vtrumque vitæ ſanctitas, & animi candor, cœleſtium numero inſeruit. Præter hos Bernardus & Petrus patria Aagenſes deducti. Bernardus ex Primicierio Toletano, Seguntinus Epiſcopus fuit, ac deinde Compoſtellanus: Petrus ex Archidiacono Toletano, Pontifex Segobienſis. Petrus alter Palentinus Præſul, Hieronymus Petragerius, qui annitente Cido, Valentinæ Eccleſiæ curam ſuſcepit, cum primum ea vrbs Mauris erepta eſt; & ea amiſſa Zamoræ Propontificem egit. Hoc defuncto, Bernardus quidam ex eodem comitatu iure ſuo, Zamoræ Pontifex eſſe cœpit. Ex hoc numero, in diſſimili vitæ genere Raymundus & Burdinus fuerunt. Raymundus Bernardi Primatis ciuis Vxamæ poſt Petrũ Epiſcopus fuit, deinde Toletanus Præſul, Bernardi ſucceſſor. Burdinus Lemouicenſis ciuis, ex Archidiacono Toletano Conimbricenſis Epiſcopus, deinde Bracarenſis, poſtremo pſeudopontifex Romanus, orbem Chriſtianum importuno diſſidio turbauit, ſeque indignum excellentium virorum, qui Bernardum proſecuti ex Gallia erant, numero & comitatu eſſe declarauit. *Marian. lib. 10. c. 3.*

De aliquot Epiſc. Hiſpan.

De Burdino Pſeudopapa.

VI. Concil. Angl in cauſa Vrb. Pap. c *apud Sur. 21. April.*

In Anglia, c Epiſcopi Concilium celebrarunt, in quo S. Anſelmum Canthuarienſem obruere nitebantur. Rex Anglorum Guiberto adhærebat, neq; Vrbanũ pro Pontifice in Regno ſuo nominari ſuſtinebat. Huic ſtatuto cum S. Anſelmus contraiuiſſet, cauſam dicere coactus, illud reſpondit: *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ Dei Deo.* &c. Non regii muneris eſſe Pontificem quẽ vellet deſignare; ſed à Deo per electionem Eccleſiaſticam deſignato obedire. Poſtulauerat interim Rege ignorante duo quidam ſingulares verſutiarum artifices, Vrbanum, vt vel Legatum in Angliam, vel certe pallium Epiſcopale Regi mitteret, qui illud cui vellet cõcederet. videlicet, vt hoc aſtu Anſelmum ſede Archiepiſcopali expellerent, eamq; dignitatem alter obtineret. Cæterum Vrbanus & Legatum, & pallium miſit, qui rogatus vt Anſelmum eiiceret; impoſſibile factu reſpondit, vt vir celebratiſſimæ ſanctitatis & ſcientiæ, & in præſulatum introductus legitime, deturbaretur nulli obnoxius culpæ. Euicit ea conſtantia Legatus, vt Vrbanum, verum eſſe Catholicæ Eccleſiæ Pontificem agnoſcerent, & Sanctum Anſelmum pallio Archiepiſcopali ornatum, pro legitimo Cantuarienſi ſuſciperent.

VII. Inſtitutio

Hoc anno, Gaſtono Franco viro nobili prouinciæ Viennenſis, cum Gerino filio ipſius auctore, inſtitutus eſt ordo miniſtrantium infirmis ſacro igne conſumptis: qui cum laici eſſent, pro inſignibus ſignum Thau aſſumpſerunt.

Ordo miniſtrantium infirmis S. Antonii. VIII.

Vixit hoc anno Albertus ciuis Bergomenſis. Is à ſecularibus curis abſolutus, vt Chriſto liberius inſeruiret relinquens propinquos & patriam, Cluniacum profectus, habitum monaſticum, ſub S. Vgonis Abbatis diſciplina ſuſcepit. Quo doctore, tantum in regulari obſeruantia profecit, vt ab eodem primus Abbas Pontidenſi monaſterio, cuius ipſe fundator fuit, præfectus fuerit. Eius hortatu Toperga Lotharii Regis Gallorum, Eccleſiam & cœnobium vulgo S. Mariæ de Fontanella dictum, ædificauit. Mortuus eſt Pontidæ Kal. Sept. ibidem ſepultus, & poſtea Bergomum in ædem S. Mariæ translatus. *Ex Monum. præd. monaſt.*

IESV CHRISTI
Annus 1096.

VRBANI II. PAPÆ ANNO 9. HENRICI III. Imper. anno 13. Alexii Comneni Imp. ann. 16.

ANno Chriſti 1096. a Vrbanus Papa in Galliis, primũ Arelate, deinde Turonis Concilia celebrauit. In primo eorum Wirceburgenſem, in ſecundo vero Strazburgenſem Epiſcopos Schiſmaticos, iam ſupplices ſuſcepit, & ab excommunicationis vinculo exſoluit. Philippum etiam Gallorum Regem, cum is adulteram reieciſſet, & omnia iuſſu pontificis ſe facturum ſpopondiſſet, ad communionem Eccleſiaſticam reſtituit. Turonenſis quoq; Eccleſiæ priuilegia ibidem confirmauit; Pictauienſis autem Eccleſiæ abuſum antiquum, vt nonniſi pretio, præbendæ & canonicatus conferrentur, antiquauit.

I. Concil Arelat. & Turon ſub Vrb. Pap. a *Berthold.*

Philip. Rex abſolutus à Papa.

Eodem anno b Gottefredus Euſtathii Boloniæ Belgicæ filius Lotharingiæ Dux, Euſtathius, Balduinuſq; fratres, & plures alii Duces & Principes, Epiſcopi, Clerici, nobiles & populi, innumerabilis multitudo, Cruce ſignati, cum ad recuperandam terram ſanctam ingenti ardore animi properarent, in Iudæos Crucis Chriſti inimicos, in Germania ſæuierunt, & plura eorum millia trucidarunt. Inter Epiſcopos primi Crucem ſuſceperũt, Ademarus Podienſis, & Anicius Vellunorum, in hac ſacra militia ſedis Apoſtolicæ Legati. Res præclare geſtas huius belli deſcripſit ſatis luculenter Willelmus Tyrius. Dimiſſo Claromontano Concilio, Pontifex in vrbem rediit feſtumque natiuitatis Dominicæ magna ſolemnitate celebrauit, tota pene vrbe ſibi ſubiugata, excepta turri *Creſcentii*, in qua adhuc latitabant Guibertini.

II. Iudæi à militibus Chriſtianis cæſi. b *Willelm. Tyrius de bello ſacro.*

Pont Romam redit.

IESV CHRISTI
Annus 1097.

VRBANI II. PAPÆ ANNO 10. HENRICI III. Imper. anno 14. Alexii Comneni Imp. ann. 17.

ANno Chriſti 1097. a Præter recuperationem terræ ſanctæ, curauit etiam Vrbanus, qua ratione Eccleſias Orientales, Occidentali reduniret. Itaq; ad diẽ Kalendarum Octob. Bari in Apulia Concilium indixit, cui Græci intereſſent. Contigit tunc Sanctum Anſelmũ Canthuarienſem Archiepiſcopum, ægre à ſuo Rege miſſione impetrata Romá venire. Hunc etiam pariter Vrbanus Papa ad Cõcilium inuitauit. Ad quod antequam accederet, per calores æſtiuos in cuiuſdam monaſterii villam ſecedens, librum illum vere aureum, titulo: *Cur Deus homo, elaborauit.* Occaſionem dederant ſcribendi, Saracenorum quamplurimi Rogerio Comiti Calabriæ & Siciliæ, contra Principem Capuanum militantes.

I. Concil. Baren. ſub Vrb Pap. a *apud Sur. 21. April.*

S. Anſelmus ſcribit librum Cur Deus homo.

His enim, vt oſtenderet maieſtatem atq; benignitatem Saluatoris noſtri, quem illi odio ferali proſequuntur, iſto argumẽto librum ſcripſit, eo tempore cũ Rogerius Capuanam ciuitatẽ obſidione cinxit, & Vrbanus Papa Beneuenti opportunitatem temporis Barim accedendi expectauit. Extat diploma Rogerii Comitis, quo teſtatur miranda quadam ratione, per viſum Sancti Brunonis Carthuſianorum Conditoris ſe ab inſidiis tunc liberatum eſſe. Placet recitare: [b] *Ego Rogerius diuina miſericordia Comes Calabriæ & Siciliæ, nota eſſe volo omnibus fidelibus Chriſtianis beneficia, quæ mihi peccatori conceſſit Deus orationibus Reuerendi mei fratris Brunonis, piiſſimi patris Fratrum qui habitant in Eccleſiis Sanctæ Mariæ de Eremo, & S. Stephani Protomartyris, quæ ſitæ ſunt in terra mea, inter oppidum quod dicitur, Stillum & Arenam. Cum eſſem in obſidione Capuæ Kalendis Maij, & præfeciſſem Sergium, natione Græcum principem ſuper ducentos armigeros nationis ſuæ, & exercitus excubiarum magiſtrum qui Satanica perſuaſione prauentus, prius ipſi Principi Capuæ promittenti auri non modicam quantitatem, ad inuadendum me, meumq; exercitum, noctu aditum pollicitus eſt ſe præbere. Nox proditionis aduenit; Princeps Capuæ eiuſq; exercitus iuxta promiſſum eſt paratus ad arma. Dumq; me ſopori dediſſem, interiecto aliquanto noctis ſpatio, aſtitit cubili meo quidam ſenex reuerendi vultus, veſtibus ſciſſis, non valens lachrymas continere. Cui cum in viſu dicerem, quæ cauſa ploratus & lacrymarum eſſet: viſus eſt mihi durius lachrymari. Iterato quærenti mihi, quis eſſet ploratus: ſic ait: Fleo animas Chriſtianorum, teq; cum illis ſimul. Exurge quamprimum, ſume arma, ſi liberare te Deus permiſerit tuorumq; animas pugnatorum. Hic mihi per totum videbatur, velut ſi per omnia eſſet venerabilis Bruno. Expergefactus ſum cum terrore grandi, pro viſione paueſcens. Illico ſumpſi arma, clamans militibus, vt armati equos conſcenderent, viſionem, ſi vera eſſet, ſatagens comprobare. Ad quem ſtrepitum & clangorem fugientes impius Sergius eiuſq; ſequaces, ſubſecuti ſunt Principem Capuæ, ſperantes ſe in dictam ciuitatem confugium habuiſſe. Ceperunt autem milites inter vulneratos & ſanos centum ſexaginta duos, à quibus viſionem fore veram comprobauimus. Reuerſus ſum, Deo volente, vig. ſuma nona Iul. menſis Squillacium, perhabita Capuæ ciuitate, vbi fui per quindenam continuam infirmatus. Venit vero iam dictus venerabilis Bruno cum quatuor de Fratribus ſuis, qui me ſuis ſanctis deuotiſque colloquiis conſolati ſunt. Cui reuerendo viro viſionem retuli, & humiles gratias egi, qui de me etiam abſente ſuis in orationibus curam habuiſſet. qui ſe humiliter aſſeruit, non ipſum fuiſſe, quem vidi, ſed Dei Angelum, qui aſtat Principi tẽpore belli. Rogaui quoq; ipſum humiliter, vt propterea de rebus meis in terra Squillacenſi ſumere dignaretur largos redditus, quos donabam. Renuens ille, recipere nolle dicebat, quod ad hoc domum ſui patris, meamq; dimiſerat, vt omnino de rebus extraneis liber deſeruiret Deo ſuo. Hic fuerat in domo mea quaſi primus & magnus. Tandem vix ab eo impetrare potui, vt gratis acquieſceret ſumere modicum munus meũ. Donaui enim eidem patri Brunoni eiuſq; ſucceſſoribus ad habendum in perpetuum abſq; temporali ſeruitio monaſterium Sancti Iacobi cum caſtro, & quamplura res & bona alia cum ampliſſimis libertatibus in dictis litteris ſpecifice declaratis.* Ita Comes Siciliæ Rogerius. Quem, quod in negotiis Eccleſiaſticis exequendis zelo diuini ardoris feruere, cognoſceret Vrbanus Papa, reuocato ex Sicilia Roberto Epiſcopo Trainenſis ſedis Apoſtolicæ Legato, quem inconſulto Rogerio Comite, in Sicilia ad exequendum ius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ poſuerat; legationem beati Petri ſuper Comitem per totam Siciliam, vel habendam hæreditaliter poſuit; ea diſcretione, vt dum ipſe Comes aduixiſſet, vel aliquis hæredum ſuorum zeli paterni Eccleſiaſtici executor ſuperſtes fuiſſet; Legatus alius à Romana ſede, ipſis inuitis, nullus ſuperponeretur. Sed ſi qua Romanæ Eccleſiæ iuris exequenda fuerint, Chartulariis à Romana ſede in Siciliam vel Calabriam directis, per ipſos conſilio Epiſcoporum earundem Prouinciarum authentice definiantur. Quod ſi Epiſcopi ad Concilium inuitati fuerint; quot & quos ipſi Comiti vel ſuis futuris hæredibus viſum fuerit, illuc dirigant. niſi forte de aliquo ipſorum in Concilio agendum ſit in Sicilia vel Calabria, vt in præſentia ſua authentice definiri nequiuerit. Scilicet tunc poſſe illos ad ſedem Apoſtolicam euocari, vel prouocare. Huius conceſſionis dediſſe fertur Vrbanus diploma Comiti Rogerio; quod à malæ fidei Fazello Siculo, vitiatum, circumciſum, & in rem politicorum, in damnum vero & opprobrium Eccleſiæ vniuerſæ, ab eodem deprauatum, typis vulgatum eſt. Scilicet vt in ipſum quoq; tortorẽ & circumciſorem diplomatum, perpetuo dicatur; *Sicut nouacula acuta feciſti dolum.* His ipſis verbis Fazelus vulgauit, quæ ſequuntur.

III. Diploma Rogerii Comit. quo teſtatur ſe per viſum S. Brunonis Chartus. Conditoris ab inſidiis liberatum. b apud Sur. 6. Octob.

* M S. * IV. Legatio B. Petri per totam Siciliam data Roges. Comiti ab Vrban. Pap. pro ipſo & hæredibus eius. c Gaufred. lib 4. c. 29.

V. Quomodo Diploma Vrb. Pap. deprauatũ in lucẽ editum fuerat

Vrbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, chariſſimo filio Rogerio Comiti Calabriæ & Siciliæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quia prudentiam tuam ſupernæ Maieſtatis dignatio multis triumphis & honoribus exaltauit, & probitas tua in Saracenorum finibus Eccleſiam Dei plurimum dilatauit, Sanctæq; ſedi Apoſtolicæ deuotam ſe multimodis ſemper exhibuit: nos in ſpecialem atque chariſſimum filiũ eiuſdem vniuerſalis Eccleſiæ te aſſumpſimus. Idcirco de tuæ probitatis ſinceritate plurimum confidentes, ſicut verbis promiſimus, ita literarum auctoritate firmamus: Quod omni vitæ tuæ tempore, vel filii tui Simonis, vel alterius, qui legitimus tui hæres extiterit, nullum in terra poteſtatis veſtræ, præter voluntatem aut conſilium veſtrum, Legatum Romanæ Eccleſiæ ſtatuemus. Quinimo quæ per Legatum acturi ſumus, per veſtram induſtriam Legati vice, exhiberi volumus, quando ad vos ex Latere noſtro miſerimus ad ſalutem videlicet Eccleſiarum, quæ ſub veſtra poteſtate exiſtunt, ad honorem Beati Petri, Sanctæq; eius Apoſtolicæ ſedis, cui deuote hactenus obediſti, quamque in neceſſitatibus ſuis ſtrenue & fideliter adiuuiſti. Si vero celebrabitur Concilium, & tibi mandauero, quatenus Epiſcopos & Abbates tuæ terræ mihi mittas; quos & quot volueris, mittas; alios vero ad ſeruitium Eccleſiarum, & ad tutelam retineas. Omnipotens Deus actus tuos in beneplacito ſuo dirigat, & te à peccatis abſolutum in æternam vitam perducat. Datum Salerni per manus Ioannis S.R.E. Diaconi, tertio nonas Iulii, Indictionis ſeptimo, anno Pontificatus noſtri vndecimo. Hactenus diploma, à Fazello non ita pridem, & primum à Ioanne Luca Barberio dicto pariter Siculo anno D. 1513. editum, ad ædificationem nimirum Hiericho. Sc. Monarchiæ Siculæ, ſeu potius abominationis illius deſolationis famoſæ, præeuntis Antichriſto.

Verba aſſerti diplomatis.

Tantum autem abeſt, vt ex eo diplomate, Pontificia iuriſdictio ſecularibus Principibus eo modo quo Fazellus Monarchiæ architectus tribuebat, concedatur, vt potius nihil concedatur. Primo enim; nuſpiam poteſt oſtendi autographum diplomatis quod Facellus proferebat. 2. id quidquid habet autoritatis à Gaufrido huius temporis hiſtorico, qui eius meminit, totum iam amiſit, propterea quia deprauatum, circumciſum, & non ex fide Gaufridianæ hiſtoriæ efformatum: vt ex collatione euidens eſt. 3. quia idem priuilegium à Ferdinando Rege exploſum eſt, tunc temporis quando Lucæ Barberii fides à quamplurimis coram Ferdinando poſtulabatur. vt ſc. demonſtraret, vnde iſtud diploma deſumpſiſſet. neque vnquam oſtendere prototypum potuiſſet. 4. quia fides diplomatis ex ipſa literarum data vacillat. nam Vrbanus Pontificis ſui toto anno vndecimo, qui ſequitur, non Salerni, ſed Romæ morabatur, atque Concilium celebrabat. 5. quia ipſum illud diploma ex fide Gaufridi redintegratum, nihil iuuat Monarchiam, quam Fazellus mali architectus extruebat. Nam illud, quemadmodum aſſerıtur, priuilegiũ perſonale eſt & in Simone filio Rogerii finem accepit; Monarchicum autem imperium, in omnes ſucceſſores in Regno Siciliæ Reges Fazellus maleſanus extendit, qui eos omnes ſedis Apoſtolicæ Legatos natos eſſe falſo contendit. Deinde per illud ipſum, quemadmodum aſſeritur, Rogerio & Simoni tantum indulgetur, quod non ſine conſilio & voluntate illius Legatum in Siciliam deſtinaret; & ſi quid per Legatum tranſigeret, illud Rogerius vel Simon, poteſtate vicelegati, ſcilicet in cauſa manifeſti erroris vel ſcandali, vel turbationis Regni emendaret. Monarchiæ autem profanus architectus, aſſerit omnes Reges Siciliæ, omnia, quæ

VI. Fazelli diplomatis deprauatoris falſitas oſtenditur.

Redarguitur vſurpatio abominandæ Monarchiæ Siculæ.

ſunt

A ſunt Legatorum à Latere efficere alioſque cum eadem auctoritate ſubſtituere poſſe, nimirum vt iudicent & puniant, abſoluant & excommunicent, quos velint, laicos, monachos, clericos, etiã Eccleſiaſtica dignitate Prælatos, Abbates, Epiſcopos, Archiepiſcopos immo & S.R.E. Cardinales in Sicilia degẽtes. Deinde, diploma illud vt eſt circumciſum, diſponit tantum, vt eos Epiſcopos quos & quot velit, Rex ad Concilium mittat: Monarchiæ a. politicæ aſſertor, nullos vult poſſe à ſede Apoſtolica euocari: quinimo neq; ad ſedem Apoſtolicam poſſe quemcunq; appellare: neq; ſedem Apoſtolicam poſſe omnino Nuncium mittere, neq; iudicium de quacunq; cauſa vel perſona inſtituere: Sed Regem Siciliæ eſſe ſupremum in ſpiritualibus iudicem, neque ipſum Apoſtolicam ſedem recognoſcere & habere ſuperiorem, in cognitione & definitione quarumcunque B cauſarum; quod Vrbanus non concedit: quinimo, ex relatione Gaufridiana, totum oppoſitum ſibi & ſedi Apoſtolicæ reſeruauit. Et ſi conceſſiſſet, neque reſeruaſſet, id quod non conceſſit, & quod reſeruauit; reponimus pſeudopolitico illud quod Deſiderius, qui poſtea Victoris III. nomen in Pontificio obtinuit, vigore ſacerdotali in Henricum Imperatorem iura Eccleſiaſtica inuadentem dixit; *Sedes Apoſtolica domina eſt noſtra non ancilla; nec alicui ſubdita, ſed omnibus prælata: & ideo nulla omnino ratione ſub iugum à quoq̃ mitti poteſt. Quod ſi à Nicolao Papa factum eſt*, Sc. vt arbitrium expectaretur Imperatoris in electione Romani Pontificis, quod falſo prætendebatur, *iniuſte profecto & temere præſumptum eſt: non tamen cuiuſque ſtultitia vel temeritate amittit Eccleſia dignitatem ſuam.* C Reponimus & illud quod S. Nicolaus Papa primus Henrico Archiepiſcopo Turonenſi reſcripſit; dum agit de priuilegio ab Apoſtolica ſede conceſſo Rhemenſi Eccleſiæ, quo eius Archiepiſcopus Hincmarus contra ipſam abuteretur: *Sic Apoſtolica ſedes aliena iura cuſtodit, vt ſua non minuat; ſic honorem debitum dat, vt ſuum non tribuat alienis. Nam & arma illis à nobis collata, ita volumus vt pro eo ſint valida, vt potius pro nobis, vbi neceſſe eſt, non contra nos firmitatem obtineant.* & idem ad Carolum Francorum Regem, de appellationibus ad Apoſtolicam ſedem: *Priuilegia namque Romanæ Eccleſiæ, totius ſunt Chriſti* (vt ita dicamus) *remedia Eccleſiæ Catholicæ: Priuilegia, inquam, Petri arma ſunt contra omnes impetus prauitatum, & munimenta & documenta Domini ſacerdotum, & omnium prorſus qui in ſublimitate conſiſtunt; immo cunctorum, qui ab iiſdem poteſtatibus diuerſis afficiuntur incommodis.* D Hæc & alia Nicolaus Papa pro iuribus Eccleſiæ. Tantum autem abeſt, vt Vrbanus Papa ſe poteſtate cognoſcẽdi cauſas per appellationem ad ſedem Apoſtolicã deuolutas priuauerit, vt quoq; eandem omnino ex Gaufredi recognitione reſeruarit. Tantum quoque abeſt vt ſuccedanei Reges Catholici, iſtud priuilegium, ad eum modum quo Fazellus, detorſerint, vt potius illud aliqui vt vitiatum exploſerint, aliqui vt nihil Monarchiæ Antichriſtianæ conferens, ſilentio & negligentia ſepelierint. Tantum inſuper abeſt vt ſucceſſores Vrbani Papæ, quicquam iurium ſedis Apoſtolicæ in Regno Siciliæ tam citra quam vltra Pharum imminuerint, vt potius illa & conſeruare, & vindicare modis omnibus curauerint.

VII. Petrus Leonis Pſeudopapa Conceſſor Monarchiæ Siculæ.

E Sane cum Petrus Leonis contra Innocentium ſecundum in Schiſmate electus, & Anacleti Pſeudopapæ nomen aſſecutus, per ſeculares Principes quos turpiter demerebatur, Pontificatum ſibi ſtabilire voluiſſet,[d] & Rogerio, huius Rogerii filio Duci Apuliæ coronam tribuiſſet, & per priuilegium ſi priuilegium meretur dici Capuanum principatum, & Ducatum Neapolitanum cum Apulia & Calabria & Sicilia illi confirmans, Regem conſtituiſſet; præcepiſſetque vt Epiſcopi & Abbates, qui in ſuæ ditionis ſolo manebant, ei obtemperarent: tam Patres, quam Pontifices ſuccedentes, tum contra Pſeudopapam Anacletum, tum contra priuilegium, ſi priuilegium, extortum, pari conſenſu, & conſtantia Apoſtolica, pro iuribus ſedis Apoſtolicæ in

d *Petrus Diac. Chro. Caſſin. lib. 4. c. 99.*

A Regno Siciliæ conſeruandis & ab iniuria vindicandis decertarunt. Nam Hadrianus quartus Romanus Pontifex, Willelmo Rogerii filio, &[e] Innocentius Tertius ad inſtar Hadriani anteceſſoris Conſtantiæ Imperatrici Reginæ Siciliæ ac Friderico Regi Siciliæ, eorumque hæredibus in perpetuum, cum inueſtituram Regni Siciliæ concederent, in feudum illud regnum concedentes, fidelitatemq; & obedientiam erga Romanam Eccleſiam ab eiſdem Regibus exigentes, & cenſum ſibi reſeruantes & electiones vt canonice fierent decernentes, nõ ſe iure Primatus & Iudicii exuebant; quin potius in eodem Regno Siciliæ, quod impie Fazellus ſedi Apoſtolicę ſubducit, ſummo iure ſumma iura ſua conſeruabant.[f] Plane Fridericus Romanorum Rex & Siciliæ, omnem obedientiam, honorificentiam, atque reueB rentiam Innocentio tertio ſpopondit, & electiones canonice celebrari, & appellationes in negotiis & cauſis Eccleſiaſticis ad ſedem Apoſtolicam, libere itidem fieri, & à nemine proceſſum earum impediri aliaſq; conditiones in pactis expreſſas vna cum reliquis capitularibus conditionibus pro iuribus Eccleſiæ iurauit. Contra quod iuramentum cum poſtea peieraſſet, Gregorius Nonus & poſtea Innocentius quartus Pontifices, habuerunt iſtud periurium, & iniuriam Eccleſiæ Romanæ factam, anathematis vinculo in Fridericum exſerto vindicare. Pari acrimonia, Conradus atque Manfredus, ob iura Eccleſiaſtica violata, correpti fuere ab aliis Pontificibus, cupidis ius ſuum in Regno Siciliæ inuiolatum eſſe. Plane etiam Eadmundus filius Willelmi Regis Siciliæ, viuente adhuc Manfredo tyranno Siciliæ, non aC liis conditionibus primum ab Innocentio IV. deinde ab Alexandro Quarto, inueſtituram feudalem in Regnum Siciliæ obtinuit, & accepit, quam ſaluis iuribus Eccleſiæ Romanæ. Plane inſuper Carolus Andegauenſis Comes Sancti Ludouici Regis Francorum frater, ex condicto homagio, in feudum accipiens Siciliæ Regnum, hæc infraſcripta iurauit Clementi Papæ Quarto: *Omnes inſuper Eccleſiæ, tam Cathedrales, quam aliæ regulares, & ſeculares, nec non & omnes Prælati, & clerici, ac omnes perſonæ Eccleſiaſticæ, ſeculares & religioſæ, ac quæcunque religionis loca, cum omnibus bonis ſuis in electionibus, poſtulationibus, nominationibus, prouiſionibus, & omnibus aliis plena libertate gaudebunt. Nec ante electionem, ſiue in electione, ſiue poſt, regius aſſenſus, vel conſilium aliquod requiretur. Quam vtique libertatem promitto ego, & mei in regno hæredes ſemper* D *manutenebimus, & conſeruabimus, & manuteneri, & conſeruari faciemus ab omnibus ſubditis noſtris: & quod dictæ Eccleſiæ atque perſonæ vti poſſint libere omnibus bonis & iuribus ſuis; ſaluo mihi, meiſque in Regno hæredibus iure patronatus in Eccleſiis, in tantum, quantum in hac parte patronis Eccleſiarum canonica inſtituta concedunt, vbi antiqui Reges Siciliæ huiuſmodi iuſpatronatus in ipſis Eccleſiis habuerunt. Omnes etiam cauſæ ad forũ Eccleſiaſticũ pertinentes, libere & abſq; vllo impedimento agitabuntur, tractabuntur & ventilabuntur corã ordinariis, & aliis Eccleſiaſticis iudicibus, & terminabuntur per eos. Et ſi ad ſedem Apoſtolicam ſuper huiuſmodi cauſis appellari contigerit; tam appellantes, quam appellati ad eam venire ſedem pro appellationum proſecutionibus libere, & abſq; inhibitione aliqua permittantur. & promitto tam me, quam hæredes meos facturos, curaturos, & permiſſuros, quod ſic agitari, tractari, & ventilari ac terminari poſſint, & ſic quod poſſit appellari, & libere venire Ro*E *mam. Sacramenta vero fidelitatis præſtabuntur ſecundum antiquam & rationabilem conſuetudinem, prout canonica inſtituta permittunt, ab illis Eccleſiarum prælatis, quorum prædeceſſores antiquis illis Siciliæ Regibus præſtiterunt. Ab illis autem Prælatis, & Eccleſiis, qui regalia, ſiue temporalia bona tenent, ſi qui tamen ſunt, qui huiuſmodi bona tenent à Domino regni, & aliis dominis temporalibus, & qui ratione huiuſmodi bonorum ab antiquo conſueuerunt Regibus, & ipſis dominis temporalibus ſeruitia exhibere, eiuſmodi honeſta & antiqua ſeruitia eis ſecundum rationabilem & antiquam conſuetudinem, prout ſtatuta patiuntur canonica, impendantur; ſalua ſemper circa Eccleſias Cathedrales, & alias regulares, ac loca Eccleſiaſtica tam in faciendis prouiſionibus, & electionibus,*

Quo modo Pont. Rom. Iura ſua conſeruauerint intacta in Regno Siciliæ.

e *Tomo. 1. Regiſt. Innoc. ep. 412. & 413.*

f *Cardinal Baro ex diuerſ. autographis.*

VIII. Iuramentũ Carol. Andeg. dum à Clem. IV. Regnum Siciliæ in feudum acciperet.

conſirmandis, quam in aliis quibuſcunque, Romani Pontificis, & Eccleſia Romana iuriſdictione, ac auctoritate plenaria & libera poteſtate. Reuocabo quoque omnes Conſtitutiones, ſeu leges, per prædictum Fridericum, vel per Reges Siciliæ, ſiue per Conradum ipſius Friderici filium, aut Manfredum quondam Principem Tarentinum, qui de facto regnum ipſum detinuit occupatum editas contra Eccleſiaſticam libertatem, nec ſtatuta, vel conſtitutiones aliquas edam, aut etiam promulgabo, per quæ iuri vel libertati Eccleſiaſticæ derogetur. Promitto etiam, quod tam ego, quam mei hæredes, non patiemur, quod aliquis clericus, vel perſona Eccleſiaſtica eorundem regni & terræ, in ciuili, vel criminali cauſa conueniatur coram iudice ſeculari; niſi ſuper feudis iudicio petitorio conueniatur ciuiliter: ita quod omnes Eccleſiæ, ac perſonæ Eccleſiaſticæ erunt omnino liberæ, & etiam in nullo Regi vel Principi ſubiacebunt. Et quod nullas tallias, vel collectas imponemus Eccleſiis, monaſteriis, clericis & viris Eccleſiaſticis vel rebus eorum, & quod in Eccleſiis vacantibus, nos vel noſtri in regno meo hæredes nulla habebimus regalia, nulloſque fructus, redditus, & prouentus, nullas etiam obuentiones, ac nulla prorſus alia percipiemus ex iiſdem, cuſtodia earundem Eccleſiarum interim libera remanente penes perſonas Eccleſiaſticas, iuxta Canonicas ſanctiones.

Quid alii Reges Siciliæ ſed. Apoſt promiſerint. g 1265. h 1289. & 1295. i 1309. & 1335.

Hæc g Carolus Andegauenſis Rex Siciliæ, pro iuribus Eccleſiæ in pactis feudalibus. Totidem verbis eadem promiſit h Carolus ſecundus Rex Siciliæ, Nicolao Papæ Quarto & Bonifacio octauo, quæ ille Clementi Quarto: adiuncta abrogatione illarum legum tyrannorum, contra libertatem Eccleſiaſticam ſancitarum. Iiſdem etiam verbis primum i Clementi Quinto, deinde Benedicto Duodecimo Pontificibus Romanis Robertus Caroli nepos Rex vtriuſque Siciliæ, cum feudalem inueſtituram ſuſciperet, immunitatem & iura Eccleſiaſtica, iuramento & bulla aurea edita roborauit Sanctæ Eccleſiæ Romanæ. k Ioanna primum à Clementi Sexto, deinde à Gregorio Vndecimo, hiſce conditionibus quibus Carolus vterque & Robertus, Regnum Siciliæ aſſecuta fuit. Quibus conditionibus cum Petrus Arragonius cæſis Francis & Sicilia occupata nollet ſtare, neque homagii iuramentum ſedi Apoſtolicæ præſtare, à Martino Papa Quarto excommunicationis gladio percuſſus eſt, Regnumque Siciliæ interdicto ſuppoſitum erat, ab eodem Gregorio Papa Vndecimo. Fridericus etiam ſecundus propterea anathemate conſtrictus eſt, quod iura Eccleſiæ imminuta eſſe vellet.

k 1334 & 1372.

Quib conditionibus Frider. III. regnum Siciliæ obtinuerit à Ro. Pont

Fridericus autem tertius, non alio modo Regnum illud obtinuit, quam interiurando, de bonis Eccleſiaſticorum reſtituendis, omnibuſque priuilegiis à iure conceſſis conſeruandis: de tuendo electionum & nominationum iure ac libertate, ſine vlla regii conſenſus neceſſitate: de cauſis Clericorum per Ordinarios, aut Pontificis delegatos terminandis, appellationibuſque ad ſedem Apoſtolicam non inhibendis: de reuocandis ſtatutis & legibus, ſi quæ à Friderico ſecundo prædeceſſoribuſque editæ eſſent contra Eccleſiaſticam libertatem, aliiſque in poſterum non ſanciendis. l Alphonſus tandem ab Eugenio Quarto vtramque Siciliam conſecutus eſt, iſto iure quod iurauit hiſce verbis.

l 1445.

IX.

Quo iure Alphon. ab Eug. IV. Pap. Siciliæ Regnum conſecutus ſit.

Iuramentũ Alphonſ. Reg.

Ego Alphonſus Dei gratia Rex Siciliæ plenum homagium ligium & vaſſalagium faciens vobis Domino meo Eugenio Papæ Quarto & Eccleſiæ Romanæ pro Regno Siciliæ & tota terra ipſius quæ eſt citra Pharum vſque ad confinium terrarum ipſius Eccleſiæ, excepta ciuitate Beneuentana, cum toto territorio ac omnibus diſtrictibus ac pertinentiis ſuis ſecundum antiquos fines territorii pertinentiarum, & diſtrictus ciuitatis eiuſdem, per Romanum Pontificem diſtinctos, vel in poſterum diſtinguendos; ab hac hora in antea fidelis & obediens ero Beato Petro & vobis domino meo, domino Eugenio Papæ Quarto veſtriſque ſucceſſoribus Romanis Pontificibus canonice intrantibus, Sanctæque Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ. Non ero in conſilio vel conſenſu, ſeu facto, vt vitam perdatis ſeu perdant aut membrum, ſiue capiamini vel capiantur mala captione. Conſilium quod mihi credituri eſtis per vos aut Nuntios veſtros, vel per literas, ad veſtrum, vel eorum damnum A *ſcienter nemini pandam. Et ſi ſciuero fieri aut procurari, ſeu tractari aliquid, quod ſit in veſtrum, aut ipſorum damnum, illud pro poſſe impediam. Et ſi hoc impedire non poſſum, illud vobis vel eis ſignificare curabo. Papatum Romanum, Regalia Sancti Petri tam in Regno Siciliæ & terra prædictis, quam alibi conſiſtentia adiutor vobis, & eis ero ad retinendum, defendendum & recuperandum, ac recuperata manu tenendum contra omnes homines. Vniuerſas & ſingulas conditiones ſupraſcriptas & contentas in præſentibus literis Apoſtolicis, ſuper ipſarum Regni & terræ conceſſione confectis, & omnia & ſingula quæ continentur in eiſdem literis, plenarie adimplebo, & nullo vnquam tempore veniam contra illa: & maxime, quod ego nunquam per me, vel alium, ſeu alios quoquo modo procurabo vt eligar, vel nominer in Regem, vel Imperatorem Romanorum, ſeu Regem Teutoniæ, aut dominum Longobardiæ, vel Tuſciæ, ſeu maioris partis earundem;* B *& ſi electionem de me celebrari contigerit, nullum huiuſmodi electioni, ſeu nominationi aſſenſum præſtabo, nec intromittam me modo aliquo de eorum, vel alicuius ipſorum regimine, neque etiam de ciuitate Beneuentana & ſuis pertinentiis, ſeu Campania, vel Maritima, Ducatu Spoletano, Marchia Anconitana, Patrimonio Beati Petri in Tuſcia, Maſſa Trebaria, Romandiola, alma vrbe, in ciuitatibus Peruſina, Ciuitate Caſtelli, Bononienſi, Ferrarienſi & Aueniomenſi, Comitatu Venaſſini, ſeu in aliis terris quibuſcunque veſtris & demaniis, ſeu feudis ipſius Eccleſiæ vbilibet conſtitutis ex ſucceſſione vel legato, aut venditione, ſeu donatione, ſeu alio quouis titulo, vel contractu nihil vnquam mihi acquiram ſeu vendicabo, ſeu potero acquirere vel quomodolibet vendicare: & nihil vnquam recipiam vel habebo, vel potero recipere, habere* C *vel retinere in illis: neque vllam poteſtariam, capitaniam, vel rectoriam, nullumque aliud officium recipiam, ſeu recipere potero, habebo vel retinebo, aut habere ſeu retinere potero in eiſdem, aut ipſorum aliquo; nec etiam occupabo, aut occupare permittam, ſeu faciam præmiſſa, vel partem aliquam eorundem: nec illa offendam vel moleſtabo; nec etiam Romanam Eccleſiam quoquo modo ſub cenſuris, pœniſque ſpiritualibus & temporalibus in ſupraſcriptis conditionibus & in feudationibus contentis, quas hic haberi volo in ſingulis partibus alias proſpecifice repetitis etiam & expreſſis. Item perditionis Alumno Amodeo hæretico & Schiſmatico, à fide deuio, & ab ipſa Eccleſia præciſo & ſententialiter condemnato, eiuſque ſequacibus & dantibus eis auxilium, conſilium vel fauorem non dabo quouis modo per me, ſeu alium, ſeu alios directe vel indirecte publice vel occulte auxilium, conſilium vel fa-* D *uorem nec ab aliis quantum in me fuerit ſi impedire potero, dari permittam, ſed eos iuxta poſſe meum, donec conuertantur, perſequar & inuadam. Sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Euangelia.*

Hactenus iuramentum Alphonſi primi, ad conſequendam Regni vtriuſque Siciliæ inueſtituram ab Eugenio Pontifice. Non ſine eiuſmodi iuramento tam m Pius ſecundus, quam Nicolaus Quintus, & Sixtus Quartus Ferdinando Alphonſi filio; & Innocentius octauus, Alphonſo Ferdinandi filio; & Iulius ſecundus Ferdinando cognomento Catholico, vtriuſque Siciliæ feudalem inueſtituram conceſſerunt. Sc. dominio temporali, & iuriſdictione ſpirituali ibidem ſedi Apoſtolicæ conſeruatis: quam quidem iuriſdictionẽ, vt antiquiora tempora prætermittamus, ſummi Pontifices in E omnem Siciliam citra & vltra Pharum exercuerunt, quicquid cum Fazello garriat aliquis Polycarpus. Oſtendo.

m 1458. & 1471. & 1492.

X.

Iuriſdictio quam exercuerunt Pont Ro. in vtramq. Siciliam per plures Pont. ſingulatim oſtenditur. Innoc. III

Innocentius III. Viſitatorem miſit Cardinalem Epiſcopum Oſtienſem, cum pleniſſima facultate, omnia in vtraque Sicilia agendi: cuius rei extant datæ literæ Apoſtolicæ ad Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates & alios. *Innoc. Reg. ſt. tom. 1. lib. 1. ep. 415.* Item miſit Legatum preſbyterum Cardinalem S. Laurentii in Lucina: vt apparet in *2. & 3. cap. ſub tit. de offic. delig. extr.* Item conſtituit Legatum Syracuſanum Epiſcopum: vt habet *epiſtol.* 511. *libr.* 1. poſtea alia occaſione miſit Legatum à Latere Gerardum diaconum Cardinalem S. Mariæ in Porticu: vt patet *epiſtol.* 571. 572. 574. *libr.* 1. Item miſit

Legatos à latere Iulium presbyterum Cardinalem tituli S. Stephani in monte Cælio, & Gerardum Cardinalem diaconum S. Hadriani. *lib. 1. ep.* 573. Item cauſas ad ſedem Apoſtolicam idem Innocentius III. cognouit deuolutas, & definiuit *lib.* 1. *ep.* 180. 310. 576. *& libr.* 2. *ep.* 14. Item quinto anno Pontificatus ſui miſit Legatum in Siciliam R. Sancti Marcelli presbyterum Cardinalem, & cum eo conſobrinum ſuum Iacobum Marcshalcum ampliſſima poteſtate, vt patet *tertio tomo epiſt.* Item anno ſeptimo miſit indidem Legatum G. diaconum Cardinalem S. Hadriani, cui ſuas vices tribuit, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, datæ de his literæ incipiunt: *Egreſſus Satan, &c. lib.* 7. & ad Regem Siciliæ Fridericum, vt eiuſdem Legati monitis, & conſiliis acquieſcat, incipit epiſt. *Regia excellentia literas, &c.* & ad eundem Legatum literæ de optimo ſtatu regni inſtituendo.

[Honor. III.] Honorius III. Innocentii ſucceſſor, Archimandritæ Meſſanenſi priuilegia conceſſit, ſaluis iuribns Eccleſiæ Romanæ *lib.* 1. *ep.* 43. *anno* 1226. Item Regem Fridericum per literas redarguit, quod ſe electionibus & iuribus Eccleſiæ immiſceat: cum ipſe Fridericus ſe id nec cogitaſſe facere excuſet. *lib.* 3. *ep.* 527. *&* 531. Regis vero *ep.* 572. Idem Legationem in Siciliam inſtituit pro ſubſidio terræ ſauctæ, anno primo Pont. *ep.* 104. *&* 359. aliam collectam indixit pro Templariis *lib.* 3. *ep.* 131. Item appellationes è Sicilia ad ſedem Apoſtolicam ſuſcepit *ep.* 600. *dat. ad Epiſcopum Syracuſanum*, qui tempore Innocentii ad ſedem Apoſtolicam prouocarat.

[Innoc. IV.] Innocentius IV. poſt Gregorium & Cœleſtinum Papa, anno tertio Pontificatus ſui miſit duos in Siciliam Legatos, nempe S. presbyterum Cardinalem Sanctæ Mariæ trans Tiberim, & R. Sanctæ Mariæ in Coſmedia diaconum Cardinalem, conceſſa eiſdem ampliſſima facultate, & datis hac de re ad Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, atq; Barones eius regni literis, quarum altera numeratur 11. altera 14. Idem Lugduno miſit in Siciliam nuncios pro grauibus negotiis, Pont. ann. 8. extant de his quatuor epiſtolæ in regeſto.

[Bonif. IX.] Bonifacius Papa Nonus mandabat Nuntio ſedis Apoſtolicæ in regno Siciliæ, vt rebelles reſtitueret. Dat. Rom. 4. Kal. Febr. Pont. ann. 1. Eidem cõcedebat facultatem abſoluendi excommunicatos, qui violentas manus iniecerant in clericos. Dat. ſupr. & colligendi decimas. Dat. 3. Kal. Febr. ann. 1. & exigendi charitatiuũ ſubſidium ab omnib. bona Eccleſiaſtica poſſidentibus, pro ſupportandis ſedis Apoſt. oneribus. Dat. ſupr. & diſpenſandi ſuper defectu natalium. & cõcedendi commeatũ octo Nauib. Alexandriã ſoluentibus. Idem ann. 2. Pont. miſit in Siciliam Nicolaum de ſumma ripa ad cõponendas controuerſias eiuſdem Regni Siciliæ. Dat. 4. Non. Iulii. eidem conceſſit facultatem componẽdi cum procerib. Regni Siciliæ, de cẽſib. Romanæ Eccleſiæ debitis non ſolutis. Eodẽ anno miſit ad idem regnũ Raymundũ de Paucio de Vrſinis Cõfalonerium Papæ. dat. Idib. Aug. Idem ann. 4. Pontif. miſit Nuncium in Siciliam, conceſſa ei poteſtate exigendi à Clero decem florenos aureos pro expenſis quotidianis. Dat. 4. Kal. Decemb. Idem Commiſſarios deputauit contra occupantes bona Eccleſiæ Panormitanæ; & bona ſedis Apoſtolicæ in regno Siciliæ: Dat. Romæ Idibus. Nouemb.

[Clemens VI.] Clemens Papa VI. Guillelmum Epiſcopum Nazarenum deputauit Nũtium Apoſtolicæ ſedis & Collectorem in regno Siciliæ vltra Pharum, loco Theobaldi Archiepiſcopi Panormitani defuncti. dat. Auenione 3. Kal Febr. ann. 1. Pont. Innocentius Papa VI commiſit Nuntio in regno Siciliæ commorãti exactionem ſpoliorum Epiſcopi Agringẽtini defuncti. Dat. 11. Kal. Febr. ann. 4. Pont. & Epiſcopo Catanenſ. exactionem omnium ſpoliorum Siciliæ Dat. 12. Kal. Martii eodem ann. Eiuſdem vero Innocentii Papæ Sexti tempore Nicolaus de Aragonia S. R. E. Cardinalis, Commentarium ſcripſit de iuriſdictione quadruplici demonſtrata Romanæ Eccleſiæ in Regnnm Siciliæ, quod volumen extat in Bibliotheca Vaticana.

[Vrb. V.] Vrbanus Quintus miſit Nuntium & collectorẽ Decimarum in Siciliam vltra Pharum Dominicum de Saſſonorio canonicum Beneuentanum Dat. die 16. Maii Pont. 6. ann. Domini 1368.

[Ioann. XXIII.] Ioannes Papa XXIII. miſit in Siciliam Aragonem de Malaſpina reformatorem in rebus temporalibus, cui pro expenſis quotidie ſoluerentur à Clero regni illius viginti quinq; floreni. Conceſſitq; eidem facultatem conferendi canonicatus & alia Eccleſiaſtica beneficia. Dat. 15. Kal. Nouemb. Pont. ann. 2.

[Martin. V.] Martinus Quintus Cypreſſum Balauerium deputauit in Sicilia Collectorem redditũum & fructuum quorumcunq; Cameræ Apoſtolicæ debitorum. Dat. Conſtantiæ X. Kal. Octob. Pont. ann. 1.

[Paulus III.] Paulus Papa III. Tobiam Pallauicinum & Lucam Iuſtinianum deputauit per totam Italiam & Siciliam vtramq; Collectores ſubſidii medietatis veri annui valoris omnium fructuum beneficiorum Eccleſiaſticorum. Dat. Vlt. Febr. ann. 1543. Pont. ann. 9. Nihil itaq; minus Romani Pontifices cogitarunt, quam vt ſe exuerent auctoritate in ſpiritualibus, & dominio in temporalibus eiuſdem Regni Siciliæ. [Monarchiam exercere volentes in Sicilia ſemper excommunicati fuerunt à Ro. Pont.] Optarunt quidem tyranni Monarchiam exercere, Pontificemq; Romanum excludere. Sed toties, quoties conati ſunt, toties anathemate percuſſi ſunt. Quod excommunicationem in diplomatibus ſuis apponerẽt eorum aliqui; imprecationis vices erant, non iudiciariæ poteſtatis. Id enim more priſco plurimi ſolebant imprecari, ẽt ſepulturis has formulas ſuperſcribentes: *Si quis præſumpſerit hunc tumulum, violare, erit anathematis vinculis innodatus*, vt legitur in Eccleſia S. Alexii, & in Eccleſia S. Gregorii ad Cliuum Scauri: *Si quis hinc abſtulerit ſepulchrum, ſit excommunicatus & damnatus in infernum, & habeat partem cum Cain & Iuda traditore.* & alibi in ſepultura cuiuſdam Ioannis: *Nemo ſuum, nec alienum corpus ſuper me mittat. Quod ſi hoc præſumpſerit, ſit maledictus, & in perpetuum anathemate conſtrictus.* [Refutatur aſſertio Abbatis Panorm.] Quod vero Abbatem Panormitanum adducunt, aſſerẽtem; Liceat Regi ex Longa conſuetudine appellationes eorum, qui ad ſedem Apoſtolicam prouocant, impedire, tanti valet huius in Schiſmate hæc ſcribentis auctoritas, quantum nihil. Licet & aliquando declarauerit quo ſenſu id ſcripſerit: nempe tempore Schiſmatis, poſſe Regem eas appellationes impedire; tunc cum incertum eſt, quis electorum in Schiſmate ſit verus Papa.

[X.] Cæterum quod res Vrbani Pontificis attinet, eius tempore hoc anno, tanto ardore militiam ſacram ſuſcipiebant Chriſtiani, vt cum Boamundus, paludamentum ſuum purpureum in Cruces inſuendas minutatim diſcidiſſet, illud non ſuffecerit, ſed pannum ſericum oportuerit afferri, quod in eaſdem Cruces formandas diuiderent: quibus cum chlamides militum inſignirentur, omnes clamauerunt; *Deus vult.* eaſq; voculas pro teſſera militari vſurparunt. [S. Anſelmus in Synod Barens. confutat Græcos.] Hos vt commeatu bellico iuuaret Alexius Comnenus, per literas eum Vrbanus admonuit; nihilq; non egit, vt omnes Chriſtianos ad piam expeditionem congregaret. Ei rei, vt Græcos Latinis coniungeret, Bari Concilium Epiſcoporum vna cũ Græcis celebrauit. In quo Sanctus [n] Anſelmus, tũ ſcriptis libris de proceſſione Spiritus ſancti & de fermentato, tum diſputationibus errores Orientalium doctiſſime confutauit.

[n Willel. de geſt pont. Angl. lib. 1.]

[XI.] Hoc anno S. Margarita Regina Scotiæ, reſtitutrix Eccleſiaſticæ diſciplinæ, Sancto fine deceſſit: Cruce autem ſignati Nicæam receperunt.

IESV CHRISTI
Annus 1098.

VRBANI II. PAPÆ ANN. 11. HENRICI III. Imp. ann. 15. Alexii Comneni Imp. anno 18.

I. Concil. Rom.

Mira obedientiæ humilitas S. Anſelmi.

a Willel. Tyr. de bell. ſacro lib. 5. & 6.

ANno Chriſti 1098. Vrbanus Papa Romam reuerſus, & caſtrum S. Angeli recuperauit, & Synodum Epiſcoporum celebrauit, Sãcto Anſelmo Canthuarienſi adhuc præſente: cuius tanta humilitas enituit, vt à Põtifice poſtularit, ſe cuidam ſuo famulo ſubiici; ne ſine eius imperio quicquam conaretur. Schiſmatici quoque pariter ſuum Conciliabulum celebrarunt; neq; vnquã Vrbano inclinare voluerunt. In Oriente [a] Cruce ſignati feliciter contra Saracenos pugnantes Antiochiam receperarunt: perfidia ſumma cum eis Conſtantinopolitano Imp. Alexio agente.

II. Ordo Ciſtercienſ. inſtituitur

In Gallus iacta ſunt fundamenta à Sancto Roberto Abbate Moliſmenſi, ordinis religioſiſſimi Ciſtercienſis: qui vna cum viginti duobus monachis illuc profectus habitauit.

III. Compoſtella olim Iria.

In Hiſpania, Vrbano Pontifice Romano concedente, Iriæ ſedes & nomen, Cõpoſtellana cathedra, & appellatione mutata, exemptaq; ab Imperio Bracarenſis Metropolitani. Dalmachii eius vrbis Epiſcopi diligentia, vtrumq; impetratum eſt, ea de cauſa, primi in numero Epiſcoporum Compoſtellanorum. *Marian. lib. 10. c. 5.*

IV. De Dalmachio Compoſt. Epiſc. qui Eccl. ſuam iuris ſui eſſe ab Vrb. Pap. obtinuit.

Porro operæ pretium eſt referre, qua occaſione Dalmachius ſucceſſerit, ac quemadmodum eam dignitatẽ Compoſtellanæ Eccleſiæ acquiſiuerit. Ab ea enim narratione, multarum rerum notitia pendet.

Alphonſus Rex Epiſc. Compoſt. carceri mancipat.

Sanctius Caſtellæ Rex Compoſtellanæ Eccleſię Rectorem atq; Epiſcopum impoſuerat, Didacum Pelagiũ, generis nobilitate præcipua. Hunc inquieto ac turbido ingenio, & factionibus ſeruientẽ, Alphonſus Rex in cuſtodiam tradiderat, nouumq; propræſulem, ſeu Rectorem pro Præſule, Didacum Gelmirium, virum prudentẽ cumprimis ea ætate, magnorum ſpirituũ, induſtriæ ſingularis: Audax facinus viſum, viro ſacrato manus iniicere. Auctoritate opus erat. A Richardo Cardinali, Põtificio Legato, ad Concilium Compoſtellam euocati Epiſcopi, in re præſenti diſceptaturi. Productus in conuentum Pelagius, metu an ſpõte abdicare viſus eſt; certæq; voluntatis argumento annulum baculumq; poteſtatis inſignia corã Cardinali depoſuit, ac tradidit. In eius locum Petrus Cardinenſis Abbas, cum à Legato cooptatus eſſet, Vrbanus Pontifex re cognita, factum accuſauit præcipiti remeritate, Cardinalemq; Legatum grauiſſimis verbis caſtigauit, & ad Regem literas dedit hoc exemplo.

Literæ Vrbani Pap. ad Reg. Alphonſum.

Vrbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Regi Ildefonſo Galaciæ. Duo ſunt, Rex Ildefonſe, quibus principaliter mundus hic regitur; Sacerdotalis dignitas, & Regalis poteſtas. Sed Sacerdotalis dignitas fili chariſſime, tanto poteſtatem Regiam antecedit, vt de ipſis Regibus hominum, rationem poſituri ſimus Regi vniuerſorum. Quapropter Paſtoralis cura nos compellit, non ſolum de minorum, ſed de maiorum quoque ſalute pro viribus prouidere, quatenus Paſtori vero ſuas oues illæſas reſtituere, quæ nobis commiſſæ ſunt, valeamus. Tuæ præcipue debemus ſaluti proſpicere, quem Chriſtianæ fidei propugnatorem, & ſuæ propugnatorem Eccleſiæ Chriſtus effecit. Memento ergo, memento fili mi amantiſſime, quantam tibi gloriam diuina contulit gratia Maieſtatis & ſicut ipſe tuum præ cæteris Regnum nobilitauit, ita tu ei ſtudeas præ cæteris deuotius ac familiarius deſeruire. Dicit enim ipſe Dominus per Prophetam: Honorificantes me honorificabo: qui autem me contemnunt, erunt ignobiles. *Gratias itaque Deo, & laboribus tuis agimus, quod de Saracenorum iure Eccleſia Toletana eſt liberata. Fratrem autem venerabilem Bernardum eiuſdem vrbis Præſulem tuis exhortationibus inuitati, digne ac reuerenter excepimus: & ei pallium contradentes priuilegium quoq; Toletanæ Eccleſiæ antiquæ Maieſtatis induſimus.*

De Primatu Eccl. Tolet. in Hiſp.

Ipſum enim in totis Hiſpaniarum Regnis Primatem ſtatuimus. & quicquid Toletana Eccleſia antiquitus noſcitur habuiſſe, nunc quoque ex Apoſtolicæ ſedis liberalitate in poſterum habere cenſuimus. Tu illum, vt patrem chariſſimum exaudias; & quæcunque tibi ex Deo nunciauerit, obedire ſtudeto: & Eccleſiam eius temporalibus non deſiſtes auxiliis ac beneficiis exaltare. Inter cætera vero laudum tuarum præconia, peruenit ad aures noſtras, quod ſine graui dolore audire nequiuimus: Epiſcopum ſcilicet S. Iacobi à te captum, & in captione ab Epiſcopali dignitate depoſitum: quod canonibus noſtris omnino contrarium, & Catholicis auribus non ferendum, quod tanto nos amplius contriſtauit, quanto te ampliori affectione complectimur. Nunc tibi glorioſiſſime Rex Ildefonſe, Dei & Apoſtolorum vice mandamus, orantes quatenus eundem Epiſcopum ſuæ integre reſtituas per Toletanum Archiepiſcopum dignitati. Neque id per Richardum Cardinalem ſedis Apoſtolicæ factum excuſaueris; quia & canonibus eſt omnino contrarium, & Richardus tunc Legatione ſedis Apoſt. minime fungebatur. Quod ergo ille tunc geſſit, quem Victor Papa ſanctæ memoriæ tertius legatione priuauerat, nos irritum iudicamus. In remiſſionem ergo peccatorum, & ſedis Apoſtolicæ obedientiam, ſuæ dignitati Epiſcopum reſtituo: & ad noſtram præſentiam cum Legatis tuis ipſe perueniat, canonice iudicandus. Sin autem, facere nos erga dilectionem tuam compelles inuitos, quod nos quoque feciſſe nollemus.

Comminatio Vrb. Pap. contra Alph. Reg.

Memento religioſi Principis Conſtantini, qui ſacerdotum iudicia nec audire voluit, indignum iudicans Deos ab hominibus iudicari. Audi ergo in nobis Deum & Apoſtolos eius, ſi te ab ipſis velis, & à nobis in his quæ poſtulas exaudiri. Rex Regum Dominus cor tuum gratia ſua fulgore illuſtret, victorias tibi tribuat, regnum tuum exaltet: itaq; te ſemper viuere concedat, vt & temporali regno perfruaris feliciter, & æterno perenniter gratuleris, Amen.

Vrb. Pap. Epiſc. Compoſt. pallium dare recuſat.

Hæc cum Vrbanus Papa ſcripſiſſet, in Richardi locũ Reynerus Card. in Hiſp. Legatus, Concilio Legione habito, Petrum loco mouit, neq; legibus, neq; auſpicato rebus præfectum. Cæterum vt Pelagius libertati Eccleſiæq; reſtitueretur, impetrari non potuit: agente tantum Raymundo Regis genero tunc ſuperſtite, Pontifici perſuaſum, vt Dalmatius Cluniacenſis monachus, eoque Pontifici, nimirum ex eodem ordine, charus, Eccleſiæ Compoſtellanæ præficeretur Epiſcopus. Ab hoc cum Claromontem ad generales de bello ſacro conuentus, vnus è multis Epiſcopis abiiſſet, impetratum eſt, vt Eccleſia Compoſtellana ſui iuris eſſet, ac Romanæ tantũ contributa. Eius prærogatiuæ argumento Compoſtellani Præſules, non ab alio quam à Rom. Pont. præſentes ſacrarentur, vt pallium daret præcipuæ dignitatis inſigne, adduci non potuit, quamuis magna ad id contentione adhibita, ſupremoq; conatu. *Marian. lib. 10. c. 6.*

V. De S. Alferio & miraculis per eum patratis.

Vixit hoc anno Alferius Salerni natus. Is Iuriſprudentia, & moribus excultus, Principi Salernitano charus fuit: à quo in Germaniam ad Imp. miſſus, in itinere in morbum incidit, ex quo ſi conualeſceret, ſe ſoli Deo inſeruiturum vouit. Sanitate itaq; recuperata, ſtatim ad monaſterium Cluniacenſe ſe contulit, vbi ſub S. Odionis Abbatis diſciplina tantum breui profecit, vt inter monachos ſanctitate præluceret. Reuerſus in patriam, Cauæ (quæ antea Feneſtra dicebatur) ſolitariam vitam degens, breui inſigne cœnobium ſub S. Trinitatis inuocatione, conſtruxit, illiq; primus Abbas, multis indies ad eum diſcipulis confluentibus, præfuit. In quibus, Leo Lucenſis, qui ſibi ſucceſſit, & Deſiderius, qui Abbas Caſſinenſ. factus, poſtea Victor III. Papa fuit. Cadens aliquando ex altiſſima rupe, nihil læſionis ſenſit. Mortuum orando ſuſcitauit. Obitum ſuum 6. dies ante monachis prædicens, cum poſt celebrationem, eorum pedes lauiſſet, ſexto die, in ſpecu genuflexus quaſi orans, mortuus eſt inuentus. In eius funere Dæmoniacus liberatus eſt. *Ex Paul. Reg. lib. de SS. Regn. Neap.*

IESV CHRISTI

Annus 1099.

VRBANI II. PAPÆ ANN. 12. HENRICI III. Imper. ann. 16. Alexii Comneni Imper. ann. 19.

A

ANNO *Chriſti* 1099. Hugo Lugdunenſis Archiepiſcopus Sedis Apoſtolicæ Legatus, præter conſuetudinem & leges, volebat impedire Iuonem Carnotenſem, ne Daibertus Senonenſis Archiepiſcopus cõſecraretur. Prætexebat Iuo antiquitatem; quam dum auctoritatib. SS. Patrum defenderet: zelo amariore vt homo declinauit aliquantum in inueſtituris regiis aſſerendis. Cumq; ea de re ſchiſmate diuidendam eſſe ſuſpicaretur, miſſionem per litteras Vrbano ſcriptas ab Epiſcopatu poſtulauit: ferre impotens id quidquid Legatus improuide

B

I. Grauis controuerſia inter Iuon. Carnot. & leg. Sed Apoſt. a *Iuo ep.* 68 De turpiſſima promotione pueri in Epiſ.

geſſiſſet. Monebat etiam Vrban. ne puerum quendam electũ in locum Daiberti cõſecrari permitteret propter has dotes videlicet,[a] quia perſona eſt ignominioſa, & de inhoneſta familiaritate Turonenſis Archiepiſcopi & fratris eius defuncti, multorumque aliorum inhoneſte viuentium, per vrbes Franciæ turpiſſime diffamata. Quidam enim concubii ſui, ait Iuo, appellantes eum Floram, multas rhythmicas cantilenas de eo compoſuerunt, quę à fœdis adoleſcentibus (ſicut noſtis miſeriam terræ illius) per vrbes Franciæ in plateis & compitis cantitantur, quas & ipſe cantitare, & coram ſe cantitari non erubuit. Hunc itaq; conſecrari non permittatis, ne Eccleſiam Dei proſtibulum publicum, & ſpeluncam latronum faciatis.

C

II. Concil. Rom. gener.

Romæ, Synodo centum quinquaginta Epiſcoporum & Abbatum atq; clericorum innumerabili multitudine congregata, rebuſq; Eccleſiæ bene conſtitutis, 4. Kalend. Aug. Vrbanus Papa ſancto fine quieuit. Decreuit: vt qui rem ſacram venderet, vel emeret, partem cum Simone cenſeretur habere. Item, à criminoſis, non hęreticis, neque ſchiſmaticis poſſe Sacramenta ſuſcipi. Eccleſiam Salernitanam priuilegiis plurimis ornauit: & apud S. Petrum conditus ſepulturam accepit.

III. Concil. Hieroſol. ſub Daib. Archiep. Piſan.

In Oriente cruce ſignati celebrarunt Hieroſolymis Concilium, in quo Daibertus Piſanus Archiepiſcopus electus eſt in Patriarcham Hieroſolymitanum, Bernardus autem in Antiochenum. Sanctus Petrus Anagniæ Epiſcopus volebat etiam ibidem remanere: Cæterum B. Magnus Anagniæ Eccleſiæ patronus ei adſtitit in habitu peregrini. Interrogatus à Petro, quis eſſet & vnde veniret: reſpondit: Peregrin. Italus ſum, iugalis conſortia fugiẽs, huc ſaluationis meæ cauſa, quoad vixero moraturus acceſſi, fugiens debitum ipſi reddere poſtulatum, tuum peto conſilium? Ne ſaluabor? Petrus inquit: In obſcenitate criminalis propoſiti ſaluationem hic expetis contra vinculum coniugale? Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet, originaliter Domino ſtatuente. Cur ergo (Beatus Magnus intulit) Eccleſiam iugaliter tibi meis interuentionibus deſponſatam, contra propriæ ſalutis conſilium & Dei voluntatem temerarius abdicaſti? vbi iam vota tuæ peregrinationis impleſti: tuam in Dei nutu Eccleſiam repetens, regredi ne moreris. His dictis euanuit, & Petrum vt rediret admonuit.

D

E

IV. Eodem anno Stephanus patria Lucanus, ex Hieroſolymitana peregrinatione reuertens, retulit ſecum imaginem crucifixi ſaluatoris regio ornatu à Nicodemo effigiatam. Quæ hactenus Lucæ in Etruria Iconoclaſtarum errores coarguens, magna in veneratione eſt.

BREVIARIVM SECVLI VNDECIMI.

PONTIFICVM, PATRVM & Scriptorum Eccleſiæ, Dogmatũm, Conciliorum, Imperatorum, & & Hæreticorum.

Summi Pontifices.

Syluester II. Aquitanus, Gallus, Sedit ann. 4. Menſ. 6. d. 12.

Ioannes XVII. Romanus Siccus Sed. Menſ. 5. d. 26.

Ioannes XVIII. Rom. Sed. ann. 5. Menſ. 7. d. 3.

Sergius IV. Martini filius Sed. ann. 2. M. 9. d. 12.

Benedictus VII. Romanus Gregorii f. Sed. ann. 11. M. 10. d. 21.

Ioannes XIX. Romanus Gregorii f. Sed. ann. 8. Menſ. 7. d. 9.

Benedictus VIII. Roman. Alberici f. Sed. ann. 12. M. 4. d. 20.

Gregorius VI. Rom. Sed. ann. 3. M. 7. d. 21.

Damaſus II. Germanus Sed. dies 23.

Leo IX. Germanus, f. Hugonis Sed. ann. 5. Menſ. duos, dies octo.

Victor II. Germanus Sed. ann. 2. M. 3. d. 16.

Stephanus X. Gallus, f. Gozellonis Sed. M. 7. d. 28.

Nicolaus II. Burgundio Sed. ann. 2. M. 6. d. 1.

Alexander II. Mediolanen. f. Anſelmi. Sed. ann. 11. M. 6. d. 22.

Gregorius VII. Tuſcus Scanenſis, Bonicii f. Sed. ann. 12. M. 1. d. 3.

Victor III. Beneuentanus Sed. ann. 1. M. 3. d. 24.

Vrbanus II. Gallus Sed. ann. 11. M. 4. d. 18.

Patres & Scriptores Eccleſiæ, & horum dogmata nouantibus contraria.

1. *Miſſæ ritus, docebant.* Berno Augenſis libro de officio Miſſæ. Hildebertus Cęnomanenſis, Anſelm. Cantuarien. Iuo Carnotenſis in ſermonibus de rebus Eccleſiaſticis. Ioannes Micrologus de diuinis officiis. Bernoldus Conſtantienſis in libro quam inſcripſit, Ordo Romanus. Burchardus, Guitmundus, Lanfrancus, & cæteri qui Berengarium expugnauerunt.
2. *Gratia Dei, fides, iuſtificatio.* Anſelmus lib. 1. Cur Deus homo c. 9. & 10. lib. de Concord. præſc. & prædeſt. lib. de Concord. gratiæ & lib. arbit. de meditat. redempt. humanæ c. 7. & in epiſt. ad Rom. c. 4. & 7. & in 3. c. 2. Corinth. Alger. lib. de Euch. c. 2. Berno ſerm. de Natiu. Dom.
3. *Euchariſtiæ veritas, ſacrificium, tranſubſtantiatio, adoratio, Miſſa.* Alger. lib. 6. de Euchariſt. Berno ſerm. de Paſchate. & lib. de Concord. offic. P. Damian. epiſt. ad Blancam. Adelman. epiſtol. ad Berengarium, Lanfranc. in lib. aduerſ. Berengar. Anſelm. c. 10. & 11. 1. Corinth. in 7. & 10. c. Hebr. Albericus de Sacram. Guitmond. de eodem Humbert. in reſponſ. ad Nicetæ librum. Iuo de conuenientia veteris & noui Sacerdotii, & Tract. de ſignific. indument. ſacerdotal. Euthymius in Panoplia. p. 2. tit. 21.
4. *Baptiſmi effectus, neceſſitas, aliena fides, ceremoniæ.* Anſelm. in 3. & 15. c. Matth. in 4. c. 2. Corinth. Algerus lib. 3. de Euchar. c. 4. 6. 7. Iuo de Sacramentis Neophytorum, & de Sacramentorum dedicatione. Leontius & Hermenopulus de Sectis. Euthymius in Panopl.
5. *Pœnitentia, & eius partes.* Anſelm lib. ſimilit. cap. 99. & ſeqq. item 144. Iuo epiſt. 34. Minardus ad Guntherum de fide. Euthymius in Panopl.

A 6. *Claues Eccleſiæ, abſolutio.* Anſel. in 16. c. Matth. Iuo & Damian in epiſt. Euthym. in panopl.

7. *Confirmatio & reliqua ſacramenta, eorumq; vſus.* Algerus lib. 3. Euchar. c. 4. Minard. epiſt. ad Gnath. Anſelm. multis lib. Berno ſerm. de Pentecoſt. Iuo plurib. in loc. Micrologus:

8. *Primatus Sedis Apoſtolicæ.* Berno ep. ad Regem Hungar. Lanfranc. de Euch. Sacram. Anſel. in Matth. c. 16. Humbert. contra Nicetam.

9. *Liberum arb. bona opera neceſſaria.* Anſel. dialog. de lib. arb. & de ſimilitud. c. 182. lib. de Concord. Grat. & lib. arb. lib. de lapſu hominis 2. & alibi. Berno ſer. de Reſurrect. Dom.

10. *Sanctorum preces, ſuffragia, inuocatio, reliquiæ, imagines, feſta.* Berno de diuinar. dæmonum contemnenda ſerm. 1. & 2. de S. Marc. & alibi. Anſel. lib. de excel. virginis. Iuo ſerm. de Sacrament. dedic. & de conuenientia ſacerdotii. Petrus Damian. inuectiua in Cadaloum. Euthym. in panopl. Leontius & Hermenopulus de ſectis.

11. *Preces pro defunctis, Purgatorium.* Anſelm. in 5. & 12. c. Matth. in 3. c. 1. Corint. Alger. Berno in epiſtol. Augien. Euthymius in Panoplia & in Euang. Græci omnes.

Concilia.

Romanum & Claromontanum contra Berengarium hæreſiarcham. Prouincialia complura.

Imperatores Occidentis.

Henricus I. Imper. ann. 11.
Conradus Imp. ann. 13.
Henricus II. Imp. ann. 10.
Henricus III. Imp. ſeculo prætetito ann. 16.

Orientis.

Baſilius & Conſtant. fratres Imp. ann. 50.
Conſtantinus Solus Imp. ann. 3.
Romanus Imp. ann. 5.
Michael. Paphlogo Imp. ann. 8.
Michael. Calaphat. Imp. ann. 1.
Conſtantinus Monomach. Imp. ann. 12.
Theodora Porphyrogenita. Imp. ann. 4.
B Michael. VI. ann. 1.
Iſaacius Comnem. anno 2.
Conſtantinus Ducas ann. 8.
Romanus Diogenes ann. 4.
Michael. VII. Ducas anno 6.
Nicephorus Boroniates ann. 3.
Alexius Comnem. exceſſit ann. 1100.
Hæreſiarcha Berengarius Andegauenſis, contra Euchariſtiæ Sacramentum, à quo Berengariani Bogumili hæretici.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ,

EX ILLVSTRISSIMI CÆSARIS BARONII SACRÆ ROMANÆ ECCLESIÆ CARDINALIS BIBLIOTHECARII ANNALIBVS, ALIORVMQVE virorum Illuſtrium monumentis:

LIBER DVODECIMVS.

IESV CHRISTI Annus 1100.

PASCHALIS PAPÆ II. ANN. 1. HENR. III. Imper. ann. 17. Alexii Comneni Imper. ann. 20.

I Paſch. II. Pp. electio.

A ANNO *Chriſti* 1100. Duodecima die menſis Auguſti, Epiſcoporum, Cardinalium & Cleri vniuerſi ſuffragio electus eſt in Romanæ Eccleſię Pontificem, Rainerius presbyter Cardinalis tituli S. Clementis, Abbas vero monaſterii SS. Laurentii & Stephani extra muros; mutatoq; nomine Paſchalis ſecundus eſt ſalutatus.

Miraculū præcedens electionē. a Dodech.

B [a] Cuidam religioſo reuelata fuerat mors Vrbani. Cui interroganti, quis in ſedem ſuccederet; reſpondit is qui apparuit: Rainerus Abbas. Rurſus quærenti, quamdiu viueret; Reſpice, ait, ad ſuppedaneum lectuli tui. Cumque reſpexiſſet, vidit iacentem ſchedulam paruulam, ex vna parte piloſam, ex alia puram paucis literis inſcriptam: *Terni ter quaterni, ternique*; qui ſimul collecti, annos decem & octo conficiunt. Inquirenti; cur prædicta ſchedula, partim piloſa, partim glabra eſſet; reſpondit; Tempus Pontificatus ipſius partim placidum, partim turbulentum fore. Fuit Paſchalis natione Thuſcus, patria Bledanus, patre Creſcentio, ex matre Alſatia natus, & in cœnobio Cluniacenſi ſub diſciplina S. Hugonis Abbatis monaſticam profeſſus; ac tandem tempore Gregorii Papæ Septimi negotiorum religionis Romam miſſus, & presbyter Cardinalis tituli S. Clementis, atque Abbas monaſterii SS. Laurentii & C Stephani ab eodem creatus. Cum in Pontificem electus fuiſſet, neque electioni conſentire voluiſſet, acclamatum, reſponſumque eſt ab omnibus: *Paſchalem Papam S. Petrus elegit.* Ita vel inuitum aſſumpſerunt, atq; ex more Eccleſiæ conſecrarunt. Namque omnes cœlitus eum delapſum eſſe exiſtimabant ſub cuius adminiſtratione cuncta ſalubria ſuccederent, quies pro tumultu, pax pro bello, & pro ſeditione concordia: quique noſſet & cuperet ſtatum vrbis mutare, mores componere, & in copiam egeſtatem mutare. Statim autem vt aſſumptus eſt Paſchalis, litteras ad Principes de ſua electione ex more dedit & viciſſim ab eis recepit.

A [b] Scripſit ei inter alios Piſanus Archiepiſcopus, & in expeditione Hieroſolymitana Sedis Apoſtolicæ Legatus; ſcripſit vna cum eo & Godefredus Dux Eccleſiæ ſancti ſepulchri tunc Aduocatus, & Regimundus Comes ſancti Ægidii, & vniuerſus Dei exercitus, qui erat in terra Iſrael. Significabant ſucceſſus in expeditione illa ſacra ſatis ſuperque felices, dignoſque qui ſciantur. Ita ſcribebant. *Multiplicate preces & orationes cum iucunditate, quoniam Deus magnificauit ſuam miſericordiam, complendo in nobis ea, quæ antiquis temporibus promiſerat. Etenim cum capta Nicea, cunctus exercitus inde diſceſſiſſet, pluſquam trecenta millia armatorum ibi fuerunt. Et licet tanta multitudo eſſet, quæ vniuerſam Romaniam occupare, atque epotare flumina omnia, compaſcere omnes ſegetes vna die poſſet; tamen cum plenitudine tanta conduxit nos Dominus, vt de ariete nummi vix duodecim* B *acciperentur. Præterea etſi Principes, & Reges Saracenorum contra nos ſurrexerunt, tamen Deo volente facile victi & conculcati ſunt. Ob quæ quidem feliciter acta, quia quidam intumuerant, oppoſuit nobis Dominus Antiochiam, humanis viribus impugnabilem; ibique per nouem menſes nos detinuit, atque in obſidione extra ita nos humiliauit, vt in toto exercitu noſtro vix boni centum equi reperirentur. Tandem aperuit nobis Dominus copiam ſuæ benedictionis, & nunc etiam induxit in ciuitatem, & turres, & omnia eorum poteſtati noſtræ tribuit. Cum hæc quaſi viribus noſtris acquiſita teneremus: tanta multitudine Saracenorum obſeſſi ſumus, vt de tanta ciuitate nullus egredi auderet. Præterea fames tanta inualuerat, vt vix ab humanis ſordibus aliquis abſtinuerit. Longum eſt enarrare miſerias, quæ in ciuitate fuerunt. Reſpiciens autem Dominus populum, quem ita diu flagellauerat, benigne conſolatus eſt nos. Itaque primo quaſi pro ſatisfactione tribulationis Lanceam ſuam, à nemine inuentam à tempore* C *Apoſtolorum, pignus victoriæ nobis contulit. Deinde corda hominum ita animauit, vt illis, quibus ægritudo, vel fames ambulandi vires negauerat, arma ſumendi, & viriliter contra hoſtes dimicandi virtutem infunderet. Denique cum triumphatis hoſtibus, fame ac tædio deficeret exercitus Antiochiæ, & maxime propter diſcordias Principum, in Syriam profecti, Varram & Marram vrbes Saracenorum expugnauimus, & caſtella regionis obtinuimus. Cumque ibi moram facere diſpoſuiſſemus: tanta fames in exercitu fuit, vt corpora Saracenorum iam fœtentium, à populo Chriſtiano ibi comeſta ſint. Deinde cum interiora Lyſaniæ ingrederemur, largiſſimam, & miſericordem, & victorioſiſſimam manum omnipotentis Dei Patris nobiſcum habuimus. Etenim ciues, & caſtellani regionis, per quam procedebamus, ad nos cum multis donariis legationes præmittebant, parati ſer-*

II. Epiſtola Godefr. & aliorum fidel. in Oriente militantium ad Paſch. Pp & Occident. Epiſcopos. b Willelm. Tyr lib. 3. c. 13 14 & ſeq

uire

uire nobis, & oppida ſua dedere. Sed quia exercitus ueſter non multus erat, & in Hieruſalem vnanimiter venire feſtinabat: acceptis ſecuritatibus, tributarias eas fecim⁹: quippe quod de multis ciuitatibus, in vna de illis, quæ ex minimis eſt, plures homines haberentur, quam in noſtro exercitu eſſent. Cumque auditum eſſet Antiochiæ & Rhoes, quia manus Domini nobiſcum eſſet, plures de exercitu, qui ibi manſerant, conſecuti ſunt nos apud Tyrum. Hinc itaque Deo cooperante vſque ad Hieruſalem peruenimus. Cumque in obſidione multum exercitus laboraret, maxime propter inopiam aquæ: habito conſilio Epiſcopi & Principes circumeundam eſſe ciuitatem nudis pedibus, prædicauerunt; vt ille qui pro nobis humiliter ingreſſus eſt, per ſe iudicium de his hoſtibus faciendo nobis eam aperiret. Placatus itaque Dominus hac humilitate, octauo die poſt humiliationem, cum ſuis hoſtibus ciuitatem nobis tribuit, eo videlicet die, quo primitiua Eccleſia inde abiecta fuit, cum feſtum diſperſionis Apoſtolorum celebraretur. In porticu Salomonis & in templo eius noſtri equitabant in templo Sarracenorum vſque ad equorum genua. Deinde cum ordinatum eſſet, qui ciuitatem retinere deberent, cum alii amore patriæ & pietate parentum ſuorum redire voluiſſent; nuntiatum eſt nobis Regem Babyloniæ Aſcalonem veniſſe cum innumerabili multitudine militum, ducturum Francos, qui Hieroſolymis erant, in captiuitatem, & expugnaturum Antiochiam. Sed aliud de nobis Deus ſtatuerat. Itaque deſcendimus obuiam illis, relictis ſarcinis & infirmis Hieruſalem cum præſidio. Cumque exercitus noſter & hoſtium ſe conſpexiſſent, genibus flexis adiutorem Deum inuocauimus, vt qui in aliis neceſſitatibus legem Chriſtianam confirmauerat, in præſenti bello, confractis viribus Sarracenorum & diaboli, regnum Chriſti & Eccleſiæ à mari vſque ad mare vſquequaque dilataret. Hic Dominus affuit, & tantas vires tribuit, vt cum noſtri in hoſtem currerent, alii videntem fontem aquæ viuæ ſitientem ceruum ſegnem iudicarent; miro videlicet modo, cum in noſtro exercitu non vltra quinque millia equitum, & centum quinquaginta millia peditum fuiſſent, & in exercitu hoſtium centum millia equitum, & quadringenta millia peditum eſſe potuiſſent. Tunc mirabilis in ſeruis ſuis Dominus apparuit, cum antequam confligeremus, pro ſolo aſpectu noſtro hanc multitudinem in fugam vertit, & omnia eorum arma diripuit, vt ſi deinceps vellent repugnare, non illa cito haberent. Spolia inaudita, theſaurum Regis Babylonis obtinuimus: ceciderunt ibi Maurorum vltra centum millia gladio. Timor autem eorum tantus erat, vt in porta ciuitatis ad duo millia ſint ſuffocati. De his vero qui in mari interierunt, non eſt numerus. Spineta etiam ex ipſis occiderunt, pugnabat certe pro nobis Deus. Pridie quam bellum fieret, multa millia camelorum, & boum, & ouium cepit exercitus. Principum iuſſu populus hæc dimiſit. Ad pugnam progredientes multa turmæ horum animalium comitabantur miraculoſe, & ſtabant cum ſtantibus, & currebant cum currentibus. Nubes ab æſtu ſolis defenderunt nos, & refrigerabant. Celebrata itaque victoria, reuerſus eſt exercitus Hieruſalem, relicto ibi Godefredo Duce. Comes ſancti Ægidii, & Robertus Comes Northmanniæ, & Robertus Comes Flandriæ Laodiciam reuerſi ſunt. Ibi claſſem Piſanorum & Boamundi inuenerunt. Cumque Archiepiſcopus Piſanus Boamundum, & Dominos noſtros concordare feciſſet, regredi Hieruſalem pro Deo & fratribus ſuis Reimundus diſpoſuit. Ad hanc igitur tam admirabilem fratrum noſtrorum fortitudinis deuotionem, ad tam glorioſam omnipotentis Dei retributionem, ad tam exoptabilem omnium peccatorum noſtrorum per Dei gratiam remiſſionem, & Catholicæ Chriſti Eccleſiæ & ipſius Latinæ, inuitamus vos ad exultationem, & omnes Epiſcopos, & bonæ vitæ clericos & monachos, & omnes laicos, vt ille nos ad dexteram Dei conſidere faciat, qui viuit & regnat per ſecula. Rogamus & obſecramus vos per Dominum Ieſum, qui nobiſcum ſemper fuit, & collaborauit, & ex omnibus tribulationibus nos eripuit, vt fratrum ſitis memores veſtrorum, qui ad vos reuertuntur, benefaciendo eis, & ſoluendo debita eorum, vt vobis Deus benefaciat, & vos abſoluat ab omnibus peccatis & in omnibus, quæ vel nos vel illi apud Dominum meruimus, partem vobis concedat. Hactenus Epiſtola à Cruce ſignatis ad Paſchalem Pontificem, & omnes Occidentales Epiſcopos & populos ſcripta.

III. Scripſit etiam Paſchali Papæ inter alios [c] Iuo Carnotenſis, tum gratulatorias, tum poſtulatorias; nimi-
c Carn.

rum, vt aliquem Legatum in Regno Galliarum ſtatueret, qui nationis eſſet. Inſinuabat: *Cum enim, ait, à latere veſtro mittitis ad nos Cardinales veſtros, tanquam filios vterinos, quia in tranſitu apud nos non tantum poſſunt curanda curare, ſed nec curanda proſpicere: inde eſt, quod multi Præpoſitorum facta gladio linguæ ferire cupientes, dicunt, Sedem Apoſtolicam non ſubditorum quærere ſanitatem, ſed ſuam aut lateralium ſuorum quærere commoditatem. Vnde ego & quidam corregionales noſtri hoc murmur non æquanimiter accipientes, vtpote Romanæ Eccleſiæ filii vnanimes, ſcribere decreuimus ſanctitati veſtræ, vt alicui Tranſalpino Legationem Sedis Apoſtolicæ iniungatis, qui & vicinus ſurrepentia mala cognoſcat, & ea vel per ſe, vel per relationem ad Sedem Apoſtolicam maturius curare præualeat. Cui ſollicitudini nullum magis cognouimus idoneum, quam Dominum Lugdunenſem Archiepiſcopum, qui & in eodem officio iam diu miniſtrauit, & vt experimento cognouimus, tam Romanæ Eccleſiæ, quam Tranſalpinis Eccleſiis venerabiliter profuit.*

Scribit ad Paſchalem Pp vt ſtatuat in regno Galliar. Leg. qui ſit nationis.
c epiſt. 53.

IV. Interitus Guiberti Antipapæ.
d Anonym.

Interim etiam Patres Paſchalem vrgebant, ne amplius toleraret hæreſiarcham Guibertum, ſed toties à Gregorio, Vrbano & Victore condemnatum, & ab Eccleſia in capite ſeparatum, ſepararet, damnaret, vel armis compeſceret. Offerebantque milites, arma, pecunias, ad extirpandum malignum, quem cum Paſchalis contemnens non caſtigaret, caſtigauit Deus, [e] hocque anno è numero viuentium exterminauit. Non tamen ſchiſma deſedit, ſed magis præualuit, tribus Antichriſti præcurſoribus electis, Alberto, Theodorico & Maginulpho: qui aliquanto tempore res Eccleſiæ commiſcebant.

e Dodech.

V. Concil. Pictauien in quo Philippus Rex Franc. iterum excommunicatur.

Excepit etiam Pontificatum Paſchalis, Gallicana turbatio. [f] Philippus enim Rex Galliarum in Concilio Claramontano ab Vrbano Papa propter Baldradam excommunicatus, ac ſi mortuo Vrbano diſciplina pariter Eccleſiaſtica occubuiſſet, res nouare turbareq; cœpit. Quē vt in officio Paſchalis contineret, duos Legatos à Latere Ioannem atque Benedictum S. R. E. Cardinales miſit in Gallias. Hi cum primum ex conſilio Iuonis Carnotenſis Synodum Pictauis indixiſſent, conatus eſt eos exinde expellere Philippus: datis literis [g] ad Willelmum Aquitaniæ Principem, ne talem ſibi fineret iniuriam in ſua vrbe inferri. Denuntiauit tum Legatis Willelmus, vt ſua vrbe excederent. Qui cum ſpatium deliberandi ac reſpondendi vnum diem poſtulaſſent & impetraſſent: nocte quæ interiecta fuit, viſus eſt aſtare Legato S. Hilarius & hortari, *ne minus Ducis Guillelmi territus ab incepto deſiſteret: non enim paſſurum Deum, vt ea res ei fraudi eſſet, aut male ſuccederet.* Quam viſionem cum poſtridie Guillelmo recitaſſet Legatus, permiſit ille, vt pro arbitrio cuncta perficeret. Synodo celebrata, excommunicatus eſt Philippus in eodem Concilio, propterea quod poſt factum diuortium ad prędictæ mulieris conſortium reuerſus fuiſſet.

f Iuo ep. 134
g Iohan. Beneret.

VI. De canonib. Conc. Pict.

In eadem Synodo multa ſancita ſunt contra inueſtituras à ſecularibus vſurpatas, ne quis illas daret aut acciperet: item contra Simoniacos, & concubinarios, quorum tunc vnus miſeranda morte apud caſtrum Liziniacum mortuus atque æternum damnatus eſt.

Concubinarii cuiuſdam Petri obitus terribilis.
h lib. 1. mirac. c. 25.

Petrus venerabilis Abbas Cluniacenſis [h] narrabat, quendam eo loci fuiſſe presbyterum, carnis operibus deditum. Qui licet frequentiſſime ſacrificium Dominicum offerret, non tamen à libidine ſe continebat, donec ægritudine correptus, & ad extrema deductus eſt. Forte viſitationis gratia Prior monaſterii Bonæuallis, quo cum & fratribus familiariter contraxerat, ægrotantem viſitauit. Cui dum aſſideret, repente æger clamare terribiliter cœpit: Succurre, ait, ſuccurre: ecce duo ſuper omnem feritatem expaueſcendi leones in me impetum faciunt, hiante ore ac ritu feroci per fruſta diſcerpturi me totum conſumere volunt. Deprecare cito Dominum, vt ab his eripiar antequam conſumar morſibus eorum. Dicebat hæc & tremebat, ac velut de-

uocaturos fugiens timore defecto corpori vires addente retro cedebat. Prior vero vocis illius ac geſtus terrore turbatus, non ſine multo & ipſe timore erat, ad preces tamen ipſa neceſſitate impellente conuerſus, pro miſero illo, vt poterat, Dominum exorabat. Quo orante, mutata voce æger; bene, inquit, bene, receſſerunt crudeles beſtiæ, & per orationes tuas iam vltra nuſquam apparent. Et quia vſque ad vltimum ſpiritum ſemper compos ſui extitit, nec vt quidam morientium ſolent, vel in modico ſenſu imminutus fuit, conuerſus ad Priorem loqui cum eo de quibuslibet velut ſaniſſimus cœpit. Et interim poſt vnius horæ ſpatium, rurſum terribilius quam primo exclamare exorſus eſt: Et, inquit, en ignis de cœlo, vt torrens inundans deſcendit, & ſuper hunc lectum meum veniens, iamiam me in fauillam vſque comburet. Feſtina, adiuua, ora: ſi forte & ab hoc incendio eripiar. Dicebat, & opertoria velut aliquid iuuare poſſent, inuiſibilibus ignibus turbatus opponebat. Orauit Prior ſecundo, æger autem poſt puſillum voce mutata; Quieſce, ait; iam ab igne tutus ſum. Nam linteũ interpoſitum tranſire non potuit. Modico interiecto tempore, ſubito ægrotus ad inuiſibilia rapt⁹ obmutuit. Cumque Prior rei exitum præſtolaretur, poſt multum noctis ſpatium homo ad ſe rediit, & miſerabiliter ingemiſcens, ait: Ha ha: ad iudicium æternum raptus ſum, & heu miſer, æterna morte damnatus ſum. Traditus ſum horrendis tortoribus, igne inextinguibili cũ diabolo, & Angelis eius perpetuo cruciandus. Ecce, ecce ignita ſartago plena bullienti adipe, q̃ coram me tormentorũ miniſtri detulerunt, eãq; ad me frigendum vndiq; ſuccenderunt. Orauit Prior tertio, at ille: ceſſa, ceſſa, ait, pro me orare: nec pro illo vltra fatigeris, pro quo nullatenus exaudieris. Priore vero dicente: Frater, redi ad cor, & miſericordiam dum adhuc viuis à Deo require. Ille adiecit: Putas me, vt inſanum loqui? Non inſanio, ſed ſana mente, quæ dixi, confirmo. Et cucullam Prioris manu tenens eum interrogauit; Nonne hoc quod manu teneo, cuculla tua eſt? Quo affirmante, adiunxit: ſicut hæc veſtis cuculla eſt, & ſicut hoc quod ſubſtratum mihi eſt, palea eſt: ſic & hoc, quod coram cerno, ignita ſartago eſt. Et dum hæc loqueretur, gutta inuiſibilis ignis de illa quam dicebat ſartagine exiens, in manum eius Priore vidente, cecidit. Et mirabile dictu, cutem & carnem vſque ad intima oſſis conſumpſit. Tum ille acri cum gemitu: En, inquit, indubia rei probatio. Nam ſicut iſta quam vides, de ſartagine prolapſa gutta carnis partem conſumpſit: ſic confeſtim totum me ignea vorago conſumet. Priore autem ad iſta ſtupente, iterum dixit: Ecce ſartaginem iſtam miniſtri infernales propius afferunt, vt me in illam iniiciant, iam namque manus adaptant. Et poſt modicum: ecce linteum in quo iaceo, vndique concurrentes accipiunt, & me in ignitam ſartaginem, æternum frixurum proiiciunt. Hoc veluti vltimum vale mox vt Priori atque his, qui ad hoc horrendum ſpectaculum conuenerant, dixit; ſubtracta voce, ac reflexa ceruice, puniendum ſpiritum condemnatis ſpiritibus tradidit. Tantus vero terror omnes inuaſit, vt ilico vniuerſi aufugerent, neque aliqui in domo, vbi cadauer mortis remanſerat, manere auderent. Facto mane miſerum cadauer ſepulturæ mandatum eſt. Poſt aliquot autem dies, cum ad vniuerſos circapoſitos hæc adeo terribilis fama perueniſſet, rei veritatem probare volentes, tumulum aperuerunt, atque foſſam illam, quæ in manu adhuc viuentis presbyteri gutta prænũtia damnationis fecerat, in mortui cadauere inuenerunt.

VII. Legatio Paſch. Pp. miſſa in Orientem & obitus Godefredi Reg. Hieros. l Willelm. Tyr. lib. 9 c. vlt. & l. 10. c. 1.

Eodem anno Paſchalis Papa, ad ordinandas Eccleſias Orientales, & ad conſolandos cruce ſignatos, Mauritium Portuenſem Epiſcopum Legatum in Palæſtinam deſtinauit. Qui cum eo appuliſſet, [l] Godefredus Rex Hieruſalem 15. Kal. Aug. mortuus eſt vir propter peritiã ac fortitudinem militarem inſignis. Omnium Chriſtianorum communi ſuffragio, in eius locum ſuffectus eſt Balduinus. Sed qui Eccleſiam Hieroſolymitanam, & Daibertum Patriarcham, quia Eccleſiaſtica defendentem, variis calamitatibus afflixit, adeo vt is fuerit coactus opem implorare Principis Boamundi Antiochiæ dominantis.

VIII. Infelix obitus Wilh. Reg. Angl. k Ediner. in S. Anſel. lib. 2.

Hoc ipſo anno mortuus eſt Rex Angliæ Willelmus, cuius cauſa S. Anſelmus Canthuarienſis Archiepiſcopus in exilio triennium agebat. [k] Sanctus Hugo Cluniacenſis Abbas, ſub teſtimonio veritatis aliquando narrauit ſibi reuelatum fuiſſe, eundem Regem ante thronum Dei accuſatum, iudicatum, ſententiaque extrema condemnatum. Sublato è medio perſecutore, eius germanus Henricus Regnum capeſſiuit: & ſanctum Anſelmum ab exilio reuocauit. Cæterum cum is decreta concilii Romani de inueſtituris Regi oſtendiſſet, non multum abfuit, quin iterum in exilium eiiceretur, obtendente Rege iura Regni; Anſelm. autem opponente iura Eccleſiæ.

IX. Literæ Iuon. Carn. ad Henric. nouum Angl. Reg. iubas in Eccl. Angl. renouantem. l epiſt. 51.

Sciuit hoc Iuo Carnotenſis, quam irreuerenter Henricus Anſelmum habuiſſet: & qua erat ſacerdotali conſtantia, eidem ſcripſit literas, dignas, quæ inſerantur hiſtoriæ. Ita habent:

Henrico excellenti Anglorum Regi Iuo humilis Carnotenſis Eccleſiæ miniſter, in eo viuere & regnare, per quem Reges regnant. Quoniam paterni regni ſolium conſcendere vos fecit diuina diſpenſatio, pro gratia vobis collata diuinam interpellamus clementiam quatenus paternos mores, paternam voluntati faciat honorificentiam, vt in nullo veſtra ſublimitas ab eorum nobilitate degeneret, & in nullo ab eorum frugalitate declinet. Et quia res omnes non aliter bene adminiſtrantur, niſi cum regnum & ſacerdotium in vnum conuenerint ſtudium; Celſitudinem veſtram obſecrando monemus, quatenus in regno vobis commiſſo verbum Dei currere permittatis, & regnum terrenum cæleſti regno, quod Eccleſiæ commiſſum eſt, ſubditum eſſe debere, ſemper cogitetis. Sicut enim ſenſus animalis ſubditus debet eſſe rationi; ita poteſtas terrena ſubdita eſſe debet Eccleſiaſtico regimini. Et quantum valet corpus, niſi regatur ab anima; tantum valet terrena poteſtas, niſi informetur & regatur Eccleſiaſtica diſciplina. Et ſicut pacatum eſt regnum corporis, cum iam non reſiſtit caro ſpiritui: ſic in pace poſſidetur regnum mundi, cum iam reſiſtere non molitur regno Dei: hoc cogitando, ſeruum ſeruorum Dei vos eſſe intelligite, non dominum: protectorem, nõ poſſeſſorem; vnam debere eſſe de cedris Libani quas plantauit Dominus, in qua nidificent paſſeres, id eſt, ſub cuius tutela quiete fructificent, & conuerſentur Chriſti pauperes, quorum orationes pro ſtatu Regni veſtri & incolumitate veſtra, quanto quietiores, tanto ſanctiores, quanto ſanctiores, tanto conſtat eſſe efficaciores. Hoc enim faciendo, & regnum terrenum quiete, Deo cooperante, poſſidebitis, & ad regnum æternum eiuſdem miſeratione peruenietis. Hucuſque Iuonis ad nouum Regem epiſtola, digna quam Reges omnes legant, his præſertim temporibus, quibus execranda Politicorum hæreſis velata iure regnandi, eorum penetralibus interdum ſe immittit, & ſub honeſto nomine delitelcens, rem & iura ſanctiora conuellere, regnumque miſcere quærit.

X. Legatio German. credita Gebhardo Epiſ. Conſtantien.

Hoc eodem anno Paſchalis Papa, Gebehardo Conſtantienſi Epiſcopo Legationis munus in Germania, monaſterio autem Ciſtercienſi priuilegia confirmauit.

XI. De Petro Anagninẽſe Epiſ. qui S. Magni corpus miraculo comprobauit.

Hoc anno floruit Petrus ex illuſtriſſ. Principum Salernitanorum familia natus. Hic factus monach⁹ S. Benedicti, ob præclaras animi dotes, ab Hildebrando Cardinale Romam Alexan. II. Pont. ductus, laboribuſq; aliquot pro Eccleſia perfunctus, Eccleſiæ Anagninæ initius præfectus eſt. Quo officio ſuſcepto, Eccleſiæ bona cœpit recuperare. Dubitationem de S. Magni Epiſ. corpore hoc miraculo ſuſtulit: Mulierem n. paralyticam ad eius tumulũ excubare iuſſit: cui oranti, S. Magn⁹ habitu Pont. ſplendenti indutus apparens, ſanitatem reſtituit, & vt Petro nuntiaret corpus ſuum ibi adeſſe, præcepit. S. Petro etiam in Eccleſia oranti apparens, quod ad Imp. curandum mittendus, ab eoq; poſtulata impetraturus eſſet, prædixit. Cum non multo poſt ad Michael. Imper. Conſtantinop. miſſus, ei narraſſet, quæ à ſancto Magno audierat, illeq; reſpondiſſet, neq; quis eſſet Magnus, nec vbi terrarum ſit Anagnia ſe ſcire, ſequente nocte adeo morbo oppreſſus eſt, vt mortuus haberetur.

Cumque

Cumque ſanctiſſima Dei genitrix & S. Magnus per viſum eum monuiſſent, vt ſi ex eo morbo conualeſcere vellet, Apoſtolico Legato obſequeretur, Petrum accerſiri iuſſit, qui manus Imp. ſupplici imponens, inuocato ſanctiſſimæ virginis & S. Magni nomine, illico illi ſanitatem reſtituit. Multis itaq; muneribus affectum Imp. remiſit, omnes ſumptus ad templi Cathedralis reſtaurationem adminiſtrans. Petrus denique cum Eccleſ. Anagn. 43. annis laudabiliter adminiſtraſſet, 3. Non. Aug. migrauit ad Chriſtum, Paſchali II. Sum. Pont. à quo in SS. numerum relatus eſt. *Ex Monum. Eccleſ. Anagn.*

XII. Miraculũ S. Botuidi de captura piſcium.

Floruit hoc anno S. Botuidus Martyr, in Regno Sueciæ, Prouinciæ Sudermanniæ, honeſtis, ſed infidelibus parentibus natus. Hic adhuc iuuenis in Angliam profectus, à quodam ſacerdote, ſingularis doctrinæ & ſanctitatis viro hoſpitio receptus, non ſolum myſteria fidei Chriſtianæ didicit, verum etiam gratia baptiſmi accepta, in diſciplina vitæ & perfectionis Chriſtianæ egregie inſtitutus eſt. Reuerſus in patriam gaudens, vt quondam felix ille Eunuchus à Philippo Diacono baptizatus, multos incredulos ad fidem Domini, exemplis virtutum, & ſalutaribus exhortationibus adducebat, Domino cooperante & ſermonem confirmante multiplicibus ſignis. Cum enim die quadam ſanctus cum familiaribus ſuis, & vicinis, ad capturam piſcium progreſſus fuiſſet, & à poſſeſſore loci illius Bouino retia laxare prohiberetur, niſi quartam piſcium partem ſibi promitteret: Beatus vir malens liti cedere, quam inanibus contentionibus vacare, ad propriam inſulam, quę in eodem ſtagno erat, perrexit; & poſtquam in genua procubuiſſet, orationemque ad Deum ſupplex feciſſet, famulis vt retia mitterent, imperauit. Quo, quanta vis orationis eius fuerit, Dominus euidenter demonſtrauit: ſiquidem tanta piſcium multitudo extracta eſt, vt duæ naues impletæ fuerint. Quod vir Dei cum aduertiſſet, ad ſuos conuerſus ait. *Laudemus Deum, qui fecit cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt, qui etiam hoc munus nobis immeritis donauit:* Illi vero qui circa Bouini poſſeſſionem, tota nocte fruſtra laborarunt, virtute miraculi, quod B. Botuido acciderat, permoti, ad virum ſanctum properant, & obtenta ab eo licentia ſimul & benedictione, naues quoq; ſuas piſcibus repleuerunt, ſolo Bouino nihil in captura proficiente, iuſto Dei iudicio, vt qui inuidiæ liuore, lingua ſua iniqua alium perſtrinxerat, ipſe ſolus inedia laboraret. At Botuidus iniuriarum prorſus immemor, tam Bouinum, quã cæteros omni beneuolentiæ ſignificatione complectebatur. Qua ſua lenitate & humanitate, præmiſſoque miraculo tantum profecit, vt facili negotio verbis illius perſuaderentur, Sacramentoq; Baptiſmatis initiati, Chriſto conſecrarentur.

XIII. Eiuſdem martyrium.

Contigit autem, vt Sclauum quendam, quem à captiuitate redemptum ad gratiam Baptiſmi adduxerat, & libertate donauerat, per Gothiam in patriam ſuam reuertentem, ſecuritatis cauſa magna charitate deduceret. Deducere autem eum ſtatuerat in Gothlandiam, vt inde facilius ad propria remearet; ſed defatigatus itinere ſanctus Botuidus, ad inſulam Rogoo applicauit, vbi, cum poſt labores, ieiunia & orationes conſuetas ad Deum factas ſub arbore quadam ſecurus quietem caperet, ab eodem ingrato homine, ſecuri propria crudeliter trucidatus, coronam iuſtitiæ à Domino iuſto iudice conſecutus eſt. Cum vero parentes & familia eius propter diuturnam eius abſentiam nimium triſtarentur, ac aliquid illi mali contigiſſe illa in via ſuſpicarentur, conſilium iniere per deuia ſyluarum & maritima quærendum. Congregata igitur multitudine propinquorum vna cum presbytero quodam pio Henrico nomine, cuius hortatu Dominum deprecabantur, vt quonam loco eum deprehendere, etſi minus forte viuum, ſaltem defuncti corpus oſtendere dignaretur. Finita oratione, auem quandam candidam proræ nauis inſidentem conſpiciunt, dulciterque allicientem, quam tanquam itineris ſui ductricem à Deo ſubmiſſam rati, ſaluo ductu peruenere ad locum vbi corp' iacuit. Quo magna omnium conſolatione reperto, Deo immortali, qui in ſanctis ſuis ſemper eſt mirabilis, laudes & gratiarum actiones referebant, & in patriam delatum, duobus à Stocholmia miliaribus, honorificentiſſime tumularunt, quo loco templum in honorem martyris extructum, & ipſius de nomine Botuidkyrkia appellatum eſt. Anniuerſaria eius memoria die 28. Iulii peragitur. *De eo Annales Suet. & Breuiaria antiqua.* Recenſente Iohan. Vaſtouio Sigiſmund. III. Reg. Polon. Biblioth. Præfecto.

Quomodo corpus Botuidi defuncti inuentum à parentib.

IESV CHRISTI
Annus 1101.

PASCHALIS PAPÆ ANN. 2. HENRICI III. Imper. ann. 18. Alexii Comneni Imper. ann. 21.

I. Fraus Hẽrici Reg. Angl pro inueſtituris vſurpandis. *a Willelm. Malmesbu. de geſt. Pon. Angl. lib. 1.*

ANno Chriſti 1101. Anno ſuperiore, Romam, à S. Anſelmo & ab Henrico Rege Legati miſſi, reuertentes, reſcriptum de inueſtituris à ſummo Pontifice retulerunt.[a] Rex ab Epiſcopis epiſtolam ſibi allatam, quod ſuæ voluntati refragari videratur, occulendam putauit: & nuda verba foras extulit, quibus Legati pro eius parte miſſi, pro Epiſcopali autoritate aſſerebant, Apoſtolicum Regis inueſtituras æquanimiter ferre, ſi cætera boni Principis officia exequeretur. Ideo autem noluiſſe litteris hæc credere, ne accepta occaſione cęteri Principes in eum inclamarent. Contra, monachi qui pro parte ſancti Anſelmi fuerant miſſi, palam clamitabant, Apoſtolicis præceptis fraudem innecti conquerentes. Siquidem & epiſtola quam Anſelmo attulerant, vulgo iam legebatur, in qua non ſolum inueſtituras non concedere, ſed etiam ſtatuta Vrbani pertinaciter probabatur Paſchalis vrgere, ſeruandaque monere. Strepebat igitur omnis aula murmure: non debere attendi monachis, qui libenter fucis veritatem obſcurent, dummodo Archiepiſcopo placeant: Epiſcopalem gradum & ſermonem magni eſſe põderis; monachos ius in ſecularium rerum teſtimonio perdidiſſe. Reponebat Balduinus Abbas; iſtud negotium ſeculare non eſſe: cui Proceres: Probum & prudentem te ſcimus virum, nec de illis eſſe, quæ maxima turba ordinem veſtrum male viuẽdo infamat: ſed tamen & humana & diuina exigit ratio; vt magis tribus Epiſcopis, quam duorum monachorum teſtimonio credatur. Diu ergo fluctuauit Anſelmi ſentẽtia, quo vergeret; quod & aduerſa fronte teſtimonium Epiſcoporum refellere, videbatur ſuperbum; porro epiſtolæ, quę ſigillum Apoſtolicum prætendebat, non credere, ſtultum. Porro ſanctus Anſelmus confirmato animo reſpondit, ad certitudinem facti cognoſcendam miſſurum ſe Romam: interim illis qui inueſtiẽtur, nec communionem ſuam negandam, nec benedictionem impertiendam.

II. Reſponſ. Paſchalis Pp. ad ſecundam An. S. Anſ. Legat.

Reſpondit Anſelmo Paſchalis, atq; inter cætera hæc ſcripſit: *Si paſtorale ſignum, ſi annulum, ſignaculum fidei tradit laica manus: quid in Eccleſia Pontifices agunt? Eccleſiæ honor atteritur, ſoluitur diſciplinæ vigor, & omnis religio Chriſtiana conculcatur, ſi quod nouimus ſacerdotibus ſolis deberi, laica patiamur temeritate præſumi. Non eſt Laicorum, Eccleſiam tradere, nec filiorum, matrem adulterio maculare. Iure ergo priuandus eſt patrimonio, qui matrem polluit adulterio: nec meretur Eccleſiaſticæ benedictionis conſortium, qui eam impia infeſtatione perſequitur. Laicorum eſt Eccleſiam tueri, non tradere. Quare quidam, cum illicitum ſibi ſacerdotium vendicaret, lepra percuſſus eſt. Filii quoque Aaron, quia ignem alienum impoſuerunt, igne diuino conſumpti ſunt. Alienum enim ab Eccleſia, & à ſacris canonibus eſt inhibitum, ne Principes & ſeculares viri inueſtituras non ſolum dare, ſed nec electioni Epiſcoporum audeant ſe violenter inſerere. In VIII. quippe Synodo (vt noſtis) ſcriptum eſt: Sancta & vniuerſalis Synodus definiuit, neminem laicorum Principum vel potentum ſe vi ingerere electioni,*

vel

vel promotioni Epiſcoporum. Si ergo filij Aaron, quia ignem alienum intulerunt, corporaliter puniti ſunt: iſti qui à laicis, à quibus alienum eſt, Eccleſiam ſuſceperunt, ſpirituali gladio feriuntur. Epiſcopos autem, qui veritatem in mendacium commutauerunt, ipſa veritate, quæ Deus eſt, in mediũ introducta, à B. Petri gratia, & noſtra ſocietate excludimus, donec Romanæ Eccleſiæ ſatiſfaciant, & reatus ſui pondus agnoſcant. Quicumq; vero intra prædictas inducias, inueſtituras ſeu conſecrationem acceperint, à conſortio fratrum, & ordinatos & ordinatores alienos habemus: nec eis ad excuſationem deceptio ſufficit, quia & Propheta ab alio Propheta deceptus, nec ideo mortem euaſit. Hactenus Paſchal. PP. Anſelmo.

III. Sancti Brunonis Carthuſ. inſtitutoris obitus.

Eodem anno Florentiæ Rex Conradus obiit: in Calabria autem S. Bruno Carthuſianorum Patriarcha. In Oriente Cruce ſignati, S. Crucis virtute, quam ante Legatũ ſedis Apoſtolicæ Abbas Gerardus ferebat, de hoſtibus Saracenis triumpharũt, cum illi aſpectu eius perterriti in fugam ſe dediſſent. Ioppen quoq; obſeſſam, eiuſd. Crucis virtute receperunt: & conſueto miraculo lumina diuinitus incenſa Sabbato magno in templo Hieroſolymitano aſpexerunt. Philippus Rex Galliarum in Concilio Pictauienſi excommunicatus, Legatum ad Paſchalem pro impetranda abſolutione miſit, quem tamen ne falſis pollicitationibus deciperet, Iuo Carnotenſis admonuit.

IV. Legatio Philippi Reg. Franc. ad Paſchalem pro abſolut. ab excommunicat.

V. Didacus Gelmirius Epiſc. Eccl. Cõpoſtell. pallium Archiepiſc. impetrat à Pontif.

Per id temporis in Hiſpaniis, Dalmachio Epiſc. Compoſtellano defuncto, Pelagius olim ea ſede eiectus, liberatus vinculis Romam abiit, honorem quo iniuria ſpoliatus erat (ſic ille ferebat) iudicio repetiturus. Cõtrouerſia in quartum annum tenuit. Tandem Paſchalis Pontif. Rom. auctoritate eo abdicato, Compoſtellani Sacerdotes de nouo Epiſcopo ſubſtituendo egerunt. Ventum in Comitia. Didacus Gelmirius antea vacuæ Eccleſiæ impoſitus Rector pro Epiſcopo, id ſpecimen virtutum dederat, vt ſi vita ſuppeteret, idoneum eſſe, qui Epiſcopus præficeretur, nemo dubitaret. Cæteris ergo canonicis prætermiſſis, vnus aliorum omnium voluntate prælatus eſt ipſis Iulii Cal. Datum etiam, vt propter motus Reipubl. acceptos, impendenteſque calamitates à barbaris, in Hiſpania ſacraretur. Additum nouo diplomate, vt ſeptem Cardinales Sacerdotes, ad inſtar Rom. Eccleſ. Cõpoſtellæ eſſent. Iis tantum in ara templi maxima, ius eſſet diuina hoſtia ſacrificandi. Gelmirius ab hoc initio, ſtudio elatus Eccleſiæ quam regendam ſuſceperat nouis honoribus amplificandæ Romam abiit: & quamuis multis repugnantibus, pallii vſum Pontifice concedẽte obtinuit, qui illi atq; Cõpoſtellanæ Eccleſiæ gradus extitit ad Archiepiſcopatus honorẽ: quo à Calixto Rom. Pont. poſt aliquot annos auctus eſt. Hæc omnia ex Compoſtellana hiſtoria repetere, atq; in hunc locum conferre viſum eſt. *Mariana lib. 10. c. 6.*

VI. De Bertholdo monacho multis miraculis illuſtri.

Hoc ann. vixit Bertholdus Parmæ Abundio patre natione Anglo natus. Is patris arte edoctus (erat aũt ſutor) monialib. cœnobii S. Alexandri inſeruire cæpit. Cum vero quadam die ſanguis è manibus punctis efflueret, arte & ſæculo relictis, Abbatiſſam illius monaſterii ſummopere rogauit, vt ſe in conuerſum reciperet. Receptus, humilitate, & patientia armatus, abſtinentię, vigiliis, orationibus operã dedit, cilicio indutus, & flagellis ſeipſum affligens. Cum S. Alexan. PP. ſibi in ſomnis apparens, monuiſſet, vt Romæ loca ſancta viſitaret, eo ſtatim profect⁹, totam Quadrageſimam ibidem egit. Domum reuerſus mortuis parentibus, Viennam Allobrogum peregrè proficiſcens, in Xenodochio S. Antonii, plurimos ægrotos mirabiliter ſanauit. Eius ſanctitatis fama miraculis percrebreſcente, ad antiquum cœnobium in patriam rediit. Ab eo cum cæcus eleemoſynam peteret, panem illi porrexit, dicens: *vide albus eſt*, qui ſtatim ad ea verba viſum recepit. Migrauit è vita 12. Cal. Nouemb. campanis monaſterii vltro ſonantibus. Eius cadauer ad modũ orantis in cella ſua ſplendore cęleſti illuſtrata, cum ſcriptura in manibus, quam ſolus Epiſc. accipere, & legere potuit, repertum eſt, Campanarum ſonitus non ante ceſſauit, quam tumulatus eſſet. *Ex Sanctuario Eccleſ. Parmenſ.*

IESV CHRISTI ANNUS 1102.

PASCHALIS PP. II. ANNO III. HENRICI 3. Imperat. anno 19. Alexii Comnemi Imp. ann. 22.

I. Conc. Rõ. gener. in cauſa Henr. Imp. in quo Henriciana hæreſis damnata & Henr. Imp. iterum excommunicatus eſt. a) *Conradus Vrſperg.*

ANNO *Chriſti* 1102. a) Promiſerat Henric. Romã ſe venire, atq; cauſam ſuam cognitioni Synodali ſubmittere: cui rei Paſchalis PP. Synodum in vrbe media Quadrageſima congregauit. Cæterum tantum abeſt, vt Henricus ad condictam diem aduenerit, vt etiam Antipapam intrudere conatus fuerit: ſed tamen nihil profecerit. Interim conuenientibus vniuerſis Apuliæ, Campaniæ, Siciliæ, Tuſcaniæ, totiuſque ſimul Italiæ Præſulibus, Vltramontanorum aũt quamplurimorum Patrum Legatis, Synodus magna Romæ eſt habita, vbi præter antiqua Patrum inſtituta ex more confirmata, hæreſis Henriciana cum ſuis auctoribus atq; ſequacibus perpetuo anathemate huiuſmodi ſubſcripta profeſſione cõdemnata eſt: *Anathematizo omnem hæreſim, & præcipue eam, quæ ſtatum præſentis Eccleſiæ perturbat; quæ docet & aſtruit anathema contemnendum, & Eccleſiæ ligamenta ſpernenda eſſe. Promitto autem obedientiam Apoſtolicæ ſedis Pont. Domino Paſchali, eiuſq; ſucceſſoribus ſub teſtimonio Chriſti & Eccleſiæ, affirmans quod affirmat, damnans quod damnat ſancta vniuerſalis Eccleſia.* Porro in ipſum Henricum Imp. ſententia die cœnæ Domini, his verbis eſt promulgata: *Quia tunicam Chriſti ſcindere, id eſt, Eccleſiam rapinis & incendijs deuaſtare, luxurijs, periurijs, atque homicidijs commaculare non ceſſauit, primo à beatæ memoriæ Gregorio Papa, deinde à ſanctiſſimo viro Vrbano prædeceſſore meo propter ſuam inobedientiam excommunicatus eſt & condemnatus; nos quoque in proxima Synodo noſtra iudicio totius Eccleſiæ perpetuo eum anathemati tradidemus. Id notum volumus & maxime Vltramontanis eſſe, quatenus ab ipſius ſe contineant iniquitate.* Iuxta porro ſuperiorem profeſſionis fidei formulam, omnes Archiepiſcopi & Epiſcopi, iureiurando interpoſito ſe obſtringebant, cum primũ vel palliũ, vel conſecrationis munus à ſummo Pont. ſuſciperent. Eam conditionem cum Polonorum Archiepiſc. quaſi duriuſculam reputaret, hac de re Paſchalis ei ſcripſit, hunc in modum:

II. Epiſc. compulſi iurari obedient. ſedi Apoſtol.

* Literæ Paſchal. PP. ad Archiepiſc. Poloniæ de præſtanda ſedi Apoſt. obedientia.

Paſchalis Epiſc. ſeruus ſeruorum Dei N. Polonorum Archiepiſcopo. Significaſti, frater chariſſime, Regem & Regni maiores admiratione permotos, quod pallium tibi ab Apocriſariis noſtris tali conditione oblatum fuerit, ſi ſacramentum, quod à nobis ſcriptum detulerant, iurares. In pallio, frater, plenitudo conceditur Pontificalis officii, quia iuxta ſedis Apoſtolicæ, & totius Eccleſiæ conſuetudinem ante acceptum pallium Metropolitanis minime licet, aut Epiſcopos conſecrare, aut Synodum celebrare. Mirentur & in hac cauſa, & Dominum IESVM Chriſtum. Cum enim Dominus IESVS Chriſtus, vt omnium ouium ſuarum curam Simoni Petro committeret, conditionem poſuit dicens: Diligis me Simon Petre? paſce oues meas: ſi conſcientiarum factor & conditor conditione hac vſus eſt, nec ſemel tantum, ſed & ſecundo, & vſq; ad contriſtationem: qua nos ſollicitudine, qua prouiſione oportet, tantam Eccleſiæ prælationem, tantam Chriſti ouium curam fratribus imponere, quorum conſcientias non videmus, illis maxime, quos nullo vſu nouimus, quorum dilectionem penitus ignoramus? Aiunt, omne iuſiurandum à CHRISTO DEO *in Euangelio eſſe prohibitum, nec ab ipſis Apoſtolis poſt Dominum, nec in Conciliis inueniri poſſe ſtatutum. Quid eſt ergo quod idem Dominus ſubſecutus ait? Quod amplius eſt, à malo eſt? hoc enim amplius vt exigamus, malum nos, illo permittente, compellit. Nonne malum eſt ab Eccleſiæ vnitate, à ſedis Apoſtolicæ obedientia reſilire? Nonne malum eſt contra ſacrorum Canonum ſtatuta prorumpere? Quam multi hoc etiam poſt Sacramentum præſumpſerunt? Nonne prædeceſſor tuus præter Romani Pontificis conſcientiam damnauit Epiſcopum? Quibus hoc Canonibus, quibus Conciliis hoc legitur permiſſum? Quid ſuper Epiſcoporum tranſlationibus loquar, quæ apud vos non auctoritate Apoſtolica, ſed nutu Regis præſumuntur? propter hæc mala & alia euitanda huiuſmodi iuramentum exigitur. Cur*

Digitized by Google

Cumque ſanctiſſima Dei genitrix & S. Magnus per viſum eum monuiſſent, vt ſi ex eo morbo conualeſcere vellet, Apoſtolico Legato obſequeretur, Petrum acceſſiri iuſſit, qui manus Imp. ſupplici imponens, inuocato ſanctiſſimæ virginis & S. Magni nomine, illico illi ſanitatem reſtituit. Multis itaq; muneribus affectum Imp. remiſit, omnes ſumptus ad templi Cathedralis reſtaurationem adminiſtrans. Petrus denique cum Eccleſ. Anagn. 43. annis laudabiliter adminiſtraſſet, 3. Non. Aug. migrauit ad Chriſtum, Paſchali II. Sum. Pont. à quo in SS. numerum relatus eſt. *Ex Monum. Eccleſ. Anagn.*

XII. Miraculũ S. Botuidi de captura piſcium.

Floruit hoc anno S. Botuidus Martyr, in Regno Sueciæ, Prouinciæ Sudermanniæ, honeſtis, ſed infidelibus parentibus natus. Hic adhuc iuuenis in Angliam profectus, à quodam ſacerdote, ſingularis doctrinæ & ſanctitatis viro hoſpitio receptus, non ſolum myſteria fidei Chriſtianæ didicit, verum etiam gratia baptiſmi accepta, in diſciplina vitæ & perfectionis Chriſtianæ egregie inſtitutus eſt. Reuerſus in patriam gaudens, vt quondam felix ille Eunuchus à Philippo Diacono baptizatus, multos incredulos ad fidem Domini, exemplis virtutum, & ſalutaribus exhortationibus adducebat, Domino cooperante & ſermonem confirmante multiplicibus ſignis. Cum enim die quadam ſanctus cum familiaribus ſuis, & vicinis, ad capturam piſcium progreſſus fuiſſet, & à poſſeſſore loci illius Bouino retia laxare prohiberetur, niſi quartam piſcium partem ſibi promitteret: Beatus vir malens liti cedere, quam inanibus contentionibus vacare, ad propriam inſulam, quę in eodem ſtagno erat, perrexit; & poſtquam in genua procubuiſſet, orationemque ad Deum ſupplex feciſſet, famulis vt retia mitterent, imperauit. Quo, quanta vis orationis eius fuerit, Dominus euidenter demonſtrauit: ſiquidem tanta piſcium multitudo extracta eſt, vt duæ naues impletæ fuerint. Quod vir Dei cum aduertiſſet, ad ſuos conuerſus ait. *Laudemus Deum, qui fecit cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt, qui etiam hoc munus nobis immeritis donauit:* Illi vero qui circa Bouini poſſeſſionem, tota nocte fruſtra laborarunt, virtute miraculi, quod B. Botuido acciderat, permoti, ad virum ſanctum properant, & obtenta ab eo licentia ſimul & benedictione, naues quoq; ſuas piſcibus repleuerunt, ſolo Bouino nihil in captura proficiente, iuſto Dei iudicio, vt qui inuidiæ liuore, lingua ſua iniqua alium perſtrinxerat, ipſe ſolus inedia laboraret. At Botuidus iniuriarum prorſus immemor, tam Bouinum, quã cæteros omni beneuolentiæ ſignificatione complectebatur. Qua ſua lenitate & humanitate, præmiſſoque miraculo tantum profecit, vt facili negotio verbis illius perſuaderentur, Sacramentoq; Baptiſmatis initiati, Chriſto conſecrarentur.

XIII. Eiuſdem martyrium.

Contigit autem, vt Sclauum quendam, quem à captiuitate redemptum ad gratiam Baptiſmi adduxerat, & libertate donauerat, per Gothiam in patriam ſuam reuertentem, ſecuritatis cauſa magna charitate deduceret. Deducere autem eum ſtatuerat in Gothlandiam, vt inde facilius ad propria remearet; ſed defatigatus itinere ſanctus Botuidus, ad inſulam Rogoo applicauit, vbi, cum poſt labores, ieiunia & orationes conſuetas ad Deum factas ſub arbore quadam ſecurus quietem caperet, ab eodem ingrato homine, ſecuri propria crudeliter trucidatus, coronam iuſtitiæ à Domino iuſto iudice conſecutus eſt. Cum vero parentes & familia eius propter diuturnam eius abſentiam nimium triſtarentur, ac aliquid illi mali contigiſſe illa in via ſuſpicarentur, conſilium iniere per deuia ſyluarum & maritima quærendum. Congregata igitur multitudine propinquorum vna cum presbytero quodam pio Henrico nomine, cuius hortatu Dominum deprecabantur, vt quonam loco eum deprehendere, etſi minus forte viuum, ſaltem defuncti corpus oſtendere dignaretur. Finita oratione, auem quandam candidam proræ nauis inſidentem conſpiciunt, dulciterque allicientem, quam tanquam itineris ſui ductricem à Deo ſubmiſſam rati,

Quomodo corpus Botuldi defuncti inuentum à parentib.

A ſaluo ductu peruenere ad locum vbi corp' iacuit. Quo magna omnium conſolatione reperto, Deo immortali, qui in ſanctis ſuis ſemper eſt mirabilis, laudes & gratiarum actiones referebant, & in patriam delatum, duobus à Stocholmia miliaribus, honorificentiſſime tumularunt, quo loco templum in honorem martyris extructum, & ipſius de nomine Botuidkyrkia appellatum eſt. Anniuerſaria eius memoria die 28. Iulii peragitur. *De eo Annales Suet. & Breuiaria antiqua.* Recenſente Iohan. Vaſtouio Sigiſmund. III Reg. Polon. Biblioth. Præfecto.

IESV CHRISTI
Annus 1101.

B PASCHALIS PAPÆ ANN. 2. HENRICI III. Imper. ann. 18. Alexii Comneni Imper. ann. 21.

I Fraus Hẽrici Reg. Angl pro inueſtituris vſurpandis. a *Willelm. Malmesbu. de geſt Pon Angl lib. 1.*

ANno Chriſti 1101. Anno ſuperiore, Romam, à S. Anſelmo & ab Henrico Rege Legati miſſi, reuertentes, reſcriptum de inueſtituris à ſummo Pontifice retulerunt.[a] Rex ab Epiſcopis epiſtolam ſibi allatam, quod ſuæ voluntati refragari videtur, occulendam putauit: & nuda verba foras extulit, quibus Legati pro eius parte miſſi, pro Epiſcopali autoritate aſſerebant, Apoſtolicum Regis inueſtituras æquanimiter ferre, ſi cætera boni Principis officia exequeretur. Ideo autem noluiſſe litteris hæc credere, ne accepta occaſione cęteri Principes in C eum inclamarent. Contra, monachi qui pro parte ſancti Anſelmi fuerant miſſi, palam clamitabant, Apoſtolicis præceptis fraudem innecti conquerentes. Siquidem & epiſtola quam Anſelmo attulerant, vulgo iam legebatur, in qua non ſolum inueſtituras non concedere, ſed etiam ſtatuta Vrbani pertinaciter probabatur Paſchalis vrgere, ſeruandaque monere. Strepebat igitur omnis aula murmure: non debere attendi monachis, qui libenter fucis veritatem obſcurent, dummodo Archiepiſcopo placeant: Epiſcopalem gradum & ſermonem magni eſſe pōderis; monachos ius in ſecularium rerum teſtimonio perdidiſſe. Reponebat Balduinus Abbas; iſtud negotium ſeculare non eſſe: cui Proceres: Probum & prudentem te ſcimus virum, nec de illis eſſe, quæ maxima turba ordinem veſtrum male viuẽdo infamat: ſed D tamen & humana & diuina exigit ratio, vt magis tribus Epiſcopis, quam duorum monachorum teſtimonio credatur. Diu ergo fluctuauit Anſelmi ſentẽtia, quo vergeret; quod & aduerſa fronte teſtimonium Epiſcoporum refellere, videbatur ſuperbum; porro epiſtolæ, quę ſigillum Apoſtolicum prætendebat, non credere, ſtultum. Porro ſanctus Anſelmus confirmato animo reſpondit, ad certitudinem facti cognoſcendam miſſurum ſe Romam: interim illis qui inueſtiuẽtur, nec communionem ſuam negandam, nec benedictionem impertiendam.

II. Reſponſ. Paſchalis Pp. ad ſecundam An. S. Anſ. Legat.

Reſpondit Anſelmo Paſchalis, atq; inter cætera hæc ſcripſit: *Si paſtorale ſignum, ſi annulum, ſignaculum fidei tradit laica manus: quid in Eccleſia Pontifices agunt? Eccleſiæ honor atteritur, ſoluitur diſciplinæ vigor, & omnis religio Chriſtiana* E *conculcatur, ſi quod nouimus ſacerdotibus ſolis deberi, laica patiamur temeritate præſumi. Non eſt Laicorum, Eccleſiam tradere; nec filiorum, matrem adulterio maculare. Iure ergo priuandus eſt patrimonio, qui matrem polluit adulterio: nec meretur Eccleſiaſtica benedictionis conſortium, qui eam impia infeſtatione perſequitur. Laicorum eſt Eccleſiam tueri, non tradere. Quare quidam, cum illicitum ſibi ſacerdotium vendicaret, lepra percuſſus eſt. Filii quoque Aaron, quia ignem alienum impoſuerunt, igne diuino conſumpti ſunt. Alienum enim ab Eccleſia, & à ſacris canonibus eſt inhibitum, ne Principes & ſeculares viri inueſtituras non ſolum dare, ſed nec electioni Epiſcoporum audeant ſe violenter inſerere.* In VIII. quippe Synodo (vt noſtis) ſcriptum eſt: *Sancta & vniuerſalis Synodus definiuit, neminem laicorum Principum vel potentum ſe vi ingerere electioni,*

vel

A *vel promotioni Epiſcoporum. Si ergo filij Aaron, quia ignem alienum intulerunt, corporaliter puniti ſunt: iſti qui à laicis, à quibus alienum eſt, Eccleſiam ſuſceperunt, ſpirituali gladio feriuntur. Epiſcopos autem, qui veritatem in mendacium commutauerunt, ipſa veritate, quæ Deus eſt, in mediũ introducta, à B. Petri gratia, & noſtra ſocietate excludimus, donec Romana Eccleſia ſatisfaciant, & reatus ſui pondus agnoſcant. Quicumq; vero intra prædictas inducias, inueſtituras ſeu conſecrationem acceperunt, à conſortio fratrum, & ordinatos & ordinatores alienos habemus: nec eis ad excuſationem deceptio ſufficit, quia & Propheta ab alio Propheta deceptus, nec ideo mortem euaſit.* Hactenus Paſchal. PP. Anſelmo.

III. Sancti Brunonis Carthuſ. inſtitutoris obitus.

Eodem anno Florentiæ Rex Conradus obiit: in Calabria autem S. Bruno Carthuſianorum Patriarcha. In Oriente Cruce ſignati, S. Crucis virtute, quam ante Legatũ ſedis Apoſtolicæ Abbas Gerardus ferebat, de hoſtibus Saracenis triumpharũt, cum illi aſpectu eius perterriti in fugam ſe dediſſent. Ioppen quoq; obſeſſam, eiuſd. Crucis virtute receperunt: & conſueto miraculo lumina diuinitus incenſa Sabbato magno in templo Hieroſolymitano aſpexerunt. B Philippus Rex Galliarum in Concilio Pictauienſi excommunicatus, Legatum ad Paſchalem pro impetranda abſolutione miſit, quem tamen ne falſis pollicitationibus deciperet, Iuo Carnotenſis admonuit.

IV. Legatio Philippi Reg. Franc. ad Paſchalem pro abſolut. ab excom municat.

V. Didacus Gelmirius Epiſc. Eccl. Cõpoſtell. pallium Archiepiſc impetrat à Pontif.

Per id temporis in Hiſpaniis, Dalmachio Epiſc. Compoſtellano defuncto, Pelagius olim ea ſede eiectus, liberatus vinculis Romam abiit, honorem quo iniuria ſpoliatus erat (ſic ille ferebat) iudicio repetiturus. Cõtrouerſia in quartum annum tenuit. Tandem Paſchalis Pontif. Rom. auctoritate eo abdicato, Compoſtellani Sacerdotes de nouo Epiſcopo ſubſtituendo egerunt. Ventum in Comitia. Didacus Gelmirius ante ea vacuæ Eccleſiæ impoſitus Rector pro Epiſcopo, id ſpecimen virtutum dederat, vt ſi vita ſuppeteret, idoneum eſſe, qui Epiſcopus præficeretur, nemo dubitaret. C Cæteris ergo canonicis prætermiſſis, vnus aliorum omnium voluntate prælatus eſt ipſis Iulii Cal. Datum etiam, vt propter motus Reipubl. acceptos, impendenteſque calamitates à barbaris, in Hiſpania ſacraretur. Additum nouo diplomate, vt ſeptem Cardinales Sacerdotes, ad inſtar Rom. Eccleſ. Cõpoſtellæ eſſent. Iis tantum in ara templi maxima, ius eſſet diuina hoſtia ſacrificandi. Gelmirius ab hoc initio, ſtudio elatus Eccleſiæ quam regendam ſuſceperat nouis honoribus amplificandæ Romam abiit: & quamuis multis repugnantibus, pallii vſum Pontifice concedẽte obtinuit, qui illi atq; Cõpoſtellanæ Eccleſiæ gradus extitit ad Archiepiſcopatus honorẽ: quo à Calixto Rom. Pont. poſt aliquot annos auctus eſt. Hæc omnia ex Compoſtellana hiſtoria repetere, atq; in hunc locum conferre viſum eſt. *Mariana lib. 10. c. 6.*

VI. De Bertholdo monacho multis miraculis illuſtri.

D Hoc ann. vixit Bertholdus Parmæ Abundio patre natione Anglo natus. Is patris artẽ edoctus (erat aũt ſutor) monialib. cænobii S. Alexandri inſeruire cæpit. Cum vero quadam die ſanguis è manibus punctis efflueret, arte & ſæculo relictis, Abbatiſſam illius monaſterii ſummopere rogauit, vt ſe in conuerſum reciperet. Receptus, humilitate, & patientia armatus, abſtinentię, vigiliis, orationibus operã dedit, cilicio indutus, & flagellis ſeipſum affligens. Cum S. Alexan. PP. ſibi in ſomnis apparens, monuiſſet, vt Romæ loca ſancta viſitaret, eo ſtatim profectus, totam Quadrageſimam ibidem egit. Domum reuerſus mortuis parentibus, Viennam Allobrogum peregrè proficiſcens, in Xenodochio S. Antonii, plurimos ægrotos mirabiliter ſanauit. Eius ſanctitatis fama miraculis percrebreſcente, ad antiquum cænobium in patriam rediit. Ab eo cum cæcus eleemoſynam peteret, panem illi porrexit, dicens: *vide albus eſt*, qui ſtatim ad ea verba viſum recepit. E Migrauit è vita 12. Cal. Nouemb. campanis monaſterii vltro ſonantibus. Eius cadauer ad modũ orantis in cella ſua ſplendore cęleſti illuſtrata, cum ſcriptura in manibus, quam ſolus Epiſc. accipere, & legere potuit, repertum eſt, Campanarum ſonitus non ante ceſſauit, quam tumulatus eſſet. *Ex Sanctuario Eccleſ. Parmenſ.*

IESV CHRISTI ANNUS 1102.

PASCHALIS PP. II. ANNO III. HENRICI 3. Imperat. anno 19. Alexii Comneni Imp. ann. 22.

I. Conc. Rõ. gener. in cauſa Henr. Imp. in quo Henriciana hæreſis damnata & Henr. Imp. iterum excommunicatus eſt. a) *Conradus Vrſperg.*

ANNO *Chriſti* 1102. a) Promiſerat Henric. Romã ſe venire, atq; cauſam ſuam cognitioni Synodali ſubmittere: cui rei Paſchalis PP. Synodum in vrbe media Quadrageſima congregauit. Cæterum tantum abeſt, vt Henricus ad condictam diem aduenerit, vt etiam Antipapam intrudere conatus fuerit: ſed tamen nihil profecerit. Interim conuenientibus vniuerſis Apuliæ, Campaniæ, Siciliæ, Tuſcaniæ, totiuſque ſimul Italiæ Præſulibus, Vltramontanorum aũt quamplurimorum Patrum Legatis, Synodus magna Romæ eſt habita, vbi præter antiqua Patrum inſtituta ex more confirmata, hæreſis Henriciana cum ſuis auctoribus atq; ſequacibus perpetuo anathemate huiuſmodi ſubſcripta profeſſione cõdemnata eſt: *Anathematizo omnem hæreſim, & præcipue eam, quæ ſtatum præſentis Eccleſiæ perturbat; quæ docet & aſtruit anathema contemnendum, & Eccleſiæ ligamenta ſpernenda eſſe. Promitto autem obedientiam Apoſtolicæ ſedis Pont. Domino Paſchali, eiuſq; ſucceſſoribus ſub teſtimonio Chriſti & Eccleſiæ, affirmans quod affirmat, damnans quod damnat ſancta vniuerſalis Eccleſia.* Porro in ipſum Henricum Imp. ſententia die cænæ Domini, his verbis eſt promulgata: *Quia tunicam Chriſti ſcindere, id eſt, Eccleſiam rapinis & incendiis deuaſtare, luxuriis, periuriis, atque homicidiis commaculare non ceſſauit, primo à beatæ memoriæ Gregorio Papa, deinde à ſanctiſſimo viro Vrbano prædeceſſore meo propter ſuam inobedientiam excommunicatus eſt & condemnatus; nos quoque in proxima Synodo noſtra iudicio totius Eccleſiæ perpetuo eum anathemati tradidimus. Id notum volumus & maxime Vltramontanis eſſe, quatenus ab ipſius ſe contineant iniquitate.* Iuxta porro ſuperiorem profeſſionis fidei formulam, omnes Archiepiſcopi & Epiſcopi, iureiurando interpoſito ſe obſtringebant, cum primũ vel palliũ, vel conſecrationis munus à ſummo Pont. ſuſciperent. Eam conditionem cum Polonorum Archiepiſc. quaſi duriuſculam reputaret, hac de re Paſchalis ei ſcripſit, hunc in modum:

II. Epiſc. compulſi iurari obedient. ſedi Apoſtol.

* Literæ Paſchal. PP. ad Archiepiſc. Poloniæ de præſtanda ſedi Apoſt. obedientia.

Paſchalis Epiſc. ſeruus ſeruorum Dei N. Polonorum Archiepiſcopo. Significaſti, frater chariſſime, Regem & Regni maiores admiratione permotos, quod pallium tibi ab Apocriſariis noſtris tali conditione oblatum fuerit, ſi ſacramentum, quod à nobis ſcriptum detulerant, iurares. In pallio, frater, plenitudo conceditur Pontificalis officii, quia iuxta ſedis Apoſtolicæ, & totius Eccleſiæ conſuetudinem ante acceptum pallium Metropolitanis minime licet, aut Epiſcopos conſecrare, aut Synodum celebrare. Mirentur & in hac cauſa, & Dominum IESVM Chriſtum. Cum enim Dominus IESVS Chriſtus, vt omnium ouium ſuarum curam Simoni Petro committeret, conditionem poſuit dicens: Diligis me Simon Petre? paſce oues meas: ſi conſcientiarum factor & conditor conditione hac vſus eſt, nec ſemel tantum, ſed & ſecundo, & vſq; ad contriſtationem: qua nos ſollicitudine, qua prouiſione oportet, tantam Eccleſiæ prælationem, tantam Chriſti ouium curam fratribus imponere, quorum conſcientias non videmus, illis maxime, quos nullo vſu nouimus, quorum dilectionem penitus ignoramus? Aiunt, omne iuſiurandum à CHRISTO DEO in Euangelio eſſe prohibitum, nec ab ipſis Apoſtolis poſt Dominum, nec in Conciliis inueniri poſſe ſtatutum. Quid eſt ergo quod idem Dominus ſubſecutus ait? Quod amplius eſt, à malo eſt? hoc enim amplius vt exigamus, malum nos, illo permittente, compellit. Nonne malum eſt ab Eccleſiæ vnitate, à ſedis Apoſtolicæ obedientia reſilire? Nonne malum eſt contra ſacrorum Canonum ſtatuta prorumpere? Quam multi hoc etiam poſt Sacramentum præſumpſerunt? Nonne prædeceſſor tuus præter Romani Pontificis conſcientiam damnauit Epiſcopum? Quibus hoc Canonibus, quibus Conciliis hoc legitur permiſſum? Quid ſuper Epiſcoporum tranſlationibus loquar, quæ apud vos non auctoritate Apoſtolica, ſed nutu Regis præſumuntur? propter hæc mala & alia euitanda huiuſmodi iuramentum exigitur. Cur

Digitized by Google

A

autem iuramentum Dominus prohibuerit, Apoſtolus Iacobus manifeſte adyciens docet: vt non ſub iudicium incidatis, ne quiſque (ſicut ſanctus Auguſtinus exponit) aſſiduitate iurandi ad periurium per conſuetudinem delabatur. Quapropter iuratione quis non vtatur, niſi neceſſitate, cũ viderit pigros eſſe homines ad credendum, quod vtile eſt eis credere, niſi iuratione firmetur. Hoc nimirum malo ac neceſſitate compellimur iuramentum pro fide, pro obedientia, pro vnitate requirere. Petro Apoſtolum Paulum pro auditorum diffidentia iuraſſe, eius epiſtola teſtantur. Aiunt in Concilijs ſtatutum non inueniri; quaſi Romanæ Eccleſiæ legem Concilia vlla præfixerint, cum omnia Concilia per Eccleſiæ Romanæ auctoritatem & facta ſint, & robur acceperint, & in eorum ſtatutis Romani patenter auctoritas excipiatur. Nonne in Concilij Chalcedonenſis Actione decima ſexta ſtatutum eſt: Ante omnia quidem Primatus honorem præcipuum ſecundum canones antiquæ Romæ reuerendiſſimo Archiepiſcopo conſeruari? Itaque, quod conſueuerunt Rex & magnates à ſupradicta Sacramenti conditione te quieſcere: videtur vobis iudicium Euangelicum? Videturne Primatus noſtri honor præcipuus? Numquid animo cecidit illa ſententia Domini: Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum? Numquid Hungarico Principi dictum eſt: & tu conuerſus confirma fratres tuos? Numquid hæc nos commodi noſtri profectione requirimus? & non vnitatis Catholicæ ſtatuimus firmamentum? Poſſunt Apoſtolicam ſedem contemnere; poſſunt aduerſum vos calcaneum eleuare: datum à DEO priuilegium euertere vel auferre non poſſunt, quo Petro dictum eſt: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, &, Tibi dabo claues regni cælorum. Quibus tamen quatuor Conciliorum decretis dandi pallij modus præſcriptus eſt, & profeſſionis vel obedientiæ ordo ſancitus eſt. Cum igitur à ſede Apoſtolica veſtræ inſignia dignitatis exigitis, quæ à Beati tantum Petri corpore aſſumuntur; iuſtum eſt, vt vos quoque ſedi Apoſtolicæ ſubiectionis debitæ ſigna ſoluatis, quæ nos cum beato Petro tamquam membra de membro hærere, & Catholici capitis vnitatem ſeruare declarent. In quibus à prædeceſſoribus noſtris ea eſt adhibita moderatio, vt nihil iniurioſum, nihil difficile ſit appoſitum, quod non etiam præter exactionem noſtram ab omnibus debeat Epiſcopis obſeruari, qui ſub Apoſtolorum principum Petri & Pauli obedientia decreuerunt & vnitate perſiſtere. Numquid non vltra vos Saxones, Danique conſiſtunt? Et tamen eorum Metropolitani & idem iuramentum aſſeruit, & Legatos Apoſtolicæ ſedis honorifice tractant, & in ſuis neceſſitatibus adiuuant, & Apoſtolorum Limina per Legatos ſuos non tantum per triennium, ſed annis ſingulis viſitant. Ita te, frater chariſſime, fruamur in Domino, vt non per te in Eccleſijs ſubtractionis & diſſidij, quod abſit, oriatur occaſio.

B

C

Hæc Paſchalis Archiepiſc. Polonorum: & ex eadem formula Archiepiſcopo Panormitano.

D

III. Conc. Londin. ſub S. Anſelmo in cauſa inueſtiturarum Eccleſ.

Sanctus Anſelmus Canthuarienſis Epiſcopus hoc anno Synodum Londonis celebrauit. In qua Canonem Romani Concilij de inueſtituris ſæcularium promulgauit, aliaque perutilia reformandis moribus conſtituit.

IV. Mirabilis conuerſio Otto Cancell. facti Epiſcopi.

Eodem anno defuncto Ruperto Epiſcopo Babenbergenſi, ab Henrico Imperatore ſubſtitutus eſt Otto eius Cancellarius qui quod voto ſe aſtrinxiſſet, nullam inueſtituram niſi à ſummo Pontifice accipere, ſtatim Paſchali Pontifici perſcripſit, humiliter ab eo tum inueſtituram, tum conſecrationem depoſcens. Nam à ſeculari manu, quemadmodum antea Auguſtanum & Halberſtatenſem nolebat recipere, ſic & Babenbergenſem promptus erat dimittere. Reſcripſit Paſchalis, monens vt quantocyus Romam adueniret.

E

V. Leodienſis ſchiſmat. declamatio in Paſch. PP.

Per idem temporis ſcripſit Paſchalis Roberto Flandrenſium Comiti ex Palæſtina reduci, vt Cameracenſes & Leodienſes clericos ſchiſmaticos Henrici fautores refrenaret, contraq; Henricum ipſum, atq; eius ſectatores arma exerceret; Nullum profecto, ſcribebat, gratius Deo ſacrificium offerre poteris: quam ſi eum impugnes, qui ſe contra DEVM erexit, qui Eccleſiæ Dei regnum auferre conatur, qui in loco ſancto Simonis idolum ſtatuit, qui à Principibus DEI ſanctis Apoſtolis, eorumque Vicarijs de Eccleſiæ domo ſancti Spiritus iudicio expulſus eſt. Contra Leodienſes, ſcripſerunt declamationem acerrimam aduerſus Paſchalem, more antiquorum ſchiſmaticorum Donatiſtarum affectantes Catholicum nomen.

VI. Donatio Mathildis renouata. b Domnizo in vita Mathildis.

[b] Mathildis Comitiſſa, cum audiſſet donationis ſuæ ſchedulam, Gregorio ſeptimo, & vniuerſali Eccleſiæ Romanæ oblatam interiiſſe, nouum diploma conceſſit ſignauitque. Ad quem cum à Paſchali Pontifice Bernardus S.R.E. Cardinalis Abbas Vallis vmbroſæ & ſedis Apoſtolicæ Legatus veniſſet aliquando, ſtudioſis partium Henrici Parmenſibus, ab altari apud quod ſacra myſteria offerebat auulſus, tractus, inque carcerem detruſus eſt, omni ſacra ſupellectili per eos diſtracta, vindicaſſet ſeueriſſime Mathilda cum exercitu aduolans, inſolentiam Parmenſium, niſi Bernardus pro hoſtibus ſuis ſupplex fuiſſet.

VII. De Botilde Regina & Rege Daniæ ipſius marito.

Hoc anno vixit Bothildis Regina, in Suecia nobili genere orta, Patre Thrugoto ſeu Trugillo, Auo Vlphone Gallonis, ob formam ac morum præſtantiam, Erico ſecundo Daniæ Regi matrimonio copulata, raræ atque admirandæ patientiæ exemplo, ſingularique moderationis beneficio poſteritati inſignem nominis ſui commendauit memoriam. Cum enim Rex cæteroquin laudatiſſimus, vinculi coniugalis, quod aſtrictius videbatur, pertæſus, in alienos thoros cupiditates ſuas effudiſſet, pellicumque amores deperiret, Botildis tantam mariti inſolentiam inuicta ſuſtinuit mente. Nam puellas quas ab eo adamari præſenſerat, ne clariſſimum Ducem turpidinis reum ageret, cum alius modus medendi malo nullus occurreret, maternæ dilectionis officiis proſequebatur: Eoque ſe demiſit, vt & proprijs eas manibus exornaret, & ancillæ adinſtar deſeruiret. Itaque non ſolum mariti flagitium diſſimulatione texit; ſed etiam odium merentibus, gratiam erogare ſuſtinuit, veneratione contemptum, obſequiis iniuriam, ſi vel hac via grauioribus malis obuiam iret, compenſando. Dehinc religioſæ peregrinationis propoſitum amplexatus eſt Rex, Iudæamque diuinæ diſpenſationis memoria venerabilem adire conſtituit. Nec piget Botildis ad conſectanda mariti ſtudia animus fuit, quem quidem eodem voto, quamuis diuiduo thoro ſecuta, profectionis meritum pudicitia cumulauit. Cæterum iter longum ingreſſa, multis terra marique emenſis difficultatibus, vbi tandem Hieroſolymam attigit, votumque læta compleuit, diem clauſit extremam; Erico quoque in Cypro vitæ ac peregrinationis labore aſſumpto. Sepulta in Valle Ioſaphat. *Saxo Grammat. libro 12, Helmoldus in Chron. Slauor.* Recenſ. Ioan. Vaſtouio Sigiſmun. III. Reg. Polon. Biblioth. Præfecto.

IESV CHRISTI ANNUS 1103.

PASCHALIS PP. II. ANNO IV. HENRICI 3. Imperat. anno 20. Alexii Comneni Imp. ann. 23.

I. Otto Epiſc. ad Paſchal. PP. aduentus a vit. Otto lib. 1. c. 7.

ANNO *Chriſti* 1103.[a] Otto Babenbergenſis Romam veniens, culpam ſuam confeſſus, quod à profano homine inueſtituram Epiſcopatus accepiſſet, baculum & anulum poſuit ad pedes Paſchalis. Volebat Pontifex vt illa reſumeret: verum ille amore quietioris vitæ æſtuans recuſauit, domumque inſcio Paſchali reuerti cœpit. Quod cum Paſchalis ſciuiſſet, miſſis Legatis hominem reuocauit, inuito munus Epiſcopale contulit, atque clero & populo Babenbergenſi initiatum per literas commendauit. Mox autem vt eſt conſecratus, ita donis Spiritus ſancti abunde repletus fuit, vt Apoſtolorum inſtar & loqueretur, & operaretur magnalia. Conceſſit ei poſtmodum Paſchalis pallium diebus duplicatis: cum quatuor tantum in anno eo vtendi eius prædeceſſores recepiſſent à Romanis Pontificibus facultatem.

Digitized by Google

II. S. Anſelm. Romã mittitur pro inueſtituris Eccleſ. c Edmer. in Anſelmo. Paſchal. PP. conſtantia pro libertate Eccleſ.

A S. Anſelmo Canthuarienſi Archiepiſc. necdum bene conueniebat cum Rege Henrico, pro inueſtituris, quas ille reprobabat, iſte vſurpabat. Quamobrem conſilio Epiſcoporũ, Romam venit. Vbi cum Regius Legatus diceret, Regem Henricum, nec pro regni amiſſione pati poſſe ſibi Eccleſiaſticas inueſtituras auferri: Paſchalis quoq; reſpondit: Scias (ecce coram Deo dico) quia nec pro ſui capitis redemptione eas illi aliquando Paſchalis Papa impune permittet habere. Reſcripſit etiam ipſe Regi, monens eũ per literas, ne ſe Regnumque ſuum turpi dedecore afficeret, neue occaſionem Anſelmo daret, extra regnum commorandi. Nihil ea res mouit peruicacem, qui vt comperit Pontificem in ſua ſententia perſiſtere, mox Archiepiſcopatum inuaſit, & Anſelmum ſuis omnibus ſpoliauit.

III. Diſpenſat in quarto gradu cum Reg. Polon.

Hoc anno Paſchalis Boleslao Principi Poloniæ indulſit, vt Stislauã Ruſſiæ Regis filiã, quarto conſanguinitatis gradu ſibi coniunctam, in matrimonium adiungeret. B

IESV CHRISTI ANNUS 1104.

PASCHALIS PAP. II. ANNO V. HENRICI 3. Imperat. anno 21. Alexii Comnemi Imp. ann. 24.

I. Gualdonis Epiſc. Bellouac. Legat. in Polon. a Dlugoſſius.

ANno Chriſti 1104.[a] Gualdo Epiſc. Bellouacenſis forte tunc Romam venerat, vt Limina Apoſtolica viſitaret. Eum Paſchalis Pont. in Polon. Legatum miſit, qui à Boleslao Principe comiter exceptus, Polonica viſitata Eccleſia, rigore iuſtitiæ in ſceleratos, Boleslai illum animante aſſiſtentia, Iſaslaum Cracouienſem Epiſc. quod eã dignitatem ex ſola Principis donatione ſuſcepiſſet & aliũ quendam Gneſnenſis prouinciæ Epiſcopum, culpa exigente damnauit, & ſedibus eiecit. Idem Legatus, vna cum reliquis Polonorum Epiſcopis, filium Boleslao ex Stislana natum, ex ſacro fonte leuauit, & Ladislaum dixit. C

II. Legatio in Gall. pro abſolut. Reg. Philipp.

Miſit etiam Paſchalis PP. Richardum Albanenſ. Epiſcopum Legatum in Gallias, qui Philip. Reg. anathemate damnatum exſolueret: cæteraq; Eccleſiæ Gallicanæ carcinomata perſanaret. Et quidem is in vrbe Pariſiorum Regem à vinculo abſoluit.

Conc. Trecenſ. in cauſa Simoniæ b. Iuo ep. 94.

Trecis autem Concilio celebrato, reliqua Eccleſiaſtica tractauit: & Simoniacorum cauſas definiuit. Accuſati aliqui Carnotenſium clerici, excuſabant crimen Simoniæ, exemplo [b] & conſuetudine Romanæ Eccleſiæ, in D qua dicebant Cubicularios & miniſtros ſacri Palatii multa exigere à conſecratis Epiſcopis, vel Abbatibus, quæ oblationis vel benedictionis nomine palliantur, cum nec calamus, nec charta, gratis vt aiunt habeatur, & hoc quaſi lapide, (referebat Iuo ſcribens Richardo Legato) conterunt frontem meam, cum non habeam quid reſpondeam, niſi Euangelicum illud: *Quæ dicunt ſeruate & facite: ſed ſi id faciunt, ſecundum opera eorum nolite facere. Si autem hanc peſtem radicitus euellere non valeo, non tantum inualitudini meæ hoc imputandum eſt; quia ad hoc ab origine naſcentis Eccleſiæ Romana Eccleſia laborauit, nec à gremio etiam ſuo tales ſua quærentes penitus præualuit eliminare: nec in diebus malis regnare deſinet cupiditas, donec finito mundi termino, pacatum regnum accipiat charitas. Interim autem (vt verbis Auguſtini vtar) quantumlibet vigilet diſciplina domus mea, homo ſum, & inter homines viuo: nec mihi arrogare* E *audeo, vt domus mea melior ſit, quam arca Noe, vbi inter homines ſeptem reprobus vnus deriſor patris inuentus eſt: aut melior quam domus patris Abrahæ, vbi dictum eſt: Ejice ancillam & filium eius: aut melior ſit quam domus Iſaac, cui de duobus geminis dictum eſt: Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Et vt ad Chriſtiana tempora veniam; ſemper patitur* CHRISTVS *in membris ſuis Iudam proditorem, Antiochena Eccleſia Nicolaum fornicationis laudatorem, Simonem lucrorum ſacrilegum ſectatorem. Et, vt vniuerſaliter dicam, ſemper abundabit palea, donec ventiletur area. Si qua tamen talia* A *in auribus noſtris iudiciario ordine publicãtur; ſi certis documentis approbantur, cõſeruato quidem legum tramite, inulta præterire non patimur: Incerta autem æterni iudicis tribunalibus iudicanda reſeruamus.*

Hæc cum Legato ſcriberet Iuo, non potuit tamen euitaſſe, quin à quibuſdam maleuolis inſimularetur criminis Simoniæ. Cui delationi cum nonnihil detuliſſet Paſchalis Papa, habuit poſtulare ab eo, ne nimium crederet his, qui cauſa fugiendæ cenſuræ, ex appellationibus importunis Romam confluerent: quod ſi aurem diſcolis accommodaret, ſeque vexandum exponeret; vnum aiebat remanere ſibi tutum & totum conſilium, aſſumptis pennis columbæ, à moleſtiis inutilibus auolare, & in ſolitudine requieſcere; vbi, inquit, expectem eum qui ſaluum me faciat à puſillanimitate men- B tis & inquietudine: cum ante Epiſcopatum, & in Epiſcopatu ſemper voluntas mea fuerit, magis in loco humili ſaluari, quam in alto periclitari: & in domo Dei magis abiectum eſſe, quam illis præeſſe, quibus non poſſem prodeſſe.

III. Patriarch. Hieroſ. Romam venit

Inter hæc Paſchalis, Rotrocum Comitem Cenomanen. qui publicauerat bona cuiuſdam militis cruce ſignati, anathemate percelli præcepit: Daibertum Patriarchã Hieroſolymitanum ſede à Balduino pulſum Romam venientem audiuit, & ſi quid indigne geſſiſſet, à Cruce ſignatis inquiſiuit: Sanctum Brunonem Signienſem Epiſcopum, qui abiecta dignitate in monaſterium ſeſe receperat, curam Eccleſiæ reſumere iuſſit, &, quamquam excuſaret, Legatum in Galliam deſtinauit: Didacum quoque Compoſtellanum Epiſcopum admonuit, vt res Eccleſiæ ſuæ iuxta normam ſedis Apoſtolicæ C diſponeret.

Eodem anno Otto Caſtellus Comes Interamnæ Bertham Henrici Imp. filiam Ptolomæo Octauio Comiti Tuſculano S. Euſtachii ſibi ſanguine iuncto, in matrimonium conciliauit. *Petr. Diac. lib. 4. c. 63.* IV.

IESV CHRISTI ANNUS 1105.

PASCHALIS PAPÆ II. ANN. VI. HENRICI 3. Imperat. anno 22. Alexii Comnemi Imp. ann. 25.

I. Rebellat Henric. fil. aduerſus Henr. Imp. conuocatq; Conc. Northuſ. Catholicorum. a Vſperg.

ANno Chriſti 1105.[a] Henricus V. Rex eo nomine dictus, Diboldi Marchionis, Berengarii Comitis, & D Ottonis ex materna ſtirpe cognati, aliorumque piorum conſilio & adiutorio fretus, facta à Patre Henrico Imp. diſceſſione, Legatos Apoſtolicos adiit, coram quibus cum hæreſim paternam condemnaſſet, & ſummo Pontifici obedire ſpopondiſſet, Noricos, Alemannos, Francos Orientales, Saxoniæque Principes ac populos breui ſibi conciliauit: & Epiſcoporum atque laicorum conuentu, in Northuſo villa regia, ad quartum Calend. Iunii indicto, Regio diademate à Ruothardo Moguntino, & Gebehardo Conſtantienſi Epiſcopis ſedis Apoſtolicæ Legatis coronatus, ad tractandam Eccleſiaſticæ inſtitutionis deprauatam diſciplinam animum adiecit. In hoc Concilio ſuper ſententiis inſtantibus, Patrum decretis primo relectis, quædam correcta, quædam verò grauiora ad ſedem Apoſtolicam delata ſunt. Simoniaca quippe hæreſis, Patrum conſuetudine condemnata, Nicolaitarum quoq; fornicaria commixtio, ibidẽ ab E omnibus abdicata eſt: Ieiunium mẽſis Martii hebdomada Quadrageſimæ: ieiunium vero menſis Iunii in ipſa hebdomada Pentecoſtes Romano more celebrandum, decretum eſt. Hi etiam qui à Pſeudoepiſc. fuerant conſecrati, per Catholicam manus impoſitionem reconciliatio proximo ieiunio danda promiſſa fuit. Videtũt qui tum præſentes intererant, inter hæc Regem Henric. non modicã bonæ indolis ſpem, magna ſimul auctoritate & humilitate coram omnibus prætendentem. Nam cum

Digitized by Google

Seruorum Dei conuentui non niſi vocatus intereſſe vellet (ingens enim ibi cum Epiſcopis & clericis, etiam Abbatum atq; monachorum Eccleſiaſticam ſitiens vniuerſitatem turba confluxerat) tandem in abiecto productus habitu, locoq; ſtans editiori omnibus iuxta Principum decreta ſuas leges atque iura rationabiliter innouauit; ſi qua vero irrationabilia rogabantur, mira ac vltra annos ſuos prudenti reſponſione & auita magnanimitate confutauit: in omnibus his, & ſibimet miro modo ſeruans adoleſcentiæ verecundiam, & Chriſti Sacerdotibus dignam exhibens venerationem.

Pia Henrici filii conteſtatio de patre.

Inter hæc obortis lachrymis, ipſum Regem cunctamque militiam cœli teſtabatur, ſe nulla regnandi cupiditate paternum ſibi regimen vſurpare; neque Dominum & patrem ſuum à Romano deponi Imperio exoptare; imo debitam pertinaciæ & inobediẽtiæ eius ſemper compaſſionem habere; ſicque S. Petro eiuſq; ſucceſſoribus lege Chriſtiana ſe ſubiiciebat, vt ſiue regno cedere, ſiue ſeruiliter ipſi ſubeſſe, pollicetetur. Quod cum oẽs audiſſent, non potuerũt ſibi à lachrymis temperare: quin cum fletu pro patris cõuerſione, ac filii proſperitate preces funderent, kyrieeleiſon conclamantes. Hac eadem hora Vto Heldinisheimenſis, & Henricus Paderburnenſ. & Fideric. Halberſtadenſ. Præſules, veſtigiis Metropolitani proſtrati, ipſius, atq; Regis ſtantis, totiuſq; præſentis Eccleſiæ teſtimonio, à ſchiſmate reuerſi, ſedis Apoſtolicæ iudicio ſe permiſerunt, & obedientiã promiſerunt.

II. Tres Epiſc. Germaniæ ſchiſmat. ad obedientiã ſed. Apoſt. redeunt.

His tranſactis Henric. Magdeburgenſi Eccleſiæ dudum deſignatum Archiepiſc. ſed ab Imp. fidelibus repulſum cõſecrari fecit: nec multo poſt contra Moguntinos expeditione facta Brotherum Archiepiſc. totis octo annis exulem, in ſedẽ ſuam reſtituit: deinde aduerſus Patrem caſtris motis, hæc pro concione locutus eſt: *Grates, ô boni commilitones affectui circa me veſtro ſummopere refero, & vnicuiq; veſtrum par pari referre, ſi res exegerit, non abnuo.*

Nemo tamen in hoc me ſibi velit vel credat fore fœderatum, vt Dominum & Patrem meum per ſe glorietur occiſum, vel vnquam aſtimet occidendum. Ego quidem Chriſtianis mihi legibus ſubarrhatum Regnum, vt hæres & ſucceſſor Auguſti tenere, ſi tamen rerum omnium dominatori placuerit, cupio parricida vocari, vel eſſe nolo. Quod ſi pater meus Apoſtolicæ obedientiæ iugo ſe ſubiecerit: ego mox in his, quæ ſua duntaxat mihi clementia conceſſerit, contentus ero. Interim me, non impugnatorem eſſe patris, ſed paterni regni propugnatorem noueritis. Motus eſt ea filii pietate & pater Imp. cum hæc tenũciari audiſſet. Quamobrem & Paſchali Papæ ſupplices ſcripſit, vt vellet illi filium conciliare ſecumq; paterne de rebus per internuncios primum ſecretos, deinde publicos tranſigere: & Bingam ad filium acceſſit, ab eoque tum patienter audiuit, quæ ille de anathematis vinculo contempto, deq; multis in Rempublic. Eccleſiaſticam indignè commiſſis exprobrauit; tum dicto ſe in poſterum fore obedientem promiſit his quæ in proximo Comitio à Legatis ſedis Apoſtolicæ, atq; Principib. vniuerſis decernerentur.

III. Henr. Imp. ad Paſchal. PP. recurrit.

Interim die Natiuitatis Domini, Moguntiã totius regni Teutonici magnus Epiſcoporum, Abbatum, & Procerũ numerus confluxit. In quorũ Concil. cum Henric. Imp. per ſuos internũcios admiſſos reatus maxima cũ demiſſione confeſſus eſſet, neq; abſolutionem (dicentibus Legatis facultatem ſuam excedere) obtinuiſſet, partis vtriuſque conſiliis annuens, regalia vel Imperialia inſignia, crucem ſcil. & lanceam, ſceptrum, globum atq; coronã, poteſtati filii permiſit, proſpera cuncta illi vouit, primatibus eum commendauit, & ex tunc iuxta ſummi Pont. totiuſq; Eccleſiæ decreta, ſuæ cõſulere animæ promiſit. Hoc ordine Henric. iſtius nominis V. Rex, primum à patre, deinde ab vniuerſæ Germaniæ Principib. in Regem iam ſecundò electus, ab Apoſtolicis quoq; Legatis per manus impoſitionem Catholicè confirmatus, acceptis tam ab Epiſc. quam laicis iuxta morem patriæ, ſacramentis, regnare incæpit. Henric. porrò ſenior abrenũciata Imperiali dignitate priuatus abſceſſit, & ad quandam ciuitatem, quam filius victus eius tradiderat, conceſſit.

Conuent. general. Mogunt. Hen. Imp. ſe abdicat.

Miſſi ſunt ex eo Comitio ad ſedẽ Apoſt. Legati, à Lotharingia Bruno Treuirenſ. à Saxonia Henr. Magdeburgen. à Francia Otto Babenbergenſis, à Baioaria Eberhardus Eichſtatenſis, ab Alemania Gebehardus Conſtantienſ. à Burgundia Curienſis Epiſc. nonnulli etiam nobiles de latere Regis laicæ profeſſionis, qui inter cæteras poſtulationes, ſummum Pont. ad aliquem locum Ciſalpinũ ad ſynodum indicendam inuitarent; nimirum vt ipſe facilius pro Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine rebus Eccleſiaſticis prouideret.

Legatio per inſignis ad Paſch. P.

Ad eund. modum Eccleſia Romana de ſchiſmaticis triumphante, iuſſit ſummus Pont. Guiberti capitis ante quinq; annos ſepulti oſſa ex ſepultura eiicere, & vniuerſa eius inſtituta, vt verè non Apoſtolici ſacerdotis, ſed apoſtatici inuaſoris, abrogauit. Cauſa erat. Namq; ſchiſmaticorum plurimi, quominus viribus pollebant, tãto magis mendaciis nitebantur, atq; in vulgus falſas viſiones in ſepulchro Guiberti ſpargebant; nimirum viſas illic noctu ſplẽdeſcere facellas cælitus miſſas, indices eius apud Deũ receptionis, quibus cũ ſimpliciores traducerentur, placuit, vt eiuſmodi ſupplicium ei decerneretur, quod aliquando Pſeudoprophetæ paſſi ſunt poſt mortem, vt oſſa ipſius exhumarentur, nõ tamen, vt illorũ effoſſa cremarentur, ſed in flumẽ proiicerentur. Ab hoc exẽplo in tantum diuinæ legis ſubito zelus vbiq; efferbuit, vt etiam ipſa cadauera Pſeudoepiſc. ab Eccleſiis eliminarentur.

IV. Oſſa Guiberti Antipap. effoſſa & in flumẽ proiecta.

Exhumata cadauera ſchiſmat.

Hoc anno, 17. Cal. Febr. apud Balneũ in Æmilia, obiit B. Ioanna virgo Monialis Camaldulenſis. Ea in pago agri Balneenſis, qui Fons clauſus appellatur orta, inq; monaſterium monialiũ S. Luciæ inter conuerſas recepta, obediẽtia maximè & humilitate refulſit. Eius ſanctitatẽ Deus miraculis comprobauit. Cum enim illa diẽ ſuum obiiſſet campanæ Eccleſiarum Balnei nullo pulſante ſonuerunt, quo miraculo clerus & populus Balneenſis commotus, corpus eius ſolemni põpa elatum in maiori Eccleſia condidit, multis poſt mortẽ ſubſecutis miraculis. Cum enim Balneum peſte maxima affligeretur, vbi B. Ioannæ ſacellum populus publico voto adſtrictus extruere pollicitus fuiſſet, illicò lues illa ceſſauit. Extructo autem ſacello cũ hac inſcriptione, *Diuæ Ioannæ ob patriam à peſte vendicatam*, iſtud accidit non inuoluendum ſilentio, cum aliquibus reliquiarum partem clam noctu abſtuliſſent, in ſuam ipſorum patriam deferendam; cum per totam noctem incedentes longe à Balneo diſtare ſe arbitrarentur, mane ſe ad Balneẽſis Eccleſiæ ianuam inuenere. Quare vehementius perterriti, crimen confeſſi, brachium, quod abſtulerant, reſtituerunt. *Auguſt. Florent. libro tertio Hiſtor. Camaldulenſ.*

V. Miracula de S. Ioannæ obitu & reliquiis.

Hoc ann. in Oriente mortuus eſt Princeps Raymundus Comes Toloſanus, vir pietate & armis inſignis. In Italia vero ad cœlos migrauit S. Petrus Anagninæ Epiſc. miraculis clariſſimus, à Paſchali Pont. propter ea in numerum ſanctorum aſcriptus, ad 3. Non. Auguſti.

VI.

IESV CHRISTI ANnus 1106.

PASCHALIS PAPÆ II. ANNO VII. HENRICI 3. Imperatoris anno 23. Alexii Comneni Imp. anno 26.

ANno Chriſti 1106. [a] Henricus Imp. facti pœnitens, è ciuitate in qua priuatam vitam ageret, fuga elapſus, primum Coloniam, deinde Leodiũ venit. Vbi à ſuis benigne acceptus, literas ſub titulo, ad Regem Celtarum, patentes, ad omnes miſit, vt illos in filium commoueret. Commemorabat fraudes, deinde vim apertam, à filio armato ſibi illatam, ad extorquenda inſignia Imperii. Hæc omnia cum in vulgus vulgaſſet, plurimos maxime commouit, qui reſtituendum ſibi illum proponebant. Inter hæc Vernerus quidam ex ordine miniſterialiũ Regis, qui Marchæ, quæ in partibus Aquini, præerat, quaſi Hẽricianam hæreſim reſuſcitaturus, collectis vndequaquã per Italiã copiis, corruptis quoq; multa pecunia Romanis nõnullis, cũ Paſchal. in Beneuenti finib. moraretur

I. Henric. ſen. elabitur & declamat in filium.

a Vrſpergen.

quemdam

Pſeudopapa Sylueſter eligitur.

quemdam Abbatem de Farfa, proh nefas! Cathedræ S. Petri impoſuit, & ipſum Papam Cæſaris, nomine Sylueſtri appellauit, qui tamen poſt paululum, turpiter vt merebatur, à Catholicis eliminatus, veſaniæ ſuæ præmium, male conquiſiti, peiuſque diſperſi æris retulit damnum. Porro Proceres & Epiſcopos Legatos Romam euntes, Albertus quidam adoleſcens, partium Imperatoris inſigni comitatu, apud Tridentum pernoctantes, inermes & peregrinos, vi cepit, ſpoliauit, cuſtodiæ tradidit: neque prius dimiſit, quam Vuelphonis Ducis Noricorum armis cogeretur. Namque Gebchardus Conſtantienſis cum ſuis per occultiores Alpium ſemitas ingreſſus, ad Mathildem peruenerat, atque hanc nouam Deboram ad ferenda auxilia excitarat. Cæterum Vuelpho ipſum Adelbertum, ſuique ſceleris complices adeo perterruit, vt eductos quos clauſerant Principes, ipſumque caſtellum, nouo Epiſcopo Gebehardo à Rege Catholico conſtituto redderent, & ipſi inſuper nudipedes ab his quos afflixerant, veniam poſtularent. Interim Henricus iunior Coloniam pro patre ſtantem obſedit, & Legatos literas à Patre ferentes audiuit, ſuſcepit, legit, tergiuerſatione plenas: vtpote in quibus profiteretur ſe paratum fuiſſe & eſſe ad obediendum Romano Pontifici, & Principum conſilio, & Hugonis Abbatis Cluniacenſis, aliorumque religioſorum virorum, de regni & Eccleſiæ ſtatu decretis.

II. Henr. ſen. echnæ.

Proinde orabat filium; *Pro honore regni,* inquit, *& tua, & paterna deuotione, & per auctoritatem Romani Pontificis, & Romana Eccleſia, vt de iniuria nobis illata, & de his quæ nobis vi & iniuſte abſtuliſti, iuſtitiam facias: noſq; & fideles noſtros ceſſes infeſtare imo permittas nos pacifice & quiete viuere. Ead. omnia ab omnib. Archiep. & Epiſc. filio adhærentib. per literas exigebat; hocq; vnicũ inculcabat: Præterea ſicut Domino PP. in præſentia Legati ſui & veſtra obedire parati ſuimus, ita nũc parati ſum' ei oẽm debitam reuerentiam, & obedientiam ſincero corde & deuotione præſentialiter exhibere, & tam conſilio veſtro, quam ſpiritualis patris noſtri Hugonis Cluniacenſis Abbatis, aliorumque religioſorum virorum de ſtatu Eccleſiæ & honore regni, quantum in nobis eſt diſponere. Cum ergo ad hæc omnia parati ſimus, rogamus, vos & obnixè precamur, quatenus pro Deo, & honore regni & veſtro, inſtanter moneatis filium noſtrum. cum nulla ei ſecundum præfatam ſententiam aduerſum nos reſidua ſit occaſio: amodo deſiſtat nos & fideles noſtros perſequi, & pacifice & quiete viuere permittat. & ſupradicta integre & cum tranquillitate perficiantur. Quod ſi noluerit, rogamus vos per auctoritatem Romanæ Eccleſiæ, cui nos & honorem regni committimus, ne ſuper nos & fideles noſtros veniatis, quia manifeſtum eſt, eum non diuinæ legis zelo, vel Romanæ Eccleſiæ dilectione, ſed concupiſcentia regni, patre iniuſte eo priuato, hoc incepiſſe. Apud quem ſi interpellatio veſtra, nullaque alia interuentio ad præſens prodeſſe poterit: appellamus Romanum Pontificem, & ſanctam vniuerſalem Romanam ſedem & Eccleſiam.*

III. Legatio Henr. fil ad Henr. ſeniorem.

Poſt lectas coram multitudine, tam has, quam alias literas, Rex Henricus ex optimatum conſilio legationem vicariam patri deſtinauit, quam tamen prius publicè prædicari per Magdeburgenſem Archiepiſcopum fecit, eaq; ratione ſuorum animos magnopere confirmauit. Erat autem huiuſmodi;

Poſt miſeratam, id eſt, per annos circiter quadraginta diſciſſionem Imperij Romani, quæ tam diuinas, quam humanas iam pene leges abolerat, & exceptis mortibus, omnimodis ſacrilegijs, periurijs, rapinis & incendijs ipſum regnum noſtrum non tãtũ in ſolitudinem, ſed etiam ad apoſtaſiam Catholicæ fidei, ſiue in ipſum Paganiſmum propemodum redegit: reſpiciente tandem ſuam Eccleſiam diuina clementia, nos eiuſdem Chriſti ſponſæ filij per Spiritum ſanctum in vnitatem fidei vnanimes reſipuimus, ipſum incorrigibile ſchiſmatum illorum caput, Henricum ſcilicet dictum Imperatorem noſtrum, zelo Dei, & Apoſtolicæ fidei obedientia abdicamus, Catholicum nobis, licet ipſius de ſemine natum, Regem elegimus. Cuius regni principium ſui finem eſſe conſpiciens, etiam ipſe tamquam voluntarius, ſed vt iam eius fatentur literæ, nimis inuitus collaudauit, regalia reddidit, filij curam cum regno noſtræ fidei lachrymando commiſit: de reliquo nullam ſe regni pompam, ſed animæ potius ſuæ medelam vlterius affectaturum ſpõdit. At nunc ecce priſtinis ſe reddens tergiuerſationibus, præiudicium ſe paſſum per orbem terrarum conqueritur, Gallorum, Anglorum, Danorum, cæterarumq; finitimarum Gentium gladios cordibus noſtris infigere meditatur. Super illatis etiam iniuriis recuperari ſibi iuſtitiam precatur, conſiliis quoque noſtris amodo promptum ſe obedire pollicetur; re autem vera ſolitis argumentis caſtra hæc Domini diſpergere, Chriſti exercitum exarmare conatur, & (vt in propatulo eſt) vineam Domini, quæ iam ſero floreſcere cœpit, tam per ſe, ſingularem vtique ferum, denuo depaſcere; quam per vulpes, illos nimirum qui ſibi adhærent, peſtilentes homines demoliri, ac per ſacrilegia Sacerdotum Belial anathematis recidiuo reddere; imo (quod dictu nefas eſt) Chriſtum iam iterum in Eccleſia ſua reſurgentẽ in omnibus cordibus crucifigere meditatur. Quapropter placet tã regi, quam vniuerſis regni Principibus, imo cuncto exercitui Orthodoxo, quo ſenior idem, ne vlla ſibi pateat aduerſum nos iuſta querela, quacumq; elegerit ſecuritate, quacumque voluerit ſtatione, coram præſenti ſenatu ſimul & populo cauſam ſuam agat, iuſtitiã ſuſcipiat, iuſtitiam & reddat, quatenus ab ortu ſchiſmatis omnibus ſeditionum cauſis, ac ſi nihil inde iam fuerit definitum, vndique diſcuſſis, tam filio, quam patri ſua iuſtitia reſpondeat: Eccleſiæ vero regnique ſtatus, non vt ipſe more ſuo proponit, poſt longas inducias, ſed in præſentiarum his controuerſiis diremptis vacillare deſinat. Huculque ſignificatio Principũ ad Henr. ſen. Quam cũ legati retuliſſent, male ab Henrico accepti, illud tandẽ reſponſi audierũt vt in præſẽs ab armis diſcederetur, & in futurũ ſuper huiuſmodi ſimultatibus colloquiũ indiceretur. Intellexerunt Principes ſeniorẽ vulpiſantem, ſcilicet vt filium, ſi exercitum dimiſiſſet, facilius in poteſtatem acciperet. Quamobrem denuo Legatos miſerunt, qui renũciarent; aut intra octo dies Aquiſgranum, ad res componendas adueniret, aut iis prætetlapſis rem armis permitteret. Iterum Henricus ſenior vim ſibi inferri, opem Diuorum implorare, & iudicium ſummi Pontificis appellare cœpit, aptiſſimo ſemper ad fallendam fidem commento, donec ſeptimo Idus Auguſti mortem non ſperans, mortis catena eum ſtrinxiſſet, deque corpore triſti, hominem hæreſiarcham, perſecutorem plus animarum quam corporum rapuiſſet.

Henri. ſen. obitus.

IV. Panegyris Henr. digna

Mirabile dictu eſt, tanti nominis virum nec ad inſtar alicuius pauperis defuncti, pium vel compaſſiuum luctum vel ab vno meruiſſe, ſed potius vniuerſorum vere Chriſtianorum corda mirum in modum exhilaraſſe. Eo extincto, fere omnes ſchiſmate relicto Eccleſiæ ſeſe adiungi poſtulabant. Leodienſis autem Epiſcopus cæterique Coepiſcopi inter cætera recepti fuere in communionem pœnitentiæ hac conditione, vt cadauer ipſius excommunicati per ſe pridie in monaſterio tumulatum effoderent, & abſque vlla ſepulturæ vel exequiarum communione in loco non conſecrato deponerẽt, comprobantibus his qui aderant Archiepiſcopis & Epiſcopis: quia quibus viuis Eccleſia non communicat, illis etiam nec mortuis communicare poſſit. Quo facto, paulo poſt corpus ipſum Spiram eſt delatum, & totis quinque annis in ſarcophago lapideo, extra Eccleſiam manſit inhumatũ.

Cadauer Henr. effoſſum.

V. De Antichriſto prædictiones. Conc. Vaſtal. ſub Paſchal. PP. & eius acta.

Interim Paſchalis PP. poſtulationibus Legatorũ Germaniæ inclinatus Vaſtallæ ad menſem Octobr. Synodum Epiſcoporum indixit. Quo cum iret, Florentiæ poſitus, de aduentu Antichriſti proxime futuro ſparſam famam inueniẽs aliquãtum ſubſtitit, cum vero nullius fidei & auctoritatis aſſertionem eſſe cognouiſſet, cõtempſit, & vlterius profectus Vaſtallam ad ripam Padi ſitam venit, Conciliumque celebrauit. In eo conſeſſu Paſchalis plurima zizania eradicauit, Pſeudoepiſcopos depoſuit, Catholicos conſtituit, Archiepiſcopis pallia, monaſteriis priuilegia conceſſit; præſentes eloquiis, abſentes literis inſtruxit, abſciſſa Eccleſiæ membra iterum incorporauit, inſanabilia anathematis ferro detruncauit. Super ordinationibus autem tempore ſchiſmatis factis, vnde permaximæ ventilabantur quæſtiones, Decretum in hæc verba promulgauit: *Per multos iam annos regni Teutonici latitudo ab Apoſtolicæ ſedis vnitate diuiſa eſt: in quo nimirum ſchiſmate tantum periculum factum eſt, vt (*quod cum dolore dicimus*) vix pauci Sacerdotes, aut clerici Catho-*

pluimos monachorum occiderunt, reliqui & latibulis, & tutre proxima ſibi contuluerunt.

IV.

Eod. anno Daibertus Patriarcha Hieroſolymitanus, cum nihil accuſationũ contra eum produceretur, & manifeſto conſtaret, ipſum violenter & iniuſte à Rege Balduino ſede eiectum eſſe, à Paſchali Pontifice, innocens pronunciatus dum in Palæſtinã reuerteretur, apud Meſſanam graui ægritudine correptus, XVI. Calen. Iul. viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſt. Venit interim in vrbem Ebremarus, ſedis Hieroſolymitanæ inuaſor, vt ſe innocentem eſſe oſtenderet. Verumtamen cum propter tantam loci diſtantiam incertas probationes afferret, vna cum eo Gibelinum Arelatenſem Archiepiſcopum Legatum ad cognoſcendam cauſam in Palæſtinam miſit. Qui cum inuaſorem eſſe alienæ ſedis Ebremarum certo certius cognouiſſet, auctoritate qua præminebat, eum à Patriarchatu depoſuit. Conſiderans autem multam viri religionem, & miram ſimplicitatem, Cæſarienſi Eccleſiæ, quæ tunc viduata fuerat, eum præfecit. Ipſe autem communibus omnium ſuffragiis ad Patriarchatum electus, inuitus & dolens eam dignitatem ſuſcipere coactus eſt.

Ebremarus ſedis Hieroſol. inuaſor per Legatũ Paſch. PP. deponitur. alteri tamẽ Eccl. poſtea præficitur.

IESV CHRISTI ANnus 1108.

PASCHALIS PAPÆ II. ANNO IX. ALEXII Comnemi Imp. an. 28.

I.
Conc. Beneuent. ſub Paſch. Pap.
a *Vuillelm. Bibliothec.*

ANno Chriſti 1108.[a] Paſchalis Papa multa oppida Eccleſiæ, à Ptolomæi de S. Euſtachio Comitis Tuſculani eiq; ſanguine iunctorum Raynerii Comitis Interamnenſis & Petri de Columna Farſenſis Abbatis tyrannide opera Petri Leonis, & Leonis Frangipanis recuperauit. Inde Beneuentum veniens Concilio ibidem celebrato, conſtitutionem cõtra inueſtituras innouauit. Capuam poſtea accedens, Eccleſiam S. Benedicti conſecrauit, in qua etiam de veſtimentis S. Benedicti recondidit. Monaſterium deinde S. Vincẽtii ad fontes Vulturni poſitum inuiſens, cum in eo Ioannem monachum incepiſſe hiſtoriam Eccleſiaſticam reperiſſet, ſtudiumque illius collaudans, ipſum amplexatus fuiſſet; Bene, inquit, ô fili, magnum opus cœpiſti, ſed bene cœpta melius proſequi ſtude. Inde Caſſinum perrexit, & tandem Romam reuerſus, Hieroſolymitanæ Eccleſiæ diœceſim amplificauit. Cumq; hac de re Bernardus Patriarcha Antiochenus cõquereretur, quod eum eius diœceſis damno feciſſet: ſcriptis literis ad eum, homini ratione aſſignata ſatisfecit.

II.
Conc. Londonienſe de inueſtituris. &c.

Interim etiam S. Anſelmo gratulatus eſt per literas, quod is Londonis celebrata ſynodo, negotium inueſtiturarum tam placidè, tanta quiete compoſuiſſet.

III.
Statuta Cõcil. Londonen. ſuper cohabitat. clericorum cum mulieribus.
b *Roger. in Annalibus hoc anno.*

[b] Hæc ſunt ſtatuta de Archidiaconibus, presbyteris, diaconibus, ſubdiaconibus & Canonicis in quocumq; gradu conſtitutis, quæ hoc anno ſtatuerunt Anſelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus, & Thomas Eboracenſis Archiepiſcopus electus cum eo, omneſque alii Epiſcopi Angliæ in præſentia glorioſi Regis Henrici aſſenſu Comitum & Baronum ſuorum. Statutum eſt, vt presbyteri, diaconi, ſubdiaconi caſtè viuant, & fœminas in domibus ſuis non habeant, præter proxima conſanguinitate ſibi iunctas, ſecundum hoc quod ſancta Synodus Nicæna definiuit. Illi vero presbyteri, diaconi, ſubdiaconi, qui poſt interdictum Londonienſis Concilii fœminas ſuas tenuerunt, vel alias duxerunt, ſi amplius miſſas celebrare voluerunt, eas omnino à ſe ſic faciant alienas, vt nec illæ in domos eorum, nec ipſi in domos earum ingrediantur: ſed nec in aliqua domo ſcienter conueniant; neque huiuſmodi fœminæ in territorio Eccleſiæ habitent. Si autem propter aliquam honeſtam cauſam eos, vel eas colloqui oporteat, cum duobus legitimis teſtibus extra domum colloquantur.

Si vero in duobus aut tribus legitimis teſtibus, vel publica parochianorum fama aliquis eorum accuſatus fuerit, quod hoc ſtatutum violauerit: purgabit ſe adductis ſecum ordinis ſui idoneis teſtibus ſex, ſi presbyter fuerit: ſi autem diaconus, quatuor: ſi ſubdiaconus duobus. Cum autem hæc purgatio defecerit, vt tranſgreſſor ſtatuti ſacri iudicabitur. Illi autem presbyteri, qui diuini altaris & ſacrorum ordinum contemptores præelegerunt cum mulieribus habitare: à diuino officio remoti, omniq; beneficio Eccleſiaſtico priuati, extra chorum ponantur, infames pronunciati. Qui vero rebellis & contemptor fœminam non reliquerit, & miſſam celebrare præſumpſerit, vocatus ad ſatisfactionem, ſi neglexerit, excommunicetur. Eadem ſententia Archidiaconos, & Canonicos omnes complectitur, & de mulieribus relinquendis, & de vitanda earum cohabitatione, & de diſtrictione cenſuræ, ſi ſtatuta tranſgreſſi fuerint. Iurabunt etiam Archidiaconi omnes, quod pecuniã non accipient pro toleranda tranſgreſſione huius ſtatuti; nec patientur presbyteros, quos ſciunt fœminas habere, miſſas cantare, vel Vicarios habere; ſimiliter & Decani iurabunt. Archidiaconi vero vel diaconus, ſiue Decanus, qui hæc iurare noluerit, Archidiaconatum vel Decaniam perdet. Presbyteri vero, qui relictis mulieribus, DEO & ſacris altaribus ſeruire elegerint, quadraginta diebus, ab officio ceſſantes, pro ſe interim Vicarios habebunt, iniuncta eis pœnitentia ſecundum hoc quod Epiſcopis eorum viſum fuerit.

IV.
Triumphus Aragonum Reg. de Mauris ope S. Georgii.

Hoc anno, tertio Calend. Octobris in humanis eſſe deſiit, Petrus Aragonum Rex tertius, is qui ad inſignia ſua, quatuor Maurorum capita, vna cum Cruce flammea adiunxit, ex hac cauſa. Bellum aliquando Mauris Oſcitanis intulerat. Iſtud prælium acre, cum diu anceps fuiſſet, victoria in neutram partem declinante, ferunt magnum quendam ac mirabilem equitem (Diuum Georgium exiſtimant) inter vtraſque acies, repente apparuiſſe, protectum armis candidis, in medio pectore flammeam Crucem geſtantem, victoriamque Chriſtianis parientem. Eo enim ab vtriſque viſo, ſtrenueque pro Chriſtianis pugnante Mauri victi terga verterunt. Horum multis occiſis, & reliquis fugientibus, dum Chriſtiani prædas & ſpolia colligerent, Maurorum quatuor capita abſciſſa, multis & pretioſis gemmis ornata, & præcipuis armis exculta inuenerunt. Quapropter Chriſtianorum Rex victor Petrus, Mauros illos aut primarios viros, aut Reges fuiſſe ratus, inſignibus ſuis addidit rubram & flammeam Crucem in albo clypeo, cum quatuor Maurorum capitibus, & in memoriam viſi equitis, & in ſignum victoriæ diuinitus datæ. *Lucius Marin. de rebus Hiſpan. libro octauo.* Mariana ex aliis addit, concubia nocte oblatam Regi ſpeciem auguſtiorem humana, monentis, vt prælium magno animo inuaderet, de victoria certus. *Mariana. libro decimo, capit. ſecundo.*

IESV CHRISTI ANnus 1109.

PASCHALIS PAPÆ II. ANNO X. ALEXII Comnemi Imp. an. 29.

I.
Excommunicatio Regib. indicta ob inceſtuoſum coniugium.
a *Ioan. Marian. lib. 10. cap. 8.*

ANno Chriſti 1109.[a] Alphonſus Rex Arragoniæ, duxerat Vracam Reginam filiam Alphonſi Regis Caſtellæ, tertio gradu conſanguinitatis ſibi cognatã. Quos cum Paſch. PP. Didaco Compoſtel. Epiſc. iuſſiſſet, vt vel ſepararet, vel ſi nollent, anathemate damnaret. Diuina vindicta, ille quidem in Sarracenico bello peremptus, hæc vero morte ſubitanea, medium in ipſo limine templi D. Iſidori, cuius theſauros expilauerat, ruptis viſceribus cum crepuiſſet, extincta eſt.

II.
Miraculum circa obitũ Alphonſi Reg. Legiõ

Eod. anno, Rex Legionis Alphonſus, Toleti deceſſit. Lapides ipſi Legione portendiſſe viſi ſunt, ad altare D. Iſidori, vbi Sacerdos pedes ponere cõſueuit rei diuinæ operaturus, octo diebus ante Regis obitum aquis vltrò magna omnium qui aderant admiratione, trib. dieb. ex

interuallo manantes. Pelagius Ouetenſis, continuis tribus diebus accidiſſe ait Iouis, Veneris, Saturni, affuiſſe cum ſupplicatione Pontifices ſacratoſq; viros, luctumq; ſignificatum, qui optimi Principis obitu Hiſpaniam occupaturus erat.

III. De Leſmin ſanctitate magno.

Alphonſo Rege, Burgis quidem, Leſmius homo natione Gallus, atque excipiendis hoſpitio peregrinis nobilis, in præcipua opinione ſanctitatis vixit. Eius memoria anniuerſariis ſacris temploque dicato, ea in ciuitate celebratur.

IV. De Dominico Hiſpa.

Ab Anagano autem ſextodecimo milliari, Dominicus quidam natione Hiſpanus, aut vt alii volunt in Italia ortus, eque celebris eſt habitus eodem officio pietatis, & quoniam viis muniendis atq; complanandis, qua Cõpoſtellam ibatur, diligenter operam dabat, Calzadii vernacula Hiſpanorum lingua cognomentum inuenit. Extat Dominici templum eius nomine extructum peramplum & magnificum, paguſq; coniunctus, qui deinde in vrbem excreuit, primum Calaguritani Epiſcopi, deinde Hiſpaniæ Regibus ditioni ſubiectam.

V. Iudæus ad Chriſtum conuerſus, ſcriptis Mauros & Iudæos exagitat.

Præterea Iudæus quidam Moyſes nomine, eruditionis laude, & multarum linguarum cognitione præſtans, ſub extremam Alphonſi ætatem abiurata patria ſuperſtitione, Chriſtiana ſacra ſuſcepit. Rex ipſe de baptiſmi fonte ſuſcepit; vnde Petrus Alphonſus nuncupatus eſt. Iudæorum & Maurorum ſectas de ſcripto exagitandas ſuſcepit; multiq; ex vtraq; gente eius opera ad ſanitatem perducti ſunt. *Mariana lib. 10. c. 7.*

VI. Burdinus Simoniacus multorum malorum auctor. b *Roderic. Toletan. lib. 6. cap. 27. & 28.*

[b] Bernardus Toletanus Archiepiſcopus, per id temporis iam duos annos in exilio tranſegerat. Cuius ſedem cum Burdinus Epiſcopus Brachatenſis, à Paſchali Pontifice ſurripere vellet repulſam paſſus, ad Henricum Regem ſe contulit, quem iam Paſchali aduerſarium intellexerat, tantumque homo vaferrimus, verſipellis, & ad inſinuandum ſe principibus audaciſſimus, apud Henricum contra Pontificem egit, vt poſtea auſus fuerit ſedem Apoſtolicam profanus inuadere.

VII. Bernard. Epiſc. Tolet. in exilium eiicitur.

Quod Bernardum Archiepiſcopum Toletanum attinet, is in odium Alphonſi Regis incurrerat. Ab eo enim tempore, quo Didacus Compoſtellanus Epiſcopus, poteſtate à Paſchali Pontifice accepta, de matrimonio ſupranominato ſententiam protulerat: Alphonſus in Præſules iniquo animo eſſe, atque animo ſæuire cæpit. Burgenſis & Legionenſis loco pulſi: Palentinus captus, S. Facundi Præfectus ſpoliatus, atque in eius locum Regis frater Ramirus monachus, ipſius nominatione & opera cooptatus. Bernardus quoque Toletanus extra diœceſim biennium exulare compulſus, nihil prohibente Legationis Pontificiæ ſacroſancta maieſtate.

VIII. Concil. Palentinum.

Hoc tempore Concilium Palentinum, cuius acta extant, & Legionenſe cum aliis Epiſcopis & proceribus habuit; cui etiam Gelmirius Compoſtellanus interfuit. Vna cura pacis in prouinciam reuocandæ, vniuerſos ſolicitabat, *Mariana lib. 10. c. 8.*

IX. Obitus SS. Anſel Canthuar & Hugon Cluni. c *apud Sur. 8. Nouemb.*

Hoc anno Canthuariæ in Anglia, obiit S. Anſelmus Archiepiſcopus: Cluniaci in Gallia S. Hugo Abbas, vterque miraculorum gloria & rebus pro Eccleſia feliciter geſtis illuſtres. Quo tempore [c] ſanctus Godefredus Ambianenſium Epiſcopus Romam venit, tum vt limina Apoſtolorum viſitaret, tum vt contra inobedientes monachos S. Vdalrici cauſam perageret. Præuenerant iſti Epiſcopum; & cauſidicos iniquos, paratos pro pecunia quamlibet cauſam ſiue iuſtam ſiue iniuſtam defendere, nacti, eorumque patrocinio apud Paſchalem Pontificem voti compotes facti, probra in ſanctum reuertentes iactabant. Aduenit ille tandem: & cum harpiis iſtis dicacibus nihil daret, & ipſe ſimpliciter cauſam iuſtam proponeret, illis contradicentibus, iudicio ſuccubuit. Quare offenſus, ita Paſchalem allocutus eſt: O Paſtor Orthodoxæ matris Eccleſiæ: ea de cauſa Chriſtus te voluit ſuo loco illi præeſſe, vt lucem à tenebris, verum à falſo diſcerneres. Vt enim à capite membra reguntur, vt ad illius nutum membrorum vitia corrigantur: ſic etiam à te Chriſtianorum omnium non facta duntaxat, ſed etiam malæ voluntates comprimendæ ſunt. Sed quia nunc cerno iuſtum quandoque crimen inique occulto Chriſti iudicio perpeti; malim priuatus viuere, quam admittere, vt Eccleſia Ambianenſis, me præſule ius amittat ſuum. His dictis Pontifici valefecit; & Barim profectus eſt. Porro Paſchalis cum à plurimis Gallorum, quæ nã viri virtus eſſet intellexiſſet, reuocauit illũ ex itinere: omniaque quæ ex recto & æquo videbantur illi conceſſit, tum literas ei dedit, quibus Abbati S. Vdalrici & monachis præcipiebat, vt Ambianenſi Epiſcopo velut patri ac paſtori in omnibus obedirent. In locum S. Hugonis Cluniacenſis Abbatis ſucceſſit Pontius non Abbas ſed prædo, non paſtor ſed lupus, neque pater ſed tyrannus omnium nequiſſimus. In monaſterio vero Sancti Vdalrici, à Catholicis electus eſt Abbas Egino Confeſſor illuſtris, ſponte cedentibus tribus Abbatibus à ſchiſmaticis intruſis.

IESV CHRISTI ANNUS 1110.

PASCHALIS PAPÆ II. ANN. XI. ALEXII Comnemi Imp. ann. 30.

I. Pacta conuenta inter Paſch. PP. & Henric Reg. legat. a *Petr. Diac Chron. Caſſinen. lib. 4. cap. 37.*

ANNO *Chriſti* 1110. [a] Henricus Rex Germaniæ, à Burdino & reliquis incitatus Romam venire contendit, vt inſignia imperii obtineret à Paſchali. Verum quacumque ibat, ferro & igni omnia vaſtabat, ita vt manifeſtum fieret, illum ſub pacis inuolucro, bellum contra ſacra & ſacros occultare. Sciuit hæc omnia Paſchalis, tum Nouariam excidium paſſam, tum Arretium funditus ab eo euerſum. Quamobrem in Apuliam excurrens, & deinde Romam reuertens omnes Principes auxiliarios ſibi contra Henricum fecit. Inter hæc tamen Legati vltro citroque miſſi ſunt, qui inter Paſchalem & Henricum apud Aquam pendentem tranſigerent. Pontifici præſcribebant has conditiones: 1. Vt Imperator die coronationis ſuæ, omne ius Eccleſiaſticum male vſurpatũ, in manibus Pontificis, aſtante clero & populo, per ſcriptum deponeret, idque ſacramento confirmaret; cum hoc ipſum Papa de negotiis ſæcularibus fecerit. 2. Dimitteret Eccleſias liberas cum oblationibus & poſſeſſionibus ſuis, quas ad ius regni non pertinere, poteſt conſtare. 3. Abſolueret à iuramentis populos, quæ contra Epiſcopos facere compulſi ſunt. 4. Patrimonia, poſſeſſioneſque beati Petri reſtitueret, ſicuti à Carolo, Ludouico, Henrico, aliiſque Imperatoribus conceſſa ſunt libera, ſeruaretque ea beato Petro pro iuribus. 5. Nihil aut faceret, aut diceret, vt Paſchalis Pontificatum amittat, nihilque ipſe patiatur in vita, vel in membris, vel capiatur mala captione, aut per ſe, aut per ſuſpectam perſonam, nec ipſe, nec fideles eius, qui pro ipſo fidem ei dederint; id eſt, Petrus Leonis cum filiis ſuis, quorum bona nullum patiantur detrimentum; & ſi quis eis malum fecerit, Rex fideliter ipſos adiuuaret. 6. Pro huiuſmodi obſeruandis, Pontifici prædes dabit Fridericum ſororis ſuæ filium, Englibertum & Theobaldum Marchiones, Hermannum & Godefredum Comites, Fridericum Palatinum Comitem Saxonum, Berengarium de Baioaria, Fridericum Saxonem, Albertum Cancellarium, Cononem Berengarii fratrem, Hiceboth Baioarium, Henricum Carinthiæ Ducem, Bertulfum Bertulfi Ducis filium, qui iurabunt Papæ ſecuritatem de vita, de membris, de Papatu, de captione, qui, niſi Imperator iſta ſeruaret, apud Romanam Eccleſiam cum ſuis honoribus obnoxii tenerentur. Obſides pro ſecuritate Pontificis Rex dare pollicitus eſt proxime quinta feria; eoſq; ſecurè ad inſulam Tiberinam mittere in eius poteſtatẽ: videlicet, Frideric. Ducem nepotem ſuũ, Brunonem Epiſcopum Spirenſem, Conradum nepotem Comitis Hermanni & filium eius, & Henricum Friderici Comitis fratrem. Obſides ſi recepiſſet, redderet in die coronationis ſuæ põte tranſmiſſo. Et ſi forte coronatus non

fuiſſet,

fuiſſet, aut non tranſiſſet, ſimiliter redderet apud Caſtellum ſancti Angeli. 7. Legatos quos ad eum Papa dirigeret, dum irent & redirent, ſecutos à ſe ſuiſque redderet. Et ſi eis ſcienter aliquod iniuriæ illatum eſſet, emendaret eorum fideliter. Quæ omnia cũ impleuerit Rex, Papa iuberet Epiſcopis aſtantibus in die coronationis eius, vt Regalia Imperatori dimitterent, quæ à temporibus Caroli, Ludouici, Henrici, aliorumque prædeceſſorum ad regnum pertinebant. 8. Scripto firmaret ſub anathematis pœna authoritate ſua, ne quis eorum vel præſentium, vel abſentium, vel ſucceſſores eorum regni ſe intromitterent iuribus, neque inuaderent ciuitates, Ducatus, Comitatus, monetas, vectigalia, mercata, aduocationes Imperii, Centurionum iura: Curteſque eſſent Imperii cum pertinentiis ſuis, militia Imperii caſtra. 9. Nec ipſe Papa Imperatorem, nec Romanum Imperium ſuper his vlterius inquietaret; & priuilegio ſub anathemate iſta confirmaret, ne poſteri ſui vltra inquietare præſumerent. 10. Imperatorem benigne & cum honore ſuſciperet, & more prædeceſſorum ipſius Catholicorum Imperatorum ſcienter & non ſub tecto coronaret, & ad tenendum Imperium officii ſui iuuaret auxilio. 11. Hoc ſi Papa non impleret, Petrus Leonis cum ſuis omnibus ad Imperatorem pertineret. 12. Obſides, niſi effugerent, altero poſt coronationem die reſtitueret. Si ex ipſius Papæ parte remanſerit, vt non coronaretur, ſimiliter redderet. Hæc ita conſtituta, iureiurando firmauit Henricus, Albertus Cancellarius Hermannus, Fridericus, & Godefredus Comites, Fridericus Saxo, Cono Berengarii frater, Hiceboth de Bauaria, Henricus Carinthiæ Dux, Bertulfus Bertulfi Ducis filius. Hi omnes poſt Imperatorem eo ordine iurarunt, vt ſi Imperator hæc implere nollet, ipſi cum omnibus ſuis, cum Romana Eccleſia tenerent. His pactis conuentis Paſchalis Henrico ſcripſit, vt ſi ille more maiorum obedientiam ſibi ſuiſque ſucceſſoribus præſtaret, ipſe quoque more maiorum, tamquam Imperatori omnem honorem ei haberet. Cumque inuicem alter alteri ſcriberet, voluntatemque ſuam aperiret, inter alia poſtulauit Henricus, vt patris ſui corpus in Eccleſia ſepeliri permitteret. Ad quod ille reſpondit: ſanctarum ſcripturarum his obſiſtit auctoritas, diuinorumque miraculorum reuerentia prohibet. Ipſos enim DEI martyres iam in cœleſtibus poſitos id terribiliter iuſſiſſe; ſcilicet, vt ſceleratorum cadauera de ſuis baſilicis eiicerentur. Neque quibus viuentibus non communicauimus, mortuis iam communicare poſſumus.

Paſchal. PP. non vult permittere ſepeliri corpus Henric. ſen. in Eccl.

Hoc anno Bethleem, poſtulante & dotem aſſignante Balduino, à Paſchali Pontifice erecta eſt in Epiſcopalem ſedem.

II. Bethleem in Epiſcopatum erecta.

IESV CHRISTI ANnus 1111.

PASCHALIS PAPÆ II. ANNO XII. ALEXII COMNENI IMP. AN. 31.

I. Henr. Imp. technæ. a Pet. Diac. Chron. Caſſin. lib. 4. c. 38. 39. & Codex Vatican.

ANNO Chriſti 1111. [a] Henricus Germaniæ Rex, caſtris ab Aqua pendente motis, Romam concite properauit, & tertio Idus Febr. in conſpectum vrbis venit. Monebant Romani, vt Sacramento honorem atque libertatem vrbis confirmaret. At ille Fraudulentus callidè illos fallere cupiens, Teutonica lingua quod volebat, ipſe iurauit. Pontificem non adeo potuit decipere. Quemadmodum enim conuenerat inter ipſius Legatos & Paſchalẽ, primũ quinq; Barones diſertis verbis iurarunt, quod & obſides daret, & Principes iurare faceret, ſicut in conuentionis charta ſcriptum erat. Interim etiam iuramentũ audiuit Petri Leonis pro parte Paſchalis, quod ille quoque pactis conuentis faceret ſatis. Iuramentum deinde coram Nuntiis Pontificis Henric. Rex præſtitit in hæc verba:

II. Iuramentum Henr. Imp. pro obſeruatione pacti.

Ego Henricus Rex ab hac hora in antea non ero in facto & conſilio, vt Dominus Paſchalis Papa ſecundus perdat Papatum vel vitam, vel membra, aut capiatur mala captione, vel per me, vel per ſubmiſſam perſonam, nec ipſi, nec fidelibus ſuis, qui pro ipſo mihi ſecuritatem fecerunt, vel fecerint, id eſt, Petro Leonis cum filiis ſuis, & Godefredo, quorum bonus ſtudioſe non petimus, vel aliis quos Dominus Papa mihi ſignificauerit. Et ſi quid Dominus Papa fecerit eis, ego eos fideliter adiuuabo. Sic obſeruabo Domino Papæ, ſine fraude, & malo ingenio, ſi Dominus Papa proxima die Dominica ſic adimpleuerit mihi, ſicut in conuentionis chartula ſcriptum eſt. Poſt Imperatorem ſic etiam ipſi Principes iurauerunt:

Ego Fridericus Dux. Ego Gueibertus Marchio. Ego Hermannus Comes de Saxonia. Ego Berengarius Comes de Bauaria. Ego Fridericus Comes. Ego Fridericus Saxo. Ego Cono frater Berengarii. Ego Sieboth de Bauaria. Ego Henricus de Carinthia. Ego Bertulfus filius Ducis Bertulfi. Ego Albertus Cancellarius. Non ero in facto, aut in conſilio, vt Dominus Paſchalis Papa ſecundus perdat Papatum Romanum, vel vitam, vel membra, vel capiatur mala captione. Et ſi Rex iuramentum hoc, & ea quæ in charta conuentionis ſcripta ſunt, non obſeruauerit: Ego cum honore meo ad Dominum Papam, & ad Romanam Eccleſiam me tenebo. Sic obſeruabo Domino Papæ ſine fraude & malo ingenio, ſi Dominus Papa ſic adimpleuerit Domino noſtro Regi proximo die Dominico, ſicut in conuentionis chartula ſcriptum eſt. Dedit item obſides Pontifici Henricus ex conuentu. Pridie Idus Februarii miſit Pontifex in occurſum eius vſque ad montem Marii baiulos cereoſtatarios, candidatos, defenſores, ſtratores, populiq; infinitã multitudinem cum floribus, atq; arborum ramis & palmis.

III. Henric. ingreſſus in vrbem.

---- Monachæ quoque centum
Lampadibus multis cum claro lumine ſumptis
Antiquo more præcepto Regis honore
Facta ſit, & terra numinis via cooperta.

Duo deinde iuramenta Henricus ex more fecit, vnum iuxta ponticulum, alterum ante porticus portam. Ante portam à Iudæis, in porta à Græcis canentibus, exceptus eſt. Illuc Romanæ vrbis omnis clerus ex Pontificis præcepto conuenerat, qui eum equo deſcenſum ad ſancti Petri gradus cum laudibus deduxerunt. Cum autem ad ſuperiora graduum aſcendiſſet, illic Papa cum Epiſcopis pluribus, cum Cardinalibus presbyteris, & diaconibus, cum ſubdiaconibus & cantorum ſcholæ miniſtris affuit. Ad cuius veſtigia cum Rex corruiſſet, poſt pedum oſcula eleuatus eſt. Ter ſe inuicem complexi, terque oſculati ſunt. Inde ſicut mos eſt, dexteram Pontificis tenens, cum magno populi gaudio & clamore ad portam argenteã venit. Ibi profeſſionem Imperatoriam ex libro fecit. Pontifex autem eum Imperatorem deſignauit, oſculo excepit; Lauicanus vero Epiſcopus primam orationem ſuper eum dixit. Baſilicam introgreſſi, cum in rotam porphyreticam peruenniſſent, poſitis vtrimque ſedibus conſederunt. Ibi Paſchalis in Eccleſiaſticum inſtaurari, inueſtiturarum vſurpationem refutari, & cætera quæ in conuentionis charta ſcripta erant expetiit. Henricus porro cum ſuis Epiſcopis atque Principibus in partem iuxta ſecretarium ſeceſſit; fraudemque hactenus occultam detexit. In primis enim longiori tractatione tempus protrahebat, ne eo die quicquam ea de re definiretur: deinde familiares ipſius dolos ſuos paulatim aperire cœperunt, dicentes ſcriptum illud pactorum & conuentorum, non poſſe firmari auctoritate & iuſtitia, cum Euangelica & Apoſtolica auctoritati opponeretur, ſcilicet, quia reddenda ſunt Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, &c. Nemo militans Deo, implicet ſe negotiis ſæcularibus; cum armorum vſus, ſecundum Ambroſium, ab Epiſcopali officio alienus ſit. Cum autem ad hæc & alia, illis Apoſtolica & canonica capitula obiicerentur, illi dolo malo occaſionem ex occaſione captantes, & tempus extrahentes, etiam iſtud Henrico ſuggeſſerunt, vt ante omnia Pontifex pacem cum Stephano cognomento Northmanno iniret. Reſpondebat Paſchalis, iſtud non ad præſentem actionem pertinere. Sed illum promiſſis

ſtare debere: tempuſque diuinis officiis peragendis vix ſupereſſe, cum vnus ad nutum Henrici: Quid, inquit, tam multis agimus verbis? Scias, Imperatorem noſtrum Imperii coronam ita velle ſuſcipere, ſicut illam Carolus, Ludouicus, Pipinuſq; ſumpſere.

IV. Paſchal. PP. captiuus detinetur.

Quod cum Pontifex, minime ſe poſſe facere dixiſſet; Henricus iratus Moguntini Archiepiſcopi, Saxoniſque Epiſcopi conſilio ſeductus, non eſt veritus Pontificem armatis ſatellitibus circumdare. In hoc tumultu vix ſacrificium ad veſperam inclini die confecit: & rebus infectis, ante Confeſſionem beati Petri ex Cathedra Pontificia deſcendere coactus ſub cuſtodia excubitorũ Henrici vſq; ad noctis tenebras ſedit. Inde captus in quoddã hoſpitium ante atrium Eccleſiæ, vna cum clericorum & laicorum multitudine ductus, ſub eadem militari cuſtodia detentus eſt. Tumultuatum eo die & ſequenti, interfecti multi Teutones, cæſus Otto Mediolanenſis Comes qui Henrico periclitanti equum ſubdiderat; Henricus ipſe vix periculum euaſit, omnibus Romanis, vnanimi voluntate in periurum certantibus.

Enituit tunc præcipue virtus Ioannis Tuſculani Epiſcopi, qui ſub noctem Romano populo congregato, his verbis omnes animauit: *Licet chariſſimi filij, alacritati, virtutique veſtræ ſtimuli adhortationum admouendi non ſint; cum verbis neque ex imbecillo ſtrenuus, neque robuſtus quiſpiam reddatur ex timido: omnis enim vobis eſt pro vita, & pro libertate, pro gloria, pro defenſione Apoſtolicæ ſedis pugna, omneque certamen eſt, hæc omnia in manibus veſtris ſunt conſtituta. Nam qui pacem deſiderat, præparet bellum. Filij veſtri contra ius omne, contra fas tenentur in vinculis: Petri Apoſtoli Baſilica toto orbe terrarum venerabilis, armis, cadaueribus, ſanie & cruore plena eſt. Quid autem ex hoc ſummam omnium malorum conijcere poſſumus? Quæ vnquam audita eſt immanior peſtis? Pontifex Apoſtolicæ ſedis à barbaris hominibus tenetur in vinculis: omnis Sacerdotalis ordo, tota Eccleſiaſtica dignitas carceri ac tenebris addicta eſt: lugent miniſtri Domini: altaria ſancta lachrymis madent: ipſa prorſus mater Eccleſia attrita gemit, imploratque opem veſtram: filios, vt ſe tantis cladibus eruant, mærens orat & obſecrat. Quocirca rogamus affectu quo poſſumus, periclitanti ſuccurratis, & ad vlciſcendam matris iniuriam toto animo, totis viribus incumbatis. Nam ſi adſint, qui obſiſtant; fugere hoſtes quam conſiſtere, paratiores erunt. Itaque vt alacriores inſurgatis ad tantum vlciſcendum ſcelus, de Domini noſtri & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli miſericordia confidentes, ab omnibus vos peccatis abſoluimus.*

Hac oratione Romani vehementer animati, omnes aduerſus Imperatorem ſacramento ſe aſtrinxerunt, & qui ſe adiuuarent, pro fratribus habendos decreuerunt. Hæc cum Imperator audiuiſſet, eadem nocte Paſchali aſſumpto, tanto metu cum omni exercitu profugit ex porticu, vt non modo ſarcinas, verum & ſocios plurimos in hoſpitiis reliquerit. Poſt duos dies aduocatis militib⁹, Pontificem ſacris veſtibus exui, & vinctum duci ſecum iuſſit: trahebantur vna cum eo clericorum laicorumque plurimi vincti funibus, vſque ad caſtrum Terbicum, in quo Paſchalem cum Epiſcopis Sabinenſi ac Portuenſi, & cum quatuor Cardinalibus omnes vinculis oneratos ſub cuſtodia, cæteros vero Cardinales in alio caſtro ſimiliter vinctos recluſit. Sexaginta & vnam dies in ergaſtulo Paſchalis Pontifex fuit, diuerſis cruciatibus afflictus.

V. Quæ per vim Henr. à Paſch. PP. extorſerit.

Porro Henricus perpetrati ſceleris conſcius magnopere cruciabatur: nec tamen Pontificem dimittere volebat, niſi ille morem ſibi gereret. Quamobrem cœpit iureiurando affirmare, ſe omnes quos vinctos tenebat, partim occiſurum, partim membris reciſis debilitaturum. Malebat primum Pontifex vitam exponere, quam aliquid contra ius & æquum committere. Ceterum cum illi proponerentur captiuorum calamitates, qui amiſſis vxoribus, liberis, domo, patria exules duris compedibus coercebãtur: cũ deinde illi eidẽ exponeretur Eccleſię Romanæ deſolatio. Cardinaliũ amiſſio, grauiſſimũq; ſchiſmatis ſcandalũ, quod pene omni Eccleſię imminebat, tãdẽ victus lachrymis filiorum, & ipſe in fletum ſolutus,

A *En cogor, inquit, pro Eccleſiæ pace & liberatione id perpeti, quod ne paterer, vitam quoque cum ſanguine profundere paratus eram.* Porro hæc eſt conceſſio Papæ de inueſtituris Epiſcopatuum, extorta tunc ab Henrico, & tumultuoſe nocturna ſcripta; *Illam dignitatis prærogatiuam, quam prædeceſſores noſtri veſtris prædeceſſoribus Catholicis Imperatoribus conceſſerunt, nos quoq; tuæ dilectioni concedim⁹, & præſentis priuilegij pagina confirmamus: Vt regni tui Epiſcopis, & Abbatibus, libere præter violentiam, & Simoniam electis inueſtituram virga & annuli conferas, poſt inſtitutionem vero canonice factam conſecrationem accipiant ab Epiſcopo ad quem pertinuerit. Si quis autem à clero & à populo præter tuum aſſenſum electus fuerit, niſi à te inueſtiatur, à nemine conſecretur, hanc Epiſcopi & Epiſcopi libertatem habeant à te inueſtitos Epiſcopos & Abbates canonice conſecrandi. Prædeceſſores enim veſtri Eccleſias regni ſui tantis regalium ſuorum beneficiis ampliauerunt, vt regnum ipſum, Epiſcoporum maxime & Abbatum præſidiis oporteat cõmuniri, & populares diſſenſiones, quæ in electionibus contingunt, regali oporteat maieſtate compeſci.*

B

Hent. coronatur Imp.

Facto hoc diplomate Henricus Pontificem & omnes vinctos dimiſit, Romamque reuerſus, portis omnibus propter tumultum clauſis, diadema imperii ex manu Paſchalis accepit. Cumq; in miſſa ad hoſtiæ confractionem Papa veniſſet, partem ipſe ſumens, reliquam Imperatori tradidit dicens: *Domine Imperator Henrice, corpus Domini natum ex Maria Virgine, paſſum in Cruce pro nobis, ſicut ſancta Catholica tenet Eccleſia, damus tibi in confirmatione veræ pacis & concordiæ inter me & te. Amen. Et ſicut pars iſta viuifici corporis diuiſa eſt, ita diuiſus ſit à regno CHRISTI & DOMINI, qui pactum iſtud rumpere ac violare tentauerit.*

VI. Conradi Epiſc. Conſtantia. [b] Otto Friſing. lib. 7. cap. 14.

C [b] Videns hoc Conradus Iuuanienſis Epiſcopus, qui cum Rege venerat, zelo æquitatis vicem Dei dolens, factum Henrici improbauit. Cui dum quidam ex miniſtris Regis Henricus cognomento Caput, euaginato gladio mortem minitaretur; tamquam pro iuſtitia mori optans, iugulum præbuit, malens ſi minas ille ad effectum perducere voluiſſet, temporalem vitam finire, quam tanti piaculi ſcelus diſſimulare: Doluit etiam facinus Imperatoris Notarius Gotfridus Viterbienſis inter ſcriptores eius temporis clarus; qui tyrãnidem Henrici metro hiſtorico ad poſteritatem narrauit. Solus Conradus Abbas Vrſpergenſis nimium Henrico fauens, impietatem ſceleris non vt par eſt eleuauit. Conceſſit etiam Paſchalis Henrico, vt cadauer patris, quem in extremo vitæ articulo pœnituiſſe affirmabat, in Eccleſiaſticam ſepulturam inferret. Ad eum modum rebus confectis Henricus ab vrbe, Paſchalis in vrbem reuerſus eſt.

VII. Diſſidia in Eccleſ. cauſa Paſch. PP.

D Non poterant ferre aliqui pii, ea quæ Paſchalis reſpectu humano ſibi extorqueri paſſus eſt. Inter eos Ioannes Tuſculanus & Leo Vercellenſis Epiſc. & plurimi Cardinales in vnum congregati factum non laudabant, ſed accuſabant. Quibus Paſchalis ſcripta epiſtola, pollicitus eſt, commiſſum pro fratribus atque filiis, pro excidio vrbis & vniuerſæ prouinciæ factum emendare. [c] Acrior fuit Bruno Abbas Caſſinenſis Epiſcopus Signinus, qui duobus Epiſcopis ſecum aſſumpſit, habuit Paſchalem modeſte quidem arguere, & ad priuilegium ab Henrico extortum, rumpendum commouere, & hæc quæ coram dixerat, iterum ei ſcribere, hiſce verbis:

[c] Pet. Diac. Chron. Caſſinen. lib. 4. cap. 44.

Altercatoriæ literæ Brun. ad Paſch. PP.

Paſchali ſummo Pontifici Bruno peccator Epiſcopus beati Benedicti ſeruus, quod tanto Domino & Patri. Inimici mei dicunt tibi, quia te non diligo, & quia de te male loquor; ſed mentiuntur. Ego enim ſic te diligo, ſicut Patrem & Dominum diligere debeo: & nullum alium te viuente, Pontificem habere volo, ſicut ego cum multis aliis tibi promiſi. Audio tamen Saluatorem meum mihi dicentem: Qui amat patrem aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus. Vnde & Apoſtolus dicit; Si quis non diligit Dominum Ieſum, ſit anathema maranatha. Debeo igitur diligere te, ſed plus debeo diligere illum, qui te fecit & me. Huic enim tanto amori nihil vnquam præferendum eſt. Fœdus autem illud tam fœdum, tam violentum, cum tanta proditione factum, tam omni pietati & religioni contrarium ego non laudo. At vero neque tu, ſicut pluribus referentibus audio. Quis enim illud laudare poteſt, in quo fides violatur, Eccleſia libertatem amittit, Sacerdotium

E

tollitur,

A
tollitur, vnicum & ſingulare oſtium Eccleſiæ clauditur, aliaque multa oſtia aperiuntur, per quæ quicumque intrat fur eſt & latro. Habemus Canones, habemus ſanctorum Patrum conſtitutiones à temporibus Apoſtolorum vſque ad te. Via regia incedendum eſt, neque ab ea in aliquam partem declinandum. Conſtitutio tua, ex conſtitutione Apoſtolorum vna eſt, & ipſa quidem multum laudabilis. Apoſtoli enim omnes illos damnant, & a fidelium communione ſegregant, quicumque per ſecularem poteſtatem Eccleſiam obtinent. Laici enim quamuis religioſi ſint, nullam tamen diſponendi Eccleſiam habent facultatem. Similiter & conſtitutio tua, quæ de Apoſtolico fonte manauit, omnes illos clericos damnat & à fidelium communione ſeparat, quicumque de manu laici inueſtituram ſuſcipiunt, & quicumque eis manum imponunt. Hæc namque conſtitutio Apoſtolorum & tua ſancta eſt; Catholica eſt: cui quicumque contradicit, Catholicus non eſt. Illi enim ſunt Catholici, qui Catholicæ Eccleſiæ fidei & doctrinæ non contradicunt. Sicut è contra illi ſunt hæretici, qui Catholicæ Eccleſiæ fidei & doctrinæ obſtinato animo contradicunt. Hanc igitur tuam & Apoſtolorum conſtitutionem, pater venerabilis, iterum confirma.

B
Hanc in tua Eccleſia, quæ omnium Eccleſiarum caput eſt, palam & cunctis audientibus prædica. Hanc hæreſim, quam tu ipſe hæreſim eſſe ſæpe dixiſti, Apoſtolica auctoritate damna: & mox videbis totam Eccleſiam tibi eſſe placatam: mox videbis omnes ad tuos pedes confluentes, & in magna lætitia ſicut patri & Domino obedientes. Miſerere Eccleſiæ Dei; miſerere ſponſæ Chriſti, & per tuam prudentiam ſuam recuperet libertatem, quam modo per te amiſiſſe videtur. Hactenus Bruno Pont. & longe acrius Portuenſi Epiſc. Hæc autem res tantam ei inuidiam concitauit, vt Paſch. PP. ei interdixerit, ne vna cum Epiſcopatu Abbatiæ tam celebris curam ſuſtineret; & fratribus monaſterii illius prohibuit, ne ipſi viro vlterius obedirent, ſed ſecundum Deum regulariter ſibi Abbatem eligerent. Sin ſecus, ipſe in omnibus monaſterii cellis Abbates ſtatueret. Ex hac cauſa S. Bruno, ad monachos renitentes, Nolo, inquit, vt propter me inter vos & Roman.

C
Pont. ſcandalum oriatur. Virgamque paſtoralem ſuper altare ponens: Accipite, inquit, virgam quam mihi tradidiſtis, abſolutioneque fratribus facta, ad Epiſcopatum ſuum iuit. Vbi in ſancta conuerſatione, feliciter ad Dominum migrauit, Prid. Cal. Sept. etiam poſt mortem miraculis clarus. Sepultus eſt in ciuitate Signina, in Eccleſia ſanctæ Dei Genitricis & Virginis Mariæ.

VIII. Iuo Carnot. excuſat Paſchalem.

Cæterum Paſchalis, cum initio ad Epiſc. epiſtolis directis factum ſuum excuſaret, reperit inter alios Iuonem Carnotenſ. alias, quemadmodum ſuperius vidimus, hominibus ſecundum hominem, pro inueſtituris ſcribentem & agentem: & Paſchalem prout poterat excuſantem. Dicebat namque,[d] id quod res eſt; concedere ſecularibus inueſtituram beneficiorum Eccleſiæ, non hæreſis eſt. Defendere conceſſionem, hæreſis eſt. Alterum fecerat Paſchalis necesſitate cogente: alterum vero non committebat, quamquam factum excuſaret.

d *ep. 239.*

D

IX. Canon Cardin. Leg. multis celebratis Conc. excommunicat vbique Henric. e *Vrſperg. ann. 1116.*

Sane Cano Cardinalis Epiſc. Prænestinus ſedis Apoſt. in Palæſtina Legatus,[e] cum audiſſet Regem Henric. poſt ſacramenta, obſides & oſcula, in ipſa B. Petri Eccleſia Dominum PP. tenuiſſe captum, indigne tractatum, potiora Eccleſiæ membra, Cardinales videlicet exutos, tractos, & male tractatos: nobiles quoque Romanos occiſos & captiuos, & populorum ſtragem factam, ingemuit, & pro huiuſmodi facinoribus Eccleſiæ Hieroſolymitanæ conſilio zelo Dei animatus, excommunicationis ſententiam in Regem dictauit; & eand. in Græcia, Hungaria, Saxonia, Lotharingia, Francia, in quinque Conciliis, conſilio prædictarum Eccleſiarum confirmauit, quam tandem ipſe Paſchalis in Concilio Lateranenſi confirmauit.

X.

E
Hoc anno Boamundus Princeps, ab expeditione Orientali reuertens, Canuſiæ in Apulia defunctus, ſepultuſque eſt. Balduinus vero Berythum & Sydonem adiumento Danorum & Noruegiæ Regis cepit.

XI. Miraculum de certitudine Reſur. Domini. f *Rupert. Abbas de diuin. offic. lib. 8. cap. 4.*

Eod. anno [f] in monaſterio Leodienſi, S. Paſchæ Sabbato, in Eccleſia S. Laurentii ad præcedentes eiuſdem diei matutinos, extinctis de more luminaribus, dum cereum vltimum extingueretur, & ad canticum Euangelii, hæc antiphona à Domino Abbate Berengero imponeretur: mulieres ſedentes ad monumentum: ecce repente ante pedes illius proiectum cecidit ipſius, quo firmiter ſubſtrictus erat, cingulum. Ille ſolutum eſſe & cecidiſſe ſuſpicatus, quod tamen mirum fuiſſet, quia non delapſum fuerat, neque circum crura pedeſque deſcenderat, ſed ante pedes, quaſi proiectum exiluerat, inclinauit ſe, vt tollens illud, rurſum ſeſe accingeret. Cumque manus inieciſſet, vt illud ſibimet circumdaret: nodum, vt erat fortiter aſtrictum, non cedere ſibi, vltra, quam dici poteſt, admiratus eſt. Intendenti, & ſecum cum ſtupore magno reputanti, quidnam hoc ſibi vellet; ecce vox facta eſt, & ſibilum tanquam auræ tenuis audiuit dicentem ſibi:

Sic potuit clauſo Chriſtus prodire ſepulchro.

Siquidem hæc (vt ipſe referens teſtatus eſt) admiratio perſæpe mentem eius ſubibat, quomodo verum Domini corpus (vnde ipſe nullatenus dubitabat) clauſo reſurgere monumento, clauſis potuit ianuis ingredi ad diſcipulos ſuos. Mox ergo illi ad memoriam ſimile illud rediit, quod

B
Auguſt. refert in libro de ciuitate Dei factum per quamdam Petroniam clariſſimam fœminam, quæ mirabiliter ex magno atque diuturno, in quo medicorum cuncta adiutoria defecerant, dolore ſanata eſt. Hæc à quodam Iudæo dixit ſibi fuiſſe perſuaſum, vt anulum capillitio vinculo inſereret, quo ſub omni veſte ad nuda corporis cingeretur: qui anulus haberet ſub gemma lapidem in renibus inuentum bouis. Hoc alligato quaſi remedio, ad ſancti martyris Stephani limina veniebat. Sed profecta à Carthagine, cum in confinio fluminis Bagradæ in ſua poſſeſſione manſiſſet, ſurgens vt iter peragerет, ante pedes ſuos illum iacentem anulum vidit, & capillitiam zonam, qua fuerat alligatus, mirata tentauit. Quam cum omnino ſuis nodis firmiſſimis ſicut erat, comperiſſet aſtrictam, crepuiſſe atque exiliuiſſe ſuſpicata eſt. Qui etiam ipſe cum integerrimus fuiſſet inuentus; futuræ ſalutis quodammodo pignus de tanto miraculo ſe accepiſſe præ-

C
ſumpſit, atque illud vinculum ſoluens ſimul cum eodem anulo proiecit in flumen. Non credant hoc (inquit idem Auguſtin.) qui etiam Dominum Ieſum, per integra virginalia matris enixum, & ad diſcipulos clauſis oſtiis fuiſſe ingreſſum non credunt.

IESV CHRISTI ANNUS 1112.

PASCHALIS PAPÆ II. ANNO XIII. HENRICI 4. Imperatoris anno 2. Alexii Comneni Imp. anno 32.

I. Decreta Pont. de inueſtituris. a *Petr. Diacon. Chron. Caſſin. lib. 4. c. 47. & ſeq.*

D
ANNO Chriſti 1112. [a] Paſchalis Papa querimoniis plurimorum exagitatus, quod priuilegium de inueſtituris ſibi extorqueri paſſus fuiſſet, per literas Guidoni Viennenſi Archiepiſcopo & Girardo Engoliſmenſi Epiſcopo ſedis Apoſtolicæ Legatis ſcriptas hæc de illis ſignificauit, atque decreuit. *Scripta, ait, quæ in tentoriis in quibus cum multitudine clericorum, & ciuium vrbis, & totius prouinciæ cuſtodiebamur, pro libertate Eccleſiæ, & pro abſolutione captiuorum omnium, & pro excidio, quod Eccleſiæ, vrbi, & vniuerſæ prouinciæ, ſuperincumbente vndique gladio, imminere videbatur de electione, ſeu de inueſtitura perſonarum facta ſunt, videlicet: Vt electione facta libera ſine vi & Simonia conſenſu Regis, facultatem habeat Rex inueſtiendi per virgam & anulum, & electus à clero & populo, non conſecretur, niſi à Rege inueſtiatur: ego canonica cenſura caſſa omnino & irrita iudico & ſub damnatione perpetua permanere decerno, vt nullius vnquam auctoritatis ſint, & nullius bonæ memoriæ.*

E
Ea vero quæ ſacri Apoſtolorum canones, & Antiochenum, ac vniuerſa Concilia, & prædeceſſores noſtri, & præcipue felicis memoriæ Dominus Gregorius & Vrbanus de his prohibuerunt, damnauerunt, ſtatuerunt & firmauerunt: ego prohibeo, damno, conſtituo, & confirmo, & me illorum ſanctiones profiteor ſeruaturum.

II. Conc. Rom. general. in cauſa Henr. Imp.

His per orbem vulgans voluit etiam Conc. Rom. in baſilica Lateranenſi in eod. negotio ad V. Cal. April. celebrari. Conuenerunt ad illud duodecim Archiepiſc. centum

Digitized by Google

A & quatuordecim Epiſc. quindecim presbyteri Cardinales, octo Diaconi Cardinales, Abbates plures, & clericorum diuerſi ordinis innumera multitudo. In eod. Conc. Paſchalis Pontif narrauit omnibus, qualiter ab Henrico Teutonicorum Rege, cum Epiſc. quibuſdam & Cardinalib⁹ tam presbyteris quam diaconibus, & cum magna tam Romanorum, quam aliorum qui tum ſecum cōuenerant multitudine captus fuerit, quodq; adactus fuerit cōtra deliberationem ſuam, pro redemptione captiuorum, pro pace populi, pro liberatione Eccleſiæ, vt ſupradicto Regi de inueſtituris, quas ſæpius prohibuerat, ſcriptum conceſſionis daret, & iuramenta per Epiſcopos ſeu Cardinales fieri præceperit, quatenus nec de inueſtituris deinceps eum inquietaret, nec in perſonā Regis anathema poneret.

III. Paſchal. PP. recuſat damnare Henri. propter Iuramentum.

Quamuis aūt conditio iuramenti impoſita ab ipſo & ſuis minus obſeruata ſit (neq; enim ſeruauerūt nobis quod ab ipſis iuratum fuerat) ego tamen numquā B eum anathematizabo, & numquā de inueſtituris inquietabo. Sed quoniam noſtræ commonitionis inſtantiā repulerunt, habebunt iudicem Deum. Porro ſcriptū illud, quod magnis neceſſitatibus coactus, non pro vita mea, non pro ſalute aut gloria, ſed pro ſolis Eccleſiæ neceſſitatibus ſine fratrum conſilio aut ſubſcriptionibus feci, ſuper quo nulla conditione, nulla promiſſione conſtringitur: ſicut praue factum cognoſco, ita praue factum confiteor, & omnino corrigi, Deo præſtante, deſidero: cuius correctionis modum, fratrum qui conuenerunt conſilio, iudicioq; cōſtituo, ne forte per hoc in poſterum detrimentum aliquod Eccleſiæ, aut animæ meæ præiudicium relinquatur. Subiunxit, quod Gotfredus Viterbienſis Notarius Imperatoris notauit:

Me quoq; Pontificem non fore, iuſſa date.
Peccatu mala veſtra meu veniſſe notaui,
Officijs me deſtitui dignum reputaui,
Me quoq; depoſui, ne peream, ait.
Hac ait, & mitram reijcit, mantumq; relinquit, C
Ordinet Eccleſia ſine me, quicquid placet, inquit.
Moreq; Pontificis iudicet ipſa ſibi.
Copia Pontificum: non ita (dixit) erit.
Extortum Papæ ſcriptum contra rationem
Vritur: & priſcum tibi concilamus honorem.
Tolle pater mantum; Curia tota monet.
Rurſus in Henricum IV. noua bella gerentur.

Altero die Concilii, inprimis fidei ſuæ veritatem SS. Patribus per omnia congruentem Paſchalis PP. in audientia totius Concilii expoſuit, aſſerens ſe ſcripturas ſanctas veteris & noui teſtamenti, & Concilia vniuerſalia veneranda ſuſcipere & venerari, quæ Catholica Eccleſia ſuſcipit ac veneratur, ita dicens: *Amplector omnem diuinam* D *ſcripturam ſcil. veteris & noui Teſtamenti, Legem ſcriptā a Moyſe & à SS. Prophetis, amplector quatuor Euangelia, ſeptem canonicas epiſtolas, & epiſtolas glorioſi Doctoris B. Pauli Apoſt. ſanctos canones Apoſtolorum, quatuor vniuerſalia Concilia, ſicut quatuor Euangelia, Nicænum, Conſtantinopolitanū, Epheſinum & Chalcedonenſe; decreta SS. Patrum Romanorum Pontificum, & præcipue decreta Domini mei Papæ Gregorij, & beatæ memoriæ Papæ Vrbani. Quæ ipſi laudauerunt, laudo: quæ ipſi tenuerunt, teneo: quæ cōfirmauerunt, confirmo; quæ damnauerunt, damno; quæ repulerunt, repello; quæ interdixerunt, interdico: quæ prohibuerunt, prohibeo in omnibus, & per omnia, & in his ſemper perſeuerabo.*

IV. Synod. priuilegium Henrico datum reſcindit & damnat.

Hæc cum Paſchalis dixiſſet, Gerardus Engoliſmenſis Epiſc. hanc in ſcriptis ſententiam recitauit:

Priuilegium illud, quod nō eſt priuilegium (neq; vero debet E dici priuilegium, ſed prauilegium) *pro liberatione captiuorum, & Eccleſiæ à Domino Papa Paſchali per violentiam Henrici Regis extortum, nos omnes in hoc S. Concilio cum eodem Domino Papa congregati, canonica cenſura, & Eccleſiaſtica auctoritate, iudicio S. Spiritus damnamus, & irritū eſſe iudicamus, atq; omnino caſſamus, & ne quid auctoritatis & efficacitatis habeat, penitus excōmunicamus,* quod ideo damnatū eſt, quod in eo priuilegio cōtinebatur; quod electus canonice à clero & populo à nemine conſecretur, niſi prius à Rege inueſtiatur; quod eſt contra Spiritū ſanctum, & canonicā inſtitutionē.

A Synodo Romana abſoluta, Guido Archiepiſc. Viennam Galliæ reuertens, tamquam ſedis Apoſtolicæ Legatus Concilium Viennæ celebrauit, cui etiam S. Hugo Epiſcopus Gratianopolitatus interfuit. In eo decreta infra ſcripta ſanxerunt. V. Cōc. Vienn. Contra Hērīc. Imp.

1. *Inueſtituram Epiſcopatuum & Abbatiarum, & omnium Eccleſiaſticarum rerum de manu laica, S. R. E. auctoritatem ſequentes, hæreſim eſſe iudicamus.* Statuta Concilii Vienn.

2. *Scriptum illud ſeu priuilegiū, quod à Domino Paſchali PP. violenter Henricus Rex de inueſtituris, de anathemate in perſona ſua non ſponte extorſit: in virtute Spiritus ſancti damnamus, atq; irritum eſſe, & nullius beatæ memoriæ iudicamus fieri.*

3. *Henricum Teutonicorum Regem, qui ſimulata pace Romā veniens, poſt data ſacramenta Domino Papæ Paſchali, vitæ, membrorum, malæ captionis, refutationis inueſtiturarum, eundē Dominum Papam in ſede Apoſtolica ante corpus B. Petri poſt oſculationem pedis, oris & faciei, proditione, periurio & ſacrilegio, velut* B *alter Iudas, cum Cardinalibus, Epiſcopis, & Archiepiſcopis, & multis Romanorum nobilibus, tradidit, cepit, & raptum in caſtra inſignib⁹ Apoſtolicis exuit, & indignè atq; inhoneſtè irriſum tractauit, & ab eo nefandiſſimum & deteſtabile ſcriptum violenter extorſit: excommunicamus, anathematizamus, & à gremio ſanctæ matris Eccleſiæ ſequeſtramus; donec his omnibus abrenunciatis, plenam ſatisfactionem Eccleſiæ exhibeat.* Hæc in Concilio Viennenſi tranſacta, Guido Archiepiſcopus Paſchali ſignificauit, & Pontificiam confirmationem poſtulauit, quam nonniſi poſt quatuor annos ille cōceſſit: nonnullo interim ſuo probro, quod tātiſper iniuriam ſibi & Eccleſiæ illatam tolerasſet, nec vigore Apoſtolico vindicaſſet.

Adalbertus ex Cancellario Henrici factus Epiſcopus C Moguntinus, quamquam ab eodem Imperatore inueſtituram accepiſſet, ſtatim in alterum virum mutatus, contra eund. tam acriter egit, vt illum in carcerem coniecerit, atq; toto trienniо detinuerit idem Henricus. VI. Cancell. Imp. ex hoſte fit defenſor Eccl.

Quæ cum audiſſet Alexius Comnenus, ſcilicet Imperatorem Occidentis ea indigna cōtra ſummum Pontificem atq; Eccleſiam vniuerſalem perpetraſſe, Romam miſit Legatos, qui illis auxilia contra Germanos crudeles & faſtuoſos tyrannos, pollieeretur. Si modo illi ſummus Pontifex, Imperii Occidentalis adminiſtrationem decreuiſſet. VII Alexii imp. Legatio ad Rom. Pont. pro ſede Apoſt.

Hoc anno eod. Paſchalis Pontif. Hermannum Epiſc. Auguſtanum adulterii conuictum damnauit: Gibelino autem Patriarcha Hieroſolymitano defuncto, Arnulphus homo nequam ſucceſſit. Sanctus vero Guido Cōfeſſor defunctus eſt. Complures autem reliquiæ ſanctorum Romæ repertæ ſunt, & quidem in titulo S. Lauren- D tii in Lucina, reperta eſt craticula in qua vſtulatus eſt S. Laurentius. Repertæ & duæ ampullæ ſanguinis illius; & reliquiæ, Cornelii Papæ, Dionyſii Papæ, Epiphanii Archiepiſc. Paterniani Epiſcopi, Concordii Epiſc. Stephani protomartyris, Leonardi, Siſinii, Laurentii, Potentiani, Euſebii, Vincentii & Peregrini, Romani, Marci, Marcelliani, Geruaſii, Prothaſii, Euſtathii, Agatæ, Cyriacæ, Martinæ, Sophiæ, Piſtis, Elpis, Agape. Inuenta ſunt etiam in Eccleſia S. Stephani, in loco qui dicitur Aqua tranſuerſa, SS. corpora Pontiani, Euſebii, Vincentii & Peregrini. In via autem Ardeatina, corpora SS. Gordiani & Feliculæ virginis & martyris. VIII. SS. reliquiæ Romæ inuentæ.

Per id temporis Petrus Caſtellus ex vice Dominis Romæ Præfectus, inconſulto Pontifice Arnaldum hæreſiarcham ac eius filium authoritate ſeculari damnauit, E mortique addixit. Quæ res cum illi dignitatem Præfecturæ Romanæ à populari acclamatione attuliſſet, Paſchalis Pontifex propterea quod vtramque poteſtatem temere vſurpaſſet, non tantum Viterbii dominio illum exuit, verum igni & aqua illi interdixit. IX.

(o)

IESV

Digitized by Google

IESV CHRISTI
Annus 1113.

Paschalis Papæ Anno 14. Henrici IV. Imp. ann. 3. Alexii Comnemi Imp. anno 33.

I. Concil. Beneuent.

ANno Chriſti 1113. Paſchalis Pontifex Beneuentum concedens, Synodum Epiſcoporum ibidem congregauit, in qua quæſtiones prouinciales & alia iudicialia definiuit. Bernardo quoq; Patriarchæ Conſtantinopolitano reſcripſit, non ea ratione ſe conceſſiſſe Patriarchę Hieroſolymitano ciuitates ab infidelibus receptas, vt limites Antiochenæ Eccleſiæ reſtringeret; ſed duntaxat eo caſu tantum, vbi limites diœceſum confuſi, neque certi eſſent. Tunc enim, cum incertum eſſet ciuitatem recuperatam, ad diœceſim Antiochenam pertinere, Hieroſolymitanæ eandem aſcripſit. In eam rem & Balduino Regi, & Clero Hieroſolymitano ſcripſit, decernens, vt vnaquæq; Eccleſia iuſtitiæ limitibus perfruatur. Nec enim poſſumus, ait, manifeſte Sanctis Patrum noſtrorum conſtitutionibus obuiare; nec omnino volumus, aut pro Principum potentia Eccleſiaſticam minui dignitatem, aut pro Eccleſiaſtica dignitate Principum potentiam mutilari: ne apud nos occaſione alterutra pax turbetur Eccleſiæ. Eodem anno Paſchalis Eccleſiam S. Bartholomæi in inſula Tiberina inſtaurauit.

II. a Willelm. Tyr. lib. 11. c. 21.

In Oriente, [a] Cruce ſignatorum res in deterius labi cœperunt, Deo ſcelera Chriſtianorum vlciſcente. Interim enim Balduinus Rex viuente adhuc priore coniuge, relictam Rogerii Comitis Siciliæ ſuperinduxit: Arnulpho Patriarcha Hieroſolymitano id matrimonium non improbante. Turcæ itaq; ad obſidendam Hieroſolymam accedere auſi, cum vix ægre depulſi eſſent, monaſterium in monte Thabor inuaſerunt, & quot monachos Cluniaco deductos ibidem occiderunt, tot Martyres in cœlum præmiſerunt.

III. S Bernardus fit monachus Ciſterc. b Willelm. in vita.

Hoc anno [b] Sanctus Bernardus, duos & viginti annos natus, cum ſociis amplius quam triginta Ciſterciũ ingreſſus ſub Abbate Stephano, ſuaui iugo Chriſti collum ſubmiſit. Aliquot ex fratribus ſecum duxit: cumq; domo egreſſi, Niuardum adhuc puerum in platea offendiſſet; Eia, inquit, Niuarde, te hæredẽ relinquimus: nos vero paupertatem amplexuri, aliam hæreditatem nobis quæremus. Ibi puer ſupra puerum: Præclare, inquit; mihi terram, vobis cœlum! Dixerat Niuardus, comitemq; ſe fratribus ad monaſticam properantibus adiungi deſiderabat. Cæterum ab illa die, qua S. Bernardus monaſterium introiuit, dedit Dominus Ciſtercio benedictionem, & vinea illa Domini Sabbaot dedit fructum ſuum, extendens palmites ſuos vſque ad mare propagationes ſuas.

IV. Victoria de Pomeranis miraculoſa. c Cromer. lib 5.

Per ea tempora, Boleſlaus Poloniæ Princeps cognomento Criuouſtus, inſignem victoriam de Pomeranis barbaris reportauit. Ea [c] Simoni Epiſcopo Plocenſi pietate & ſanctimonia vitæ venerando ſeni refertur accepta, quod is & animauerit Polonos in hoſtem, & pugnantibus iis Dei opem implorare non ceſſauerit: Moyſen populi Dei ducem imitatus, cuius precibus & extenſione manuum magis quam armis atq; viribus Amalechitas profligatos eſſe ſacris Hebræorum literis proditum eſt. Non ſatis a. pœnarum Pomeranos atq; Pruſſos dediſſe ratus Boleſlaus, æſtate ſequenti expeditionem in Pomæraniam ſuis indixit. Conuenit exercitus ad Cruſuiciam, iamq; moueri caſtra debebant, ecce clara die, inſpectante omni exercitu, apparuit in culmine baſilicæ Cruſuicienſis formoſus iuuenis, candida veſte refulgens: cunctiſq; ſtupentibus deſilut, & ante ſigna progreſſus eſt. Ibi vniuerſus exercitus lætus è veſtigio motis caſtris diuinitus oblatum Ducem ſequitur, victoriam ſibi inſignem ex hoſte barbaro promittens. Vbi ad Naclum, Pomeranorum ſiue Caſſubiorum tunc vr-

A bem facile principem, natura loci manuq; munitan ventum eſt, iuuenis ille malum aureum, quod man geſtabat, aduerſus Naclum proiecit, ſubitoq; diſparui Qua ex re Poloni animati, alacres in barbaros prom uerunt. Cæſorum hoſtium numerum ad viginti ſeptei millia perueniſſe dicebant, captorum bis mille.

IESV CHRISTI
Annus 1114.

Paschalis Papæ II. Anno 15. Henrici IV. Imp. ann. 4. Alexii Comnemi Imp. anno 34.

B ANno Chriſti 1114. Paſchalis Papa [a] Ceperani, ad r pam fluminis Liris Synodum habuit, in cauſa La dulphi Archiepiſcopi Beneuentani. Commiſerat Pontifex vt pacem inter ciues Beneuentanos compe neret, ne diſcordibus illis id quicquid erat patrimon Beati Petri periclitaretur à Northmanis. Is autem Be neuentum veniens, nedum imperata non fecit, ſed et iam à Paſchali præfectum Landulphum Comeſtabiler in ordinem redegit, & ciuitate eiecit: ipſe autem Caſſi num poſtea metu Pontificis ſe recepit. Facta diligen rerum inquiſitione, tandem Petrus Portuenſis Epiſco pus Cardinalis, primus omniũ nomine Põtificis & Syn odi, hanc ſententiam in eum tulit: Quia regalia Bea Petri ſuſcepiſti, & claues portarum tenuiſti, & palatiur

C inuaſiſti, & Landulphum expuliſti, & ad Curiam ven re vocatus contempſiſti, iudicamus ſuper vos depoſi tionis ſententiam, & contra beatum Petrum & Domi num noſtrum Papam feciſſe.

Eodem anno, Paſchalis Papa Radulpho Canthua rienſi Archiepiſcopo, præ infirmitate Romam venir impotenti, pallium miſit.

[b] Cono autem S. R. E. Cardinalis in Gallia Legatus & Radulphus Rhemenſis Archiepiſcopus Synodo a pud Bellouacum celebrata, Sanctum Godefriedun Ambianenſem Epiſcopum, qui ſe in cœnobio Carthu ſiæ, abdicata dignitate recluſerat, ad Epiſcopatum re uerti coegerunt illud monentes; rectius ſibi conſultu rum, ſi non ſua vnius ſalute contentus, plurimos Chri ſto lucrifacere conaretur.

D

IESV CHRISTI
Annus 1115.

Paschalis Papæ II. Anno 16. Henrici IV. Imp. ann. 5. Alexii Comnemi Imp. anno 35.

ANno Chriſti 1115. [a] Petro Caſtello vici Domino & vrbis Præfecto, die Cœnæ Domini mortuo, homines quidam ſeditioſi filium eius aſſumentes, volebam eodem die Romano Capitolio imponere, atque Paſchalem ad deſignandam ei Præfecturam compellere Magni tumultus inde poſtea exorti ſunt, quod non ſtatim factiotis ea quæ deſiderabant conceſſiſſet.

E Rebus vrbanis compoſitis Paſchalis Papa, Troiam Apuliæ conceſſit, inque ea ciuitate conuentu celebrato pacem inter Principes ſtabiliuit, & quædam Eccleſiarum negotia definiuit.

In Germania Orthodoxi contra Henricum inſurgentes, hominem ad id coegerunt, vt Adalbertum Archiepiſcopum Moguntinum, quem toto triennio in vinculis habuerat, Eccleſiæ illius reſtituerit: qui poſtea Dieterico Cardinali Legato coniunctus, excommunicationem contra Henricum publicauit: & Concilio Coloniæ congregato, multa contra eundem egit.

Mathildis Comitiſſa eo anno defuncta eſt, cum no uem & ſexaginta annos vitæ expleſſet. Bonus Senio

Digitized by Google

A Reginus Epiſcopus,ante diem celebrem Iacobi Zebe-
dæi,corpus ei Chriſti,pariterq; Crucem crucifixi porre-
b Demnizo in vita. xit.Porro illa moriens inq; Cruce b *ſua figens oſcula dixit:*
Te colui ſemper,mea nunc rogo crimina terge. Cęterum*
Accipiens Chriſti corpus venerabile dixit:
Semper dum vixi,Deus,hoc ſcu.ſpem tibi fixi:
Nunc in fine meo me ſaluans,ſuſcipe quaſo.
Sic orans migrat mox hac ſapiens Comitiſſa.

IV. Concil. Hieroſol. in cauſa Arnulph. Patriarchæ. c Willelm. Tyrius lib. 11.c 26.

c Eodem tempore Paſchalis Papa auditis enormitati-
bus Arnulphi Patriarchæ,& de eius immunda conuer-
ſatione plenius edoctus:Legatum mitit ad partes Syriæ
quemdam virum venerabilem & multa religione con-
ſpicuum Arauſicenſem Epiſcopum, qui in Palæſtinam
veniens,conuocato vniuerſi regni Epiſcoporum Con-
cilio,prædictum Arnulphum, meritis exigentibus, au-
B ctoritate ſedis Apoſtolicæ,ab officio Pontificali depo-
ſuit.Ille a.adhuc fiduciam habens in ſuis præſtigiis, qui-
bus pene vniuerſorum ſubuertebat animas, transfreta-
re coactus,Romam venit: Vbi ſummi Pontificis & to-
tius Eccleſiæ blandis verbis & larga munerum profu-
ſione religionem circumueniens,cum gratia ſedis Apo-
ſtolicæ rediit ad propria, ſedemq; Hieroſolymitanam
recuperauit, eadem viuendi licentia, propter quam
prius meruerat deponi.

IESV CHRISTI
Annus 1116.

Paschalis Papæ II.Ann. 17.Henrici IV.Imp. ann.6. Alexii Comneni Imp. anno 36.

I. Concil. general Lateran.con priuileg. Henr Imp. cõceſſum. a Vrſpergenſ.

C ANno Chriſti 1116. a Pridie nonas Martii,Romæ in
Baſilica Lateranenſi, celebrata eſt Synodus vni-
uerſalis Concilii, congregatis ibidem ex diuerſis regnis
& prouinciis,Epiſcopis, Abbatibus, Catholicis Duci-
bus & Comitibus,& Legatis diuerſarum prouinciarum
quãplurimis.In eo omnium conſeſſu Pontifex Paſcha-
lis, peſſimum illud ſcriptum, quod in tentoriis ab eo
Henricus extorſerat, quod pro prauitate ſua prauile-
gium dicebatur, ſub perpetuo anathemate damnauit:
atq; omnes vnanimi voce damnauerunt. Habuit ali-
quis Paſchali hæreſim tunc cauillatorie imponere: cæ-
terum pro illo Ioannes Caietanus Epiſcopus commo-
D tior reſpondit: *Tunc hic,& in Concilio, nobis audientibus Ro-
manum Pontificem appellas hæreticum? Scriptum,ait,quod fecit
Dominus Papa,malum quidem eſt,ſed hæreſis non fuit.* Subiecit
alter,*nec malum quidem dici debere. Quia ſi liberare populum
Dei bonum eſt:quod dominus Papa fecit,bonum fuit. Sed liberare
populum Dei bonum eſt auctoritate Euangelij, qua præcipimur
animas quoq; pro fratribus ponere.* Subiunxit Paſchalis: *Fra-
tres & Domini mei audite: Eccleſia iſta nunquam habuit hære-
ſim:immo hic omnes hæreſes conquaſſata ſunt.Hic Arriana hære-
ſis,quæ per trecentos fere annos viguit,annullata eſt. Ab hac ſede
hæreſis Eutychiana,& Sabelliana contrita, Photinus, cæterique
hæretici deſtructi ſunt.Pro hac Eccleſia Filius Dei in paſſione ſua
orauit,cum dixit: Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides
tua.* His dictis Paſchalis Papa, excommunicationes à
Legatis in variis Conciliis contra Henricum latas,iudi-
E cium Synodale confirmauit.

II. De Chryſolani Legat. in Orientem & diſput.de Spiritu ſancto.

In eodẽ Concilio,controuerſia Chryſolani Archiepi-
ſcopi Mediolanenſis cũ Iordane definita eſt.Fuit Chry-
ſolanus vir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus,& in ſecu-
laribus literis nobiliter doctus, Græca & latina elo-
quentia inſignis. Functus Legatione Apoſtolicæ ſedis
apud Alexium Comnenum Imp. Orientis ſcripſit e-
ruditum commentariolum de proceſſio-
ne Spiritus ſancti à Filio.

(o)

IESV CHRISTI
Annus 1117.

Paschalis Papæ II.Anno 18.Henrici IV.Imp. ann.7. Alexii Comneni Imp. anno 37.

I. Henr.Imp. in vrbem redit. a Petrus Diac.lib. 4. c.57.

ANno Chriſti 1117.a Cum Paſchalis Papa intellexiſſet,
Henricum ex ſententia Concilii anathemate dam-
natum,odio inflammato eſſe hoſtiliq; animo Romam
properare, Roma Troiam conceſſit, tum vt auxilia
Principum contra aduerſarium compararet, tum vt
Synodum celebraret.Interim Henricus exercitu arma-
tus in vrbem venit, & quem ſciret Romanorum po-
B tentiſſimum Ptolemeum Comitem Tuſculanum Cõ-
ſulem,data ei filia ſua in matrimonium,reſtitutiſq; plu-
rimis poſſeſſionibus ſibi conciliauit.Huius itaq; Conſi-
liarii erant,Abbas Farfenſis,qui ob ſacrilegium, factio-
nemq; in Eccleſiam bis terq; capite damnatus fuit; &
Ioannes maledictus,& Ptolemæus Conſul. Horum fa-
uore ſimulatq; in Latium intrauit,Beati Petri fidelibus
bellum indixit, multaq; caſtra cepit. Rediit poſtea in
vrbem,& iterum coronari deſiderauit.

Cleri Ro. magnanimitas.

Repugnabant fideles,ne id in baſilica Diui Petri fie-
ret.Vnde ſibi metuens,neque alicui ex clero Romano
confidens,accito Mauritio Bracharenſi Epiſcopo, ante
corpus B.Gregorii diadema ab eo accepit.

S Benno poſt obit. miraculis pugnat aduerſus Henricianos. b Vrſperg.

b Interim agebatur vehementer, maxime quod au-
diret S.Bennonem Miſnenſem Epiſcopũ, illum contra
C Henricum patrem ſuum,& contra Henricianos acerri-
mum vindicem,ante decem annos defunctum, maxi-
mis miraculis fulgere. Inter quæ memorabile eſt quod
hoc anno apparens poſt mortem Ottoni Miſnenſi
Marchioni, à quo acceperat alapam, die quo vi-
uens prædixerat,idem ipſe ſpiritu oris ſui interfecit im-
pium.

Henr.petit abſolui nec obtinet.

Et quia verebatur, ne & ſibi quicquam grauius acci-
deret,miſit plures Legationes ad Paſchalem, ſatisface-
re promittens, ſi modo illum anathemate exſolueret.
Reſpondebat Paſchalis, ſe nequicquam facere poſſe
aut par eſſe,ſine ſententia Concilii.

II. De priuileg. Eccl. Cantuar.

Inter hæc Paſchalis Radulpho Canthuarienſi Ar-
chiepiſcopo priuilegia à Gregorio Magno Eccleſiæ Cã-
thuarienſi concesſa confirmatum, ipſumque Legatum
D natum perpetuo eſſe declarauit.

III. Terrę motus prodigia. c Roger. Annal. Angl.

Eodem anno c Mediolanum tremuit. Vbi cum ali-
qui Patricii de repub. tractantes ſub vna turri reſide-
rent,auribus omnium vox foris inſonuit, vnum ex illis
nomine vocans,& feſtinato exire rogans. Quo tardan-
te,perſona quædam apparuit, quæ vocatum virum, vt
egrederetur, prece obtinuit. Exeunte illo turris re-
pente cecidit, & omnes qui ibidem erant, caſu mi-
ſerabili oppreſſit. Mortuus eſt hoc anno vir inſignis
Robertus, auctor monaſterii Fontis Ebraldi: cuius vi-
ri & fœminæ, vnius Abbatiſſæ dicto obſequentes e-
rant.

IV. Origo Ordinis fontis Ebraldi.

V. Balduinus Rex Hieroſ. pœnitens pellicem repudiat. d Tyr.lib. 11.c 19.

d Balduinus Rex Hieroſolymitanus eodem anno gra-
ui ex inſperato ægritudine correptus,cum timeret defi-
cere, læſum habens conſcientiam eo quod legitima v-
E xore abiecta,aliam ſuperinduxerat, corde compunctus
& facti pœnitens viris religioſis ad Deum timentibus
reatum confeſſus eſt: pelliceque repudiata, Reginam
coniugem legitimam recepit.

VI. Obitus Nicolai Muzaloni Patr.Conſt.

Conſtantinopoli Nicolao Muzaloni Patriarchæ de-
functo,Theodorus vnum ex diaconorum ordi-
ne patria Chalcedonenſem ſuc-
ceſſit.

Digitized by Google

IESV CHRISTI
Annus 1118.

GELASII PAPÆ II. ANNO I. HENRICI IV. IMP. ann. 8. Alexii Comnemi Imp. ann. 38.

I. Paſch. Pap. obit. & creatio Gelaſ. II. a Pandulph.

ANno Chriſti 1118.[a] Decimoquinto Kal. Febr. Paſchalis Papa Sacramentis Eccleſiæ deuotiſſime receptis, ægritudine partim animi, partim corporis Romæ extinctus eſt. In eius locum ſuffectus eſt Ioannes patria Caietanus, profeſſione monachus Caſſinas, ordine diaconus S. R. E. Cardinalis munere Cancellarius, vir prudens & venerandus, & in Romana Eccleſia irreprehenſibiliter ſummo Pontifici olim collaborans. Electo B nomen impoſitum Gelaſius.

II. Gelaſ. à Schiſm. dira patitur.

Offendit ea electio fautores Henrici. Quorum princeps Cencius Frangipanis Eccleſiam effractis foribus irrumpens Gelaſium cepit, pugnis calcibuſq; percuſſit, calcaribus cruentauit, & domum retraxit, atq; catenis oneratum in carcerem coniecit. Cardinales quoque ac Epiſcopos complures, tum ex clero atque populo non paucos eodem modo accepit. Vnde tumultu in vrbe excitato, periculum ipſe adiit, donec Pontificem liberum miſiſſet.

III. Gelaſ. fuga a Schiſmat. & Burdini Antip. intruſio.

Interea cum Gelaſius in Palatio Lateranenſi negotiis definiendis incumberet, Henricus noctu vrbem irrumpens, occaſionem Poutifici dedit euadendi, & Caietam concedendi. Vbi cum ſaluti ſuæ & ſedi Apoſtolicæ ſatis conſultum putaret, Henricus Mauritium Burdinum Bracharenſem Epiſcopum, in Concilio Beneuentano excommunicatum, in matris Eccleſiæ gremium ingeſſit, & Gregorium nominauit.

IV. Alia Gelaſ. fuga a Schiſmat. in Galliam.

Cæterum Gelaſius per idem tempus contractis copiis, & Wilelmo Duce Apuliæ, Roberto Principe Capuano, Richardo de Aquila, aliiſque Baronibus plurimis auxiliaribus aſſumptis, Romam rediit.

Cumque iterata ſeditione à Frangipane excitata, in periculum adductus elapſus eſſet, ad tutiſſimum Eccleſiæ Romanæ aſylum, in Gallias profectionem cogitauit, & maturauit; Petro Portuenſi Vicario Vrbano relicto, & Hngoni Cardinali cura Beneuentanæ ciuitatis commiſſa, poſtquã etiam vrbis abſolutam adminiſtrationẽ Petro ſeptimo ex vici dominis Caſtello, pfecto Vrbano commiſiſſet. In Gallias veniens, à Ludouico Rege, maximo honore ſuſceptus tantam populi beneuolentiam erga ſe expertus eſt, vt illum pene omnibus ad vſum neceſſariis rebus obruerint.

V. Indulgent. conceſſa.

Contigit inter hæc Cæſarauguſtam ex manibus Saracenorum vindicari. Cuius vrbis Eccleſiæ & mænia diruta vt inſtaurarentur, Gelaſius omnibus Chriſti fidelibus perſcripſit, vt Cæſarauguſtanos in ea calamitate adiuuarent. Scripſit etiam Petrus Cæſarauguſtanus Epiſcopus ad eoſdem, omnium adiutoria depoſcens, quę qui obtuliſſent, indulgentiam peccatorum ſuorum obtinerent.

VI. Concil. in Germ. contra Imp.

In Gallias Gelaſius veniens, Cononem Cardinalem Legatum miſit: qui Synodis, primum Coloniæ, deinde in Fitteslai celebratis, in Henricum anathema promulgauit. Colonienſi Concilio interfuit Norbertus poſtea Præmonſtratenſis ordinis inſtitutor. Ibique à multis accuſabatur, de quibus ſe prudenter excuſabat. Vnde & ſcriptum legitur de eo, quod de Iſmael, quia manus horum omnium contra eum, & ipſe contra hos omnes. Porro Henricus cum audiſſet hæc omnia à Conone Legato in Germania contra ſe moueri; inſuper & ſecularem Conuentum, in quo alium Imperatorem eligerent, indictam eſſe, ab Italia redire accelerauit.

Henr. Imp. ad ſua redire cogitur.

VII. Ordinis templariorum initiũ & Balduini Reg. Hieroſ. obit. b Willel. Tyr.

In[b] Palæſtina, ordo Templariorum cœpit: Hieroſolymis Arnulpho Patriarchæ defuncto, Guarimundus Gallus ſucceſſit: Balduino autem Rege mortuo, Balduinus de Burgo affinis ipſius, miles egregius, pietate præſtantiſſimus Regnum obtinuit. Sed cum interea A Euſtachius Comes Bolonenſis frater defuncti Regis ab aliis in Regem aſſumeretur, ne bellum ciuile inter Chriſtianos in Terra Sancta apud infideles maximo damno Chriſtianæ religionis conflaretur, ſponte magna animi conſtautia, religione non impari, magna omnium admiratione, maiori laudatione ceſſit Balduino regnum, memorando poſteris exemplo, ne quæ ſua ſunt quærant, ſed quæ publicæ conueniunt ſaluti.

VIII. Alex. Imp. obit. c Zonaras.

Conſtantinopoli[c] Alexius Comnemus Imp. in viuis eſſe deſiit. Præceſſerat illud prodigii loco habitum, quod vehementiſſimo ventorum turbine ſtatua Conſtantini ænea, ſita ſuper celeberrimam columnam porphyreticam in Platocou collocatam; diuulſa in terram proſtrata eſt atque contrita, non ſine plurimorum B nece.

IX. Bongomilorum hæreſis.

Eius temporibus ſecta nefaria Bongomilorum extitit, cuius præco doctorque primarius fuit quidam Baſilius medicus, habitu monachus, ſed ipſo potius Satana indutus. Qui cum annis quindecim erroris illius pernicioſa dogmata didiciſſet, quinquaginta duobus docuiſſet; totum fere orbem ſua peſte impleuit. Tandem etiam vrbem Imperatricem ingreſſus, in manifeſto crimine eſt veritatis inimicus deprehenſus. Nam Imperator eius impietate cognita ſimulauit ſe fidem habere homini infelici, & magiſtrum appellauit, & ſaluatorem errantium animarum. His & aliis pluribus ægre quidem & tarde, ſed tamen effecit tandem, vt homo peſtifer euomeret virus ſuæ improbitatis. Sed fera caſſibus irretita, doctrinam eius vulgauit, & dogmata contem- C pſit; communiq; ſuffragio in equeſtri theatro impoſtorem comburi iuſſit. Porro Baſilius Trinitatem negauit exiſtere. Reiecit libros Moyſi, ſeptemque tantum diuinæ ſcripturæ libros recepit. Deum humana forma præditum dixit. Mundum creatum ab Angelis, malis ſcilicet. Michaelem Archangelum fuiſſe incarnatum. Iconoclaſtiam amplexus, ſanctarum cultores imaginum reprobos & idololatras eſſe affirmauit. Crucem deſpexit, quod in ea ſaluator occiſus ſit, quam dæmones ficte timere, atque fugere viderentur. Baptiſmum Eccleſiæ eſſe baptiſmum Ioannis, ſuum vero eſſe baptiſmum Chriſti. Incruentum ſacrificium contemnendum. Euchariſtiam eſſe Dominicam orationem. Omnes orationes præter Dominicam vaniloquia eſſe. Inſuper delirans dixit ſuos omnes concipere verbum D Dei, & parere ſicut beata virgo peperit, nullamq; aliam eſſe reſurrectionem præter pœnitentiam & vitam Euangelicam.

X. Alex. Imp. ſtudium in colligẽdis fidei Orthodoxæ decretis.

Habuit Alexius Imperator occaſionem permaximam eam perfectionem ſcientiæ aſſeqnendi. Celebratur enim eius ſtudium atque conſilium; quod Orthodoxæ Fidei decreta colligenda curauit: nec quamuis tam multis mundi moleſtiis, innumerabilibuſque negotiis, & grauiſſimis occupationibus aſſidue diſtringeretur, partem hanc ſibi negligendam duxit; vt ex Imperatoribus multi, quibus id ſatis fuit, quod pleriſque vel illius vel huiuſce temporis hominibus ſatis eſt; nempe breuis fidei confeſſio, religionis continens elementa, quod ſacrum ſymbolum appellatur. At ipſe cum experimento perſpectum haberet, peſtiferas rurſum & im- E pias opiniones multis Romani imperii partibus irrepſiſſe, & propter longum fortaſſe diuturnumque hoſtium dominatum inter bonum triticum mala luxuriantis hæreticorum doctrinæ, quæ nonniſi ad comburendum vtilis eſt, zizania fuiſſe ſparſa ac diſſeminata; eaq; vt vigerent & creſcerent, turbidis ſermonum riuulis ab ipſorum doctoribus irrigari: animo commotus atq; ob inſignem eorum audaciam atq; dementiam inflammatus, rãto malo ſibi occurrendum, ac remedium adhibendum exiſtimauit.

XI. Alex. Imp. doctorum virorum amator.

Itaq; cum à publicis negociis, grauiſſimiſq; Reipub. muneribus & curis ſupereſſet aliquid temporis: id omne in diuinarum ſcripturarum voluminibus accurate perlegendis conſumebat: deq; eis cum viris eximiis,

quorum egregia multitudine Regia ſemper erat referta, colloquebatur, approbatos inprimis ſermones colens, quorum ingenti quodam amore animus eius incenſus ardebat. Ex quo factum eſt, vt talium ſermonum conſuetudine linguam exacuens, tanquam ferrum ignitum aqua frigida confirmatum, atq; gladius vtrimq; acutus ad deteſtabiles opiniones atq; doctrinas excindendas, vel vt ſcripturæ verbis vtar, Malleus conterens petras, aſperam nimirum & duram, atq; omni ſenſu carentem pertinaciam impiorum eraſerit. Coluit inter alios S. Benedictum: cui multoties plurima donaria Caſſinum tranſmiſit.

XII. Alex. Imp. cultor S. Benedicti. Eodem anno mortuus eſt S. Lidganus Abbas Ordinis S. Benedicti, qui in monaſterio S. Cæciliæ in agro Setino vitam duxit ad ſanctitatem accommodatam, & miraculis etiam à morte illuſtrem. Ambiani quoq; obiit S. Godefredus Epiſcopus, cui hoc epitaphium Nicolaus monachus inſcripſit.

Gloria Pontificum, Cleri decus, ac monachorum
Forma, gregis dux, exemplar morum Godefredus
Hic iacet, aſtra petens octaua luce Nouembris.

XIII Martyria S. Mauri Pantaleomonis & Sergii. Hoc anno vixit Maurus Epiſcopus Vigilienſis, vrbs eſt Apuliæ apud Tranum. Hic cum Pantaleomone & Sergio ſub Traiano Imp. paſſus eſt. Maurus enim quod Chriſtum publice prædicaret, capitis pœna damnatus eſt. Pantaleomon autem, quia conſtans in eiuſdem fidei confeſſione idolis immolare recuſabat cruci affixus eſt. Sergius vero ob eandem conſtantiam, ferreis vngulis diſcerptus, Martyrium conſummauit. Horum corpora Tecla pia matrona, in villam ſuam quæ Sagona dicebatur, deferens, terra alte defoſſa, ſepeliuit. Vbi cũ diu ignota latuiſſent, S. Maurus veneranda ſenis ſpecie cuidam in ſomnis apparuit, locumq; vbi corpora latebant, indicauit. Quare reperta, in Eccleſiam S. Ioannis in vrbem tranſlata ſunt anno 1107. In qua tranſlatione inſignia miracula contigere: quæ Amandus Epiſc. Vigilienſis integro volumine deſcripſit. *Ex illo Codice.*

IESV CHRISTI
Annus 1119.

Callisti Papæ II. Anno 1. Henrici IV. Imp. ann. 9. Ioannis Comneni Imp. anno 1.

I. Gelaſii Pap. obitus. *a Vrſperg. & Pandulphus.* A[NNO] *Chriſti* 1119. [a] Celebrato Vienneñſi Concilio Papa Gelaſius, Cluniacum veniens, quacunque ibat, tanto honore ab vniuerſis excipiebatur, ac ſi ipſe Diuus Petrus eſſet. Cluniaci exiſtens, dum negotia Eccleſiæ tractaret, pleuritide correptus, quarto Kal. Febr. è viuis exceſſit, magno apud omnes deſiderio ſui relicto. Moriturus, deſignabat Othonem Præneſtinum Epiſcopum, quem Cardinales poſt mortem ſuam deligerent. Cæterum is præ humilitate tanta dignitate indignum excuſans, Hugonem Archiepiſcopum Vienneñſem aliquoties ſedis Apoſtolicæ Legatum, integritatis & conſtantiæ laude inſignem indicauit, quem ille ſacro collegio commendaret. Eo futuro ſucceſſore non quidem electo, ſed deſignato, facta confeſſione perceptis Sacramentis, atq; iuxta conſuetudinem monaſticam ſtrato terræ corpuſculo, inter circumplorantes Cluniacenſes animam exhalauit. Iuſtis ei perſolutis, Cardinales, Epiſcopi, Clerici, & plurimi Romanorum communi ſuffragio Hugonem elegerunt, & Calliſti nomine contaſtarunt. [b] cum ipſe in ſomnis proxima nocte, apto ſatis, licet ignoto præſagio, vidiſſet ſibi à perſona præpotente Lunam ſub chlamyde repoſitam committi: quod ſcilicet Eccleſiæ vniuerſalis curam ſibi aliquando commendatã, aſſumptio ad Pontificatum Romanum demonſtrauit. Recuſabat eam dignitatem ſuſcipere, incertus, an qui Romæ remanſerant Cardinales, aſſumptionem ſuam ratam, gratamq; haberent. Quamobrem vix cappa rubea amiciri ſuſtinuit, donec Nuntii Roma

II. Calliſti Pap. II. creatio. *b Suger. in Ludouico.*

A redeuntes, à Petro Portuenſi Vicario Vrbano, & reliquis ex Collegio Eccleſiæ, atque à Conſule populoque Romano literas attuliſſent, quib. electionem ipſam canonice iureq; factam affirmarent. Scripſit ſtatim ad omnes Encyclicam Calliſtus, ſignificans ſe quamuis inuitum & reluctantem aſſumptum fuiſſe, cupidum tamen & volentem eſſe, ad Eccleſiæ pacem componendam, turbaſq; quacunq; exortas ſedandas. Quam rem vt commodius præſtaret, Concilium Generale Rhemis indixit. Quadringenti & viginti quatuor virgæ Paſtorales in eo numeratæ: Ludouicus Rex Galliæ venit pſens: Henricus Imperator inuitatus, recuſauit. Quinq; Capitula ſequentia ex conſenſu concilii innouarunt. III. Concil. gener. Rhem. pro pace Eccl.

Capitula per Conc. innouata.

1 *Quæ Sanctorum Patrum ſanctionibus de prauitate Simoniaca ſtabilita ſunt, nos quoq; Sancti Spiritus iudicio, & authoritate ſedis Apoſtolicæ confirmamus. Si quis ergo vendiderit aut*
B *emerit, vel per ſe, vel per quamlibet ſubmiſſam perſonam Epiſcopatum, Abbatiam, Decanatum, Archidiaconatum, Presbyteratum, Præpoſituram, Præbendam, Altaria, vel quælibet Eccleſiaſtica beneficia, promotiones, ordinationes, conſecrationes, dedicationes Eccleſiarum, clericalem tonſuram, ſedes in choro, aut quælibet Eccleſiaſtica officia: & vendens, & emens dignitatis & officii ſui, ac beneficii periculo ſubiaceat. Quod niſi reſipuerit, anathematis mucrone perfoſſus ab Eccleſia Dei quam læſit, modis omnibus abſcindatur.*

2 *Epiſcopatuum, Abbatiarum, aut quarumlibet Eccleſiaſticarum poſſeſſionum inueſtituram per manum laicam fieri penitus prohibemus. Quicunq; igitur laicorum deinceps inueſtire præſumpſerit, anathematis vltioni ſubiaceat. Porro q. inueſtitus fuerit, honore quo inueſtitus eſt, abſq; ſpe recuperationis omnino careat.*
C
3 *Vniuerſas Eccleſiarum poſſeſſiones inconcuſſas in perpetuum & inuiolatas eſſe decernimus. Quod ſi quis eas abſtulerit, aut inuaſerit, aut poteſtate tyrannica detinuerit, iuxta illud Beati Symmachi capitulum, anathemate perpetuo feriatur.*

4 *Nullus Epiſcopus, nullus presbyter, nullus omnino de clero Eccleſiaſticas dignitates vel beneficia cuilibet, & quaſi hæreditario iure derelinquat. Illud etiam adiicientes præcipimus, vt pro Baptiſmatis, Chryſmatis, Olei ſacri, ac ſepulturæ acceptione nullum omnino pretium exigatur.*

5 *Presbyteris, diaconibus, ſubdiaconibus concubinarum & vxorum contubernia penitus interdicimus. Si qui autem huiuſmodi reperti fuerint, Eccleſiaſticis officiis & beneficiis priuentur. Sane ſi neque ſic immunditiam ſuam correxerint, communione careant Chriſtiana.* Hactenus Synodales ſanctiones.
D
[c] Miſſi tunc fuere ad Henricum ex Synodo, vtrum vellet his ſtatutis ſubſcribere. & is quidem cætera ſuſcepit; inueſtituras autem abdicare recuſauit. Propter quam rem anathematis vinculo illum Pontifex innodauit. Erant quingenti qui ægre ferrent. Cæterum cum eis in partem ſecedere præcepiſſet Calliſtus, ſcilicet, vt eo indicio publicatos, à corpore Eccleſiæ ſepararet, illico cæteris conſentientes, in Henricum Imp. excommunicationem promulgatam approbarunt. IV. Henr. Imp. excommunicatur. *c Regerius in Annal.*

In Hiſpaniis, cum paſſim vniuerſi ex clero, concubinas vxorum iuſtarum loco & nomine haberent, neq; is mos à Wittiza impio Rege olim inductus, magna quãuis piorum Pontificum diligẽtia, præſertim in Calætia, vbi ſacerdotum mores maxime in turpitudinem incubuerant, poterat vlla ratione eradicari, ideo Calliſtus
E Pontifex, Paſchalis anteceſſoris ſui exemplo, (nam is ea de re, Didaco Compoſtellano Epiſcopo ſcripſerat) nihil magis curauit, quam vt ex decreto Concilii, ſacratus ordo inibidem conformaretur. *Marian. lib. 10. c. 11.* V. Call. ſt. Pap. ſtudiũ contra Cõcubinarios Clericos.

Concilio abſoluto Calliſtus, Gotorii Regem Anglorum conuenit & Turſtinum Archiepiſcopum Eboracenſem, Regis odio diuexatum, pace inter eos conciliata, in Epiſcopatum reſtituit. Deinde recedens, Ordinem Ciſterctenſium priuilegio ſingulari confirmauit: Eccleſiam Beati Mauri in Glanofolienſi monaſterio, alteram Sancti Antonii Magni in prouincia Vienneñſi, & Sancti Iuliani in Prouincia conſecrauit. VI. Congreſſus Reg Angl. cum Calliſto Pap.

VII. Cauſa damnationis Imperatoris ob electionem Burdini Pap.

Aliam quoq; inſuper cauſam, Imperatoris ignominia anathematis damnandi, affirmant; quod is Gelaſio Pontifice, Roma propter metum elapſo, in eius locum Bracarenſem Epiſcopum Burdinum, Romanum Pontificem per nefas creandum curauerit, atque perfecerit, Gregorii VIII. nomine impoſito. Erat Burdinus Lemouicis natus, & Bernardum Toletanum Præſulem in Hiſpaniam ſecutus; mox per omnes ſacerdotii gradus, eius opera ad Conimbricēſis Eccleſiæ Epiſcopatum euectus: quo tempore ipſe Burdini nomen Mauricii appellatione mutauit: morum prauitatem non depoſuit. Conimbrica Bracaram ad eius Eccleſiæ Pontificatum, eodem Bernardo agente, migrauit: ſed ei pro meritis haud parem gratiam rependit. Nam corraſis vndique pecuniis, in quibus maiorem quam in cauſſa ſpem habuit, Romam profectus, aulicis corruptis, Bernardi ſenectutem rebus gerendis inutilem cauſſatus, in eius locum Paſchalis Pontificis venia ſe ſubſtitui poſtulabat. Parum ſpei erat ab æquiſſimo Pontifice iniquiſſima poſtulata extorquendi. Ergo, vt erat ingenio callido, ex diſſidio inter Imperatorem & Pontificem creſcendi occaſiones captans, ad artes conuerſus, Imperatoremque adiens, eius voluntatem deuinxiſſe viſus eſt prorſus vt eius opera Romanam Eccleſiam inuaſerit pſeudopontifex impoſitus. Extant Gelaſii ad Bernardum Toletanum Præſulem litteræ, quibus Burdini nomen diris à Paſchali Pontifice deuorum eſſe declarat: mandatq; in eius locum Bracarenſis Eccleſiæ Præſulem alium ſubſtituendum curaret. *Martan. lib. 10. c. 11.*

VIII. Ioannes Cōnemus ſucceſſor Alex Imp. d *Petr. Cluñ. lib. 4. c. 39*

Conſtantinopoli Alexio Imperatori mortuo, [d] Ioannes Comnemus ſucceſſit. Huic & Patriarchæ Conſtantinopolitano Petrus Abbas Cluniacenſis ſcripſit, monaſteriumq; ſui ordinis in regia vrbe ſitum diligentiſſime commendauit.

Hoc anno S. Nortbertus Præmonſtratenſium ordinis inſtitutor, confirmationem officii prædicationis à Gelaſio iniuncti, à Calliſto ſucceſſore obtinuit. Cluniaci autem viuendi finem fecit Adelphonſus Saborantiċenſis Epiſcopus, ex Concilio Rhemenſi reuertens.

IESV CHRISTI
Annus 1120.

CALLISTI PAPÆ II. ANNO 2. HENRICI IV. IMP. ann. 10. Ioannis Comnemi Imp. ann. 2.

I. Primatus Eccl. Vienneſ. conſtituitus à Pap. Caliſt. — Calliſti in vrbem aduentus. a *Egino in epiſt.*

ANno Chriſti 1120. Antequam ex Galliis recederet Calliſtus, ampliſſimo priuilegio Eccleſiam Viennenſem, ex qua ad ſummum Pontificatum euectus, ornauit; Dato diplomate Valentiæ 5. Kal. Martii. Romam exinde reuertens incredibili omnium gaudio accipiebatur.

Iam [a] quis Romæ concurſus, quantus omnis ſexus & ætatis apparatus, militiæ quoque Romanæ vltra trium dierum iter occurrentis quam iucundus fuerit comitatus, Cęſar ſi ſupereſſet, indignans miraretur, dum vexillo Crucis omnium Conſulum, & Imperatorum ſuperati trophæa conſpicaretur. Appropinquante vero ſummo Pontifice ad vrbem, puerorum & infantium cum ramis omnigenarum arborum occurrentium exceptus eſt laudibus. Quos ne quis opprimeret vel abigeret, cū Ieſu benedicens alebat: ſinite paruulos venire ad me, talium enim eſt regnum cœlorum. Deinde coronatus, vt regali ſacerdotio Eccleſiam crederent potiri, per medium deductus ciuitatis, plateis auro, gemmis, pretioſiſſimis palliis vndiq; adornatis. In Patriarchium tandem veniens à die tertio Non. Iunii vſq; in Kal. Iulii rebus Romanis diſponendis incubuit.

II. Calliſt. cōcedit inueſtituram Willelm. Duci. b *Petr. diac. lib. 4. c. 10.*

Et quia Burdino expugnando opus eſſet exercitu, [b] Caſſinum, deinde Beneuentum, inde Apuliam conceſſit; & conceſſa Willelmo Comitis Rogerii filio in feudum Apulia, Calabria & Sicilia, illum vna cum reliquis Northmanis contra Burdinum armauit: multaq; controuerſias Eccleſiarum in itinere definiuit: atq; Ludouici Regis Galliarum Legatum, Abbatem Sugeriun benigne audiuit.

Hoc anno [c] S. Northbertus collectis ſociis, Regulan S. Auguſtini ſeruandam ſuſcipiens, auctor fuit Ordini à loco dicti Præmonſtratenſis. [d] In Saxonia, Friderici Comite Henrici fautore mortuo, & ad inferos (vt reuelatum eſt) ad pœnas æternas condemnato, Fides Catholica, Schiſmaticis deficientibus magna incrementa cepit.

In Palæſtina, [e] Rogerio Principe Antiocheno in prælio occiſo, Balduinus Rex vna cum Comite Tripolitano, ingentem de Turcis victoriam præuio ligno Sanctæ Crucis victoriam reportauit.

Neapoli, quæ eſt Samaria, Hieroſolymitanus Patriarcha, Epiſcoporum concilio congregato, viginti quinque canones pro conſeruanda Eccleſiaſtica diſciplina conſtituit.

Vixit hoc anno Bruno Soleriæ pago agri Alexandrini Andrea patre & Scylla matre piis parentibus ortus. I in cœnobio S. Perpetui primum, deinde Bononię literi operam dedit: cumq; tum his, tum moribus profeciſſet Senis Cathedralis Eccleſiæ factus eſt. Romā profectus cum aduerſus Berengarium peruerſa de ſanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramento ſentientem diſputaſſet, eumque confutaſſet, à Greg. VII. Pont. Max. Epiſcopus Signinus creatus eſt. Quod munus aliquot annis executus, contemplationis deſiderio captus, in cœnobium Caſſinenſe ſe contulit, cumque ibi vitam monaſticam profeſſus eſſet, ad Eccleſiam ſuam inſtante populo, redire coactus eſt. A Paſchali II. Pont. Max. in Galliam primū, deinde in Siciliam ad eas Eccleſias reformandas Legatus miſſus eſt. Quod cum egregie præſtitiſſet, ad Eccleſiam Signinam reuerſus, cum illi aliquamdiu ſancte præfuiſſet, ſub eodē Pontifice Cōcilio generali Lateranenſ. adfuiſſet, plura pie doctèq; ſcripſiſſet, laborib. ſanctis confect⁹ mortuus eſt 16. Kal. Aug. multis clarus miraculis Illud non prętereundum, q̄ cum per vim ab Adulpho Comite Verulano captus, in cuſtodia detineretur, quadam die ardenti ſiti vexatus, allatam ſibi aquam afferri petiiſſet, rogans ne pro aqua vinum ſibi deferretur, & illi ſimiliter vinum factam, guſtauit. Illum Lucius III. Sum. Pont. anno poſt mortem 58. in SS. numerum retulit, & Honorius III. anno 1223. eidem propriis manibus aram dedicauit. *Ex Leon. Oſtienſi in Chron. lib. 4. c. 33.*

Eodem tempore vixit Gerardus Placentiæ, ex nobili vt fertur Portarum familia natus. Is puer literis & pietati operam dedit. Factus grandior per vrbes Italiæ peregrinatus, Potentiam Lucaniæ vrbem venit. Vbi cum ludum literarium publice inſtituiſſet, puerosq; gratis, non tam in literis, quam pietate, qua ipſe præditus erat, erudiret, ciues tanta viri charitate cōmoti, illum in demortui Epiſcopi locum delegerunt. In quo officio, ſanctitatem ſuam pluribus miraculis comprobauit. Cum inter viſitandam Diœceſim vinum defeciſſet, aquā ex proximo fonte hauriri, afferriq; iuſſit, quam ſigno crucis in optimum vinum conuertit. Paralyticum 40. annorum, ſigno Crucis ſanauit. Cæcis pluribus lumen reſtituit. Cū annos 8. Eccleſiæ præfuiſſet, 3. Kal. Nou. mortuus eſt, à Calliſto II. Pont. Max. miraculis clarus, SS. numero adſcriptus. *Ex Monum. Eccleſ. Placent. & Potent.*

Hoc anno vixit S. Ragnildis Regina: hæc ab infantia in Dei timore ac animæ puritate enutrita; Ingoni IV. Regi coniugio copulata; ſic carnem ieiuniis ac vigiliis macerauit, ſic animam precibus ac cæleſtium rerum contemplatione exercuit, vt vitam in terris Angelicam traduceret. Vere pauperum ac ſeruorum Dei liberaliſſima mater, cui nulla ex omnibus propenſior cura, quā egenis ſubuenire, religioſos fouere, tēpla ac ſacella ornare, fidem deniq; ac pietatem, per ſui Dominii vicos & oppida quaqua verſum lōgiſſime ꝓpagare: quib. Chriſtianæ charitatis officiis vitā perpetuo tenore exercens, ad cœleſtia gaudia ſenio confecta migrauit. Sacrū cor-

Digitized by Google

pus eius Telgæ depoſitum eſt, atque in ſumma veneratione ad noſtra vſq; tempora, ob frequentem miraculorum innouationem ab omnibus piis incolis eſt habitum. *De ea Ioann. Mag. Hiſt. Gothor. lib. 18. c. 14. & in ſua Metrop. lib. 1. Iacobus Ziglerus in deſcriptione Scandiæ, & alij Scriptores rerum Sueticar.* Recenſente Ioan. Vaſtouio, Sigiſm. III. Reg. Polon. Biblioth. Præfect.

IESV CHRISTI
Annus 1121.

CALLISTI PAPÆ II. ANNO 3. HENRICI IV. IMP. ann. 11. Ioannis Comnenii Imp. ann. 3.

I. Burdinus Antip. capit tyranni comprimuntur. *a Petr. diac. lib. 4. c. 70. & Sugerius in Ludouico.*

ANno Chriſti 1121. [a] Mauritius Burdinus Antipapa, per id temporis Sutrii commoratus, omnes Romipetas inuadebat, ſpoliabat, captiuabat. Contra quem exercitu Northmanorum comparato Calliſtus, Ioannem Cremenſem Sancti Chryſogoni Cardinalem præmiſit, atq; ipſe paulo poſt ſubſecutus, vaſtatorem obſedit. Non poterant ferre Sutrini ciuitatis ſuæ excidium. Quamobrem Burdinum interceptum maledictis inceſſentes, militibus tradiderunt. Hi porro eum ſuſcipientes, Pontificalibus exuerunt, & pellibus veruecinis adhuc ſanguine rubentibus indutum, camelo tranſuerſum ſuperpoſuerunt, & caudam pro baculo paſtorali in manus ei dederunt, & ignominiam Eccleſiæ Dei vlciſcentes, per medium ciuitatis via Regia ad ludibrium traduxerunt. Occidiſſent, niſi Calliſtus interceſſiſſet, eripuiſſetque: ereptumque ad Monaſterium Cauenſe detruſiſſet. In Ordinem redacto Burdino, Calliſtus omnia quæ geſſerat Chriſti fidelibus vbique per literas ſignificauit; turres Cenciorum demolitus, alias pro defenſione Eccleſiæ locis opportunis ædificauit: *b Vrſperg.* [b] tum deinde Adalberto Archiepiſcopo Moguntino Legatione confirmata, in Henricum Imp. mouere iuſſit. Nec impigre geſſit ille imperata. Collectis enim vndequaq; copiis, contra illum exercitum duxit. Magno tunc Dei beneficio, ad preces Fidelium factum eſt, vt cum propinqui inter ſe vtriuſq; partis exercitus eſſent, magno Dei beneficio, non ad pugnandum ſed ad conſulendum de pace inter Imperium & ſacerdotiũ, duodecim ex vtraque parte Primates electi conuenerint Wirceburgi in feſto S. Michaelis, menſe Septemb. vbi etiam interfuit ipſe Imperator Henricus. Vbi ſeptem

II. Hēr. Imp. promittit pacem.

diebus continuatis Comitiis, de tollendo Schiſmate, regnique concordia diſceptatum, concluſum eſt, vt omnino pax firmiſſima ſanciretur, pareretq; Imperator iis, quæ ab ipſis in futuro Concilio decernerentur. Promiſit ille: & communi cum eis conſilio atq; conſenſu, Legatos ad Apoſtolicam ſedem miſit, Epiſcopum Spirenſem & Abbatem Fuldenſem: qui tranſacta inter Principes & Imperatorem ſignificarent, & Concilium Generale indici poſtularent, in quo ea quæ humano non poſſent, Spiritus Sancti iudicio terminarentur.

III. S. Erminoldus occludit monaſterium Hēr. Imp. excom. ipſum viſitare volenti. *c Henr. Caniſ. tom. 1. antiq. lection.*

Hoc anno [c] mortuus eſt S. Erminoldus Abbas monaſterii Pruuenigenſis, maximæ Sanctitatis & conſtantiæ Sacerdotalis. Venerat aliquando Henricus Imp. vt hominem inuiſeret. Omnes exiſtimabant, quia aduenientem ſolemni Eccleſiæ ritu exciperet: verumtamen ille omnia monaſterii oſtia obſerari præcepit, ne vel Auguſto, eiuſve comitibus vlla introeundi via pateret: firmiter prohibens & diſtricte, ne quis egrederetur ad ſalutationem, reuerentiamve exceptionis exhibendam. Ipſe vero, Imperatore adueniente, ante clauſtri ſepta præcedens, ne vel ex faſtu aliquo, vel contemptu hoc agere crederetur, eo inſalutato. Libenter, inquit, & officio ſalutandi, & exceptionis congrua reuerentia honorem tibi exhiberem regium, Imperator, ſi te communione priuatum Apoſtolicę ſedis authoritate neſcirem. At Imperator ratus, eum hæc non iuſtitiæ zelo, ſed ex cordis odio vel rancore proferre, tanquam offenſum pro eo quondam ab eius fratre munera recepiſſet, propter quæ Lorſacenſem reſignauerat Abbatiam: Nimis, ait, inconſulte ac præcipitanter honore vos tanto priuaſtis. Cui ſuſpicioni Dei ſeruus occurrens, columbina, vt erat, ſimplicitate reſpondit. Nouit Deus omnipotens, corda ſcrutans & renes, non me huius, ſi dici poſſet, iniuriæ memorem vel vltorem; ſed me feciſſe hæc, & dixiſſe, iuſtitiæ defendendæ intuitu pro Papalis obſeruatione mandati. Putabant quamplurimi Imperatorem velle contumeliam hanc vindicare: cæterum nedum non vltus eſt, verumetiam vlciſci cupientes prohibuit. Cum enim non multo poſt idem Princeps tranſiret ante cœnobium cum multitudine militari, & Fratres ad opera manuum hortum intraſſent; milites qui præibant & qui ſequebantur Imperatorem, illos videntes, arbitrati Principem memorem iniuriæ, ſibiq; placere volentes: Ecce, inquiunt, cucullati, qui dominum noſtrum temere deſpexerunt, nec Imperialem ſibi dignati ſunt exhibere honorem; ipſum inſuper ſuis foribus præſumpſerunt excludere cum contemptu. Dent ergo pœnas opprobrii & proteruiæ, quas merentur; nec ferant impune, diadema Cæſareum contempſiſſe. Iam inſultum facturi in innocentes videbantur, cum ille interdixit, nec verbo, aut facto aliquem eorum offenderent.

IESV CHRISTI
Annus 1122.

CALLISTI PAPÆ II. ANN. 4. HENRICI IV. IMP. ann. 12. Ioannis Comneni Imp. anno 4.

ANno Chriſti 1122. Quadrageſimali tempore celebratum eſt Laterani Concilium trecentorum & amplius Epiſcoporum. Inter reliqua decreta edixerunt Ordinationes, quæ à Burdino hæreſiarcha, poſtquam à Romana Eccleſia damnatus eſt; quæ & à pſeudoepiſcopis per eum ordinatis poſtea factæ ſunt, nos eſſe irritas iudicamus. Multi alii canones editi ſunt, quos Gratianus tũc ſuperſtes ſuo decretorum libro inſeruit. I. Concil. gener. Rom. ſub Calliſto Pap. pro Eccl. componenda.

In eodem Concilio, Spirenſis Epiſcopus, & Abbas Fuldenſis, Legati à Proceribus Germaniæ & ab Henrico miſſi, exhibuerũt, quæ Imperator præſtare paratus erat, nempe remiſſionem inueſtiturarum Eccleſiaſticarum, quarum cauſa diu multumq; inter Imperium & Sacerdotium fuerat, magno Chriſtiani orbis ſcandalo, diſceptatum. Deſignati in Germaniam à ſede Apoſtolica Legati, Lambertus Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis, & duo presbyteri Cardinales: qui vna cum Spirenſi & Fuldenſi profecti, Conuentum Epiſcoporum & Principũ Wirceburgi indixerunt. Exinde Comitiis Wormatiam translatis, poſt longa certamina, tandem Henricus mutatus, in hunc qui ſequitur modum diploma conceptũ Legatis Apoſtolicis, Romam deferendum dedit. II. Concil. Wormatienſ. per Legatos à Conc. Rom. in German. miſſos celebratum.

Ego Henricus Dei gratia Romanorum Imp. Auguſtus, pro amore Dei & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Domini Papæ Calliſti & remedio animæ meæ, dimitto Deo, & Sanctis eius Apoſtolis Petro & Paulo, & Sanctæ Dei Catholicæ Eccleſiæ omnem inueſtituram per annulum, & baculum & concedo in omnibus Eccleſiis, quæ in regno vel imperio meo ſunt fieri electionem, & liberam conſecrationem. Poſſeſſiones & regalia Beati Petri, quæ à principio huius diſcordiæ, vſq; ad hodiernam diem ſiue tempore patris mei, ſiue etiam meo ablata ſunt, quæ habeo, eidem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ reſtituo; quæ autem non habeo, vt reſtituantur, fideliter iuuabo. Poſſeſſiones etiam omnium aliarum Eccleſiarum, & Principum, & aliorum tam Clericorum quàm laicorum conſilio Principum, & iuſtitia, quæ habeo reddam, quæ non habeo vt reddantur fideliter adiuuabo. Et do veram pacem Domino Papæ Calliſto, Sanctæque Romanæ Eccleſiæ, & omnibus qui in parte ipſius ſunt vel fuerunt. Et in quibus Sancta Romana Eccleſia auxilium poſtulauerit, fideliter iuuabo: & in quibus mihi querimoniam fecerit: debitam ſibi iuſtitiam faciam. Hæc omnia

Hēr. Imp. renunciat Inueſtituris & electiõn. Epiſcop.

Digitized by Google

mnia acta ſunt conſilio & aſſenſu Principum, quorum nomina ſubſcripta ſunt. Videlicet: Adalbertus Moguntinus Archiepiſcopus. Fridericus Colonienſis Archiepiſcopus. Otto Bambergenſis Epiſcopus. B. Spirenſis Epiſcopus. A. Auguſtenſis Epiſcopus. G. Traiectenſis Epiſcopus. V. Conſtantienſis Epiſcopus. E. Abbas Fuldenſis. Northmannus Dux. Fridericus Dux. Bonifacius Marchio Theobaldus Marchio. Cynulphus Comes Palatinus. Otbertus Comes Palatinus. Berengarius Comes. Godefredus Comes. Ego Fridericus Colonienſis Epiſcopus & Cancellarius recognoui. Hoc autem priuilegium aureo ſigillo ipſius Imperatoris munitum in archiuis Romana Eccleſia ſeruatur reconditum. Viciſſim Pontifex Calliſtus, iſtud Imperatori exhibuit: [a] *Ego Calliſtus ſeruus ſeruorum Dei dilecto filio ſuo Henrico Dei gratia Romanorum Imperatori Auguſto, concedo electiones Epiſcoporum & Abbatum Teutonici regni, quæ ad regnum tuum pertinent, in præſentia tua fieri abſque Simonia, & abſque aliqua violentia: vt ſi qua inter partes diſcordia emerſerit, Metropolitani & Prouincialium conſilio vel iudicio, ſaniori parti aſſenſum & auxilium prabeas. Electus autem regalia per ſceptrum à te recipiat, exceptis omnibus, quæ ad Romanam Eccleſiam pertinere noſcuntur: & quæ ex his iure tibi debet, faciat. Ex aliis vero partibus Imperii conſecratus, infra ſex menſes regalia per ſceptrum à te recipiat. De quibus vero mihi querimoniam feceris, ſecundum officii mei debitum, auxilium meum praſtabo. Do tibi veram pacem, & omnibus qui in tua parte ſunt, vel fuerint tempore huius diſcordia, Datum ann. 1122. nono Kal. Octob.*

a *Vrſperg.*

III. Pax Eccl. reſtituta.

Lecta & publicata ſunt hæc diplomata in campeſtribus, propter multitudinem populi quem neq; Eccleſię, neque tentoria capiebant. Cuius etiam publicationis gratia, aliud colloquium Imperator Bambergæ in feſto S. Martini habuit: rebuſque omnibus rite compoſitis Legatos proprios cum Romanis Romam deſtinauit, qui Calliſto munera ferrent, & arctiori vinculo vtrumque conſociarent.

IV. Pontius Abbas Cluniac. abſoluitur a regimine Eccl. Cluniacen. b *Petr. Cluniac. mirac. lib. 2. c. 12.*

Per idem temporis Pontius Abbas Cluniacenſis, ſancto Hugoni ſuccedens Romam venit, vt ſe eo officio abdicaret. Hic valde iuuenis à fratribus Cluniacenſibus, ſpe bonæ eius indolis inductis, in Abbatem electus primis aſſumptionis ſuæ annis ſatis modeſte & ſobrie conuerſatus, procedente tempore mores mutauit, & multis ac diuerſis caſibus & cauſis fratrum pene vniuerſorum animos exaſperando, eos paulatim contra ſe concitauit. Diſſentientes illi ab eo, & quod multa mobilitate & leuitate animi, nullis bonorum conſiliis acquieſcendo, res monaſterii peſſumdaret: inter ſe nunc pauci, nunc plurimi, tandem pene vniuerſi murmurabant. Manſit autem res aliquandiu tecta inter eos, nec ad aures ſecularium per decennium fere peruenit. Peruenit tandem eouſque lis occulta diu, vt non ſolum ad circumpoſitos, ſed inſuper ad remotiſſimos quoſque huius diſſenſionis malum pertingeret, & ipſius ſummi Pontificis, & Romanæ Curiæ aures impleret. His permotus Pontius Romam perrexit, vtque curæ paſtoralis ſollicitudine ſolueretur, Pontificem inſtanter orauit. Recuſabat primo Papa, & tandem ab omni cura Cluniacenſis Eccleſiæ, vt poſtulabat, abſoluit. Abſolutus primo in Apuliam, deinde Hieroſolymam, vt ibi perpetuo maneret, conceſſit.

V. Obitus S. Bernardi Epiſc. eiuſdemque miracula.

Die decimo quarto Kalend. Ianuarii, migrauit ex hac vita ſanctus Bernardus ex Monacho Benedictino Epiſcopus Aprutinus, ſanctitate vitæ & miraculis illuſtris.

Natus fuit ex nobiliſſima Vrſinorum familia, & Pallæ Aureæ Comitibus. Hic adoleſcens habitum monaſticum in cœnobio Caſſinenſi indutus, in monaſterio S. Ioannis Territorii Auxanenſis; in quo regularis vigebat obſeruantia, vitam duxit ea ſanctitatis laude, vt mortuo Epiſcopo Aprutino, ſufficeretur. In quo officio, inter cætera præclare geſta, curam pauperum & orphanorum præcipuam geſſit. Cum Eccleſiæ annos 7. præfuiſſet, 14. Kalend. Ianuar. obdormiuit in Domino, multis miraculis clarus. In iis fuere, mulier toto corpore contracta, ita vt pedes natibus iungerentur; miles quidam morti adiudicatus, & alius vtroque lumine orbatus, (cui etiam S. per viſum apparens, oculos tetigit) qui omnes S. Bernar. inuocato, liberati ſunt. *Ex Monum. Eccleſ. Aprutina.*

IESV CHRISTI Annus 1123.

Callisti Papæ II. Anno 5. Henrici IV. Imper. anno 13. Iohannis Comnemi Imper. anno 5.

I Goffredus Princeps excommunicatur. a *Chron. Caſſin. & Tabul. marmore.*

ANno Chriſti 1123. [a] Calliſtus Papa Godefredum Principem, Caſſinenſibus monachis iniurium, anathemate vſque ad ſatisfactionem damnauit. Compoſtellanam Eccleſiam Metropolitanæ honore exornauit: Lucanæ ampliora priuilegia conceſſit. Bracharenſi priuilegia antiqua reſtituit: Eccleſiam S. Agnetis in Agone Romano conſecrauit; in diaconia S. Mariæ in Coſmedin altare dedicauit, & vtrumque templum reliquiis ſanctorum illuſtrauit.

II. Veneti bene meriti de terra ſancta. b *Tyr. lib. 12. c. 21. & ſeq.*

In Palæſtina, [b] capto à Turcis Balduino Rege Hieroſolymorum, rebuſque Chriſtianorum in deterius vergentibus, factum eſt, vt inexpectato claſſis Venetorum aduentu in meliorem ſtatum ſtatim collocarentur, cum videlicet Veneti ſuo aduentu Ægyptiorum claſſem, infeſtantem littora Palæſtinæ, apud Ioppen in obſidione eius ciuitatis repertam quamuis nauibus ſuperiorem magnis animis aggreſſi, glorioſe vicerunt, ex qua victoria ingentem ſibi immortalemque gloriam pepererunt. Qui magno amore ab indigenis, vt liberatores terræ ſanctæ accepti, Hieroſolymis digne habiti plurimiſque priuilegiis aucti ſunt, quorum diploma apud Tyrium lege. Eorundem Venetorum auxilio anno ſequenti tertio Kal. Iul. capta eſt Tyrus inexpugnabilis ciuitas ſane.

III. Ingens victoria continuatus ob tenta de Saracenis c *Nicetas Choniata.*

Eodem anno, [c] cum Romanæ phalanges, vrgentibus hoſtibus barbaris Scythis Thraciam inuadentibus & audacius ſe inferentibus laborarent, Ioannes Comnemus Imper. imaginem Dei genitricis cum gemitu & miſerabilibus geſtibus intuens, lachrymas bellicis ſudoribus calidiores fundebat. Neque id fruſtra. Statim enim cœleſti robore armatus, Scythicam aciem profligauit; quemadmodum olim Moyſes extenſione manuum Amalechitarum turmas diſſipauit. Hac de Scythis parta victoria, & illuſtri edito facinore, vota Deo perſoluit, & feſtum Pazinacarum in rei geſtæ monimentum, & grati animi teſtimonium inſtituit. Non multo etiam poſt, Triballos & alios complures hoſtes, eiuſdem ſanctiſſimæ Dei genitricis ope proſtrauit.

IV. B. Virgin. triumphus de victis per Ioan. Imp. barbaris.

Vnde Byzantium reuerſus triumphum indixit, & currum argento interpunctum compingi iuſſit, opus admirabile & gemmis pretioſiſſimis ornatum. Cum autem dies ſupplicationis adeſſet, omnis generis tapetes auro & purpura intexti vicos exornabant: nec deerant Chriſti & ſanctorum effigies in iis ad viuum expreſſæ. Quadrigæ porro à quatuor equis niue candidioribus trahebantur. Imperator vero non conſcendit, ſed Dei genitricis imaginem in eo collocauit, ob quam lætitia exultabat, & animo pene delinquebatur, cui victorias vt collegæ Imperii inuictæ acceptas ferebat. Habenas viris potentiſſimis moderandas, & cognatis ſuis currum curandum dedit. Ipſe crucem manu geſtans, pedes anteceſſit: & Dei ſapientię templum ingreſſus, atque in conſpectu omnis populi ob ſucceſſus gratias Deo egit.

Digitized by Google

V. De Alberti Epiſcopi Laudenſis liberalitate in egenos.

Circa hoc tempus vixit Albertus Ripæ altæ (locus eſt Mediolanenſis diœceſis) ex Quadrella familia ortus. Hunc Sacerdos quidam accerſitus, vt orando matri in partu periclitanti opem ferret, magnum futurum prædixit. Quod exitus comprobauit. In Chriſtiana enim religione educatus, vbi ad virilem ætatem perueniſſet, pauperes ad eum confluebant, in quos ita pius & miſericors fuit, vt victu & veſtitu humili contentus, in illorum ſuſtentationem facultates ſuas expenderet, factus ſacerdos, non multo poſt Epiſcopus Laudenſis eſt creatus. Primus conſortium Cleri Laudenſis inſtituit, multis illi facultatibus attributis, pro ſubleuandis pauperum indigentiis, puellis in matrimonio collocandis ſuffragiis defunctis porrigendis, Clericiſque Cathedralis Eccleſiæ, ſuſtentandis. Cum omnes in eleemoſynis pecunias conſumpſiſſet, poſt paucas horas, locum quem vacuum reliquerat, pecuniis plenum reperit. Cum Eccleſiæ annis 30. ſancte præfuiſſet, mortuus eſt 4. Non. Iulii. *Ex Monum. Eccleſ. Laudenſis.*

IESV CHRISTI
Annus 1124.

CALLISTI II. PAPÆ ANN. 6. HENRICI III. Imper. ann. 14. Ioannis Comneni Imp. ann. 6.

I Otto Bamberg. Epiſ. multorum monaſteriorum fundator. a *Vrſperg.*

ANno *Chriſti* 1124. [a] Otto Bambergenſis Epiſcopus, præter ampliſſimas quas Eccleſiæ ſuæ contulit donationes, non ſine magna aulicorum inuidia, quindecim monaſteria extruxit, eaque redditibus locupletauit. Quæ ne auaritia hominum haberet aliquando violare aut dilapidare, Calliſtus Papa tam Eccleſiæ Cathedrali, quam cœnobiis ab eo oblata omnia, priuilegio confirmauit, æternæque damnationis cenſuram in eos ſtrinxit, qui præſumerent vſurpare, vel alienare.

II De eiuſdẽ Ottonis Epiſc. Apoſtolatu ad Pomeranos. b *Cromerus lib 5.*

[b] Fama eſt Ottonem cum adhuc eſſet iuuenis, in Polonia peregrinantem ludum literarium aperuiſſe, ac deinde à Boleslao Principe ad aulicum miniſterium adſcitum, Polonicam linguam didiciſſe. Propter quam ſermonis communicationem, cum Boleslaus exiſtimaret, illum poſſe operam nauare in conuertendis gentilibus, vel in gentiliſmum deſciſcentibus, hanc ad eum perſcripſit:

Domino ſuo & Patri amantiſſimo Ottoni venerabili Epiſcopo Boleslaus Dux Polonorum filialis obſequii humilem deuotionem. Quia in diebus iuuentutis tuæ apud patrem meum decentiſſima te honeſtate conuerſatum memini, & nunc quoque Dominus tecum eſt, firmans te, & benedicens tibi in omnibus viis tuis: ſi tuæ non diſplicet dignitati, veteres tecum renouare amicitias, tuoque conſilio ſimul & auxilio vti, ad Dei gloriam promerendam, ipſius gratia coadiuuante cupimus. Noſti enim, vt arbitror, quomodo Pomeranorum cruda barbaries, non mea quidem ſed Dei virtute humiliata, ſocietati Eccleſiæ, per baptiſmi lauacrum ſe admitti petunt. Sed ecce per triennium laboro, quod nullum Epiſcoporum, vel ſacerdotum idoneorum mihi ve aſſinium ad hoc opus inducere queo. Vnde quia tua ſanctitas ad omne opus bonum prompta & indefeſſa prædicatur: rogamus, pater amantiſſime, non te pigeat, noſtro comitante ſeruitio, pro Dei gloria, tuæque beatitudinis incremento id laboris aſſumere. Sed & ego tuæ paternitatis deuotus famulus impenſas omnes, & ſocios itinerum, & linguæ interpretes, & coadiutores presbyteros, & quæcunque neceſſaria fuerint, præbebo. Tu tantum ſanctiſſime Pater, venire digneris.

III Fiunt ad Pomeranos profectio.

His literis acceptis Otto Epiſcopus, diuino admonitus inſtinctu, Calliſti Papæ auctoritate & conſenſu roboratus, partes Pomeranorum Paganorum, & quaſdam ciuitates Luſatiæ aggreſſus eſt, vt aliquos adhuc errantes, ad viam veritatis perduceret. Iis conuerſis & baptizatis Eccleſias conſtruxit & conſecrauit; & hæc ſecundum SS. Patrum inſtituta eos ſeruare docuit. Sc. *vt ſexta feria abſtineant à carne & lacte more cæterorum Chriſtianorum. Dominica die vacent ab omni opere malo, & ad Eccleſiam diuinum officium audituri veniant, ibique orationibus ſtudioſe inſiſtant ſolemnitates ſanctorum cum vigiliis, vel ſecundum quod eis indicatum fuerit, cum omni diligentia obſeruent. Sacroſanctam Quadrageſimam ieiuniis, vigiliis, eleemoſynis & orationibus diligentiſſime obſeruare ſtudeant. Infantes ſuos in ſabbato ſancto Paſchæ & Pentecoſtes cum candelis & cappa, quæ dicitur veſtis candida, & patrinis comitantibus ad baptiſmum deferant, eoſque veſte innocentiæ indutos per ſingulos dies vſque in octauum diem eiuſdem Sabbathi ad Eccleſiam deferant, & celebrationi diuini officii intereſſe ſatagant. Hoc etiam iniunxit, ne filios ſuos necarent, quod nefas inter eos maxime vigebat. Ne etiam filios ſuos, & filias ad baptiſmum teneant, ſed ſibi patrinos quærant, patrinis etiam fidem & amicitiam, vt parentibus carnalibus ſeruent. Indixit etiam, ne quis commatrem ſuam ducat in vxorem, neque propriam cognatam ſuam vſque in ſextam & ſeptimam generationem, & vnuſquiſque contentus ſit vna vxore. Ne ſepeliant mortuos Chriſtianos inter Paganos in ſiluis, aut in campis: ſed in cœmeteriis, ſicut mos eſt omnium Chriſtianorum. Ne fuſtes ad ſepulchra eorum ponant; omnem ritum & prauitatem paganam abiiciant: domos idolorum non conſtruant: phytoniſſas non adeant; ſortilegi non ſint; ne quid immundum comedant, non morticinum, non ſuffocatum, neque idolothytum, neque animalium ſanguinem; ne communicent cum paganis: ne ne cibum aut potum cum eis, aut in vaſculis eorum ſumant, ne in his omnibus conſuetudinem paganam repetant. Iniunxit etiam eis, vt dum ſani ſunt, veniant ad ſacerdotes Eccleſiæ, vt confiteantur peccata ſua, in infirmitate autem ſua vocent presbyteros ad ſe, vt confiteantur peccata ſua, & corpus Domini accipiant. Iniunxit etiam, vt de periuriis, de adulteriis, de homicidiis, & de cæteris criminalibus ſecundum canonum inſtituta pœnitentiam agant, & in omni Chriſtianæ religionis obſeruatione ſint obedientes. Mulieres poſt partum ad Eccleſiam veniant, & benedictionem à ſacerdote* (ſicut mos eſt) *accipiant.* Hæc & alia plura Pomeranis Otto Bambergenſis, quibus etiam catecheſim de vſu ſeptem Sacramentorum pro concione tradidit; & propter hanc curam nomen Apoſtoli Pomeranorum acquiſiuit.

Ea tempeſtate, Zamorenſi Eccleſiæ præerat Stephanus Epiſcopus. Huius ætate Opilionis indicio, cui ſpecies viri humano habitu auguſtioris viſa erat per quietem, locus deſignatus eſt, vbi Diui Illefonſi corpus ſepultum erat, ex ſuperiori temporum perturbatione prorſus incognitus. Eæ voces propter auctoris humilitatem, contempta quidem tunc ſunt; varias tamen non fuiſſe Alphonſi Regis eo nomine octaui ætate intellectum eſt: cum Suero eius vrbis Epiſcopo, templum Diui Petri ruinoſum & male materiatum, reædificari cœptum eſt. Effoſſis enim fundamentis, marmoreum ſepulchrum repertum Illefonſi nomine, vnde halitus miræ fragrantiæ efflabatur. Re explorata, ad ipſam Diui Petri aram ſacri cineres ſepulchro compoſito coniecti. IV. Reliquiæ D. Illefonſi inuentæ.

Hoc etiam tempore, Compoſtellana Eccleſia, Metropolitano iure & maieſtate aucta eſt, Calixto Pontifice concedente: atque Emeritenſis Eccleſiæ, quæ in ditione Maurorum erat, iura & poteſtas omnis, quo maior eſſet auctoritas, Compoſtellam tranſlata. Duodecim Epiſcopi, Rege conſentiente, attributi: Salmanticæ, Abulæ, Zamoræ, Mirobrigæ, Cauriæ, Pacis Auguſtæ, Luci, Aſturicæ, Orenſis, Mindonii, Tudæque: quibus conſequenti tempore Placentia adiuncta eſt. Præterea Legati Pontificii partes Gelmirio Compoſtellano datæ ſunt, non ſine obtrectatione motuque Bernardi Toletani. Vicit tamen Gelmirius; & pro iure acceptæ poteſtatis Concilium Compoſtellæ celebrauit, Epiſcopis & Abbatibus duarum prouinciarum, Emeritenſis & Bracarenſis ad conuentum inuitatis. Sic fundamenta ponebantur amplitudinis Compoſtellanæ. Loci id religioni & Raymundi Burgundi memoriæ, qui in eo templo ſepultus erat, tum à Rege filio, tum à Pontifice fratre datum eſt. *Mariana libro decimo, capite duodecimo.* V. Compoſtellana Eccleſia Metropolis facta à Caliſto Pp.

Paulo

Digitized by Google

VI. Regnum Portugal. inchoatū.

Paulo poſt idem Callixtus, aliquas ex iis vrbibus Pelagio Bracarēſi Epiſcopo reſtituit, eamq; Eccleſiam ab Henr. Lotharingo, Regni Portugalliæ condendi initiis iactis amplificatam, titulis exornauit. Nouum tunc in Portugalia (q̄ prouincia maiori ex parte veteris. Luſitania fuit) regnum auſpicato per hæc tempora fundabatur, ditione non ampliſſimum, tempore poſtremum, magnitudine rerum geſtarum cumprimis nobile, barbaris olim tota ditione pellendis. Sane Luſitani homines incredibili virtute & felicitate omnes orbis terrarū partes obeuntes, magnam, noſtra auorumq; ætate, Africæ partem ſubiugarunt; innumerabiles inſulas mortalium primi patefecerunt, iidemque occuparunt: Aſiam ſibi atque Indos ſtipendiarios fecerunt: veræq; religionis lumen in remotiſſimas nationes & gentes magno pietatis incremento intulerunt. Gens eſt cupidiſſima laudis, eximieque fortis, ac præ cæteris Hiſpaniæ in victu cultuque frugalis; dedita pietati, ſapientiæque ſtudiis, & omnis elegantiæ atque humanitatis. Eius prouinciæ exiguam partem, è barbaris ereptam, Henrico Lotharingio Comitis nomine dotiſque cum Theraſia vxore Alphonſi eo nomine ſexti filia Rex Caſtellæ conceſſit. Henricus vero è bello Syriaco reuerſus, vrbes Bracaram, Conimbricam, Viſeum, Lamecum, Portum, quas imperio complectebatur, Epiſcoporum ſedibus poſtliminio reſtitutis amplificari, à Bernardo Toletano Præſule impetrauit. Huic componendi Eccleſiaſtici ſtatus cura à Pontificibus Romanis fuit demandata.

Inſignes laudes Luſitanorum.

VII. Literæ Calixti Pp. ad Pelagium pro redintegrandis priuilegiis Eccleſiæ Bracarenſ.

Verum de Bracaræ reſtitutione, atque vrbibus ei olim ſubiectis præſtiterit ex Calixti ipſius II. Rom. Pontificis literis cognoſcere, earumque partem adſcribere. Ita habet:

Bracarenſem Metropolim inſignem quondam fuiſſe, atque in Hiſpaniarum regno multu & dignitatis & gloria titulis claruiſſe, tam antiqua nobilitatis indicia, quam veterum ſcripturarum teſtimonia manifeſtant. Verum, quia conſiſtentis in ea populi peccata corrigere diuina diſpoſitioni complacuit, irruentib. Mauris ſeu Moabitis, & Metropolis dignitas imminuta, & Parochiarum termini ſunt confuſi: ſane poſt longa temporum interſtitia, diuina rurſus miſeratio Metropolim reſtituere, atque parochias ex parte maxima, dignata eſt ab infidelium tyrannide liberare. Vnde Dominus prædeceſſor noſter ſanctæ memoriæ Paſchalis Papa priſtinam ei dignitatem redintegrans, ſua quæque membra ei per Apoſtolicæ Sedis priuilegium communiuit. Eius itaque nos veſtigiis ſubſequentes, chariſſime frater & Coepiſcope Pelagi Bracarenſis Eccleſiæ, cui Deo auctore præſides, integram ipſam vrbem Bracaram, cum cauto illo integro, quod Comes Henricus & vxor eius Theraſia eidem Eccleſiæ contulerunt, & cum terminis Bracarenſis Epiſcopatus, ſicut in deſcriptione prædicti Domini continentur, præſentis priuilegii pagina confirmamus: & eidem Bracarenſi metrop. in Galitiam prouinciam, & in ea Epiſcopalium cathedrarum vrbes redintegramus; item Aſturicam, Lucam, Tudam, Mindunium, Auriam, Portugale, Colimbriam; & Epiſcopalis nominis nunc oppida, Viſeum, Lamecum, Egitaniam, Britoniam cum parochiis ſuis. Hæc Calixtus apud *Marian. libro decimo, cap.13.*

VIII. Caliſti obitus. *c Pandulph. & Cod. Vatican.*

Eodem anno, [c] decimoquarto Kalend. Ianuarii obiit Caliſtus Papa; de quo inter reliqua pietatis opera, iſtud narratur: Nemo hunc vidit Beati Petri Baſilicam abſque donis intrare, nec miſſam inibi, niſi aſſignato dono cantare. Inter alios quos creauit Cardinales, numeratur *Creſcentius* presbyter Cardinal. SS. Petri & Marcellini.

IX. Diſſenſio pro elect. Rom. Pon. poſt quam Hon. Pp. eligitur.

Sepulto Calliſto aliqui Cardinalium, Theobaldum presbyterum Sanct. Anaſtaſiæ elegerunt, & Cœleſtinum appellarunt. Robertus autem Frangipanis cum quibuſdam conſentaneis ſuis, Lambertum Oſtienſem Epiſcopum, Pontificem conclamauit, & Honorium Secundum denominauit. Et quidem Theobaldus ſchiſma pernicioſum Eccleſiæ metuens, electionem ſui ipſius refutauit: Lambertus autem poſt ſeptem dies pænitentia ductus, inſignia Pontificatus mitram & mantum purpureum ſponte depoſuit. Qua humilit... topere vtriuſque partis Cardinales permouit, vt om... vnanimi conſenſu illum ipſum Pontificem ſalutari... atque adorarint.

Hoc ipſo anno [d] Saraceni, Balduino capto, cogita... tes omnes Chriſtianos ex Palæſtina exterminare, qu... draginta millium exercitu conglomerato, eos ap... Aſcalonem obſederant. In arcto miſeri poſiti, nihil ſp... niſi in Deo habentes, exemplo Niniuitarum vtriq... ſexui ieiunium indixerunt, & nec paruulis, nec lacte... bus, neque pecoribus quicquam alimoniæ conceſſ... runt. Die pugnæ indicta, vix trium millium numeru... attingebant. Ibi Patriarcha in fronte proceſſit, vexil... efferens crucem Chriſti, Abbas Cluniacenſis Ponti... præferens lanceam tranſfixam in latere Chriſti, Epiſco... pus Bethlehemites ferens in pyxide lac Sanctæ Mar... Virginis. Saraceni vero quaqua verſum effuſi ex om... latere in orbem circumcingebant Chriſtianos, ne qu... poſſet euadere. Dum ita in procinctu hærerent Chri... ſtiani, viderunt, Deo ſibi auſpice, ſplendorem ſciſſo aë... ſuper Paganos ſubito cecidiſſe, ſed non proſperum... verum ſatis nocentem. Ilico enim Saraceni omni robo... re virium eneruati, paſſim fugiebant. Vnde Chriſtia... viribus reſumptis, magnam ſtragem eorum ediderun... cæſis ſeptem millibus, demerſis quinque millibus, rel... quis fuga diſperſis.

In Hibernia, [e] quaſi poſt quindecim generatione... ex quo nullum Epiſcopum Eccleſia Hibernorum h... buit, quanquam reluctans electus eſt ex monacho Ep... ſcopus Conneretenſis ſanctus Malachias: eiuſque inſ... læ denſas tenebras renouata luce illuſtrauit. Siquide... ceſſit tunc duritia, quieuit barbaries, & domus exaſp... rans paulatim leniri cœpit, paulatim correctionem ad... mittere, recipere diſciplinam. Eo aſſumpto, fiebant d... medio barbaricæ leges, Romanæ introducebantur, re... cipiebantur vbique Eccleſiaſticæ conſuetudines, con... trariæ reiiciebantur. Reædificabantur baſilicæ, ord... nabatur Clerus in illis, Sacramentorum rite ſolemni... celebrabantur, confeſſiones fiebant, ad Eccleſia... conueniebant plebes, concubinatus honeſtabat cele... britas nuptiarum. Poſtremo ſic mutata in melius o... mnia, vt illi genti tunc conueniret, quod Dominus p... Prophetam dixit; qui ante non populus meus, nun... populus meus.

IESV CHRISTI
Annus 1125.

Honorii Papæ II. Anno 1. Henrici IV. Imper. anno 15. Iohannis Comneni Imper. anno 7.

Anno Chriſti 1125. Honor. Papa ſtatim atq; Pontifi... catum adeptus eſt, ad monaſticam diſciplinam re... formandam animum appoſuit. Erat [a] Caſſini Oderi... ſius Abbas iuuenis, multorum criminum poſtulatus... Eum ad iudicium Pontifex euocauit; renitentemque... venire, quin & præſumentem arma contra ſummum... Pontificem ſumere, anathemate percuſſit; & in locum... illius ſuffecit, Gregorium presbyterum Cardinalem ti... tuli SS. Apoſtolorum.

Non minores moleſtias ſuſtinuit Eccleſia, à Pontic... illo ex Abbate Cluniac. qui Hieroſolymam pœnitentiæ... cauſa conceſſerat. Arenæ non petræ ſuper impoſuerat,... id quicquid ſtructuræ ſpiritualis hactenus ſuperextru... xerat. Itaque pœnitudine pœnitentiæ ductus in Euro... pam rediit, ſimulataque ad tempus ſanctitate, multis... in Epiſcopatu Taruiſiano impoſuit. [b] Nam ibi ſeden...

conſti

A conſtituerat, monaſterioloq; ex tempore extructo, larua probitatis ſuperducta multorum oculos perſtringebat. Habebat ſocios, qui vulgarent, miracula perpetrare; vtpote, quem auſteritate viuendi plurimos anachoretarum anteire publicabant.

c Petr. Pictauien.

c Iamq; nouam ſectam vulgaris fecerat error,
Dum putat hunc aliquem ruſtica turba Deum.
Iſte nouum Moyſen, hic Daniel, ille Ioannem,
Alter Eliſæum, vel Salomona vocat.
Alter eum circumdare tenuia brachia ferro
Martyriiq; nouum fert tolerare genus.
Alter ab humanis epulis omnino ſequeſtrem
Non niſi cæleſtem ſumere poſſe cibum.
Quilibet altari nudis aſſiſtere plantis, B
Laudat, & innumeras continuare preces.
Atqui maiori fuerat phantaſmate luſus
Clamitat in medio talia verba foro:
Currite languentes, hominem requirite ſanctum,
Currite, Martinus, ecce, ſecundus adeſt.
Cui placuit, ſpretis Cluniensibus, vt per arenas
Trans mare Tyrrhinum quæreret ipſe Deum.
Nunc igitur rediens, vt priſtina iura repoſcat,
Angelico monitu plurima ſigna facit.
Forſitan ille prior Martinus in orbe reuixit,
Qui ſolo nutu diſſipat omne malum.
Sed quis tot vana, furioſi ſomnia vulgi
Vel ridere ſatis, vel memorare poteſt?

Cluniacũ à Pontio armata manu occupatur.

Namq; multa ridenda & pudenda, ex compoſito de impoſtore prodiderant, & Angelis æqualem, anachoretis ſuperiorem, martyribuſque non imparem prædicabant. Apparuit tandem quis eſſet. In Gallias enim reuerſus, quibuſdam fugitiuorum ſibi adiunctis, armiſq; vulgarium quos ſibi adſciuerat conſtipatus, Cluniacenſibus portis improuiſus aduenit. Quibus effractis, & venerabili ſene Priore, fratribuſque aliis vbique diſperſis, cum promiſcua illa armatorum multitudine ipſis quoque mulieribus irruentibus, clauſtrum ingreſſus eſt. Ingreſſus occupauit ſtatim omnia, & eos quos reperit, minis, terroribus, atque tormentis in ſuæ fidelitatis cogebat Sacramenta iurare; nolentes expellebat, aut duro carceri mancipabat. C

Pontii ſacrilegia.

Conuertit etiam ilico manum ad ſacra; & aureas cruces, aureas tabulas, aurea candelabra aurea thuribula, & alia multa, multi ponderis vaſa; & ipſos calices, maxime ſacros; & thecas, ac ſcrinia aurea ſiue argentea, multorum SS. Martyrum oſſibus plena depilauit, conflauit, & raptores non milites eorum pretio conuocauit. Horum auxilio, omnes villas & caſtra monaſterii inuaſit, igne & ferro vaſtauit, totamque æſtatem in rapinis, ſtupris, cædibuſque conſumpſit.

Pontius excommunicatus.

Hos tantæ Eccleſiæ tumultus audiens Pontifex Honorius, miſſo Petro Cardinale Legato de Latere, Pontium & Pontianos omnes, adiuncto ſibi Lugdunenſi Primate Hubaldo; terribili anathemate condemnauit, data tamen poſtmodum die; vtramque partem ad ſubeundum in præſentia ſua tanti diſſidii iudicium, literis Apoſtolicis euocauit. D

III. Hen Imp. odium in ciuit. Rhẽ. eiuſdemq; Imp obitus.
d Sugerius in Ludou.

In Galliis, [d] cum Henricus Imperator vindictæ furore exæſtuans, Rhemorum vrbem, in qua primum excommunicatus, euertere pararet, Ludou. Rex collecto exercitu non permiſit. Mos erat, in quocumq; periculo publico oſſa S. Dionyſii Areopagitæ & reliquorum diuorum, ſuper altari exponere, eorumque opem contra quæcumque aduerſa implorare. Certum enim reputabant, quoties diuos expoſuiſſent; toties inſignem victoriam reportarent. Non eum fefellit ſententia. Hoc enim anno, 10. Kal. Iunii, Henricus crambem illam odiorum erga Eccleſiam eructans, ſine prole maſcula, exceſſit.

IV. Imp tranſlatum ad Saxones.

Adalbertus Archiepiſcopus Moguntinus à Germanis in Saxones Imperium deriuauit; & tertio Kalend. Septemb. Lotharium Ducem Saxonum, Regem renunciauit, Friderico Colonienſi Archiepiſcopo diadema regni apud Aquas Grani illi conferente. Sororii Henrici Fridericus & Conradus res turbabant, adeo- A que regnum ambiebant. Verumtamen Honorius pectore Apoſtolico robuſtus vtrumque gladio ſpirituali percuſſit.

V. Concil. London. ſub Ioan. Crem. leg. Apoſt.
e Willelm. Merſeburg.

[e] In Angliam miſſus Legatus Ioannes Cremonſis tituli S. Chryſogoni presbyter Cardinalis, Londoniæ Synodo celebrata, numero decem & ſeptem canones pro diſciplina Eccleſiaſtica, promulgauit. Quibus tranſactis, Willelmum Archiepiſcopum Canthuarienſem Honorius Pontifex Legatum natum conſecrauit, & appellauit, viceſque ſuas ei in Anglia & Scotia commiſit, tunc cum limina Apoſtolorum ipſe Wilhelmus viſitaſſet.

VI. Confirmatio ord Præmonſt.

Sanctus Nortbertus Premonſtratenſium ordinis conditor, & aliorum reformator, ordinis à ſe inſtituti con- B firmationem à SS. D. N. obtinuit.

IESV CHRISTI
Annus 1126.

HONORII II. PAPÆ ANN. 2. IOANNIS Comneni Imp. ann. 8.

I. Mittitur ab Honor. Pp. Legat. Apoſt. Caſſinum pro electione Abbatis.
a Petr diac. lib. 4 c. 91.

ANno Chriſti 1126. Cum Honorius Pontifex ignoraret, [b] quod Monachi Caſſinenſes Oderiſio Abbate eiecto, Nicolaum elegiſſent, miſit eo Gregorium Cardinalem tituli SS. Apoſtolorum; vt eius conſilio Seniorum Capuani monaſterii præpoſitum Abbatem eligerent, ex cuius promotione & Deus honoraretur, & C religionis ſtatus reformaretur, & bona Eccleſiæ ſpiritualia ac temporalia indies augerentur. Repugnabant illi, dicentes iniquum & indignum eſſe, vt Caſſinenſis Eccleſia quæ ſemper libera extiterat; maximo pudore Cardinalibus ſubiiceretur. Tunc Legatus: *Ego huc, neque pro Papa Honorii lucro, neque pro Romana Eccleſia honore, ſed pro ſalute animarum veſtrarum, ſi permittatis, adueni. Romana enim Eccleſia veſtro auxilio & laude non indiget, quæ præconium laudis in Petro ex ore ipſius redemptoris emeruit. Quænam autem Eccleſia, vel monaſterium à Romana Eccleſia non diſponatur arbitrio, cuius imperio cælum ipſum aperitur, & clauditur? Omnes quippe Eccleſiæ à Pontificibus, Imperatoribus, Regibus, vel quibuſcumque fidelibus conditæ ſunt: Romanam vero Sedem ſolus fundauit filius Dei, & ſuper Petri Apoſtoli erexit fidem, cui etiam terreni ſimul & cæleſtis Imperii iura commiſit: & illud* D *verbum, quod condidit cælum & terram, Romanam fundauit Eccleſiam. Atque vt omiſſis cæteris ad ea, de quibus nunc agimus, veniamus: ſicut Apoſtolorum principes Petrus & Paulus Romanam Eccleſiam ſuo ſanguine conſecrarunt: ita Caſſinenſe cœnobium per Beatum Benedictum, qui Romæ doctus fuerat, & per ciues Romanos Maurum & Placidum habuit fundamentum. Neque illud ignoratis, quod deſtructo à Longobardis monaſterio, fratres iuxta Lateranenſe palatium centum ferme & triginta annis habitarunt, ac demum Caſſinenſem Eccleſiam non alii quam Romani Pontifices extruxerunt, Gregorius ſc. & Zacharias, quæ rurſus à Saracenis incenſa, iterum à ſancto Agapito eſt reſtaurata. Cum igitur huius cœnobii fundatores ex Romana Eccleſia diſciplina prodierint, eiuſque inſtauratores Romani Pontifices fuerint, conſequens eſt iuxta ſanctorum Patrum inſtituta, vt Eccleſia Romana mater & Domina, Caſſinenſis autem eius ſpiritualis appelletur filia. Reuoluite Caſſini cuncta monimenta, ſcrutamini* E *Annales, & an ita ſe habeant res, ipſi iudicate: Sin autem aliter ſe habent, mendacii arguite. Sin vero habent, vt dixi, nolite veritati reſiſtere, nolite Romanæ Eccleſiæ repugnare, nolite eius iuſſionibus contraire, ſed ex cuius vberibus fidei elementa ſuxiſtis; eius iuſſu per omnia obtemperare curate.*

II. Caſſinen implorant auxilium ab Honor. Pp. contra ſuos Abbat. inter ſe dimicantes.

Hæc Legatus ad Monachos, qui cum repugnarent voluntati Pontificis, damno ſuo didicerunt, quid ſit ſummo Paſtori contraire. Oderiſius enim audita Nicolai electione, arma ſumpſit, caſtra & poſſeſſiones Caſſinenſes inuaſit, cui non poſſet reſiſtere Nicolaus, quanquam omnes theſauros Eccleſiæ in expenſas defenſionis expendiſſet; atque Monachis propterea exoſus fuiſſet, coacti ſunt paulo poſt ſummi Pontificis auxi-

lium;

lium, contra duos digladiantes implorare. Ita poſt bella, incendia & cædes, Oderiſius quidem ſera pœnitentia ductus Romam pervexit, proſtratuſq; Honorii pedibus, Abbatiam in manib. ipſius renuntiauit: Honorius autem Nicolaum vt inutilem ab officio Abbatis amouit, fratribus vero mandauit, vt illum quem ipſe deſignauerat, Abbatem eligerent.

III. Iudicium de Abbat. Cluniac. *Petr. Cluniac lib. 2. mirac. c. 13.*

Non minores turbæ in monaſterio Cluniacenſi, omnia mouente Pontio illo ſcelerato. [b] Eas vt ſedaret Honorius, & inuaſorem, & aduerſam ei partem Romam euocauit. Matthæum monachi miſerant, qui iura monaſterii tueretur, Pontius ipſe cum ſuis ſectariis aduenerat. Die iudicio deſtinata, præcepit Honorius, per nuncios ad eum miſſos, vt quia excommunicatus nec agere, nec iudiciū canonice ſubire poſſet, prius ſatisfaceret, & ſatisfaciendo, ſe vinculo, quo iure vinctus fuerat, ſolueret. Verumtamen reſpuit ille ſuperbus, nec ſe ab aliquo viuētium anathematis vinculo vinciri poſſe affirmauit: ſolū eſſe Petrum in cœlis, præter quem hoc nulli licere, profeſſus. Eius porro ſectatores, ſatisfactione promiſſa, nudis pedibus palatium ingreſſi & reos ſe in conſpectu omnium profitentes abſoluti ſunt.

Damnatus Pontius morbo interit.

In Pontium vero Portuenſis Epiſcopus, iuſſu Pontificis hanc ſententiam promulgauit: *Pontium inuaſorem, ſacrilegum, ſchiſmaticum, excommunicatum ab omni Eccleſiaſtico Honore vel officio ſancta Romana & Apoſtolica Eccleſia in perpetuum deponit, & Cluniacum, monachos, vel cuncta ad idem monaſterium pertinentia Abbati, qui in præſentiarum eſt, cui iniuſte ſubtracta fuerant, reſtituit.* Data ſententia, diſſidentes conciliati ſunt, Pontius vero lue peſtifera extinctus, hoc epitaphium à Petro Pictauienſi meruit.

Grande lucrum facimus, quia cauſa ſchiſmatis huius
Corruit ex toto perfidus ille draco.
Cumq́; caput lubricum ſuſtollere nititur anguis,
Rumpitur, & moriens atra venena vomit.
Interiere nigri præſtigia ſæua colubri,
Nec patitur monſtrum viuere Roma diu.
Sed mox ancipiti gladio fera colla trucidans
Defendit Petrum Petrus ab hoſte ſuum.

Eo extincto, Honorius Petro Abbati Cluniacenſi ſcripſit iſta: *Præterito menſe Decembri Pontius viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſt, qui quamuis de malis Cluniaco illatis ſæpe commonitus, pœnitentiam agere noluerit nos tamen pro reuerentia eiuſdem monaſterii, cuius monachus fuerat, eum honeſte ſepeliri fecimus.* Data Laterani.

IV. Matth. ex Clun. monacho Cardin. & Epiſc. Alb. *c Petr. ſup. c. 14.*

Porro idem Honorius, [c] Matthæum Monachum Cluniacenſem cauſa peracta reuerti cupientem, presbyterum Cardinalem & Albanum Epiſcopum creauit. Hic autem prouectus ad ſublimem Pontificalis ordinis gradum, nihil de monacho quondam more dimiſit, ſed ſicut de Magno Martino legitur, eadem in corde eius humilitas, eadem in veſtitu eius vilitas manſit. Nihil de officiis, nihil de cantibus, nihil de prolixa Cluniacenſi pſalmodia quarumlibet curarum prætextu reliquit. Seruabat in palatio inſtituta clauſtri, & mundo expoſitus, firmo & longo vſu velut innato religionis propoſito à ſecularibus vanitatibus ſe quaſi ſepto firmiſſimo ſecernebat. Cohibebat ſe intra ſe; nūquam (ſicut de quodam dictum eſt) magis ſolus quam cum aliis, nunquam negotioſior quam cum ſolus erat. Præferebat cunctis operibus ſuis, omnibuſq; ſanctis ſtudiis ſacrificandi Deo illum ſuum quotidianum vſum, à quo nec rei familiaris cura, nec multiplex occupatio, nec ipſa continua poſt ſummum Pontificem omniū Eccleſiarum ſibi impoſita ſolicitudo eum poterat retrahere. Conquerebatur inde ſæpius Papa, & aliis ad curiā mane ex more conuenientibus, ipſi ad horam vix tertiam occurrenti, quod plus nimio eſſet monachus, velut improperabat. Vrebatur ſæpe æſtiuis dieb. acriore Italici ſolis ardore, quod matutinas in his ſacris officiis occupans horas, extrahi ab Eccleſia circa ſextam quandoq; horam vix poterat. Nec hoc tantum Romæ, ſed etiam vbique terrarum ſtudioſe ſeruabat. Nam quia non ſolum ſimplex religioſa innocentia, ſed & prudens erat ſingulari ſapientia, mittebatur ſæpe à magiſtro ad diuerſas partes orbis terrarum, & vices Apoſtolicas, in partem ſolicitudinis ab eo vocatus, prudenter adminiſtrabat.

Monaſtica Matth. Card. vita

Clun. Bernardo affinem reſtituit quem à Ciſtercio ad ſe pellexerant. *d Vita S. Bernard.*

Per idem temporis, ſancta æmulatione inter ſe certantibus, Cluniacēſis ordinis monachis cum Ciſtercienſib. fratribus, de arctiori obſeruatione regulæ S. Benedicti, accidit, [d] vt iidem Cluniacenſes, S. Bernardi affinem à Ciſtercio ad ſe pellexerint. Tulit eam rem indigne Bernardus, atque ad reuocandum adoleſcentulum ſcripſit primam ordine poſitam epiſtolam quam ſicut Spiritus S. afflante dictauit, ita Dei opus eſſe, miraculū ſubſequens declarauit. Cum enim illam ſub dio ſereno cœlo dictaret, & inter dictandum improuiſa oborta pluuia amanuenſis à ſcribendo ceſſaret, & inde recedere vellet ſub aliquod tectum, prohibuit eum ſanctus, illud vſurpans: *Opus Dei eſt; curat ipſe ſua.* Quo factum eſt, vt renouatum fuerit miraculum exhibitum Gedeoni, cum vndique madente terra denſis imbribus, charta illa, in qua epiſtola ſcribebatur, neque à gutta pluuiæ potuit offendi. Ea epiſtola Petrus venerabilis Abbas Cluniacenſis perlecta, non tantum Robertum reſtituit, ſed & plures alios Bernardo chariſſimos ex charitatis plenitudine conceſſit.

V. Tanchel ſacramentariorum hæret. præcurſor. *e apud Sur. 6. Iun.*

Hoc anno, [e] S. Norbertus Præmonſtratenſis ordinis auctor Antuerpiam vocatus, hæreſi Tancheliana Eccleſiam eius ciuitatis pollutam, expurgauit. His temporibus in ea ciuitate vnus tantum erat ſacerdos, qui curam totius populi ibi commorantis gerebat. Sed præ nimia multitudine & frequenti negligentia, non poterat: nec credebatur ei, quod & ipſe quaſi in coniugio & copula carnali neptem ſuam in tertio gradu manifeſte ſociam ſui ſceleris haberet. Hanc ob cauſam populus ille quaſi grex abſque paſtore per multos errorum anfractus deuiabat. Vnde contigit, vt hæreticus quidam miræ ſubtilitatis ſeductor, Tanchelinus nomine illuc adueniens, in eadem gente locum ſuæ impoſturæ inueniret. Erat is omnium hominum ſceleratiſſimus, Dei q; & omnium Sacramentorum eius, totiuſque religionis & fidei Chriſtianæ hoſtis. Ita vt miniſterium Epiſcoporum & Sacerdotum nihil eſſe diceret, & ſacroſancti corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti perceptionem ad ſalutem perpetuam prodeſſe negaret. Itaque illum populum, cui iam per multa tempora horum veritas nuntiata non fuerat, in hos errores induxit. Credebant ei & ſequebantur eum circiter tria millia armatorum, nec erat Dux, aut Epiſcopus, aut Princeps, qui auderet ei reſiſtere, vel occurrere, nec ante eum, niſi ſectam eius amplecteretur, apparere. Cum pretioſo apparatu, in veſtibus deauratis, triplici funiculo crinibus intortis, & auro intexto ligamine triplicatis incedebat, verbiſque perſuaſibilibus, magniſque conuiuiorum apparatibus beneuolentiam eorum ad ſeducendos eos exhauriebat. Res mira & ſtupenda; lotiones eius bibebant, & reliquiarum loco aſportantes recondebant, & cum filias in matrum præſentia ſponſaſq; videntibus maritis corrumperet; opus ſpirituale id eſſe aſſerebat. In tantum, vt infelicem ſe diceret, qui huic coniunctioni nefariæ miſceri non meruiſſet. Ad hunc errorem turpiſſimum eliminandum Norbertus deſtinatus, multum inſudauit.

VI Petr. de Bruis hæreſes & ſacrilegia. *f Pet. Clun. l. 1. ep. 1 & 2*

[f] Par Tanchelino fuit Petrus quidam de Bruis hæreſiarcha, qui totis viginti annis Arelatenſem prouinciam impiis erroribus infecit. Negabat paruulos infra intelligibilem ætatem conſtitutos Chriſti baptiſmate poſſe ſaluari, nec alienam fidem illis poſſe prodeſſe, qui ſua vti non poſſent. Dicebat templorum vel Eccleſiarum fabricam fieri non debere, factas inſuper ſubrui oportere; nec eſſe neceſſaria Chriſtianis loca ſacra ad adorandum. Cruces ſacras confringi præcipiebat, & ſuccendi. Quia, inquit, ſpecies illa vel inſtrumentum, quo Chriſtus tam dire tortus, tam crudeliter occiſus eſt, non adoratione, non veneratione, vel aliqua ſupplicatione digna eſt, ſed ad vltionem tormentorum & mortis eius, omni dedecore dehoneſtanda, gladiis conſcindenda, ignibus

ſuccen-

Digitized by Google

ſuccendenda eſt. Non ſolum autem veritatem corporis & ſanguinis Domini quotidie & continue per Sacramentum in Eccleſia oblatum negabat, ſed omnino illud nihil eſſe, neq; Deo offerri debere decernebat. Vnde ſacrificia, orationes, eleemoſynas & reliqua bona pro defunctis fidelibus à viuis fidelibus facta decidebat nec ea aliquem mortuorum, vel in modico poſſe iuuare affirmabat. Aliquando ſceleſtus apud S. Ægidium ad inauditam diuinitatis contumeliam, magno de crucibus aggere inſtructo, ignem immiſit, pyram fecit, carnes coxit, & ipſo paſſionis Dominicæ die Paſchalem Dominicam præcedente, inuitatis publice ad talem eſum populis & ipſe comedit, & aſſidentibus diſtribuit.

Petrus de Bruis igne comburitur.

Non tamen à Deo impune. Paulo n. poſt malorum omnium incentor, qui ignibus cruces exuſſit, ipſe quoque zelo fidelium flammis crematus eſt.

VII. Obitus Stephani Grandim. ord inſtitutoris. g *Vincent. Bellouacen hiſt li. 25. c. 46 & ſeq.*

• g Idibus Februarii ex hac vita deceſſit S. Stephanus Aruernenſis Grandimontenſis ordinis autor, cum prius ſacra vnctione, & corporis Domini viatico ſeſe muniuiſſet. Miri odoris fragrantiam cum eo loquentes & aſtantes circa eum ex eo procedere ſentiebant; vtpote in quo ſuauitatis auctor requieſcebat, & in quo virginitas, mentis & corporis humilitas eminebat.

VIII. Obitus B. Godefr. Weſtphal.

Eodem anno die 13. Ian. Beatus Godefredus Weſtphalus Comes Cappenbergenſis, qui vna cum Germano ſuo ad prædicationem S. Nortberti reliquerat, tribus erectis monaſteriis, coniuge ſummo conſenſu inter moniales profitente, poſt multas tribulationes magna animi conſtantia toleratas, & perſeuerantiam exactiſſimam in regulari diſciplina, clarus meritis ad Deum migrauit, anno ætatis ſuæ ferme trigeſimo.

IESV CHRISTI
Annus 1127.

HONORII PAPÆ II. ANNO 3. IOANNIS Comnenι Imp. ann. 9.

I. Rogerius Sicil Comes rebellat aduerſus Sed. Apoſt. a *Chronic. Beneuent.*

ANNO Chriſti 1127. a Willelmo Duce Apuliæ & Calabriæ ſine liberis mortuo, Rogerius Comes Siciliæ eius patruus, Ducatum Amalphitanum & magnam partem Apuliæ inuadens in ſuam poteſtatem redegit, faſtidienſque Comitis nomen, præcepit, vt Dux nominaretur. Cæterum quod eas prouincias ſciret eſſe Pontificis Romani, miſit Legatos, qui Ducatus vexillum, & nomen Ducis ab Honorio obtineret. Recuſauit iſte: ille Beneuentum infeſtauit, & cædibus rapiniſque omnes Romani Pontificis Campanas ditiones deformauit. Quam iniuriam vt Honorius depelleret, Capuam profectus, Concilio Epiſcoporum & Abbatum conuocato, Robertum Principem Capuanum ſolemni ritu inunxit; deinde Principes reliquos contra Rogerium vſurpatorem bonorum Eccleſiæ excommunicatum armauit: atq; omnibus qui in ea expeditione morerentur, peccatorum remiſſionem indulſit.

I. Legatio ab Honorio Pp. in Gall & eius cauſa. b ep 78.

Eodem anno Honorius Pontifex Matthæum Epiſcopum Cardinalem Albanenſem in Gallias Legatum miſit. Cauſa erat. Per id temporis Epiſcopi, Abbates & Clerici Gallicani, indignum reputantes aulæ & militiæ, quemadmodum hactenus fecerant plurimi; ſeruire; meliore ſpiritu animati, ad Eccleſias à Curia Regis, & à caſtris militaribus ad monaſteria reuertentes, Regem offenderant Ludouicum. Qui non tam Epiſcopos, quam in ipſis iuſtitiæ zelum, pietatis cultum, habitumque religionis ideo perſequi cœpit, quia conſueta miniſteria præſtare illi indignum putabant. *Et ſane,* (quemadmodum b Bernardus inuehebatur) *cuius cor non indignetur, cuius vel clam lingua non ſubmurmuret, diaconum contra Euangelium Deo & Mammona pariter miniſtrantem? ſic quippe ſublimatum honoribus Eccleſiaſticis, vt nec Epiſcopis inferior videatur; ſic implicatum militaribus officiis, vt præferatur & ducibus? Rogo, ait Bernardus, quid hoc eſt monſtri, vt cum & clericus & miles ſimul videri velit, neutrum ſit? par ſatis vtrobique abuſio, ſiue quod diaconus menſæ regiæ deputetur miniſterio, ſiue quod Regis dapifer miniſteriis altaris deſeruiat. Quis ſane non miretur, imo & deteſtetur, vnius eſſe perſonæ & armatum armatam ducere militiam, & alba ſtolaque indutum in medio Eccleſiæ pronuntiare Euangelium? tuba indicere bellum militibus, & iuſſa Epiſcopi populis intimare? Niſi forte (quod intolerabilius eſt) erubeſcit Euangelium, de quo vas electionis admodum gloriatur; & confunditur videri clericus, magiſque honorabile ducit, putari ſe militem: Curiam Eccleſiæ præfert, Regis menſam altari Chriſti, & calici Domini calicem dæmoniorum.*

Non capiebat hæc Ludouicus Gallus. Quamobrem & Archiepiſcopo Senonenſi & Epiſcopo Pariſienſi iniquior, calumniis, contumeliis & iniuriis quamplurimis eos affecit. Pro cauſis itaque eorundem vindicandis, Honorius Pontifex literis Stephani Ciſtercienſis, Hugonis Pontiniacenſis, & Sanct. Bernardi Clarauallenſis excitus, Legatum miſit. Qui cum Trecis Synodum indixiſſet, inuitabat & Bernardum. Excuſabat iſte, illud ex Canticis reponens: *exui tunicam meam, quomodo induam illam? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Sed grandis*, inquiunt, (ita reſpondebat c Bernardus) *fuit cauſa grauiſque neceſſitas. Quærendus ergo fuerat, qui grandibus definiendis fuiſſet idoneus. Si me talem putant; ego me talem non eſſe, nequaquam puto, ſed ſcio. Denique ſiue grandia ſint, ſiue parua, ad quæ me ita perurgent, ego cauſam non habeo. Quæro ſiquidem; facilia ſunt, an difficilia, quæ ad perturbandum amicum ſilentium tantopere imponere curatis amico? Si facilia, abſque me poſſunt fieri. Si difficilia per me non poſſunt effici, niſi forte tantus aſtimor, cui grandia: & impoſſibilia reſeruentur: tanquam ego ea poſſim, quæ nemo alius facere poteſt. Quod ſi ita eſt; Domine Deus meus, quomodo tuum de me ſolo fruſtratum eſt iudicium, ponens ſub modio lucernam, quæ poterat lucere ſuper candelabrum? & vt apertius loquar, tentans me facere monachum, & volens abſcondere in tabernaculo tuo in die malorum, hominem neceſſarium mundo, ſine quo Epiſcopi non poſſunt pertractare ſua negotia?*

II. Concil. Trecen. ſub legato ſed. Apoſt. c ep 21.

S. Bernard. formam viuendi templariis præſcribit.

Hæc & alia Bernardus excuſans. Sed fruſtra. Nam vel inuitus coactus eſt Synodo intereſſe. Maxime propter confirmationem ordinis templariorum, quibus ille ex ſententia Synodali formulam viuendi præſcripſit, in libello cui titulus eſt; *Ad milites templi.* Egit per literas, & cum Ludouico Rege pro Epiſcopo Pariſienſi; ne illum amplius iniuſte perſequeretur.

III. Concil. Winton. in Angl.

Conſtitutio contra clericos concubinarios.

Hoc ipſo anno Wilhelmus Archiepiſcopus Canthuarienſis, Wintoniæ generale Concilium totius Angliæ Epiſcoporum & Clericorum celebrans, conſtitutionem contra clericos concubinarios innouauit his ipſis verbis. *Presbyteris, diaconibus, ſubdiaconibus, & omnibus canonicis contubernia mulierum illicitarum penitus interdicimus. Quod ſi concubinis* (quod abſit) *vel coniugibus adhæſerint: Eccleſiaſtico priuentur honore ſimul & beneficio. Preſbyteros vero parochiales* (ſi qui tales fuerint) *extra chorum eiicimus, & infames eſſe decernimus. Archidiaconis vero & miniſtris, quibus hoc incumbit, auctoritate Dei & noſtra præcipimus, vt omni ſtudio & ſollicitudine procurent ab Eccleſia Dei hanc perniciem omnino eradicare. Quod ſi qui in hoc negligentes, vel* (quod abſit) *conſentientes inuenti fuerint, primo & ſecundo ab Epiſcopis digne corrigantur: tertio vero canonice ſeuerius corripiantur. Concubinæ vero presbyterorum, & canonicorum, niſi ibi legitime nupſerint, extra parochiam expellantur. Quod ſi poſtea culpabiles inuentæ fuerint, in cuiuſcunque territorio ſint, à miniſtris Eccleſiæ capiantur, & eccleſiaſtica diſciplinæ, Epiſcopali iudicio mancipentur.*

IV. S Nortb. creat Epiſc. Magdeb.

Per idem etiam tempus miſit Honorius in Germaniam Gerardum Cardinalem Legatum, qui S. Nortbertum Magdeburgenſi Eccleſiæ Archiepiſcopum præfecit. In Palæſtinam etiam miſit Legatum Honorius Ægidium Tuſculanum Epiſcopum, qui recens creatum Tyri Archiepiſcopum Willelmum Anglicum comitaretur, & in ſede ſua collocaret.

Hoc

V. De Gualfardi vitæ ſanctiſſimæ inſtituto.

Hoc anno vixit Gualfardus Auguſtæ Vindelicorum natus. Hic ephippiorum artifex, Veronam veniens, quicquid ex ea arte lucrabatur, præter victum & veſtitum admodum tenuẽ, in egenorum vſus diſtribuebat, donec ſe vitæ huius caſibus ſubtrahens, in ſyluam non procul ab vrbe apud Atheſim, ſeceſſit: in qua per annos 20. vigiliis, ieiuniis & orationibus vacans aſſidue, nemine conſcio, vixit: quoad nauigantibus per Atheſim cõſpectus, ab illis per condenſum arboribus callem, fugientem in cellulam, inſecutis deprehenſus, velut homo ſylueſtris, Veronam, etſi innitus, cõductus fuit. Qui ab Auguſtanis ciuibus agnitus, habitationem in monaſterio S. Petri, cum neceſſariis ad victum, obtinuit. Vnde poſtea fluuii exundationem in ædem S. Trinitatis, loco edito extra vrbem, ſitam, ſeſe recepit. Sed à piis viris, opinione ſanctitatis illius adductis, apud Eccleſiam S. Saluatoris, in curia Regia, iuxta Atheſis ripam, cellula ei extructa fuit ibiq; annos 10. vſq; ad obitum vitam in dura corporis caſtigatione duxit. Appropinquante autem vitæ termino, corpus ſuũ in arca lignea incluſum (quam ipſe ſibi parauerat) multis precibus poſtulauit, illud in via communi præ foribus dictæ Eccleſiæ ſepeliri. Cum itaq; mortuus eſſet Prid. Kal. Maii, corpus in arca ex Vico Cutiano vallis Panthenæ, cœlo ſereno (quæ alias abſque maxima aeris perturbatione loco dimoueri non poterat) eadem hora, qua vir S. animam Deo reddiderat, aduectum, in dicta S. Saluatoris Baſilica conditum eſt. *Ex libr. Aug. Valer. Epiſc. Veron. de SS. Veron.*

IESV CHRISTI
Annus 1128.

HONORII PAPÆ II. ANN. 4. IOANNIS COMNENI IMP. ANNO 10.

I. Aquileg. & Venet. Patriarch. depoſiti in Concil. Rauen. a *Romuald. Salernitan.*

ANNO Chriſti 1128. Honorius Papa [a] expeditione contra Rogerium Comitem Siciliæ facta, cum is pugnandi copiam non faceret, & ille à Principibus moræ pertæſis derelictus eſſet, Beneuentum rediit: & tandem Rogerio ſupplici & homagium facienti, Ducatum Apuliæ in feudum conceſſit. Romam veniens Petrum tituli S. Anaſtaſiæ presbyterum Cardinalem Legatum Rauennam miſit, vbi is Synodo congregata, Patriarchas Aquileienſem & Venetiarum depoſuit. Audiuit etiam hoc anno Honorius Legatos à Sancto Hugone Epiſcopo Gratianopolitano; & cum iſti nihil impetraſſent, is vero quamquam ſenio confectus Romam veniſſet, eundem honorifice excepit; ſed tamen miſſionem quam ab Epiſcopatu poſtulabat non conceſſit.

II. Roger. Sicil. Comes excõmunicatur ab Hon. Pap.

Eodem anno Rogerium Siciliæ Comitem excommunicauit; & quod is titulum Ducis inconſulto eo ſibi vſurparet, & quod Epiſcopos non permitteret Romam venire.

III. Steph. Patr. Hieroſ. iurium Eccl. defenſor.

In Palæſtina mortuo Guarimundo Patriarchæ Hieroſolymitano ſucceſſit Stephanus ex Abbate Sancti Ioannis Carnotenſis, qui quod iura & poſſeſſiones Eccleſiæ Hieroſolymorum apud Regem tueretur, fertur, veneno abiiſſe. Nam cum poſt biennium lecto moriturus decumberet, & Rex inquireret ab eo; quomodo haberet; reſpondit: Sic eſt nobis in præſenti, Domine Rex ſicut vultis.

IESV CHRISTI
Annus 1129.

HONORII PAPÆ II. ANN. 5. IOANNIS COMNENI IMP. ANNO 11.

I. Mittitur Leg. Apoſt. ab Hon. Pap. in Daniam. a *Cod. Vatican.*

ANNO Chriſti 1129. [a] Kal. Ian. Honorius Papa in Daniam, Sueciam, atque Boemiam, *Gregorium Creſcentium* Cardinalem Legatum miſit, cui ad Reges earundem prouinciarum has literas dedit.

Honorius ſeruus ſeruorum Dei Illuſtri Regi Daniæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. *Ecce iuxta precum tuarum inſtantiam, & promiſſionem noſtram miſimus ad te dilectum filium noſtrum Gregorium de Creſcentio, Sancti Theodori diaconum Cardinalem, Apoſtolicæ ſedis Legatum, virum vtiq; prudentia & honeſtate conſpicuum, & nobis inter alios fratres noſtros ſuis exigentibus meritis ſpecialiter charum, conceſſo ſibi plenæ Legationis officio, per omnes terras, quæ tuæ iuriſdictionis exiſtunt; vt extirpet nociua, & plantet ſalubria, prout quæq; ſecundum datam ſibi à Deo prudentiam viderit facienda. Rogamus igitur Regiam celſitudinem tuam, quatenus ipſum, immo verius nos in ipſo recipias hilariter, & honorifice tractes, & à ſubditis tuis ei facias dignam honorificentiam exhiberi: vt deuotio, quam te ad Apoſtolicam ſedem habere confidimus, clareat in effectu, & nos ac fratres noſtri pro hoc merito in tua charitate creſcamus: idemq; Legatus, qui per ſe ac ſuos qui magnum locum in vrbe obtinere noſcuntur, grata tibi poterit viciſſitudine reſpondere, ad tuam dilectionem perpetuis temporibus obligetur.* Dat. Laterani quarto Kalend. Ianuarii. Pontificatus noſtri anno quinto. In eundem modum Regi Sueciæ, & ad Regem Boemiæ ſcripſit.

II. Cõuentus Palent. ſub Honorio in cauſa Eccleſiæ.

Fere hoc anno, Honorii Pontificis Romani voluntate, Raymundus Vxamenſis Præſul, ad Eccleſiam Toletanam translatus eſt. Eodem Pontifice Honorio iubente, Palentiam Epiſcopi, Abbates, & Proceres, vniuerſa Hiſpania euocati conuenerunt, ipſe etiam Toletanus. cæterum præcipua auctoritas penes Gelmirium Compoſtellanum erat, iure Legati. Affuere Rex & Regina Caſtellæ. Conuentus agitari cœperunt ieiunii Chriſtiani initio In his præter alia ſancitum: ne oblationes aut decumæ excommunicatorum reciperentur: neue Eccleſiæ laicis dentur, præſtimonii aut villicationis prætextu. Additum à Rege diploma, quo iura Emeritenſis Eccleſiæ in Compoſtellanam translata.

Alius conuentus in Hiſp. de Regis coniugio.

Humbertus deinde Cardinalis in Hiſpaniam Legatus, Legione Epiſcoporum Conuentum celebrauit. In eo conuentu de Regis coniugio actum eſt, quod vitio coiuiſſe nonnulli diſputabant. Duxerat Alphonſus altero à morte matris anno Berengariam, Arnoldi Barcinonenſis Comitis filiam. Eam Regi cognatione deuinctam eſſe, ex vtriuſque familiæ ſtemmate monſtrabatur. Ea cura Regem ſuſpenſum habebat. Sed dicta cauſa, Patrum ſententia abſolutus eſt; nulloque cognationis gradu lege prohibito, coniugem attingere pronunciatum. *Mariana lib. 10. c. 14.*

III. Depoſitio quorundã Epiſc.

Eodem anno Matthæus ſedis Apoſtolicæ Legatus Virdunenſem, & Halberſtadenſem Epiſcopos depoſuit. Virdunenſis depoſitus conabatur Catalaunenſem Eccleſiam inuadere, cui vt Honorius obſiſteret, S. Bernardus pro ea Eccleſia illi ſcripſit: qui hactenus tũ propter ſanctitatem, tum propter doctrinam, magno in pretio apud ſummum Pontificem & Cardinales fuit. Scripſit per id temporis libellum de humilitate, & homilias quatuor ſuper illa verba Euangelii Miſſus eſt: & Apologiam pro Ciſtercienſibus & librum de gratia & libero arbitrio.

IV. Beneuenti corpora SS. Ianuarii, Feſti & Deſiderii in nouam Baſilicam à Gualterio Archiepiſcopo Tarentino ædificatam tranſlata ſunt.

IESV CHRISTI
Annus 1130.

Innocentii Papæ II. Anno 1. Ioannis Comneni Imper. anno 12.

I. Honorii obitus & Innoc. II. electio. a *Pandulphus & in vita Ludou. Regis Sugerius Abbas.*

ANno Chriſti 1130.[a] Decimoſexto Kal. Martii Honorius Pont. ægrotus, cum ſe ex Lateranenſi palatio ad MonaſteriumS Andreæ deferri feciſſet, mortuus eſt. Sepult[b] poſtea in baſilica S. Saluatoris. Cardinales porro aliquam ſeditionem metuentes, apud S. Marcum congregati, eodem die quo ille deceſſit, Gregorium Romanũ, patre Ioanne, auo Guidone, ex Dominis Terræ Tiberteſchæ & Sancti Angeli diaconum Cardinalem elegerunt Pontificem, & Innocentium ſecundum appellarunt.

II. Anacletus Antipapa & qualis fuerit. b *Cod. Vatic. Anonym.*

In cuius odium & æmulationem pauci aliqui, qui Petro Leonis presbytero Cardinali Sanctæ Mariæ trans Tyberim fauebant, eundem Petrum Leonis Pontificem ſub nomine Anacleti ſalutarunt.

[b] Hic vero cum ſectatoribus ſuis humilitatem Innocentii parui pendens, non poſuit Deum adiutorem ſibi, ſed ſperauit in multitudine diuitiarum, in potentia parentum, in fortitudine munitionum, & hoſtiliter fecit aggredi domos Frangipanum, in quibus Innocentius cum ſuis Fratribus ſeſe receperat. Sed contra ſpem illi accidit, quia & Innocentii partem modicum læſit, & eius ſatellites non ſine graui damno ad eum ſunt reuerſi. Vnde iratus Petrus Leonis, Sancti Petri baſilicam inuadens cepit, & per ſanctuarium & aureum Crucifixum pendentes coronas, cum toto theſauro auri & argenti, & pretioſis lapidibus ſiue gemmis, quas Romani Pontifices, Orthodoxique Imperatores in Eccleſia ipſa cum deuotione obtulerant, tanquam ſacrilegus auferre, & Ciborium, quod ſuper altare B. Leo conſtruxerat, detruncare præſumpſit. Depilauit & alias omnes Eccleſias; & omnes fere ciues, exceptis Frangipanis & Corſis, muneribus & pecuniis corrupit.

Schiſmat. deprædantur Eccleſias vrbis. c *Bern. ep. 142.* Immania ipſorum ſacrilegia. d *Vita S. Bern.*

[c] Quicquid enim tunc ornatus & cenſus Eccleſiarum erat; quicquid in altaribus, & in altarium vaſis: quidquid in ipſis ſacris imaginibus auri & argenti reperiri tunc potuit, manibus impiorum direptum & aſportatum eſt. [d] Aiunt; quod cum calices frangere, & crucifixos aureos membratim diuidere ipſi profani Chriſtiani vel timerent, vel erubeſcerent: Iudæos eſſe quæſitos, qui ſacra vaſa, & imagines Deo dicatas audacter comminuerent. Igitur quiſque pro modo ſuo ſecundum maius & minus conducti ad ſcelus, ſacramentis generalibus publice Petro vendiderunt aſſenſum, & in omnem ſanguinem manus expoſuerunt & arma; & quotidianis congreſſibus partem quæ cum Innocentio erat, maledictis inſectabantur & gladiis.

Innocentii fuga in Gall.

Habuerunt igitur ſerui Dei conſilium: & quia via humana ſe tueri non poterant, cedere elegerunt; & procuratis clam nauigiis, de ore Leonis & de manu beſtiæ, per Tiberim, in Tyrrhenum mare elapſi proſperis ventis carbaſa impellentibus ad Piſanum portum feliciter appulerunt, & inde in Gallias tranauerunt.

III. S Bernardus ſcribit pro Innocentio contra Anacl. Antipap. e *epiſt. 124. 125. 126. & aliis.*

Sanctus[e] Bernardus Abbas, Anacletum pſeudopapam nuncupabat, abominationem ſtantem in loco ſancto; qui vt eum obtineret, incendiſſet ſanctuarium Dei, & perſequens Innocentium, innocentiam perſecutus eſſet: eumq; ipſum locum inuaſiſſet armis, igne, pecunia, non vitæ vel virtutum merito, neq; electione ſed factione, quæ vmbra tantum, & occaſio, & velamentum malitiæ fuit. Eandem pſeudopapam aperto ore conclamabat, hominem peccati, ex aduerſo Dei ſtantem, qui, ait, aut Antichriſti eſt, aut Antichriſtus. Rationem reddebat diuinus Bernardus his ipſis verbis: *Funiculus triplex difficile rumpitur: electio meliorum, approbatio plurium, & quod his efficacius eſt, morum atteſtatio Innocentium*

A *apud omnes commendant, ait; ſummum confirmant Pontificem. Merito enim illum recipit Eccleſia, cuius & opinio clarior, & electio ſanior inuenta eſt; nimirum eligentium & numero vincens & merito. Stat etiam ſententia Eccleſiaſtica, & authentica poſt primam electionem non eſſe ſecundam. Celebrata proinde prima, quæ ſecundo præſumpta eſt, non eſt ſecunda, ſed nulla. Nam etſi quid minus forte ſolemniter, minuſve ordinabiliter proceſſit, in ea quæ præceſſit, vt hoſtes vnitatis contendunt: nunquid tamen præſumi altera debuit, niſi ſane priore prius diſcuſſa ratione, caſſata iudicio? Ea propter qui ſe ſuperingerere feſtinant; quique temerario temere manus imponere nihilominus accelerauerunt, Apoſtolo prohibente: nemini manum cito imponas: ipſi procul dubio maius peccatum habent, ipſi auctores Schiſmatis, ipſi grandis malitiæ huius principes extitere.*

Innocentii potiora iura.

B *Duo ſunt, de quibus contenditur, quiſnam eorum rectius videatur Papa. Quorum primo quidem ſi perſonas compares, vt neutri ſane vel derogare videar, vel adulari: dicam quod dici paſſim reperies, & neminem arbitror diffiteri: quia videlicet Innocentii noſtri vita, vel fama, nec æmulum timet; cum alterius, nec ab amico tuta ſit. Dehinc ſi electiones diſcutias: noſtri itidem mox occurrit, & promotione purior, & ratione probabilior, & prior tempore. Porro de tempore conſtat: reliqua duo merita probant, & dignitas eligentium. Hanc enim, ni fallor, partem ſaniorem inuenies, tam Epiſcopos, quam Cardinales, diaconos ſiue presbyteros, & quorum maxime intereſt de electione ſummi Pontificis, & quanti in eligendo iuxta Patrum ſcita ſufficiant. Quid & in conſecratione? Nonne & Oſtienſem, ad quem ſpecialiter ſpectat, habemus? Cum igitur, & electus dignior, & electio ſanior, & actio ordinabilior teneatur; qua iſti ratione, immo qua contentione*

C *contra ius, & fas, & vota omnium bonorum inuita & renitenti Dei Eccleſia præficere alium, & illum deponere tentant? Horum conatui tam maligno, tam indigno, tam temerario, totis certe viribus renitendum eſſe, videtis reuerendiſſimi & illuſtriſſimi Patres.* Hæc S. Bernardus pro Innocentio, contra Anacletum, ad Epiſcopos Aquitanos.

IV. f *Codex Caſſin.*

Cæterum nec pſeudopapa Anacletus ſibi defuit, in confirmanda pſeudopontificia præſumptione. Etenim Petrum Portuenſem Epiſcopum Cardinalem impulit, vt Willelmo Præneſtino, Matthæo Albanenſi, Cõrado Sabinenſi, & Ioanni Oſtienſi Cardinalibus partium Innocentii ſcriberet, contra iſtum, & pro illo ipſo. Ipſe etiam Petrus Leonis vt Lothario Germaniæ Regi, imponeret, nouis Cardinalibus creatis ſi creatis; iniunxit;

D vt pro illo ipſo eidem Regi perſcriberent: ad mentem ſane eiuſdem pſeudopapæ, qui illi ipſi Lothario iam ſcripſerat, atque pronunciauerat, ſe penitus reluctantem, ab omnibus Cardinalibus, pacifice electum eſſe; cum Innocentio vero, nonniſi famoſos aliquos Cardinales, à criminibus ſcilicet infames permanere.

Anaclet. mendaciis rem agit apud Principes.

Noluit Lotharius primo reſcribere. Itaq; ille tum ad ipſum, tum ad Reginam literas dedit: quin etiam Ludouico Galliarum Regi & Hieroſolymorum Regi, & Conſtantinopolitano Imperatori, & Eccleſiæ Gallicanæ & Aquitanæ Prouinciæ Epiſcopis, & Cluniacenſibus monachis, & reliquis tam in Occidente quam in Oriente Orthodoxis Epiſcopis, Regibus, Abbatibus, clero & populo ſcripſit, ne Innocentium (aiebat ille) in angulo, in tenebris, nocte, à paucis electum ſuſciperent.

Pars Innocentii lõge numeroſior g *Bern. ſup.*

Non E tamen contra Deum potuit impius præualere. [g] Camaldulenſes enim, Vallambroſani, Carthuſienſes, Cluniacenſes, Ciſtercienſes, Caſteniblenſes, Cadumenſes, Tyronenſes, Sauiniacenſes, & denique vniuerſitas ac vnanimitas fratrum tam clericorum quam monachorum regularis vitæ probatæque conuerſationis, ſequentes Epiſcopos tanquam greges paſtores ſuos, Innocentio parebant, verumq; Apoſtolorum ſucceſſorem Innocentium, fideliter recognoſcebant. Alemanniæ quoque, Franciæ, Angliæ, Scotiæ, Hiſpaniarum, & Hieroſolymorum Reges, cum vniuerſo clero & populo fauebant & adhærebant Innocentio, tanquam filii patri, tanquam capiti membra; ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritus, in vinculo pacis.

V. Anacletus titulum Regium dedit Rogerio Siculo impiamq; Siciliæ Monarchiam condidit. h *Chron. Beneuent.*

[h] Vnus erat Rogerius Comes Siciliæ, toties Eccleſiæ iniquus. Hunc vt pſeudopapa ſibi conciliaret, atq; per eundem Pontificatum ſibi ſtabiliret, titulum Regis illi conceſſit, Feudum Capuæ, Siciliæ, Calabriæ, Apuliæ, & Campaniæ illi dare præſumpſit: præcipiens, vt Epiſcopi & Abbates, qui in ditionis ſuæ ſolo manebant, ei obtemperarent. Bernardus ridebat, quia hunc ſolum ex principibus Ducem Apuliæ haberet Antipapa, ipſumq; vſurpatæ coronæ mercede ridicula comparatum. Talem tantumque, abominanda Monarchia Sicula meruit habere Conditorem. Aliquot ēt actiones vſurpata auctoritate geſſerat. Sc. altaria conſecrauerat, & nonnullas donationes Eccleſiæ S. Laurentii fecerat Anacletus; propter quas ſperabat populum ſibi conciliare poſſe. Cæterum præter Caſſinenſes & Rogerium perduellem, nullus erat qui præualeret contra Innocentium Papam. Nam [i] Tuſciæ, Campaniæ, Longobardiæ, Germaniæ, & Aquitaniæ, Galliarum deniq; & Hiſpaniarum omnium, nec non & vniuerſæ Orientalis Eccleſiæ tam Archiepiſcoporum quam Epiſcoporum (quorum nomina ſunt in libro vitæ) conſenſus, illis contrauit. Hi enim omnes vnanimes, non conducti pecunia, non ſeducti fallacia non illecti priuato carnis vel cognationis amore, non timore compulſi potentiæ ſecularis, ſed Dei procul dubio voluntatem ſicut non ignorantes, ita nec diſſimulantes, Petrum Leonis ingenue refutauerunt, ac ſecure Gregorium in Papam Innocentium ſuſceperunt.

i *Bern. ſupr.*

VI. Anaclet. pſeudop. excommunicatur primũ in Conuentu Amicien. k *apud Sur. 1. April.*

Sane [k] Sanctus Hugo Epiſcopus Gratianopolitanus, morbis licet & ætate conſumptus, zelo tamen domus Dei cuius diligebat decorem, Anicium perueniens, antequam Innocentius in Gallias penetraſſet, vna cum reliquis Epiſcopis ad Synodum congregatis, Petrum Leonis antipapam anathemate condemnauit. Albero autem Treuirenſis Archiepiſcopus eidem Innocentio, omnium Vltramontanorum Eccleſiarum nomine, per Tullẽſem Archidiaconum miſſis literis à Diuo Bernardo conceptis, omnem obedientiam, honorem & adiutorium eidem promiſit.

VII. Concil. Stamp. pro recept. Innoc. l *Vit. S. Bern.*

Cæterum Rex Ludouicus Rex, cum Innocentium in Gallias venientem intellexiſſet, Stampis Concilium Epiſcoporum conuocauit; & ex communi omnium ſuffragio, [l] Abbati Bernardo impoſuit, qui rem iudicio ſuo decerneret; ſi, & quemadmodum Innocentium reciperent. Oſtenderat illi Dominus in viſu noctis, Eccleſiam magnam concorditer in Dei laudibus concinentem. Qua viſione animatus, omnium ore vnus locutus, ſuſcipiendum ab omnibus ſummum Pontificem Innocentium nominauit.

Reges Frãc. & Angl. occurrunt Innoc.

Ab hoc decreto, Ludouicus Rex vna cum Regina & filiis vſque ad S. Benedictum ſuper Ligerim deſcendit, Innocentio in occurſum iuit & nobilem diademate ſæpius coronatum verticem, tanquam ad ſepulchrum Petri inclinans, pedibus eius procubuit, Catholicumque affectum & deuoti ſeruitii effectum ei & Eccleſiæ promiſit. Cuius exemplo & Rex Anglorum Henricus Carnotum occurrens, deuotiſſime pedibus eius proſtratus, omnia quæcunq; à Catholica deſiderari poterant officia exhibuit.

S Bernardus fortiter agit pro Innoc.

Sane Bernardus Abbas illum inclinauit. Nam ab Angliæ Epiſcopis penitus diſſuadebatur, ne Innocentium ſuſciperet. Cæterum Bernardus: *Quid times*, ait? *Times peccatum incurrere, ſi Innocentio obedias? Cogita*, inquit, *quomodo de aliis peccatis tuis reſpondeas Deo; iſtud mihi relinque, in me ſit hoc peccatum.* Ad quod verbum perſuaſus Rex, vltro manus dedit, & apud Rothomagum non modo ſuis, ſed optimatum, & etiam Iudæorum muneribus Innocentium dignatus eſt. Reuerſi interim de Germania Legati Innocentii, tam Epiſcoporum, quam Regis Lotharii aſſenſum, & literas detulerunt, & deprecationem publicam, vt ad eos tranſiens, ſuam eis deſideratam exhiberet præſentiam. Interim Bernardus non ceſſabat literis alios magni nominis Epiſcopos inuitare, vt Innocentio ſe coniungerent. Nam in electione illius

A Dei ſermone & decreto celebrata, [m] Dei eſſe iudicium, inquit, ſenſerunt, & conſenſerunt Galterius Rauennas, Hildegarius Tarraconenſis, Norbertus Magdeburgenſis, Conradus Salsburgenſis Archiepiſcopi. Dei iudicium eſſe cognouerunt & acquieuerunt Epiſcopi, Equipertus Monaſterienſis, Hildebrandus Piſtorienſis, Bernardus Papienſis, Landulphus Aſtenſis, Hugo Gratianopolitanus, Bernardus Parmenſis. Horum gloria ſpecialis, & præcipua ſanctitas, & auctoritas etiam hoſtibus reuerenda facile nobis, qui minorem & meriti & officii tenemus locum, aut errare ſecum, aut ſapere perſuaſit.

m *ep. 126.*

VIII. Gerard Engoliſm. Legatus Antipapæ perſecutionẽ excitat in Cathol. n *Vita S. Bern.*

Scribebat iſta Bernardus ad Epiſcopos Aquitaniæ Lemouicenſem, Pictauienſem, Petragoricenſem & Xantonenſem, quos Gerardus Engoliſmenſis Epiſcopus in partẽ Antipapæ Anacleti, & vna cum eis Guillel-
B mum Comitem Pictauienſem & Ducem Aquitaniæ, pertraxerat, & Schiſmate Eccleſiam diuidebat. Nam ei Anacletus munus Legationis vendiderat. [n] Miſſi ſunt ab Innocentio S. Bernardus Abbas, & Ioslenus Epiſcopus Sueſſionenſis Legati, vt tam ipſum Gerardum, quam prædictum Principem conuenirent. At ille, iam eodem Principe perſuaſo, impudenter in Eccleſiam Catholicam, à qua ſe præcidebat conuicia iaculari, & pollicitam prius Innocentio ſubtrahere obedientiam, Anacletum ſuum electum dignius, & quicunque non obedirent, erroneos & acephalos prædicare. Vnde factum eſt, vt animati & armati in inſaniam clerici, publice ex ea die perſecutionem Catholicis intentarent.

Deus ſignis confundit Schiſmaticos.

C Prius tamen quam ſic eorum propalata fuiſſet & obfirmata perfidia, obtulerat S. Bernardus Deo ſacrificiũ in eorum Eccleſia. Poſt cuius diſceſſum Decanus eiuſdem Eccleſiæ altare, in quo diuina myſteria celebrarat, impie quidem ſed non impune confregit. Siquidem poſt breue tempus percuſſus à Deo, cum animam exhalaret, domum in qua moriebatur, plenam dæmonibus vidit; & ſe à dæmonibus iugulari clamitans, cultellum à circumſtãtibus poſtulabat, quem ſuo gutturi immergeret, vt extracto dæmone viueret. Sed diabolus cui datus erat, eum inter hæc verba extinxit, & peſtilentem animam in infernum demerſit. Archipresbyter quoque, qui Petri inuaſoris Pictauienſis Eccleſiæ Synodum denuntiabat, coram ipſis, quos ad conuentum perfidiæ inuitabat, à diabolo correptus eſt. Sed & in alios multos,
D qui in Schiſmate illo feruentiores extiterant, manus diuina manifeſtam exercuit vltionem. Propter hæc & alia huiuſmodi ante homines confundi cœperat Gerardus: & timens opponi ſibi, quæ negari non poterãt, conuentus publicos euitabat.

IX. Willelmi Duc. Aquitan. vita & potentia. o *Willelm. Malmesb. de Willelmo ſecundo lib. 4. & 5.* S Petri Ep. Pictauien. certamen cum Willelmo. Duce.

[o] Fuit Willelmus proiectæ in omne ſcelus audaciæ, intemperantiæ, & omnium vitiorum ſordibus turpiſſime inquinatus. Quodque peius erat, gloriabatur cum malefaceret, & in rebus peſſimis exultans, cuncta malefacta ſalibus nugarum & facetiarum, ad riſum extorquendum condiebat. Cum aliquando Petrus Pictauorum Epiſcopus eum liberius argueret, & detrectantem palam excommunicare inciperet; ille præcipiti furore percitus crinem Antiſtitis inuolauit, ſtrictumq; mucronem vibrans; iam, inquit, morieris, niſi me abſolueris.
E Tum vero Præſul timore ſimulato, inducias petens loquendi, quod reliquum erat excommunicationis fidẽter perorauit: ita Comitem Pictauienſem à Chriſtianitate ſuſpendens, vt nec cum aliquo conuiuari, nec etiam loqui auderet, niſi mature reſipiſceret. Ita officio ſuo, vt ſibi videbatur, pacto, martyriiq; trophæũ ſitiens, collum protendit: Feri, inquiens, feri. At Willelmus refractior conſuetum leporem intulit, vt diceret: Tantũ certe te odio, vt nec te meo digner odio: nec cœlum vnquam intrabis meæ manus miniſterio. Verumtamen poſt modicum vipereo meretriculæ infectus ſibilo, inceſti diſſuaſorem detruſit exilio. Vbi beato fine concluſus, frequentib. & magnis miraculis innotuit mundo, quam glorioſe viuat in cœlo. Quibus auditis Comes,

Digitized by Google

dicacitate inſolenti non abſtinuit, profeſſus palam pœnitere ſe, quod non ei iamdudum mortem acceleraſſet, vt ipſi anima ſancta grates haberet potiſſimũ, cuius furore cœleſte commodum fuiſſet mercata. Elegans epitaphium ſcripſit ei Malmesburienſis his verſibus:

Exutus rebus, intentus, pulſus ab vrbe
Præſul, pauperiem, vincla fugamq; tulit.
Nunc diues, liber, ſtabilis, ſua præmia, Chriſtum,
Aſtra capit, ſequitur, poſſidet iſte Petrus.
Vitam religio, mentem diſcretio, famam
Lux operum, ſtudium lectio, verba modus,
Iudicium ius, iuſtitiam rigor, ora venuſtas
Ornabant, pietas viſcera, virga manum.
Promouit, priuauit eum, profugumq; recepit
Papa, Comes, Chriſtus, ordine, ſede, polo.

X. Repulſi diuinitus Chriſtiani ab obſidione Damaſci.

B Apud Damaſcum Chriſtiani magno numero collecti, dum præſumentes in virtute ſua contra ciuitatem connituntur, à Deo imbribus, ventis & nebulis caſtigati, re infecta diſceſſerunt.

XI. Margaretæ Reginæ pietas & obitus.

Vixit hoc anno Margareta Ingonis IV. pientiſſimi Regis, ac Helenæ filia, Nicolao Danorum Regi matrimonio ſociata; cultus diuini fuit ſtudioſiſſima, & in Eccleſiis dotandis ornandiſque liberaliſſima. Diuinarum enim ædium opes non ſolum latifundiis auxit: ſed & totis viribus ad augendum eorum ſplendorem incubuit, ſacerdotaliſque cultus inopiam exquiſito ornamentorum genere locupletauit. Enimuero quo rem diuinam ornatiorem efficeret, altarium pallia, ſacerdotum amicula, planetas, toralia, calicumq; velamina, & reliquum Eccleſiæ ornatum affatim comparare, atque ſacrorum vſibus dapſiliter erogare elaborauit. C Nepotum ſuorum inſidioſam rabiem, conſilii ſui tranquillitate ſaluberrimæq; diſciplinæ moderatione temperabat. Ad extremum lætifero morbo, ad vltimam pene tabem redacta, dum in prouidenda patriæ pace, propinquorumque concordia ſarcienda ſolerter verſaretur, piis defeſſa operibus, ſancto fine quieuit. *Saxo Grammat. lib. 13. Krantz. in ſua Dania lib. 5. c. 6. & 9. Ioan. Mag. Hiſt. lib. 18. c. 14. & alij Scriptores rerum Suetucarum.* Recenſente Ioan. Vaſtouio Sigiſm. III. Reg. Polon. Biblioth. Præfect.

IESV CHRISTI
Annus 1131.

D

INNOCENTII PAPÆ II. ANNO 2. IOANNIS Comnemi Imper. anno 13.

I. Concil. gener. Rhem. ſub Innoc. Pap.
a *Vita S. Bern. lib. 2. c. 1.*
Anacl. antip. excommunicatur in Synodo
b *apud Sur. 6. Iun.*

ANno Chriſti 1131. [a] Paſchali feſtiuitate Pariſiis celebrata, & Francia poſtmodum perluſtrata, Innocentius Papa Rhemis conuocauit Concilium; in quo multis ad honorem Dei diſpoſitis, Regem Ludouicum viuente patre pro Philippo fratre coronauit in Regem. [b] In eo Concilio Petrum intruſum excommunicauerunt, & electione Innocentii approbata, eundem Petrum Leonis leoni rugienti, niſi reſipiſceret, tradiderunt. In eo Concilio adfuit S. Norbertus Archiepiſcopus Magdeburgenſis, & priuilegiorum confirmationem ſuæ Eccleſiæ obtinuit. E Sanctum quoq; Bernardum Abbatem Innocentius à ſe ſeparari non patiebatur, ſed cum Cardinalibus in rebus publicis aſſidebat. Sed & priuatim quotquot habebant negotia, virum Dei ſecretius conſulebant. Ipſe vero audita ad Curiam referebat, & oppreſſis patrocinia exhibebat. Interim etiam [c] antipapa Anacletus pſeudoſynodum Bari conuocauit, & quos poterat ſibi Epiſcopos aggregauit; tum vero Comiti Siciliæ Rogerio titulum Regis & poteſtatem ſuper Eccleſiæ res & perſonas male conceſſam, præſumptuoſe confirmauit.

c *Chron. Beneuent.*

II. Loth. Rex ſtratorem agit Pont. Leodii.
d *Suger. in Ludou.*

[d] Soluto Concilio Innocentius Leodium profectus eſt. Cui cum Lotharius Imperator cum Magno Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, & Teutonici regni opti- A matum collegio celeberrime occurriſſet, in platea ante Epiſcopalem Eccleſiam humillime ſeipſum ſtratorem offerens, pedes per medium Sanctæ proceſſionis ad eum feſtinauit, alia manu virgam ad defendendum, alia frænum albi equi accipiens, tanquam Dominum deducebat. Deſcendente vero tota ſtatione eum ſubbrachiando deportans, celſitudinem paternitatis eius notis & ignotis declarauit.

S. Bernardus Loth. Reg. compeſcit.
e *Otto Friſingenſ. lib. 7. c. 18.*
f *Vita S. Bern.*

[e] Conabatur Lotharius repente in virum alterum mutatus, inueſtituras Eccleſiarum ab Innocentio extorquere. Sed [f] Sanctus Bernardus murum ſe oppoſuit, & audacter reſiſtens Regi, verbum malignum mira libertate redarguit, mira auctoritate compeſcuit. Falſus Petrus diaconus Caſſinenſis, qui eas conceſſiſſe mentitus eſt.

III. Innoc. Leodio Claramuallem ſe confert.

B Rediens autem Leodio, Claramuallem Innocentius per ſeipſum voluit viſitare. Vbi à pauperibus Chriſti, non purpura & byſſo ornatis, nec cum deauratis Euangeliis occurrentibus, ſed pannoſis agminibus ſcopuloſam baiulantibus Crucem, non tumultuantium claſſicorum tonitruo, non clamoſa iubilatione, ſed ſuppreſſa modulatione affectuoſiſſime ſuſceptus eſt. Flebant Epiſcopi, flebat ipſe ſummus Pontifex: mirabantur congregationis illius grauitatem, quod in tam ſolemni gaudio oculi omnium humi defixi, nuſquam vagabunda curioſitate circumferrentur, ſed circumploſis palpebris ipſi neminem viderent, & ab omnibus viderentur. Nihil in Eccleſia illa vidit Romanus quod cuperet, nulla ibi ſupplex eorum ſollicitauit affectum, nihil in Oratorio niſi nudos viderunt parietes. Solis moribus C poterat inhiare ambitio, nec damnoſa poterat eſſe Fratribus huiuſmodi præda, cum minui non poſſet aſportata religio. Gaudebant omnes in Domino & ſolemnitas non cibis, ſed virtutibus agebatur: panis ibi autopyrus pro ſimila, pro careno ſapa, pro rhombis olera, pro quibuslibet deliciis legumina ponebantur. Si forte piſcis inuentus eſt, domino Papæ appoſitus eſt, & aſpectu non vſu in commune profecit. Inuidit diabolus, & ſeruorum Dei gloriam, quos tanti hoſpitis nobilitabat præſentia, ferre non valens; dum in choro alacriter pſallerent & deuote, præſentibus etiam nonnullis ex Cardinalibus, qui in auditu & aſpectu eorum delectabantur, aliquantos Fratrum horribili pauore turbauit. Nam & vnus præ cæteris, occupatus ſc. à dæmone, blaſphema quædam verba locutus eſt: Dicite, inquiens: ego ſum D Chriſtus. Et alii plures territi & tremebundi ad beati Patris veſtigia confugerunt. At ille conuerſus ad cæteros; orate, inquit. Ac deinde ſub ſilentio eos qui turbati videbantur eduxit, atq; compeſcuit: vt nequiſſimus ille, qui conuentum pietatis transferre conabatur in theatrum, & Scholam innocentiæ in deriſum, non vt putabat exiſtimationem religioſorum hominum corrumpere poſſet, ſed ſe proderet, & conatus ſuos experiretur infirmos. Tanta ſiquidem celeritate ſedata ſunt omnia, vt perſonas illas quæ prope aſtabant, omnino latuerit quod acciderat, & malignus hoſtis velociter increpatus, non modo ſcandalum, quod eis parabat, inferre nequiuerit, ſed nec ad illorum notitiam rem perferre. Factumq; eſt ex eo, vt ampliori ſe cuſtodia Fratres munirent; & merito, & numero, & poſſeſſionibus de- E inceps creſceret Claraualllis, & multiplicatis Conuentibus fere per omnem latitudinem loci illius dilataretur religio: ipſe etiam Abbas ſanctus extunc amplius ſolito & miraculis clareret, & ſignis.

IV. Ciſterc. à ſoluend. decimis eximit.

Porro cũ Innocentius Papa hinc Cluniacenſium diuitias, hinc Claraualleuſium paupertatem aſpexiſſet, iuxta illud Apoſtoli; *Abundantia veſtra illorum paupertatem ſuppleat*; his indulſit, ne amplius Cluniacenſibus decimas perſoluerent. Dolebat iſtorum Abbati, ac perinde omnibus Cluniaci morantibus. Quamobrem cum in eos Innocentius cenſuras Eccleſiæ diſtringere pararet, Petrus illum per literas implorauit; ne ab amore paterno, noui filii veteres expellerent. Et quia hanc epiſtolam in ſeciorem partem aliqui interpretarentur,

Digitized by Google

habuit in excuſationem aliam Ciſtercienſibus ſcribere: obſecrans & curans ne earum occaſione, tanta tamque diu habita charitatis dulcedo vel in modico amareſceret. Pariſium reuerſus Innocentius, ab omnibus tum in itinere, tum in vrbe etiam ab Iudæis ſummo honore exceptus eſt: quos ille cum libro Legis Parriſiis ſibi occurrentes non deſpexit, ſed aſpexit dicens: Rogo Deum, vt velamen oculorum veſtrorum auferat, vt quæ libris his veritas continetur, à vobis intelligatur. Nouiomenſis Eccleſia vna cum ciuitate pene tota prodigioſe incendio concremata eſt vlciſcente numine, propterea quod Innocentium ciues non recepiſſent, ſed verbis deriſoriis illum contempſiſſent.

Nouiomēſis Ciuitatis prodigioſum incendium.

Per id temporis cupiens Innocentius Luxouienſe monaſterium reformare, id quicquid eſt negotii Petro Abbati Cluniacenſi commiſit. Quærebatur Petrus difficultatem operis, ſcribens Innocentio, hæc expertus: [g] *In negotio, inquit, religionis facilius poſſunt noua fundari, quam vetera reparari: quia ſecundum Beatum Gregorium, hominibus aliter inſtitutis durum valde videtur, in mente veteri noua meditari. Qui enim noua tantum ædificat; eum in veterum deſtructione non oportet laborare. Qui autem vetera reparare nititur, duplici cura conſtringitur: quoniam illi & veterum deſtructio, & nouorum ædificatio incumbit.* Plura in eam rem Petrus Pontifici.

g *lib. 1 ep. 23.*

Sane præter iſtud monaſterium Luxouienſe, [h] erat circa hæc tempora pulchra & decora facies Eccleſiæ, diuerſorum Ordinum & profeſſionum circumdata varietate, dum hinc Præmonſtratenſes, hinc Ciſtercienſes, inde Cluniacenſes monachi, tum & diuerſi habitus profeſſione ſanctimoniales, & mulieres Deo deuotæ in continentia atque paupertate ſub obedientiæ iugo regulariter viuentes, feruore religionis inuicem prouocarent, & noua certatim diuerſis in locis monaſteria fundarent. Cum his etiam monachi Carthuſienſes, & ipſi paulatim pullulabant. Ad hæc in Syriam & Palæſtinam de Præmonſtrato Fratres miſſi, nonnullas Abbatias ædificarunt: & Hieroſolymis à Rege Balduino, locum S. Samuelis acceperunt. Milites quoque templi Hieroſolymitani, & Fratres de Hoſpitali ſub religioſo habitu continenter viuentes, vbiq; ſe multiplicando diffundebant, & quæ poterant, vel de laboribus propriis, vel de Fidelium eleemoſynis, ad opus Deo militantium, vel infirmorum quorumque vel pauperum Hieroſolymam petentium impendebant: hiſque Præſules Eccleſiarum, ac Principes ſeculi promptiſſime annuebant, & ſponte etiam terras, prata, nemora, & cætera quæ monaſteriis ædificandis neceſſaria fuerant, offerebant. [i] In Regno Poloniæ, vnus Petrus Duninus Eques, ſeptuaginta ſeptem templa diuerſis in locis ſecto lapide extruxit ac dotauit. Itemque duo monaſteria iis, qui ſe Præmonſtratenſes vocant, qui tunc primum extiterunt: alterum quidem puellis in Vuladiſlauienſi diœceſi in Chalino pago, quod poſtea Strelnum tranſtulit: alterum vero opulentiſſimum & ampliſſimum viris, in ſuburbanis Vuratiſlauienſibus, titulo S. Vincentii: quod Vuratiſlauienſes non ita pridem prætextu metus Turcarum, re autem vera odio religionis Catholicæ demoliti ſunt. Florent adhuc in Polonia huius ipſius Petri poſteri, cygno in rubro ſcuto inſigni vtentes: indeque Labeciorum nomen ea habet familia. Per eadem etiam tempora, quietem nactus Boleſlaus Poloniæ Princeps, ad religionem cultumque diuinum animum adiecit. Nam baſilicam Cracouienſem, humilem etiam tum & neglectam, in auguſtiorem formam redegit, excitatis altius eius muris, ac duabus turribus ad latera adiunctis: ſuppellectilem quoque eius veſte pretioſa, auroque & argento facto maiorem in modum auxit: quin & collegium Canonicorum ſacerdotum eius baſilicæ, viginti ad veterem adiectis amplificauit, eiſq; certos pagos & poſſeſſiones ipſe, Radoſſus vero Epiſcopus decimas attribuit: atq; ſacerdotia ius conferendi, Epiſcopo Cracouienſi permiſit.

V. Gallic. Eccleſ. floret religioſis ordin.

h *Robert. in append. ad Sigebert.*

Templariorum in Oriente vita & incrementum.

• Duninus eques duo monaſteria & ſeptuaginta ſeptē templa in Regno Poloniæ extruxit & dotauit.

i *Cromer. lib. 5.*

• Boleſlaus Polo. Princeps Cracouienſ. Baſilicam amplificat & ditat.

A

Erat Boleſlao Principi, Strigneus frater naturalis, ſed in eum maxime iniquus. Huic arma aliquoties contra ſe ſumenti cum pepercißet, tandem impulſu aſſentatorum occidi imperauit. Itaque quamuis magnis in ornatum templorum, & in alimenta ſacerdotum atq; egenorum impendiis atq; donationibus, iugiq; precatione & lacrymis, & aſpero tenuiq; victu & cultu corporis, cilicio pro veſte vtens, & cinere ſeſe aſpergens, ægrotorumque mendicorum pedes ſubinde manibus ſuis abluens admiſſum in Strigneum facinus ſedulo expiaret, cum aliis ſatisfaceret, tamen ipſe ſibi non ſatisfaciebat, niſi & laborem longæ moleſtæque peregrinationis adiiceret. Itaque ſolemne Chriſtianis quadraginta dierum ieiunium pane tantum & aqua guſtandis cilicium indutus cum exegiſſet, paucis ſacerdotibus & aliis piis hominibus comitatus, ad Ægidii tutelaris diui ſui ſepulchrum peregrinationem priuati habitu ſuſcepit: atque id iter magna ex parte nudis pedibus confecit: nullum monaſterium, nullum egentium domicilium, neminem denique ſacerdotem aut mendicum prætereuns, quin liberalitatis & munificentiæ quippiam in eum depromeret. Quindecim dies apud Diui ſepulchrum ieiuniis & ſupplicationibus vacans, commoratus, cum in Poloniam reuertiſſet, & reliquum anni illius tempus quieti dediſſet, vere proximo in Vngariam ad Diui Stephani ſepulchrum alteram peregrinationem inſtituit: eaque religioſe & pedeſtri item itinere obita, & quidem non ſine moleſtia, propterea quod ſplendide & honorifice contra animi ſui ſententiam à Stephano Rege genero ſuo, & à proceribus Vngariæ ſuſciperetur, ac deduceretur; Gneſnam etiam adiit ad Diui Adalberti reliquias paulo ante Iacobi Archiepiſcopi opera in propatulum è latebris prolatas, (in quibus diu poſt captum & vaſtatum à Boemis exulante Caſimiro Rege id oppidum, paucis conſciis delituerant) & 80. Marcas auri & multas gemmas in Diui Martyris contulit vrnam.

VI. Boleſlaus ieiuniis & peregrinationibus à Deo veniā ſui delicti impetrare nititur ob fratrem à ſe interemptum.

Eodem anno florebant; in Galliis quidem [k] Sanctus Albertus monachus, qui ab Innocentio habita authoritate abſoluendi à peccatis, multis è gurgite flagitiorum eripuit: in Auſtria autem Sanctus Leopoldus Marchio, qui eam dignitatem quam maximis miraculis illuſtrauit. Sed & [m] Balduinus Rex Hieroſolymorum Chriſti verus Confeſſor, poſt liberatam à Turcis irruentibus Antiochiam ægritudine affectus, habitum religionis aſſumens, & vitam regularem profeſſus, ſi viueret, Deo feliciter Spiritum reddidit vndecimo Kalend. Septembr. In cuius locum eius gener Fulco Turonenſium Comes ſubrogatus eſt decimooctauo Kal. Octob. Quo etiam anno Rex Hungariæ Stephanus moriturus, & ipſe monaſticum habitum indutus eſt, in pœnitentiæ ſignum. Huic ſucceſſit Bela, vir pietate inſignis.

VII. Balduinus rex moriturus Religionis habitū aſſumit.

k *Apud Sur. 7. April.*
l *apud Sur. 15. Nouemb.*
m *Willelm. Tyr. lib. 13. c. vlt. & li. 14 c. 2.*

IESV CHRISTI
Annus 1132.

INNOCENTII PAPÆ II. ANNO 3. IOANNIS COMNENI Imp. ann. 14.

ANno *Chriſti* 1132. [a] Innocentius Papa in Italiam reuerſus Placentiæ Concilium celebrauit. Inde Piſam concedens, in itinere pacem cum Lothario & ciuitatibus Italiæ ſtabiliuit; Piſanum Metropolitam ſuper Sardiniæ & Corſicæ Epiſcopos inſtituit, Genuenſem autem à Mediolanenſi emancipauit: Beneuentanoſque ab Antipapa Anacleto recedentes recepit.

I. Innoc. reuertitur in Italiam.

a *Petrus Cluniacenſ. lib. 1 epiſt.*

Eodem anno S. Hugo Gratianopolitanus Epiſcopus ad cœlos migrauit: mortuo autem Friderico Colonienſi Bruno in Archiepiſcopatum, à Willelmo Cardinali Epiſcopo Præneſtino Legato conſecratus ſucceſſit.

II. Obitus S. Hugonis Epiſc. Gratianop.

ceſſit. Quærebat ille à Diuo Bernardo, num curam ſuſcipetet. Cui ille:[b] Quis, inquit, hoc mortalium definire præſumat. Deus forſitan vocat: quis audeat diſſuadere? Forte non vocat; quis conſulat appropinquare?

b epiſt. 9.

III. De miraculis ad Iuſtini Epiſcopi tumulum factis.

Hoc anno vixit Iuſtinus Theateæ in Matrucinis Chriſtianis parentibus ortus. Is humanis & diuinis literis inſtructus ab ineunte ætate, opera pietatis coluit. Ad ſacros ordines promotus, cum omnes in eo virtutes lucerent, Epiſcop. vrbis defuncto, omnium conſenſu ſubrogatus eſt. Suſcepto onere Epiſcopali, tum concionibus, tum priuatis locutionibus, breui Eccleſiam ſuam, & mores populi optime compoſuit. Patriam à Saracenis dure obſeſſam, ſuis precibus liberauit. Mortuus eſt 14. Kalend. Maii, ad cuius tumulum innumera fere prodigia ſunt patrata. Mulier quædam Teutonica, quæ corporis viribus prorſus deſtituta geſtabatur, ſanata eſt. Cum pars vrbis Theateæ incendio, quod propter ventorum flatus extingui non poterat, conflagraret, eo, brachio S. Iuſtini thecæ argenteæ incluſo, delato, ſtatim ignis extinctus eſt. Eadem die paralyticus curatus fuit. Bæmundi Comitis filius animam exhalaturus, S. Iuſtino commendatus, ſubito reuixit. Quidam Theatinus nobilis, equo inter currendum delapſus, crure perfracto, animam præ nimio dolore agens, vxore à S. Iuſtino opem implorante, breui ſanatus eſt. Cæca mulier viſum recepit. A Dæmone obſeſſa curata eſt. Cum locuſtæ agrum Theatinum populabundæ aggreſſæ fuiſſent, nec vlla ſpes eſſet ſeruandorum fructuum, delato aduerſus eas brachio memorato, mirabiliter ſunt fugatæ. *Ex Monument. Eccleſ. Theatina Paul. Reg. lib. de SS. Regn. Neap. parte 2.*

IESV CHRISTI
Annus 1133.

INNOCENTII PAPÆ II. ANNO 4. LOTHARII II. Imp. ann. 1. Ioannis Comnemi Imper. ann. 15.

I. Lothar. coronatur Imp. ab Innoc. Pap. & allodium Comitis Mathildis ei datur ſub annuo cenſu.

a Chron. Beneuent.

ANno Chriſti 1133.[a] Romam cum Lothario veniens Innocentius Papa cum baſilicam Diui Petri ab Anacleto pſeudopontifice occupatam inueniſſet, neque ſanguinem Chriſtianorum effundi videre ſuſtineret, in Conſtantiniano Templo Lotharium Imperatorem inaugurauit; & allodium S. Petro à Mathilde donatum, ei in feudum conceſſit, ſeruato cenſu centum librarum argenti. In eum modum Lotharius iurauit: *Ego Lotharius Rex promitto & iuro tibi Domino Papæ Innocentio, tuiſque ſucceſſoribus ſecuritatem vitæ, & in membris, & malæ captionis, & defendere Papatum, & honorem tuum, & regalia S. Petri quæ habes, manu tenere; & quæ non habes, iuxta poſſe meum recuperare.*

b Vit. S. Bernard. lib. 2. c. 2.

[b] Miſerat etiam Innocentius ad Anacletum, ne Eccleſiam aut diuideret, aut turbaret. Sed ille inſolentior & audacior factus, nequicquam de temeritate ſua remiſit: neque ponens Deum adiutorem ſuum, ſed confœderatorum ſtipatus militia, in editioribus & tutioribus turribus manens, Lotharii ludificauit virtutem; & interdicens ſuis congreſſus publicos, nec ſibi ſecuritatis ſuæ fecit periculum, nec cauſam conflictus hoſtibus dedit, ſed tantum liberum eorum diſcurſum machinis ſuperioribus, & obſtaculis variis impediuit. Vitauit etiam obſtinatiſſime Imperatoris colloquium, nec minis nec blandimentis flexus eſt, nec de ſtatu ſuo conſilium cuiuslibet perſonæ admiſit.

II. Loth. Imp. & Pont. recedunt ab vrbe.

Interea Lotharius relicto Romæ Innocentio, profectus eſt. Petrus vero poſt eius diſceſſum crebros mouens per vrbem excurſus, fidelium cædibus inhiabat. Intelligens ergo Innocentius, Romæ ſibi eo tempore infructuoſam moram, ne præſentia ſua illius belluæ rabiem efferaret, Piſas reuerſus eſt. Conabatur Rogerius Siciliæ Comes eos ab Innocentio auertere. Sed fruſtra: illi enim & promiſſa eius conſtantiſſime reſpuerunt, & innocentiam Innocentii ſibi tuendam propoſuerunt. Propter quam animi conſtantiam meruerunt à Diuo [c] Bernardo Abbate ſcripta epiſtola laudari. Piſis cum Innocentius eſſet, Sancto Attoni Piſtorienſi Epiſcopo, priuilegia eius Eccleſiæ diplomate Apoſtolico confirmauit.

c epiſt. 130.

IESV CHRISTI
Annus 1134.

B INNOCENTII PAPÆ II. ANN. 5. LOTHARII II. Imp. anno. 2. Ioannis Comnemi Imp. ann. 16.

I. Concil. Piſan. gener. aduerſus Schiſm. in quo Anacl. antip. iterum excōmunicatur. a Vit. S. Bern. lib. 2. c. 2.

ANno Chriſti 1134.[a] Piſas reuerſus Papa Innocentius, aggregatis totius Occidentis Epiſcopis, aliiſque religioſis viris, magnæ gloriæ Synodum celebrauit. Affuit per omnia & conſiliis, & iudiciis, & definitionibus omnibus Sanctus Bernardus Abbas: impendebaturq; ei reuerentia ab omnibus, & excubabant ante limina eius ſacerdotes; non quod faſtus, ſed multitudo communem prohiberet acceſſum: & aliis egredientibus, alii introibant; ita vt videretur vir humilis, & nihil ſibi de his honoribus arrogans, non eſſe in parte ſolicitudinis, ſed in plenitudine poteſtatis. Actiones Concilii longum eſt proſequi, ſumma tamen in excommunicatione Petri, & irregreſſibili fautorum eius deiectione conſtituit.

II. Canonizatio S. Hugonis.

b de conſid. lib. 4.

Ex eodem Concilio, Sanctum Hugonem Gratianopolitanum Epiſcopum Innocentius Catalogo ſanctorum adſcripſit, diemque eius obitum ſolemni Eccleſiæ ritu celebrari præcepit. Rarum quidem narrabat S. Bernardus, ſe vidiſſe in Martino Cardinali ſedis Apoſtolicæ Legato ex Dania reuertente. Sc. [b] is ab ea Legatione tam pauper remeauit, vt pene expenſis, & presbytero equis deficientibus vix Florentiam perueniret. Ibi Epiſcopus donauit ei equum, quo Piſas vſque peruectus eſt. Poſtridie credo ſecutus Epiſcopus (erat enim illi cauſa cum aduerſario, & agendi aderat dies) cœpit requirere ſuffragia amicorum. Cumque per ſingulos ſollicitaretur, ventum eſt ad Martinum: fiducia erat maior in illo, qui non poſſet eſſe immemor beneficii recẽtis. Tum Martinus: Decepiſti me, inquit; neſciebam tibi imminere negotium. Tolle equum tuum, ecce in ſtabulo eſt: & hora eadem reſignauit illi. Alterius ſeculi rem fuiſſe Bernardus affirmabat, rediſſe Legatum de terra auri ſine auro; tranſiſſe per terram argenti, & argentum neſciſſe; donum inſuper, quod poterat eſſe ſuſpectum, ilico reieciſſe.

III. Graſſatio in antiſtites Gall. à Synodo reuertentes. c Petrus Clun. lib. 3. ep. 27.

Per ea tempora [c] Conradus Mediolanenſibus confœderatus Italiam vaſtabat, tyrannidem exercens contra Lotharium Imperatorem. Eius militibus namque pro ſtipendio, præda fuit. Quam cum opimam ſperarent, ex Epiſcopis Galliarum à Concilio reuertentibus, in eos impetu facto, ſpoliarunt, vulnerarunt, & multos eorum in ergaſtula coniecerunt. Dolebat iſtud Innocentio Pontifici.

S. Bernardus mittitur Mediolanum. d Vita S. Bern. ſup.

Quamobrem vt Mediolanenſes à Conrado diſſociaret, & Schiſmate præciſos Eccleſiæ vniret, miſit ad eos Legatos,[d] Sanctum Bernardum Abbatem, Guidonem Piſanum & Matthæum Albanenſem Epiſcopum, qui Schiſma per Anſelmum pſeudoarchiepiſcopum, in eadem ciuitate factum tollerent, & ad vnitatem Eccleſiæ denuo reuocarent. Vbi autem Mediolanenſes audierunt Sanctum Bernardum ſuis finibus appropinquare, ſeptimo ab vrbe milliario ei obuiam ierunt, nobiles, ignobiles, equites, pedites, mediocres & pauperes, Deoſculabãtur pedes eius vniuerſi,

uerſi; & licet hoc moleſtè acciperet, nulla potuit pronos & deuotos ratione compeſcere, nulla interdictione repellere. Vellicabant etiam pilos, quos poterant, de veſtimentis eius, & ad morborum remedia de pannorum laciniis aliquid detrahebant, omnia ſancta iudicantes quæ ille tetigiſſet, & ſe ſanctificati tactu eorum vel vſu. Et cum tractatum eſſet in publico de negotio, propter quod tam vir Dei, quam Cardinales aduenerant: oblita fortitudinis ſuæ ciuitas, omni ferocitate depoſita ſe ita Abbati ſubſtrauit, vt obedientiæ eorum non incongrue ille poſſet Poetæ aptari verſiculus:

Iuſſa ſequi tam velle mihi, quam poſſe neceſſe eſt.

IV. Miracula S. Bernard.

Pacatis omnibus, reconciliata Eccleſia, firmatis inter plebes concordiæ pactionibus, alia cœperunt naſci negotia, & inſanienti diabolo, & in quibuſdam obſeſſis corporibus debacchanti oppoſitum eſt Chriſti vexillū; & increpante viro Dei, de poſſeſſis atriis, ſuperueniente eminentiori virtute, territa & tremebunda diffugere dæmonia. Factum eſt propter hæc miracula, vt cum diu ſub Anſelmi Pſeudoarchiepiſcopi ſchiſmate, qui Petri fautor Mediolanenſem occupauerat cathedram, ſacerdotes gemētes, virgines ſqualidæ, ſanctificationes maledictæ, altare pollutum, iram Dei in populum prouocaſſent: in aduētu viri Dei, abdicatis Anſelmi præſtigiis, in Sedis Apoſtolicæ obedientiam ſub Innocentio reuocata Eccleſia, impediretur dæmonum licentia, & diuina benignitas conciliaretur. Porro [e] non ante Mediolan. in gratiam Innocentii & vnitatem Eccleſiæ recepti ſunt quouſq; palam Conrado refutato & abnegato Lotharium in ſuum Regem & Dominum recepiſſent, & Romanum Imp. Auguſtum vna cum toto orbe confeſſi eſſent, & de iniuria tranſacta iuxta concilium & mandatum Innocentii Lothario ſe ſatisfacturos eſſe, tacto SS. Euangelio ſpopondiſſent.

e *Bernard. ep. 137.*

V. S. Bernard. ſcribit ad Mediolan. de poteſtate Pont. f *ep. 131.*

Ab hac Legatione Matthæus Cardinalis Piſas reuerſus, Kal. Decemb. morbo extinctus eſt. Bernardus aūt in Gallias concedens, ad Mediolanenſes aliquantum in obedientia Innocentii titubantes, vt eos confirmaret ſcripſit. In hac epiſtola quanta ſit Romanæ Eccleſiæ poteſtas diſſeruit, his ipſis verbis: [f] Plenitudo poteſtatis ſuper vniuerſas orbis Eccleſias ſingulari prærogatiua Apoſtolicæ Sedi donata eſt. Qui igitur huic poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Poteſt Eccleſia Romana, ſi vtile iudicauerit, nouos ordinare Epiſcopatus, vbi hactenus non fuerunt. Poteſt eos, qui ſunt, alios deprimere, alios ſublimare, prout ratio ſibi dictauerit: ita vt de Epiſcopis creare Archiepiſcopos liceat, & è conuerſo, ſi neceſſe viſum fuerit. Poteſt à finibus terræ ſublimes quaſcunque perſonas Eccleſiaſticas euocare, & cogere ad ſuam præſentiam non ſemel aut bis, ſed quoties expedire videbit. Porro in promptu eſt ei, omnem vlciſci inobedientiam, ſi quis forte reluctari conatus fuerit. Denique probaſti & tu.

VI. S. Norb. obitus. g *apud Sur. 6. Iun.*

Eodem anno [g] cum S. Nortbertus ab Italia reuerſus eſſet in ſuam ciuitatem Parthenopolim, non diu poſt graui ægritudine correptus eſt, eaq; quatuor menſibus laborauit: Epiſcopatuq; ſapienter & fideliter annis octo adminiſtrato, plenus Spir. ſancto, cum omni integritate ſenſus, aſtantibus benedictione data, octauo Idus Iunii, beato fine quieuit.

VII. Cæſarauguſtana auxilio D. Virginis contra Mauros defenſa.

Per id temporis ingens Cæſarauguſtanæ vrbi à cælo collatum beneficium proditur, quod non modo communi omnium traditione, verum etiam variis templorum ſtructuris, ac religioſiſſimo delubro, tantæ rei conſecrato, certiſſimum ſemper apud Cæſarauguſtanos fuit. Adrianus Romanus Pontifex in ſuo diplomate memorabat, quod cum Chriſti fideles ciuitatem Cæſarauguſtanam, contra Mauros infideles Catholicæ fidei hoſtes, qui tunc dictam ciuitatem occupabant, expugnarent, quædam imago B. Virginis Mariæ, miraculoſe in Eccleſia ipſius B. Mariæ del Portillo Cæſarauguſtanis eiuſdem Chriſti fidelibus, dum bellum aduerſus eoſdem infideles gererent, apparuit, cuius viſionis fauore & auxilio, præfati fideles victoriam aduerſus eoſdem infideles conſequuti fuerunt. Et ex tunc omnipotens Deus, meritis & interceſſione eiuſdem virginis Mariæ, crebra miracula in eadem Eccleſia operari indies dignatus eſt. Hæc ex diplomate Adriani Pontificis. In tabulis Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ ea res paulo clarius explicatur. Scilicet, Mauros Cæſarauguſtam vrbem, quam Chriſtiani iam obtinuerant, noctu clam inuadere contendentibus, quadamque muri parte ab eis conquaſſata, & diruta, ſanctiſſimam Dei genitricem Mariam, cœleſti Angelorum agmine coaceruato, ipſis infidelibus reſtitiſſe, ac ne vrbe ſibi chariſſima potirentur, illius ſe præbuiſſe propugnatricem, ac murum. *Hieron. Blanca, in commentar. rerum Aragonenſ.*

VIII. De Petri Salernitani Epiſc. Policaſtr. rebus geſtis & obitu.

Vixit hoc anno Petrus Salerni natus. Is vitam monachi in monaſterio Caſſinenſi, ſub Petro Leone Abbate profeſſus, ab eoq; in Burgundiam ductus in monaſterio Cluniacenſi, ſub S. Vgonis Abbatis diſciplina 7. annos commorat' eſt. Reuerſus Salernum, ob ſanctitatem vitæ, Epiſcopus Policaſtrenſis electus, hoc munus inuitus Giſulphi Principis Salernitani ſuaſu ſuſcepit. Verum paulo poſt deſiderio contemplationis & obſeruantiæ regularis ſtimulatus, Epiſcopatui cedens, ad cœnobium Cauenſe rediit, in quo à Leone ſucceſſor deſignatus fuerat. Cum autem monachi Cauenſes, diſciplinam regularem Cluniacenſem, quam Petrus ſeruabat, detrectarent, ad S. Archangeli cœnobium, apud Cilentam tranſiit. Vnde paulo poſt à Cauenſibus expetitus, ruſſus monaſterii regimen recepit, multis ad eum ex ſeculo indies confluentibus; ita vt ſupra 3. monaſt. monachorum pater extiterit. Sanctitatem illius multis miraculis, in liberandis præſertim energumenis, Deus comprobauit. Cum nauigium, quo ferebatur, ſubmerſum fuiſſet, ipſe ſupra mare pedibus vſq; ad littus inceſſiſſe fertur. Concilio Aruernenſi, ſub Vrbano II. Pont. Max. interfuit, & ab illo Pont. cum quo in monaſterio Cluniac. aliquandiu vixerat, multa ſuæ congregationi impetrauit priuilegia. Mortuus eſt 4. Non. Martii. *Ex Paulo Regio de SS. Neap.*

IESV CHRISTI
Annus 1135.

INNOCENTII PAPÆ II. ANNO 6.
Lotharii II. Imp. an. 3. Ioan. Comneni Imp. an. 17.

I Gaufredus Epiſc. Carnot. ab Innocen. Pp. Legatus in Aquit. ad Epiſcopos ſchiſmat. reducendos. a *Bernard. de conſid. lib 4.*

ANno *Chriſti* 1135. Florebat per id temporis in Gallia Gaufredus Epiſcopus Carnotenſis, homo, ſi quis alius, in Legationibus incorruptus. Eius opera itaque vtendum ſibi Innocentius exiſtimauit, in Aquitaniæ Epiſcopis ad vnitatem Eccleſiæ reducendis. Narrabat Bernardus, vnum aut alterum ſingulare integritatis illius factum. [a] Eram cum eo, inquit, in terra Aquitaniæ, cum à quodam presbytero præſentatus illi eſt piſcis, quem vulgo vocant Sturgionem. Percontatus Legatus quanti venerit: non accipio, inquit, niſi receperis precium, & reſignauit ſolidos quinque inuito & verecundo. Item cum eſſemus in quodam oppido, domina illius oppidi obtulit ei pro deuotione cum manutergio duas vel tres paropſides pulchras, ligneas tamen. Quas aliquandiu intuens homo ſcrupuloſæ conſcientiæ, laudauit eas, ſed non acquieuit accipere. Quando argenteas recepiſſet, qui ligneas refutauit? Non fuerunt qui poſſent Legato dicere: *Ditauimus Abraham.* Ipſe vero cum Samuele libere cōcionabatur ad omnes: Loquimini de me coram Domino, & coram Chriſto eius, vtrum bouem cuiuſquam tulerim, aut aſinum, ſi quempiam calumniatus ſum, ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu cuiuſquam munus accepi, & contemnam illud hodie, vobiſq; reſtituam.

b *Vita S. Bern. l. 2. c. 6.*

Huic tali tantoq; viro, [b] comes fuit ſanctus Bernardus Abbas, ſed longe amplioribus factis clarus. Mulierem quandam incubum dæmonem patientem, mirabili

Digitized by Google

virtute perſanauit, cum in ea Legatione cum Gaufredo fuiſſet.

II. S. Bernard. Abb. mirabiliter Comitem Aquitan. inducit ad reſtituendam vnitatem Eccleſiæ Aquit.
b Vita S. Bern. lib. 2. c. 6.

Significatum eſt interim Comiti Pictauienſi Willelmo per viros illuſtres, qui ad eum ſecurius audebant accedere, quod Abbas Clarauall. & Epiſc. Carnotenſis, aliique Epiſcopi, & religioſi viri colloquium eius expeterent: quorum erat ſtudium, vt ſecum de pace Eccleſiæ, & de malo remouendo tractarent. Perſuaſumque eſt illi, ne tantorum virorum deuitaret colloquium; quia poterat fieri, vt communicato cum eis conſilio; & facile eſſet, quod modo putabatur difficile; & quod videbatur impoſſibile, repentino prouentu poſſibile redderetur. Itaq; apud Bernacum hinc & inde conueniũt, & in primis de diuiſione Eccleſiæ & de ſciſſuræ obſtinatione, quæ intra Alpes in ſola Aquitania, quaſi nebulæ corruptela conſederat, multis modis & rationibus à Dei ſeruis Comiti intimatum eſt. Quod vna Eccleſia eſt; & quicquid extra eam eſt, quaſi extra Arcam, iudicio Dei neceſſe eſt interire & dilui. Adducta quoque exempla Dathan & Abiron, quos reatu ſchiſmatis terra viuos abſorbuit; nec tanto malo Dei vindictã aliquando defuiſſe, monſtratum. His auditis, Comes ex parte ſano viſus conſilio, reſpondit: ſe in obedientiam Innoc. Papæ poſſe dare conſenſum, ſed in reſtitutionem Epiſcoporũ, quos de ſedib. expulerat, nulla ratione induci; quoniam implacabiliter eum offenderant; & iurauerat, ſe eorum pacem nullo tempore ſuſcepturum. Diu per internuncios protract⁹ eſt ſermo, & dum viciſſim verbis ſe mutuo occupant: vir Dei efficaciora arma corripiẽs, ad altare ſanctum oblaturus & ſupplicaturus accedit. Intrauerant Eccleſiam, quib. licebat diuinis intereſſe myſteriis; Comes ſuſtinebat pro foribus. Peractis igitur conſecrationibus, & pace data & diffuſa in populum: homo Dei iam non ſe agens vt hominẽ, corpus Domini ſuper patenam ponit, & ſecum tollit, atq; ignea facie, & flammeis oculis, non ſupplicans, ſed minax foras egreditur, & verbis terribilib. aggreditur Ducem: Rogauimus te, inquit, & ſpreuiſti nos. Supplicauit tibi in altero, quẽ iam tecum habuimus, conuentu ſeruorũ Dei ante te adunata multitudo, & contempſiſti. Ecce ad te proceſſit filius virginis, qui eſt caput & Dominus Eccleſiæ, quam tu perſequeris. Adeſt iudex tuus, in cuius nomine omne genu curuatur, cæleſtium, terreſtrium & infernorum. Adeſt iudex tuus, in cuius manus illa tua anima deueniet. Nũquid & ipſum ſpernes? nunquid & ipſum ſicut ſeruos eius contemnes? Lacrymabantur vniuerſi qui aderant, & orationib. intenti præſtolabãtur exitum rei: & omnium ſuſpenſa expectatio neſcio quid diuinũ fieri cælitus expectabat. Videns Comes Abbatem in ſpiritu vehementi procedentem, & ſacratiſſimum Domini corpus ferentem in manibus; expauit & diriguit, membriſq; tremebundis & metu diſſolutis, quaſi amẽs ſolo prouoluitur. Eleuatus à militib⁹, rurſus in faciem ruit; nec quicquam alicui loquens, aut intendẽs in aliquem, ſaliuis per barbam defluentibus, cum profundis efflans gemitibus, epilepticus videbatur. Tum vir Dei ad eum propius accedit, & pede pulſans iacentem ſurgere iubet, & ſtare ſupra pede, & Dei audire ſententiã. Præſens eſt, inquit, Pictauienſis Epiſcopus, quem ab Eccleſia ſua expuliſti: vade & reconciliare ei, & in oſculo ſancto, pacis cum eo iungito fœdera: & ipſe ad ſedem ſuam eum reducito, & ſatisfaciens Deo, redde pro contumelia gloriam; & in vniuerſo principatu tuo diuiſos & diſcordes ad charitatis reuoca vnitatem. Subdere Innoc. Papæ: & ſicut ei vniuerſa obedit Eccleſia, tu quoq; electo à Deo tanto parere Pontifici. Audiens hæc Comes, auctoritate ſancti Sp. & ſanctorum ſacramentorum præſentia victus, nec audebat reſpondere, nec poterat: ſed ſtatim occurrit, & in pacis oſculo recepit Epiſcopum: & eadem qua eum abiurauerat manu, cum toti⁹ exultatione ciuitatis ad propriam ſedẽ reduxit. Sed & deinceps cũ Abbas Comite iam familiarius & ſuauius loquens, paterne eum monuit, ne ad tam impios, & tam temerarios auſus vltra exurgeret, ne Dei patientiam tantis irritaret flagitiis, ne pacem factam in aliquo violaret. Pace omni Aquitanicæ Eccleſiæ reddita, ſolus Gerardus Engoliſmenſis Epiſcopus Legatus Antipapæ Petri Leonis, perſeuerauit in malis. Sed non multo poſt, adueniente die iræ, in domo ſua miſerabiliter extinctus eſt. Et cum dicat ſcriptura: eſt peccatum ad mortem, pro eo non dico vt roget quis: impœnitens & ſubito mortuus ſine confeſſione & viatico, de corpore egredientem ſpiritum ei reddidit, cuius miniſter vſq; ad finem vitæ extiterat. Corpus eius à nepotib. ſuis, quos in Eccleſia illa honoribus ſublimauerat, inuentum & in lectulo ſuo exanime, & enormiter tumidum, in baſilica quadam humatum eſt. Sed poſtea à Gaufredo Carnotenſi Epiſcopo Sedis Apoſtolicæ Legato inde extractum eſt, alioq; proiectũ. Nepotes quoque eius ab eadem Eccleſia poſtea eliminati ſunt, & omnis progenies & plantatio à radice auulſa, per externa regna tanti iudicii circumferens querimonias exulauit. Tanto igitur malo obruto, & ſchiſmate Gerardi in cineres redacto, S. Bernard. Claramuallem rediit, & cantica canticorum explanare cœpit.

III. Gerardi Engoliſm. Epiſ. ſchiſmat. miſer interitus.

IV. Ioan. Cremenſ. Cardin. reſipiſcit.

Eodem ferme tempore, & Ioan. Cremenſis, S.R.E. tituli S. Chryſogoni presbyter Cardinalis, ab Anacleto Antipapa, cui adhæſerat, ad Innocentium acceſſit, ſanguinario illo relicto.

V. Thomas Prior S. Victoris martyr.
c Bern. ep. 159.

Hoc pariter tempore Magiſter Thomas Prior S. Victoris Pariſienſis, vitæ ſanctitate illuſtris, [c] in obſequio charitatis, in itinere quod indixerat pietas in opere ſancto, in ſanctorum comitatu, in dominico die, quaſi in ſinu S. Bernardi, & inter man⁹ ipſius, crudeliter ab impiis pro iuſtitia excerebratus eſt, eo quod illicitis exactionibus, quas cuidam occaſione Archidiaconatus in preſbyteros vſurpare placebat, zelo atq; iuſtitia, vtpote iuſtitiæ amator & defenſor, ſeſe oppoſuiſſet. Propter eandem cauſam, etiam quidam Subdiaconus Aurelianenſis cæſus eſt. Vnde in Galliis, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, ac multorum religioſorum ac ſapiẽtum Concilio habito, in huiuſmodi ſacrilegos ſeueritatis ſententiam protulerunt. Princeps iſtorum ſacrilegorum habuit ad Innocentium Papam prouocare, contra quem Bernardus ſcribens implorabat: Si, inquit, pœnitentiam petit, neganda ei non eſt. Quod ſi audientiam; accipiat illam (ſi placet) quam vel Moyſes indulſit populo ante conflatile curuanti genu; vel Phineas fornicanti Iſraelitæ: vel Mathathias dæmonibus immolanti: vel certe (vt vobis de veſtris aliquem proponamus) quam à B. Petro Ananias & Saphira meruerunt: quam deniq; audientiam dedit negotiantibus in templo Saluator.

VI. Mogunt. à tributo exemptus.

Hoc anno, vere Apoſtolicus Dei miniſter Adalbertus Archiepiſcopus Moguntinus, poſt multa dira & aſpera, quæ ab Henrico Imperatore paſſus eſt, liberatus tandem, ſuos ſubditos, priuilegio eis dato, à tributis exemit.

VII. Rogerius Sicil. Comes Campaniam inuadit.
d Chron. Beneuent.

Per idem temporis [d] Rogerius Siciliæ Comes fere vniuerſam Campaniã, expulſo Roberto Capuano Principe, excepta Neapoli inuaſit, & tyrannico more ſibi ſubiecit. Ab eo vt poſſeſſiones Eccleſiæ Innocentius eriperet, Eccleſiamque concuſſam & laceratam ad vnitatem concordiamq; reuocaret, Legatos ad Lotharium miſit, Gerardum Cardinalem, Robertum Principem Capuanum, & Richardum germanum Comitis Rainulphi, qui ad opem ferendam eum in Italiam inuitarent. Idem plane ſuaſit ei S. Bernardus: qui & Piſanos eidem irato conciliauit, & Genuenſes ne Rogerio tyranno Siculo fauerent, admonuit, ſcriptis epiſtolis.

VIII. Hen. Angl. Regis obitus.
e Malmeſb. hiſt. nouel. lib. 1.
Succeſſio Stephani, & iuramentum eiuſdem pro priuilegiis Eccleſiæ.

Eodem anno Kalend. Decemb. Henrico Rege Angliæ pie vita functo, ſuſcepit regnum nepos eius Stephanus, qui iſto iuramento die 11. Kalend. Ianuar. ſe obſtrinxit. [e] *Ego Stephanus Dei gratia, aſſenſu Cleri & populi in Regem Angliæ electus, & à Domino Willelmo Archiepiſcopo Cantuariæ, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Legato conſecratus, & ab Innocentio ſanctæ Sedis Romanæ Pontifice poſtmodum confirmatus, reſpectu & amore Dei ſanctam Eccleſiam liberam eſſe concedo, & debitam reuerentiam illi confirmo. Nihil me*

in Eccleſia, vel in rebus Eccleſiaſticis Simoniace acturum, vel permiſſurum eſſe promitto. Eccleſiaſticarum perſonarum, & omnium clericorum, & rerum eorum iuſtitiam & poteſtatem, & diſtributionem bonorum Eccleſiaſticorum in manu Epiſcoporum eſſe perhibeo & confirmo. Dignitates Eccleſiarum priuilegiis earum confirmatas, & conſuetudines earum antiquo tempore habitas inuiolate manere concedo & ſtatuo. Omnes Eccleſiarum poſſeſſiones & tenutas, quas die illa habuerant, qua Willelmus Rex auus meus fuit viuus & mortuus, ſine omnium calumniantium reclamatione eis liberas & abſolutas eſſe concedo. Si quid vero de habitis aut poſſeſſis ante mortem Regis, quibus modo careat, Eccleſia deinceps repetierit, indulgentiæ & diſpenſationi meæ vel diſcutiendam, vel reſtituendam reſeruo. Quæcunque vero poſt mortem Regis liberalitate Regum, largitione Principum, B *oblatione vel comparatione, vel qualibet tranſmutatione fidelium collata ſunt, confirmo, pacem me & iuſtitiam in omnibus facturum, & pro poſſe meo conſeruaturum promitto. Foreſtas, quas Willelmus Rex auus meus, & Willelmus ſecundus auunculus meus inſtituerunt & tenuerunt, mihi reſeruo, cæteras omnes quas Henricus Rex ſuperaddidit Eccleſiis & regno, quietas reddo & concedo. Si quis autem Epiſcopus, vel Abbas, vel alia Eccleſiaſtica perſona ante mortem ſuam rationabiliter ſua diſtribuerit, vel diſtribuenda ſtatuerit, firmum manere concedo. Si vero morte præoccupatus fuerit, pro ſalute animæ eius Eccleſiæ conſilio eadem fiat diſtributio. Dum vero ſedes propriis fuerint paſtoribus vacuæ, & ipſæ, & omnes earum poſſeſſiones in manu & cuſtodia clericorum, vel proborum hominum eiuſdem Eccleſiæ committantur, donec paſtor canonice ſubſtituatur. Omnes exactiones & meſcheningas, & iniuſtitias, ſiue per Vicecomites, vel per alios quoslibet male inductas funditus extirpo. Bonas leges & antiquas, & iuſtas conſuetudines in murdris, & placitis, & aliis* C *cauſis obſeruabo, & obſeruari præcipio & conſtituo.* Apud Oxeneford anno incarnationis Domini 1136. regni mei primo. Quod vero aiebat regnum ſibi confirmatum eſſe ab Innocentio Papa; fiebat id ex more, eo quod regnum illud, Romanæ Eccleſiæ feudatarium eſſet.

IX. De Conſtabili Epiſc. miraculis claro.

Circa hoc tempus vixit Conſtabilis in Lucania natus. Hic mortuis parentibus, à propinquis B. Leoni Abbati Cauenſi oblatus, ita eius & B. Petri veſtigia ſecutus eſt, vt illis in adminiſtratione monaſterii ſuccederet. Quo in munere multa ſanctitatis ſigna demonſtrauit. Cum vix per annum præfuiſſet, omnibus flentibus mortuus eſt, miraculis clarus. Quibuſdam enim in mari periclitantibus, inuocatus, apparens opem tulit, & multi ab immundis ſpiritibus obſeſſi, & variis morbis afflicti, ad eius tumulum liberati ſunt. *Ex Monum. illius Eccleſ.* D

IESV CHRISTI
Annus 1136.

INNOCENTII PAPÆ II. AN. 7. LOTHARII II. Imper. ann. 4. Ioannis Comnemi Imper. ann. 18.

I. Expilatores Caſſin. monaſterii à Deo puniti. a *Chron. Beneuent.*

ANno Chriſti 1136. [a] Rogerius Siciliæ Comes, parum habuit ſecularium bona in Campania vſurpare, niſi etiam monaſtica appeteret. Caſſinum inter reliqua erat longe ditiſſimum. Quamobrem Guarino Cancellario, quem Capuanæ ciuitati præfecerat, dedit in mandatis, vt & theſauros Eccleſiæ, & poſſeſſiones monaſterii in poteſtatem redigeret. Senioretus eo tempore monaſterii illius Abbas, relicto Innocentio Antipapæ Anacleto adhæſerat, & inter coniuratos Rogerii cenſebatur. E Id tamen nihil ei profuit, quo minus monaſtica bona Rogerio concederet. Non impune tamen iſtud fuit raptoribus. Cum enim monachi ſumpto crucis viuificæ ligno, & brachio S. Euangeliſtæ Matthæi, ſanctique confeſſoris Chriſti Mauri, litanias decantarent, diuinam opem implorantes, Cancellarius vero ſuperbia elatus, eis minaretur, nares & labra, & veſtes vſque ad medias nates reciſurum, paulo poſt moriens apud Salernum clamabat; Benedicte & Maure, cur me A occiditis? iſtaque crebro repetens, vita exceſſit.

II. De damnatione Guarini ſacrilegi ad inferos. b *Petr. diac. Chron. Caſſin. lib. 4. c. 105.*

[b] Eo tempore frater quidam *Creſcentius* nomine, natione Romanus, vidit per viſum lacum nimiæ magnitudinis, igneique coloris, cuius vndæ ad excelſa ferri videbantur. Inter eas vndas vidit ipſius Cancellarii animam in aeris alta leuari, ac poſtmodum ad ima demergi: Duo iuxta lacum aſſiſtebant monachi, qui cuius eſſet illa anima, interrogare cœperunt. Sed frater ſe neſcire profeſſus eſt. Ad quem is qui erat ſenior: Hæc, inquit, anima eſt Guarini Cancellarii, quoniam Caſſinenſi monaſterio infeſtus fuit, hæc talia patitur. Interrogatus à fratre; quiſnam eſſet: ego, inquit, ſum frater Benedictus. Euigilans autem frater, quod viderat, enarrauit. B Interim etiam Abbas in ſchiſmate mortuus eſt. Cæterum cum Cancellario mortuo nihilo melius haberent Caſſinenſes à Canzolino Vicario rem agente, miſerunt duos monachos ad Imperatorem Lotharium, qui defenſionem contra Rogerium tyrannum implorarent.

III. Epiſt. S. Bernar. ad Lugdun.

Eodem tempore, ſanctus Bernardus ſcripſit epiſtolam ad Canonicos Lugdunenſes, qui ea tempeſtate, ſine licentia Apoſtolicæ Sedis, feſtiuitatem conceptionis SS. Virginis celebrabant. Hugo etiam de S. Victore Iohanni quondam Hiſpalenſium Archiepiſcopo ſcripſit, obiurgans quod in perſecutione Arabica, & oues, & fidem Chriſtianam reliquiſſet.

I. Pœnitentia & felix obitus Ludouici Franciæ Reg. c *Suger. in Ludou.* Filius Lud. Rex.

Eodem anno, [c] Ludouicus Craſſus Rex Francorum, conſulens animæ ſuæ, cupienſque apud SS. Martyres Dionyſium & ſocios extremum ſpiritum deponere, diarrhetica exhauſtus, eo ſe fecit deferri; C & ante eorum corpora, coronam, ſceptrum & purpuram depoſuit, humilem Diui Benedicti habitum induit, atque monaſticam profeſſus eſt: filio Ludouico Rege deſignato. Domum relatus, cum præmiſſa humillima peccatorum confeſſione, ſacrum Chriſti corpus ad ſe deferri audiſſet, obuiam ipſe proceſſit. Deinde humillime flexis genibus ante ſacratiſſimum corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, in hanc vocem erupit:

Fidei profeſſio.

Ego peccator Ludouicus confiteor vnum & verum Deum, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum: vnam ex hac ſancta Trinitate perſonam, videlicet vnigenitum & conſubſtantialem, & coæternum Dei Patris Filium, de ſacratiſſima Maria virgine incarnatum, paſſum, mortuum & ſepultum, tertia die reſurrexiſſe, cælos aſcendiſſe, ad dextram Dei Patris conſidere, viuos & mortuos extremo & magno iudicio iudicare. D *Hanc autem ſacratiſſimam corporis eius Euchariſtiam illud idem credimus corpus, quod aſſumptum eſt de virgine, quod diſcipulis ſuis ad confœderandum & vniendum & in ſe commanendum contradidit. Hunc ſacratiſſimum ſanguinem illum eundem, qui de latere eius in cruce pendentis defluxit, & firmiſſime credimus, & ore, & corde confitemur: hocque ſecuriſſimo viatico deceſſum noſtrum muniri, & contra omnem aeream poteſtatem certiſſima protectione defendi peroptamus.*

Cum autem cunctis admirantibus, deuotiſſime Chriſti corpori & ſanguini communicaſſet, tanquam ilico conualeſcere incipiens, ad cameram rediit. Cæterum poſtquam recidiua profluuii dyſenteria ſe videret deficere, neque poſſe amplius, quod optaret, ad ſancti Dionyſii ſepulchrum referri, præcipiens tapetum in terra extendi, & cineres in eo in formam crucis aſpergi E ibidem depoſitus, ſigno crucis ſe muniens, exceſſit Kalend. Auguſt. Paulo antequam moreretur, acceperat, Willelmum Aquitaniæ Ducem in peregrinatione Compoſtellana diem extremum clauſiſſe, teſtamentoque diſpoſuiſſe Elionoram filiam Ludouico ſuo filio deſignatam coniugem, ſi ita Regi morituro videretur.

II. …ltio diuina in Rudolph. Antioch. Patriarcham intruſum. d *Will. Tyr. lib. 15. c. 11.*

Eodem anno [d] defuncto Bernardo Patriarcha Antiocheno, cum eandem Sedem Rudolphus Maniſtanus largitione inuaſiſſet, & apud ſummũ Pont. Simoniæ & incontinentiæ accuſatus, cum coram Alberico Oſtienſe Legato in Palæſtina comparere noluiſſet, primum in carcerẽ ex Synodali decreto coniectus eſt. Deinde ex eo

Digitized by Google

elapſus Romam veniens, neſcitur à quo veneno extinctus eſt, non ſine aperta Dei vltione, qui eius ſuperbiam caſtigauit. Namq; pallio ex altari Antiochenæ Eccleſiæ correpto, cum ſuaderetur illud ex altari S. Petri, à ſummo Pontif. poſtulare, hæc contumax aſſerebat: vtramque Petri eſſe cathedram, eamq; quaſi primogenitam, inſignem prærogatiua.

IESV CHRISTI
Annus 1137.

INNOCENTII PAPÆ II. ANNO 8.
Lotharii II. Imp. an. 5. Ioan. Comneni Imp. an. 19.

I. Lotharii expeditio in Italiam ad ſubſidium Innocentii Pp contra Rogeriũ. a Chr. ſ. Beneuent. b Vita S. Bern lib 2. c 7. Rainaldus Abb Caſſin. excommunicatus.

ANno Chriſti 1137.[a] Lotharius exercitu comparato in Italiam contra Rogeriũ Siciliæ tyrannum veniens, Viterbii Innocentium Pontificem ſalutauit.[b] Adfuit & S. Bernard. ab Innocentio euocatus. Et quidem ſanctus Romam miſſus, partes Anacleti ſuadela ſua ad eum modum imminuit, vt fere omnes Innocentii electionem approbarent, & ab Antipapa deficerent. Porro Lotharius Imperator vna cum Innocentio, & Henrico genero caſtris in Campaniam motis, omnia receperunt, quæ Rogerius rapuerat, ita vt ab vrbe Roma vſq; Barim vix aliqua ciuitas caſtrumue remanſerit, quod B. Petro & Innocentio non ſubiiceretur. Solus Rainaldus Abbas Caſſinenſis repugnabat. Quamobrem cum nec ab Imperatore, nec à Legatis Innocentii perſuaderetur, vt Petri Leonis auſus anathemate damnaret, cauſa cognita, quod per canones non poterat Subdiaconus in Abbatem eligi, & quod à Petro Leonis eum gradum aſſecutus eſſet, gradu motus, & à communione Eccleſiæ ſeparatus eſt. Eo eiecto, & poſt multas concertationes tandem Guibaldo ex Abba. monaſterii Stabulenſis in Caſſinenſem electo, etiam Caſſinenſes Innoc. tanquam vero Pontifici cultum præſtiterunt.

II. Rogerius tyrannus denuo infeſtat Italiam.

Cæterũ non diuturna Innocentio exinde lætitia fuit. Mox enim atq; Lotharius in Tuſciam, & ille in vrbem reuerſus eſt, Rogerius copiis innumerabilibus ſuperueniens, fere omnia ſiue armis ſiue deditione recepit. Solus Rainulphus ab Innocentio recens Ducis honore ornatus, in fide perſiſtebat, & prout poterat tyranno reſiſtebat. Tanto autem magis præualebat, quanto ardentius S. Bernard. Abbas pro iuſtitia certabat, & pro æquitatis exercitu Deum exorabat. Namq; eo tempore, ab Innocentio ad Rogerium miſſus, in eo totus fuerat, ſi quo modo ferocientem tyrannum demulceret. Succeſſit ex voto. Cum n. Rogerius videret ſuos quotidie à paucis in fugam verti, conſilio inito cum ſuis acquieuit tandem vt tam Innocentius, quam Anacletus aliquos ex ſuis mitterent qui electionem illorum, qualis qualis fuiſſet, coram enarrarent. Ab Anacleto Petrus Piſanus Cardinalis, ab Innocentio autem Haimericus Cancellarius cũ Bernardo Abbate venit. Prior itaq; Petrus electionẽ Domini ſui canonicam probare intẽdit, & verba ſua multis legum & canonum aſſertionibus muniuit. At vero vir Dei non in ſermone, ſed in virtute regnum Dei eſſe intelligens: *Scio,* inquit, *Petre, te virum ſapientem & literatum eſſe, & vtinam ſanior pars, & honeſtiora te occupaſſent negotia. Vtinam te patronum cauſa felicior obtineret. & ſine dubio rationabilia allegantem nulla poſſet impedire facundia. Et nos quidem agreſtes, ligonibus magis quam declamationibus aſſueti, ſi cauſa fidei non vrgeret, inſtitutum ſilentium teneremus. Nunc autem cogit nos charitas eloqui, quia tunicam Domini, quam in tempore Paſſionis nec Ethnicus præſumpſit ſcindere, nec Iudæus, fautore hoc Domino Petrus Leonis lacerat & dirumpit. Vna eſt fides, vnus Dominus, vnum baptiſma. Nos neque duos dominos, neque geminam fidem, nec duo baptiſmata nouimus. Vt ab antiquis ordiar, vna Arca tempore diluuii fuit, in hac octo animæ, cæteris omnibus pereuntibus, euaſerunt; & quotquot extra Arcam inuenti ſunt perierunt. Arcam hanc typum habere Eccleſiæ, nemo eſt qui ambigat. Arca alia nuper fabricata eſt, & cum ſint duæ, alteram neceſſe eſt eſſe adulteram, & in profundum demergi. Arca quam regit Petrus Leonis, ſi ex Deo eſt, neceſſe eſt vt Arca quam regit Innocentius, obruatur. Peribit ergo Orientalis Eccleſia, peribit Occidens totus, peribit Francia, peribit Germania, Iberi & Angli, & barbara regna in profundum pelagi demergentur. Religio Camaldulenſis, & Carthuſienſis, & Cluniacenſis, & Grandimontenſis, & Ciſtercienſis, & Præmonſtratenſis, aliaque innumerabilia ſeruorum & ancillarum Dei collegia neceſſe eſt, vt ſub vno turbine corruant in abyſſum. Epiſcopos, & Abbates, & reliquos Eccleſiæ Principes collo præcipiti mola aſinaria alligata pelagus vorax excipiet. Solus ex Principibus mundi Arcam Petri intrauit iſte Rogerius, & cæteris omnibus enecatis, ſolus ipſe ſaluabitur? Abſit vt totius mundi religio pereat, & ambitio Petri* (cuius vita palam eſt qualis extiterit) *regnum cœlorum obtineat.*

Diſceptatio inter Cardin. Innocent. Pp & Anacleti pro vniendis Eccleſiis coram Rogerio. Verba S. Bernar. de vnitate Eccleſiæ.

Ad hæc verba non vltra ſe poterant, qui præſentes aderant, continere, ſed abominati ſunt & vitam Petri & cauſam. Abbas autem tenens manum Petri, eleuauit eum, & ſimul ipſe ſurrexit: *Tutiorem,* inquiens, *ſi mihi credas, intrabimus Arcam.* Et ſicut iam pridem mente conceperat, ſalutaribus illum aggrediens monitis, cooperante gratia Dei protinus perſuaſit, vt ad vrbem rediens, Innocentio Papæ reconciliaretur. Soluta concione Rex necdum voluit obedire, quia ſancti Petri patrimonium quod in Caſſinenſi & Beneuentana prouincia ampliſſimum eſt cupidus occupauerat, putabatque huiuſmodi ſuſpenſionibus aliqua à Romanis priuilegia extorquere, per quæ in ius proprium deinceps ſibi hæreditas ſtabiliretur. Sic Herodes viſum ſaluatorem contempſit, & quem deſiderauit abſentem, contempſit præſentem.

Rogerius pertinerat in ſchiſmate.

III. Salerni quidam à S. Bern. ſanatus.

Interim etiam Salerni quendam virum nobilem à medicis derelictum S. Bernard. perſanauit. Noctu quidam ægrotanti apparuerat per ſomnium, renuncians, virum S. Salernum adueniſſe, & in curationibus efficacem. Hunc itaq; inquireret, & de lauacro manuum illius biberet. Quæſiuit, inuenit, aquam petiit, bibit, conualuit. Fama eius rei per omnium aures vulgata, plurimi crediderunt, & Innocentio adhæſerunt; ſolo Rogerio pertinaciter obſiſtente.

IV. De hæretico ſacramentario qui à S. Malachia conuictus pertinaciæ dat pœnas. c Bern in vit S Malach.

Eodem anno,[c] S. Malachias totius Hiberniæ Metropolita Archiepiſcop. Ardmachæ Romam venit, vt pallium quo hactenus caruerat, ab Innocentio per ſe, & altero quodam obtineret. Reuerſus, in quẽdam clericum hæreticum ſacramẽtarium offendit, qui in Leſmor probabilis quidem vitæ videbatur, ſed fidei non ita. Is ſciolus in oculis ſuis præſumpſit dicere, in Euchariſtia eſſe tantummodo ſacramentum, & non rem ſacramenti, id eſt, ſolam ſanctificationẽ, & non corporis veritatem. Super quo à S. Malachia ſecreto & ſæpe conuentus, ſed in caſſum, vocatus eſt ad medium, ſeorſum tamen à laicis, vt ſi fieri poſſet, ſanaretur, & non confunderetur. Itaq; in conuentu clericorum data facultas homini eſt, pro ſua ſententia reſpondendi. Cumq; totis ingenii viribus, quo non mediocriter valebat, aſſerere & defendere conaretur errorem; Malachia contra diſputante & cõuincente, iudicio omnium ſuperatus, de conuentu confuſus quidem exiit, ſed non correctus. Dicebat aũt, ſe non ratione victum, ſed Epiſcopi preſſum auctoritate: *Et tu,* inquit, *ô Malachia, ſine cauſa me hodie confudiſti, aduerſus profecto veritatem locutus, & contra tuam ipſius conſcientiam.* Mœſtus Malachias pro homine ſic indurato, ſed magis fidei dolens iniuriã; timens periculum, Eccleſiã conuocauit, errantẽ publice arguit, publiceq; monuit vt reſipiſceret. Suadentib. hoc ipſum Epiſc. & vniuerſo clero; cum non acquieſceret, cõtumaci anathema dixerunt, hæreticum pronunciantes. Nec ſic euigilans: *Omnes,* inquit, *fauetis homini potius quam veritati, ego perſonã non accipio, vt deſeram veritatem.* Ad hoc verbũ Sanctus ſubſtomachans: *Dominus,* inquit, *fateri te veritatẽ faciat, vel ex neceſſitate.* Quo reſpond. *Amen,* ſolutus eſt cõuentus. Tali ille inuſtus cauterio fugam meditabatur, infamis atq; inhonorus fore nõ ſuſtinens, & cõtinuo ſua tollens exibat, cũ ecce ſubita correptus infirmitate, ſtitit gradũ, viribuſq; deficiens, eodem loco iactauit ſe ſup terrã anhelus & feſſus. Forte incidẽs in id loci vagabundus inſanus offendit hominem. Per-

cuncta-

cunctatus, quid ageret? reſpondit: *graui ſe infirmitate teneri, & neque procedere neque redire valentem.* Et ille: *Infirmitas iſta, haud alia,* inquit, *quam ipſa mors eſt.* Hoc autem non dixit à ſemetipſo; ſed pulchre Dominus per inſanum corripuit eum, qui ſanis acquieſcere noluit conſiliis ſenſatorum, & addidit: *Reuertere domum; ego te iuuabo.* Denique ipſo duce reuerſus in ciuitatem, rediit ad cor, & ad miſericordiam Domini. Eadem hora acciuit Epiſcopum, agnouit veritatem, abiecit errorem, confeſſus reatum abſolutus eſt; petiit viaticum, recepit, & vno pene momento, perfidiam ore abdicauit, & ſpiritum emiſit.

IESV CHRISTI Annus 1138.

INNOCENTII PAPÆ II. AN. 9. LOTHARII II. Imper. ann. 6. Ioannis Comneni Imper. ann. 20.

I. Anacleti Pſeudopapæ obitus miſerabilis. a *Vita S. Bern. lib. 2 c. 7.*

ANno Chriſti 1138. [a] Aduenerat tempus, in quo completa Amorrhæi malitia, Angelus percutiens gladium iam vibrabat, & pertranſiens domos, quarum ſuperliminaria ſanguis Agni imbuerat, ad domum Petri Leonis veniens, ſalutare in ea non reperit ſignum. Percuſſit igitur miſerum; nec tamen ilico ille impius defunctus eſt. Sed tridui ſpatium ad pœnitentiam accepit, qua Dei patientia cum obduratus abuteretur, in peccato ſuo mortuus eſt deſperatus. Miſerabile illius cadauer in latebris ſepultum fuit clanculum, adeo vt eodem ipſo tempore fouea illa à Catholicis ignoraretur.

II. Victor Pſeudo. PP. ſubſtitutus ſe abdicat. b *Chron. Beneuent.*

[b] Eo ſublato, aliqui illius ſuperſtites ſectatores, ſuaſu & ope Rogerii tyranni Siculi, Gregorium ſubrogarunt, & victorem appellarunt. Sed is ſubito atque apparuit, diuini timoris metu percuſſus, veſtem & mitram depoſuit, & ad pedes Innocentii ſe abiecit, ſuaſore Bernardo, quem propterea patrem patriæ, & pacis auctorem conſalutabant. Ita Innocentius omnibus impedimentis ſublatis, Romæ ſubſiſtens, eius Eccleſiæ & vrbis res florentes f. cit, & inter reliquas operas, monaſterium S. Anaſtaſii ad aquas Saluias ædificauit, atque fratribus Clarauallenſibus dedit; miſſo ad illud Bernardo Piſanæ olim Eccleſiæ Vicedomino.

c *S. Bern. ep. 164. & ſeq.*

[c] Præſente adhuc in vrbe S. Bernardo, contigit in Epiſcopum Linconienſem Prior monaſterii Claraualllis nomine Godefredus ordinari: pro quo multum illi laborare neceſſarium fuit.

III. S Bernard multas SS. reliquias Roma transfert. d *Vita S Bern lib. 4. c 1.*

Reuertens autem [d] S. Bernardus ab vrbe, ex ſanctorum Apoſtolorum martyrumque corporibus xenia ſecum retulit pretioſa, haud modicum hunc ſibi reputans fructum laboris. Inter quæ B. Cæſarii dentem quonam modo receperit, memorandum. Cum enim integrum ei prædicti martyris caput exhiberetur, vt tolleret inde quod vellet; dari ſibi petiit dentem vnum. Fruſtra vero aliquandiu fratres, qui cum eo venerant, laborantes, conceſſum ſibi trahere penitus non valebant. Fractis eorum cultellis duobus aut tribus quos applicuerant, nihilominus adhuc dens immobilis permanebat. Tum ille: *Orandum nobis,* ait; *nec enim habere poſſumus, niſi martyr ipſe concedat.* Facta denique oratione, reuerenter accedens, incredibili tulit facilitate duobus digitis, quod ferreisante moueri non poterat inſtrumentis.

IV. Lotharii Imp obitus.

Eodē anno Lotharius Imp. mortuus eſt, relicto bonorum & Saxoniæ hærede Henrico Duce Baioariæ ſuo genero; cum nullam prolem maſculam ſuſcepiſſet.

V. Patriarcha Conſtant. aduerſatur Pp.

Hoc eodem tempore Tyrenſis Archiepiſcopus Fulcherus, magnam calamitatem à Willelmo Patriarcha Hieroſolymitano paſſus eſt, quod non ab eo; ſed à Romano Pontifice pallium habere voluerit. Oportuit tunc, vt Innocentius Willelmi audaciam literis ſcriptis frangeret.

VI. Concil. Londinen.

Miſit etiam per id temporis Albericum Epiſcopum Oſtienſem Cardinalem Legatum in Angliam, qui Londonienſe Concilium ibidem celebrauit, & ibi annuente Stephano Rege, Theobaldum Beccenſem Abbatem, creauit Archiepiſcopum Canthuariēſem. Rogerius Siciliæ Tytannus, ſolus in ſchiſmate perſeuerans ciuitatem Aliſanam ferro flammiſque vaſtauit. Profectus erat Innocentius, vt Rainulpho Duci ſeſe coniungeret; cæterum infirmitate percuſſus, coactus eſt ſubſiſtere.

VII. Ramirus ex monacho Aragonum Rex creatus.

Hoc anno migrauit è vita Ramirus, ex monacho Aragonum Rex Quintus, ante 19. annos indulgentia ſummi Pontif. creatus. Detulerant primum Arragonii Regnum Petro Ateres, D. Boriæ ciuitatis. Cæterum is venientibus Legatis eorum necdum obuiam non iuit; verum etiam domus ianuas, ne ingrederentur, præcluſit; quod magnis negotiis occupatum (cum tonſore fuiſſe narrant) ſe eſſe nunciaſſet. Hac igitur iniuria Proceres, & illius ſiue ſuperbia, ſiue ignauia commoti, Ramirum Regis Petri fratrem, iam diu in Galliis, in monaſterio S. Pontii de Tometiis religioni S Benedicti addictum, impetrata à ſummo Pontif. facultate Regem Aragoniæ ſalutarant. Erat autem Ramirus moribus & vita ſanctiſſimus, qui poſteaquam religionem fuerat ingreſſus, ſibi plures Epiſcopatus & ampliſſimas dignitates oblatas recuſauerat. Neq; regni quidem curam ſponte ſuſceperat, ſed efflagitantibus & pene compellentibus populis, & hortatione ſummi Pontificis; ne ſi ipſe Regnum neglexiſſet, ſuper eius adminiſtratione noua & inteſtina bella conſurgerent. Quapropter & regnum ſuſceperat, & Comitis Peitei filiam duxerat vxorem, ex qua filiam nomine Petronillam genuerat; quam poſtea Raymundo Berengario Barcinonenſi Comiti matrimonio coniunxit, & Aragoniæ regnum dotis nomine reliquit.

VIII Idem arrogantes Regni Proceres trucidat.

Cum autem Ramirus eſſet vita ſanctus, & religioni maxime deditus, continue S. Benedicti ordinis habitum ſub tunicis gerebat, Eccleſias frequentabat, monaſteria & ſanctorum ædes multas ædificabat, & propterea à cunctis fere nobilibus, tanquam non idoneus ad regni gubernationem negligebatur. Iſtud cum animaduertiſſet, neque diutius ferre poſſet, virum quendam, cui plurimum confidebat, ad Abbatem S. Pontii de Tomeriis clam miſit, vt illius ſancti & prudentis viri conſilio, Aragoniæ regni nobilibus, à quibus contemnebatur, timori eſſe poſſet. Abbas autem Regis literis perlectis, eius nuncium in hortum qui aderat, adduxit; & cum eo ſimul ingreſſus, gladiolum gerens, Tarquinii Regis imitatus exemplum, altiores hortuli flores, & herbarum caules gladio decidebat, & minoribus adæquabat. Iſtud cum feciſſet, nuncium dimiſit. Hic porro ad Regem reuerſus, ea quæ Abbas fecerat in horto, renunciauit. Rex itaque callidum Abbatis conſilium intelligens, Oſcam ſe contulit, inque ea ciuitate tintinabulum magnum ſe facturum diuulgauit, quod ex omnibus locis ſui regni audiretur. Ad eandem rem faciendam, omnes Aragoniæ Proceres conuocauit; qui Regis ineptias & deliramenta irridentes, & tam magni tintinnabuli formam videre cupientes, libentiſſime conuenerunt. Eos Rex in partem domus interiorem ab hominum frequentia ſemotam, ſingulos admittens, quaſi deprehenſos confeſtim iugulauit, ac occiſos parentes filiis accitis oſtendit; quibus idem ſe prorſus facturum dixit, ſi mores patrum ſuorum, qui minus obſequebantur Regi ſuo, imitarentur. Quindecim ex Proceribus ea arte trucidauit; eaque re effecit, vt & tintinabulum non modo per totum Aragoniæ regnum, ſed etiam per vniuerſum terrarum orbem ſit auditum: & Aragonii non tantum ciues & populi, verum etiam primates & nobiles, maximo eum honore coluerint. *Lucius Marian. de reb. Hiſp. lib. 8.*

IESV CHRISTI
Annus 1139.

INNOCENTII PAPÆ II. ANNO 10.
Ioan. Comnemi Imp. an. 21.

I. Conr. Rex Rom. creatur. a Otto Friſing lib. 7 c. 22 & ſeq

ANno Chriſti 1139. [a] Ad feſtum Pentecoſtes indictis Comitiis, Moguntiæ Principes Germanici expectabantur. Cæterum plurimi ex eis timentes, ne forte in generali Curia Henric. Dux Noricorum, qui tunc præcipui nominis & dignitatis in regno fuit, per potentiam prævaleret, circa mediam Quadrageſimam, conſilio apud Confluentiam Galliæ habito, conuentum celebrarunt, ibiq; Conradum Imperatoris Henrici ſororium, præſente Theodino Epiſcopo Cardinali ac S. R. E. Legato, ſummi Pontificis, ac totius Romani populi, vbiúque Italiæ aſſenſum permittente Regem creauerunt. Qui mox ad palatium Aquis veniens, ab eodem Legato (nam Colonienſis pallium nondum obtinuerat) cooperantib. aliis Archiepiſcopis & Epiſcopis ſolemni Eccleſiæ ritu inunctus eſt. Henricus poſtea coactus, & promiſſis illectus, omnia ei regalia conceſſit.

II. Concil. Rom. vniuerſale in cauſa Rogerii & Eccleſiæ.

Eodem anno, die octaua Aprilis, circiter mille Epiſcoporum & Abbatum Concilium Romæ Innocent. celebrauit, & in eodem Spiritu ſancto mediante, anathemate damnauit Rogerium Siciliæ tyrānum. Omnia quoq; perperam à Petro Leonis facta abrogauit & annullauit; & in rem Eccleſiaſticam triginta canones conſtituit: ordinatoſq; ſeu etiam dignitatibus ab Antipapa ornatos depoſuit. Pro Petro Piſano Cardinale S. Bern. per literas interceſſit, vt reſtitueretur ad eandem dignitatem.

III. De Arnol. Brixien. hæreſi & moribus.

Per eadem tempora Arnoldus quidam Brixienſis ſub typo religionis, & ſub ouina pelle lupum gerens vrbem ingreſſus, ad factionem iſtam, nempe vt reuocaret antiquum ſenatum, cui ſummam rerum committeret, rudis populi animis præ molli dogmate ad animoſitatem accenſis, innumeram poſt ſe duxit, imo ſeduxit multitudinem. Fuit is Brixienſis Eccleſiæ clericus; ac tantum Lector ordinatus; Petrumq; Abailardum olim præceptorem habuerat; vir quidem naturæ non hebetis, plus tamen verborum profluuio, quam ſententiarum pondere copioſus, ſingularitatis amator, nouitatis cupidus, cuiuſmodi hominum ingenia ad fabricandas hæreſes ſchiſmatumque perturbationes ſunt prona. Is à ſtudio è Galliis in Italiam reuertens, religioſum habitum, quo amplius decipere poſſet, induit; omnia lacerans, omnia rodens, nemini parcens, clericorum ac Epiſcoporum derogator, monachorum perſecutor, laicorum adulator. Dicebat enim nec clericos proprietatem, nec Epiſcopos regalia, nec monachos poſſeſſiones habentes aliqua ratione poſſe ſaluari: cunctaque hæc Principis eſſe, ab eiuſque beneficentia in vſum tantum laicorum cedere oportere. Præter hæc de ſacramento altaris, Baptiſmo paruulorum non ſane dicitur ſenſiſſe. His aliiſque modis, dum Brixienſem Eccleſiam perturbaret, laicisque terræ illius, prurientes erga clerum aures habentibus, Eccleſiaſticas malitioſe exponeret paginas, in eodem magno Concilio Romano hoc anno celebrato, ab Epiſcopo ciuitatis illius, viriſque religioſis accuſatus fuit. Innocentius ergo Romanus Pont. ne pernicioſum dogma ſerperet ad plurimos, ſilentium homini impoſuit. At ille de Italia in Alemanniam fugiens, in oppido Turego doctoris officium aſſumens pernicioſum dogma aliquot diebus ſeminauit.

IV. Innoc Pp. captus à Rogerio ipſi Regnū Siciliæ concedit. b Chron. Beneuent. & Otto ſup c. 24.

Eodem anno [b] Rainulpho Duce Apuliæ mortuo, Rogerius Comes Siciliæ excepta Troia & Bari, omnem fere Apuliam ſuæ ditionis fecit; tantaque crudelitate ſæuiit, vt etiam cadauer Rainulphi exhumari & diſtrahi præceperit. Volebat afflictis Innocentius ſuccurrere. Itaq; copiis quas poterat collectis, in Campaniam venit vt Roberto Principatum Capuanum confirmaret. Cæterum Rogerius eum in Apuliam cum Ioanne Caſtello

A Præfecto Vrbano, Roberto Duce ac militia Romanorum venientem, flagitioſe in Chriſtum Domini manum mittens primum ad S. Germanum obſedit, deinde ex inſidiis cepit, & regii nominis in Sicilia ab eo auctoritatem, & abſolutionem anathematis, vna cum Ducatu Apuliæ, Calabriæ, ac Principatu Capuæ (quæ omnia in feudum Innocentius concedere coactus eſt,) extorſit. Maxima tamen cautela iuramentum ab eodem Rogerio Rege, & à duobus eius filiis Innocentius elicuit, inque eum modum diploma ſcriptum conceſſit: *Vt ad amorem atque obſequium B. Petri Apoſtolorum Principis, & noſtrum ac ſucceſſorum noſtrorum vehementius aſtringaris, hæc ipſa, id eſt, regnum Siciliæ, Ducatum Apuliæ, & Principatum Capuæ, hæredibus tuis, qui nobis & ſucceſſoribus noſtris (niſi per nos & ſucceſſores noſtros remanſerit) ligium homagium fecerint,*

B *& fidelitatem, quam tu iuraſti, iurauerint, tempore videlicet competenti & loco non ſuſpecto, ſed tuto nobis, & ipſis, atque ſalubri, duximus concedenda: eoſque ſuper his quæ conceſſa ſunt manu tenebimus Deo propitio. Quod ſi per eoſdem forte remanſerit, iidem hæredes tui nihilominus teneant, quod tenebunt ſine diminutione. Cenſus autem, ſicut ſtatutum eſt, id eſt ſexcentorum ſchifatorum, à te tuiſque hæredibus nobis noſtriſque ſucceſſoribus ſingulis annis reddantur, niſi forte impedimentum interueniat: remouente vero te impedimentum, nihilominus perſoluetur.*

V. Rogerius redit ad Eccleſiam

Dato priuilegio Innocentius, in maxima veneratione apud Rogerium fuit. Vnde cum pax & vnitas Eccleſiæ reddita eſſet, tam Petrus Cluniacenſis, quam S. Bernardus Claraeuallenſis, Abbates, habuerunt Rogerio perſcribere, gratulantes reditum eius ad Eccleſiam, atque

C per eum pacem redditam Eccleſiæ vniuerſæ. Innocentius porro in vrbem reuerſus, Eccleſiam S. Mariæ trans Tiberim vetuſtate collabentem deiecit, & nouam quæ vſque hodie apparet, magno decore ædificauit.

VI. Alph Rex Luſitaniæ acclamatur.

Fere hoc anno Alphonſus Portugalliæ Comes, victoria inſigni de Mauris parta, Rex Luſitaniæ acclamatus eſt. Hunc ea victoria clarum, vinctæ matris crimen obſcurabat. Innocentius Pontifex Romanus hac re cognita, conatus eſt eum ab ea mente deducere; cum matre gratia reconciliata miſſus Conimbricenſis Epiſcopus Roma cum ampliſſimis mandatis monere Regem non deſtitit, vt filii officio erga matrem ſenem defungeretur. Impium videri, non Imperium tantum occupaſſe, ſed etiam libertatem eripuiſſe: Nullam tantæ iniuriæ inferendæ ſatis honeſtam afferri cauſam poſſe. Ad has

D voces cum Alphonſi aures obſurduiſſent; Epiſcopus Conimbrica vrbe ſacrificiis interdicta, ex Luſitania diſceſſit. Rurſus Cardinalis quidam Roma ea de cauſa Legatus nihilo meliora tulit, prorſus vt Regiis minis coactus, interdicti ſententiam, quo vniuerſam ditionem implicarat, retractarit. *Marian. lib. 10. c. 17.*

IESV CHRISTI
Annus 1040.

INNOCENTII PAPÆ II. AN. 11. CONRADI Regis Rom. ann. 2. Ioannis Comnemi Imp. ann. 22.

I. Epiſtola S. Bernard de Arnold. hæreſiarcha ad Guidon. a ep. 196.

E ANno Chriſti 1140. Cum Arnoldus in Romano Concilio damnatus, apud Guidonem de Caſtello S. R. E. Cardinalem in Galliis Legatum, diceretur cōfugium inueniſſe, hanc ſanctus Bernardus eidem Legato ſcripſit epiſtolam: [a] *Arnoldus de Brixia, cuius conuerſatio mel, & doctrina venenum; cui caput columbæ, cauda ſcorpionis eſt; quem Brixia euomuit, Roma exhorruit, Francia repulit, Germania abominatur, Italia non vult recipere, fertur eſſe vobiſcum. Videte quæſo, ne veſtra auctoritate plus noceat. Nam cum & artem habeat, & voluntatem nocendi: ſi acceſſerit fauor veſter, erit funiculus triplex qui difficile rumpitur, ſupra modum (vt vereor) nociturus. Et cum exiſtimo de duobus (ſi tamen verum eſt, quod vobiſcum hominē habeatis) aut minus ſcil. vobis notum eſſe illum: aut vos (quod eſt credibilius) de eius correctione confidere, &*

A *vtinam id non fruſtra. Quis det de lapide hoc ſuſcitare filium Abrahæ? Quam gratum munus ſuſciperet mater Eccleſia de manibus veſtris vas in honorem, quod tamdiu paſſa eſt in contumeliam? licet tentare. Sed vir prudens cautus erit non tranſgredi præfinitum numerum ab Apoſtolo, qui ait; Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita: ſciens quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt, & delinquit proprio iudicio condemnatus. Alioquin familiarem habere, & frequenter admittere ad colloquendum, ne dicam ad conuiuandum, ſuſpicio fautoris eſt, & inimici hominis fortis armatura. Secure auxiliabit, & facile perſuadebit, quæ volet domeſticus & contubernalis Legati Apoſtolicæ ſedis. Quis enim à latere Domini Papæ mali quidpiam ſuſpicetur? Sed etſi in manifeſto peruerſa loquitur: quis te facile opponere audeat veſtro collaterali? Deinde videtis quæ illa poſt ſe, vbicumque habitauit, reliquit veſtigia. Non ſine cauſa vigor Apoſtolicus hominem Italia ortum tranſalpinare coegit, repatriare non patitur.* B *Quis vero extraneorum, ad quos electus eſt, non omnino eum cuperet ſuis reddidiſſe? Et certe ſic ſe habere ad omnes, vt omnibus odio habeatur, approbatio iudicij eſt, quod portat; ne quis dicat, ſurreptum fuiſſe Domino Papæ. Quæ eſt ergo ſummi Pontificis ſigillare ſententiam, & illam ſententiam, cuius rectitudinem eius ipſius, in quem data eſt, etſi lingua diſſimulat, vita clamat? Itaque fauere huic, domino Papæ contradicere eſt, etiam Domino Deo. Per quemcumque enim iuſta ſententia iuſte dicitur, ab illo certum eſt proceſſiſſe, qui loquitur in Propheta: Ego qui loquor iuſtitiam.* Hæc Bernardus Legato, qui fere ead. Conſtantienſi Epiſc. apud quem intellexerat Arnaldum docere, niſi quod Prophetice addebat: [b] *Demum cum fuerit, ait, de illorum captata beniuolentia & familiaritate ſecurus: videbitis hominem aperte inſurgere in clerum, fretum tyrannide militari: inſurgere in ipſos Epiſcopos, & in omnem paſſim Eccleſiaſticum ordinem deſæuire.*

b ep. 195.

II. Eiuſdem Inuectiua contra Abailardum.

c ep. 189.

C Hactenus Bernardus Conſtantienſi Epiſcopo de Arnaldo. Cæterum cum audiret etiam in crimen vocari Petrum Abailardum eius Magiſtrum, etiam contra iſtum inſurgens ſtylum ſtrinxit. [c] *Stulte*, ait, *mihi dudum requiem promittebam, ſiquidem Leonina rabies quieuiſſet, & pax Eccleſiæ redderetur. Sed accidit ſecus. Leonem euaſimus, ſed incidimus in draconem, qui non minus fortaſſe noceat ſedens in inſidijs, quam ille rugiens in excelſo. Quamquam non iam in inſidijs cuius virulenta folia vtinam iam laterent in ſcrinijs, & non in triuijs legerentur. Volant libri, & qui oderunt lucem quoniam mali ſunt, impegerunt in lucem, putantes lucem tenebras. Vrbibus & caſtellis ingeruntur pro luce tenebræ; pro melle, vel potius in melle venenum paſſim omnibus propinatur. Tranſierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum. Nouum auditur populis & gentibus Euangelium, noua proponitur fides, fundamentum aliud ponitur præter id quod* D *poſitum eſt. De virtutibus & vitijs non moraliter: de Sacramentis Eccleſiæ non fideliter: de arcano ſanctæ Trinitatis non ſimpliciter, nec ſobriè diſputatur: ſed cuncta nobis in peruerſum, cuncta præter ſolitum, & præterquam accepimus miniſtrantur. Procedit Golias procero corpore nobili illo ſuo bellico apparatu circummunitus: antecedente quoque eius armigero Arnaldo de Brixia. Squama ſquamæ coniungitur, & nec ſpiraculum incedit per eas. Siquidem ſibilauit apis quæ erat in Francia apidi de Italia, & venerunt in vnum aduerſus DOMINVM & aduerſus CHRISTVM eius. Denique, inquit ſanctus Bernardus, ſcripſit mihi, ſollicitante quidem ipſo, Archiepiſcopus Senonenſis, diem ſtatuens congreſſionis, quo ille in præſentia eius & Coepiſcoporum ſuorum deberet, ſi poſſet, ſtatuere praua dogmata ſua, contra quæ ego mutire auſus fuiſſem. Abnui, tum quia puer ego ſum, & ille vir bellator ab adoleſcentia: tum quia iudicarem indignum, rationem fidei humanis committi ratiunculis agitandam, quam tam certa ac ſtabili veritate conſtet* E *eſſe ſubnixam. Dicebam, ſufficere ſcripta eius ad accuſandum eum; nec mea referre, ſed Epiſcoporum, quorum eſſet miniſterij de dogmatibus iudicare. Ille nihilominus, imo eo amplius leuauit vocem, vocauit multos, congregauit complices. Quæ de me ad diſcipulos ſuos ſcripſerit, dicere non curo. Diſſeminauit vbique ſe mihi die ſtatuto apud Senonas reſponſurum. Exijt ſermo ad omnes, & non potuit me latere. Diſſimulaui primum; nec enim ſatis rumore populari mouebar. Cedens tamen, licet vix ita vt flerem, conſilio amicorum, qui videntes, quomodo ſe quaſi ad ſpectaculum omnes pararent, timebant ne de noſtra abſentia & ſcandalum populo, & cornua creſcerent aduerſario: & quia error magis confirmaretur cum non eſſet qui reſponderet, aut contradiceret. Occurri itaque ad locum & diem imparatus quidem & immunitus; niſi quod illud mente voluebam:* Nolite præmeditari, quomodo reſpondeatis: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. *Et illud:* Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. *Conuenerant autem præter Epiſcopos & Abbates plurimi viri religioſi, & de ciuitatibus magiſtri ſcholarum, & clerici literati multi, & Rex præſens erat. Itaque in præſentia omnium, aduerſario ſtante, ex aduerſo producta ſunt quædam capitula de libris eius excerpta. Quæ cum cœpiſſent legi, nolens audire exiuit, appellans ab electis iudicibus, quod non putamus licere. Porro capitula iudicio omnium examinata, inuenta ſunt fidei aduerſantia, contraria veritati. Cum enim de Trinitate loquitur, ſapit* B *Arrium: cum de gratia, ſapit Pelagium: cum de perſona Chriſti, ſapit Neſtorium.*

Quomodo S. Bernard. ad diſputandum ab Abailardo prouocatus cũ conticeſcat.

Plura alia de eodem Petro Abailardo ſcripſit Innocentio & Cardinalibus ſanctus Bernardus; cum prius [illegible] ille ad ſedem Apoſtolicam prouocaſſet: Sed non [illegible]. Cluniacum enim diuertens, tum à D. no Bernardo [illegible] conueniente conuictus, tum à [d] Petro Abbate [illegible] ſus, palinodiam errorum recantauit, & ſcholarum [illegible] ſtudiorum tumultibus dimiſſis, monaſticam in Cluniaco profeſſus perpetuam ſibi indidem manſionem elegit.

III. Ab[illegible]

Scribebat pro eo Petrus Abbas Innocentio Pontifici, vt permitteret eum ibidem conſummare, cum interim Innocentius Samſoni Rhemenſi Archiepiſcopo, Henrico Senonenſi, & Bernardo Abbati Claraualleni C reſcripſiſſet hiſce verbis: *Præſentia ſcripta fraternitati veſtræ mandamus, quatenus Petrum Abailardum, & Arnaldum de Brixia peruerſi dogmatis fabricatores, & Catholicæ fidei impugnatores in religioſis locis, vt vobis melius viſum fuerit, ſeparatim faciatis includi, & libros eorum, vbicumque reperti fuerint, igne comburi.* Datum Laterani 17. Calen. Aug. *Inſuper tranſcripta iſta nolite oſtendere cuipiam, donec ipſa litteræ in Pariſienſi colloquio, quod prope eſt, præſentata fuerint ipſis Archiepiſcopis. Scripſit & alias ſpecialiter ſoli* [e] *Dno Bernardo in hæc verba: Nos itaque qui in B. Petri cathedra (cui à Domino eſt dictum; & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos) licet indigni reſidere conſpicimur; communicato fratrũ noſtrorũ Epiſcoporũ & Cardinaliũ cõſilio, deſtinata nobis à veſtra diſcretione capitula & vniuerſa ipſius Petri peruerſa dogmata, ſanctorum canonum auctoritate cũ ſuo auctore damnauimus; eique, tamquam hæretico, perpetuum ſilentium impoſuimus. Vniuerſos quoque errores damnantes, eorum* D *ſectatores & defenſores à fidelium conſortio ſegregandos, excommunicationiſque vinculo innodandos eſſe cenſemus.* Datum Laterani 17. Cal. Aug.

IV. Abailardus & Arnaldus damnati ab Innoc. PP.

e apud S. Bernard. epiſt. 194.

Porro quantum in monaſtica diſciplina Petr. Abailardus Cluniaci ſub Petro Abbate profecerit, ita ſcribebat Eloyſæ Abbatiſſæ, olim eius coniugi, Petrus Abbas. [f] *Conceſſum eſt à illo tuo ait, de illo inquam ſæpe ac ſemper cum honore nominando, ſeruo ac vero Chriſti philoſopho magiſtro Petro, quem in vltimis vitæ [illegible] eadem diuina diſpoſitio Cluniacũ tranſmiſit, & in eo [illegible] de ipſo ſuper omne aurum & topazium munere chariore ditauit, cuius ſancta, humilis, ac deuota inter nos conuerſatio, quod quantumue Cluniacum teſtimonium ferat, breuis ſermo non explicat. Niſi fallor, non recolo vidiſſe me illi in humilitatis habitu & geſtu ſimilem, in tantum vt nec Germanus abiectior, nec ipſe Martinus [illegible] ne diſcernenti pauperior appareret. Cumque in magno illo [illegible] noſtrorum grege, me compellente gradum ſuperiorem [illegible] timus omnium veſtitu incultiſſimo videbatur. Mirabar ſæpe [illegible] proceſſionibus eo me eum reliquis pro more præcedente, pene ſtupe-* E *bam, tanti tamque famoſi nominis hominem ſic ſemetipſum contemnere, ſic ſe abijcere poſſe. Et quia ſunt quidam religionis profeſſores, qui ipſum quem gerunt habitum religioſum nimis eſſe cupiunt ſumptuoſum: erat ille prorſus parcus in iſtis, & cuiuſque generis ſimplici veſte contentus, nihil vltra quærebat, hoc & in cibo, hoc & in potu, hoc & in omni cura corporis ſui ſeruabat, & non dico ſuperflua, ſed & cuncta niſi valde neceſſaria tam in ſe, quã in omnibus verbo pariter & vita damnabat. Lectio erat ei continua, oratio frequens, ſilentiũ iuge, niſi cum aut familiaris collatio,*

V. Epiſtola Petri Abb. de emendatione Abailardi, & felici obitu eius. f In [illegible] epiſt. 10.

Digitized by Google

A *aut ad ipſos in conuentu de diuinis publicus ſermo eum loqui vrgebat. Sacramenta cœleſtia, immortalis Agni ſacrificium Deo offerendo, prout poterat, frequentabat. Imo poſtquã literis & labore meo Apoſtolicæ gratiæ redditus eſt, pene cõtinuabat. Et quid multa? Mens eius, lingua eius, opus eius ſemper diuina, ſemper philoſophica, ſemper eruditoria meditabatur, docebat, fatebatur. Talis nobiſcum vir ſimplex & rectus, timens Deum & recedens à malo, tali inquã per aliquantum temporis conuerſatione vltimos vitæ ſuæ dies conſecrans Deo, pauſandi gratia (nam plus ſolito ſcabie & quibuſdam corporis incommoditatibus grauabatur) à me Cabillonẽ miſſus eſt. Nam propter ſoli illius amœnitatẽ, qua cunctis pene Burgundiæ noſtræ partibus præminet, locum ei habilem prope vrbem quidem, ſed tamen Arari interfluente prouideram. Ibi iuxta quod incõmoditas permittebat, antiqua ſua renouans ſtudia, libris ſemper incumbebat, nec ſicut de magno Gregorio legitur, momentũ aliquod præterire ſinebat, quin ſemper aut oraret, aut legeret aut ſcriberet* B *aut dictaret. In his ſacrorum operum exercitijs eum aduẽtus illius Euangelici viſitatoris reperit, nec vt multos dormientem, ſed vigilantẽ inuenit. Inuenit enĩ verè vigilantẽ & ad æternitatis nuptias, non vt fatuã, ſed vt ſapientẽ virginem euocauit. Attulit n. ille ſecũ lampadem plenã oleo, hoc eſt, conſciẽtiam refertam ſanctæ vitæ teſtimonio. Nã ad ſoluendum commune mortalium debitum morbo correptus, eoq; ingraueſcẽte, in breui ad extrema perductus eſt. Tũc vero quã ſancte, quam deuote, quã Catholice primo fidei, dehinc peccatorum confeſſionem fecerit: quanto inhiantis cordis affectu viaticum peregrinationis ac vitæ æternæ pignus, Corpus ſcil. Redẽptoris Domini acceperit; quam fideliter corpus ſuum & animam hic & in æternum ipſi commendauerit, teſtes ſunt religioſi fratres, & totus illius monaſtery, in quo corpus S. martyris Marcelli iacet, conuentus. Hoc magiſter Petrus fine dies ſuos conſummauit & qui ſingulari ſcientiæ magiſterio toti pene orbi terrarum notus & vbique famoſus erat; in illius diſcipulatu, qui dixit: Diſcite à me,* C *quia mitis ſum & humilis corde*, mitis & humilis perſeuerãs ad ipſum (vt dignum eſt credere) ſic tranſiuit. Petrus Cluniacenſis iſtud epitaphium illi ſcripſit:

Gallorum Socrates, Plato maximus Heſperiarum,
Noſter Ariſtoteles, Logicis quicumq; fuerunt
Aut par, aut melior: ſtudiorum cognitus orbi
Princeps, ingenio varius, ſubtilis & acer.
Omnia vi ſuperans rationis & arte loquendi
Abelardus erat. Sed tunc magis omnia vicit,
Cum Cluniacenſem monachum, moremq; profeſſus,
Ad Chriſti veram tranſiuit philoſophiam.
In qua longæua bene complens vltima vitæ,
Philoſophis quandoque bonis ſe connumerandum
Spem dedit, vndenas Maio renouante Calendas.

VI. Hugonis obitus.

Eodem anno ſicuti pietate ita & doctrina præſtantior ex hac vita migrauit Hugo de S. Victore: cui hoc epitaphium ſubſcriptum. D

Conditur hoc tumulo doctor celeberrimus Hugo
Quem breuis eximium continet vrna virum.
Dogmate præcipuus, nullique ſecundus amore,
Claruit ingenio, moribus, ore, ſtylo.

VII. Item Richardi.

Per idem quoq; tẽporis Richard. de S. Victore, in eodem monaſterio S. Victoris Pariſiẽ. diẽ extremum clauſit, relictis inſignibus monimentis ingenij: quæ tum ad S. Bernardum, tum ad reliquos, magno acumine ſcripſit.

VIII. Diſſenſio inter Innoc. & Rogeriũ.

Eodem anno Innocent. contra Rogerii filium commotus fuit, quod is Piſcariam, & alia loca circumvicina rapuiſſet, quaſi ad Capuanum Principatum pertinerent: mox tamen Rogerius ex Sicilia veniens res compoſuit: eius tamen colloquium Innocent. ſubterfugit; maxime propterea offenſus, quod is edixiſſet, ne moneta Romana in eius regno expenderetur: ſed tantum ea quam ipſe E cuderet.

IX. Turbæ Anglic. ob intruſum Epiſc.

In Angliã nonnihil turbarum, propter Vuillelmum in ſedem Eboracenſem contra Henricum Murdacum intruſum. Tres ille Ponti. ſc. Innocentium, Cæleſtinum & Eugenium improbitate ſua fatigauit, pro Murdaco laborante S. Bernardo Abbate. Mortuo tandem Murdaco ſedem eam ab Anaſtaſio obtinuit; ſed non diu retinuit, veneno in ablutione calicis poſt ſumptum Chriſti ſanguinem à ſuis immixto extinctus.

IESV CHRISTI ANNUS 1141.

INNOCENTII PAPÆ II. ANNO XII. CONRADI Regis Rom. anno 3. Ioannis Comneni Imp. ann. 23.

I. Innoc. PP. bellum Tiburt. componit. a Otto Friſing. lib. 7. cap. 27.

ANno Chriſti 1141. [a] Aliqui Romanorum & Tiburtinorum Arnaldi hæreſi imbuti, reipubl. antiquam formam reſtituere conabantur. Cæterum iſtos armis, & excommunicatione, Romanos autem prece, precio, & minis ab incepto Innocentius reuocauit, ne forte Eccleſia Dei, quæ per multos annos ſecularem vrbis honorem à Conſtantino ſibi potentiſſime traditum habuit, hac occaſione amitteret.

II. b Auctar. ad Sigebert.

In Galliis, [b] Ludouico cum Innocentio Pontifice aliquantum ſimultatis, propter Petrum Bituricenſem Archiepiſcopum, quem Alberico defuncto iſte ſuffecerat, Rex autem recipere recuſabat.

IESV CHRISTI ANNUS 1142.

INNOCENTII PAP. II. ANN. XIII. CONRADI Regis Rom. anno 4. Ioannis Comneni Imp. anno 24.

I. Quæ clades ex diuortio Radulphi Comitis. a Bern. epiſt. 117. & ſeq.

ANno Chriſti 1142. In Galliis [a] Radulphus Viromandorum Comes, vxorem ſuam repudiauit, & ſororẽ Reginæ Petronillam duxit. Qua de re cum ſanctus Bernardus, & Theobaldus Comes Innocentium admonuiſſent, miſit Iuonem Legatum, qui & Radulphum Comitem excommunicauit, & Epiſcopos Laudunenſem Bartholomæum, Simonem Nouiomenſem, Petrum Siluanectenſem, qui diuortium fecerant, ſuſpendit, & Regnũ interdicto ſuppoſuit. Offenſus ea re Ludouicus Rex, Bituricenſis, Catalaunenſis, Rhemenſis, & Pariſienſis Eccleſiarũ poſſeſſiones deuaſtauit, & Epiſcopos eis Eccleſiis præfici non permiſit. Vnde Bernard. habuit tum conſiliarios ipſius Ioſlenum Sueſſionenſem Epiſc. & Sugeriũ Abbatem S. Dionyſii, tum ipſum Regem literis interpellare, vt pacem Eccleſiis reſtituerent, neque bella vbique cœlis terriſq; ſuſcitarent.

II. Fulconis Regis interitus.

In Oriente, Fulco Hieroſolymorum Rex lapſus equo & mortuus, reliquit regni ſucceſſorem Balduinum puerum tredecim annorum: cuius adminiſtrationem mater ipſa Regina Meleſendis ſuſcepit: ad quam S. Bernardus perſcripſit.

III. De Gulielmi Vercell. ſanctitate vitæ & miraculis.

Hoc anno vixit Gulielm. Vercellis honeſto loco nat[9]. Is orbatus parentib. an. 14. agens, relicto ſeculo, vitã ſolitariã aggreſſus, ferro interius accinct[9], vnica humili veſte indutus, ſolo pane & aqua contentus, humi cubans, Deo ſeruiebat. Cum aliquandiu peregrinatus, loca ſancta celebriora viſitaſſet, Melphim in Apuliam peruenit, ibiq; literas breui diuinitus ita didicit, vt in veteri & noua lege verſatiſſimus videretur. Inde recedẽs, iuxta montẽ Solicuſũ cæcũ illuminauit. Quo miraculo, vt nominis celebritatẽ vitaret, ſe ad peregrinationẽ Hieroſolymitanã accinxit. Cũ in Salentinos apud Vriã veniſſet, à Ioan. Eremita, vt ſecũ habitaret, ſummopere rogat[9], cũ acquieſcere nollet, à latronib. malè habitus, ad illũ redire coactus eſt. Inde diuino monitu Atripaltã, deinde Salernũ venit, vbi à milite loricam ferream, qua ſuper carne indutus erat, impetrauit, vt aduerſus carnis & dæmonis tentationes munitior eſſet, ſicque ad montem virginis pergens, Eremitam Ioannem inuenit, cum quo degens, cum aquæ inopia laborarent, fontem è ſaxo manantẽ, diuinitus reperit. Ibi oratorio & tuguriolis extructis, ordinis ſui fundamenta iecit, pluribus ad eum indies confugientib. tẽpli quoq; ædificationem eſt aggreſſus, brachio quod obriguerat, vni ex ædificatoribus reſtituto, habebat aſellũ ex proximo nemore quotidiè ligna ferentem: quẽ cum lupus deuoraſſet, Gulielmi præceptis parens, officium a-

ſelli, cum maxima omnium admiratione compleuit. Extructo monaſterio, illi ſub ſancti Benedicti regula Alberto Abbate Præfecto, ad ſolitudinem, apud Triſaticum in monte, cum Ioanne Eremita tediit. Vbi à Roberto Guiſcardo Apuliæ Comite viſitatus, cum eius pædagogus de ſancto Gulielmo obloqueretur, diuinã protinus vltionem expertus eſt, cruribus enim ſibi putrefactis miſerè interiit. Quidam pagi proximi venator cum inter venandum, baculo Gulielmi caput verberaſſet, à dæmone repente arreptus, agitabatur, donec precibus eius, à Domino pagi illius enixè rogatus (qui poſtea in eo loco cænobium extruxit) liberaretur. Inde per viſum admonitus, inter Nuſcum & Fanum Angeli veniens, Eccleſia Saluatori cum ampliſſimo cænobio extructa à Domino loci Anatum, qui poſtea Nuſcanus Epiſcopus fuit, & Ioannem ciues Nuſcanos, diſcipulos habuit. Ibi puellam cæcam hortulani filiam illuminauit. Apud Binetam caſtrum Apuliæ Peucetiæ, cum monaſterii extructoribus vinum defeciſſet, aquam in illud conuertit. Cum ad illum Rogerius Siciliæ Rex veniſſet, eumque maximo in honore haberet, meretrix impudentiſſima Gulielmum hypocritam aſſerens, Regi ſe illum ſequenti nocte ad peccatum pertracturam pollicebatur. Ad Gulielmi itaque cellulam veniens, ad libidinem illum prouocabat, cui is aſſentiri ſimulans, cellam aperuit, in qua carbones erant accenſi, cum illa lectum peteret, vir ſanct. carbones manibus in duo diuiſit, cumque ſuper vna eorum parte decubuiſſet, illam vt in altera cubaret, inuitauit, quo miraculo, cum ſanctum virum cubantem nil lædi cerneret, impudica mulier perterrita, cum quod contigerat Regi narraſſet, conuerſa in monaſterio Vettuſæ à Rege ædificato, pœnitens vitam egit. Inde à Rege Danorum inuitatus, ibidem impenſis Regis monaſterium ſui ordinis extruxit. Reuerſus ad cænobium ſancti Saluatoris, ætatis anno quinquageſimo ſeptimo, 7. Calend. Iulii obdormiuit in Domino, multis etiam poſt mortem miraculis clarus. *Ex Paul. Regio de SS. Reg. Neap.*

IESV CHRISTI ANnus 1143.

INNOCENTII PAPÆ II. ANNO XIV. CONradi Regis Rom. anno 5 Manuelis Imperatoris anno I.

I. Calumnia in S. Bernardum. a *epiſt.* 218.

ANNO *Chriſti* 1143. Mortuo Iuone Cardinale Legato in Galliis, ſanctus [a] Bernardus apud Innocentium calumniam paſſus eſt, quaſi bona ab eodem relicta, non erogaſſet, ſed diſſipaſſet. Quamobrem ea de re ſcribens Innocentio, cum audiiſſet lubiratum eſſe, abſtinuit, periculum ſchiſmatis quod Gallicanæ Eccleſiæ imminebat, eidem ſignificare: cuius tamen admonuit quatuor Cardinales. Iſtud à Ludouico Rege timebatur. [b] Comiti enim Theobaldo vehementius iratus, Vitriacum eius caſtrum cepit: vbi igne admoto, Eccleſia incenſa, & in ea mille trecentæ animæ diuerſi ſexus & ætatis ſunt igne conſumptæ. Ibi ſanctus [c] Bernardus ſpiritu ardentiſſimo inflammatus, Ludouicum redarguit, his ipſis verbis:

b *Sigebert.*

S. Bernard. redarguit Ludouicum Franc. Regem ob impietatem. c *ep.* 221.

Quidquid vobis de regno veſtro, de anima & corona veſtra facere placeat; nos Eccleſiæ filij matris iniurias, contemptum & conculcationem omnino diſſimulare non poſſumus, quas illi præter illa, quæ in eam iam præceſſiſſe miſerabiliter plangimus, iterum de nouo partim inferri, partim imminere ſentimus. Profecto ſtabimus & pugnabimus vſque ad mortem, ſi oportuerit, pro matre noſtra armis quibus licet, non ſcutis & gladijs, ſed precibus fletibuſq; ad Deum. Et ego quidem, qui me memini præter quotidianas preces, quas pro pace & ſalute veſtra atq; regno, coram Domino ſupplex ipſo teſte fundebam; etiam apud ſedem Apoſtolicam litteris & nuncijs cauſam veſtram egiſſe (fateor) vſq; pene ad propriæ conſcientiæ læſionem, & ipſius ſummi Pontificis iuſtam (quod diffiteri non debeo) contra me indignationem. Ego, inquam, aſſiduis veſtris, quos innouare quotidie non ceſſatis, exceſſibus prouocatus, dico vobis; Incipio pœnitere ſuper inſipientia mea priori, qua plus iuſto veſtræ adoleſcentiæ hucuſq; faui: & de cætero pro mea exiguitate non deero veritati. Non tacebo, quod cum excommunicatis iterato fœdus & ſocietatem inire ſatagitis: quod in necem hominum, combuſtionem domorum, deſtructionem Eccleſiarum, diſperſionem pauperũ, raptoribus & prædonibus (ſicut dicitur) adhæretis, iuxta illud Prophetæ: ſi videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem ponebas: *quaſi non ſatis per vos mala facere valeatis. Non ſilebo, quod illicitum illud maledictumq; iuramẽtum inconſultiſſime vſurpatum à vobis contra Bituricenſem Eccleſiam (pro quo hactenus tot & tanta mala iam nunc merito prouenerunt) non ita tandem corrigitis, vt Chriſti ouibus apud Catalaunum paſtorem præfici non ſinatis: inſuper & fratri veſtro, eiuſque militibus ſagittarijs baliſtarijſque domos Epiſcopales contra ius & fas inhabitandas, & res Eccleſiæ in huiuſmodi nefandos vſus profligandas, audacter nimium exponitis. Dico vobis, non erit diu inultum, ſi hæc ita facere pergitis.*

Hæc Bernardus Ludouico Regi. Multo locupletius eadem, [d] Stephano Cardinali, inſinuanda Innocentio Pontifici. Quæ cum hiſtoricæ narrationi deſeruiant, placuit inſerere. Scribebat:

II. Scribit de eodem ad Stephanum Cardinal. d *epiſt.* 224

Putabam me deferre Regi pacifico; & ecce inuenio, hoſti grauiſſimo Eccleſiæ aſſentaſſe. Conculcantur apud nos ſancta, Eccleſia turpiter ancillatur. Nam & electiones Epiſcoporum prohibentur fieri, & ſicubi id præſumptum à clericis fuerit, Electus Epiſcopari non ſinitur. Denique ſedet in triſtitia Eccleſia Pariſienſis proprio deſtituta Paſtore, & nemo eſt qui de ſubſtituendo alio mutire audeat. Non ſufficit ſpoliari bonis præſentibus Epiſcopales domos: etiam in terras, & in homines manus ſacrilegas circumquaque deſæuit, totius inſuper anni ex eis ſibi redditus vendicando. Veſtra Catalaunenſis fecit quidem electionem, ſed qui electus eſt, ecce iam diebus multis debito honore fruſtratur, & ſcitis quam non abſque graui gregis Dominici detrimento. Commiſit Rex Germano ſuo Roberto vices Epiſcopi, & ille in cunctis terris, rebuſque Eccleſiæ poteſtatiue verſans, & pro vice ſua vbique haud ſegniter agens infert cælis quotidianas hoſtias, non plane pacificas, clamores pauperum, lachrymas viduarum, planctus orphanorum, gemitus compeditorum, & ſanguinem interfectorum. Verum anguſtus eſt malitiæ eius ille Epiſcopatus: Rhemenſem inuadit, atque in terra Sanctorum iniqua gerit, non clericis non monachis, non ſanctimonialibus parcens. Denique ſanctæ Mariæ, ſancti Remigij, ſancti Nicaſii, ſancti Theodorici terras fructiferas & villas populoſas, ita in ore gladij deuaſtauit, vt pene in ſolitudinem redegerit vniuerſas. Frequens in auribus omnium vox: hereditate poſſideamus ſanctuarium Dei. Sic Rex emendat, quod in Eccleſiam Bituricenſem Herodiano iuramento commiſit. Præterea Rex, nobis quidem non parum laborantibus, pacem cum Comite Theobaldo fecerat, firmæ, vt putauimus, amicitiæ fœdus inierat; & ecce occaſiones quærit, quomodo recedat ab amico. Atq; hoc grande crimen, quod impingitur Comiti, quia cum Baronibus Regis de liberis ſuis contrahit matrimonia. Suſpecta eſt illi dilatatio charitatis, nec ſe putat Regem, ſi ſe amauerint Principes. Conijciat prudentia veſtra quid animi erga ſubditos gerat, qui de odio atque diſcordia, ſi fuerit inter ſuos, ſe æſtimat fortiorem. Videat & perpendat, ſi eſt hic homo à Deo, qui in ſuorum magis mutua ſimultate quam charitate confidit: cum charitas ſit Deus. Quod minime faceret, ſi ſapientiam illius haberet, qui ait: Fortis eſt vt mors, dilectio dura ſicut infernus æmulatio. Præterea ergo pacis conuentiones & conſtitutiones manifeſte tranſgreditur, nec tenet pacta ſua, quæ diſtinxerunt labia ſua. Denique reuocauit in domum ſuam, & ad conſilium ſuum virum adulterum & excommunicatum, nempe Radulphum Comitem, quem ex conſtituto eiecerat, & pro exercenda maiori malitia alijs multis nequam æque excommunicatis, periuris, incendiarijs, homicidis Rex & aduocatus Eccleſiæ, aduerſus Eccleſiæ (quod non eſt dubium) amatorem & defenſorem denuo ſociatur, iuxta illud Prophetæ: Si videbas furem, currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas. Ad hæc cogit ſuo more Epiſcopos ad maledicendum benedicendis, & iterum benedicendum maledicendis. Et quoniam non obtemperatur pro ſuo libitu ſibi circuit mare ad Aridam, vt inuitat iniratores, quorum periurijs, quos fortaſſis DEVS adiungit, per homines ſeparentur. Qua fronte, obſecro, tantopere alijs præſcri-

clatos (quorum vnus Guido Piſanus eiuſdem curiæ Cardinalis & Cancellarius erat) renouationem antiquorum priuilegiorum ſuorum poſtulantes, honorificè ſuſcepit, & honeſtè dimiſit.

III. Portugall. vectigalis Eccl. Rom.

Per id temporis Alfonſus Portugalliæ Dux, pietatis ergò, Ducatum ſuum conſtituit Romanæ Eccleſiæ vectigalem, aſſignato cenſu annuo quatuor auri vnciarum.

IV. Vindicta diuina in Eccleſiarum violatores. d Roger in Annal.

d In Anglia feruente bello ciuili, iſta contra violatores Eccleſiarum & monaſteriorum acciderunt, Robertus Conuentrenſem, Gaufiedus Rameſienſem, Eccleſias in caſtra conuerterant. Interim Robertus in hoſtes irruens, inter ingentes ſuorum cuneos coram ipſo monaſterio ſolus interfectus eſt, & excommunicatus, æterna morte damnatus eſt. Similiter & Gaufredus inter acies ſuorum confertas, à quodam viliſſimo pedite ſagitta confoſſus interiit. Ex Eccleſiaſticæ autem & clauſtri parietibus, dum pro caſtello teneretur ſanguis ebulliuit, manifeſtus index diuinæ indignationis.

Eodem anno Arnolphus Gaufredi filius, captus, in exilium deportatus eſt. Princeps autem militum ſuorum in hoſpitio ſuo ab equo corruens, effuſo cerebro expirauit. Princeps autem peditum ſuorum Reimerius nomine, cuius officium fuerat frangere Eccleſias vel incendere, dum mare cum vxore ſua tranſiret, nauis immobilis facta eſt. Quod monſtrum nautis ſtupentibus, ſorte data rei cauſam inquirentibus, ſors cecidit ſuper Reimerium. Quod cum ille nimirum totis contradiceret viribus; ſecundo & tertio ſors iacta, in eum deuenit. Poſitus igitur in ſcapha eſt, cum vxore & pecunia ſceleratiſſime acquiſita, & ſtatim nauis, celeriſſime vndas ſulcauit. Scapha vero cum nequiſſimis ſubita voragine circumducta in æternum abſorpta eſt.

V. Chriſtian. exercitus virtute S. Crucis conſeruatus. e Vuilelm. Tyrius libro 16. c. 8.

In Oriente, e Balduini pueri Regis exercitus, ſub ſpe potiundi Boſtro metropoli Arabum, inſidiis circumuentus, ab extremo periculo ſeruatus eſt, virtute ligni SS. Crucis. Induxerant illos hoſtes in vepreta, & fruteta humilia, tunc cũ exiſtimarent ventum contrarium in eos poſſe contingere. Factum, illi materiam aridam ſuccenderant; Chriſtiani circumcluſi à flammis æſtuabant, & fere vſtulabantur: donec Robertus Nazarenus Archiepiſcopus Crucem Dominicam oppoſuiſſet, & flammantem ventum in hoſtes conuertiſſet.

IESV CHRISTI ANnus 1145.

EVGENII PAP. III. ANNO I. CONRADI Regis Rom. anno 7. Manuelis Imp. anno 3.

I. Lucii Papæ obitus. Eugen. III. PP. creatur. a God Vati.

ANNO *Chriſti* 1145. a Tumultuantibus Romanis aliquibus de Senatu reſtituendo, Lucius ægritudine animi confectus obiit; quinto Calend. Martii. Poſt eius mortem, Cardinales apud S. Cæſarium congregati, ex Abbate Triumfontium cui Bernardo nomen fuerat, Pontificem elegerunt, atque Eugenium tertium ſalutarunt. Præſenſerat, Romanos ſuam inaugurationem importunitate maxima velle impedire: niſi ſcilicet eis reſtitueret ſenatus antiqui dignitatem iuxta ac poteſtatem. Quamobrem ad Farfenſe monaſterium vna cum ſuis ſe ſubducens, in eo inſignia Pontificatus iuxta morem Eccleſiæ Catholicæ recepit.

II. Epiſtola S. Bernardi ad Eugenium PP. de Pontificatus adminiſtratione. b ep. 237.

Dignam lectionе epiſtolam S. Bernardus ei ſcripſit; in hæc verba.

b *Amantiſſimo Patri & Domino Dei gratia ſummo Pontifici Eugenio Bernardus Clarauallis Abbas, modicum id quod eſt. Auditum eſt in terra noſtra, & celebri ſermone vulgatum verbum hoc, quod factum eſt de vobis à Domino. Preſſeram ſtylum hactenus, rem tacitus conſiderabam. Expectabam enim literas veſtras, & præueniri à vobis in benedictionibus dulcedinis. Expectabam virum fidelem, qui veniret à latere tuo, qui diceret cuncta per ordinem, quid, quomodo, vel qualiter actum eſſet. Expectabam ſi quis forte de filiis meis reuerteretur, qui leniret dolorem patris qui diceret: Ioſeph filius tuus viuit, & ipſe dominatur in tota terra Ægypti. Hinc eſt quod literæ iſtæ non ſunt voluntatis, ſed neceſſitatis, & amicorum extortæ precibus, quibus negare non poſſum modicum illud quicquid eſt reſiduum vitæ meæ. Quia tamen ſemel cœpi, loquar ad Dominum meum: Iam enim filium dicere non audeo, quia filius in patrem, pater mutatus eſt in filium. Qui poſt me venit, ante me factus eſt: ſed non inuideo, quia, quod mihi deerat, in eo me habere confido, qui non ſolum poſt me, ſed etiam per me venit. Nam ſi dignaris: quodammodo per Euangelium ego te genui. Quæ eſt ergo ſpes noſtra & gaudium noſtrum, & corona gloriæ? Nonne vos ante Deum? Denique filius ſapiens, gloria eſt Patris. Amodo tamen non vocaberis filius: ſed vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit. Hæc eſt mutatio dexteræ excelſi, & multi in mutatione iſta gaudebunt. Nã quemadmodum olim Abrã in Abraham, Iacob in Iſrael: & vt de tuis magis prædeceſſoribus tibi proponam: ſicut Simonem in Cepham Saulum in Paulum; ſic filium meum Bernardum in patrem meum Eugeniũ, læta prorſus & vtili, vt ſperamus, tranſlatione promotus eſt. Digitus eſt iſte, ſuſcitans de puluere egenum & de ſtercore erigens pauperem; vt ſedeat cum Principibus & ſolium gloriæ teneat: ſupereſt, vt facta hac commutatione tua, ipſa quoque quæ tibi commiſſa eſt Domini tui ſponſa mutetur in melius; & iam nequaquam Sarai, ſed Sara de cætero nominetur. Intellige quæ dico, dabit enim tibi Dominus intellectum. Si amicus ſponſi es, ne dixeris dilectam eius principem meam, ſed principem: nil tuum in ea vendicans, niſi quod pro ea ſi oportuerit, etiam animam dare debes. Si Chriſtus te miſit, æſtimabis te non miniſtrari, ſed miniſtrare veniſſe: & miniſtrare non ſolum ſubſtantiam, ſed ipſam quoque animam, ſicut præfatus ſum. Verus ſucceſſor Pauli, dicet cum Paulo: Non quia dominamur fidei veſtræ, ſed adiutores ſumus gaudij veſtri. Petri hæres audiet Petrum dicentem; Neque vt dominantes in Cleris, ſed forma facti gregis. Sic enim iam non ancilla, ſed libera etiam & formoſa ſpecioſiſſimi ſpõſi per te in deſideratos adſciſcetur amplexus. Alioquin per quem alium hæc tam debita libertas ſperabitur; ſi & tu (quod abſit) in Chriſti hereditate quæras, quæ tua ſunt, qui iam & ante didiceras, non dico tua non retinere, ſed nec tuum eſſe? Ergo fiduciam talem habens in te, qualem in nullo prædeceſſorum tuorum à multis retro temporibus viſa eſt habuiſſe, exultat merito vbique, & gloriatur in Domino omnis Eccleſia SS. & ſpecialiter illa, cuius vterus te portauit, & vbera tu ſuxiſti. Quid ergo? Nõne & mihi licet gaudere cum gaudentibus? Numquid nõ ego vnus de numero lætantiũ? Exultaui fateor, ſed iñ tremore: exultaui, ſed in ipſo exultationis meæ articulo timor & tremor venerunt ſuper me. Ego enim etſi nomẽ patris depoſui, ſed non timorẽ, ſed non anxietatem, poſtremo nec affectũ, nec viſcera patris. Conſidero gradum & caſum vereor: conſidero faſtigium dignitatis, & intueor faciem abyſſi iacentis deorſum. Attendo celſitudinem honoris, & è vicino periculum reformido, pro eo quod ſcriptum eſt: Homo cum in honore eſſet, non intellexit. Quod quidem ad cauſam magis, quam ad tempus arbitror eſſe referendũ: vt ſic intelligatur dictum; Cum in honore eſſet non intellexit; ac ſi diceretur: honor abſorbuit intellectum. Et quidem elegeras abiectus eſſe in domo Dei tui, & recumbere in nouiſſimo loco in conuiuio eius: ſed placuit dicere ei qui te inuitauit: Amice aſcende ſuperius. Itaq; aſcendiſti in altum; noli altum ſapere, ſed time: ne forte contingat ſero miſerabilem illam emittere vocem: A facie iræ & indignationis tuæ, eleuans alliſiſti me. Altiorem quippe locum ſortitus es, ſed non tutiorem: ſublimiorem, non ſecuriorem. Terribilis prorſus, terribilis eſt locus iſte. Locus, inquam, in quo ſtas, terra ſancta eſt: locus Petri eſt, locus Principis Apoſtolorum, vbi ſteterunt pedes eius, locus illius eſt, quem conſtituit Dominus dominum domus ſuæ, & principem omnis poſſeſſionis ſuæ. Si forte declinaueris à via Domini, ſepultus eſt in eodem loco, vt ſit tibi contra te in teſtimonium. Merito tali paſtori, tali nutricio commiſſa eſt Eccleſia, cum adhuc tenera, adhuc in cunabilis eſſet: cuius doctrina magiſterio, & exemplo educata, omnia terrena calcaret, vtpote qui excuſſerat manus ſuas ab omni munere: qui ducebat de corde puro, & conſcientia bona. Argentum & aurum non eſt mihi. Hæc hactenus. Cæterum cauſa, quare ante tempus ſcripſerim vobis, hæc eſt. Eumonienſis Epiſcopus, & Eboracenſis Archiepiſcopus non gradiuntur vno ſpiritu cum Cantuarienſi Archiepiſcopo, ſed incedunt ſibi ex aduerſo, & hæc eſt vetus de lega-* Quare ſcribat Eugen

tione querela. Verumtamen quis ille eſt, & qui ſunt illi? Nonne Eboracenſis ipſe eſt, cui te præſente, cum adhuc eſſes quaſi vnus ex nobis, fratres tui reſtiterunt in faciem, eo quod reprehenſibilis erat? ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum, & præualuit in vanitate ſua. Certum eſt tamen, quod non intrauit per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde. Si paſtor fuiſſet, diligendus erat; ſi mercenarius, tolerandus. Nunc autem cauendus & repellendus, quia fur & latro. Quid dicam de Domino Vuintonienſi? Opera quæ ipſe facit, teſtimonium perhibent de eo. Porro Archiepiſcopus Cantuarienſis, cui aduerſantur, vir religioſus eſt, & ſuaueolentis opinionis. Pro ipſo petimus, vt reſpondeat ei iuſtitia ſua. Verum illorum iniquitas ſuper eos vt ſit, ſicut ſcriptum eſt: Iuſtitia iuſti ſuper eum erit: & impietas impij erit ſuper eum. Cum acceperis tempus, ſecundum opera manuum eorũ retribues illis, vt ſciant Prophetam eſſe in Iſrael. Quis mihi det antequam moriar, videre Eccleſiam Dei ſicut in diebus antiquis: quando Apoſtoli laxabant retia in capturam, non in capturam argenti & auri, ſed in capturam animarum? Quam cupio illius te hæreditare vocem, cuius adeptus es ſedem? Pecunia, inquit, tua tecum ſit in perditionem. O vox tonitrui! ô vox magnificentiæ & virtutis, ad cuius terrorem confundantur & conuertantur retrorſum omnes qui oderunt Sion. Hoc vehementer expectat, & omnino expetit à te mater tua: hoc filij matris tuæ pusilli cum maioribus deſiderant, hoc ſuſpirant, vt omnis plantatio quam non plantauit Pater cœleſtis, tuis manibus eradicetur. Ad hoc enim conſtitutus es ſuper gentes & regna, vt euellas & deſtruas, & ædifices & plantes. Multi audito hoc verbo, dixerunt apud ſe: Iam ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Multi dicunt in corde ſuo: Flores apparuerunt in terra noſtra, tempus putationis aduenit, in quo ſarmenta ſterilia recidentur, vt ea, quæ præualent, vberius fructum ferant. Confortare igitur & eſto robuſtus: manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum. Vindica tibi animi tui conſtantia & vigore ſpiritus partem, quam dedit extra fratres tuos tibi omnipotens Pater, quam & tulit de manu Amorrhæi in gladio & arcu ſuo. In omnibus tamen operibus tuis memento te eſſe hominem, & timor eius, qui aufert ſpiritum principum, ſemper ſit ante oculos tuos. Quantorum in breui Romanorum Pontificum mortes oculis tuis aſpexiſti? Ipſi te prædeceſſores tui, tuæ certiſſimæ & citiſſimæ deceſſionis admoneant, & modicum tempus dominationis eorum paucitatem dierum tuorum nunciet tibi. Iugi igitur meditatione inter huius transeuntis gloriæ blandimenta memorare nouiſſima tua, quia quibus ſucceſſiſti in ſedẽ, ipſos ſine dubio ſequeris ad mortem.

III. Euſdem literæ ad Cardinales de Eugenii PP. electione.

Hactenus ad Eugenium ſanctus Bernard. ad electores vero S.R.E. Cardinales has dedit:

Dominis & Patribus Reuerendis Cardinalibus & Epiſcopis omnibus, qui ſunt de Curia, Puer ſanctitatis eorum. Parcat vobis Deus; quid feciſtis? Sepultum hominem reuocaſtis ad homines: fugientem turbas & curas, curis denuo implicuiſtis, & immiſcuiſtis turbis. Feciſtis nouiſſima mea primum: & ecce nouiſſima illius periculoſiora prioribus. Crucifixus mundo, per vos reuixit mundo: & qui elegerat abiectus eſſe in domo DEI ſui, ipſum vos in Dominum omnium elegiſtis. Cur conſilium inopis confudiſtis? Cur pauperis hominis & mendici, & compuncti corde iudicium perturbaſtis? Currebat bene. Quid vobis viſum eſt ſepire vias eius, auertere ſemitas, greſſus inuoluere? Quaſi deſcenderet de Hieruſalem, & non magis aſcenderet de Hiericho, ſic incidit in latrones. Et qui ſe tanquam violentis quibuſdam diaboli manibus, carnis illecebris & gloria ſæculi potenter excuſſerat, non tamen valuit effugere manus veſtras. Num idcirco Piſanis deſeruit, vt reciperet Romam? Num qui in vna Eccleſia non ſuſtinuit Vicedominatum, dominatum in omni Eccleſia requirebat? Quid igitur rationis ſeu conſilij habuit, defuncto ſummo Pontifice, repente irruere in hominem ruſticanum, latenti inijcere manus, & excuſſa e manibus ſecuri & aſcia, vel ligone, in palatium trahere, leuare in cathedram, induere purpura & byſſo, accingere gladio ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis; ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Sic non erat inter vos ſapiens & exercitatus, cui potius iſta conuenirent? Ridiculum profecto videtur, pannoſum homunciunem, aſſumi ad præſidendum Principibus ad imperandum Epiſcopis, ad Regna & imperia diſponenda. Ridiculum, an miraculum? Plane vnum horum. Non nego, non diffido poſſe fuiſſe hoc etiam opus Dei, qui facit mirabilia magna ſolus, præſertim cum audiam vſquequaque ex ore multorum, quoniam à Domino factum eſt iſtud. Sed nec ego oblitus ſum iudiciorum Dei antiquorum, & ſcripturæ, plurimos recenſentis ex priuata, ſeu etiam ruſticana vita olim aſſumptos in voluntate Domini ad regendum populum eius. Denique nonne (vt vnum è pluribus memorem) tali quodam modo elegit Dauid ſeruum ſuum, & ſuſcepit eum de gregibus ouium, de poſt fœtantes accepit eum? Ita inquam. Ita & de noſtro Eugenio in beneplacito Domini potuit contigiſſe. Non ſum ſecurus tamen, quoniam filius delicatus eſt, & tenera vereçundia eius aſſueta potius otio & quieti, quam tractandis quæ foris ſunt: timendumque ne non ea auctoritate, qua oportuerit, ſui Apoſtolatus officia exequatur. Quid putatis gerere animi nunc hominem illum, qui de ſecreto internæ contemplationis, & amica ſolitudine cordis tanquam infans è gremio & ſinu matris ſubito proturbatus, tractum ſe ad medium videt, & quaſi ouem ad victimam ductum ad iam inſueta & inſuauia? Niſi Dominus ſupponat manum ſuam, heu, neceſſe eſt obruatur, & opprimatur onere inſueto & nimio, quod & gigantinis (vt aiunt) vel ipſis quoque Angelicis humeris formidabile videatur. Veruntamen quia ſic factum eſt, & ſicut multi dicunt, à Domino factum eſt; veſtra intereſt, chariſſimi, veſtris feruentibus ſtudijs fidelibuſque obſequijs ſolicite confouere, quod veſtris manibus conſtat elaboratum. Si qua ergo conſolatio in vobis, ſi qua virtus charitatis in Domino, ſi qua miſeratio pietatis, ſi qua compaſſionis viſcera, aſſiſtite, & collaborate illi in opere, ad quod aſſumptus eſt per vos à Domino. Quæcumque ſunt vera, quæcumque pudica, quæcumque iuſta, quæcumque ſancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ: hæc ei ſuggerite, hæc ſuadete, hæc agite, & Deus pacis erit vobiſcum.

IV. Quid ſeditioſi Romani in Pontificem & clericos auctore Arnoldo c Otto Friſing. de reb. Frid. lib. 2. c. 20. & Ligurinus in Frederico.

Hactenus ad Cardinales ſanctus Bernardus, de electione Eugenii Pontificis. c Quo Viterbium concedente, peſtifer Arnaldus ſecundo vrbem ingreſſus, cum eam contra Eugenium in ſeditionem excitatam inueniſſet, viri ſapientis haud ſectatus conſilium, de huiuſmodi dicentis: ne in eius ignem ligna ſtruas: amplius eam in ſeditionem excitauit, præponens antiquorum Romanorum exempla, qui ex ſenatus maturitatis conſulto, & ex iuuenum animorum fortitudinis ordine & integritate totum orbem terræ ſuum fecerint. Itaq; monuit,

--- Titulos vrbis renouare vetuſtos
Patricios recreare viros, priſcoſq; Quirites
Nomine plebeio ſecernere nomen Equeſtre,
Iura Tribunorum, ſanctum reparare Senatum,
Et ſenio feſſas, mutaſque reponere leges,
Lapſa ruinoſis & adhuc pendentia muris
Reddere primæuo Capitolia priſca nitori,
Conſilijs armiſque ſua moderamina ſumma
Arbitrio tractare ſuo.

Nihil in diſpoſitione vrbis ad Romanum ſpectare Pontificem: ſufficere ſibi Eccleſiaſticum iudicium habere. In tantum autem huius peſtiferæ doctrinæ cœpit inualeſcere malum, vt non ſolum nobilium Romanorum ipſis Arnaldiſtis aduerſantium, ſed etiam Cardinalium domus atq; palatia diruerentur, atque ipſi Cardinales contumeliis, verberibus & vulneribus, à furentibus afficerentur. Nam Romanus populus cum Patricio ſuo Iordane in furorem verſus Præfecturæ dignitatem abolentes, omnes Principes ac nobiles ex ciuibus ad ſubiectionem Patricii compellebat.

Et ſi quis, cui mens æqui & reuerentia eſſet,
Et meliora pio flagrarent viſcera voto,
Forte refragari, ſeu diſſuadere furorem
Auſus erat, ſeſeque nouis opponere monſtris:
Omnibus ereptis, ſubuerſa funditus æde,
Corporis afflictu, ſeu tandem ſanguine fuſo
Clericus, aut etiam popularis facta luebat.

Auſi ſunt etiam Eccleſiam B. Petri omnium Eccleſiarum caput ſacrilega temeritate in caſtrum conuertere, ex quo peregrinos cauſa orationis aduenientes ſpoliabãt, & plagis ac verberibus excipiebant. Tunc etiam per eoſdem profanos, omnis Eccleſiarum ornatus & cenſus profligatus eſt: & quicquid in altaribus & in altarium

vaſis

valus, quicquid in ipſis ſacris imaginibus auri & argenti reperiri potuit, manibus impiorum direptum & aſportatum eſt. Non poterat S. [d] Bernardus ſe continere quin ipſos quidem Arnaldiſtas argueret, & ad reconciliationem cum Pontifice excitaret, Conradum autem Regem Romanorum ad caſtigandos improbos, & ad defenſionem Eccleſiæ, datis literis perurgeret certam de tumultuoſis ſpondens victoriam.

d epiſt. 242. & 243.

V. Armeni miſſa Legatione ad P.P. ſedi Apoſt. ſe ſubiiciunt.

e Otto Friſing. lib. 7. c. 32. & ſeq.

Interim dum Romani contra Pontificiam dignitatem & poteſtatem tumultuarentur, ab Oriente & Occidente venientes plurimi eã venerantur & amplectuntur.[e] Eod. enim anno, Epiſc. Lincolnienſis Alexander, Romam petens ab Eugenio PP. ſuſceptus eſt. Eadem etiam tẽpeſtate Legati Armeniorum Epiſc. eorumq; Metropolitani, quem ipſi Catholicon, id eſt, vniuerſalem, propter infinitum, id eſt, amplius quam mille Epiſcoporũ ſub ſe habentem numerum vocãt, ab vltimo pene Oriente, ſummum Pont. Viterbii, adierunt: & ſubiectione reddita, in cauſis Eccleſiæ reſcripta petierunt. Namq; inter eos & Græcos in quibuſdam conueniebat, in aliis vero non item. Eos Eugenius benigne ſuſcipiens, miſſarum ſolemniis ac ſacrificiis ſecretis adhibuit, diligẽterq; ea quæ fiebant ibidẽ eos animaduertere monuit. Quod dum facerent, intentiq; ſacro altari aſtarent, vnus ex illis Pontificali dignitate præditus, ſicut poſtmodum in plena Curia retulit, in B. Martini Octaua, quando dedicatio Eccleſię B. Petri celebrari ſolet, Eugenio diuina myſteria agẽte, ſplendido fulgore radiũ ſolis ſuper caput eius coruſcare, & in ipſo duas columbas aſcẽdentes & deſcendentes vidit. Cumque diligentius hac illacque oculos circumferret, nullumque aditum per quem lux illa transfunderetur, inueniret: Deificum hoc eſſe cognoſcens, ac ad obedientiam Romanæ ſedis amplius accenſus, cuncta quæ viderat, aperuit. At Eugenius non ſuis hoc meritis attribuens, ipſius potius fide cælitus hoc ſibi monſtratum affirmabat; vt videlicet Eccleſia, à qua ipſe miſſus fuerat, Sacramentorum virtutem veritatis luce perfuſam cognoſceret, ac deinceps, quali ea reuerentia & forma tractare deberet, addiſceret. Retulit etiam præfatus Epiſcopus, quod in confinio Armeniæ quædam gentes eſſent, quæ fœtus ſuos fętentes generarent, eoſq; ſtatim ad Armeniorum aquas lauandos tranſmitterent. Quos cum illi baptiſmatis vnda tingẽtes, innatum eis fętorem propellerent, mox tamen remiſſi ad paganiſmi ritum & ſpurcitiam redibant. Quod verum faciendum eſſet, item Romam Eccleſiam conſuluerunt.

Iidem cœleſti viſione confirmantur in fide.

De ingenito fœtore per baptiſmum depulſo.

VI. Gabulenſes reconciliantur Pont.

Eodem tempore, Gabulenſis Epiſcop. ab Antiocheno Patriarcha Legatus, ſummum Pont. Eugenium, verũ & legitimum Chriſti Vicarium profeſſus eſt; præſente tunc etiam Viterbii Ottone Friſingenſi Epiſcopo. Narrabat idem Legatus, Edeſſam à Saracenis fuiſſe receptam, & Hieroſolymam atq; Antiochiam in diſcrimen adductas, tum propter diſcordiam, tum propter paucitatem Chriſtianorum. Quibus vt Eugenius opem ferret, [f] Ludouicum Gallorum ſponte inclinatum, ad ſanctam militiam per literas inuitauit; vt Eccleſiam Orientalem à Saracenorum tyrannide, & multa millia Chriſtianorum à captiuitate liberaret.

f Otto in Frider. lib. 1. c. 34

VII. Eugenii hoſtes diuinitus expugnati.

Dum autem Eugenius laboraret pro liberatione terrę ſanctę, Deus hoſtes eius Romanos Arnaldiſtas expugnauit. Iordanes enim Patricius anathemate percuſſus, & Tiburtinorum militia coercitus, tandem contumaciam depoſuit, ſupplex pacem ab Eugenio petiit, obtinuit, & ſummum Pontificem Romam reuertẽtem ſummo cum honore excepit.

VIII. De Vuillelmo Priore defuncto Petro Cluniac. in ſomnis apparente.

g lib. 2. mirac. c. 25.

Curauit interim Eugenius Tuſcos inter ſe diſſidentes conciliare, vſus opera Petri Cluniacenſis Abbatis. Is Romæ, cũ in monaſterio S. Mariæ Nouæ hoſpitaretur, contigit ibidem à monacho diſciplinam auerſante, Vuillelmum Priorẽ veneno necari. Narrabat ipſe Petrus, quomodo defunctus illi apparuerit. Ibi, inquit, dum nocte quadam quieſcerem, ecce vir venerandæ vitæ Dominus Vuillelmus, qui nuper de vita exceſſerat, mihi dormienti viſus eſt in ſomnis aſtare, quem cum viderem, valde gauiſus ſurrexi, & multo cum affectu amplecti eum & oſculari cœpi. Licet autẽ altus ſopor exteriorum ſenſuum officia occupaſſet, vigebat tamen velut in vigilante memoria, meque dormire dormiens non ignorabam. Nec illud mente exciderat, illum qui videbatur, in ſomnis videri: nec etiã immemor, ante non multum tẽporis mortuũ, & dolo extinctum. Quodq; magis mirũ eſt, & illud neſcio qua vi occulta naturæ ſtatim menti occurrit, non poſſe mortuum dici eum viuente morari, nec prolixum ſermonem miſcere. Vnde priuſquam recedere virtute inuiſibili cogeretur, interrogare illum feſtinãter de quibuſdam decreui. Quæ tamen, vt non phantaſtica, ſed verax quæ apparebat viſio videretur, nequaquã prius præmeditatus fueram, ſed tunc ea dormiens nutu, vt arbitror Dei nouiter menti occurrentia, cogitare incipiebam. Quatuor ergo quædam, quæ neſcio vnde dormienti occurrebant, interrogãdo ei propoſui. Quomodo, inquam vobis eſt, domine Prior? vocans eum non ex proprio nomine, ſed ex officio. Ad quod ille breuiter, vt fuerat ſemper breuiloquus, ac bis vel ter ex more verba replicans, reſpondit: *Multum*, ait, *mihi bene eſt: multum mihi bene eſt.* Huic primæ interrogationi ſecundam ſubiunxi: Videtis adhuc dominum? & ille: *Aſſidue video; aſſidue video.* His duabus & tertiam addo: Eſtne, inquam certum, quod de Deo credimus? Eſtne abſque dubitatione vera fides, quam tenemus? *Nihil*, ait, *ita verum, nihil ita verum.* Et quarto: verum eſt, aio, quod fama refert, verum eſt quod multi opinantur, quoſdam, quos ipſi non ignoratis, fraude ſua ac veneficio vos occidiſſe? *Verum eſt*, inquit, *verum eſt.* His dictis, & ipſe diſparuit. Et ego euigilans, ea quæ videram, recolere & admirari incipiebam. Interim dum hæc agerẽ, & viſa memoriæ commendarem: rurſum ſomno opprimor. Et ſicut in hyemalium noctium prolixitatib⁹ (nam dies aduentus Domini tunc inſtabant) iterũ caput ad dormiendum compono. Nec mora, adeſt qui ſupra, & ſe eo modo, quo prius, oſtẽdit. Occurro & ego illi nõ ſegnius quã ante, & viſionis præmiſſæ omnino immemor, amplecti eum & oſculari, vt prius cœperã. Quid multa? nihil plus minuſve in animo meo, nihil plus minuſve in ore meo, in hac ſecũda viſiõe fuit, quã in prima fuerat. Ead. quæ ſupra interrogo: ead. quę ſupra audio de ſtatu ſuo, de viſione Dei, de certitudine Chriſtianæ fidei, de morte ſua, ordine quo præmiſi interrogatus, ead. nec pauciora reſpõdit. Huic tamen ſecundæ viſioni in fine aliquid additũ eſt. Mox.n. vt dixit, ſe vere dolo falſorũ fratrum extinctum, in fletus amariſſimos, vt mihi in ſomnis videbatur prorupi; & quia iam de facto non dubitabam, tantũ nefas inſatiabilibus lachrymis deplorabam. In fletib. illis euigilans, oculos humectos, genaſq; meas recẽtibus lachrymis repẽres inueni. Vt vero hu⁹ viſionis vel ſomnii indubia veritas cõmendaretur; regreſſus ab vrbe, atq; ad Galliã noſtrã rediens, & Cluniacũ perueniẽs, quæ de morte ſancti viri ſuſpicatus fueram, ipſius nefarii parricidæ publica confeſſione vera fuiſſe probaui.

IX. Vuladiſlai II. Principis Polonię crudelitas in ſuos.

h Cromer. lib. 6.

Per id tẽporis,[h] Vuladiſlaus II. Princeps apud Polonos rerum potens, in Boleſlai pupillos, & in fratres ſuos germanos inprimis, Criſtina vxore Theutonici generis impellente, iniurius, tum deinde Principibus viris iuxta ac popularib⁹ grauis erat. Quadam die cum Petro Dunino viro pietate maxima laudato, venatum iuerat, & tota integra luce in ſyluis extracta, neceſſitatem pernoctãdi indidem fugere non poterat. Ibi ad veſperam ad focum è ceſpite conſtructa menſa, cum ſe pane & ferina carne, & fontana aqua vtcumque refeciſſent, & humi ſtratis penulis cubaturi eſſent, Vuladiſlaus domeſticarum lautitiarum & mollium ſtratorum recordatus, ioco Petrum appellans: Mollius, inquit, nunc Petre vxor tua cum Abbate Scinnenſi cubat, quam nos. Petrus contra vt iocum ioco retunderet: Fortaſſe, inquit, & tua cum Dobeſſo. Erat autem Dobeſſus iuuenis ex equeſtri ordine non inelegans, quo Chriſtina familiarius vtebatur, & propter eum male audiebat. Offendit ea res petulantia. Quamobrem tantum apud Vuladiſlaum egit, vt indicta cauſa lingua Petro præcideretur, & oculi effoderentur.

Petro præciſa lingua, & ſius loquendi reſtituitur.

Et quidem Petro propter ſummam eius pietatem, viſus & ſermonis vſus diuinitus fuit miraculo reſtitutus: Iacobus autem Archiepiſcopus Gneſnenſis, qui tunc auctoritate in Senatu pollebat, vir venerabilis, pius, & excelſi animi ſenex vindictam Diuinam in Vuladiſlaum prouocauit. Namque cupiditatem & crudelitatem eius peroſus, & cum optimi Principis Boleſlai Criuouſti filiorum, tum patriæ indignam & calamitoſam ſortem miſeratus, ſacro Pontificum cultu & infula, quo auguſtiorem ſpeciem Principi exhiberet, indutus, & carpento in caſtra, & vſque ad ipſum Vuladiſlai tentorium inuectus, comiter primo Principem nefarii cœpti admonuit. Negauit eſſe boni Principis, patriam, à qua in lucem editus, indulgenter educatus, & ad ſummum honorem euectus ſit, externis armis hoſtilem in modum impetere, vexare ac diripere. Negauit eſſe Chriſtiani hominis fratres coniunctiſſimos & obſequentiſſimos, quos tuendos ſuſceperat, oppugnare, & non modo attributis à patre & vniuerſa republ. ditionibus exuere, ſed vitam etiam & ſanguinem eorum ſitire. Deſiſteret ergo cœptis: moderaretur diræ & inſatiabili cupiditati ſuæ; & cum optimis fratribus in gratiam rediret. Præſtare, vt eorum fideli ope & opera aduerſus quoſuis externos hoſtes vteretur, quã vt inſidis & Poloni ſanguinis ſitientibus Ruſſorum armis illos iret perditum, & quaſi in ſua ipſe viſcera ſæuiret. Si homines non revereretur, at Deum metueret, acerrimum ſcelerum omnium, & maxime violatæ humanæ coniunctionis & ſocietatis vltorem. Non commouit hæc Archiepiſcopi oratio, quamuis prudens & grauis, Vuladiſlaum, nec ab inſtituto deterruit. Quod cum vir diuinus animaduerteret, quaſi numine afflatus, è ſella aſſurgens; Quando, inquit, humana ſimul ac diuina iura ſuperbè contemnis, & paterna mea monita obſtinatè reſpuis, Dei omnipotentis, cuius vices gero, authoritate, ſacris & Chriſtianorum hominum ſocietate tibi interdico, caput tuum & omnium adiutorum & aſſeclarum tuorum diris deuoueo. Deinde multa in eum, & in exercitum eius execratus, recedebat. Forte dum imprudentius auriga carpentum conuertit, in columnam, quæ tentoriũ principis ſuſtinebat, extremo axe impingens, mota loco columna, tentorium ſolo proſtrauit. Mali ominis ea res cunctis viſa eſt: neque falſo. Cum enim Vuladiſlaus contra fratres male depugnaret, vniuerſis amiſſis profligatus, fugiens in Germaniam, in exilio cum mala conſultrice vxore miſer contabuit Principatu amiſſo.

Vuladiſlay impietatis luit pœnas.

X. Eodem res Poloniæ adminiſtrante, conditum eſt Andreiouienſe monaſterium, & religioſis Ciſtercienſis ordinis, à Diuo Bernardo miſſis attributum, cum ampliſſimis poſſeſſionibus aſſignatis in vſum.

IESV CHRISTI ANNUS 1146.

EVGENII PAPÆ III. ANNO II. CONRADI Regis Rom. anno 8. Manuelis Imperatoris ann. 4.

I. Furor Romanorum in Eugenium PP. *Otto Friſingen lib 7. cap 34.*

ANNO *Chriſti* 1146. Quantum difficile admittat curationem inueteratum malum, Arnoldiana peſtis quæ ſemel aliquos Romanorum occupauerat, indicauit. Toties enim repreſſi, toties ſupplices, toties anathemate ſoluti, etiam [a] hoc anno Eugenium tantopere exagitarunt, vt is è Palatio Lateranenſi fugere, ſeque in caſtro ſancti Angeli ſeruare coactus, tandem confiteretur, animam ſuam vitæ ſuæ tædere. Non tamen deſtitit rebus Chriſtianorum, in Syria periclitantibus, ſubuenire. [b] Dominica Crux, Rex Hieroſolymitanus, Fratres Templarii, & alii multi Antiochiæ obſeſſi, non niſi extrema omnia præſtolabantur, niſi manus Domini in brachio extento ſuccurreret. Curabat Eugenius eam ſi quam aliam curam.

Pet. Clun. lib. 6. ep. 19. & 20. & Bern. epiſt. 256. & vit. Bern. lib. cap 4.

II. Quamobrem ei negotio, Concilium Carnoti in Galliis indixit. In eo ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus & Proceribus quamplurimis, præſente & ſuffragium ferente Ludouico Rege, ſanctus Bernardus Abbas, in Ducem & Principem militiæ ſacræ electus eſt. Excuſabat mitius apud Eugenium Pontificem, quod neque acies diſponere, neque ante facies armatorum prodire, ſuæ aut ſcientiæ, aut potentiæ, aut profeſſionis eſſet. Cæterum Eugenius interim perſpecta hominis virtute, qui potis eſſet licet non armis, tamen lingua, calamo, prudentia, & exemplo ad tam neceſſarium ſanctum prælium incitare, eidem iniunxit onus, prædicandi & annunciandi ſacrum bellum. Prædicauit ſane feliciter, [c] vt vacuarentur vrbes & caſtella, & pene iam non inueniretur quẽ apprehenderent ſeptem mulieres virum vnum, adeo vbique viduæ viuis remanebant viris. Princeps militiæ fuit Rex Ludouicus, Theodoricus Flandrenſis, & Henricus Theobaldi Bleſenſis filius, Comites, qui multos Regni & Prouinciarum ſuarum Barones, & viros nobiles ducebant. Nonnihil ea res Eugenium offenderat, quod Ludouicum Regem, nondum ex cauſa Bituricenſis Archiepiſcopi interdicto ab Eccleſiis ſublato, Rhemenſis Archiepiſcopus auſus fuiſſet inaugurare, & inauguratum ſacra cruce ſignare. Eam tamen rem Bernardus excuſabat, quod res in arctum reducta eſſet: Dies celebris, ſolemnis curia, iuuenis Rex, & quod his maius eſt, Dei negotium de Hieroſolymitana expeditione, propter quod omnes conuenerant. Prorſus hæc omnia, inquit, miſſarum & coronæ regiæ ſolemnis, debitique honoris fruſtrationem non admittebant, ſed nec ipſi Bituricenſi Archiepiſcop. omnino expediebat, vt honor Regis per eum impediretur.

Conc. Car[...] S. Bernard Dux milit[...]

c Ber. epiſt. 246.

III. S. Bernard. Principibus Galliæ & Germ. crucem tradit.

Porro Bernardus non ſatis habuit Gallos incitaſſe; ſcripſit etiã Archiepiſcopis, Epiſcopis & vniuerſo clero & populo Orientalis Franciæ & Baioariæ; ſcripſit & Mãfredo Brixienſi Epiſcopo, nec non Conſulibus, militibus & vniuerſis populis ſub eo conſtitutis; Inſuper [d] Spiram Germaniæ acceſſit, & Conrado Regi, cum Friderico fratris ſui filio, aliiſq; Principibus & viris illuſtribus Crucem accipere perſuaſit: plurimis tum in publico, tum in priuato perpetratis miraculis.

d Otto Friſingen in Frid. lib. 1. c 39.

IV. Duo Apoſtatæ confutati à S. Bernardo.

Interim dum hoc claſſicum Bernardus caneret, duo apoſtatæ obicem poſuerãt; alter Radulphus Pſeudoeremita, alter Nicolaus falſus frater. Et Radulphus quidem odio Hebræorum inflammatus, omnes Cruce ſignatos compellebat, vt perfidos trucidarent; Nicolaus vero pſeudofrater, vt pecuniam corraderet, vnum & alterũ S. Bernardi ſigillum & ſubſcriptionem manualẽ inſuper & ſtylum in ſcribẽdo imitatus, quamplurimos in fraudẽ impulerat. Quamobrem ſancto viro laborandum fuit, vt & Cruce ſignatos à cæde Hebræorum contineret, & militiæ ſacræ auidos, à præcipiti itinere auerteret, ſcilicet ne ſoli, ſingulares, ſine Duce, ſine eius proprio charactere eam militiam ſuſcipientes excurrerent. Sane Hebræi meruiſſe videbantur aliquantum furorem. [e] Apud Noruicum enim Angliæ, quemdam puerum Chriſtianum Cruci affixerant, nomine Vuillelmum, quem etiam foras ciuitatem ab eis repulſum diuina lux ſuper eum emicans declarauit. Propter quod ſacrilegium Petrus Cluniacenſis eos ſtylo exagitauit. [f] Sanctus tamen Bernardus, Radulpho nouæ hæreſis inuentore in Germania confutato, à cæde Iudæorum Chriſtianos continuit. Inſuper fideles, ne quibuſcumq; ſigillis ſuis fidem adhiberent, propter Nicolaum admonuit.

e Append. ad Sigebert.

De Iudæorum perfidia in Chriſtian.

f ep. 323.

Per idem temporis [g] Eugenius, alteram expeditionem contra Paganos indixit omnibus Chriſtianis ad Boream conſtitutis, ſc. vt ſinguli Principes, in ſuos circumuicinos Gentiles arma ſuſciperent. Canutus ac Sueno Danorum Principes, multam operam nauarunt in Slauinis finitimis, ſiue coercendis, ſiue conuertendis.

g Otto ſuper c 40.

Hieroſolymis, [h] mortuo Willelmo Patriarcha, ſucceſſit Fulcherus ex Archiepiſc. Tyri. Porro Tyriæ metropoli Præfectus eſt Petrus Barchinonẽſis, ſepulchri Dominici Prior, vir miræ ſimplicitatis & manſuetudinis, timens Deum & recedens à malo, cuius memoria apud Dominum in benedictione eſt.

h Tyr. de bello ſacro lib. 16. c 17.

Conſtan-

V. Michael Patriarcha Cõſtant pœnitens ſe abdicat.
i *Nicetas Croniata*
Succedit Coſmus in pauperes liberalis.

i Conſtantinopoli, Michael Patriarcha ſumma ſede vltro ceſſit, & in Oxyam inſulam rediit, in qua vitæ inopis & ſimplicis inſtitutũ à puero fuerat amplexus. Ibi in templi veſtibulo proſtratus, cuiuis monacho collum calcandum præbuit, quod contra quam ſibi expediret, adamatam à primis annis quietẽ repudiaſſet, nulloq; cũ fructu thronum ſublimem conſcendiſſet. Coſmus vero cum in numero ſubdiaconorum erat, patria Æginata; & quamuis eruditiſſimus, virtutum tamẽ choro erat illuſtrior. In primis benignitate erga pauperes erat inſignis, quæ tamquam in pretioſo monili gemma radians, ſic ipſa inter virtutes cæteras elucebat, adeo vt aliquando pallium, tunicam, & lineam calyptram capitis pauperibus miſericordia motus diſtribueret; nec de ſuo tantum largiretur, ſed alios etiam, vt pauperum inopiæ ſubuenirent, impelleret: Michaeli ſuccedens non niſi decem menſes ſedit Patriarcha.

Floruiſſe hoc tempore Iordanem Cardinalem Vrſinum, deque eo eſſe epiſtolam 290. ſanct: Bernardi Claræuallen. auctor eſt Iacobus Cotellus in eo quem de Cardinalibus ſcripſit libro, & Ciatconus in vita Pontificum.

IESV CHRISTI ANnus 1147.

EVGENII PAPÆ III. ANNO III. CONRADI Regis Rom. anno 9. Manuelis Imperatoris anno 5.

I. Exercitus Rom magnificentia in terram S. deſtinati.
a *Tyrius.*
b *Otto Friſing in Frid. lib 1. c. 40. & ſeq.*

ANNO *Chriſti* 1147.[a] Antequam Eugenius in Gallias diſcederet, Guidonem Florentinum tituli S. Chryſogoni presbyterũ Cardinalem Legatum, qui Ludouici Regis exercitui præeſſet, & Theodinum Epiſcopum Portuenſem Cardinalem pariter Legatum, qui Conradi copias manuduceret, præmiſit. [b] Conradus in Baioaria Conuentu Principum celebrato, ſuaſu Adami Abbatis Eboracenſis, qui Diui Bernardi epiſtolas recitauerat, & ipſe Crucem ſuſcepit, & Epiſcopis Henrico Ratiſponenſi, Ottoni Friſingenſi, Reginberto Potauienſi, & fratri ſuo Henrico Duci Noricorum, & Guelphoni Duci, & plurimis Principibus exemplo præiuit, vt Crucis militiã amplecterentur. Adiunxerant ſe eidem ſacro exercitui Duces Boemiæ, Styriæ. & Carinthiæ, nec non ex Occidentali Francia, Anglia, Pannonia, aliiſque prouinciis & regionibus innumerabiles populi, ſub Conradi Regis ſignis collecti.

II. Eugen. PP. tendit in Gallias.
c *apud Sur. 6. April.*

Eugenium in Galliis Ludouicus cum expectaſſet, tandem aduenietẽtem maximo cum honore Pariſiis excepit.[c] Vbi cum in baſilica S. Genouefæ, rem agere vellet Diuinam, inter eius & canonicorum Eccleſiæ miniſtros leui de cauſa lite exorta, Ludouicus dirimere volens, pugnos à petulantibus accepit. Sed tandem eos digna vindicta Pontifex caſtigauit, canonicis eiectis, & canonicis regularibus & monaſterio ſancti Victoris introductis.

III. Plurimi à S. Bernardo conuerſi.
d *vit. ſancti Bern. lib 3. cap 4.*

Mira tunc in mundo rerum conuerſio in ea ſacra expeditione viſa eſt. Et quidem in Occidente, [d] prædicante iſtud bellum S. Bernardo, plures eo tẽpore Chriſtus per ſerui ſui tactũ & orationem, ex ipſis etiam matrum vteris cœcos videre, claudos ambulare, aridos conualeſcere, ſurdos fecit audire & mutos loqui, mirabilius reſtituente gratia, quod minus fuerat præſtitum à natura.

IV. Græcorum machinæ in exercitum Rom.
e *Nicet.*

[e] In Oriente autem, dolo Græcorum & arte Pelaſga, operante Manuele Imperatore nullum mali genus fuit, quod Imperator non vel ipſe in exercitum Occidentalium machinaretur, vel aliis machinandi auctor eſſet; ita vt etiam calcem farinæ Græci miſcerent, vt ſcilicet eorum poſteri perpetuis monumentis ab adiuuandis Romanis deterrerentur. Idem & Turci imitati ſunt, Manuelis literis ad bellum Alemannis faciendum concitati.

V.

Per hoc temporis S. Bernardo pugnandum fuit, contra quam plurimos hæreticos. Primus eorum [f] Gilbertus Pictauienſis Epiſcopus, ex ingenii ſubtilis acumine, multa præter hominum morem dicens, atque ad topica Ariſtotelis myſteria fidei reuocare cupiens, de diuina eſſentia & ſanctiſſima Trinitate, nonnullos errores diſſeminauerat. Aſſerebat 1. diuinam eſſentiam non eſſe Deum. 2. Proprietates perſonarum diuinarum non eſſe ipſas perſonas. 3. Theologicas propoſitiones in nulla prædicare propoſitione. 4 Diuinam naturam non eſſe incarnatam. 5. Nullum mereri præter Chriſtum. 6. Nullum vere baptizari niſi ſaluandum. Otto Friſingenſis quod aliquando hominem laudaſſet, pœnituit. Cæterum Eugenius Pariſiis in Conſiſtorio Cardinalium & Epiſcoporum hominem acrem audire voluit. qui quod multis difficillimis quæſtionibus rem per ſe difficillimam inuolueret: quibus explicandis pleno Patrum conſeſſu opus eſſet, ſuadente S. Bernardo ad Concilium generale negotium integrum diſtulit.

G bert hæreſis delata ad Concil. generale.
f *Otto Friſing in Frid lib 1. c 46. & ſeq.*

VI. De Henric. hæreſi & primordiis.
g *vit. ſancti Bern. lib. 5. c. 5.*

Alter hæreticorum fuit Henricus Petrobruſianæ hæreſis immutator, & incentor. [g] Fuit is in partibus Toloſanis monachus, poſtea apoſtata vilis, peſſimæ vitæ, pernicioſæ doctrinæ, qui multorum gentes illius leuitatem verbis perſuaſibilibus occuparat. Negabat infantium baptiſma. Templa ſuperflue ædificari aſſerebat. Crucem DOMINI honorandam vel adorandam non eſſe, corpus DOMINI in Sacramento Euchariſtiæ Eccleſiam non habere, vanas orationes pro defunctis eſſe; DEVM canticis Eccleſiaſticis irritari, blaſphemabat. Sanct. Bernardus errores ipſius perſtrinxit; epiſtola ad Ildefonſum Comitem ſancti Egidii ſcripta, quæ in Sanctuario Eccleſiæ; quaſi Goliathi gladius, quo ipſius caput reciſum eſt, magno Dei beneficio remanſit. Ita habet:

VII. Literæ S. Bernard. de Henrico ad Ildephonſ.
h *ep. 240*

[h] *Quanta audiuimus & cognouimus mala, quæ in Eccleſiis Dei fecit, & facit quotidie Henricus hereticus? Verſatur in terra veſtra ſub veſtimentis ouium lupus rapax, ſed ad Domini deſignationem à fructibus eius cognoſcimus illũ. Baſilicæ ſine plebibus, plebes ſine Sacerdotibus, Sacerdotes ſine debita reuerẽtia ſunt, & ſine Chriſto denique Chriſtiani. Eccleſiæ, Synagogæ reputantur; Sanctuarium Dei, ſanctum eſſe negatur: Sacramenta, non ſacra cenſentur; dies feſti, feſtiuis fruſtrantur obſequiis: moriuntur homines in peccatis ſuis, rapiuntur animæ paſſim ad tribunal terribile, heu, nec pœnitentia reconciliati, nec ſacra communione muniti. Paruulis Chriſtianorum* CHRISTI *interc luditur vita, dum baptiſmi negatur gratia, nec ſaluti propinquare ſinuntur, Saluatore licet proclamante pro eis:* Sinite, *inquit*, paruulos venire ad me. *Proh dolor! auditur tamen à pluribus; & populum, qui ſibi credat, habet. O infeliciſſimum populum? Ad vocem vnius heretici ſiluerunt omnes in eo Propheticæ & Apoſtolicæ voces, quæ de conuocanda in vna* CHRISTI *fide e cunctis nationibus Eccleſia vno veritatis ſpiritu cecinerunt. Ergo fefellerunt diuina oracula: falluntur omnium oculi & animi, qui quod legunt prædictum, intuentur impletum. Quam certe manifeſtam omnibus veritatem ſolus iſte, ſtupenda & prorſus Iudaica cæcitate, aut non videns, aut inuidens adimpletam, ſimul neſcio qua arte diabolica perſuaſit populo ſtulto & inſipienti, de re manifeſta, nec ſuis credere oculis, fefelliſſe priores, erraſſe poſteros, totum mundum etiam poſt effuſum* CHRISTI *ſanguinem perditum iri, & ad ſolos quos decipit, totas miſerationum Dei diuitias, & vniuerſitatis gratiam peruenisſe. Et nunc huius rei gratia, licet in multa corporis infirmitate, iter arripui ad has partes, quas potiſſimum ſingularis ferus depaſcitur, dum non eſt qui reſiſtat, neque qui ſaluum faciat. Quippe de tota Francia, pro ſimili effugatus malitia, has ſolas ſibi inuenit expoſitas in quibus fiducialiter ſub tuo dominatu in gregem* CHRISTI *toto furore bacchatur. Quod tuone honori congruat, Princeps illuſtris, ipſe iudicato. Nec mirum tamen ſi ſerpens ille callidus decepit te, quippe ſpeciem pietatis habens, cuius virtutem penitus abnegauit. Sed nunc audi quis ille ſit. Homo apoſtata eſt; qui relicto religionis habitu (nam monachus extitit) ad ſpurcitias carnis & ſæculi, tamquam canis ad ſuum vomitum, eſt reuerſus. Præ confuſione autem habitare inter cognatos, & notos non ſuſtinens, vel potius non permiſſus ob magnitudinem*

criminis

calumniis, ſuccinxit lumbos ſuos; & iter, qua neſciebat, arripuit, factus gyrauagus & profugus ſuper terram. Cumq; mendicare capiſſet poſuit in ſumptu Euangelium: nam literatus erat: & venale diſtrahens verbum Dei, euangelizabat, vt manducaret. Si quid ſupra victum elicere poterat à ſimplicioribus populis, vel ab aliqua matronarum, in ludendo aleis, aut certe in vſus turpiores turpiter effundebat. Frequenter ſiquidem poſt diurnum populi plauſum, nocte inſecuta cum meretricibus inuentus eſt prædicator inſignis, & interdum etiam cum coniugatis. Inquire, ſi placet, vir nobilis, quomodo de Lauſana ciuitate exierit, quomodo de Cenomanis, quomodo de Pictauis, quomodo de Burdigali. Nec patet ei vſpiam reuerſionis aditus, vtpote qui fœda poſt ſe vbique reliquerit veſtigia. Tu de tali arbore tandem bonos ſperabas fructus? Terra profecto in qua eſt, fecit fœtere odorem in vniuerſa terra; quia non poteſt iuxta ſermonem DOMINI, arbor mala bonos fructus facere.

VII. Hortatur Ildeph. ad cõprimendum Henricum hæret.

B Hactenus Bernardus in mores hæretici, ad quos caſtigandos, cum Alberico Oſtienſi Epiſcopo S.R.E. Cardinali Legato Eugenius Comitem illum adiunxiſſet, hæc de ſua miſſione adiunxit: *Nec à meipſo nunc venio, ſed vocatione pariter & miſeratione Eccleſiæ trahor: ſi forte ſpina illa, & parua ipſius, dum adhuc parua ſunt, germina de agro Dominica extirpari queant, non mea qui nullus ſum, ſed ſanctorum, cum quibus, ſum Epiſcoporum manu; tua quoque potenti dextera cooperante. In quibus præcipuus eſt venerabilis Oſtienſis Epiſcopus, ab Apoſtolica ſede ad hoc ipſum directus, homo qui magna fecit in Iſrael, & victoriam dedit Eccleſiæ ſuæ multis per illum Dominus omnipotens. Tua intereſt, vir inclyte, honorifice ſuſcipere illum, & eos qui cum ipſo ſunt: ac ne tantus labor tantorum virorũ pro tua potiſſimum, tuorumque ſalute ſuſceptus inefficax ſit, ſecundum poteſtatem deſuper datam tibi, operam dare.* Hactenus ſanctus Bernardus ad Ildephonſum comitem, qui anno ſequente in Palæſtinam appellens, à Regina veneno extinctus eſt.

C

IX. S. Bernard. voce & miraculis hæreſim Henrici confundit.[l] [l] vit. S. Bernard. lib. 3. c. 5.

Interim autem ſanctus non intermiſit Petrobruſianos tum ſermonibus, tum miraculis confundere. Miſerat Eugenius Papa, Albericum Oſtienſem Epiſcopum Cardinalem Legatum, qui hæreſim Henrici in prouincia Toloſana extirparet. Duxerat is ſecum, [l] ſanctam Bernardum. Qui à populo terræ illius, cum incredibili gaudio, ac ſi Angelus de cœlo aduenisset, ſuſceptus, prædicauit in ciuitate Toloſana per aliquot dies; & in cæteris locis quæ miſer ille frequentaſſet amplius, & grauius infeciſſet, multos in fide ſimplices inſtruens, nutantes roborans, errantes reuocans, ſubuerſos reparans, ſubuerſores & obſtinatos auctoritate ſua premens & opprimens, vt non dico reſiſtere, ſed ne aſſiſtere quidem & apparere præſumerent. Cæterũ etſi tunc fugit hæreticus ille, & latuit: ita tamen impeditæ ſunt viæ eius, & ſemitæ circumſeptæ, vt vix alicubi poſtea tutus, tandem captus, & catenatus Epiſcopo traderetur. In quo itinere plurimis etiã ſignis in S. Bernardo glorificatus eſt Deus, aliorum corda ab erroribus impiis reuocans, aliorum corpora à languoribus variis ſanans.

D

X. Inſigne miraculum S. Bernard. ad confuſionẽ hæreſum.

Eſt locus in regione eadem, Sarlatum nomen eſt illi; vbi ſermone completo, plurimos ad benedicendum panes, (ſicut vbique fiebat) Dei famulo offerebant. Quos S. Bernardus eleuata manu, & ſigno Crucis edito, in Dei nomine benedicens: In ho, inquit, ſcietis vera eſſe quæ à nobis, falſa quæ ab hæreticis ſuadentur, ſi infirmi veſtri guſtatis panibus iſtis, adepti fuerint ſoſpitatem. Timens autem venerabilis Epiſcopus Carnotenſium magnus ille Gaufredus, ſiquidem præſens erat, & proximus viro Dei: Si bona, inquit, fide ſumpſerint, ſanabuntur. Cui pater ſanctus, de Domini virtute nihil hæſitans: Non hoc ego dixerim, ait: ſed vere, qui guſtauerint, ſanabuntur, vt proinde veros nos & veraces Dei nuncios eſſe cognoſcant. Tã ingens multitudo guſtato eo pane conualuit, vt per totam prouinciam verbum hoc diuulgaretur: & vir ſanctus per vicina loca regrediens, ob concurſus intolerabiles declinauerit, & timuerit illo ire.

E

XI. ... S. Bern. ſanat paralyticum.

Toloſæ etiam primum hoc miraculum, in paralytici curatione, ſanctus Bernardus exhibuit. Hunc in domo Regularium clericorum S. Saturnini, quorum vnus ipſe erat, ad petitionem Abbatis & Fratrum, circa noctis crepuſculum viſitans homo Dei, moribundum hominem inuenit, qui extremum ſpiritum trahere videretur. Conſolatus itaque miſerum, & data benedictione, egrediens (ſicut poſtea confeſſus eſt) loquebatur in corde ſuo fidelis ſeruus ad Dominum, tam fiducialiter quam fideliter dicens: Quid expectas Domine Deus? Generatio hæc ſigna quærit. Alioquin minus apud eos noſtris proficimus verbis, niſi abs te fuerint confirmata ſequentib⁹ ſignis. Eadem hora exiliit paralyticus de grabato, & accurrens ſecurus & conſecutus eſt eum, ſacra veſtigia deuotione qua debuit, amplexatus. Cui ſubito procedenti obuians vnus ex concanonicis vnus expauit & exclamauit; ſiquidem phantaſma putabat: Quando enim de lectulo eum crederet ſurgere potuiſſe? Egreſſam magis à corpore eius animam phantaſtice ſibi apparuiſſe arbitratus, aufugit. Sed ipſa demum tam ei, quam cæteris rei veritas fidem fecit. Vidit miraculum ipſe Epiſcopus Legatus, ad Eccleſiam proceſſit, ipſo qui conualuerat præcedente, & laudes Deo dedicante. Multa alia miranda S. Bernardus perpetrauit, propter quæ plurimi hæreticorũ olim in arcum prauum conuerſi, ad rectam fidem conuerſi ſunt.

XII. De peſtiferis Apoſtol. hæreſi, & impiis motibus. [k] in Cant. ſerm. 66.

Tertia hydra hæreſeos, Diuo Bernardo ſe obiecit. Ea dicebatur Apoſtolicorum; ſed ſine nomine Apoſtoli alicuius. De illa ſanctus diſſerebat: [k] Nunc autem videte, inquiens, ſi non proprio dæmonum, & non hominum ludificatio hæc, ſecundum quod prædixerat ſpiritus. Quare ab illis ſectæ ſuæ auctorem: neminem dabunt. Quæ hæreſis non ex hominibus habuit proprium hæreſiarcham? Manichæi, Manem habuere principem & præceptorem; Sabelliani Sabellium; Arriani Arrium; Eunomiani Eunomium; Neſtoriani, Neſtorium, ita omnes cæteri eiuſmodi peſtes, ſingulæ ſingulos magiſtros homines habuiſſe noſcuntur, à quibus originem ſimul duxerunt & nomen. Quo nomine iſtos titulove cenſebis? Nullo, quoniam non eſt ab homine illorum hæreſis. Non ignoro quod ſe & ſolos corpus Chriſti eſſe gloriantur. Sed ſibi hoc perſuadeant, qui illud quoque perſuaſum habent, poteſtatem ſe habere quotidie in menſa ſua corpus Chriſti, & ſanguinem conſecrandi, ad nutriendum ſe in corpus Chriſti & membra. Nempe, iactant ſe eſſe ſucceſſores Apoſtolorum, & Apoſtolicos nominant; nullum tamen Apoſtolatus ſui ſignum valent oſtendere. Ruſticani autem homines ſunt, & idiotæ, & prorſus contemptibiles. Porro de inſania Manichæorum videri poſſunt iidem prodiiſſe. Siquidem plura cum illis communia habent, atque illud primum ſecretum de periurio, quod Manichæorum erat. Nam indixere ſibi latebras; firmauerunt ſibi ſermonem nequã; iſtiuſmodi ſcilicet: *Iura, periura, ſecretum prodere noli.* Cæterum ex Manichæorum ſenſu, omne iuramentum vſque ad inſaniam vitabant. Omnes qui de Eccleſia Catholica eſſent, canes & porcos dicebant, coniugium abhorrebant, & tamen impudiciſſimis ſeſe luxuriis inquinabant, à carnibus, & ab omnibus quæ ex carne generantur abſtinebant. Ne hæreſeos conuinci poſſent, cum Catholicis in Eccleſiam conueniebant. Denique ſi aliquem eorum fidem quis interrogaſſet, nihil Chriſtianius: ſi conuerſationem, nihil irreprehenſibilius: & quæ loquitur, factis probat. Videas hominem in teſtimonium fidei ſuæ frequentare Eccleſiam, honorare presbyteros, offerre munus ſuum, confeſſionem facere, Sacramentis communicare. Quid fidelius? Iam quod ad vitam, moreſque ſpectat; neminem concutit, neminem circumuenit, neminem ſupergreditur. Pallent inſuper ora ieiuniis, panem non comedit otioſus, operatur manibus, vnde vitam ſuſtentat. Mulieres relictis viris, & item viri relictis vxoribus ad iſtos ſe conferunt, promiſcuos & clandeſtinos conuentus agentes, mutuo ſe ſe omni ſpurcitia polluunt; cum tamen votum præferant caſtitatis. Teſtamentum vetus non recipiunt. Irridont nos, quia baptizamus infãtes, quod oramus pro mortuis,

quod

quod ſanctorum ſuffragia poſtulamus. Non credunt autem ignem purgatorium reſtare poſt mortem, ſed ſtatim animam ſolutam à corpore, vel ad requiem tranſire, vel ad damnationem, & adhuc effutiūt; peccatores ſunt Apoſtolici Rom. Pontif. Archiepiſc. Epiſc. presbyteri: ac per hoc nec dandis nec recipiendis idonei Sacramentis, hæc ſunt ipſiſſima ſigna huius temporis Nouatorum.

Conſtantinopoli defuncto Coſmo Patriarcha, ſucceſſit Chariton ex monacho.

XIII. Alphonſus Rex ope D. Iſidori de Mauris triumphat.

Hoc anno, Alphonſus Rex Caſtellæ, Mauris bello illato, præter alia oppida in Bætica, Biatiam quoq; vrbem ſed ope Diuum cepit. In eam Mauri ex tota prouincia vires contraxerant, certi de rerū ſumma cum Chriſtianis dimicare. Res periculo proxima erat, Alphonſus de euentu ſolicitus. Diui Iſidori ſpecies per ſomnium oblata (ſic fama eſt) nutantem confirmauit. Vanam viſionem non fuiſſe rei euentus comprobauit. Poſtero die totis vtrinq; viribus pugnatum; Mauri cæſi atq; fugati; vrbs dedita, atque militari præſidio firmata, ne Cordubenſium exemplo rebellare poſſet, neue à tergo hoſtile aliquid relinqueretur. *Mariana lib. 10. c. 18. & Ciacconius de vrb. Hiſpan.*

IESV CHRISTI ANnus 1148.

EVGENII PAPÆ III. ANNO IV. CONRADI Regis Rom. anno 10. Manuelis Imperatoris anno 6.

I. *Otto in Frid. lib. 1. cap. 58.*

ANNO *Chriſti* 1148. [a] Cruce ſignati tū ex Galliis, tum ex Alemannia, in Palæſtinam hoc anno congregati nihil dignum tranſegere, propter ſimultates nationum. Ita potentes Damaſco potiri, ſoluta obſidione, nihil dignum egere.

II. Conc. Rhē. in cauſa Eudonis hæret. & Præſtigiatoris diabolici. b *Vuillelm. Neubriſen. lib. 1. c. 19.*

Vndecimo Calend. April Rhemis in Gallia Conc. Epiſcoporū celebratum eſt. [b] In quo dum præſideret Eugenius, cum omni frequentia Epiſco. & nobilium, oblatus eſt ei quidā vir peſtifer, qui ſpiritu plenus diabolico, præſtigiali aſtutia tam multos ſeduxerat, vt fretus ſequentium numero, per diuerſa loca formidabilis aberraret, Eccleſiis maxime monaſteriiſq; infeſtus. Diuq; multumque debacchatus, tandem à Rhemenſi Archiepiſcopo captus eſt, & ſancto Concilio exhibitus. Eudo is dicebatur, natione Brito, agnomen habens de ſtella, homo illiteratus & idiota, ludificatione dæmonum ita dementatus, vt cum ſermone Gallico, Eon diceretur, ad ſuam perſonam pertinere crederet, quod in Eccleſiaſticis exorciſmis dicitur, ſcil. per eum qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem. Ita plane fatuus, vt Eon, & eum, neſciret diſtinguere, ſed ſupra modum ſtupenda cæcitate crederet ſe eſſe dominatorem & iudicē viuorum & mortuorū, eratq; per diabolicas præſtigias tam potens ad capiendas ſimplicium animas, vt tamquam ex muſcis aranearum opere irretitis, ſeductam ſibi multitudinem aggregaret: quæ tota illum tamquam Dominum dominorū indiuidue ſequeretur. Et interdū quidem per diuerſas prouincias mira velocitate ferebatur, interdum vero morabatur cum ſuis omnib[9] in locis deſertis & inuiis, moxq; inſtigante diabolo erumpebat improuiſus, Eccleſiarum maxime ac monaſteriorum infeſtator. Accedebant ad eum plerumq; noti eius & propinqui: erat enim nō infimi generis: ſiue vt eum familiari auſu corriperent, ſiue vt, quomodo circa eum res ſe haberet, cautius explorarent. Videbatur autem eſſe circa eū ingens gloria, apparatus, faſtuſq; regius; & qui cum eo erant, ſolicitudinis laboriſq; expertes, pretioſe indui, ſplēdide epulari, & in ſumma lætitia agere videbātur, vt pleriq; qui ad corripiendum eum venerant, conſpecta eius non vera, ſed phantaſtica gloria corrumperentur. Fiebat enim, ſed phantaſtice per dæmones: à quibus ſcilicet miſera illa multitudo, non veris & ſolidis, ſed aeriis potius cibis in locis deſertis alebatur. Nam qui in eius aliquando fuerant comitatu, eum eo ſublato tamquam pœnitentiam agentes per orbem vagarentur, referebant, quia in promptu eius erant, quotieſcunque volebat, panes, carnes, piſces, & quique cibi lautiores. Verum quod iidem cibi non ſolidi, ſed aerii fuerint, ſubminiſtrantibus inuiſibiliter ſpiritibus aeris huius, ad capiendas magis quàm paſcendas animas: hinc el. cebat, quod quantamcumque ex cibis illis repletionem modico ructu exinanitam tanta mox ſequebatur eſuries, vt eoſdem cibos ilico repetere cogerentur. Quicumq; forte ad eos accedens ex cibis eorum vel modicum guſtaſſet, ex participatione menſæ dæmoniorum mente mutata, ſpurciſſimæ multitudini continuo adhærebat. Et quicumq; ab eis aliquid in qualibet ſpecie accepiſſet, periculi expers non erat. Denique fertur, quemdam militem propinquum illius peſtiferi acceſſiſſe ad eum, & ſimpliciter monuiſſe, vt abiurata nefanda ſecta illa per communionem Chriſtianæ gratiæ, proprio generi redderetur. Ille hominem aſtute ſuſpendens oſtendit ei in multiplici ſpecie phantaſticarum opum amplitudinem, vt blandiente viſarum rerum illecebra caperetur. Propinquus inquit, noſter es; ſume de noſtro quod & quantum vis. Verum homo prudēs cum verba correptionis in ventū fudiſſet, exiuit vt abiret. Armiger vero eius, conſpectum miræ pulchritudinis accipitrem in propriam perniciem concupiuit. Quo petito & accepto dominum ſuum iam abeuntem cum lætitia ſequebatur. Cui ille: Abiice, quod portas; non enim auis eſt quod videtur, ſed dæmon ſic transformatus, cuius verbi veritas poſt modicum claruit. Cum enim inſipiens nollet audire monentem; primo conqueſtus quod accipiter ille vnguibus ſibi pugnum fortius ſtringeret: mox ab eodem per manū in aerem ſubleuatus deinceps non comparuit. Sane cum peſtifer ille ita debaccharetur, à Principibus ad inueſtigandum & perſequendum eum exercitus fruſtra mittebatur: quæſitus enim non inueniebatur. Tandem vero fraudatus ope dæmonū, cum non amplius per illum debacchari finerentur (non niſi enim à ſuperioribus poteſtat. bus iuſto Dei iudicio relaxātur) leui negotio à Rhemenſi Archiepiſc. comprehenſus eſt; & populus quidem ſtolidus qui eum ſequebatur, dilapſus eſt. Porro diſcipuli, qui ei arctius adhærebant, eiuſq; cooperatores extiterant, cum ipſo capti ſunt. Cum ergo ſtaret in conſpectu Concilii, interrogatus à ſummo Pontifice quiſnam eſſet, reſpondit: Ego ſum ille qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem. Habebat autem in manu ſua baculum inuſitatę formæ; in ſuperiori ſc. bifurcū. Interrogatus, quid ſibi vellet baculus ille: res, inquit, grādis myſterii eſt. Quamdiu enim ſicut nunc videtis, duobus cœlum capitibus ſuſpicit: duas orbis partes Deus poſſidet, tertiam mihi partem cedens. Porro ſi eadem duo ſuperiora baculi capita ſubmittam vſq; ad terram, & inferiorem eius partem quæ ſimplex eſt erigam, vt cœlū ſuſpiciat, duabus partibus mundi mihi retentis, tertiam tantummodo Deo partem relinquam. Ad hæc riſit vniuerſa Synodus, deriſitq; hominem tam profunde datum in reprobum ſenſum. Iuſſus autem ex decreto Concilii, ne peſtis iterum ſerperet, diligenter cuſtodiri, tempore exiguo ſuperuixit. Diſcipuli vero eius quos magnis inſignierat nominib. aliū ſc. vocans Sapientiam, aliū Scientiam, alium Iudicium, & in hunc modum cæteros, cū ſanam doctrinam nulla ratione ſuſciperet, ſed potius obſtinatiſſime de falſis gloriarentur vocabulis, in tantum vt ille qui Iudicium dicebatur, ſuis detentoribus vltricem infelici fiducia comminaretur ſententiam; Curiæ prius & poſtea ignibus traditi, ardere potius quam ad vitā corrigi maluerunt. Ille, qui Iudicium dicebatur, cū ad ſuppliciū duceretur, crebro dicebat: Terra finde re: tamquam ad oris eius Imperium terra aperienda eſſet, & deuoratura ſicut Dathan & Abiron hoſtes eius. Tanta vis ſemel infixi cordibus erroris fuit.

De diabolo ab Eone in accipitrem transformatio.

De diſcipulorum ipſius nominibus & ſuppliciis

III. Fidei profeſſio contra capita ſingula erroris Gilberti.

Poſt idē Conc. Rhemenſe, promulgata eſt ab Eugenio contra Giliberti errores, fidei profeſſio, totidē articulis quot errores fuerāt oppoſiti, à D. Bern. cōcepta. Ita habet:

Digitized by Google

1. *Credimus & confitemur ſimplicem naturam Diuinitatis eſſe Deum, nec aliquo ſenſu Catholico poſſe negari, quin Diuinitas ſit Deus, & Deus Diuinitas. Sicubi vero dicitur, Dominiſapientia ſapientem, magnitudine magnum, diuinitate Deum eſſe, & alia huiuſmodi: credimus non niſi ea ſapientia, quæ eſt ipſe DEVS, ſapientem eſſe: non niſi ea magnitudine, quæ eſt ipſe Deus, magnū eſſe: non niſi ea æternitate, quæ eſt ipſe Deus, æternum eſſe: non niſi ea vnitate vnum, quæ eſt ipſe: non niſi ea diuinitate DEVM, quæ eſt ipſe; id eſt, ſeipſo ſapientem, magnum, æternum, vnum, DEVM.*

2. *Cum de tribus perſonis loquimur, Patre, & Filio, & Spiritu ſancto, ipſas vnum Deum, vnam diuinam ſubſtantiam eſſe fatemur. Et è conuerſo cum de vno Deo, vna diuina ſubſtantia loquimur: ipſum vnum Deum, vnam diuinam ſubſtantiam eſſe tres perſonas confitemur.*

3. *Credimus & confitemur ſolum Deum Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum æternum eſſe; nec aliquas omnino res, ſiue relationes, ſiue proprietates, ſiue ſingularitates, vel vnitates dicantur, vel alia huiuſmodi adeſſe Deo, quæ ſint ab æterno, & non ſint Deus.*

4. *Credimus & confitemur, ipſam diuinitatem, ſiue ſubſtantiam diuinam, ſiue naturam diuinam dicas, incarnatam eſſe, ſed in Filio.* Hactenus profeſſio fidei, contra Gilibetti errores.

IV. Legati Henrici Rom. Regis ad Pontificem.

Ad idem Conc. venerant cum bulla aurea Nuncii Iunioris Romanorum Regis Henrici, tam de ſublimatione ſua ad Imperium Romano Pontifici ſignificantes, quam de tribus fratribus Ducibus Poloniæ, qui eiecto quarto Vuladislao ſeniore Regnum inter ſe diuiſerant, ac de Epiſcopis illius Regni, qui ſuper hoc patri ipſorum iuramentum præſtiterant, querimoniam facientes. In eodem Concilio Rhemenſi, Canones 17. conſtituit Eugenius, ad diſciplinam Eccleſiaſticam ſanciendam, atque conſeruandam.

V. Cardinales de S. Bernardo conqueſti apud Eugenium PP.

Cæterum cum intellexiſſent S.R.E. Cardinales, qui in vrbe remanſerant, à ſolo Diuo Bernardo, illis inſciis conceptam eſſe fidei formulam, contra errores Gilberti, non potuerunt ferre iniuriam Romanæ Eccleſiæ hac in parte, vt illi exiſtimabant, illatam. Putabant enim nihil de fide poſſe definiri, in quocumque Concilio; quod eorum auctoritate non eſſet examinatum, aut iudicio approbatum. Quamobrem ab exemplo Pauli qui Petrum modeſtè reprehenderat: & ipſi Eugenio perſcripſerunt, humiliter obſecrantes, vt huic nouitati occurreret. Excuſauit Eugenius ſanctum Bernardum; qui poſt longam cum Giliberto diſputationem, non quidem Eccleſiæ, ſed Giliberti conuicti & palinodiam decantantis, & per contrarias propoſitiones oppoſitos errores damnantis fidem, explicaſſet potius, & non pro canone definiuiſſet.

Eugenius Bern. excuſat. Gilbertus reſipiſcit.

Sane cum Gilbertus in conſeſſu Epiſcoporum conuictus, propoſitiones quas prius aſſeruerat damnaſſet, & eas veritates à Diuo Bernardo ex ſanctis Patribus Auguſtino & Leone deſcriptas confeſſus fuiſſet, gradu motus non eſt: ſolis eius erroneis libris vt non exſcriberentur ſed vel exurerentur, vel corrigerentur, cenſuræ ſubiectis: erroribus autem prorſus damnatis.

VI. Eugenius PP. probat ſtudium Hildegardis.

Abſoluto Concilio [c] Eugenius cum intellexiſſet ſanctam Hildegardem admirandas viſiones & videre, & ſcribere ſolentem: non tantum non prohibuit, quin potius inuitauit, vt ea ad vtilitatem Eccleſiæ deſcriberet & vulgaret. Cum etiam accepiſſet, [d] quaſdam diſcordias interceſſiſſe inter Theobaldum Cantuarienſ. Archiepiſcopum, & Bernardum Epiſcopum ſancti Dauidis, qui Canthuarienſi obedire recuſabat, eos conciliare conatus eſt. Miſit etiam Legatum in Angliam Eugenius ad Regem Stephanum, vt eum Theobaldo ſubiratum deliniret. Ægrè enim tulerat Rex, quod is ad Concilium Rhemenſe ſe inuito diſceſſiſſet, & prohibente Romano Pontifice, Euſtachium filium illius coronare noluiſſet.

c apud Sur. 17. Sept. d Roger. in Annal.

VII. Eugen. vitæ ſanctitas apud S. Bern. lib. 2. c. 6.

His tranſactis Eugenius PP. reuerſurus in Italiam, Clarauallem humiliter viſitauit, & gloriam Pontificatus Romani pauperum præſentauit aſpectibus. Mirabantur omnes in tanta altitudine humilitatem immobilem & in tam excellenti culmine propoſiti ſancti permanere virtutē, vt altitudini ſociata humilitas, pro officio exteriꝰ ſplenderet, vt per virtutem nequaquam interius vaneſceret. Adhærebat carni eius lanea tunica, & diebus ac noctibus cuculla veſtitus, ſic ibat, ſic cubabat. Intus monachi habitum retinens, extra ſe Pontificē & moribus & veſtibus exhibebat; rem difficilem agens, diuerſarum in vno homine proprietatem exprimens perſonarum. Segmentata ei circūferebantur puluinaria, lectus eius palliis opertꝰ cortina ambiebatur purpurea. Sed ſi reuolueres operimenta, inuenires ſuperiectis laneis cōploſa ſtramina, & paleas conglobatas. Homo in facie, Deus videt in corde; ipſe vero bona coram Deo & hominibus prouidebat. Alloquebatur fratres nō ſine lachrymis, miſcens ſermonibus auulſa à corde ſuſpiria, hortabatur & conſolabatur, & ſe inter eos fratrem & ſocium, non dominum exhibebat vel magiſtrum.

VIII. Eugen. ſurdo auditum reſtituit. f & lib. 4. cap. 4.

[f] Eo in conuentu præſente Diuo Bernardo ſurdum puerū obtulerunt: qui longo ante tēpore vigilans in cuſtodia gregis ſui, ſubito terrore percuſſus amiſerat auditum. Orans autem Pater ſanctus, & puero manus imponens; vtrum audiret, interrogauit. At ille mira deuotione proclamans, Audio Domine, audio, tam firmiter amplexatus eſt eum, vt ab eo vix poſſet auelli. Auditum eſt verbum, oblatus eſt ſummo Pontifici, aliiſq; perſonis, celeberrimumq; hoc miraculum fuit.

IX. Malachiæ Archiepiſc. obitus.

Antequam Eugenius PP. à Claraualle diſcederet, fama eius in Hiberniam peruagata, Malachiam Archiepiſcopum excitauerat, vt Clarauallē accederet, tum ad benedictionem, tum ad pallium poſtulandum. Cæterum non potuit tam cito gradu Malachias incedere vt Pontificem in eod. monaſterio cōſequeretur. Iam enim multis diebus ante eius aduentum diſceſſerat ex Galliis. Is porro vbi Clarauallē acceſſit, ægritudine cōfectus, ad meliorem patriam mortuus euolauit. Diuus Bernardus panegyrim illi dixit & ſcripſit: in Archiepiſcopatu autē ei ſucceſſit monachus Ciſtercienſis nomine Chriſtianus vir plurima ſanctitate præditus, primus è Claraualle Abbas in Hibernia à Diuo Bernardo miſſus.

X. Inuentæ & translatæ reliquiæ S. Eugenii martyris.

Conuenerat etiam per idem tempus Eugenium, Raymundus Toletanus Archiepiſcopus, atq; Concilio Rhemenſi interfuerat. Qui reuertens in Hiſpanias, cum in baſilica ſancti Dionyſii Pariſiis, corpus ſancti Eugenii martyris Archiepiſcopi Toletani conditum eſſe reperiſſet, occaſionem dedit Alphonſo Regi à Ludouico obtinendi brachium eiuſdem ſancti, cuius poſtea totum corpus à Carolo nono Rege, Philippus ſecundus Rex Hiſpaniarum ſuſcepit, & magna Hagiomachorum confuſione tranſtulit.

XI. De obedientia clericor. præſtanda ſuperiorib.

Eugenius interim Romam reuertens, cum audiſſet Brixiæ, Arnaldiſtas etiam clerum contra Epiſcopos & parochos concitare, ita vt nulli ſuperiorum obedirent, vniuerſo clero Romano ſcripſit, vt Capellani promitterent obedientiam Rectoribus titulorū. Cuius poſtea exemplo, Hadrianus Quartus, Rectoribus Romanæ fraternitatis, & Alexander tertius ſeptem Cardinalibus, reſcripſerunt, vt iidem clerici & capellani obedientiam ſponderent ſuis Prælatis.

XII. S. Henricus Epiſc. Vpſalenſis. g Io. Olau. lib. 19 c. 6.

Per idem temporis, [g] Nicolaus Anglicus ſedis Apoſt. in Dania Legatus, S. Henricum Epiſcopum Vpſalenſibus in Suecia præfecit, & pallium Archiepiſcopale apud Lundenſem Archiepiſcopum reliquit, vt is illud ei conferret, in quem Sueci conſentirent, namque ea tempeſtate Archiepiſcopus quem ex Polonia ſuſceperant, obierat: nec dum ſedes metropolitano ſtabilita erat.

XIII. Manuel Or. Imp. abrogata primū a ſe priuilegia Eccl. per bullam auream confirmat. h Nicetas Choniata in Manuele lib. 7.

Hoc anno Manuel Orientis Imp. contra Rogeriū Siciliæ Regē Imperio infeſtum, ſcribens exercitum, Numē diuinum primo ſibi eſſe placādum exiſtimauit, quod vehementiſſime irritarat, læſa immunitate & priuilegiis, etſi cæterorum Eccleſiæ miniſtrorum, præcipuè tamē monachorū. [h] Cum enim monachos poſſeſſionibus & negotiis turbari, & tranquillitate animi & Dei cultu excidere exiſtimaret, nullas eis vineas, nullos agros, nullas poſſeſſiones, quaſi profeſſio eorum non admitteret.

affignauit:

Digitized by Google

aſſignauit; ſed ex Fiſco tantum pendi iuſſit, quantum ad victum & cultum opus eſſet. Videbatur nimirum immodicam cupiditatem ſtruendi monaſteria improbaſſe, & exemplum poſteris prodere voluiſſe, quo pacto tẽpla condenda, & quæ viuendi ratio eremitis pauperibus, & à terrenis rebus ſe abſtrahentib. proponenda ſit. Tantum a. abfuit, vt eorum inſtitutum laudaret, qui monaſticam vitam profeſſi, & opibus affluunt, & multitudine curarum magis diſtrahuntur, quam ii qui huius vitæ deliciis occupãtur; vt ſanctionem Nicephori Phocæ Imperatoris olim abolitam de non augendis monaſteriorum latifundiis, quaſi poſtliminio reuocarit, neq; patrem, auum, cæteroſq; cognatos ſuos omnes, qui monaſteriis ampliſſima prædia donarant, incuſare deſtiterit: non quod de ſuis opibus Deo aliquid conſecraſſent, ſed quod rem bonam male adminiſtraſſent. Nam cum monachis habitationes in abditis & deſertis locis, in antris & montium cacuminibus aſſignandæ eſſent: & Conſtantinopolis tanquam Sirenum cantus vitanda; gloriola ductos, incruſtata ſua ſepulchra, & vario marmore exornata, iis qui templa ingrediantur, ſpectãda propoſuiſſe, & mortuos quoq; coronari ſe, & hilari ſplendidoq; vultu conſpici voluiſſe, & in foro ac triuiis monaſteria ædificaſſe: & ibi cum nullo delectu virtutis, velut in cauea concluſiſſe eos, qui monachos non vltra tonſum capillum, & mutatum habitum, promiſſamq; barbam exprimerẽt: & quidem ita primo ſentiebat Imperator. Cæterum cum læſam propterea conſcientiam quotidie exaudiret, ideo contra Rogerium arma parãs, bullam auream quã vocauit Medicatricem edidit: qua omnia priuilegia, omnibus Eccleſiis, clero & monachis confirmauit, poteſtatem ædificandi monaſteria & locupletandi fecit, & orationes Eccleſiaſticorum implorauit.

XIV. De Agarenorum liberis fœtẽtibus.

Conſtantinopoli mortuo Charitoni Patriarchæ, Lucas Chryſoberges ſucceſſit. Eius tempore affuerũt Synodiæ Agareni, qui cum referrent ſe quidem omnes baptizatos eſſe ab Orthodoxis ſacerdotibus, cæterum in medicinam putoris & fœtoris, cum quo infantes naſcebantur, non fuerunt pro Chriſtianis admiſſi. Itaq; cum videret eos baptiſmum, non animæ ſordium mundatorem, diuinæq; lucis & ſanctificationis præbitorem, ſed tanquam veneficium & incantationem exiſtimare: pro nõ baptiſmo illud lauacrum Lucas iudicauit. Sane perſuaſum erat Agarenis, fore vt ſui liberi à dæmone vexentur, & tanquam canes male oleant, niſi baptiſmum Chriſtianum aſſequantur. Dedit etiam operam Lucas Patriarcha, ne ſui Clerici & monachi amplius ad ſecularia fora traherentur.

IESV CHRISTI
Annus 1149.

EVGENII PAPÆ III. ANN. 5. CONRADI REGIS ROM. anno 11. Manuelis Imp. ann. 7.

I. Cruce ſignatorum inglorius reditus ex Palæſtina.
a *Otto in Frid lib. 1. c. 60 & ſeq. & vit. S. Bern. lib. 3. c. 4.*

ANno Chriſti 1149.[a] Cruce ſignati diſcordes, cum nihil dignum in Palæſtina feciſſent, reuerſi ſunt in Occidentem. Et quidem Conradus ſanus & valens, claſſe Manuelis delatus eſt: Ludouicus a. Gallus primo à Manuele interceptus, deinde à claſſe Sicula liberatus, in Italiam, deinde in Gallias cõceſſit. Conabatur Diuus Bernardus iuſſu Eugenii alios in ſubſidium terræ ſanctæ congregare. Sed à Ciſtercienſibus impedientibus ſtetit, vt nullos potuerit adunare. Illi enim præcipue ſiue ex ſimplicitate, ſiue ex malignitate in Sanctum nuncti, nõniſi ipſi cladem Chriſtianorum in Oriente imputabant.

II. S. Bernardus cæcum illuminat.

Accidit autem, vbi primum de eiuſdem exercitus diſſipatione lamentabilis intra Gallias inſonuerat rumor, vt illuminandum Dei famulo filium cæcum offerens pater, multis precib. vinceret excuſantem. Et imponens Sanctus puero manum, orabat Dominum; quatenus, ſi ab eo verbum prædicationis illius exierat; ſi prædicanti

A Spiritus eius aſſuerat: in illius illuminatione oſtendere dignaretur. Dum vero poſt orationem orationis præſtolaretur effectum; quid facturus ſum? ait puer: Video enim. Attollebatur ilico clamor aſtantium, qui grates Domino referebant: aliqui tamen ſanctum ſugillabant, quaſi eius culpa ſtrages Cruce ſignatorũ accidiſſet. Excuſabat, inter reliqua adducto exemplo pugnantium contra Beniamin; qui occidione delebantur. Peccauit Beniamin, ait[b] Bernardus; accinguntur reliquæ Tribus ad vltionem, nec ſine nutu Dei. Deſignauit deniq; ipſe Ducem præliaturis. Itaq; præliantur freti, & manu validiori, & cauſa potiori, & quod his maius eſt, & fauore diuino. At quam terribilis Deus in conſiliis ſuper filios hominum? Terga dedere ſceleratis vltores ſceleris, & paucioribus plures. Sed recurrũt ad Dominum; & Dominus ad eos: Aſcendite, inquit, & aſcendunt denuo;

S Bernardus opprobria de ſtrage cruce ſignat: ſibi imputata diluit.
b *De conſid. lib. 3.*

B denuoque fuſi & confuſi ſunt. Ita Deo primum quidem fauente, ſecundo & iubente, iuſti iuſtum certamen ineunt, & ſuccumbunt. Sed quo inferiores certamine, eo fide ſuperiores inuenti ſunt. Quid putas de me facerent iſti, ſi meo hortatu iterato aſcenderent, iterato ſuccumberent? Quando me audirent monentem tertio repetere item, repetere opus, in quo ſemel, & iam ſecundo fruſtrati forent? Et tamen Iſraelitæ vnam & alteram non reputantes fruſtrationem, tertio parent & ſuperant. Sed dicunt forſitan iſti: vnde ſcimus, q́ à Deo ſermo egreſſus ſit? Quæ ſigna tu facis, vt credamus tibi? Non eſt, quod ad iſta ipſe reſpondeam: parcẽdum verecundiæ meæ. Reſponde tu pro me, aiebat Eugenio, & pro teipſo, ſecundum ea quæ audiſti & vidiſti, aut certe ſecundum quod tibi inſpirauerit Deus. At mi-

C hi pro minimo eſt, vt ab illis iudicer, qui dicunt bonum malum, & malum bonum, ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem, & ſi neceſſe ſit vnum fieri à duobus: malo in nos murmur hominum, quam in Deum eſſe. Bonum mihi, ſi dignetur me vti pro clypeo libens excipio in me detrahentium linguas maledicas, & venenata ſpicula blaſphemorum, vt non ad ipſum perueniant. Non recuſo inglorius fieri, vt non irruatur in Dei gloriam. Quis mihi det gloriari in voce illa? Quoniam propter te ſuſtinui opprobrium; operuit confuſio faciem meam. Gloria mihi eſt, conſortem fieri gloriæ Chriſti, cuius illa vox eſt; opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me. Hæc Bernardus eo tempore, cum opprobriis detrahentium vexaretur.

III. Quare ſtrages illa facta.
c *Ioan. Abbas Caſæmarii apud Bern. ep. 333*

D Porro non deerant Sancto viro conſolationes, qua ab hominibus, qua à Deo. Ab illis;[c] quod ipſi faterentur ſe audiuiſſe à morientibus in Palæſtina, quia lucrum reputarent & in illa terra mori quam Chriſtus ſanguine ſuo irrigauit, & ad ſuam non reuerti, in qua recidiuam peccatorum contigiſſet incidere. Ferebant, & Diuos Ioannem ac Paulum apparuiſſe, & inquirentibus reſpondiſſe; multitudinem Angelorum qui ceciderant, de illis qui in Palæſtina mortui ſunt, eſſe reſtauratam.

IV. Henricus Regis Fr. frater fit Monachus.
d *Vita S. Bern. lib. 4. c. 3.*

Non defuerunt quoque viro Dei conſolationes à Deo.[d] Accidit, vt veniens Henricus germanus Ludouici Regis ad S. Bernardum, ſuper quodam ſeculari negotio locuturus, Conuentum etiam Fratrum viſitans, eorum ſeſe orationibus commendaret. Cui Pater Sanctus inter verba Sanctæ exhortationis, Confido, ait, in Do-

E mino, nequaquam te in eo moriturum, in quo nunc poſitus es, ſed velociter experimento proprio probaturum, quantum tibi iſtorum proſit oratio, quam expetiſti. Quod eodem poſtmodum die, nõ abſq; multorum admiratione completum eſt, & de tãti iuuenis conuerſione cœnobium omne exultatione repletum. Lugentibus autem ſociis, & familia tota, ac ſi mortuum illum cernerent, eiulante; præ cæteris Andreas quidam Pariſienſis Henricum ebrium, Henricum vociferabatur inſanum, nec conuiciis, nec blaſphemiis parcens. Econtra ſane idem Henricus pro illius potiſſimum conuerſione Dei hominem dare operam precabatur. Cui vir Sanctus audientibus multis; Dimitte, ait, hominem, modo anima eius in amaritudine eſt, nec pro eo multum ſol-

licitus ſis, quià tuus eſt ille. Cumque amplius ſpe concepta Henricus inſtaret, vt loqueretur Andreæ, ſeuerius intuitus eum vir Dei : Quid hoc eſt, ait, nunquid non iam dixi tibi : Tuus eſt ille? Audiens hæc Andreas (aſtabat enim & ipſe) ſicut plurimum imptobus erat, & à ſacra conuerſatione vehementer abhorrens, talia ſecum (vt ipſe fatebatur) tacita cogitatione voluebat: In hoc nunc ſcio falſum te eſſe prophetam. Hoc enim certus ſum, quia locutus es verbum, & non fiet. Hoc tibi ego coram Rege & principibus in celebri quocunq; conuentu improperare non parcam, vt tua omnibus falſitas innoteſcat. Cæterum quam admirabilis Deus in conſiliis ſuper filios hominum, ridens eorum vana conamina, vt propoſitum ſuum, quando & quomodo voluerit, impleatur? ſiquidem die altera ibat Andreas mala omnia imprecans monaſterio, vbi Dominum dimittebat, ipſam quoque deſiderans vallem funditus ſubrui cum habitatoribus ſuis. Nec parum moti ſunt & mirati, qui prædictum viri ſancti de ipſo audierant verbum, cum taliter videretur abire. Sed non diu puſillanimitatem eorum & fidem modicam tentari paſſus eſt Deus. Illa tantum die procedens, & repellens quodammodo gratiam Dei, nocte proxima victus, & quaſi vinctus, trahente ſe & vim faciente Spiritu Dei, diem expectare non potuit, ſed exurgens ante diluculum, velociterque rediens ad monaſterium, alterum Saulum, vel magis de Saulo Paulum alterum exhibebat.

Quomodo prædictio S. Bernardi de Andrea vera facta.

V. Henricus factus Epiſcop. Bellouacenſis literas ſcripſit Petro Cluniacenſi.

Contigit interim mortuo Bellouacenſi Epiſcopo Henricum ſuffici. Qui quantum in monaſtica diſciplina ſub magiſterio Diui Bernardi profecerit, vel hæc vnica eius Petro Cluniacenſi ſcripta epiſtola oſtendit. *Parcat*, inquit, *vobis omnipotens Deus: quid eſt, quod feciſtis? ſepultum hominem reuocaſtis ad homines, & conſilio veſtro, cui nimium creditum eſt, expoſitus ſum, & repoſitus in terribile curarum pelagus; vt me iterum honoris altitudo reſorbeat. Neſciui: anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab, quas ſuſcepi regendas; regi, non regere opus habens. Manus meas miſerunt ad fortia! opus eſt fortitudine. Speculator domui Iſrael factus ſum! opus eſſet prudentia. Sapientibus & inſipientibus debitor factus ſum; opus eſſet iuſtitia Prædicator populo Dei datus ſum! opus eſſet temperantia, ne forte, cum aliis prædicauero, reprobus (quod abſit) inueniar. Sed quæ ſunt iſta: & quis ſum ego? vel vbi iſta? & vbi ego? Domine pater & Deus vitæ meæ, imperfectum meum viderunt oculi tui. Domine vim paſſus ſum; reſponde pro me: quia ſola obedientia coegit me. ſine qua, iuxta virum ſanctum, infidelis quiſq; eſſe conuincitur, etiamſi fidelis eſſe videatur. Et quia nemo maiori fiducia vtitur, quam qui ex affectu diligit: nunc vos, quaſi portionem animæ meæ conuenio, deponens apud vos familiarem & dolentem querelam. Quid vobis viſum eſt, vt literis veſtris ad Dominum Abbatem miſſis, faceretis ſtultitiam meam eleuari ſuper candelabrum? Crediſtis quidem Domine, propter quod locutus es: nec fallere, nec falli voluiſti; ſed non euaſiſtis ſecundum. Verumtamen quoquo modo factum ſit, & quaqua verſum vertat exitum rei Dominus Deus noſter: ego veſter ſum, & ad veſtrum ſeruitium, ſi dignamini, præparatus. Me accipite in ſeruum, in amicum, in filium; & illi ſanctæ multitudini, cui Deo auctore præeſtis, ſpecialem & vterinum monachum, (ne dicam Epiſcopum) ſempiterno fœdere ſociate.* Hæc Regis germanus in Chriſti Schola ad humilitatem Chriſtianam informatus. Curam Epiſcopalem, cum, ſicut decebat virum Apoſtolicum, adminiſtraſſet, habuit fratrem Regem Ludouicum offendere.

(o)

IESV CHRISTI
Annus 1150.

EVGENII PAPÆ III. ANN. 6. CONRADI REGIS Rom. anno 12. Manuelis Imp. ann. 8.

I. Quam benigne habitus Petrus Cluniacenſis ab Eugenio Pap. a *Lib. 6. ep. 47.*

ANno Chriſti 1150. Eugenius Papa, Petrum Cluniacenſem Abbatem quam benigne habuerit ad ſe venientem, ipſum Petrum præſtat audire, exponentem, quemadmodum Pontifices Romani recipere conſueuerint viros doctrina & ſanctitate illuſtres Romam concedentes. [a] Bonum illum habuit in principio, ait, meliorem in proceſſu, optimum in fine: immo (vt quod verius ex corde haurio fatear) optimum ſemper. Cumque vultus ille illius, in quo vere Apoſtolicus vigor & forma relucet, pro varietate cauſſarum, perſonarum, & euentuum mutaretur, & aliis atq; aliis nunc iucundum, nunc nubilum diſcretiſſime ſe præberet : mihi tamen nunquam in diuerſa mutatus eſt. Qualem veniens reperi, talem recedens reliqui. Notabam ſæpe auſteriorem vel mæſtiorem quam frequenter induere aliis de cauſis cogebatur ſpeciem: ipſum aut priuatim, aut publice me alloquente de iudicis forma in patris gratiam commutare. Pręferebar omnibus etiam maioribus gradu, nec Patriarchalis dignitas, cum etiam Rauennas adeſſet, præire, me ipſum plerumque impellente, ſinebatur. Senatui Romanorum, Epiſcoporum, vel Cardinalium, non tantum adiungebar, ſed & quandoque adiungi cogebar. Excludebantur vniuerſi non Romani à Romanis conſiliis; ſolus aut pene ſolus ad myſteria iurata vocabar. Iſta in publico. Iam ſecretiora & remota ab aliis colloquia quis explicet? Dico, dico quod verum eſt. Nemo me putet aliter loqui quam ſentio. Vt aliquid arrogantius dicã, hoc apud me fas non eſt. Nunquam amicum fideliorem, nunquam fratrem ſinceriorem, nunquam patrem puriorem, in huiuſmodi colloquiis expertus ſum. Auris patiens ad audiendum, linguâ prompta & efficax ad reſpondendum, non vt maior minori, ſed vt aut par pari, aut quandoque inferior ſuperiori. Nihil faſtus, nihil dominium, nihil maieſtas; ſed totum ſibi hominem æquitas, totum humilitas, totum ratio vendicabant. Si quid vel ibi, vel alibi pretii: aut indultum eſt, aut rationabiliter ita vt queri non poſſem, negatum. Plura alia de humanitate Eugenii & Romanorum Cardinalium Petrus Abbas.

II. Hugo vltionem diuinam expertus. b *Append ad Sigebert.*

Venerat occaſione cuiuſdam caſtri, quod Hugo quidam, cognomento Diſcalciatus, monaſterio Cluniacenſi ſuperædificabat, magno damno & incommodo monachorum. Et quidem Eugenius Papa duto anathemati Hugonem ſubmiſerat : cæterum acriorem vindictam Deus in illud exercuerat. [b] Quintodecimo enim die Kal. Mart. terræ motu per triduum continuato, caſtrum illud terra dehiſcente periit, ſpatio, in quo fuerat, aquis profundiſſimis repleto.

III. De Conſtantio monaſteria & Eccleſias ædificante.

Hoc anno ad cœlos conceſſit S. Conſtantius Confeſſor Brixianus Comes. Is diuitiis affluens, ac militiæ primum addictus, cum illa Redemptoris verba : *Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus*, audiens perpenderet, tanquam ſibi vni dicta fuiſſent, ſpiritualibus diuitiis animum intendit, atque in loco, qui in Conchis dicitur, à Brixienſi ciuitate ad X. millia paſſuum diſtante, Eccleſiam Diuæ Dei Genitrici, vna cum cœnobio ſacratum virginum ædificauit. In ea ædificatione iſtud mirabile contigiſſe ferunt: quod dum carpentarii ligna cæderent, atque leuigarent, columba minutiſſimas lignorum ſchidas roſtro acceptas, iis locis, vbi futuræ Eccleſiæ fundamenta iacienda erant, deponebat. Præter eam, alias quoque XXIV. Eccleſias variis in locis extruxit : ac tandem multis piis operibus clarus ſancto fine quieuit. Eius corpus Brixiam translatum, in æde S. Cathatinæ conditum eſt. *Ex monum. Eccleſ. Brix.*

Eodem

Digitized by Google

IV. Willelmus Rogerii Regis filius inungitur Rex Siciliæ. c *Romuald. Salern. in Chron.*

Eodem anno,c Rogerius Rex Siciliæ filiis maioribus natu orbatus, Willelmum minorem Principem Capuanum in Regem Siciliæ iuſſit inungi, & ſecum conregnare. Petrus Cluniacenſis conſolabatur illum in tot funeribus natorum: hortabatur autem ad pacem cum Conrado Rege ineundam, in tot fraudibus malignantium Græcorum.

V. De Famiano Agripp. virtutibus & miraculis claro.

Vixit hoc anno S. Famianus, antea Qunradus dictus, Coloniæ Agrippinæ Gothſcalco patre, Guimera matre natus. Is adoleſcens officia pietatis colere cœpit, ſuiſq; facultatibus in vſum pauperum erogatis, relicta patria, Romam venit, vt loca ſancta viſitaret. Per Italiā ſexennio peregrinatus, in Hiſpaniam Compoſtellam, ad S. Iacobi Apoſtoli corpus venerandum acceſſit. Inde in Syriam profectus, ſepulchrum D.N. Ieſu Chriſti, aliaque Palæſtinæ loca, ſummo deuotionis affectu perluſtrauit. Factus Ciſtercienſis Eremita, in Gallæcia triennium in aſſidua carnis maceratione permāſit, & in monaſterio S. Coſmæ & Damiani ann. 25. vitam herbis, pane & aqua, tranſegit, donec factus monachus eiuſdem ordinis, paulo poſt obitum S. Bernardi Abbatis, ſacerdos eſt ordinatus. Romam iterum veniens, Eugen. III. Pont. Max. Galleſii ſubſtitit, Fontemque ex ſilice virga percuſſo, mirabiliter eduxit, qui in hodiernum vſque diem perſeuerans, febricitantib. prodeſſe dicitur. Mortuus eſt 6. Idus Auguſti. Hunc miraculis clarum Hadrianus IV. Pontifex quinquennio poſt in SS. numerum retuliſſe fertur. Extat Eccleſia Galleſii ſuo nomini dicata: cui eadem indulgentia quæ S. Mariæ Angelorum apud Aſſiſium, à Summis Pontificibus conceſſa dicitur. *Ex Monum. Eccl. Galleſ.*

IESV CHRISTI
Annus 1151.

EVGENII PAPÆ III. ANNO 7. CONRADI REGIS Rom. anno 13. Manuelis Imp. anno 9.

I. Mogunt. & Colonienſ. Epiſc. cauſam dicunt apud Pōtificem. a *lib. de conſiderat.* Reiecta munera horum Epiſcoporum.

ANno Chriſti 1151. Duo Archiepiſcopi Germaniæ Colonienſis & Moguntinus ad cauſam dicendam Romam vocati, onuſti venerunt. Colonienſem Innocentem abſoluit, Moguntini vero cognitionem in aliud tempus reiecit Eugenius, multa ambo offerebant munera, ſed hæc neq; Pontifex, neq; quiſquam Pontificiorum accipere voluit: quod Sāctus a Bernardus inter admiranda ponens, hæc Eugenio teſtabatur: *Vidimus*, inquit, (*vt oblata pauperibus taceam, quæ tangere non acquieſcis*) *Germanicos detuliſſe ſaccos, ſed pretio, non maſſa. Argentum reputatum eſt fœnum: ſammarij non leuati ſarcinis, onuſti nihilominus repatriant, vel inuiti. Noua res. Quando hactenus Roma aurum refudit? & nunc Romanorum conſilio id vſurpatum non credimus. Duo venerunt, ambo locupletes, & ambo rei. Siquidem vnus Moguntinus, Colonienſis alter. Alteri gratia gratis reddita eſt; alter indignus, credo, cui gratia redderetur, audiuit: Cum quali veſte intraſti, cum tali egrediaris. O vocem magnificam! o vocem prorſus Apoſtolica libertatis! Quid minus ab illa hac habuit; Pecunia tua tecum ſit in perditionem; niſi quod illa plus zeli, iſta plus modeſtiæ ſonuit?*

II. Conc. Baugenc. pro diuortio Ludouici Reg. b *Sugerius in Ludouico.*

In Galliis, in caſtro Baugenciaci habita Synodo, ex mutuo conſenſu partium, factum eſt diuortium inter Ludouicum Regem & Eleonoram Aquitaniæ Ducis filiam, propter proximum conſanguinitatis gradum. Propter quam pariter cauſam, Fridericus Sueciæ Dux, ſuam quoq; reliquit conſortem, approbantibus ſeparationem ſedis Apoſtolicæ Legatis.

III. Legati Pōtificis in Germaniā & Hiberniam miſſi. c *ep. 290.* De Iordani Legati moribus.

Eodem anno Eugenius Papa miſit Legatos; in Germaniam quidem ad Conradum Regem duos Cardinales, Iordanem & Octauianum: in Hiberniam autem ad quatuor pallia, quatuor inſtituendis metropolitis deferenda, Ioannem Paparonem nobilem Romanum, tituli S. Laurentii in Damaſo Cardinalem. Iordanem ex his redarguebat, Ioannem autem ſummopere dillaudabat S.c Bernardus, ſcribens Cardinali Oſtienſi: Pertranſiit, ait, Legatus veſter de gēte in gentem, de regno ad populum alterū, fœda & horrēda veſtigia apud nos vbiq; relinquēs, à radice Alpium, & regno Teutonicorum per omnes pene Eccleſias Franciæ & Northmaniæ, & circumquaq; circumiens, vſq; Rothomagum vir Apoſtolicus repleuit non Euangelio ſed ſacrilegio. Turpia fertur vbiq; commiſiſſe, ſpolia Eccleſiarum aſportaſſe, formoſulos puerulos in Eccleſiaſticis honoribus, vbi potuit, promouiſſe; vbi non potuit, voluiſſe. Multi ſe redemerunt, ne veniret ad eos. Ad quos peruenire nō potuit: exegit & extorſit per nuncios. In ſcholis, in Curiis, in triuiis fabulam ſeipſum fecit: ſeculares, religioſi, omnes male loquuntur de eo. Pauperes, & monachi, & clerici conqueruntur de eo. Homines quoq; ſuæ profeſſionis ipſi ſunt, qui magis exhorrent & famam eius & vitam. Hoc teſtimonium habet, & ab his qui intus, & ab his qui foris ſunt. Non ſic Dominus Ioannes Paparonus, non ſic, cuius laus eſt in Eccleſia, quippe honorificantis vbiq; miniſterium ſuum.

IV. S Henrici Martyriū. d *Ioan. Olaus de reb. Goth. lib. 19. c. 3.* Laudes huius Henrici & Erici Regis Sueciæ.

Eodem anno, d Sanctus Henricus Finlandiæ Apoſtolus & Epiſcopus, cum magna ex parte gentem illam ad Chriſti fidem conuertiſſet, graſſatione impiorum Martyrii palmam conſecutus eſt.

Regnante enim in Suecia & Gothia Sanctiſſimo Rege Erico venerabilis hic Pontifex Henricus ex Anglia oriundus, vitæ ſanctitate, & morum honeſtate clarus, Vpſalenſem regebat Eccleſiam. Quibus quaſi duobus luminaribus, populus terræ illius ad veri Dei notitiam & cultum magis ac magis illuſtrabatur. Sanctus autem Rex Pontificem, inſigni, vita, motibus & Eccleſiaſticæ dignitatis culmine præpollentem, intimi amoris complectebatur affectu & ſpeciali familiaritatis gratia honorabat. Felix patria, quam Diuina maieſtas conceſſerat, talium ac tantorum rectorum moderamine eodem tempore gubernari. Non erat tunc formidandum, vt regnum in ſe diuiſum deſolaretur, dum ad gloriam Dei & iuſtum tranquillumq; regimen ſubditorum prima capita populorum tam concorditer conſpirabant. Proueheb atur tum creſcens in timore Dei Eccleſia, corrigebantur leges, quas vel antiquitas minus recte condiderat, vel perſuaſio malignorum obliquauerat, ſtudebatur paci & iuſtitiæ ſubditorum, lupi rapaces dentes venenatos in oues inſontes acuere non audebant, cum Rex ſedēs in ſolio, intuitu ſuo omne malum diſſiparet, & bonus paſtor ſuper cuſtodiam gregis ſui ſedulo vigilaret.

V. Erici Regis victoria de Finlandis.

Cum vero plebs Finlandiæ tunc à vero Deo aliena, incolis Sueciæ grauia damna frequenter inferret, Sanctus Ericus Rex aſſumpto ſecum B. Henrico Vpſalenſi Epiſcopo, collectoque exercitu, contra nominis Chriſti & populi ſui inimicos, expeditionem inſtituit. Quibus facili negotio, Domino Regis pietatem proſperante, fidei Chriſti & ſuo Dominio ſubiugatis, & fundatis ibidem Eccleſiis, Rex quidem in Sueciam cum glorioſa victoria rediit. Beatus vero Henricus vineæ Domini recenter plantatæ culturam ac cuſtodiam ſuſcepit. In tanta quippe Paſtorum penuria, animarum zelo, honoriſque diuini cupidine ſuccenſus ſe ipſum obtulit, vt teneros Chriſto nuper ex aqua renatos filios, educaret, foueret, viroſque redderet, nulla pericula reformidans, nulla metuens aduerſa. Tantus fidei feruor, tantus ardor diuini amoris altare aureum cordis deuotiſſimi Pontificis accenderat, qui poſtpoſitis diuitiis, amicorum ſolatiis, ſublimi Vpſalenſis præſulatus, pro pauperum & paucarum Ouium ſalute, multis ſe mortis periculis exponebat, illius imitatione paſtoris, qui relictis nonaginta nouem ouibus in deſerto, vnicam errantem requiſiuit, & inuentam ad ouile propriis impoſitam humeris deportauit.

VI. Quomodo Sanctus Henricus Martyriū ſubierit.

Tali igitur ædificationi & confirmationi Finlandenſium Eccleſiæ prudenter ac feliciter inſiſtenti, accidit,

Digitized by Google

cedit, vt quidam homicidii reus ad eum deferretur, quem cum ob facinoris immanitatem Eccleſiaſtica diſciplina corrigere vellet, vir ille ſanguinum ſalutis remedium contemnens, in miniſtrum iuſtitiæ & ſuæ ſalutis zelatorem manus iniecit violentas, ipſumque crudeliter trucidauit. Sic ſacerdos Domini acceptabilis hoſtia, diuinis oblata conſpectibus, occumbens pro iuſtitia templum ſupernæ Hieruſalem, cum glorioſi palma triumphi intrauit. Cuius ſanctitatem Deus celeri vindicta, quæ impium parricidam conſecuta eſt, illuſtrauit. Nam tollens occiſor de capite S. Pontificis pileum ſuo impoſuit capiti, reuerſuſque domum de commiſſo flagitio ſeſe iactitans, quod vrſum proſtraſſet, per hoc deſignans necem Sancti viri: lætabaturque cum male feciſſet, & exultabat in rebus peſſimis. Verum ira Diuina virtute pileus capiti eius adhæſerat, vt dum illum à capite amouere tentaret, cutim ſimul & carnem pileo coalitam abſtraheret. Congrua profecto Diuinæ vltionis vindicta, vt in vertice capitis tali pœna miſerabiliter torqueretur, qui non eſt veritus verticem Eccleſiæ Chriſtum Domini truculenter impetere & occiſum ſpoliare.

Vltio diuina in parricidam S. Henrici.

VII. Varia miracula S. Henrici.

Defuerat corpori ſancto digitus annularis per ſicarium illum nefarie, dum promiſcue vulnera infligeret, amputatus, nec facile propter niuium copiam (erat enim brumale tempus quando ſcelus commiſerat) etiam adhibito ſtudio reperiri poterat; verum ineunte vere, niue circumquaque & glacie reſoluta, indicio corui crocitantis, volucris alioqui cadaueris nimium appetentis, vt hic etiam miraculi vis maior effulgeret, proditus, ac religioſe collectus & aſſeruatus eſt. Illud quoque ſanctitatis eius celebre teſtimonium enituit in villa Caiſalum. Deploratum iam & depoſitum filium mæſti parentes, tumulo mox inferendum comitabantur, cum admoniti, patrocinium B. Henrici vt implorarent, ac vitam mortuo flagitarent: quod cum facere ſunt aggreſſi, ſuperſtitem à tumulo reduxerunt. Filia etiam Antonii de Bamo defuncta, à parentibus luctu amaro plangebatur, ad inuocationem vero S. Henrici, ſubito reddita fuit vitæ pariter & ſaluti. Æditimus quidam eum frustra pro primogenitæ decumbentis ſalute, cum pluribus ſanctis vota fudiſſet, tandemque mœrore plenus mortuam depoſuiſſet, per viſum monitus, S. Henrici vigiliæ ieiunium, & ad ſepulchrum eius peregrinationem vouit; quo facto puella ſurrexit, non viua modo, verum etiam ſana.

Mulier triennio languore graui detenta, S. opem implorauit, & ſine mora conualuit.

Alia contractione pedis laborans vouit peregrinationem ad S. reliquias, & ſanata fuit.

Similis peregrinationis voto ſoluto tertia mulier, cæcitatis caligine per annum integrum percuſſa, viſum recepit.

Frater quidam Ord. Minor. concionator ſexennio dolorem capitis vehementem paſſus fuit, poſt votum vero viſitationis ſepulchri S. Henrici, dolor omnis euanuit.

Cumplures ſocii ad capturam Phocaros altum mare ingreſſi, tempeſtateque graui diu iactati, voti beneficio maris tranquillitatem impetrarunt, & naufragium euaſerunt.

Guilmundus quidam famulus D. Alnenſis, in Veſtrogothiam negotiorum cauſa ab hero miſſus, & à presbytero quodam hoſpitio exceptus, cum cœna peracta ad memoriam S. Henrici (quod genti moris eſt) poculum propinaſſet, ſubridens presbyter, experiar, inquit, in me lubens eius vim, ſi is ſanctus eſt. Et ecce inſequente nocte, graui corporis dolore ac tumore cruciari cœpit. Mox animum ſubiit irriſio paulo ante facta. Pœnitentia igitur ductus Gudmundum acceſſiuit, veniam petiit, & vouit obſeruaturum ſeſe vigiliam B. Henrici omnibus diebus vitæ ſuæ, moxque meritis viri Dei liberatus fuit. Multis præterea beneficiis ad memoriam eius & inuocationem exhibitis, vitæ mortiſque Henrici innocentiam ac ſanctitatem diuina bonitas eſt teſtata. *De eo Scriptores rerum Suecicarum & Anglicar. Ioann. Mag. lib. 19. Hiſt. Goth. cap. 3. Molanus & Caniſius in ſuis Martyrolog. Thom. Bozius lib. 4. de ſignis Eccleſ. Dei cap. 1. Baron. Tom. 12. pag. 375.* Vitam hanc cum miraculis adnexis ex antiquo MS. Codice Rubræ Vallis in Belgio deſumpſit Ioann. Vaſtouius Sigiſmundi III. Regis Poloniæ Biblioth. Præfect. Martyrium ſubiit Anno ſalutis 1150. 19. Ianuarii, relatuſque in numerum SS. ab Adriano IV. Anno 1158: quo tempore Abogiæ facta eſt ſedes Epiſcopalis ab eodem Pontifice.

Per idem temporis Gratianus monachus Benedictinus magno ſtudio collegit librum Decretorum, & per diſtinctiones atque quæſtiones rite diſpoſuit.

VIII. Gratiani liber decretorum.

IESV CHRISTI
Annus 1152.

EVGENII PAPÆ III. ANNO 8. FRIDERICI REGIS Rom. anno 1. Manuelis Imp. anno 10.

ANno Chriſti 1152. [a] Quintodecimo Kalend. Martii Conrado Rege, non ſine ſuſpicione veneni à medicis Rogerii Siciliæ Regis propinati defuncto, fratris eius filius Fridericus Dux Sueuorum, ab eodem deſignatus, in Regnum ſucceſſit: ſtatimque Legatos ad Eugenium Pontificem miſit, qui pacem inter eum & Eugenium ſtabilirent. Conuenerat vtrimque, vt Fridericus quidem neque cum Rogerio, neq; cum Romanis, contra Eccleſiam S. Petri quicquam, inuito Eugenio tranſigeret, quinimo eamdem Eccleſiam ab vtriſq; defenderet; Eugenius vero Fridericum imperii diademate coronaret. Primus Fridericus ſemina diſcordiæ iecit, cum in diſcordia electorum Archiepiſcopi Magdeburgenſis Guicmannum Citenſem Epiſcopum, ei Eccleſiæ, ex parte magna Clero reclamante intruſit, & per ſceptrum regnum inueſtiuit. Quam rem cum Eugenius contra ſacros canones præſumptam eſſe putaret, Archiepiſcopis & Epiſcopis Germaniæ ſcripſit, qui Regem admonerent, ſineret iure ſuo ſibi eligere Antiſtitem, Clerum Magdeburgenſem.

I. Conradi Germaniæ Regis obitus. [a] Otto Friſingenſ. l. Frid. lib. 2. c. 6. Subrogatio Friderici Ducis Sueuiæ.

Per idem tempus, [b] Eugenius, miſſis Legatis Cardinalibus Babenbergam, Henricum Imperatorem ſanctitatis & caſtitatis laude inſignem numero ſanctorum adſcripſit: à Diuo autem Bernardo Abbate libros de Conſideratione aureos accepit, in quibus, quod aliqui Romanorum Arnaldiſtæ res turbarent, quoſdam eorum perſtrinxit his verbis acrioribus aliquantum. *Quid de populo loquar? Populus Romanus eſt. Nec breuius potui, nec expreſſius tamen aperire de tuis parœcianis quid ſentio. Quid tam notum ſeculis, quam proteruia & faſtus Romanorum? Gens inſueta paci, tumultui aſſueta, gens immitis & intractabilis, & vſq; adhuc ſubdi neſcia, niſi cum non valet reſiſtere. En plaga! tibi incumbit cura hæc, diſſimulare non licet. Rides me, forſan fore incurabilem perſuaſus. Noli diffidere: curam exigeris, non curationem. Scio induratum cor populi huius: ſed potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Quis ſcit, ſi reuertatur & ignoſcat, conuertat & ſanet eos?* [c] Sane conuertit; hoc enim ipſo anno, pace cum Eugenio facta, illum ex Galliis reuertentem ſummo cum honore in vrbem admiſerunt.

II. S. Bernardi libri de conſid. ad Eugenium miſſi. [b] Otto Friſ. lib. 2. c. 1.

Romani reconciliati Pontifici. [c] append. ad Sigebertum.

Eodem anno Rogerius Rex Siciliæ defunctus eſt. Potho autem presbyter Prumientium, quinq; libros de domo Dei abſoluit; plane opportuno tempore cum Regna Occidentis Schiſmaticis abundarent & cum Fridericus Rex regnare cœpiſſet, vt vna cum veneno & antidotum pararetur.

III. Rogerii Siciliæ Regis obitus.

Hoc anno vixit Chelidonia virgo, Ceculis in Veſtinis honeſto loco nata. Hæc ab infantia à ſeculi pompis

IV. De Chelidonia virg.

abhor-

abhorrens, quaſi monaſticam vitam, contra parentum voluntatem, agebat, donec quadam die relictis omnibus, in ſolitudinem intra montes apud Sublacum, ſe recepit. Romam profecta, ſacris locis inuiſis, ad ſolitudinem rediit, nec multo poſt ad monaſterium Sublacenſe accedens, velo ſanctimonialium ab Epiſcopo Tuſculano accepto, ad ſolitudinem reuerſa, laboribus, vigiliis, frigoribus, ieiuniis, beſtiarum horroribus, afflicta manſit. Noctes illi erant inſomnes, cautes pro lecto, ſaxum pro puluinari, funis pro zona. Cum puer panem, vinum & piſces aliquot coctos, ei deferret, piſcemque ſibi in via reſeruaſſet: *Caue*, inquit ad puerum, fili, *ne piſcem à te abſconſum repetas, ne quid mali tibi contingat*: quibus verbis rubore ſuffuſus, veniam petens, dum ad piſcem abſconditum rediit, illum ſerpentibus tectum inuenit. Aliquando ſuffragio humano deſtituta, in morem Pauli à coruis cibum accepit. Denique anno ætatis 60. multis ad eum ægrotis, quos ſanabat, confluentibus, obitu ſuo prædicto, 3. Idus Octob. migrauit ad ſponſum. Eius corpus ibi conditum, ex Eccleſia vetuſtate pene collapſa, in Eccleſiam Sublacenſem S. Scholaſticæ tranſlatum eſt. *Ex Monum. illius Eccleſ.*

IESV CHRISTI Annus 1153.

EVGENII PAPÆ III. ANN. 9. FRIDERICI REGIS Rom. anno 2. Manuelis Imper. ann. 11.

I. Henr. Archiep. Mogunt. deponitur.

ANNO Chriſti 1153. Eugenius Papa, Canonicis Baſilicæ S. Petri, quartam partem oblationum ex altari maximo Confeſſionis S. Petri diplomate dato attribuit. Legatos etiam Bernardum presbyterum, & Gregorium diaconum Cardinales in Germaniam miſit: qui cauſam Henrici Archiepiſcopi Moguntini cognoſcerent. Cognouerunt, atq; dignitatem eidem abrogarunt. Iuſte, an iniuſte: nihil certi.

II. Eugenii Pap. obitus.

Paulo poſt ipſe Eugenius Papa, octauo Id. Iulii, Tibure deceſſit: cum multas ciuitates à dominio B. Petri alienatas recuperaſſet, & maximis virtutibus, præſertim vero integritate in reiiciendis muneribus claruiſſet.

III. Item S. Bernardi Abb.

Obiit & Diuus Bernardus Abbas, ſi quis vnquam alius, Magnus Eccleſiæ Pacatius, Magnus Chriſti Apoſtolus, Magnus hæreticorum & ſchiſmaticorum expugnator; Maximus eloquio, doctrina, pietate, ſanctitate, religionis propagatione, miraculis, factis. Maximus apud Pontifices, Imperatores, Reges, Principes, Cardinales, & omnes omnino populos Chriſtianos: cuius memoria feliciſſima in benedictione & ſanctificatione, ad morum diſciplinam, & ad condemnationem hæreticorum, in ſancta Eccleſia æternum perſeueret. Aliquando vſque ad mortem ægrotanti, aſtitit Satan accuſator, qui multa, nec excuſanda accuſaret. Ibi ſanctus: Fateor, ait, non ſum dignus, meo merito regnum cœli obtinere. Dominus tamen meus, duplici iure illud obtinet; altero natiuitatis, altero paſſionis: illo contentus, iſtud mihi donauit, in quo iure ego ius meum ſupremum dico. Dixit; & ille malignus diſceſſit: flagro tali percuſſus: à tali, à tanto, à tam ſupremo ſaucto.

IV. Item Adami Poetæ.

Eodem tempore in monaſterio S. Victoris obiit Adam Poeta Chriſtianus vir illuſtris: quem ab vmbra quis fuerit, cognoſcens epitaphium quod ſibi viuens ſcripſit perlege, quod eſt huiuſmodi.

Heres peccati, natura filius iræ,
Exiliiq; reus naſcitur omnis homo.
A *Vnde ſuperbus homo, cuius conceptio culpa,*
Naſci pœna, labor vita, neceſſe mori.
Vana ſalus hominis, vanus decor, omnia vana:
Inter vana nihil vanius eſt homine.
Dum magis alludit præſentis gloria vitæ
Præterit, immo fugit; non fugit, immo perit.
Poſt hominem vermis, poſt vermem fit cinis, heu, heu!
Sic redit ad cinerem gloria noſtra ſimul.
Hic ego qui iaceo, miſer & miſerabilis Adam,
Vnam pro ſummo munere poſco precem,
Peccaui, fateor, veniam peto; parce fatenti,
Parce pater, Fratres parcite, parce Deus.

B

IESV CHRISTI Annus 1154.

ANASTASII PAPÆ IV. ANNO 1. FRIDERICI REGIS Rom. anno 3. Manuelis Imp. ann. 12.

I. Anaſtaſii IV. Pap. creatio & obitus. a *Otto in Friderico lib. 2. c. 10.*

ANNO Chriſti 1154.[a] Eugenio defuncto, in Pontificem electus fuerat, Conradus Romanus, Canonicus Regularis, ex Epiſcopo Cardinale Sabinenſe, Anaſtaſii quarti nomine ſalutatus. Ab eo Gerardus Cardinalis Legatus in Germaniam in cauſa Magdeburgenſis Archiepiſcopatus deſtinatus, male à Friderico Rege acceptus, reuertens in via mortuus eſt. Sed & ipſe C Anaſtaſius Quarto Nonas Decembr. poſt eum viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſt, ſepultus in baſilica Lateranenſi. In eius locum ſucceſſit ex Epiſcopo Albano Cardinali, Nicolaus Anglus, Hadriani nomen conſecutus. Is olim in Noruegia Legatus, gentem illam barbaram & rudem in lege Chriſtiana diligenter inſtruxit, & Eccleſiaſticis eruditionibus informauit: ac reliquit pacem regnis, legem barbaris, quietem Eccleſiis, ordinem clericis & diſciplinam, & Deo populum acceptabilem, operum bonorum ſectatorem.

Subrogatio Hadriani IV.

II. Legati Pōtif. reiecti à Willelmo Rege.

Is ſtatim ac aſſumptus eſt Henricum Cardinalem SS. Nerei & Achillei Legatum ad Willelmum Rogerii Siculi filium miſit: quem tamen hic ilico reuerti præcepit, neque recipere voluit, eo quod Pontifex in literis D ad Willelmum datis, non Regem eum ſed Dominum appellaſſet.

III. Henr. Dux Northmānor. Rex Angliæ.

Obierat interea Stephanus Rex Anglorum: & in regnum ſucceſſerat Henricus Dux Northmanniæ filius Mathildis Imperatricis, qui Eleonoram à Ludouico Gallo repudiatam in matrimonium ſibi collocarat. Is cum audiſſet Hadrianum ſuum gentilem in Pontificem eſſe electum, gratulatorias ei ſcripſit; inſinuans permulta in adminiſtratione Pontificatus neceſſaria ſummopere. In primis, ne in creatione Cardinalium reſpiceret ad patriæ propinquitatem, generis qualitatem, aut potentiæ quantitatem, ſed q Deum timeant, auaritiam oderint, iuſtitiam ſitiant, & zelo ferueant animarum: deinde, ne quis indignus, in collatione beneficiorum irruat in patrimonium Crucifixi. Item vt E Conſtantinopolitani imperii, & libertatis Terræ ſanctæ quam Chriſtus ſanguine ſuo irrigauit, curam haud negligeret.

IV. Friderici Reg. pietas. b *& c. 11.*

Hoc anno,[b] Fridericus in Italiam deſcendens, cum milites ipſius aliquas Eccleſias in itinere ſpoliaſſent, indicta vniuerſo exercitui collecta, quicquid pecuniæ collatum eſt, Eccleſiis ſpoliatis in ſatisfaciendum retro miſit.

V. Willelmi Epiſc. obitus.

Hoc ipſo anno, vir Apoſtolicus, ſanctitate clarus, Wicelinus Epiſcopus Aldemburgenſis, qui ante Epiſcopatum adeptum in Olſatia atque Wandalia annis triginta Euangelium prædicauit, & vberes fructus ex ſuo Apoſtolatu collegit, miraculis celebris ex hac vi-

Digitized by Google

A ta deceſſit, Sexto etiam Kalend. Iulii, ex hac vita ad cœlum migrauit in Gallia ſanctus Lambertus Epiſcopus Vencienſis, qui ex monacho Lerinenſi ad eius Eccleſiæ regimen vocatus, miraculis inſigni claruit ſanctitate.

VI. Item S. Lamberti Epiſc.

VII. Almarici Antioch. Patr. vexationes

Antiochiæ Almaricus Patriarcha, à Rainaldo Principe infenſo in carcerem detruſus, & tandem capite melle delibuto, in ſolis ardore muſcis & veſpis expoſitus, magnam paſſus eſt ignominiam. Et hic quidem à Balduino Rege Hieroſolymitano liberatus euaſit; Rainaldus autem ab hoſtibus captus, dignam ſacrilegio pœnam recepit.

VIII. De Hattone Generale.

Vixit hoc anno Hatto, qui & Hattus, & Actus dicitur, natione Hiſpanus, patria Pacenſis. Hic literis & moribus excultus, in Italiam venit, vt loca ſancta inuiſeret, anno 1125. captoſque amore religionis Vallis vmbroſæ factus eſt monachus, & poſt quinquennium Abbas, nec multo poſt generalis, S. Bernardo qui Cardin. & Epiſc. Parmenſis fuit, ſubrogatus eſt. A Piſtorienſibus (fama eius ſanctitatis peruagante) Epiſcop. inſtantiſſime, ab Innocent. II. Pontif. Max. poſtulatus, anno 1134. licet inuitus, munus Epiſcop. ſuſceptum, vitæ monaſticæ obſeruantia minime neglecta, exequebatur quam diligentiſſime. A Didaco Archiepiſcopo Compoſtellæ, nodum vnum colli S. Iacobi Apoſt. (quem propterea Piſtorienſ. vti protectorem ſuum venerantur) obtinuit. Cum annos viginti Eccleſiam rexiſſet, mortuus eſt. Eius corpus cum ann. 184. latuiſſet, integrum incorruptumque, & ſuauem mittens odorem, repertum, in ædem S. Iacobi tranſlatum eſt, aliquot miraculis ſubſecutis. *Ex Monument. illius Eccleſ.*

IESV CHRISTI Annus 1155.

HADRIANI PAPÆ IV. ANN. I. FRIDERICI IMP. anno 1. Manuelis Imper. ann. 13.

I. Roma interdicto ſuppoſita ob tumultus Arnaldiſtarum. a *Cod. Vatican.*

ANno *Chriſti* 1155. [a] Hadriani Pontificatum graues moleſtiæ Arnaldiſtarum ipſo initio exceperunt. Perditus ille Arnaldus Brixienſis præſumpſerat in vrbem redire, & res aliquantum compoſitas miſcere: adeo vt eius Sectarii, Gerardum presbyterum Cardinalem tituli S. Pudentianæ, ad Pontificem ſe conferentem auſi fuerint in media via publica inuadere, & fere ad mortem vulnerare. Quamobrem Hadrianus Ciuitatem interdicto ſuppoſuit, & vſque ad quartam maioris hebdomadæ feriam ſacris abſtinere tolerauit, donec ſenatores à Clero & populo Romano coacti, Hadriano ſupplices, ſuper ſancta quatuor Euangelia iurauerint, ſe Pontifici obedire, & Arnaldum ab vrbe expellere.

II. Hadrianus Pap. Willelmũ excommunicat.

Alia quoque calamitas Hadriano ſuperuenit, à Willelmo Rogerii filio, qui Campaniæ multas ciuitates Eccleſiæ inuaſerat, & Beneuentum obſederat, atque ſuburbana illius incenderat. Propter quam rem Hadrianus, Petri gladium exerens Willelmum anathematis gladio percuſſerat.

III. Hadrianus Pap. Friderico Romã venienti occurrit.

Nec minorem exinde afflictionem perſenſit, cum accepiſſet Fridericum Regem tanta cum celeritate ad vrbem aduolare, vt merito dubitaret, magis hoſtis accederet, quam patronus. Hunc ſibi tamen hac ratione conciliandum putauit, vt & contra Willelmum & Arnaldiſtas defenſorem oppoſuerit, & nequicquam de iuribus Eccleſiæ, & Pontificia maieſtate iuxta ac dignitate ſibi detrahi paſſus fuerit.

A Miſerat ad eum Legatos, Iacobum tituli SS. Ioannis & Pauli, & Gerardum tituli S. Pudentianæ preſbyteros, & Gregorium diaconum S. Mariæ in porticu Cardinales, qui inprimis Arnaldum à Vicecomite Campaniæ repeterent. Datus eſt Friderico, & ab eodem vrbis Præfecto; quem is igne cremari, & cineres in Tiberim diſpergi præcepit, ſecundum quod commiſſum habuerant Legati, iuramentum audierunt cuiuſdam Principis pro Friderico, quod is ſanctè ſpondebat, vitam & membra non auferre, ſed conſeruare Papæ Hadriani & Cardinalibus ipſius, omniaque iura ſibi debita tueri atque defendere, nec malam ac doloſam captionem facere, nec honorem, nec bona ſua auferre ab eis, nec auferri permittere.

B Ita in colloquium venere Hadrianus cum Friderico, in campeſtribus apud Nepeſinam ciuitatem. Prætermiſerat Fridericus officium ſtratoris exhibere Hadriano. Quamobrem cum poſt oſcula pedum, ad pacis oſculum deinceps accedere voluiſſet, Hadrianus illum non admiſit, cauſam addens: Quandoquidem tu mihi illum & conſuetum honorem ſubtraxiſti, quem Orthodoxi omnes Imperatores prædeceſſores tui, pro Apoſtolorum Petri & Pauli reuerentia prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus exhibere vſque ad hæc tempora conſueuerunt, donec mihi ſatisfacias, ego te ad pacis oſculum non recipiam. Rex reſpondebat; ſe hoc facere non debere. Ea propter remanente ibidem exercitu, totus ſequens dies ſub iſtius rei variatione decurrit.

Imp. Stratoris officium Hadriano præſtat.

C Tandem requiſitis antiquioribus principibus, qui cum Rege Lothario ad Innocentium Papam venerant, & priſca conſuetudine accurate ac diligenter inueſtigata, ex relatione illorum & veteribus monumentis iudicio Principum decretum eſt, & communi fauore totius regalis Curiæ roboratum, vt idem Rex pro Apoſtolorum prædictorum Petri & Pauli reuerentia prædicto Papæ Hadriano exhiberet Stratoris officium, & eius ſuppedaneum teneret ad conſcendendum equum. Die ſequenti, motis ex cõdicto caſtris, Fridericus appropinquanti Hadriano ſtratoris officium præſtitit, & ad oſculum pacis admiſſus eſt.

IV. Fridericus Imp. coronatur.

D Præmiſerant Arnaldiſtæ ad eum Oratores qui animum illius pertentarent. Horum tamen ille ſuperba oratione admodum offenſus, tantum abeſt vt quicquam illis conceſſerit, vt potius eoſdem & factioſos eorum primores, grauiter arguerit, & non ſine mentis condigna indignatione caſtigarit. Cæterum cum in dolo præceſſiſſent, Fridericus delectos milites in vrbem præmiſit, qui ſecretiore porta intromiſſi, baſilicam Diui Petri, ne à ſeditioſis hominibus inuaderetur, vna cum caſtro ciuitatis Leoninæ, præoccupauerunt. Ita Rex ſine graui difficultate in vrbem receptus atque admiſſus, & pro more à ſummo Pontifice in baſilicam introductus, præſtito inprimis ſolenni iuramento, inſignia imperii, gladium, ſceptrum, coronamque de manu Hadriani accepit, die decimo quarto Kal. Iulii.

V. Arnaldiſtarum tumultus.

E Vix officium Hadrianus expleuerat, cum Arnaldiſtæ factioſi graui tumultu excitato, in ciuitatem Leoninam impetu facti irrumperent: ſed tamen virtute Teutonicorum repreſſi, plurimis ſuorum amiſſis, pedem retulerunt. Imperatore & Pontifice ab vrbe recedentibus, Tiburtini conabantur ſe à Dominio Eccleſiæ ſubducere, & Imperatori ſubiicere. Nõ tulit tamen Fridericus eos ſuſcipere, ſed iuſſit Romanæ Eccleſiæ iuris eſſe. Redegit poſtea Fridericus in ordinem Comitem Spoletanum, qui per id temporis rebellabat: ac interim per æſtiuos calores Anconam ſe cum exercitu recepit.

VI. Willelmus Rex exſoluitur anathemate.

Cæterum cum [b] Willelmus Rogerii filius anathemate percuſſus, à ſuis omnibus contemptui haberetur, & defectionem populorum meruerer, & ipſe opera

b *Willelm. Tyr. lib. 18. c. 2.*

Fride-

Friderici Hadriano ſupplex, vinculo Eccleſiaſtico exſolutus fuit: ſed id & anno ſubſequente, & poſt multa incommoda.

VII Hieroſ Patriachæ apud Pp. expoſtulatio.

Per hæc tempora Hieroſolymitanus Patriarcha Romam venit, & apud Hadrianum Papam contra Hoſpitalarios expoſtulauit, quod ii priuilegio Sedis Apoſtolicæ ab eius obedientia ſeſe ſubtraherent. Pontifex tamen necquicquam eorum priuilegia aut immutare, aut imminuere ſuſtinuit. Qua etiam tempeſtate Baſilio Achrideno Theſſalonicenſium Archiepiſcopo ſcripſit, vt in communione S.R. Eccleſiæ perſeueraret. Ægre aliquantum tulit Baſilius, quod eum atq; reliquos Orientales, ouis & drachmæ perditæ ſymbolo perſtrinxiſſet Hadrianus. Quamobrem habuit profiteri atq; oſtendere, ſe ſuoſq; non extra ouile, neque extra domum Eccleſiæ Orthodoxæ eſſe.

VIII. Anxietates & curæ Pontificū deſcriptæ a Ioan. Anglo.

Eodem tempore Romam venit Ioannes Anglus patria Sareſberienſis; vt gentilem ſuum, Pontificem Hadrianum ſalutaret, qui cum videret maximas eius ærumnas, voluit iſta & in his, perpetuas anxietates Romanorum Pontificum ad perpetuam memoriam deſcribere.

c In Policr. lib 8.c 23.

[c] *Dominum Hadrianum*, ait, *cuius tempora felicia faciat Deus, huius rei teſtem inuoco; quia Romano Pontifice, nemo miſerabilior eſt; conditione eius, nulla miſerior. Et licet nihil aliud lædat; neceſſe eſt, vt citiſſime, vel ſolo labore deficiat. Fatetur enim in ea ſede ſe tantas miſerias inueniſſe, vt facta collatione præſentium, tota præcedens amaritudo, iucunditas & vita feliciſſima fuerit. Spinoſam dicit Cathedram Romani Pontificis, in tantum acutiſſimis vſquequaque conſertam aculeis, tantaque molis, vt robuſtiſſimos premat, terat, & comminuat humeros, coronam, & phrygium clara merito videri, quoniam ignea ſunt. Se nunquam à natali ſolo Angliæ malle exiſſe, aut in clauſtro Beati Rufi perpetuo latuiſſe dicit, quam tantas (niſi quia diuina diſpenſationi reluctari non audet) intraſſe anguſtias. Dum ſupereſt, ipſum interroga, & crede experto. Hoc etiam mihi ſæpiſſime adiecit; quod, cum de gradu in gradum à clauſtrali clerico per omnia officia in Pontificem ſummum aſcenderit, nihil vnquam felicitatis aut tranquillæ quietis vitæ priori adiectum eſt ab aſcenſu. Et vt verbis eius vtar, (nihil enim cum præſens ſum, ſui gratia vult apud ſe abſconditum eſſe ab oculis meis) in incude, inquit, & malleo ſemper dilatauit me Dominus. Sed nunc oneri, quod infirmitati meæ impoſuit, ſi placet, ſupponat dexteram, quoniam mihi importabile eſt. Nonne ergo miſeria digniſſimus eſt, qui pro tanta pugnat miſeria? Sit ſane diuiſſimus qui eligitur; ſequenti die pauper erit, & infinitis fere creditoribus tenebitur obligatus. Quid ergo erit ei, quem nulla vocat electio, ſed repugnante in membris Chriſto, ambitio cæca & cruenta, non ſine ſanguine fraterno intrudit? Hoc quidem eſt Romulo ſuccedere in parricidiis, non Petro in commiſſi diſpenſatione ouilis.* Hactenus Ioannes, iis ipſis qui illud illud, *ſublime vident*: & cum viderint, non videntes exambiunt.

IESV CHRISTI
Annus 1156.

Hadriani Papæ IV. Anno 2. Friderici Imper. ann. 2 Manuelis Imperat. anno 14.

I. Wilh. Rex iniquas conditiones Hadr. Pp. extorquet.
a Wil. Tyr. lib. 18.c. 8.

ANno Chriſti 1156. Soram diuerterat Hadrianus Papa, & indidem Cardinalium comitatu interueniente, templum Diuæ Deiparenti Mariæ conſecrauit. Abhinc Beneuentum ſecedens, animos addidit Roberto Apuliæ Comiti, & Campaniæ Principibus, vt Wilhelmo Siculo graues eſſent. Ibi, permittente Deo, [a] Wilhelmus animo ſumpto aduerſariis ſuperior, etiam Pontificem ſummum, eo neceſſitatis impulit, vt non ſatis æquis conditionibus, obſeſſus & compulſus, tum ad oſcula pedum Wilhelmum admiſerit, tum per Hubaldum tituli S. Praxedis, & Iulium tit. S. Marcelli, & Rolandum tit. S. Marci Sedis Apoſtolicæ Cancellarium, presbyteros Cardinales pacta, vt inuitus confirmarit: & iuxta conuenta, nonniſi ex formula infraſcripta, ligium homagium à Wilhelmo intrante acceperit. Ita habet:

II. Hadr. Pp. coactus ligium homagium contra Eccleſiaſtic. libertatem à Wilh. Sicil. Rege ſuſcipit.

In nomine Dei æterni, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Amen. Domino Hadriano Dei gratia S.R.E. ſummo Pontifici chariſſimo Domino & patri noſtro reuerendo, eiuſque ſucceſſoribus: Willelmus eadem gratia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ. Noſtræ ſemper conſuetudinis extitit, animum noſtrum in triumphis & maximis humiliare ſucceſſibus, & tunc nos attentius ad omnipotentis Dei obſequium, & cultum manſuetudinis exponere, cum ad maiorem proſperitatem & gloriam nos vidimus peruenire: tales in tranquillis & proſperis rebus erga noſtri redemptoris obſequium inueniri volentes, vt præceptorum à Rege omnium Regum beneficiorum, non appareamus ingrati, & maiores ſucceſſus atque victorias de brachio virtutis Dei iugiter ſperare poſſimus. Huius quidē noſtræ conſuetudinis conſideratione inducti, caſis & comprehenſis in manu bellica ad laudem & gloriam nominis Dei Græcis & barbaris nationibus, quæ regnum noſtrum nulla earum vi, ſed perditorum noſtrorum doloſitate intrauerant, deuictis & fugatis de finibus regni noſtri turbatoribus pacis, & proditoribus noſtris, humiliandos nos ſub omnipotenti manu Dei decreuimus, & ad cultum humilitatis propenſius intendendum. Diſcordiis igitur illis, quæ inter Romanam Eccleſiam fuerant agitatæ, finem congruum imponere cupientes: cum appropinquaſſemus ciuitati Beneuenti, & inimici noſtri ante faciem indignationis noſtræ fugiſſent, venerabiles Cardinales veſtros Hubaldum tituli S. Praxedis, & Iulium tituli S. Marcelli presbyteros Cardinales, & cum eis Rolandum tituli S. Marci presbyterum Cardinalem & Cancellarium veſtrum, quos ad noſtram præſentiam direxiſtis, eo quo decuit honore ſuſcepimus, & deſiderium ac monita veſtra de bono pacis ex ore ipſorum libenti animo audientes, ipſis, & Maione Magno Ammirato Ammiratorum dilecto fideli & familiari noſtro, & Hugone Panormitano, & Romualdo Salernitano venerabilibus Archiepiſcopis, & Willelmo Calano Epiſcopo, & Mariano Cauenſi Abbate fidelibus noſtris mediantibus, in hunc vobiſcum per eos pacis concordiæque deuenimus tenorem. Videlicet, vt de capitulis illis, de quibus inter maieſtatem veſtram & nos controuerſia vertebatur, quod ſcriptum eſt, obſeruetur. De appellationibus quidem ita. Si aliquis clericus in Appulia, & Calabria & aliis terris, quæ Apuliæ ſunt affines, aduerſus alium clericum de cauſis Eccleſiaſticis querelam habuerit, & à Capitulo, aut Epiſcopo, vel Archiepiſcopo ſuo, ſeu alia Eccleſiaſtica perſona ſuæ prouinciæ non potuerit emendari is, libere tunc ſi voluerit, ad Eccleſiam Romanam appellet. Tranſlationes in Eccleſiis fient, ſi neceſſitas, aut vtilitas Eccleſiæ aliquem de vna Eccleſia ad aliam vocauerit, & vos, aut veſtri ſucceſſores concedere volueritis. Conſecrationes & viſitationes libere Romana Eccleſia faciet Calabriæ vel Apuliæ Ciuitatum, vt voluerit, aut illarum partium quæ Apuliæ ſunt affines; ciuitatibus illis exceptis, in quibus perſona noſtra vel noſtrorum hæredum in illo tempore fuerit, remoto malo genio, niſi cum voluntate noſtra noſtrorumq; hæredum. In Apulia & Calabria, & partibus illis quæ Apuliæ affines ſunt, Romana Eccleſia libere Legationes habebit. Illi tamē, qui ad hoc à Romana Eccleſia fuerint delegati, poſſeſſiones Eccleſiæ non deuaſtent. In Sicilia quoque, Romana Eccleſia conſecrationes & viſitationes habeat; etſi de Sicilia perſonas aliquas Eccleſiaſtici ordinis vocauerit, magnificentia noſtra noſtrorumq; hæredum pro Chriſtianitate facienda, vel pro ſuſcipienda corona, remoto malo ingenio, retinebit quas prouiderit retinendas. Cætera quoque ibidem habebit Romana Eccleſia, quæ habet in aliis partibus regni noſtri, excepta appellatione & legatione, quæ niſi ad petitionem noſtram & hæredum noſtrorum, ibi non fient. De Eccleſiis & monaſteriis terræ noſtræ, de quibus Romanæ Eccleſiæ quæſtio non fuit, ſic fiat: Vos quidem, & veſtri ſucceſſores in eis habebitis eos, quæ in cæteris Eccleſiis, quæ ſub noſtra poteſtate conſiſtunt, ſolita ſunt accipi conſecrationes & benedictiones à Romana Eccleſia: & debitos inſuper & ſtatutos ei cenſus exoluent.

Formula lipii Homagii.

De electionibus quidem ita fiat. Clerici conueniant in perſonam idoneam, & illud inter ſe ſecretum habebunt, donec perſonam iuſtam excellentia noſtræ prænuntient; & poſtquam perſona celſitudini noſtræ fuerit deſignata, ſi perſona illa de proditoribus, aut inimicis noſtris, vel hæredum noſtrorum non fuerit, aut magnificentia noſtra non fuerit odioſa, vel alia in ea cauſa non fuerit, pro qua non debemus aſſentire, aſſenſum præſtabimus.

Profecto vos nobis, & Rogerio Duci filio noſtro, & hæredibus noſtris, qui in regnum pro voluntaria ordinatione noſtra ſucceſſerint, concedetis Regnum Siciliæ, Ducatum Apuliæ, Principatum Capuæ, cum omnibus pertinentiis ſuis, Neapolim, Salernum & Malphiam cum pertinentiis ſuis, Marchiam & alia quæ vltra Marſicam debemus habere, & reliqua tenimenta, quæ tenemus à prædeceſſoribus noſtris hominibus ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ iure detenta, & contra omnes homines adiuuabitis honorifice manu tenere. Pro quibus omnibus, vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & S. R. E. fidelitatem iurauimus, & vobis ligium homagium fecimus, ſicut continetur in duobus ſimilibus capitularibus, quorum alterum penes veſtram maieſtatem ſigillo noſtro aureo, alterum vero ſigillo veſtro ſignatum penes nos habetur. Et cenſum ſexcentorum ſchifatorum de Apulia & Calabria, quingentorum vero de Marchia, vel æquiualens in argento vel auro nos ac noſtros hæredes Romanæ Eccleſiæ ſtatuimus annis ſingulis ſoluturos. Omnia vero prædicta, quæ nobis conceſſiſtis, ſicut nobis, ita etiam hæredibus noſtris concedetis, quos pro voluntaria ordinatione noſtra ſtatuerimus, qui ſicut nos, vobis, veſtriſque ſucceſſoribus & Eccleſiæ Romanæ fidelitatem facere, & quæ præſcripta ſunt, voluerint obſeruare. Vt autem quæ ſupradicta ſunt, tam veſtro quam veſtrorum ſucceſſorum tempore obtineant perpetuam firmitatem, nec noſtris, aut noſtrorum hæredum temporibus alicuius valeant præſumptione turbari: præſens ſcriptum per manum Matthæi noſtri Notarii ſcribi, ac bulla aurea noſtro Typario impreſſa inſigniri, ac noſtro ſignaculo decorari iuſſimus. Datum ante Beneuentum per manus Maionis magni Ammirati Ammiratorum, anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo quinquageſimo ſexto, menſe Iunii.

III. Hadr. pacta Regis diplomate confirmat.

Hactenus formula ligii homagii à Willelmo, qui quod Hadrianum Beneuenti obſeſſum, & pene vinctum teneret, facile à meticuloſo extorſit, vt non tantum confirmarit, ſed etiam libere & ſecure apud Beneuentum ſe fuiſſe, in diplomate confirmationis affirmarit. Scilicet, ne libertati reſtitutus actum infirmaret; quem timor grauiorum malorum, ab obſeſſo, clauſo, armis circumſtrepentibus perterrito expreſſerat.

IV. Tyranni excitati in vltionem priuileg. Eccl.

Hæc humana commenta, quæ Wilhelmus in oppreſſionem iurium & bonorum Eccleſiæ Romanę, violenter Hadriano ereptorum, inuenerat, quanquam nullius momenti Nicolao Papa primo decernente exiſtimarentur, cum neque ipſi Pontifices, multo minus Legati Cardinales renuntiare iuribus Pontificiis, de appellationibus ad Sedem Romanam deferendis, vnquam poſſint: Deus tamen ſeueriorem in modum vltus eſt; [b] excitatis vno poſt alium ſæuioribus tyrannis, denique & Rogerio filio, Rege per ſeditionem popularem conclamato, contra Wilhelmum; præ quo cum non ſibi tutus eſſet, & à carceribus, in quos per inſidias captum coniecerant coniurati, euaſiſſet; vt ſolus regno potiretur, filium Rogerium occidit, rurſuſque purpuram non murice ſed filii ſanguine tinctam induit; ſed paulo poſt, & viuendi, & regnandi finem fecit; regno à Northmannis in eo deficientibus ad Sueuos translato. Sed & ſceleris Architectus Maio Ammiratus, cæde crudeliſſima interiit.

b *Hugo Falcandus.* Rogerius Rex a Wilhelmo Patre occiſus

V. Conditiones Wilh. contra Eccleſ. iura irritata.

Ea quæ ab Hadriano Papa per vim extorſerat Wilhelmus cognomento malus; Innocentius III. poſtea irritauit; honeſtiores conditiones pacti dedit, & libertati ac dominio ſuo Eccleſiam in Sicilia, Calabria, & Apulia reſtituit.

VI. Reprobatur aſſenſus pactorum Wilhelmi

Interim dum hæc Beneuenti agerentur, Fridericus Imperator exiſtimauit à volente Pontifice pacta confirmari, & contra ſe arma parari, ne quæ cogitabat efficeret: & vt facile in ordinem à Pontifice libertatis Eccleſiaſticæ vindice redigeretur, ſi quid pertentaret. Quamobrem propalam conclamabatur à Germanis; [c] potius Siculum excommunicandum fuiſſe, qui omnia iura Eccleſiæ tam ſpiritualia quam temporalia violenter abſtulerat, quam in eas conditiones conſenſiſſe.

c *Radeu. lib. 2. c. 51.*

VII. Frid. Rex vxorem repudiat.

Per eadem tempora Fridericus Imp. repudiata propter conſanguinitatem priore vxore, Beatricem Principis Burgundiæ filiam ſuperinduxit, & nuptias poſt feſtum Pentecoſtes celebrauit.

VIII. Iudicium Ioan. Angli de Curia Romana.

[d] Ioannes Saresberienſis Anglus ſancto Thomæ Archiepiſcopo Cantuarienſi à ſecretis, nondum à latere Hadriani ſui gentilis diſceſſerat. Interrogatus à Pontifice, quid homines muſſarent, quidue ipſe exiſtimaret, de ipſo, & de Curia Romana id temporis: libere reſpondit. Narrabat, ſicut dicebatur à multis, inquit, Romana Eccleſia quæ mater omnium Eccleſiarum eſt, ſe non tam matrem exhibet aliis quam nouercam. Sedent in ea Scribæ & Phariſæi, ponentes onera importabilia in humeris hominum, quæ digito non contingunt. Dominantur in Clero, nec forma fiunt gregi, qui recto calle pergit ad vitam: pretioſam ſuppellectilem congerunt, auro & argento onerant menſas, ſibi etiam ab auaritia nimis parci. Nam pauper aut nullus, aut rarus admittitur, quem interdum non tam Chriſtus, quam vana gloria introducit. Concutiunt Eccleſias, lites excitant, collidunt Clerum & populum, laborib. & miſeriis afflictorum nequaquam compatiuntur, Eccleſiarum lætantur ſpoliis, & quæſtum omnem reputant pietatem: iuſtitiam non tam veritati, quam pretio reddunt. Omnia namque cum pretio hodie, ſed nec cras aliquid ſine pretio obtinebis. Nocent ſæpius, & in eo dæmones imitantur, quod tunc prodeſſe putantur, cum nocere deſiſtunt; exceptis paucis, qui nomen & officium paſtoris implent. Sed & ipſe Romanus Pontifex omnibus grauis & ferè intolerabilis eſt. Prætetea omnes arguunt, quod ruentibus & collabentibus Eccleſiis, quas patrum conſtruxit deuotio, altarib. quoq; incultis, palatia extruat & ipſe non modo purpuratus, ſed deauratus incedit. Palatia ſplendent Sacerdotum, & in manibus eorum Chriſti ſordidatur Eccleſia. Prouinciarum diripiunt ſpolia, ac ſi theſauros Crœſi ſtudeant reparare. Sed rectè cum eis agit altiſſimus, quoniam & ipſi aliis, & ſæpe viliſſimis hominibus dati ſunt in direptionem. Multa alia in vituperium, & in laudem Romani cleri Ioannes: addidit tamen illam auro dignam ſententiam: *Qui à doctrina Romanæ Eccleſiæ diſſentit, aut hæreticus, aut ſchiſmaticus eſt.*

d *Polieras. lib. 6. c. 24.*

IX. Hadr. officiariorum Romanæ Curiæ Parſimoniam à Ioan. obiectam ſimilitudine excuſat.

Cum autem acrius venalem iuſtitiam, & corruptelas Iudicum, & congregationem immodicam pecuniarum Iohannes inſectaretur, Hadrianus apologum opponens, reſpondit. Ait enim: Accidit, vt aduerſus ſtomachum membra omnia totius corporis conſpirarent, tanquam aduerſus eum, qui voracitate ſua labores omnium exhauriret. Non ſatiatur oculus viſu, nec auris auditu, laboribus inſiſtunt manus, pedes ab itinere callum induunt, ipſaque lingua vtiliter ſermonem & ſilentium moderatur. Omnia denique membra publicis inuigilant commodis, & in tanta ſolicitudine omnium & labore, ſolus quieſcit venter: & cum omnia parata fuerint, quæ labor multiplex acquiſiuit, ſolus omnia deuorat & conſumit. Quid multa? Condixerunt vt à laboribus abſtinerent, & graui inedia conficerent illum inertem & publicum hoſtem. Exacta ſic eſt vna dies; ſecuta eſt altera tædioſior; tertia adeo pernicioſa fuit, vt fere omnibus defectum indiceret. Vrgente itaque neceſſitate, fratres iterum in vnum conuenerunt, acturi de ſalute ſua, & hoſtis publici ſtatu. Cum vero omnes aſſiſterent, oculi languerunt, pes molem corporis non erexit, torpebant brachia, ſed & ipſa lingua iners, & deficienti palato ſociata, cauſam communem exponere non præſumpſit. Ad cordis ergo conſilium omnia redierunt, ibique habita deliberatione ratio patefecit, quoniam hæc ingerebat, qui ante

denuntiatus fuerat publicus hoſtis. Ex quo enim ei tributa ſubtracta ſunt, & ipſe tanquam publicus diſpenſator, omnibus alimenta ſubduxit. Et quia nemo poteſt ſine ſtipendiis militare, cum ſtipendia non procedunt, debilitatur & frangitur miles. Sed nec in diſpenſatorem poterat culpa refundi, qui quod non acceperat, minime potuit aliis refundere, longeque tutius eſſe, vt ei quod diſtribuat miniſtretur, quam illo euacuato, omnia membra eſuriant. Factumque eſt ita. Suadente ratione impletus eſt venter, refocillata membra, & pax omnium reformata. Abſolutus eſt itaque ſtomachus, qui licet vorax ſit, & auidus alieni, non ſibi tamen petit, ſed aliis, quæ eo exinanito nequeunt ſuſtentari. Tale eſt, inquit, frater, ſi recte attendas, in corpore Reipublicæ, vbi licet plurimum appetat magiſtratus, non tam ſibi quam aliis coaceruat. Si enim exinanitus fuerit, nihil eſt quod membris valeat impartiri. Nam ſtomachi in corpore, & Principis in Repub. idem officium eſt. Noli ergo, inquit Hadrianus, neq; noſtrum, neq; ſecularium Principum duritiam metiri, ſed omnium vtilitatem attende. Dicebat iſta Hadrianus, propter collectionem decimarum, quas in omnibus prouinciis Romani Pontif. colligere ſolebant; loco quarum ſucceſſerunt Annatarum ſolutiones, quæ cuiuſcunque ingreſſu ſedis, taxata ſumma ſoluuntur.

IESV CHRISTI
Annus 1157.

Hadriani Papæ IV. Anno 3. Frider. Imper. ann. 3. Manuelis Imper. ann. 15.

I. Legati Pontif. ad Imper. in cauſa Archiepiſc. Londonenſis. a Rader. in Frid l. 1, c. 8

ANno Chriſti 1157. [a] Archiepiſcopus Londonenſis ab vrbe reuertens, à quibuſdam impiis & ſceleſtis in Germania, captus, rebus omnibus ſpoliatus, & in cuſtodiam coniectus tenebatur; Friderico Imperatore ſciente, & nequicquam in ſacrilegos graſſatores decernente. Mouit ea res Hadrianum Pontificem. Itaque vt cum è vinculis eliberaret, Rolandum & Bernardum Cardinales Legatos ad Imperatorem miſit, qui libertatem captiuo impetrarent. Peſſime Legatos accepit Fridericus, quod hæc ei Hadrianus in literis ſcripſiſſet:

Literæ Pontif. ad Imp.

Debes enim, glorioſiſſime fili, ante oculos mentis reducere, quam gratanter, & quam iucunde alio anno, mater tua ſacroſancta Romana Eccleſia te ſuſceperit, quanta cordis affectione tractauerit, quantam tibi dignitatis plenitudinem contulerit & honoris, & qualiter Imperialis inſigne coronæ libentiſſime conferens, benigniſſimo gremio ſuo tuæ ſublimitatis apicem ſtuduerit confouere, nihil prorſus efficiens, quod regiæ voluntati vel in minimo cognoſceret obuiare. Neque tamen pœnitet nos, deſideria tuæ voluntatis in omnibus impleuiſſe: ſed ſi maiora beneficia excellentia tua de manu noſtra ſuſcepiſſet, ſi fieri poſſet, conſiderantes quanta Eccleſiæ Dei & nobis per te incrementa poſſint & commoda prouenire; non immerito gauderemus.

II. Frid. Imp. commotus in Hadrian. Pp.

Offenderunt hęc verba Fridericum, opinantem quaſi ſummus Pontifex exprobraret, quod à Sede Apoſtolica diadema Imperii precario obtinuiſſet. Neque deerant, qui ſua ſponte accenſum Fridericum ſeciore interpretatione, inflammarent; inter alia memorantes picturam in Lateranenſi Palatio expreſſam inaugurationis Lotharii Imperatoris, cui hoc diſtichon ſubſcriptum:

Rex venit ante fores, iurans prius vrbis honores,
Poſt homo fit Papæ, ſumit quo dante coronam.

Commemoratio eius picturæ maiorem in modum animoſum Fridericum accendit. Quamobrem, vt erat præceps, Legatos mox abire, neque hac vel illac diuertere, neque officii ſui munera obire iuſſit. Quinimo, & literas encyclicas ad omnes Epiſcopos dedit, in quibus iniuriam ſibi & Imperio ab Hadriano illatam queſtus eſt; inſuper etiam omnibus interdixit, ne quiſpiam ſuorum ſubditorum Italiam adiret, aut cauſas Romam deferret.

III Hadr. Pp ſcribit ad Epiſc. Germaniæ.

Quæ cum accepiſſet Hadrianus, Epiſcopis Germaniæ ſcripſit, admonerent Fridericum iſtos auſus relinquere, & ea quæ pacis ſunt vellet ſectari. Non erat inter iſtos, qui cauſam Eccleſiæ in ſpiritu ardoris tueretur. Quamobrem, cum datis ad Hadrianum literis factum Imperatoris excuſaſſent; quaſi is, non alicuius contumeliæ cauſa aut Legatos abire iuſſiſſet, aut exitum Italiæ vel introitum edicto clauſiſſet; orabant, vt ferocientem illum literis delinire vellet. Dicebant, ex Imperatoris ſenſu:

Epiſc. Germaniæ excuſant Imperatorem

Duo ſunt, quibus noſtrum regi oportet Imperium: leges ſancta Imperatorum, & vſus bonus prædeceſſorum & patrum noſtrorum. Iſtos limites Eccleſiæ nec volumus præterire, nec poſſumus: quicquid ab his diſcordat, non recipimus. Debitam Patri noſtro reuerentiam libenter exhibemus; liberam Imperii noſtri coronam diuino tantum beneficio aſcribimus: electionis primam vocem Moguntino Archiepiſcopo, deinde, quod ſupereſt, cæteris ſecundum ordinem Principibus recognoſcimus. Regalem vnctionem Colonienſi, ſupremam vero quæ Imperialis eſt, ſummo Pontifici. Quicquid præter hac eſt, ex abundanti eſt, à malo eſt. Cardinales in contemptum dilectiſſimi & reuerendiſſimi Patris noſtri & conſecratoris à finibus terræ noſtræ coegimus non exire, ſed cum his & pro his, quæ & ſcripta, & ſcribenda ferebant in dedecus & ſcandalum Imperii noſtri, vltra eos prodire pati noluimus. Introitum & exitum Italiæ nec clauſimus edicto, nec claudere aliquo modo volumus peregrinantibus, vel pro ſuis neceſſitatibus rationabiliter, cum teſtimonio Epiſcoporum & Prælatorum ſuorum Romanam Sedem adeuntibus: ſed illis abuſionibus, quibus omnes Eccleſiæ Regni noſtri grauatæ & attenuatæ ſunt, & omnes pene Clauſtrales diſciplinæ emortuæ & ſepultæ, obuiare intendimus. Hæc & alia plura Epiſcopi ad Hadrianum Pontificem, ad Friderici mentem.

IV. Inuentum corpus S. Barth. & Paulini Nolani. b Append. ad Sigebert

[b] Romæ circa hoc tempus inundatione Tiberis non modica facta, in inſula Vrbana, in Eccleſia antiqua inuentum eſt in quodam ſarcophago corpus Beati Bartholomæi Apoſtoli totum integrum, excepto corio, quod remanſit Beneuenti, quando Otto Imperator capta ea ciuitate, corpus prædicti Apoſtoli Romam intulit, ſicut tabulæ æreæ Græcis & Latinis literis ſcriptæ demonſtrant, quæ in corpore eiuſdem Apoſtoli inuentæ ſunt. Repertum etiam in eadem Eccleſia corpus S. Paulini Epiſcopi Nolani.

IESV CHRISTI
Annus 1158.

Hadriani Papæ IV. Anno 4. Frider. Imper. ann. 4. Manuelis Imper. ann. 16.

I. Imperator innouat concordiam cum Hadr. Pp. a Rader. in Frid lib. 1. c. 17.

ANno Chriſti 1158. [a] Hadrianus Papa metuens ne Eccleſia ſchiſmate dirimeretur, nonnihil inclinauit condeſcendere furenti Friderico. Cui vt ſcrupulum eximeret, Henricum Cardinalem presbyterum tituli ſanctorum Nerei & Achillei, & Hyacinthum Cardinalem diaconum ſanct. Mariæ in ſchola Græca, miſit Legatos, qui oblatis literis, ſenſum prioris epiſtolæ à maleuolis male interpretatum ſignificantibus verbo quoque explicarent; ea verba non fuiſſe exprobrationis, ſed commemorationis eorum omnium, quæ inter ſummum Pontificem & Imperatorem tranſacta eſſent. Ita Imperator placatus, pacem & concordiam cum ſummo Pontifice tunc innouauit.

II. Conuentus Roncal. de regalib. Imperii.

Roncaliæ poſtea inter Placentiam & Cremonam, conuentum omnium Principum Longobardiæ celebrauit: in quo regalia Imperii inquiſiuit. Sed non omnia ex animo plane obtinuit, Iudicibus & Conſulibus ciuitatum altrinſecus certantibus neque aliquid certi oſtendentibus. Ita re quaſi infecta diſceſſum eſt: digladiantibus inter ſe præcipue Mediolanenſibus cum Laudenſibus, quos vt ad inuicem

Digitized by Google

conciliare poſſet Hadrianus, Arditium & Ottonem à latere Legatos Cardinales ad eoſdem deſtinarat. Mediolanenſes tamen nequicquam condeſcebant Laudenſibus I.Imperio fidem præſtare recuſantibus; quam Roncaliæ Mediolanenſes Friderico iurauerat,& Aquilæ ſignum ſuper campanile maioris Eccleſiæ reponere, in ſignum fidelitatis receperant.

III. Eodem anno Frider.Imperator exercitu ad Interamnam admoto ea ciuitate Raynerium Papinium & Raymundum, Caſtellos ea ciuitate illorum hæreditarii iuris exuit, eandemque Octauio Montitellio Cardinali illiuſq; fratribus titulo feudi conceſſit.

IESV CHRISTI
Annus 1159.

HADRIANI PAPÆ IV. ANNO 5. FRIDER. Imper. ann.5. Manuelis Imper. ann.17.

I. Diſcordiæ inter Imp. & Hadr. Pp. renouatæ. a *Rader. lib.2.c 15. & ſeqq.*

ANno *Chriſti* 1159. Inter Hadrianum & Fridericum concordia ſtabilita, non diuturna fuit.[a] Non deerant ſiquidem plurimi, qui Fridericum incitarent, renunciantes, quaſi Hadrianum facti pœniteret, & quaſi is exprobraret, quod beneficio ſuo Fridericus imperaret: & mala pro bonis redderet; & Eccleſiam grauari non ſineret. Facile mouerunt obtrectationes iſtæ animoſum: & tanto magis exaſperarunt, cum Hadrianus recuſaſſet Rauennati Eccleſiæ præficere Guidonem iuuenem ſubdiaconum filium Comitis Blanderatenſis, cuius cauſa Fridericus miſerat Epiſcopum Vercellenſem. Accedebat & illud, quod aiebant, Hadrianum Mediolanenſibus, & aliis ciuitatibus, quæ in verba Friderici iurauerant, ſcripſiſſe, ne Imp. quicquam fidelitatis aut obedientiæ exhiberent.

II. Literæ Imp. ad Hadr Pp. & Had ad Imp reſponſio.

His rebus Fridericus commotior, ſcriptis literis Hadriano, nomen ſuum præpoſuit, illius vero ſecundo loco ſcribi iuſſit. Deinde non iuxta morem receptum in numero plurali Pontificem compellauit; & alia ſatis contumelioſa adiecit: quibus iniquiorem animum erga Hadrianum demonſtrauit. Non tulit eam contumeliam Hadrianus; ſed ſcripta epiſtola, inſolentiam & arrogantiam Friderici redarguit, fidelitatis & iuramenti Beato Petro præſtiti admonuit, atque demum reliqua eius facinora commemorauit: Ab Epiſcopis, inquiens, homagium requiris, fidelitatem exigis, & manus eorum ſacratas manibus tuis innectis, & manifeſte nobis contrarius, Cardinalibus à latere noſtro directis, non ſolum Eccleſias, ſed ciuitates regni tui claudis. *Reſipiſce ergo*, orabat, *reſipiſce, tibi conſulimus. Quia cum à nobis conſecrationem & coronam merueris, dum inconceſſa captas, ne conceſſa perdas, nobilitati tuæ timemus.* Repoſuit Fridericus alias contumeliarum plenas, & in ſcribendo quidem antiquum morem commemorabat: in homagio autem, titulum fundationis Eccleſiarum prætexebat. De Cardinalibus vero excuſabat; *Cardinalibus*, inquit, *vtique veſtris clauſæ ſunt Eccleſiæ, & non patent ciuitates, quia non videmus eos prædicatores, ſed prædatores: non pacis corroboratores, ſed pecuniæ raptores: non orbis reparatores, ſed auri inſatiabiles corraſores. Cum autem viderimus eos, quales requirit Eccleſia, portantes pacem, illuminantes patriam, aſſiſtentes cauſæ humilium in æquitate: neceſſariis ſtipendiis & commeatu eos ſuſtentare non differemus.*

Hæc & alia plura cum faſtu Fridericus: ſchiſmatis incendio præminiſtrans. Quod vt in ſcintilla modica extingueretur, non minimum laborauit Henr. tituli SS. Nerei & Archillei presbyter Cardinalis, datis ad Eberardum Bambergenſem Epiſcopum literis, qui plurimum auctoritate poterat apud Fridericum; vt exulceratum eius animum demulceret. Egit is quantum potuit: cæterum cum ferocientis animoſitatem frangere

A nequiret, ſuaſit Hadriano, vt ex integro placide ac benigne ſcriberet Imperatori, eumque ad ſe paterno affectu reuocaret. Samuel (ita monebat,) Dauid ſuum amplectatur, nec dimittat à ſe ſeparari, vt nulla ſciſſura chlamydis fiat: quatenus Deus honoretur, & Eccleſia Catholica tranquilla deuotione lætetur.

III. Legatio Hadr Pp. ad Imp pro ſtabilienda concordia.

Acquieuit Hadrianus; & non tantum ſcripſit, verum & Legatos Cardinales miſit, Octauianum tituli S.Cæciliæ & Henricum tituli SS. Nerei & Archillei presbyteros: Willelmum autem & Guidonem Diaconos. His iniunxit vt Imperatorem delinirent: de iuribus autem Eccleſiæ ne minimum quidem remitterent. Proponebant iſti iſta capitula: 1. *Nuncios ad vrbem, ignorante Apoſtolico,* B *ab Imperatore non eſſe mittendos: cum omnis magiſtratus ibi Beati Petri ſit cum vniuerſis regalibus.* 2. *De Dominicalibus Apoſtolici, fodrum, ſc. fœnum & paleam, non eſſe colligendum, niſi tempore ſuſcipiendæ coronæ.* 3. *Epiſcopos Italiæ ſolum Sacramentum fidelitatis ſine hominio facere debere domino Imperatori.* 4. *Neque Nuntios Imperatoris in palatiis Epiſcoporum recipiendos.* 5. *De poſſeſſionibus Eccleſiæ Romanæ conſtituendis, & tributis, Ferrariæ, Maſſæ, Ficodenſis, totius terræ Comitiſſæ Mathildis, totius terræ quæ ab aqua pendente eſt vſque Romam, Ducatus Spoletani, inſularum Sardiniæ & Corſicæ.*

Domino autem Imperatore ſuper his iuſtitiam & conſilium conſtanter offerente, ſi & ipſi iuſtitiam vellent facere & recipere; illis vero recipere tantum volentibus & non facere, hac ratione, quod Dominum Apoſtolicum cauſæ ſubiicere, ac iudicio ſiſtere non poſſint; multa quoque propoſuit Imperator, interlocu- C tus, de rupta concordia, quę in verbo veritatis ſibi compromiſſa fuerat; de Græcis; de Siculo; de Romanis, ſine communi conſenſu non recipiendis, de Cardinalibus quoque ſine permiſſione Imperiali libere per regnum tranſeuntibus, & regalia Epiſcoporum palatia ingredientibus, & Eccleſias Dei grauantibus; deque iniuſtis appellationibus, & aliis quam plurimis. His in controuerſiam poſitis, cum Imperator ipſe pro ſe reſponderet, & iura Eccleſiæ friuolis modis eluderet, neque inter ſe & Eugenium pacta conuenta ſtabilire vellet, conſilio habito decreuerunt, vt ex parte ſummi Pontificis Cardinales ſex, & ex parte Friderici ſex Epiſcopi, religioſi, prudentes, & qui Deum timerent, eligerentur, tantorum negotiorum hinc inde cognitionem acciperent, D tantamquam litem congruo fine deciderent.

IV. Hadr Pp. obitus.

Interim Kalend. Septembr. Hadrianus Papa Anagniæ ex angina mortuus eſt. Dedit occaſionem fabulæ, vt muſca in os inuolante enectum aliqui vulgarint. Aliqui etiam mentiebantur, quod Fridericum anathemate damnarit; cum id tantummodo cogitarit. Scripſit aliquando Henrico Regi Angliæ, exigens ab eo ex inſula Hiberniæ de ſingulis domibus annuam vnius denarii Beato Petro penſionem; & ad reformationem illius inſulæ admonens. Conſtituit, vt Lundenſis Archiepiſcopus primatum gereret ſuper Epiſcopos Sueciæ. Multa pro inſtauratione Eccleſiarum fecit & donauit. Hoc etiam poſteris relicto exemplo admirando, quod nec obolum quidem erogarit in ſuos propinquos, adeo vt & matri nihil omnino impenderit. Inter hæc duos Legatos Hadriani in prouincia Ciſalpina captiuos liberos E dimitti iuſſit Fridericus, vt hos in electione futuri Pontificis ſuæ parti faceret fauentes.

V. Alex. III. creatur Pp. b *Cod. vat.*

b Sepulto Hadriano ſucceſſit electus Alexander III. natione Tuſcus, patria Senenſis, antea Rolandus presbyter Cardinalis tituli S.Marci appellatus, & Apoſtolicæ Sedis Cancellarii munere defungens à D. Bernardo ſummopere laudatus. Erat ſiquidem vir prudens, benignus, patiens, miſericors, mitis, ſobrius, caſtus, eleemoſynarum largitionibus aſſiduus, atque aliis operibus Deo placitis ſemper intentus. Contra eundem aliqui ſeditioſi Cardinalis partium Friderici fautores ſubrogarunt Pſeudopapam, & Antichriſti præcurſorem Octauianum Cardinalem qui Hadriani temporibus

Octauian. Pſeudopapa electus.

res

Digitized by Google

res Eccleſiæ miſcebat. Is nomine Victoris aſſumpto, ſe conſecrari à qu.buſdam coegit, & Pontificatum ſibi per nefas vſurpabat.

VI. Alex. III. Pp. literæ de electione Pſeudopap. ad Frideric.

Iſtud vero quomodo acciderit, Alexander Friderico & Bononienſibus canonicis & ſuis doctoribus in hunc modum perſcripſit.

Æterna & incommutabilis prouidentia conditoris ſanctam & immaculatam Eccleſiam à ſua fundationis exordio ea ratione voluit & ordine gubernari, vt vnus ei paſtor & inſtitutor exiſteret, cui vniuerſi Eccleſiarum Prælati abſque repugnantia ſubiacerent, & membra tanquam ſuo cohærentia capiti ei ſe mirabili quadam vnitate coniungerent, & ab ipſo nullatenus diſſiderent. Qui vero Apoſtolis ſuis pro eorum fidei firmitate promiſit, dicens: Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi: ille procul dubio Eccleſiam ſuam, cuius ipſi Apoſtoli magiſterium aſſumpſerunt, ſua promiſſione fraudari nullo modo patietur, ſed eam in ſuo ſtatu & ordine (licet ad inſtar nauiculæ Petri fluctuare aliquando videatur) perpetuo faciet permanere. Vnde quamuis hoc tempore tres falſi fratres, qui à nobis quidem exierunt, ſed non fuerunt de nobis, transfigurantes ſe in Angelos lucis, cum ſint Sathanæ, inconſutilem Chriſti tunicam (quam vtique ipſe quidem ex perſona Pſalmographi à leonibus petit, & à framea erui, & de manu canis orat & poſtulat liberari) ſcindere & laniare laborent; Chriſtus tamen auctor & caput Eccleſiæ, eam velut vnicam ſponſam ſuam, prouida gubernatione tuetur, & nauem egregii piſcatoris, licet ſæpius quatiatur à fluctibus, non permittit naufragium ſuſtinere.

Porro cum anteceſſor noſter bonæ memoriæ Hadrianus Papa Kalendis Septembris Anagniæ debitum naturæ ſoluiſſet, & de terris ad cælum, de imis migraſſet, Domino vocante ad ſuperna: eo Romam adducto, & pridie Nonas Septembris in Eccleſia Beati Petri, præſentibus omnibus ferè fratribus, ſatis honeſte, ſicut moris eſt, tumulato: cœperant fratres, & nos cum eis ſecundum Eccleſiæ conſuetudinem, de ſubſtituendo Pontifice in eadem Eccleſia ſtudioſius cogitare. Et tribus diebus de ipſa electione tractantes, tandem in perſonam noſtram, inſufficientem huic oneri, & tantæ dignitatis faſtigio minime congruentem, omnes quotquot fuerunt, tribus tantum exceptis, Octauiano ſcilicet, Iohanne de ſancto Martino, & Guidone Cremenſe (Deo teſte, quia mendacium non fingimus, ſed meram ſicut eſt loquimur veritatem) concorditer atque vnanimiter conuenerunt: & nos, aſſentiente Clero ac populo, in Romanum Pontificem elegerunt. Duo vero, Iohannes & Guido, quos prænotauimus, tertium Octauianum nominantes, ad eius electionem pertinaciter intendebant. Vnde & ipſe Octauianus in tantam audaciam inſaniamque prorupit, quod mantum, quo nos reluctantes & renitentes, quia noſtram inſufficientiam videbamus, iuxta morem Eccleſiæ Oddo prior diaconorum induerat; tanquam arreptitius à collo noſtro propriis manibus violenter excuſſit, & ſecum inter tumultuoſos fremitus aſportauit. Cæterum cum quidam de ſenatoribus tantum facinus inſpexiſſent; vnus ex eis Spiritu diuino ſuccenſus mantum ipſum de manu eripuit ſæuientis. Ipſe vero ad quendam Capellanum ſuum, qui ad hoc inſtructus venerat & paratus, ilico flammeos oculos frebundus inflexit, clamans, & innuens, vt mantum, quem fraudulenter ſecum portauerat, feſtinanter afferret. Quo vtique ſine mora delato; idem Octauianus, abſtracto pileo, & capite inclinato, cunctis fratribus, aut loco inde, aut voluntate remotis, mantum per manus eiuſdem Capellani & eiuſdem Clerici ſui ambitioſus aſſumpſit. & ipſe idem (quia non erat alius) in hoc opere Capellano & Clerico extitit coadiutor. Verum ex diuino credimus iudicio contigiſſe, quod ea pars manti, quæ tegere anteriora debuerat, multis videntibus & ridentibus, poſteriora tegebat: & cum ipſe idem hoc emendare ſtudioſius voluiſſet, quia caputium manti extra ſe raptus non poterat inuenire, collo fimbrias circumduxit, vt ſaltem mantus ipſe appenſus ei quodammodo videretur. Sicque factum eſt, vt ſicut tortæ mentis erat, & intentionis obliquæ; ita ex tranſuerſo & obliquo mantum fuerit in teſtimonium damnationis ſuæ indutus. Quo facto portæ clauſæ, quæ firmatæ fuerant, reſerantur, & armatorum cunei, quos, ſicut ex re apparuit, pecuniæ largitione conduxerat, euaginatis gladiis cum immenſo ſtrepitu cucurrerunt, & peſtis illa mortifera (quia Cardinales Epiſcopos non habebat) armatorum caterna militum vallabatur. Fratres vero facinus tam immenſum, & à ſeculis non auditum ex inſperato videntes, & formidantes, ne à conductitiis militibus trucidarentur: ſeſe in munitionem Eccleſiæ nobiſcum pariter receperunt, ibique nonem diebus continuis, ne exinde libere exiremus, fecit nos quorundam ſenatorum aſſenſu, quos pecunia oblata corruperat, die noctéque armata manu cum omni diligentia cuſtodire. Sane populo inceſſanter & iugiter acclamante, & in ſenatores pro tanta impietate multa immanitate frémente, de cuſtodia fuimus illius munitionis erepti, ſed in arctiori loco apud Tranſtiberim nos iidem ſenatores, recepta inde pecunia, poſuerunt. Cumque moram ibidem ferme per triduum feciſſemus, vniuerſo populo tantam proditionem atque malitiam de cætero non ſuſtinente, ſenatores cum nobilibus & populo venientes, nos & fratres noſtros per vrbem magnifice & honorifice cum immenſis laudibus & præconiis, campanis etiam in tranſitu noſtro pulſantibus, conduxerunt; & ſic tandem à violentia perſequentis erepti, & noſtræ redditi libertati, ſequenti die Dominico venerabilibus fratribus noſtris Gregorio Sabinenſi, Hubaldo Oſtienſi, Bernardo, Waltero, Iulio & B. Epiſc. Cardin. quoque, Abbatibus, Prioribus, Iudicibus, Aduocatis, Scriniariis, Primicerio & Schola Cantorum, nobilib. etiam, & quadam parte de populo vrbis apud Nympham non longe ab vrbe inſimul congregatis, munus conſecrationis accepimus; & ſicut in Eccleſia Romana moris eſt, ibidem Pontificali regno magnifice ſumus ac ſolemniter coronati. Cæterum prædictus Octauianus, cum pro conſecratione, imo execratione ſua, dum & in vrbe eſſet, & poſtquam latenter vrbem exiuit, multos Epiſcopos conuocaſſet, nullum prorſus præter vnum, Ferentinatem videlicet Epiſcopum, habere potuit pro ſua temeritate & veſania confirmanda. Quoſdam tamen Epiſcopos Imperialibus minis, quoſdam violentia laicali, quoſdam vero pecuniis & blanditiis allicere voluit, ſed nil Domino impediente profecit. Vnde nec adhuc inuenire poteſt, (licet modis omnibus enitatur) qui ei manus execrationis imponat, & ſe faciat tantæ præſumptionis & impietatis auctorem. Verum memorati Iohannes & Guido cæcitatis tenebris obuoluti (quoniam ſcriptum eſt; Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnet) nec ſic à ſua damnabili præſumptione reſipiſcunt, ſed eundem Octauianum, quem ſibi in ſtatuam erexerunt, obſtinata perfidia venerantur; & eum relicta vnitate Eccleſiæ præſumunt vſque huc, tanquam idolum aut ſimulachrum adorare. Ipſe autem Antichriſti tempora præfigurans, vſque adeo erectus eſt ſupra ſe, vt etiam in templo Dei ſederit, oſtendens ſe tanquam ſit Deus: & multi abominationem deſolationis ſtantem in loco ſancto, non ſine multa lachrymarum effuſione corporeis oculis inſpexerunt.

De perfidia Ioan. & Guido. Pſeudop. fautorum.

Sane nos infirmitatem noſtram, & virtutum indigentiam cognoſcentes, noſtrum in Dominum iactamus cogitatum; ſperantes, & de Chriſti miſericordia plenius confidentes, quod Eccleſiam ſanctam ſuam, pro qua ipſe idem in ſubſtantia noſtræ mortalitatis apparuit, vt eam ſibi non habentem rugam aut maculam exhiberet, optata faciet in tranquillitate lætari, & procellarum omnium inundatione ſedata, nihil erit quod ei iam poſſit obſiſtere, vbi vnicus eius ſponſus voluerit nubiloſa quæque & noxia propulſare. Nunc igitur, quia nos de noſtrorum meritorum qualitate diffidimus, & de honeſtate & religione veſtra plenam habemus fiduciam: veſtris & vniuerſalis Eccleſiæ precibus infirmitatem noſtram petimus adiuuari: charitatem veſtram per Apoſtolica ſcripta rogantes & commonentes attentius, vt ſicut viri Catholici, vos pro domo Domini muros inexpugnabiles opponatis, & in deuotione ac fidelitate matris veſtræ ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ immobiliter perſiſtentes, ab eius vnitate nullatenus recedatis. Quod ſi præfatus vir impietatis ad partes veſtras aliqua damnationis ſuæ ſcripta tranſmiſerit, ea ſicut reſpuenda ſunt; reſpuatis, & tanquam vana & ſacrilega contemnere & abiicere ſtudeatis. Nouerit inſuper diſcretio veſtra, quod nos ſupra nominatum Octauianum apoſtaticum & ſchiſmaticum in octauo die à conſecratione noſtra (hunc enim terminum ei reſipiſcendi, & ad vnitatem matris Eccleſiæ redeundi præfiximus) tanquam inobedientem & contumacem, & illos qui ei manus præſumerent non dicimus conſecrationis ſed execrationis imponere; & de communi fratrum noſtrorum Epiſcoporum & Cardinalium voluntate atque conſilio, accenſis candelis, & cœtu clericorum in Eccleſia congregato, vinculo anathematis & excommunicationis aſtrinximus, & eos cum ſuo auctore diabolo condemnauimus. Hucuſque Alexandri litteræ

Alexander commemorat eiuſdem Pſeudop. proditionem & malitiam in electione tentatam.

ad Bono-

Digitized by Google

A ad Bononienſes Doctores, quibus Altrix illa ſtudiorum & virtutum omni ſeculo abundabat. Fere totidem verbis, Cardinales qui ex parte Catholica ſtabant, Friderico ſcripſerunt, & ea omnia quæ acciderant ſignificarunt, illud vnicum addentes: quod Otto Palatinus Comes occaſione de intruſione Octauiani ſuſcepta, præfatum, aiebāt, dominum noſtrum Alex. Pp. & nos omnes plurimum infeſtauit, & Eccleſiam Dei niſus eſt ſcindere, & multipliciter abſque rationabili cauſa turbare. Campaniam ſiquidem atque patrimonium Beati Petri cum intruſo atque apoſtatico Octauiano violenter intrauit, & terram ipſam ſtuduit ei quibuſcumque modis ſubiugare. Orabant itaque vt ſacroſanctæ Eccleſiæ ſubueniret, ne à ſchiſmaticis laceraretur.

VII. Alexander Pp. arrogantiam Imp. arguit.

Non deerat quoque ſibi Octauianus, cum ſuis ſchiſmaticis. B Nam & ille, & iſti, ad Fridericum, & omnes Orthodoxos Principes, Epiſcopos, Abbates, Clericos & populos, literas dederunt; ſed mendaciis, & calumniis, & contumeliis infartas. Et quia in Octauianum propenſior fuerat, à quo ſperabat quicquid optaret obtinere, ideo præiudicato animo ad Alexandrum & eius partis Cardinales ſcripſit: non Alexandrum ſed Rolandum Cancellarium in literis appellans, neque quicquam auctoritatis & maieſtatis Pontificiæ in eo agnoſcens; Indicere audebat inſuper Concilium ex quinque Regnis Epiſcoporum; coram quo vt cauſam Alexander diceret, imperabat. Porro qui literas Alexandro detulerant Werdenſis & Pragenſis Epiſcopi, tanta arrogantia vſi ſunt, vt nullam reuerentiam Alexandro exhibuerint, & coram eo ſedere præſumpſerint, & proterue imperata renunciauerint. C Cum autem ad Octauianum acceſſiſſent, procubuerunt, pedes oſculati ſunt, & ſtantes demiſſis vultibus mandata expoſuerunt.

Verba Pp. de Imp ad Legatos.

Reſpondit modeſte Alexander Epiſcopis: *Longe à conſuetudine prædeceſſorum ſuorum*, inquit, *receſſiſſe videtur, & dignitatis ſuæ terminum exceſſiſſe Imperator, dum ſine conſcientia Romani Pontificis Concilium conuocauit, & nos ad præſentiam ſuam, quaſi homo ſuper nos poteſtatem habens, conuenire præcepit. Sane Beato Petro, & per eum ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, cuius ipſe per Deum magiſter extitit & fundator, hoc priuilegium legitime à Domino Ieſu Chriſto ſanctiſque Patribus traditum eſt, & per proſpera & aduerſa etiam cum ſanguinis effuſione, cum oportuit, vſque ad hæc tempora conſeruatum, vt vniuerſarum Eccleſiarum cauſas ipſius auctoritate diſcuteret ac finiret, ipſa vero nullius iudicio vnquam ſubiaceret.* D *Vnde quia nunc ab eo contra priuilegium Eccleſiæ inculcatum fieri videmus, per quem deberet ab aliorum impugnatione defendi: & quia ita ſcriptum eſt matri, ſicut cuilibet abiectæ perſonæ: hoc abſque admiratione nimia ferre non potuimus, nec debemus. Ad curiam vero eius, vel ad ſententiam accedere, canonica traditio, & reuerenda Patrum auctoritas non permittit. Vnde cum nec in minoribus Eccleſiis aduocati earum & ſingulares Principes, vocationes, diſceptationes, ac deciſiones huiuſmodi cauſarum ſibi aut curiis ſuis vſurpent, ſed ſuorum Metropolitanorum, aut Apoſtolicæ ſedis ſemper notitiam & definitionem habere expectent: diuina videtur animaduerſione digniſſimum, & ab omni Eccleſia tanto durius arguendum, quanto amplius ad vniuerſalis Eccleſiæ periculum redundaret, ſi per ignorantiam noſtram, aut puſillanimitatem ſpiritus à capite (quod auertat Deus) diebus noſtris iſte morbus inciperet, & nos Eccleſiam, pretioſo ſanguine Chriſti redemptam, in ſeruitutem redigi fineremus. Ergo pro cuius libertate tuenda Patres noſtri proprium ſanguinem effuderunt, & nos ipſi ad eorum exemplum, exigente neceſſitatis articulo, extrema audemus pericula ſuſtinere.* Hæc & alia Alexander vere ſui nominis Pontifex magnanimus, animoſis repoſuit Germanis præiudicato animo auſis, ea quæ fuerant auſi.

VIII. Frid Imp. conatus aduerſus Pontif.

Interim Fridericus iſtud vnicum animo voluens, quomodo Alexandrum in ordinem redigeret, etiam Regibus aliis importune voluit imponere, eoſque Octauiano adiungere. Cæterum Henrico Angliæ non potuit perſuadere: quem ſatis Arnulphus Epiſcopus Lexouienſis vir cumprimis eruditus & magnæ apud Regem æſtimationis, æqui rectique pro Alexandro defenſorem reddiderat.

IX. Alex. Pp. legationes ad Reges & Principes.

Ne vero reliquos Reges & Principes pro arbitrio ſuo Fridericus deciperet, atque ſeduceret, miſit Alexander fere ad omnes Reges & Principes Legatos; in Hiſpanias & Gallias Antonium tituli S. Marci, Willelmum tituli S. Petri ad vincula presbyteros, & Oddonem S. Nicolai in carcere diaconum: ad partes autem Orientales, Iohannem tituli SS. Iohannis & Pauli; ad Hungaros Iulium Præneſtinum Epiſcopum & Petrum S. Euſtachii diaconum, ad Conſtantinopolitanum vero Imperatorem Tiburtium, atque Ardericum ſancti Theodori diaconum Cardinales. Diuulgata veritate electionis & indubitanter cognita, Ludouicus Chriſtianiſſimus Francorum Rex, cuius Regnum nunquam in B ſchiſmate pollutum recolitur, vna cum Henrico Anglorum Rege, Alexandrum in Patrem & animarum ſuarum Paſtorem receperunt. Reges quoque Hiſpaniarum, Siciliæ, Hieruſalem, Hungariæ, & Græcorum Imperator cum Patriarchis, Epiſcopis, Principibus & vniuerſo Clero & populo eis ſubiecto ad ipſum Alexandrum Pontificem pari modo conuenerunt, ipſumque Chriſti Vicarium & Catholicum ſucceſſorem recognouerunt. Solus Fridericus cum complicibus ſuis in erroris pertinacia remanſit, vehementer perſequens Alexandrum, & partem Orthodoxam.

X. Epiſtola Arnulphi Lexouien. Epiſc. ad Cardinales de prauitate Pſeudop. & felici electione Alexand. Pontif.

Arnulphus Lexouienſis Epiſcopus cum perſpectum haberet orbis conſenſum pro Alexandro, & paucorum temulentorum contra eundem diſſenſum, fere quot verba tot triumphos Alexandro erexit, in ea quam ad C Cardinales Romanæ Eccleſiæ de eiuſdem electione dedit: *Gaudeo*, ait, *ſciens me reuera matris meæ gremio contineri, ipſiuſque ſacris foueri complexibus, & ſinceris vberibus allactari. Gaudeo, inquam, cognoſcens, quam obſtinato ſchiſmatici miſeranda cæcitatis clauduntur errore, quorum oculos circumfuſæ lucis radii non illuſtrant, ſed ipſe potius excedens manifeſtæ claritatis fulgor offundit. Iudicati ſunt, debitamque commiſſi reatus excipere ſententiam, quos Eccleſia tanquam degeneres Sathanæ tradidit in interitum carnis, & à Catholica depulit vnitate. Neque caret executione ſententia, ſed indilato mancipatur effectui, cum eos interim & conſcientia torqueat, & imminens quotidie præualentis Eccleſiæ triumphus affligat. Porro benignius Eccleſiæ ſua ſapientia diuina prouidit, manifeſtam faciens omnibus veritatem, vt nec ſimplicitas ignorantiam, nec malignitas probabile quidlibet valeat allegare. Si enim eos, quos ab vnitate* D *Catholica profana ſeiunxit ambitio, numerus, vel opinio, vel qualibet electionis forma defenderet: aliqua fortaſſis erroris materia contrahi potuiſſet. Sed tres tantum de tota vniuerſitate ſeducti ſunt, & hi ſane, quos magis ſupportare videbatur Eccleſia, quam in aliquo de eorum induſtria gloriari, quia ſcilicet eos nec virtutis elegantia, nec literarum peritia commendabat. Nunquid enim is, qui inter eos ætate præcedebat & ordine (Tuſculanum loquor) horam quietis & prandii ſolitus obſeruare, Epicurus alter reputabatur in omnibus non omnium negligens, niſi alicuius forte quod oblata ſperati prouentus auſpicatio præueniret? Quod adeo verum eſt, vt cæteris laborantibus, ſolus prematurè, ſicut dicitur, ab electione diſceſſerit, quoniam hora prandii videbatur inſtare, ne auidus deſiderio ſuo fraudaretur exactor, & inania aduerſus negligentes manus inciperent viſcera murmurare. Alius affectatæ Cancellariæ confuſus opprobrio, & alie*E*na prælationis honore deiectus, conceptum de inuidia perſonale odium in Eccleſiam conuertere temeraria malignitate præſumpſit. Tertius vero ſolius inter alios perituræ priuilegio carnis exultans, arbitratus eſt nihil negandum ſanguini, nihil ſacris canonibus deferendum. Neque enim poteſt debitam eis exhibere reuerentiam, quos ignorat. Ideoque ſimilem ſibi brutum brutus elegit, vt in vtroque ſibi inuicem de pari literarum imperitia reſponderet. Sed nec Apoſtolicæ ſeueritatis eos diſciplina terrebat, ne eorum præcipitem cohiberet audaciam, & vagos temerariæ cupiditatis frænaret excurſus. Hic numerus, hæc tanta peritia, hoc tam venerabile ſanctumque collegium, Eccleſiam Dei immaculatam ſe ſponſam dilecti filii ſui, renitentibus vniuerſis, affectauit ad propriam pertrahere voluptatem, & à dextris Regis ad deteſtabiles Sathanæ transferre complexus. Viſa tamen totius fere vni-*

Digitized by Google

uerſitatis concordia deſperati, ad vnitatem ſtatim redituri fuerãt, vel inuiti: ſed ſtupentibus ipſis, ideoq́; ceſſantibus, Schiſmatici maioris diutius effrenata non tulit ambitio, præparatoque furtim, ſicut dicitur, pluuiali de manibus offerentis arrepto, in humeros ſuos tanta feſtinatione coniecit, vt hærentibus collo fimbriis, pauimentum lamberet pars ſuperior indumenti. Sic indutus ad Cathedram, nullo adhuc etiam prædictorum comitante, cucurrit: nomen ipſe ſibi Victoris acclamans, & ad ſuffragandum ſibi & decantandas laudes præparatos impudenter exhortans. Mirum ſpectaculum, nec manifeſto carens futuræ veritatis auſpicio, Sc. quod hic ei in ruinam quandoque vertetur aſcenſus, ſicut ipſa præſumptæ chlamydis inuerſa conuerſio præſignabat. Interea reſeratis Eccleſiæ foribus infame illud Maledictorum genus irrupit: hoc enim cognationis illius vetus agnomen eſt, de qua ad effundendam benedictionem in omnes gentes Pontifex dicebatur aſſumi. Qualiter autem de ſtirpe maledictionis poſſit benedictio propagari, facile non apparet, præſertim per iſtum, in quo vetuſtæ maledictionis opprobrium; Merita contractæ nuper execrationis attollunt. Diſcurrentibus igitur armatis, cœpit per Eccleſiam quaſi quadam theatralis ſcena diſponi, dum parietes fulgor illuſtraret armorum, & laſciua quaſi triumphantium acclamatio reſultaret. Horum manibus denique pluuiali compoſito, ad palatium vſque perductus eſt, comitantibus his, paucisque ſacerdotibus, quorum infamis quæſtus eſt ſimplicitatem peregrinorum eludere, & aſſiduis altare Beati Petri ſacrilegiis infeſtare. Porro hæc initia eius non ſunt meliore gauiſa proceſſu, ſi quis vel emendicata execrationis ordinem, vel redemptam laica gratiam poteſtatis exquirat: nonne enim ſacrilegii facinus de maiori cumulum iniquitate contraxit, cum Simoniacam conſtet interceſſiſſe per omnia prauitatem, ſicut refuſa ſenatui populoque Romano pecunia, publicisque palam ædificiis impenſa conuincit. Sed & hoc immanius eſt, quod redemptam ſanguine Chriſti proſtituit libertatem, quatenus Eccleſia, quæ iure ſuo cunctis ſemper dominata eſt Principibus, officialis ſui mancipаretur obſequio: quo & incomparabilis priuilegium maieſtatis amitteret, & ad miſerabilem ſtatum conditionis nouiſſime deueniret. Et nos quidem non potuimus hæc oculis præſentibus intueri, ſed veritas ad nos per eos, qui viderunt, fideli relatione peruenit. Quod autem publice geſtum eſt, multorum nobis teſtimonio potuit confirmari, præſertim cum teſtes prærepta dignitatis honore præfulgeant, & ſimplex abſolutam reddat concordia veritatem. Hac igitur parte de qualitate negotii, & perſonarum meritis æſtimata; iucundum mihi eſt ad partem alteram oculos animumque conuertere, & opus eorum qui elegerunt, per ſingulas partes toto mentis gaudio contemplari, eique referre gratias, qui ſancto collegio veſtro prudentiam contulit & virtutem, qua & ſerpentis declinare malitiam, & graſſantis ſuperbiæ valuiſtis repellere prauitatem, ſed neque nomen partis tantillæ eorum meretur exceptio, nec vniuerſitatem noſtram partis docet appellatione cenſeri; quia perditorum ſegregatio numerum non minuit electorum, nec detrimentum ſentit area Domini, ſi granis manentibus paleæ ventilabro purgante diſcedunt. Igitur omnia recenſenti manifeſtum, quod ſanctitatis zelus conſecrauit initia, proceſſum cuncta prudentia fortitudo direxit, patientia debito conſummabit effectu, pacem Deo volente, perſeuerantiæ fides inconcuſſa præſtabit. Nihil hic carnale, nihil terrenum, nihil veſtri ad priuatam vtilitatem oculi reſpexerunt, ſed ad commune bonum, & honorem Eccleſiæ totis vos conſtat anhelaſſe deſideriis, totis viribus inſudaſſe. Prædicabitur itaque nomen veſtrum, & à mari vſque ad mare excellentia veſtræ gloria perſonabit, formamque dabit poſteris & exemplum, ne à iuſtitia & veritate perſecutionis cuiuslibet terrore diſcedant. Ad hæc ſpiritus quoque teſtimonium perhibet ſpiritui noſtro, quia nobiſcum Schiſmaticum illum publica omnium conſcientia reſpuit & condemnat, & electum nobis Antiſtitem ſinceræ charitatis & reuerentiæ brachiis amplexatur. Opera ſiquidem illius manifeſta ſunt, opera ſc. maledictionis & ſcandali: opus autem iſtius in benedictione eſt, & fauor eius in gentes quotidie conualeſcit. Corda enim omnium nobiſcum ſunt, eorum etiam, quorum linguæ nobis qualibet ſeculari neceſſitate reclamãt: adeo vt ſi nondũ de corporib. de cordibus tamen omnium verum ſit, Eccleſiam triumphaſſe. Nonne enim in eos, qui ab hac Fidei vnitate diſſentiunt, vltio diuina manifeſte procedit, & voluntas eius euidentibus indiciis declarata pateſcit? Nonne Princeps ille Fridericus, cui ſimilem à multo tempore Roma non habuit, cuius Dominus apprehendiſſe dexteram dicebatur, cuius fere vſque ad remota Orientis terror exceſſerat, à die ſuſceptionis Octauiani diuino cœpit iudicio reprobari, adeo vt hi, quos ante ſecuros mania non reddebant, congredi cominus auſi ſint, & eius de proſperitate ſucceſſuum inſultare? Reuera digitus Dei eſt hic, dexteræ Excelſi repentina mutatio, parcentis adhuc, & in ira corripere differentis. Vtinam ſaperet, & intelligeret, & nouiſſima prouideret, quia tot detrimenta præſentium quædam ſunt iudicia futurorum. Omnibus igitur ab initio rite proſpectis, Domini & Patres mei, magna vos conuenit exultatione gaudere, quod de omni carne ſingulariter eſtis ad hoc tẽpus electi, per quos Fidei veritas, per quos forma iuſtitiæ, per quos Eccleſiæ libertas incõuulſa ſeruetur. Quod n. nos in hac vobiſcum vnitate conſiſtimus; q̃ hæreticam prauitatem cum ſuo deteſtamur auctore; vobis debetur gratia, qui cœpiſtis, à quibus nos auctoritatem duximus & exemplum. Ipſi itaque duces noſtri, ipſi reuera de fortiſſimis Iſrael eſtis, quibus lectulus Salomonis datus eſt propter timores nocturnos fidelibus excubiis ambiendus. Ad vos velut ad lucernã ſuper candelabrum poſitam, Orientalis pariter & Occidẽtalis concurrit Eccleſia; ſed & ad inſulas quæ procul ſunt, ſonus veritatis exiuit, à quibus, tanquam à finibus terræ, plerique iam per diſcrimina multa venerunt audire ſapientiam Salomonis. Licet enim nos plurima locorum ſpatia disiungant, charitas ſemper indiuiſa coniungit, quos vnus Spiritus, vna fides, vna confeſſio dirigit ad ſalutem. In hac decreuimus vobiſcum conſtantia permanere; in hac vobiſcum viuendum eſt: in hac, cum voluntas diuina decreuerit, moriendum: quia neque mors, neque vita, neque aliquid vnquam ab huius nos ſententiæ profeſſione ſeiunget.

Hæc & alia plura Arnulphus Anglus pro electione Alexandri; quem tanquam verum & legitimum Pontificem, agnoſcebant Anglorum, Galliarum, Hiſpaniarum & aliarum nationum Reges & Principes. Hieroſolymitanus aliquantum in principio titubauit, & neque ſuſcipiendum, neque reiiciendum dixit, quouſque Orbis vniuerſi iudicio conſtaret, vter eorum foret legitimus Paſtor. Quamobrem cum ex aliquotum conſilio, Legatos Alexandri, ire quidem Hieroſolymam, non tamen ſigna Legationis præ ſe ferre diſponeret, tamen ex Synodali omnium decreto, eos recepit, & Legationis ſigna proferre tolerauit, & Alexandrum Pontificem humiliter conſalutauit. XI. Alexander legitimus Pap. agnoſcitur ab omnibus.

Hoc anno obiit Fulcherus Patriarcha Hieroſolymitanus; Otto Friſingen. Epiſcopus & S. Robertus Abbas ordinis Ciſtercienſ. in Anglia. XII.

IESV CHRISTI
Annus 1160.

Alexandri Papæ III. Ann. 1. Friderici Imp. anno 6. Manuelis Imper. ann. 18.

Anno *Chriſti* 1160.[a] Sciſſura Eccleſiæ ex ſubrogatione Antipapæ Victoris poterat cito reſarciri, & multitudini paucitas cedere atque vniri, niſi Fridericus Imperator veteri odio Rolandi Alexandrum non ferens, partem Octauiani tuendam fouendamque modis omnibus ſuſcepiſſet. Quam vt auctoritate multitudinis confirmaret, pſeudoſynodum Epiſcoporum & Abbatum Quinque Regnorum Papiam indixerat. Ex tot Regnis non plures quam circiter quinquaginta Archiepiſcopi & Epiſcopi conuenerant. Sciebant enim reliqui non Imperatoris eſſe Concilia indicere: neque neſciebant Imperatorem præiudicato animo erga Alexandrum, non aliud quam depoſitionem illius, & Octauiani confirmationem exoptare. Adfuit Octauianus; Alexander venire recuſauit. Ibi pſeudo-Victor, inprimis inſignia Pontificatus quæ vſurpaue- I. Fridericus Imp. pſeudoſynodũ conuocat Papiæ pro electione Antipapæ. a *Willelmus Neuburgenſ. & Radeuic. lib. 1. c. 62. & ſeq.*

rat cotam omnibus depoſuit,& in dolo, iudicio eorum qui conuenerant ſe ſubmiſit. Interim falſos teſtes introduxit, qui ſecus quam acciderat, illum quidem legitime fuiſſe electum, & ab omnibus fere Eccleſiis adoratum, Alexandrum vero per ſeditionem armata manu paucorum intruſum, mentirentur. Protulit & epiſtolam pſeudocanonicorum S. Petri, manibus coniuratorum ſubſcriptam, per quam oſtendere conabatur, vniuerſum Clerum Romanum à parte Victoris fuiſſe, atq; eſſe.

II. Frider. inueſtit Pſeudopapam Victorem, Octauian. dictum.

Nactus Imperator quod tantopere exoptabat, cum nullus eſſet ab Alexandro miſſus, qui cauſam eius iuſtam defenderet, & multi Epiſcoporum præuidentes quæ imminebant, à Conciliabulo aufugiſſent, ipſe per anulum & mantum inueſtiuit Octauianum:& pſeudoſynodi Epiſcopis Schiſmaticis neceſſitatem impoſuit, vt Victori Pontificatum adiudicarent, Alexandro autem abrogarent: dataque ad omnes encyclica, id quod præpoſtere, proterue, & impie geſſerant, omnibus ſignificarent. Eadem omnia perſcripſit Fridericus Imperator abſentibus Eberardo Saltzburgenſi Archiepiſcopo & ſuffraganeis eius, Alberto Friſingenſi Epiſcopo, Hartmanno Brixinenſi, & Romano Gurcenſi, totique prouinciæ Saltzburgenſi: omnibus palam faciens quaſi omnes Epiſcopi Papiæ congregati ſine vlla exceptione in reprobationem Alexandri ſubſcripſiſſent: cum tamen ſapientiores primarii Antiſtites, Patriarcha Aquileienſis, Epiſcopus Bambergenſ. Pataujenſ. atque Ratisbonenſ. ſalua in poſterum Catholicæ Eccleſiæ cenſura, propter ſolas Imperii neceſſitates obediuiſſent; & plurimi ſe ſubtraxiſſent.

III. Edictolmper. pro Antip. multi refragantur.

b *Acta Alexandri Papæ.*

Sic [b] itaque in perniciem animæ ſuæ Imperator, & in ruinam multorum, tunicam Chriſti, vnitatem videlicet Catholicæ Fidei ſcindere tentans, ipſe prius inclinauit ſe ad pedes illius, & alios quos poſſet ad ipſum coegit. Quo facto, per totum ſibi ſubiectum imperium edictum miſit; vt Eccleſiarum Prælati ad ſtatuam quam erexerat adoraturi accederent. Quod quicunque agere nollent: de terra ſua non reuerſuri exirent. Huius autem verbum durum & aſperum per totam Italiam inſonuit. Tunc omnes qui ſpiritu feruebant, elegerunt exilium potius pati ac perſecutionem pro Deo & manu tenenda Fidei vnitate, quam pacifice adhærere Schiſmaticis, & honoribus cum diuitiis huius ſeculi abundare. Facta eſt ergo maxima turbatio in Eccleſia, fugientibus Catholicis, Eccleſiaſque proprias & patriam ſuam deſerentibus, inq; locum ipſorum ſuccedentibus Octauianis intruſis.

IV. Fridericus & Pſeudopap. cæteriq. Schiſmatici ex communicatai Alexandro.

Cum autem Beatus Alexander Papa eundem Imperatorem benigne ac frequenter admonitum, à ſua perfidia non poſſet vllatenus reuocare; cum Epiſcopis & Cardinalibus in cœna Domini apud Anagniam ipſum tanquam principalem Eccleſiæ perſecutorem excommunicationis vinculo ſolenniter innodauit, & omnes qui cum eo iuramento fidelitatis tenebantur aſtricti, ſecundum antiquam prædeceſſorum Patrum conſuetudinem, ab ipſo iuramento abſoluit; atque in Octauianum, & eius complices iam diu prolatam excommunicationis ſententiam innouauit.

V. Alexander Pap. ſuſceptus ab omnibus.

Et quoniam ipſi Schiſmatici de iuſtitia & veritate diffidentes, Prælatos Eccleſiarum & Principes vrbis exquiſitis mendaciorum figmentis circumuenerant, & in partem erroris ſui inducere attentauerant, vtile conſilium Alexandro viſum eſt, vt aliquot de fratribus ſuis in diuerſas mundi prouincias ex latere ſuo deſtinaret, per quorum ſtudium & laborem ſuper facto electionis ipſius declaratio fieret, & vnitas Fidelium in vnitate Catholica, cognita veritate ſolidaretur. Non inanis fuit conatus Alexandri. Meliores enim & ſapientiores Epiſcopi, & viri religioſi, & Reges, & Principes, vnitatis Eccleſiaſticæ atque æquitatis amatores, pro Alexandro ſteterunt, inter quos præcipui Archiepiſcopi Eberardus Saltzburgenſis, Conradus Moguntinus & Petrus Tarentiſiæ. [c] Radeuicus narrabat, quia Ebe-

c *lib.* 2 *c.* 71.

A rardus erat vir venerabilis, ætate maturus, ſacræ paginæ literis decentiſſime inſtructus, fide præcipuus, religione ſingularis, humanitate & pietate adeo communis, vt vere dicere poſſet: Omnibus omnia factus ſum, vt omnes lucrifacerem.

Eberardi Archiepiſcop. Saltzburg. virtutes.

In largitionibus liberalis, in eleemoſynis, & ſuſcipiendis peregrinis ſtudioſus in tantum, vt ſumptus, in obſequium pauperum, monaſteriorum & peregrinorum quotidie expenſus non ſolum palatio ſuo, verum etiam toti Epiſcopio ſuo videretur oneroſus. Ipſe autem huiuſcemodi pondere minime grauabatur, cum hæc incommoda, bonæ famæ (quam ipſe tamen minime affectabat) & æternæ retributionis mercede compenſaret. Pauperum ſqualorem minime abhorrebat, à leproſis ſe tangi & contrectari paſſus eſt: quin
B etiam ipſe ea interdum tangere, manuſque eorum oſculari non verebatur. Nec ſufficere credidit, ſi in miniſterio pauperum, famulorum vteretur officiis, niſi ipſemet habitu ſuccinctus manibus ſuis interdum cibum apponeret, poculum porrigeret, aquam non ſolum lauandis manibus, ſed & pedibus infunderet. Cumque non ſolum in verbo perfectam doctrinam, ſed etiam in opere conſummatæ diſciplinæ præberet exemplum; merito de eo dicebatur; quod olim de quodam ſanctorum: Quia hic eſt, qui quale habet verbum, talem habet vitam; & qualem habet vitam, tale habet verbum; quomodoque docet agit; & quæ agit docet. His & aliis pluribus virtutibus & diuinæ gratiæ donis cum plures ad ſui imitationem, vniuerſorum autem ad ſui dilectionem prouocaſſet affectum,
C noluit Schiſmaticorum inquinari ſordibus, ſed à conciliabulo Papienſi pedem retulit, neq; eo accedere voluit: quippe qui ſtudiis melioribus duceretur erga Alexandrum legitime electum.

VI. Arnoldus Archiepiſ. Mogunt. Schiſmaticus immaniter à ſuis trucidatur.

Paulo poſt conciliabulum Papienſe, contigit Arnoldum Archiepiſcopum Moguntinum, à ſuis ciuibus immaniter trucidari. Canes enim latrantes, ſed mordere impotentes, per ludibrium appellauerat. Qua contumelia exacerbati illi, in quodam monaſterio Ordinis Ciſtercienſis diuertentem armati circumdederunt, & incenſis circumquaque ædibus eum ſe dedentem, horrendum in modum laniarunt. Quidam primo gladium vibrans collo eius immerſit: alter in fronte eum percutiens, mucrone ab aure vſque ad aurem ſuperiorem partem
D capitis ad inferius diuiſit. Alii poſtea contis, fuſtibus, gladiis, lapidibus in morientem ſæuierunt, occiſo veſtes & annulos detraxerunt, & cadauer canibus & volucribus dilacerandum expoſuerunt. Triduo iacebat inſepultus, donec aliquæ mulieres veniſſent, & lapidibus dentes excuſſiſſent, aliaque innumera iam fætenti opprobria intuliſſent. In locum Arnoldi ſucceſſit Conradus Archiepiſcopus à clero electus. Is quamquam Imperatorem ſanguine proxime contingeret, necquicquam tamen in gratiam Imperatoris Octauiano, ſed Alexandro inclinauit: quod vidiſſet iuſtam numinis vindictam in Arnoldo Schiſmatico: qui contra ſtimulum calcitrarat.

Conradus Archiep. Moguntinus eligitur.

VII. Petrus Tarentaſiæ Archiepiſcop propugnat Alexand. contra Imp.

d *apud Sur.* 8 *Mai.*

[d] Petrus etiam Tarentaſiæ Archiepiſcopus, cum viciinas prouincias, & Romani imperii maxima ex parte
E Eccleſias Schiſmatica rabies occupaſſet, ſolus ipſe ex Metropolitanis vel prope ſolus regionum illarum & Schiſmaticis palam reſtitit, & immunis perſtitit in Eccleſia ſua, ſed & plurimos ex circumpoſitis reuocauit ad Catholicam vnitatem, vicinas vndique prouincias penetrans, libere prædicans clericis & populis, plenis auctoritate ſermonibus improbos & obſtinatos hæreticæ arguens prauitatis. Nihilominus tamen deuotis eum colebat Imperator obſequiis, non minori ei reuerentia obſequens, quam ſæuitia Catholicos perſequens cæteros circumquaque. Nec deerant qui indignarentur, qui cauſarentur, qui conarentur animum Principis aduerſus eum potius exacerbare, dicentes: quid ſibi vult, Imperator bone, quid actitas?

Nun-

Digitized by Google

Nunquid deſtruere non eſt cauſam tuam ſic colere, ſic honorare eum, qui ſic impugnat, ſic impetit eam? Ille nos deteſtatur, nos execratur, nos hæreticos denuntiat, nos anathematizat: & tu velut Angelum Domini eum ſuſcipis, publice & priuatim eius prædicans ſanctitatem. His & huiuſmodi verbis, quantum tamen audebant, crebro pulſabant ariete Imperatorii robur pectoris filii diffidentiæ, filii ſcelerati. Sane Fridericus quemadmodum olim Pharao Moyſen, ita etiam ille Petrum reuerebatur. In cuius gratiam neq; Ciſtercienſibus, neq; Carthuſienſibus, quanquam hi Octauianum deteſtarentur, & Alexandro adhærerent quicquam mali fecit. Stetit pariter pro partib. Alexandri Arnulphus Lexouienſis Epiſcopus. Cum enim literas ab eodem de his quæ circa electionem Romæ acciderant accepiſſet, tantum apud Ludouicum Galliarum & Henricum Angliæ, & reliquos Duces, Principes, Epiſcopos & clerum populumq; vtriuſque Regni coram & per literas egit, vt Octauianum execrarentur, & Alexandrum ſequerentur.

Item Arnulphus Lexouienſ. Epiſ.

VIII. Vuillelmi Card Papienſ ignominioſa taciturnitas.

Willelmus tituli S. Petri ad vincula presbyter Cardinalis, Papienſis dictus; cum per occaſionem viſitationis ſuorum Papiæ tunc eſſet, quando Fridericus Conciliabulum congregaſſet, neque ſe Imperatori & maleſuadis illis oppoſuiſſet, ſed plane obmutuiſſet, hac taciturnitate perpetuam ſibi notam infamiæ inuſſit.

IX. Ericus Rex Sueciæ coronatus.

Hoc anno floruit Clariſſimum Regni Sueciæ lumen Ericus Iaduardi Nobiliſſimi parentis filius, ab ineunte ætate in timore Domini educatus eſt. Chriſtiana deinde Ingonis Regis filia Philippi nepte vxore accepta, factus eſt cum ea omnibus præclarum virtutis exemplar: ita vt Regno vacante patriaque in maximis periculis conſtituta, à Principibus terræ & omni populo conſenſu in Regem electus fuerit, ac pro more gentis apud Vpſaliam in Regni ſolium honorifice ſublimatus.

X. Quomodo vitam ſuam inſtituerit.

In Regali igitur throno conſtitutus, intelligens probe collatam poteſtatem non tam libertatis immunitatem maioris quam ſolitudinis ſecum onus ferre, imitatuſq; ſanctorum veteris teſtamenti Regum exempla, totã ſuam curam trifariam diſpertiit. Primas dedit cultus diuini amplificationi Eccleſiarumque ædificationi: ſecundas iis quæ ad populi pacificam gubernationem iuſtitiæque adminiſtrationem pertinebant. Poſtremas hoſtium tam fidei quam Regni expurgationi. Ad quæ faciliter perficienda diuina prouidentia nactus erat ſanctiſſimæ vitæ & ſummæ eruditionis virum beatum Henricum Epiſcopum Vpſalenſem, iuxta cuius conſilia & pias exhortationes pius Rex omnem vitæ ſuæ curſum ſecundum præceptum Domini ordinabat.

XI. Quam prudenter Imperium adminiſtrauerit.

Vpſalenſem itaque Eccleſiam ab antiquis Regibus ſuis ſanctis progenitoribus fundatam, & ex parte ædificatam, primum præ cæteris aggreſſus, opere magnifico ac plane Regio conſummauit, diuinique cultus miniſtros inibi liberaliter dotatos conſtituit. Deinde Regnum circumiens, ac populum viſitans vniuerſum, via Regia incedens, nec ad dexteram declinans fauore vel pretio, nec ad ſiniſtram deflectens timore vel odio, tramite recto gradiebatur. Sicque rixarum incendia exorientia ne gliſcerent extinguebat, inueteratas inimicitias placabat, potentiores ab inferenda cæde vel iniuria imbellioribus depellebat, recte ambulantes in via Dei dirigebat, impios de terra exterminabat, æqua lance in libra iuſtitiæ vnicuique ius ſuum diſtribuebat. In omnes autem adeo clemens ac benignus extitit, vt tertiam partem pœnarum quæ ad Reipub. fiſcum ex conſuetudine pertinebat, ſibi offerentes, pia obiurgatione ſæpe repulerit dicens: mihi mea ſufficiunt, vobis veſtra ſeruate, poſteris ſaltem veſtris, ſi non vobis vſui futura. In orationibus porro, ieiuniis, eleemoſynis ac vigiliis frequens erat: carnem ſpiritui ſubiiciendo iugi attriuit concilio, quod ad hæc vſ-

A que tempora pretioſo eius intinctum ſanguine in
pſalenſi reſeruatum fuit Eccleſia. Apud eum in
pes, infirmi & calamitoſi & quacunque aduerſitate a
flicti præſentiſſimam ſemper conſolationem inuen
runt. Ieiuniorum feſtiuiſque anni totius diebus à R
ginæ thoro prorſus abſtinuit. Quin etiam incen
ua carnis moleſtius erumpentia ſæpe glaciali aqua ve
ut ſalutari balneo vſus frigida calidis apponens cur
bat, animaleſque motus ipſe animo fortior, cum corp
re videretur infirmior reprimebat.

Poſtremo in Finnones, non ſolum Regni, ſed e
iam fidei Chriſtianæ pertinaciſſimos hoſtes, qui co
tinua bella & damna Sueonibus inferebant, exped
tionem fecit, eoſque exercitu valido collecto, cum i
ducias Chriſtianæ pacis aſpernarentur, non mod
B Regno adiunxit victos, ſed & cura B. Henrici Vpſ
lenſis Epiſcopi in fide Chriſtiana inſtruxit. Cumq
tanta potitus victoria in orationem ſeſe quam æq
in aduerſis atque in proſperis tanquam optimam m
deratricem adhibere ſolebat, proſtraſſet, atque cu
lachrymis, vt ſemper piiſſimi cordis erat, preces eff
diſſet, interrogatus à quodam familiarium ſuoru
cur fletibus eo tempore quod lætitiam poſtulaba
vacaret, ſuſpirio ex imo pectore ducto reſpond
Gaudeo quidem & Dominum glorifico pro conce
ſa nobis victoria, verum tot interfectorum anim
propter infidelitatis crimen ad inferos deuolutas, qu
dignis proſequatur lachrymis? qui, ſi Sacramenta fid
recepiſſent ad ſalutem fuiſſent perpetuam reſerua
Superatis itaque hoſtibus, reliquum terræ populu
C conuocauit, & pace data fideque Chriſti prædica
baptizatis pluribus, fundatis Eccleſiis, conſtitutoq
ibidem Paſtore S. Henrico, cæteriſque quæ ad re
gionem Chriſtiani cultus pertinebant rite ordina
in Sueoniam duplici triumpho conſpicuus reme
uit.

Quæ opera eius, quia non erant conformia mu
do, mundus eum odio habere cœpit, venitque ten
pus quo virum iuſtum probaret tribulatio, & gr
num mortificatum fructificaret vberius. Suſcitau
enim antiquus hoſtis ei aduerſarium Henricum Sc
telcrum, Suenonis Danici filium, cognatum eius, q
ſub titulo hæreditatis maternæ ius regnandi con
ius & fas, terræque conſuetudinem, quæ alienigen
regnare prohibet, ſibi perperam vendicabat. Is cu
nonnullis Sueciæ primatibus, à ſe muneribus corr
D ptis & amplis promiſſionibus illectis, necem Sancti
ſimo Regi machinatus, clam iniquitatis ſatellites co
git, adunatoque exercitu Regem nihil aduerſi ſuſp
cantem apud Orientalem Aroſiam ex improuiſo a
ortus eſt. Dies erat Chriſti aſcenſioni ſacer, quo pi
Rex in Eccleſia S. Trinitatis in monte (Domini vu
go dicto) vbi nunc Metropolitana fundata eſt E
cleſia, miſſarum ſolenniis interfuit: Interea à ſuis m
nitus hoſtem iam prope adeſſe, conſiliumque fo
eidem armata manu protinus occurrere. *Sinite m*
inquit, quietum ad finem vſque diuiniſſimi ſacrificii perdur
re, & tanta ſolennitatis myſteria congrue venerari, reliqu
obſequii Deo debiti ſpero in Domino nos alibi perſoluturos, (
laudes triumphatori ſuper excelſa cælorum reſidenti, deca
E *taturos.* Peracto igitur ſacroſancto miſſæ ſacrifici
cum Deo ſe impenſius commendaſſet, impreſſo ſi
crucis ſigno cum pauciſſimis ſuis obuiam quidem h
ſti proceſſit, & neceſſitate adductus manum ſtrenu
conſeruit. Sed Domino labores eius remunerari v
lente, & à grauioribus periculis præſeruante, eunde
ab iniquo opprimi paſſus eſt, vt è Regno terreno ad c
leſte & ſempiternum feliciter transferret, Anno D
mini Milleſimo centeſimo ſexageſimo.

Fons eo in loco, quo Deo ſacrata hoſtia cecidi
emanauit vberrimus, cui hactenus diuina ſemper n
erat vis morbis curandis, proindeque tota Suecia c
leberrimus; eodem loci mulier cæca admoto ad oc
los ſancti cruore, quo terra madebat, fide plena, m

Digitized by Google

viſum recepit. Rex vero magno omnium bonorum ciuium luctu ſepultus fuit in Eccleſia Cathedrali Vpſaliæ à ſe conſummata & adornata, vbi plurima per eum Deus ad multorum ſalutem miracula operatur.

Vir quidam furore actus, guttur proprium ferro diſſecuit, è voto ab aliis pro ſe facto ad S. Ericum, vitam promeruit.

Mulier tibiæ aridæ & exanguis, vigorem ac ſoliditatem voto concepto obtinuit.

Infanti abortiuo, poſt votum à matre emiſſum, vita, matrique periclitanti ſalus reddita fuit.

Villarum domorumque incendia, inuocatus, vel reſtinxit penitus, vel auertit.

Periclitanti in partu matronæ adeſſe viſus, filiam abortiuam natam, quinta poſt mortem partumq; hora filio volente vitæ reſtituit.

Quinq; plagis læthalibus vulnerato ſanitatem reddidit.

Dæmones à diuerſis obſeſſis fugauit.

Contractam puellam voti beneficio erexit ac ſolidauit.

Submerſum adoleſcentem poſt biduum inuocatus, viuum reſtituit & ſanum.

Alium aquis ſuffocatum, mox priſtinæ vitæ reſtituit.

Infanti natura mutilo & manco, tibiam ſoluit, & ſolidauit.

Sacerdos morbi grauitate mutus factus, voto concepto vocem obtinuit.

Monachus diuturno morbo exeſus & eneruatus, voto emiſſo, ſurrexit è veſtigio ſanus.

Alter Monachus membrorum omnium vſu per ægritudinem priuatus, ad inuocationem S. Erici eodem potitus fuit.

Fœmina bis abortum paſſa, iamq; tertio graueſcente vtero munuſculum ſepulchro S. Erici vouit, & viuam enixa fuit prolem.

Puer ſeptennis ſubita infirmitate corruit exanimis, & triduo poſt, voto à patre emiſſo, ſanus & incolumis ſurrexit.

Puella humano iudicio defuncta, iamq; ſindone inuoluenda, precibus parentum ad S. Ericum fuſis ad vitam reuocata fuit.

Matrona pia ſimiliter defuncta, meritis S. Erici vitæ reddita fuit.

Malis geniis obſeſſum, eundemq; paralyſi tactum, votis adſtantium liberauit ſanauitque.

Tempeſtatem in ſtagno Veter obortam precibus Religioſi cuiuſdam inuocatus ſedauit, reliquumque iter proſperum & tranquillum conceſſit.

Puerperæ de vita periclitanti ſuccurrit, & prolem exanimem voto matris vita donauit.

Fœmina malo Spiritu agitata, linguam exederat & ſuffragio S. Erici mentis ſanitatem, linguæq; obtinuit integritatem, vſum tamen linguæ nonniſi medio poſt anno, in ipſo videlicet natali feſto S. Martyris.

Vir magni generis ſubita ægritudine correptus, ſenſum amiſit & vocem, ſicq; ſex diebus omni eſu potuq; carens mortuo ſimilis iacuit, iamq; feretro imponendus voto ab alio pro ſe emiſſo, ſenſum mox recepit, adimpleto vero voto loquelam.

De eo Annales Suet. & Daniæ. Reuelat. S. Brigittæ l. 27. Ioan. Mag. lib. 19. Hiſt. Goth. cap. 1. & ſeq. & in ſua Metrop. Martyrol. Rom. Molanus & Caniſius in ſuis Martyrologiis Thomas Bo⸗ ius lib. 4. de ſignis Eccl. c. 1. Vitam hanc ex Breuiario Vpſalenſi Ioann. Vaſtouius, Sigiſmundi III. Reg. Polon. Biblioth. Præfect. deſumpſit: habetur etiā in antiquo manu ſcripto Codice Rubræ Vallis in Belgio vna cum miraculis fuſius tamen ea recenſentur.

X.V. De Chriſtiana S. Erici coniuge

Hoc eodem anno floruit S. Chriſtina Regina Diuorum Ingonis & Ragnildis parentum ſanctiſſima filia. Hæc poſtquam domeſticis exemplis in pietate cæteriſque virtutibus adoleuiſſet, Sancto Erico Regi ac Martyri matrimonio iuncta fuit, & pari cum marito ſtudio ac contentione, corporis ſpreuit illecebras, & animum diuerſis virtutum ornamentis excoluit: calcauit terrena & anhelauit ad cœleſtia, non oculum vanitati, non aurem lenociniis aut detractioni, non mentem accommodans leuitati, ſed ſemper ſe tegens vno conſtantiæ ac grauitatis tenore, donec marito per Martyrium conſumpto, vidua plena dierum, plena omni honore, plena operibus bonis, Chriſto animam redderet.

De ea Ioan. Mag. lib. 19. Hiſt. Goth. c. 1. & ſeq. & in ſua Metrop. lib. 1. Recenſente Ioann. Vaſtouio, Sigiſm. III. Reg. Polon. Biblioth. Præfecto.

XV. S Helenæ Pietas.

Huic non inferior S. Helena vidua & martyr. Hæc nobilibus parentibus apud Veſtrogothos, patre Guthormio, Duce Sueciæ orta, veluti viola odorifera poſt hyemem infidelitatis vel poſt nigricantem noctis caliginem ſtella matutina apparuit, exemplis radians & ſignis coruſcans. Hæc a tenera ætate inſtar Suſannæ in lege & iuſtificationibus Domini erudita eſt. Cum autē ad nobiles annos perueniſſet, viro tradita, eum tanquā Sara Tobiam iuniorem, cum timore Dei ſuſcipere conſenſit. Mortuo vero marito, quamuis eam ad ſecundas nuptias ætas & opes vocarent, elegit potius Deo per ſpirituales nuptias coniungi, quæ à luctu quidem incipiunt, ſed æternis terminantur gaudiis, quam carnalibus ſubiici nuptiis: quarum initium lætum ſolet eſſe, progreſſus moleſtus, finis vero luctuoſus.

XVI. Eiuſdem peregrinatio & Martyrium.

Soluta igitur vinculo maritali, laborioſam viduitatis vitam tenēs, Iudith ſanctæ mulieris imaginem in ſe expreſſit. Nam omnibus diebus vitæ ſuæ ieiuniis & orationibus intenta, Domino fideliter ſeruiebat. Domus eius viatori patuit ſemper, & de velleribus ouium eius calefactus eſt pauper. Hieroſolymam ad ſepulchrum Domini videndum & adorandum, iiſq; in locis, in quibus pedes eius ſteterunt, maximo deuotionis ſtudio acceſſa, profectaq; religioſe totum illud iter peregit. Vnde rediens multiplici fructu ſpiritualium gaudiorum ditata, nardus eius dedit odorē ſuauitatis. Dilexit præterea decorem domus Dei. Nam magnam Eccleſiæ Chedinēſis partem, in qua poſtea ſacrum eius corpus depoſitum fuit, ſuo ſumptu extruxit. Prophetiæ quoq; ſpiritu fuit donata, quippe quæ mortis ſuæ diem & locum ſepultuturæ longe ante prædixit. Dum ſic mulier ſancta & Deo dilecta in aſſiduo bonorum operum exercitio verſaretur, accidit, vt gener eius vir nobilis, propter ſæuitiam, qua in coniugem exoſam vtebatur, nimiam, à ſeruis, contumelias Dominæ ſuæ iniquo animo ferentibus, occideretur. Eius necis famulam Dei propinqui non modo conſciam, ſed autorem fuiſſe, inique calumniati ſunt. Ipſa vera pacis & bonitatis filia, innocentiæ alumna, bene faciebat iis, qui eam oderant, & orabat pro perſequentibus & calumniantibus ſe, certiſſima inde ſibi coronam in cœlis luculentiorē fabricandam. Quadā igitur die, dum in Villa Gothene ad Eccleſiam cōtēderet, ab aduerſariis ex inſidiis prorumpentibus, multis grauibuſq; inflictis vulneribus, interfecta eſt crudeliter. Corpus eius, qui in comitatu aderant familiares, non ſine lachrymis domum reuexerunt, atq; tum primum animaduerſum digitum vnum deeſſe: ſed illum diu latere non paſſus eſt ille qui cuſtodit oſſa ſanctorum ſuorum. Miro ſplendore lumen è cœlo affulgens, eum inter dumeta demonſtrauit, cuius miraculi fama excitus è vicinia cœcus accurrit, ardentiſſimo deſiderio digiti videndi flagrans, fideq; plenus eum manu prehendit, moxque oculorum lumen recepit. Eam Stephanus Archiepiſcopus Vpſalenſis iuſſu Alexandri Papæ III. Carolo VII. Gothorum Sueonumq; Rege inſtante ob ſanctimoniam vitæ & miraculorum operationem, in ſanctorum numerum retulit. Anno Domini Milleſimo centeſimo ſexageſimo quarto ſtatuitq; diem anniuerſariam Iulii triceſimam primam: vitam eius & miracula conſcripſit *B. Brynolphus Epiſcopus Scarenſis.*

De ea & Scriptores rer. Suetic. & Breuiaria antiqua Ioan. Magnus lib. 19. Hiſt. Goth c. 7. Molanus & Caniſius in ſuis Martyrolo-

Digitized by Google

tyrologiis. Tho. Bozius, de ſignis Eccleſiæ Dei, lib. 22. c. 2. *Cæſar. Bar. Tom.* 12. *pag.* 516. Recenſente eodem qui ſupra.

IESV CHRISTI
Annus 1161.

ALEXANDRI PAPÆ III. ANN. 2. FRIDERICI IMP. ann. 7. Manuelis Imp. ann. 19.

I. Legati Pōtif deſtinati in Germaniam & Ital pro vniendis Epiſcopis.

A*Nno Chriſti* 1161. Alexander Papa retulit in numerum Sanctorum, Sanctum Eduardum Anglorum Regem, ante centum fere annos defunctum. Id enim Henricus Rex Angliæ per Legatos miſſos ab Alexandro poſtulauit. Mirãdum id prorſus fuit, eum ab inſulis remotiſſimis Reges & Principes Alexandro inclinarent, & in Italia atq; Germania plurimi vel nutarent, vel reſilirent. Quos vt ad vnitatem Eccleſiæ reuocaret Alexander, Petrum Tarentaſienſem Archiepiſcopum Legatum miſit. Is [a] conueniens Imperatorem in ciuitate Chryſopoli conſtitutum, ab oppreſſione Catholicorum, maxime Religioſorum, quantum potuit eius animum reuocauit, Regis iram rugitui ſimilem leonino, monitis ſimul & interceſſione compeſcens. Conuenit autem ſolita deuotione populus ciuitatis ad eum, & innumera etiam de vicinis locis vndiq; multitudo confluxit.

a apud Sur. 8. May.

II. Petri Tarentaſ. Archiep. Legati miracula.

Erat per id temporis Herbertus Schiſmaticus & hæreticus Epiſcopus Chryſopoli intruſus. De eo Petrus verbum faciens, nec ipſius malitiam veritus, nec præſentiam Imperatoris, per quem erat intruſus, orationē omnibus generaliter indixit, vt manus Domini acceleraret ab illius tyrannide Eccleſiam liberare, vel mutando hominem, vel mulctando, vt vel ad pœnitentiam conuerteretur, vel de medio tolleretur. Oratum eſt, & intra quatuor aut quinq; dies miſeram idem Schiſmaticus animam exhalauit. Accidit interim, vt idem Herbertus viſitatus à Bellaualenſi Abbate, ad primum videretur gratulari aduentum: conuentus a. de confeſſione peccatorum, & admonitus de pœnitentia, pugillum ſtrinxit & applicans ori buccinabat in eo: poſt modicū vero deponens manum quam ſtrinxerat, ore cauebat. Erubuit Abbas, quod non poſſet aliud obtinere reſpōſum, & agnoſcens iudicium Dei, non ſine multa confuſione diſceſſit. Necdum vir Sanctus de ciuitate exierat; & iam in plauſtro boum Herberti cadauer efferebatur infauſtū, clamante populo, & dicēte; Benedictus Deus, qui perdidit impium. Idem quoq; vir Sanctus, ab eodē Catholico Papa Alexandro Tertio miſſus, per Italiãm & Tuſciā magnifice conſolabatur Catholicos, & Schiſmaticorum facies ignominia & confuſione replebat, cum in ipſis vrbibus, vbi pſeudoepiſcopi præſidebant, palam & publice eamdem hæreſim condemnaret, vniuerſo populo deuotiſſimis illum obſequiis proſequente: immo etiam Domino ſignis variis ſermonem confirmante. Namq; quidam miles, qui ſancto viro aliquot equos eripuerat, ilico crus fregit. Ipſe etiam ſanctus in monaſterio Pruliacenſi panes miraculoſe multiplicauit, filium cuiuſdam militis, & alium quemdam militē cæcitate laborantes illuminauit, claudas duas ſanauit, mutæ cuidam vſum linguæ reſtituit; puerum quemdam cæcum, ſola ſaliua, in præſentia Regum Galliæ & Angliæ & Flandrenſis Comitis illuſtrauit; in ſignum euidens iuſtitiæ, quæ à parte Alexandri.

III. Conciliab. Laudenſe ſub. Frid. Imp.

Quibus omnibus cum ſe & Octauianum premi videret Fridericus, iterum Conciliabulum Laudæ congregauit & plurimos Epiſcoporum, qui Alexandro Pōtifici deferebant, anathemate percuſſit, orbe vidente & ridente.

IV. Laudes Abſalonis Epiſc.

b apud Sur. 6. April.

Per ea tempora florebat in Dania, [b] Abſalon Epiſcopus Roſchildenſis, Regis Waldemari collactaneus, vir magni conſilii, Cleri decus, mœrentium & afflictorum conſolator, Religioſorum pius amator, totius populi Rector modeſtus, aduenarum & peregrinorum benignus ſuſtentator, Wandalorum ſtrenuus debellator, A religionis Chriſtianæ ornamentum, exemplar ſobrietatis, forma pudicitiæ, veræ nobilitatis & probitatis inſigne ſpeculum, lucerna fulgens in templo Dei, eiuſq; columna fortis & immobilis. Multam operam cum Rege Waldemaro nauauit, in idololatria apud Rugianos eliminanda, & in monaſtica vita in cœnobiis reformãda.

V. Pruſſi à Rege Poloniæ ad fidem conuerſi relabuntur ad perfidiam.

c Cromer lib. 6.

Boleslaus quoq; cognomento Criſpus Poloniæ Princeps, Pruſſis in bello illato valde infeſtus, [c] non alia ratione ſupplicibus pacem dare voluit, niſi ſtulta & vana multorum Deorum ſuperſtitione ſeſe abdicarent, & Chriſtianam religionem populariter reciperēt. Durius hoc Pruſſis videbatur; ſed tamen præſentibus iuxta ac impendentibus malis adacti, accipiunt conditionem, demoliuntur fana & ſimulacra falſorum Deorum; vni vero Deo quem nos colimus deſolata aut deſolata pri- B dem inſtaurant; liberos poſt deſertam religionem ſibi natos, ritu Chriſtianorum initiant. Et quo celerius religio Chriſtiana in tota Pruſſia coaleſceret, tributum quidem exiguum Boleslaus genti impoſuit; edixit autem. Quicunq; ad certum tempus Chriſtiani facti non eſſent, vt in ſeruitutem abducerentur, & ſubhaſta venūdarentur. Et certatim quidem omnes nomina dabant Chriſto, ſed magis deuitandi præſentis periculi metu, quam ex animo: & lingua quidem iurat, quemadmodum inquit Poeta quidam, mens iniurata manet. Necdum enim deducto exercitu, & metu amoto, Pruſſi ad ingenium redierant, & in Priſtinam impietatem relapſi, ritus Chriſtianos exploſerant, ſacerdotes cæteroſq; qui conſtantius Chriſtianam religionem retinebant, eiecerant, atq; templa veri Dei profanarant. Diſſimulauit ad C tempus eā contumeliam Boleslaus, ſed nō impune. Cū nullis impunitatem ſacrilegii obtuliſſet, illi perduelles infeſtis armis Boleslaum adorti, pene omne robur gentium ipſius afflixerunt atq; debilitarunt.

VI. Rainerii mira conuerſio & eiuſdem miracul.

Vixit hoc anno Rainerius, Piſis nobilibus parentib. natus. Is primum voluptatibus deditus, poſtea Alberti viri ſanctiſſimi opera, ad bonam frugem redactus eſt. Cum peccatum præ verecundia in confeſſione reticeret, vocem audiuit: *Raineri, peccatum tacuiſti*, illudq; ſtatim confeſſus, ſine pœnitentia à ſacerdote (illam ſibi à Deo imponendam dicēte) abſolutus, triſtis, & in alterū mutatus, domum receſſit. Parētibus cauſam tantæ mœſtitiæ, & fletus, petentibus, non aliam quā peccata, reſpondit, nec ſe à lachrymis temperaturum, donec illa ſibi à Deo dimiſſa ſciret. Cum itaque aſſidue fleret, nec D cibum caperet, ex continuo fletu, lumen oculorum amiſit: quod parentibus maximi doloris cauſa fuit, (vnice enim illum vnicum diligebant) & niſi Deum precatus, ad illorum ſolatium, viſum recuperaſſet, pater mortem ſibi comparaturus videbatur. Poſt hoc conuerſionis initium, Eccleſias frequentare, egētibus ſubuenire, peccatores ad pœnitentiam exemplo ſui incitare, atq; cœleſtis vitæ genus colere cœpit. Poſt quatuor annos Hieroſolymam profectus, locis ſacris peragratis, domū reuerſus, ingentem inſolitumq; in ea fœtorem ſentiēs, à Domino ſibi in viſu apparente, fœtoris cauſam, pecunias, & alia quę in domo habebat, didicit. Quare omnibus relictis, Hieroſolymam repetens, in die Dominicæ Paſſionis, veſtem pœnitētium indutus, cum libro Pſalmorum, in ſolitudinē ſe recepit, vbi diuinitus edoctus E officia diuina Græca & Syriaca lingua, recitabat. Cum quadam die cibum apud religioſum quemdā ſumeret, puncta ſibi ab animali lingua, deinceps ſolo pane & aqua contentus fuit. Cum panem tantum haberet, ex eo tamen ſe & pauperes diu pauit, ſemperq; integer remanebat. Rediens in patriam, reliquum vitæ, in S. Viti cœnobio egit, multos dæmoniacos, paralyticos, cæcos, alioſque corpore vitiatos, crucis ſigno curans. A ciue rogatus, vt filiæ ſuę animam agenti ſubueniret. *Vade*, inquit, *non enim mortua eſt, ſed viuit.* illamque poſtquam abierat viuam inuenit. Multa Spiritu Prophetico de Eccl. Rom. & Piſan. prædixit, quæ, vt vaticinatus eſt, euenere. Mortuus eſt 15. Kal. Iulii. *Ex Syluano Raz. lib. de SS. Hetrur. & Monum. Eccl. Piſan.*

Digitized by Google

IESV CHRISTI
Annus 1162.

Alexandri Papæ III. Anno 3. Friderici Imp. anno 8. Manuelis Imp. anno 20.

I. Alexander Pap. petit Gallias. a *Neubrig. lib. 2. c. 14. & Acta Alexandri Cod. Vatic.*

ANno Chriſti 1162.[a] Etſi vniuerſus orbis Latinus, præter Alemannum Imperatori ſubditum, Alexandro Pontifici obediret, attamen nullus ad eum patebat acceſſus, obſidentibus itinera Octauianis, atq; Romipetas violantibus. Quamobrem cum Alexander non poſſet, vt decebat, & volebat, ſummo ſacerdotio defungi, in Gallias maritimo itinere conceſſit: maximo honore ab omnibus Principibus, Epiſcopis & populis, quacunque diuertebat, vel incedebat, acceptus. In eodem itinere, Saracenorum Principis Legatum audiuit, & ad pedum oſcula admiſit.

II. Imperator dolis circumuenit Regem Fr.

In Galliis, cum apud Claromontem, Rege Ludouico diſponente, omnia quæ ad maieſtatem Pontificiam deſiderabantur reperiſſet, & fama aduentus ſui omnes Occidentales ad ſe alliceret, metuens Imperator, ne ſolus relinqueretur, ignominiaq; perpetua notaretur, ad artes antiquas conuerſus, Ludouico ſignificauit, ſe Cõuentum Regum, Principum, Epiſcoporum & Cleri, apud Auenionem indixiſſe, vt cauſa Alexandri & Octauiani cognita, decreto publico, Pontificatus alteri decerneretur, & tandem Eccleſiaſtica pax & vnitas poſtliminio reuocaretur. Monebat itaq; Ludouicum, vt cũ Alexandro præſens eſſet; ipſe vero Octauianum adduceret. Et quidem Ludouicus doli ignarus, facturum ſe recepit; cæterum Alexander indignum auctoritate ſua exiſtimauit, ſi iudicio ſeſe, contra SS. Patrum ſtatuta ſubmitteret. Quamobrem ire abnuit quidem, Legatos autem Cardinales miſit, qui electionem ſuam fuiſſe canonicam, Octauiani autem nullam eſſe oſtenderent.

Alexander Pap. in anguſtiis conſtitutus eximitur à Rege Angliæ.

Venerant Legati, vt Imperatori & Conuentui mandata exponerent: cæterum Octauianus ſpe ſua ſe falſum videns Imperatori tãdiu moleſtus fuit, donec is Ludouico propter iuſiurandum præſtitum neceſſitatem imponeret, Alexandrum adducendi. Hærebat Alexander, quid faceret. Si enim iret; libertatem Eccleſiaſticã proderet. Si recuſaret; hoſpitem Ludouicum manifeſto diſcrimini exponeret: cum Henricus Rex Angliæ cum armatis copiis veniens, opportune illum metu & periculo exemit. Volebat Fridericus illum atq; ſuos Epiſcopos à Comitio excludere: dicens ad ſolos ſub Romano Imperio exiſtentes, iudicium de cauſa electionis Romani Pontificis pertinere. Cæterum Henricus riſu excepto nuncio, verſis habenis equorum, cum contemptu imperatoris receſſit, adque Alexandrum accedens, pedibus illius oſcula impreſſit. Ludouicus etiam Rex, orta diſſenſione propter Octauianum, ab Imperatore ad Pontificem reuerſus, ne quicquam in Comitio efficeretur, effecit.

III. Reges Angliæ & Frãciæ Alexandro ſtratoris officiũ præſtant. b *Robert. ad Sigebert.*

[b] Conciliata eſt tunc temporis inter Ludouicum & Henricum Reges concordia Alexandro operante: quẽ illi vti officio ſtratoris dextra læuaq; frænum equi ipſius tenentes, eum vſq; ad præparatum papilionem deduxerunt.

IV. Imp. Regẽ Daniæ fraude circumuenit. b *Saxo Grammat. lib. 14.*

[c] Venerat etiam ad Comitium Waldemarus Rex Danorum: fruſtra ei Abſalone Roſchildenſium Epiſcopo, & fratre illius Esberno, ne ad perfidum iret, neue ſe in ſeruitutem libere dederet, perſuadente. Namq; ambo præſciebant, quod accidit, Imperatorem, Daniæ regnum velle ſibi tributarium ſtatuere. Itaq; cum id quod illi prædicebant, eueniſſet, & Imperator cõtra omne ius & fas Alexandro Pontificatum abrogaret, in Comitio aſſentientib. multis pontificibus, cum Octauianus, qui ſibi falſum Victoris nomen inſcripſerat, accenſis luminibus, aduerſus Alexandrum eiuſque ſuffragatores ſolemni execratione vſurus videretur, Waldemarus hortante Abſalone, ne ſacrilego eius facinori intereſſet, concione exceſſit; aduerſæq; partis iuſtitiam æmulatus præſentis Curiæ errorem, quam abſentis rectitudinem A poſtponere præoptauit. Cuius egreſſum ſecutus Abſalon, cum ab Octauiano ſuperſedere rogaretur; ab eius veſtigiis ſe, cuius comitandi gratia aduenerit, nullo iure prohiberi perdocuit. Eoq; reſponſo execrabili Pontificum collegio liberatus, ne Schiſmatis errore laberetur, effecit. Ab eo conuentu Waldemarus recedens, cum alimenta ad emendum non inueniret; & Imperator perſuaderet, vt rapto acciperet: Regem ſe, non prædonem eſſe proclamans, commeatus latrocinio quæſiturum negabat, aut quod domi iniquum duxerit, apud exteros approbaturum. Quamquam n. eiuſmodi violentia neceſſitate excuſabilis videretur; præmiſſis tamen vti paſſus non eſt, ne domeſticæ æquitatis manſuetudinem peregrina auſteritate corrumperet. Cuius ſanctitatem vniuerſi Germaniæ Principes maximo plauſu
B comprobantes, ſeq; mutua admiratione inuicem contuentes, beatos, aiebant, quos tanti viri integritas regendos curaret.

V. Cõcil. Londonẽſe pro electione Thomæ Archiep. Cantuar. d *apud Sur. 29 Decem.*

In Anglia,[d] Theobaldo Archiepiſcopo Canthuariẽſi defuncto, Pontifices Londoni ad Concilium congregati vel inuitum & renitentem ex Cancellario Regni Thomam ſubrogarunt. Proteſtabatur is aduerſus Regem, ne eum Epiſcopum eligeret; alias eum ipſi fore aduerſarium & contrarium inimicum, propter Eccleſiaſticam libertatem.

VI. Impoſtor quidam ſe Alphõſum Aragoniæ Reg. commentus laqueo ſuſpẽditur.

Hoc anno poſt mortem Raymundi Aragoniæ Regis, cum adminiſtrando Regno Alphonſus filius vix vndecim annos natus, impar eſſet, matris Reginæ imbecillitas idonea nouatoribus viſa eſt rebus turbandis. Inter hæc impoſtor quidam male cogitantibus ducem
C ſe præbuit, cum ſe Alphonſum Regem eum eſſe ad populum affirmaret, quem ante annos octo & viginti, ad Fragam cæſum dicebant; tædio rerum humanarum tãdiu in Aſia delituiſſe, multiſq; interfuiſſe bellis, quæ à piis aduerſus barbaros in Syria illata erant. Ætas longæua fidem multis faciebat, oriſque lineamenta non prorſus abſimilia. Vulgus fingendi auidum hæc ipſa in maius augebat, muliebre imperium à pleriſq; contemptum. Magna ex eo impendebãt mala; niſi Cæſarauguſtæ comprehenſo impoſtori gula laqueo fracta fuiſſet, ſub ipſa initia tumultus. Ea merces commenti fuit. *Marian. lib. 11. c. 9.*

D
IESV CHRISTI
Annus 1163.

Alexandri Papæ III. Anno 4. Friderici Imp. ann. 9. Manuelis Imp. ann. 21.

I. Conc. Turonẽſe pro diſcipl. Eccleſ. a *Acta Vita Alex.*

ANno Chriſti 1163.[a] Alexandro Papæ Pariſios venienti, Ludouicus Rex ad ſecundam leucam occurrit, eoq; viſo ſtatim deſcendit, ad ſtreguam eius acceſſit, & pedibus oſcula infixit, & Pariſios ſupremo cum honore introduxit. Ad primum ipſius ingreſſum plurimi poſtulabant, vt Diuum Bernardum catalogo Sanctorum inſcriberet. Cæterum cum alii quoq; alios proponerent, neq; poſſet omnibus ſatisfacere, ſtatuerat pro ſcãdalo deuitando, etiam in hoc differri, quod oportebat pro tempore cæteris denegari. Ludouicus interim eum perurgebat, vt rebus Eccleſiæ maximum in modũ turbatis proſpiceret.
E Quamobrem eius ſuaſu, Turonis Cõcilium indixit; cui vna cum XVII. Cardinalibus interfuit. Conuenerant Epiſcopi centum viginti quatuor, Abbates quatuorcentum & quatuordecim, & aliorum tam clericorum quam laicorum innumera multitudo.

Thomas Cant. ab Alexand. honorifice acceptus.

Arnulphus Lexouienſis Epiſcopus iuſſu Alexandri Papæ prælocutus, pro concione, quam dixit, patres ad vnitatem adhortatus eſt. Dum hæc agerentur, Thomas Cantuarienſis Epiſcopus aduenit, cui omnes Cardinales, duob. exceptis, & omnes Epiſcopos obuiam pdire iuſſit. quo pariter honore Conradum Moguntinum Epiſcopum recepit Alexander. In eo Concilio Octauianum antipapam & complices condemnauit: & ordinationes tam ab eo, quam ab aliis Schiſmaticis &

hæreticis factas irritauit; multaque pro Eccleſiaſtica diſciplina conſtituit.

II.
Hen Angl. Rex offenſus Thom. Caut.
b *apud Sur. 29. Decem.*

In Anglia, [b] contra ſanctum Thomam Canthuarienſem Epiſcopum, Henricus Rex graues inimicitias ſuſcepit. Renunciauerat enim ille dignitatem Cancellarii, contra quam Rex vellet. Poſſeſſiones Eccleſiarum à laicis, & à fiſco vſurpatas, vindicabat, fructus vacantium Epiſcoporum ne Rex perciperet, ſed Epiſcopos eligi toleraret, conabatur, tributa iniuſta ne exigerentur intrepidus obſiſtebat. Homicidam quendam presbyterum damnatum & Philippum quendam Canonicum facinoroſum, ne curiæ ſeculari traderentur, ſeſe oppoſuit. Quibus rebus Henricus offenſus, cum videret omnes Epiſcopos Thomæ Cantuarienſi adhærere, indicto Concilio omnes interrogauit; An conſuetudines regias eſſent obſeruaturi: repetens; illas tempore aui ſui ab Archiepiſcopis, & Epiſcopis, priuatis & priuilegiatis obſeruatas, non oportere ſuo tempore triſti iudicio damnari. Omnes præeunte Thoma reſponderunt; illas ſe obſeruaturos, *ſaluo ordine ſuo*. Cum autem nihil amplius extorquere poſſet Henricus, vt erat præcipiti furore, in verba ignominioſa contra ſanctum Thomam prorupit, & proditorem appellauit, & pileum de capite proiecit, multaque alia ſigna non irati, ſed inſanientis Regis dedit. Sciuit iſta Alexander; & literis Thomæ ſcriptis, eundem ad tolerantiam malorum, & ad conſtantiam ſacerdotalem animauit: Iſtud illum & alios Epiſcopos admonens, ſeu pręcipiens, ne in quopiam contra Eccleſiaſticam libertatem & iuriſdictionem Regi obſequerentur.

III.
Pſeudoſynodus Lauden.

In Italia Octauianus cum ſuis ſchiſmaticis Pſeudoſynodum Laudæ celebrauit, & ſancti Baſſiani Epiſcopi corpus tranſtulit. In Palæſtina Balduino Regi Hieroſolymorum Almaricus frater in regnum ſucceſſit; repudiata tamen prius vxore quam gradu conſanguinitatis attingebat.

IESV CHRISTI
Annus 1164.

ALEXANDRI PAPÆ III. ANNO 5. FRIDERICI Imper. ann. 10. Manuelis Imper. ann. 22.

I.
Synodus Clarend. contra Th. Cant à rege Angl. inſtituta.
a *apud Sur. 29 Decem*

ANno Chriſti 1164. [a] Appendix illa ab Epiſcopis Angliæ de ſeruandis conſuetudinibus Regni, ſed, *ſaluo ordine ſuo*, tam vehementer Regem Henricum offendit, vt non ſe Regem exiſtimaret, quamdiu illam toleraret. Pars itaque pollicitationibus, pars oblatis muneribus, pars comminationibus vſus curauit omnes reliquos Epiſcopos à ſancto Thoma Canthuarienſi auertere, & in ſuam ſententiam inclinare. Inclinauit ſane, Clarendune ad Synodum congregatos. Cæterum cum magni momenti auctoritatem ſciret eſſe Archiepiſcopi Canthuarienſis, per illos, quos ſeduxerat, animum eius ſecundo tentauit. Et cum is primum, humano quodam reſpectu inflexiſſet, & pro *ſaluo ordine ſuo*, interpoſuiſſet, *bona fide*: mox autem dolum Regis intelligens, quaſi libertatem ipſe Eccleſiaſticam prodiderit, pœnituiſſet, & pro *bona fide*, conſtantiſſime, *ſaluo ordine ſuo*, profiteretur, ſeque libenter velle pro Eccleſia mori teſtaretur, miſſis Legatis Henricus ad Alexandrum Pontificem, curauit munus legationis Apoſtolicæ Thomæ abrogari, & Archiepiſcopo Eboracenſi committi. Poſtulabat, & Clarendunenſia capitula de regni conſuetudinibus confirmari: cæterum nec quicquam obtinuit, quod Thomas Alexandrum præmonuerit, & ne Eccleſiæ priuilegia proderentur perſuaſerit.

II.
Concil. Northant. contra eundem Thomam.

Interim, cum ille nihil ab Alexandro pro ſuis conſuetudinibus, quinimo contra eas epiſtolam ſcriptam accepiſſet; aliud Conciliabulum Northantonam indixit. Cui ne Thomas intereſſet fugam noctu arripuit, cæterum tota nocte fluctibus iactatus, & in terram redire coactus, ad Epiſcopium reuerſus eſt. Fama vulgauerat illum aufugiſſe, & propterea Rex miſerat, qui omnia eius relicta fiſco addicerent. Veruntamen viſa eius præſentia, confuſi ſunt, neque aliud, quam, ei ſuaſerunt, vt Regiæ voluntati conſentiret. Venerant poſtea alii qui ad cauſam dicendam eum vocarent, ad quam ille crucem propriis manibus ferens proceſſit. Volebat Robertus Erefordenſis eam ante illum præferre: At ſanctus; Iuſtius eſt, inquit, me ipſam deferre, ſub cuius protectione tutus maneo: & eius viſo vexillo, non eſt dubitandum, ſub quo Principe milito. Ingreſſus in Concilium, cum cæteri Epiſcopi, bona fide ſe obſeruaturos conſuetudines Regni in Claredunenſi conciliabulo ſcriptas pollicerentur, ſolus Thomas conſtanti animo negauit. Cumque condemnare vellent innocentem, ipſe ad Sedem Apoſtolicam prouocans diſceſſit, atque ad Alexandrum Senonis in Gallia agentem nauigauit. Appellantem conatus eſt Henricus in quodam conclaui concluſum detinere. Verum caſu reperta claue, oſtiis reſeratis exiuit; præmonitus à lectione quam in menſa tunc contigerat recitari. Legebatur enim ex tripartita hiſtoria perſecutio Liberii, cum reſtitit Conſtantino Imperatori hæretico, & in exilium ab eo deportatus fuit. Lecta eſt etiam Euangelii ſententia illa famoſa; ſi perſecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Tanquam itaq; ſibi annuntiarentur, in Belgium transfretauit, & apud monaſterium S. Bertini diuertit: ex quo ad Alex. Pont. cauſam ſui diſceſſus perſcripſit, iudiciumque poſtulauit.

III.
Thomas damnatur in conciliab. regio.

Impiũ reg. Angl. edictum.

Fuga elapſo Thoma, Epiſcopi reliqui, ſententiam damnationis in eum tulerunt; Rex autem omnia bona illius & clericorum eiuſdem fiſco addixit. Inſuper hoc edicto præcepit, vt omnis portus cautiſſime cuſtodiretur, ne literæ interdictionis vllatenus illuc deferrentur. Et ſi aliquis regularis illas detuliſſet, pedibus truncaretur; ſi clericus, oculos & genitalia amitteret; ſi laicus, ſuſpenderetur; ſi leproſus, combureretur. Et ſi quis Epiſcopus eius interdictum metuens, recedere voluiſſet, nihil ſecum præter baculum deferret. Volebat etiam, vt omnes ſcholares repatriare cogerentur, aut beneficiis priuarentur: & qui remanſiſſent, ſine ſpe remeandi remanerent. Presbyteri autem qui cantare noluiſſent, genitalia amitterent; omneſque rebelles beneficiis priuarentur.

IV.
Thom ab Alex Pp. abſoluitur

Porro Alexander Papa cum hæc accepiſſet, ſententiam ab Epiſcopis & Baronibus Angliæ contra ſanctum Thomam promulgatam irritauit, & tam ei appellanti, quam illis accuſantibus diem dixit. Sane Alexander æquiſſimi Iudicis partes ſuſtinuit: & inter medios contendentes medius inceſſit; quemadmodum ex infra ſcriptis capitulis conſuetudinum euidens eſt, quorum aliqua damnauit, aliqua tolerauit, ſunt autem iſta:

Capitula conſuetudinum regis Angl. alia recepta alia damnata à Pontifice.

1 *De aduocatione & præſentatione Eccleſiarum ſi controuerſia emerſerit inter laicos & laicos, vel inter clericos & laicos, vel inter clericos & clericos, in curia Domini Regis tractetur & terminetur.* Hoc damnauit S.R.E.

2. *Eccleſiæ de feudo Domini Regis non poſſunt in perpetuum dari abſque aſſenſu & conceſſione ipſius.* Hoc tolerauit.

3. *Clerici citati & accuſati de quacumque re, moniti à Iuſtitia Regis, venient in curiam ipſius, reſponſuri ibidem de hoc, vnde videbitur curiæ Regis, quod ſit ibi reſpondendum. Ita quod Iuſtitia Regis mittet in curiam S. Eccleſiæ ad videndum, qua ratione res ibi tractabitur, & ſi clericus conuictus vel confeſſus fuerit, non debet eum de cætero Eccleſia tueri.* Hoc damnauit.

4. *Archiepiſcopis, Epiſcopis & perſonis Regni non licet exire de Regno abſque licentia Domini Regis. Et ſi exire voluerint, ſi Domino Regi placuerit, aſſecurabunt, quod nec in eundo, nec in moram faciendo, nec in redeundo perquirent malum vel damnum D. Regi vel regno.* Hoc damnauit.

5. *Excommunicati non debent dare vadium ad remanens,*

A *nec præſtare iuramentum, ſed tantum vadium & plegium ſtandi iudicio Eccleſiæ, vt abſoluantur.* Hoc damnauit.

6. *Laici non debent accuſari niſi per certos & legales accuſatores & teſtes in præſentia Epiſcopi, ita quod Archidiaconus non perdat ius ſuum, nec quidquam quod inde habere debeat. Et ſi tales fuerint qui culpantur, quod non velit, nec audeat aliquis eos accuſare: Vicecomes requiſitus ab Epiſcopo, faciet iurare duodecim legales homines de villa ſeu de conſueto coram Epiſcopo, quod inde veritatem ſecundum conſcientiam ſuam manifeſtabunt.* Hoc tolerauit.

7. *Nullus qui de Rege teneat in capite, nec aliquis dominicorum miniſtrorum eius excommunicetur, nec terræ alicuius eorum ſub interdicto ponantur, niſi prius Dominus Rex, ſi in terra fuerit, conueniatur, vel iuſtitia eius ſi fuerit extra regnum, vt rectum de ipſo faciat, & ita vt quod pertineat ad curiam regiam, ibidem terminetur, & de eo quod ſpectabit ad* B *Eccleſiaſticam curiam ad eandem mittatur, vt terminetur.* Hoc damnauit.

8. *De appellationibus ſi emerſerint, ab Archidiacono debent procedere ad Epiſcopum, & ab Epiſcopo ad Archiepiſcopum, & ſi Archiepiſcopus defuerit in iuſtitia exhibenda, ad dominum Regem perueniendum eſt poſtremo, vt præcepto ipſius in curia Archiepiſcopi controuerſia terminetur, ita quod non debet vlterius procedere abſque aſſenſu Regis.* Hoc damnauit.

9. *Si calumnia emerſerit inter clericum & laicum, vel è conuerſo, de vllo tenemento, quod clericus velit ad eleemoſynam attrahere, laicus vero ad laicum feudum; recognitione duodecim legalium hominum per capitalis iuſtitiæ Regis conſiderationem terminabitur, verum tenementum ſit pertinens ad eleemoſynam, ſiue ad feudum laicum, coram ipſa iuſtitia Regis. Et ſi recognitum fue-* C *rit ad eleemoſynam pertinere; placitum erit in curia Eccleſiaſtica: ſi vero ad laicum feudum, niſi ambo tenementum de eodem Epiſc. vel Barone aduocauerint, erit placitum in curia regia. Si vterque aduocauerit de feudo illo eundem Epiſcopum, vel Baronem: erit placitum in curia ipſius, ita quod propter factam recognitionem ſaiſinam non amittat, qui prius ſaiſatus fuerit.* Hoc damnauit.

10. *Qui de ciuitate, vel caſtello, vel burgo, vel dominico manerio Regis fuerit, ſi ab Archidiacono, vel Epiſc. de aliquo delicto citatus fuerit, vnde debeat eidem reſpondere, & ad citationes eorum ſatisfacere noluerit, bene licet eum ſub interdicto ponere, ſed non debet excommunicari, priuſquam capitalis miniſter Regis villæ illius conueniatur, vt iuſtitiet eum ad ſatisfactionem venire. Et ſi miniſter Regis inde defecerit, ipſe erit in miſericordia Regis, & exinde poterit Epiſcopus ipſum accuſatum Eccle-* D *ſiaſtica iuſtitia coercere.* Hoc damnauit.

11. *Archiepiſcopi, Epiſcopi, & vniuerſæ perſonæ regni, qui de Rege tenent in capite, & habent poſſeſſiones ſuas de dominio Regis, ſicut Baroniam, & inde reſpondent iuſtitiis & miniſtris Regis, & ſequuntur, & faciunt omnes conſuetudines regias & rectitudines, & ſicuti cæteri Barones, debent intereſſe iudiciis curiæ Domini Regis cum Baronibus, vſque perueniatur in iudicio ad diminutionem membrorum, vel ad mortem.* Hoc tolerauit.

12. *Cum vacauerit Archiepiſcopatus, vel Epiſcopatus, vel Abbatia, vel Prioratus, de dominio Regis, debet eſſe in manu eius, & inde percipiet omnes reditus & exitus ſicut dominicos. Et cum ventum fuerit ad conſulendum Eccleſiæ, debet Dominus Rex mandare potiores perſonas Eccleſiæ, & in Capella ipſius debet fieri electio aſſenſu Regis, & conſilio perſonarum Regis, quas ad hoc faciendum vocauerit. Et ibidem faciet electus homagium & fideli-* E *tatem Domino Regi, ſicut ligio domino, de vita, & membris, & de honore ſuo terreno, ſaluo ordine ſuo, priuſquam ſit conſecratus.* Hoc damnauit.

13. *Si quiſquam de proceribus Regni diſſortiauerit Archiepiſcopo, vel Epiſcopo, vel Archidiacono de ſe vel de ſuis iuſtitiam exhibere; Rex debet iuſtitiare; & ſi forte aliquis diſſortiauerit Domino Regi rectitudinem ſuam, Archiepiſcopi, vel Epiſcopi, & Archidiaconi debent eum iuſtitiare vt Domino Regi ſatisfaciat.* Hoc tolerauit.

14. *Catalla eorum qui ſunt in Regis foris facto, non detineat Eccleſia vel cæmeterium contra iuſtitiam Regis, quia ipſius Regis ſunt, ſiue in Eccleſiis ſiue extra fuerint inuenta.* Hoc tolerauit.

A 15. *Placita de debitis, quæ fide interpoſita debentur, vel abſque interpoſitione fidei, ſint in curia Regis.* Hoc damnauit.

16. *Filii ruſticorum non debent ordinari abſque aſſenſu Domini, de cuius terra nati dignoſcuntur.* Hoc tolerauit.

His capitulis ad eum modum Alexander definitis, Thomam, quod aliquantum nutaſſet obiurgauit: & tandem pœnitentem benigne conſolatus, bono animo eſſe iuſſit.

Cęterum Thomas coram Pontifice & Cardinalibus Archiepiſcopatu ſe abdicans, dixit: Patres mei & Domini: mentiri nemini licet alicubi, nedum coram Deo & veſtra præſentia. Vnde gemens fateor, quia has Anglicanæ Eccleſiæ moleſtias mea miſerabilis culpa ſuſcitauit. Aſcendi in ouile Chriſti, ſed non per ipſum oſtium, velut quem non canonica vocauit electio, ſed B terror publicæ poteſtatis intruſit. Et licet hoc onus ſuſceperim inuitus, tamen ad hoc me induxit humana & non diuina voluntas. Quid igitur mirum, ſi mihi ceſſit in contrarium? Verum ſi ad Regis comminationem, vt Coepiſcopi mei perſuaſere inſtantius, renuntiaſſem Epiſcopalis auctoritatis mihi indulto priuilegio ad Principum votum & voluntatem, Catholicæ Eccleſiæ perniciosum relinqueretur exemplum. Diſtuli igitur vſque ad veſtri præſentiam. Nunc autem recognoſcens ingreſſum meum minus canonicum, & timens proinde exitum mihi peruenire deteriorem; videns etiam vires meas oneri impares: ne gregi inueniar præeſſe ad ruinam, cui datus ſum aliqualiter in paſtorem, in manu tua, Pater, Archiepiſcopatum Canthuarienſem reſigno. Dixerat iſta Thomas, & lachrymas omnibus ex- C cuſſerat. Cumque res in deliberationem veniſſet, licet nonnulli abrogandam Thomæ dignitatem, & Regi per aliquem alium ſatisfaciendum eſſe cenſerent, maior tamen atque melior pars decreuit, Thomam quidem debere Epiſcopatum ſuſtinere, cæterum alicubi opportunum tempus expectare, donec ſæuitia Regis deferueret. Ita ad Pontiniacenſe monaſterium ſeceſſit, & monaſticum habitum ab Alexandro benedictum indutus inter monachos delituit.

V. Thomas pœnitens ſui lapſus Archiepiſcopatu ſe abdicat.

Henricus interim atrociora auſus, hæc infraſcripta peiora prioribus conſtituit:

VI. Alia feralia Regis Angliæ edicta contra Thomam & Alex. Pp.

1. *Si quis inuentus fuerit ferens literas Domini Papæ, vel aliquod mandatum Domini Archiepiſcopi Canthuarienſis, continens interdictum Chriſtianitatis in Angliam: capiatur, & de eo* D *ſine dilatione iuſtitia fiat, ſicut de traditore Regis.*

2. *Præterea, nullus clericus, vel monachus, vel conuerſus, vel alicuius conuerſionis permittatur transfretare vel redire in Angliam, niſi de tranſitu ſuo habeat literas iuſtitiæ, & de reditu ſuo literas domini Regis. Si quis aliter inuentus fuerit agere, capiatur & incarceretur.*

3. *Ne aliquis appellet ad Papam, vel ad Archiepiſcopum.*

4. *Ne aliquod placitum teneatur de mandatis Papæ vel Archiepiſcopi; vel aliquod mandatum illorum in Anglia ab vllo homine recipiatur. Si quis inuentus fuerit aliter agens, capiatur & incarceretur.*

5. *Generaliter quoque interdictum eſt, quod nullus ferat aliquod mandatum clerici, vel laici Domino Papæ vel Archiepiſcopo: ſi talis inuentus fuerit, capiatur & incarceretur.*

E 6. *Si Epiſcopi, vel Clerici, vel Abbates, vel laici ſententiam interdicti tenere voluerint: ſine dilatione de terra eiiciantur, & tota eorum cognatio, ita quod de catallis ſuis nihil ſecum ferant.*

7. *Vt catalla omnium Papæ vel Archiepiſcopo fauentium, & omnes poſſeſſiones eorum, & omnium ei pertinentium, cuiuſcunque gradus, vel ordinis, vel ſexus, vel conditionis ſint, capiantur, & in dominica manu Domini Regis confiſcentur.*

8. *Vt omnes clerici, qui redditus habent in Anglia, ſint commoniti per omnes comitatus, vt infra tres menſes veniant in Angliam, ad redditus ſuos, ſi diligunt redditus ſuos: & ſi non venerint ad terminum ſtatutum, redditus in manus Regis capiantur.*

Digitized by Google

9. *Vt denarii B. Petri non reddantur vlterius Apoſtolico; ſed diligentius colligantur, & ſeruentur in theſauro Regis, & expendantur ad eius præceptum.*

10. *Londonienſis & Noruicenſis Epiſcopi ſint in miſericordia Regis, & ſubmoueantur per Vicecomites & Bedellos, vt ſint contra iuſtitias Regis ad rectum faciendum Regi & iuſtitiis eius de eo quod contra ſtatuta de Clarenduna interdixerunt ex mandato Papæ terram Comitis Hugonis, & excommunicationem, quam Dominus Papa in ipſum fecerat, per ſuas parochias diuulgauerunt ſine licentia iuſtitiarum Regis.*

Hactenus conſtituta Henrici, quibus cum reliqui conſternati ne mutire quidem auderent, Petrus Bleſenſis domeſticus eiuſdem Regis, ſpiritibus magnis aſſumptis ſummopere teſtitit. Addidit Rex, bona Archiepiſcopi Canthuarienſis, & omnium clericorum & conſanguineorum ipſius publicare; ipſos autem Thomæ addictos & deuinctos in exilium expellere. Quos ad ſe venientes Thomas cum alere non poſſet in Siciliam tranſmiſit; quos Margarita Regina Siciliæ valde pia, & Syracuſanus Archiepiſcopus, benigne habuere.

VII. Octauiani Antip. obitus. b *Act. Alexand.*

Dum hæc in Anglia & Galliis agerentur, [b] Octauianus Antipapa, phreneſi correptus, nec ſui, nec Dei memor, impœnitens, ſine Sacramentis, excommunicatus, ad inferos commigrauit, cum paulo ante vnus ex conſociis ſuis Iohannes Tuſculanus Epiſcopus præceſſiſſet. Ferunt, Alexandrum fleuiſſe, tunc cum audiret illum eſſe defunctum, grauiterque coarguiſſe Cardinales, qui defuncto inſultarant.

VIII. Guido Pſeudop. electus.

Duo tantum ex primariis Octauiani fautoribus remanſerant, Ioannes de S. Martino, & Guido Cremenſis, qui quod timerent, ne, ſi Alexandro inclinarent, male ab eo haberentur, alios ſchiſmaticos conuocarunt, & ad ſubrogandum Pſeudopapam inuitarunt. Itum eſt ab eis in Guidonem Cremenſem, quem Paſchalis tertii nomine conſalutarunt. Imperator Fridericus, ne in malo propoſito ſuperari videretur, eundem Guidonem adorauit; & ſchiſma Eccleſiæ promouere conatus eſt.

IX. Alex. Pp. reuocatur Romam.

Quod vt prudentia & auctoritate ſua Alexander extingueret, Clerus populuſque Romanus, eum vt in vrbem rediret obſecrauit. Tanto autem magis reditum Alexandri exoptabant, quanto res Friderici in deterius laberentur. Hoc enim tempore, quartana ipſe laborauit; Imperatrix abortum paſſa eſſet; Cremona, Verona, Mediolanum, Placentia, Brixia, & Bergomum Venetis confœderatæ Imperium Friderici recuſarant, adeoque contra eundem conſpirarant. Reuerſurus in vrbem ſciente volenteque Ludouico Alexander, collectam pro itineris expenſis ex ſumma neceſſitate Galliarum Eccleſiis indixit, quo pariter anno ſanctam Helenam viduam genere Viſigotham, & Canuthum Regem Daniæ patrem Waldemari Regis propter ingentem ſanctitatem, & miracula inſignia, albo ſanctorum inſcripſit, cum Waldemarus Rugius circumvicinos ſubegiſſet, & pro tributi onere, impoſuiſſet, vt idola deſtruerent, atque fidem Chriſtianorum amplecterentur. Florebant hoc tempore viri inſignes, Petrus Lombardus, patria Nouarienſis, Epiſcopus Pariſienſis, qui libros ſententiarum ſcripſit; & Gratianus Tuſcus, & Petrus Comeſtor Trecenſis, quos aliqui fratres eſſe mentiuntur.

Hoc anno Alexander Romanus Pontifex, ordinem militiæ Calatrauanæ, confirmauit. Præſtat eius initia enarrare ex *Ioan. Marian. lib. 11. c. 6.*

X. Calatraua oppidum Mauris ereptum opera Raymundi Abbat. defenditur.

Calatraua oppidum loco munito in Oretanis Hiſpaniæ, ad Anam fluuium ſitum, quo tempore Mauris ereptum eſt, templariis militibus, quorum magna erat opinio virtutis, muniendum cuſtodiendumque datum eſt, vt arcis inſtar eſſet, ad barbarorum incurſus arcendos. Ii, quod Mauros ſtudio elatos magno numero obſeſſum venire nũciabatur, defenſionis ſpe abiecta, oppidum reddiderunt, neque erat inter proceres, qui aut vltro nomen profiteretur, aut ea de re abs Rege appellatus, ſuo periculo oppidum defendendum ſuſciperet. Duo Ciſtercienſes monachi, quos res aliæ in curiam euocarant, Toleti eo tempore moram trahebant, Raymundus Fiterii ad Piſoticam Abbas, atque Raymundi Socius Dieghus Velaſquius. Is verus antea Alfonſi Regis Caſtellæ cognomento Imperatoris, miles, multiſque bellicis operibus clarus, rerum deinde humanarum contemptu monachum induerat: & vt erat magno animo, monendo, ſuadendo, hortandoque cunctantem effecit vt oppidi defendendi curam in ſe Abbas ſuſciperet. Conſilium ſpecie temerarium erat; re numinis inflatu conceptum. Nam contra tantas difficultates, ratione ſatis prouideri non poterat. Ea res Regi primum gratiſſima fuit, deinde Ioanni Præſuli Toletano, mæſtis antea, atque conſilii inopibus in tanta Reipublicæ difficultate. Ioannes etiam, quoniam in eius ditione, Calatraua ſita eſt, pecuniam de ſuo ſuppeditauit; atque pro concione, tum nobiles, tum populares permouit, vt ſe Abbate ductore diſcrimini offerrent: ne in tanto periculo rem Chriſtianam deſerere viderentur, amiſſo eo oppido, quod inſtar propugnaculi eſſet, incendii flammam in ſingulorum fortunas inuaſuram. Hæc anno ſuperiore 1158. gerebantur. Quo tempore, Rex, vt præmium labori eſſet, Calatrauæ principatum eum ſubiecto agro dono dedit B. Mariæ ordinis Ciſtercienſis, atque eius nomine Raymundo Abbati, & ſociis iure perpetuo. Itaque cum magna famæ in vtramque partem momenta ſint, plerumque vero maioris; ac de eius apparatu rumor percrebuiſſet, Mauri ſpe deiecti, in aliis rebus impediti, Calatrauam non venerunt. Id felix fauſtumque, & bene ominatum initium eius militiæ fuit. Nam plerique milites Abbatem ſecuti veſtem mutarunt, quam ille inſignem attribuit, eiuſque formæ, quæ armorum vſum non impediret. Moxque Toletum repetens, Regem & ciues lætitia ex reb. geſtis compleuit. Ex cœnobio autem, cui præfectus erat, magnam pecoris vim adduxit, atque ex vicinis oppidis, hominum 20. millia, quibus agri diuiſi, oppidaque Calatrauæ vicina, quoniam incolis vacua erant, domicilio deſignata. Ea diligentia Calatrauæ oppidum, aduerſus omnem iniuriam egregie munitum eſt. Abbati Raymundo poſt aliquot annos defuncto, ad oppidum Ciruelos, vbi etiam ſepultus eſt, pro opera nauata honores à populo habiti; vſque eo, vt miraculis fulſiſſe creditus ſit, & in cœleſtium numero reponatur. Dieghus Velaſquius in multos annos vita propagata, Gumielæ in D. Petri cœnobio obiit, ibique conditus eſt. Ab his initiis ſacram Calatrauæ militiam, in ingentem ſplendorem perductam Alexander ſuo diplomate confirmauit, Garſia eius ordinis primo magiſtro.

IESV CHRISTI
Annus 1165.

ALEXANDRI PAPÆ III. ANNO 6. Friderici Imper. ann. 11 Manuelis Imperat. anno 23.

I. Pax inter Henr. Regem Angl. & Thom. fruſtra tentata. a *Ioan. Sariuber & vit. S. Thomæ.*

ANNO *Chriſti* 1165. [a] Viuebat ſuperſtes ad hoc tempus, Mathildis Imperatrix, mater Henrici Regis Anglorum quæ cum videret facile poſſe pacem Eccleſiæ Anglicanæ reſtitui, ſi Henricus & Ludouicus Francorum Rex ad colloquium venirent: ea de re miſit Legatos ad Alexandrum Pontificem, vt coram eo conuenirent. Scripſit Henrico Alexander, ſcripſit & Thomas Cantuarienſis tam illi, quam Erefordienſi Epiſcopo. Cæterum Henricus nullo modo potuit adduci, vt præſente & cauſam Eccleſiæ dicente Thoma, præſentiam ſui exhiberet.

[b] Roma-

Digitized by Google

II. Alex. Pp. iter Romã verſus ſuſcipit. b *Act. vit. Alex.*

b Romani interim crebris nuntiis Alexandrum vocabant, vt ante vltimos dies Septembris Romã rediret. Quod ſi recuſaret, Guidonem ſe ex neceſſitate recepturos, & in fide Friderici perſeueraturos renunciabant. Diſceſſit, & in Siciliam primum nauigiis fœderatarum Longobardiæ ciuitatũ delatus, exinde à Willelmo Rege triremibus auctus; aduerſo Tiberi Romam veniens ab obuio Clero & populo ſummo cum honore ſuſceptus eſt. Conabatur Imperator & ex inſidiis circumuenire, & in aperto animos Epiſcoporum & Principum ab Alexandro auertere: verumtamen & piratarum incurſus euaſit, & animos omnium fere propenſos ſibi conciliauit. Moguntinus enim, Treuirenſis, Saltzburgenſis, & Magdeburgenſis Archiepiſcopi cum ſuis ſuffraganeis, tum reliqui fere omnes Principes tam ſeculares q̃ Eccleſiaſtici, excepto Imperatore, Colonienſi, & Duce Saxoniæ ei adhæſerunt. Longobardiæ quoq; ciuitates fœdere innouato, præcipue Veronenſes & Patauini, contra Fridericum pro Alexandro & libertate Italiæ ſeſe oppoſuerunt.

III. GuidoAntip. Roma expulſus.

Dum autem Romani propter aduentum Alexandri, Guidone expulſo triumpharent, maledictis Imperatorem inceſſebant, quæ ille ferre non ſuſtinens acerbam Romanis Clericis ſcripſit epiſtolam, felle & abſynthio illitam. Res eſt; cum Guido Cremenſis Piſas aduenisset, Archiepiſcopus receſſit, Clerus aufugit, populus vniuerſus ipſum contempſit. Conradus autem Moguntinus Archiepiſcopus Nuntium eiuſdem Guidonis, de terra ſua eiecit; & comminatus eſt, quod ſi ipſe vel alius Nuntius à parte ſchiſmaticorum ad ſe vlterius perueniret, oculos ſibi erui curaret.

IV. Thomas Cantuar. Theologiæ dat operam. c *Ioan. Sarub lib. 1. ep. 31.*

Abeunte ex Galliis Alexandro, Thomas Cantuarienſis, qui eum vſque Bituricum fuerat comitatus, Ponniacum reuerſus operam ſtudiis Theologiæ & canonũ dabat. c Tantus ſiquidem diuinarum ſcripturarum amator erat, vt poſt horas regulares quotidie ſacri Codices vix de manu eius diſcederent. Vnde ex amore hoc & opera ſcripturarum adeo in breui profecit, vt ſæpiſſime in difficilimis ſententiis, etiam ſuper ſe docentes intelligeret. Monebat tamen eum Ioannes Satesberienſis, ne legum ſtudio tantopere vacaret. Digna ſunt memoria, quæ illi in eam rem ſcripſit: *Conſilium, inquit, meum, & deſiderium, & ſumma precum, vt vos tota mente conuertatis ad Dominum & orationum ſuffragia: quia (vt in Prouerbiis ſcriptum eſt) Turris fortiſſima nomen Domini, ad quam ſi quis confugerit, de omni anguſtia liberabitur. Differte interim omnes alias occupationes quantum poteritis, quia licet neceſſariæ plurimum videamur, quod ſuadeo præeligendum eſt, eo quod magis eſt neceſſarium. Proſunt quidem leges & canones, ſed mihi credite, quia nunc non erat his opus.* Non hoc iſta ſibi tempus ſpectacula poſcunt. *Siquidem non tam deuotionem excitant, quam curioſitatem. Nonne recolitis, quia in anguſtia populi (vt ſcriptum eſt) inter veſtibulum & altare plorabant ſacerdotes & miniſtri, dicentes: Parce Domine, parce populo tuo? Exercitabat (inquit Propheta) & ſcopebam ſpiritum meũ, in die tribulationis Dominum exquirens manibus, vt doceat, quia ſpirituale exercitium, & mundatrix diſcuſſio conſcientiæ auertit flagellum, & impetrat miſericordiam Dei. Quis à lectione legum aut etiam canonum compunctus ſurgit? plus dico. Scholarũ exercitatio interdum ſcientiam auget ad tumorem, ſed deuotionem aut raro, aut nunquam inflammat. Mallem vos Pſalmos ruminare, & Beati Gregorii morales libros euoluere, quam ſcholaſtico more Philoſophari. Expedit conferre de moribus cum aliquo ſpiritali, cuius exemplo accendamini, quam inſpicere & diſcutere litigioſos articulos ſecularium literarum. Si iſta feceritis, vobis erit adiutor Deus, vt timeri non oporteat quid machinetur homo.*

Epiſt Ioã ad Thom. de legum ſtudio intermittendo.

V. De Gald. Archiep. Mediol. geſtis & obitu. d *Platina de offi. Card.*

d Creauit hoc tempore Alexander Papa Cardinalem Galdinum Salam Archiepiſcopum Mediolanenſem, eumque totius Longobardiæ Legatum conſtituit. Hic porro non ſolum aſſiduis precibus, & ieiuniis, omnique vitæ ſanctimonia enituit, ſed etiam feruido animarum zelo, ita vt à concionibus ad populum habendis, Catharisque præſertim hæreticis conuertendis, confutandiſq; nunquam ceſſaret, in quo etiam munere immortuus eſt. Sic enim tradunt, quadam die concione finita, ſimul etiam animam Deo reddidiſſe.

IESV CHRISTI Annus 1166.

Alexandri Papæ III. Anno 7. Friderici Imper. ann. 12. Manuelis Imper. ann. 24.

I Conciliab. Herbipol. pro confirmatione Guid. Antipp. a *Codex Vatican. lib. 1. ep. 70.*

Anno Chriſti 1166. a Vt Guidonem Antipapam, Fridericus Imperator, contra Alexandrum Pontificem, opponeret: conuentum generalem Herbipoli indixit, in ſancta Pentecoſte. Interfuerunt vna cum Imperatore, Dux Saxoniæ, Marchio Albertus, Comes Palatinus frater Imperatoris, & quidam ſororius eiuſdem. Ex Epiſcopis venerant, Colonienſis cum duobus ſuffraganeis, Magdeburgenſis, Bambergenſis, Virdunenſis, Friſingenſis, filius Conradi etiam cum mille & quingentis equitibus venit. Patriarcha Aquileienſis, nec aliquis ſuorum Epiſcoporum, item, neque Treuirenſis, neque Saltzburgenſis aut aliquis ſuffraganeorum, neq; multi Principum adfuerunt. Legati quoque Henrici Anglorum Regis acceſſerant. Namque Fridericus, non ignarus eorum quæ inter Alexandrum & Henricum occaſione S. Thomæ Cantuarienſis interceſſerant, conatus eſt Regem propenſum in partem ſchiſmatis pertrahere. Quamobrem ſuaſu Imperatoris miſerat ille Londonienſem atq; Oxenefordẽſem Epiſcopos Legatos ad Alexandr. qui peterent vt nõ manumitteret Thomam, vt alium in eius locum ſubrogari permitteret, vt facta Thomæ irritaret, vt conſuetudines Regni ſe confirmaturum iuramento promitteret, quod ſi recuſaret, neque ipſe obedientiam ei exhiberet, aut à Baronibus & à clero ſuo exhiberi toleraret, ſed manifeſte eum impugnaret: eos vero omnes qui ei adhærerent, è regno ſuo expelleret. Itaq; tanto facilius Legatos Herbipolim miſit, quanto ardentius ſciebat Fridericum Guidoni Antipapæ fauere, & Alexandro infeſtum eſſe.

II. Iuramentũ Imp. contra Alex. Papa pro Pſeudop.

In eo tam paucorum conuentu, primus Imperator Fridericus, ſuper ſanctis reliquiis, in hæc verba iurauit; quemadmodum ipſe poſtea literis ad omnes populos datis ſignificauit: ꝙ Rolandum ſchiſmaticum, vel eius ſucceſſorem, quẽ pars ipſius elegerit, in Papam nunquã recipiemus, ait, nec ad eum recipiendum, aſſenſum vnquam alicui præbebimus. Nulli etiam fautorum eius gratiam vnquam noſtram reddemus, niſi ab errore viæ ſuæ ad vnitatem Eccleſiæ fuerit conuerſus. Dominum vero Papam Paſchalem manu tenebimus ſemper & promouebimus: eique tanquam Patri Catholico & vniuerſali Pontifici obedientiam, honorem & reuerentiam exhibebimus, & ab ipſo eiuſque parte, vita comite nunquam recedemus. Electos quoque, qui ſub eo, aut eius ſucceſſore, quem pars ipſius elegerit, conſecrationem receperunt, vel adhuc recipiunt, honore aut ordinibus ſuis per eius obedientiam nunquam permittemus, & huius abſolutionem ſacramenti nunquam requiremus, nec oblatam recipiemus. Præterea noſter in Imperio ſucceſſor, quem Principes vniuerſi elegerint, hanc honorem Eccleſiæ Dei & Imperii, & hanc partem noſtram ſub eodem iuramento tuebitur ſemper atque tenebit. In eum fere modum, Principes ſeculares iurauerunt.

III. Quinam iuramento Imp. ſubſcripſerint & quiteſtiterint. b *Epiſt. cuiuſdam amici ad Alexand.*

b Cum vero ad Epiſcopos ventum eſſet, dicerentque omnes excepto Verdenſi, velle ſe potius regalibus cedere, quam huiuſmodi Sacramenta præſtare; reſponſum eſt eis, vellent, nollent iuramentum facerent & regalia retinerent. Sicque cum planctu maximo iurauit primus Magdeburgenſis, ſub ea tamen conditione, ſi omnes alii qui aberant eſſent iuraturi: & quod ſolutus eſſet à iuramento, quocunque tempore

c Ioan. Sariſb. lib. 1. ep. 111.

deſineret regalia poſſidere. Eadem conditione Bambergenſis iurauit. Colonienſis metu iurauit; [c] qui tamen poſtea febribus correptus, ex conſilio Ciſtercienſium ſe Alexandro velle reconciliari, idque clero ſuo cogente, propoſuit. Verdenſis intruſus, & Halberſtadenſis abſolute iurauere. Virdunenſis & Friſingenſis propter ſuorum Archiepiſcoporum abſentiam excuſati, non iurarunt. Filius Conradi, vt audiuit fieri mentionem iuramenti, receſſit. Legati Anglorum Regis, præter mandatum Regium iurauerunt. Archiepiſcopus enim Rothomagenſis, ſcriptis literis ad Henricum tituli SS. Nerei & Achillei presbyterum Cardinalem, in eum modum teſtabatur: [d] Pro Domino Rege Anglorum, inquit, omnem exhibemus ſecuritatem, quod Imperatori nec per ſe, nec per Nuntios iuramentum præſtitit aut promiſſionem, quod ſchiſmatico adhærere velit, Eccleſiam relicturus. Imo certi ſumus, quod in illis qualibuſcumque de matrimonio pactionibus, licet Teutonici ſuper hoc laborarent per triduum, nihil vnquam concedere voluit, niſi præeunte in omnibus fidelitate domini Papæ, & Eccleſiæ, & Regis Franciæ. Ipſi vero literis noſtris mandauimus, domina Imperatrix & nos, vt ab hac nota ſe quam citius excuſet. Scripſit etiam ea de re Thomas Henrico Regi, & omnibus Angliæ Epiſcopis; illi quidem vt ſummo ſacerdoti Alexandro obedire, his vero vt vnitatem Eccleſiæ conſeruare ſtuderent: cum nemo, inquit, ambigat, Romanam Eccleſiam caput omnium Eccleſiarum, & fontem Catholicæ doctrinæ eſſe.

d Cod. vat. l. 1 ep. 102.

B

IV. Gilebertus Lond. Ep. excuſat Henr. Reg. Angliæ.

C

Sane Gilebertus Londonienſis Epiſcopus, cui etiam Alexander iniunxerat, vt Regem officii erga ſe admoneret, reſpondebat: quia Rex aſſereret, mentem ſuam ab Alexandro ſe nullatenus auertiſſe, nec id vnquam propoſiti mente concepiſſe. Quinimo eum vt patrem diligere, & ſanctam Romanam Eccleſiam vt matrem venerari & fouere, & ſacris Alexandri iuſſionibus, ſalua ſibi ſua regnique ſui dignitate, humiliter obtemperare & obedire.

Eadem occaſione, excuſabat reliqua Henricus, apud Alexandrum, per Epiſcopum Londonienſem. Ita ſcribebat Gilebertus: *De paterna confiſus gratia, qua filium cum volet exaudiet, vultus ſperans & expectans lætiores, in Beati Petri & veſtra fidelitate, immobili conſtantia perſeuerat. Inde eſt, quod ſanctitatem veſtram viſitare volentem nullum impediet: Sed nec hactenus, vt aſſerit, impediuit. In appellationibus ex antiqua regni ſui inſtitutione id ſibi vendicat honoris & oneris, vt ob ciuilem cauſam nullus clericorum regni ſui eiuſdem regni fines exeat, niſi, an ipſius auctoritate & mandato ius ſuum obtinere queat, prius experiendo cognoſcat.*

D

Quod ſi nec ſic obtinuerit; ad excellentiam veſtram, ipſo in nullo reclamante, cum volet, quilibet appellabit. In quo ſi iuri veſtro, vel honori præiudicatur in aliquo, id ſe totius Eccleſiæ regni ſui conſilio correcturum in proximo, Domino adiuuante pollicetur. Imperatorem illum, etſi ſchiſmaticum nouerit, à vobis tamen excommunicatum eſſe vſque hodie non reſciuit. Quod ſi denunciatione noſtra reſciuerit, ſi fœdus illicitum cum ipſo aut aliquo alio quolibet iniit: & hoc Eccleſiæ regni ſui iudicio ſimiliter & conſilio ſe correcturum promittit. Patrem noſtrum Dominum Cantuarienſem ſuo ſe regno nequaquam expuliſſe aſſerit. Vnde ſicut abſceſſit vltroneus, ſic ad Eccleſiam ſuam, cum ſibi ſederit in animo, plena pace ſua reuertendi ſibi liberum erit: dum tamen in ſatisfaciendo ſibi ſuper his, vnde conqueritur, regias ſibi & in quas ipſe iurauit, velit dignitates integre conſeruare.

E

Si qua vero Eccleſia, vel Eccleſiaſtica perſona, ab ipſo vel à ſuis ſe grauatam oſtenderit, ſatisfacere plene totius Eccleſiæ iudicio paratus erit. Hæc & alia plura Londonienſis Epiſcopus ad Alexand. pro Henrico, factum excuſante, & in horas mutante ac nutante. Namque ſanctus Thomas Epiſcopis Angliæ ſcribens, dolebat.

V. Epiſtola Thom. ad Epiſc. Anglicanos de tranſfretatione in Angliā

Sedis, inquit, *Apoſtolica (quantum in peruerſis poteſtatibus eſt) auctoritas attenuatur & periclitatur, dum illi, quod neceſſitas pro compendio pœnitentiæ, vel remedio animæ, aut viſitationis debito compellit ad Dominum Papam iter arripere, ab itinere ſuo præpediuntur, ſpoliantur, tractantur acrius, & transfretare prohibentur; vel ab iis qui occaſiones quærunt vt faciant mala, vel coacti illicita de præpediendis clericis [illegible] pœnitentibus præſtiterunt Sacramenta. Manus itaque violentas mittentes in clericos, facto ſuo anathematis condemnationem incurrunt.* Addebat Thomas contra tales: *Inde eſt quod nos S. R. E. auctoritate vtentes, fraternitati veſtræ Apoſtolica auctoritate in virtute obedientiæ, in periculo ordinis veſtri præcipiendo mandamus, quatenus de cætero hoc fieri inhibeatis; & eos qui in clericos manus violentas iniiciunt, publice excommunicatos denuntietis, & per Epiſcopatum veſtrum denuntiari faciatis, & conterminalibus veſtris Coepiſcopis, vt hoc ipſum in ſuis Epiſcopatibus faciant, Domini Papæ & noſtra præcipiatis auctoritate. Ad hæc eodem modo, & ſub eadem interminatione præcipimus, vt iis qui appellantes, aut pœnitentes ad Dominum Papam, vel ad nos tendentes impediunt, aut redeuntes à Domino, vel à nobis; denuntietis, quoniam ſententiam anathematis incurrunt, tam hi qui hoc faciunt in propria perſona, quam Regis officiales, qui ad hoc facinus alios impellunt. Illos autem, qui coacti de tranſeuntibus impediendis iuramenta illicita præſtiterunt, ab hoc iuramento abſoluimus, vt à tanta iniquitate deſiſtant poſtmodum, & pœnitentes de commiſſo, Deo diſcant potius quam homini obedire.* Plura alia monebat Thomas Epiſcopos Anglos.

VI. Edictum Imp. contra Antip. aduerſarios. e Ep. l. ep. 71

Abſoluto Herbipolenſi conuentu Fridericus, vt Sedem Guidoni Antipapæ ſtabiliret, fere omnibus Epiſcopis edictum miſit, in hæc verba: [e] Ipſe cum omnibus Eccleſiæ tuæ fidelibus publice iures & obſerues, & ſingulis Dominicis diebus & feſtis in publica miſſa, ſicut edictum eſt ſancitum à nobis & à Principibus, publicam orationem pro Domino Papa Paſchali nominatim & aſſidue intus & foris præcipias recitari. Quod ſi aliquis monachorum, clericorum, laicorum, in Imperio noſtro huic confirmationi & edicto noſtro aliquo modo ſe opponendo contradixerit: certum ſit apud te, quod ſicut publicus hoſtis Imperii, abſque omni ſpe recuperationis iudicatus eſt, & damnatus, & ab omni officio, & honore, & beneficio deſtitutus.

VII. Frid. Imp. exercitus in Italiam venit. f Act. vit. Alex.

Parum erat Friderico, iſta pro Guidone ſchiſmatico feciſſe: [f] niſi & exercitu comparato in Italiam veniret, & plurimorum animos ferro vel auro tentaret. Romanorum aliquos corrupit: Longobardi confœderati fortiores perſtitere. Nam & ſchiſmaticos Epiſcopos ab Imperatore intruſos eiecerunt, & ad Mediolanum cingendum, muniendumque vires & opes contulerant. Non audebat eos Fridericus irritare, ne ſcil. auerteret: Sed caſtris ad Anconam motis, eam ciuitatem Manueli Conſtantinopolitano Imp. emptione deuotam, expugnare tentauit.

Manuelis Legatio ad Alex. Pp. contra Frid. Imp.

Manuel porro miſſa Legatione, tum Alexandro, tum Romanis omnia abunde promiſit, ſi diadema Imperii à Pontifice obtineret. Quæ res cum neque contemnenda, propter Fridericum tyrannum, imminentem libertati Eccleſiaſticæ, neq; facile concedenda, propter non interuertendum Italiæ ſtatum videretur, nihil quidem in præſens decreuit Alexander, ſed Legatos, Oſtienſem Epiſcopum, & Cardinalem tituli SS. Ioannis & Pauli ad Manuelem miſit, qui in commune conſulerent. In eas anguſtias inciderat Imperator Fridericus, vt & à Longobardiæ ciuitatibus confœderatis ſibi metueret, & ab Orientali Imperatore non ſatis ſecurum ſe putaret. Ideoque falſas diuinationes finxit, quaſi aliqui rerum quæ euenirent ſcientes, enunciaſſent, capiendum Alexandr. & Fridericum votis optatis potiundum. Ridebant plurimi impoſtorem, & tanto magis hominem contemnebant, quo magis viderent animum & vires illius falſa diuinatione imminui.

VIII. Will. Reg. Siciliæ obitus.

Hoc anno pridie Kalend. Maii, Willelmus Rex Siciliæ mortuus, hæredem reliquit filium Willelmum cognomento Bonum.

IX. Manuelis Imp. ſanctiones de dieb. feſtis & iudici.

Per ea tempora Luca Chryſoberge Patriarcha Conſtantinopolitano defuncto, Michael Anchialus ſucceſſit, quo anno Manuel ſanctionem edidit de feriis celebran-

A celebrandis, in quibus iudicia publica exercere non liceret. Aſſignabat per ſingulos menſes, aliquot celebriores dies, memoriæ ſanctorum conſecratos. Scilicet:

VI. Id. Septembr. propter natalem inuiolatæ Dominæ genitricis. Et XIV. eiuſdem, propter exaltationem viuificæ crucis. Et XXVI. Propter Apoſtoli & Euangeliſtæ Iohannis Theologi migrationem.

Octobr. VI. Propter memoriam S. Thomæ Apoſtoli. IX. Propter Iacobum Alphæi F. Apoſtolum. X. Propter Lucam Euangeliſtam.

Nouemb. XIII. Propter Chryſoſtomi memoriam. XIV. Propter Philippi Apoſtoli feſtiuitatem. XVI. Propter Matthæi Euangeliſtæ honorem. XXI. Propter introitum Dei genitricis in templum. XXX. Propter Andream Apoſtolum.

B *Decemb. IX. Propter conceptionem ſanctiſſimæ matris Dei noſtri XX. dies vſque ad VI. Ian. propter natiuitatem & baptiſmum Domini Dei ac ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti.*

Ianuarii XIIX. Propter diuinos Patres & Doctores Athanaſium & Cyrillum. XXV. Propter memoriam magni Patris Gregorii Theologi.

Februar. II. Propter occurſum ſaluatori. III. Propter celebritatem memoriæ Simeonis qui ſaluatorem Chriſtum excepit.

Martii XXV. Propter allatum Deiparæ lætum illum nuntium. Item dies Paſchales ab ipſa reſuſcitatione Lazari, vſque ad diem poſt S. Paſcha octauam.

Aprilis XXV. Propter Apoſtolum & Euangeliſtam Marcum. Et XXX. Propter Apoſtolum Iacobum illius Theologi Euangeliſtæ fratrem.

C *Maii VIII. Propter memoriam Ioannis Euangeliſtæ Theologi. Et X. Propter Simonis Zelotæ Apoſtoli memoriam. Et XXI. Propter memoriam ſanctorum & Apoſtolis parium magnorum Principum Conſtantini & Helenæ. Et XXVI. Propter memoriam Iudæ Alphæi Apoſtoli.*

Iunii XI. Propter Bartholomæum Apoſtolum. Et XIX. Propter Iudam Apoſtolum cognomento Thaddæum, & Labeum, & Iacobum. Item XXIV. Propter natalem præcurſoris. Et XXIX. Propter Apoſtolorum Principum Petri & Pauli ſolemnitatem. Et XXX. Propter memoriam Apoſtolorum XII.

Iulii XXV. Propter obdormitionem S. Annæ matris Deiparæ.

D *Auguſti VI. Propter ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti transformationem. Et IX. Propter memoriam S. Apoſtoli Matthiæ. Et XV. Propter glorioſiſſimam SS. Deiparæ migrationem. Et XX. Propter memoriam S. Apoſtoli Thaddæi. Et XXIV. Propter Bartholomæi Apoſtoli memoriam. Et XXIX. Propter venerandi præcurſoris decollationem. Inter hos omnino feriatos dies computabuntur & medietates ieiunii quadraginta dierum & Pentecoſtes, & ſeruatoris aſſumptio, & omnes in anno dies à Domino nuncupati. Ita vt hiſce diebus omnis ad tribunal aditus præcluſus ſit, nec vllus eorum, qui ius dicunt, quidquam ad iuriſdictionem pertinens peragat.*

Cæterum à quibus ex parte vacationem tribunal habet, quiq; non in ſolidum feriati ſunt, hi ſane fuerint.

Septembris dies VI. quod tunc Michaelis ſummi copiarum Ducis factum Chonis miraculum prodigioſe commemoratur.

Octob. XXIII. quod Iacobi Chriſti fratris memoriam recolamus. Et XXVI. quod in magno & vnguentis ſcaturienti Demetrio feſtus agatur.

E *Nouemb. I. ob edentium prodigia, & gratis olim medicinam facientium, Coſmæ ac Damiani feſtum. Et VIII. quod corporis expertium conuentus celebratur. Et XXVIII. Propter S. Stephani martyris iunioris ſolemnitatem.*

Decemb. IV. Propter egregiam martyrem Barbaram. Et VI. Propter celebrem miraculis & vnguentis ſcatentem Nicolaum.

Ianuarii X. Propter Nyſſæ Pontificem Diuum Gregorium. Et XVI. Propter venerationem pretioſæ Principis Apoſtolorum Petri catenæ. Et XIX. Propter reportationem pretioſi cadaueris Gregorii Theologi. Et XXVII. Propter reportationem venerabilium reliquiarum Chryſoſtomi.

Febr. VII. Propter inſignem martyrem magiſtrum militum Theodorum. Et XVII. Propter victorem certaminum Theodorum tyronem.

A *Mart. IX. quod SS. Chriſti XL. martyrum memoria tunc recolatur.*

April. XXIII. in honorem magni martyris Georgii deſtinatus.

Maii II. Propter magnum illum Athanaſium.

Iunii VIII. Propter magnum martyrem Theodorum magiſtrum militum. Et IX. Propter S. Patrem noſtrum Cyrillum Pontificem Alexandrinum. Et XXVII. Propter ſanctum & edentem prodigia Samſonem.

Iulii I. quod tunc ſanctorum & miracula deſignantium, & argento carentium memoriam celebremus. Et II. quod depoſitionem pretioſæ veſtis Deiparæ mentionem faciamus. Et VIII. ob magni martyris Procopii feſtum. Et XI. quod egregiam martyrem Euphemiam concelebremus. Et XX. ad Eliæ vatis honorem. Et

B *XXVII. quod victori certaminum & miraculorum auctori Iohanni miſericordi feſtus ſit.*

Auguſti XXXI. Propter depoſitionem cinguli pretioſi, labis expertis Deiparæ. Atque hi ſunt dies partim feriati, partim iuridici.

IESV CHRISTI
Annus 1167.

ALEXANDRI PAPÆ III. ANNO 8. FRIDERICI Imper. ann. 13. Manuelis Imper. ann. 25.

I. Imp. dolo Romam capit. Alex. fuga elapſus.

a Acta Alex. Pap.

ANno Chriſti 1167. [a] Alexander Pontifex, vna cum Romanis Cardinalibus, Clericis, & populis trepidauit. Fridericus enim Imperator copiis admotis, & igne in proximam ædem S. Deiparæ iniecto, baſilicam Diui Petri occupauit, Guidonem Antipapam introduxit, & Alexandrum in fugam coniecit, tum pecunia corruptis, tum vi coactis aliquibus Romanorum qui poterant obſiſtere. Vel ſoli ſoli Romanorum Vrſini neceſſariorum & clientum copiis collectis, vtut poterant, pro Alexandro pugnarunt, Romanamque vrbem à Friderici impetu tutati ſunt. Willelmus Rex Siciliæ, in triremes ſubmiſſas, periclitantem Pontificem excepit, & in tuto apud Beneuentum collocauit. Guido autem per abſentiam Alexandri Fridericum atq; vxorem ipſius, inter miſſarum ſolemnia, diademate Imperatorio exornauit. Propter quam rem cum populus Romanus tumultuaretur, Fridericus ad conſuetas fraudes conuerſus, miſit ad eos qui dicerent; vt Alexander iudicio ſe ſubmitteret, cum etiam Guido illud nequaquam recuſaret: & tunc facile decerneret, cuinam eorum Pontificatum attribueret. Negabant illi, quæ is proponebat, dicebantque: *Non eſt noſtrum iudicare ſummum Pontificem, quem in ſuo iudicio Deus reſeruauit.*

II. Peſtis graſſatur in exercitum Imp.

Interim Deus vindex ſeuerus peſtilentia in exercitum Friderici immiſſa, plurimos illius Principes & populos inopinato percuſſit, & vrbe atq; Italia eiecit. Prope enim fugientem, nulla Tuſciæ vel Liguriæ, vel Lombardiæ ciuitas recipere voluit; peroſa illius tyrannide ſæuiſſima, quam in Chriſtum Domini & vniuerſam Eccleſiam exercebat. Mediolanenſes tunc temporis vrbem ſuam munierant, præſidente Eccleſiæ ſuæ Galdino Archiepiſcopo Cardinali S. Suſannæ, viro magnæ ſanctitatis & doctrinæ,

III. Thomas condẽnat capitula conſuetudinum Regis Angliæ.

b Cod Vat. lib. 1. ep. 115. & ſeq.

In Anglia, Thomæ Archiepiſcopo Cantuarienſi munus Legationis ſuper omnes, excepto Eboracenſi, Alexander conceſſerat. Ea poteſtate animatus ille, contra capitula conſuetudinum, edixit damnationis ſententiam, præſertim in his:

1. *Quod non appelletur ad Sedem Apoſtolicam ſuper aliqua cauſa, niſi licentia Regis.*

2. *Quod non liceat Archiepiſcopo vel Epiſcopo exire de Regno, & venire ad vocationem Domini Papæ ſine licentia Regis.*

3. *Quod non licet Epiſcopo excommunicare aliquem, qui teneat de Rege in capite, ſine licentia Regis, vel terram ipſius, vel officialium ſuorum ſub interdicto ponere.*

4. Quod non liceat Epiſcopo coercere aliquem de periurio vel fide læſa.

5. Quod Clerici teneantur ad ſæcularia iudicia.

6. Quod laici, ſiue Rex, ſiue alii tractent cauſas de Eccleſiis, vel decimis & alia in hunc modum.

IV. Quid inter ceſſerit inter Thomã & Hen. Regem Angl.

Denunciauit inſuper ſiue excommunicauit aliquos etiam Epiſcopos Thomas, qui Eccleſiæ iura quoquo modo prodiderant aut certe violarant. Et cum ſciret, penes ſummum Pontificem, iudicium rectum reperiri, ad eundem Alexandrum miſit, vt eadem Capitula damnationis condemnaret. Metuebat ſibi Henricus Rex, ne & ipſa cenſura notaretur. Itaque ad ſedem Apoſtolicam, à ſententia futura prouocauit; nimirum vt illam eluderet atque euaderet. Eam ſententiam S. Thomæ Alexander Papa ſuſpendit; cauſam tamen ex integro vtrique parti reſeruauit: maxime cum Schiſma Eccleſiæ Anglicanæ vereretur. Nam paucis exceptis, fere omnes Epiſcopi Anglicani contra Thomam perſcripſerant, vt ipſum Regem tuerentur. Itaque cum Alexander Papa non præcipitaſſet ſententiam, Henricus Rex tantum conatus eſt apud Ciſtercienſes, vt Thomam Pontiniaco expellerent. Aliquantum exinde fractus Sanctus, pacatiores Regi ſcripſit, vtque peſſimos conſiliarios à ſe remoueret, & Eccleſiæ iura conſeruaret, obſecrauit. Porro Henricus non tantum non eos amouit, quin potius cõſilio eorum aliquos Romam miſit, qui pecunia tentarent, quod aliis conatibus haud poterat obtinere. Timebat vehementer Thomas, ne iudices & cognitores corrumperent. Quamobrem non iniuſto Zelo commotus, habuit nonnullas querimoniæ plenas voces aliquibus familiaribus perſcribere.

V. De Ioann. Legati auaritia.

In Siciliam ad Vuillelmum Regem miſſus Legatus Ioannes Neapolitanus, ſui muneris officium rapacitate & auaritia infamauit: præſertim quod ad diſſoluendum Regis matrimonium tam facile auro corruptus inclinaſſet.

IESV CHRISTI ANNUS 1168.

ALEXANDRI PAPÆ III. ANNO IX. FRIDERICI Imperatoris anno 14. Manuelis Imperatoris anno 26.

I. Legati Pontif. miſſi in Angliam pro pace inter Henr. Angl. Reg. & Thomã. a *lib. 2. ep. 1. & ſequ.*

ANNO *Chriſti* 1168. Vt inter Thomam Cantuarienſem & Henricum Anglorum Regem conciliaret pacem Alexander, [a] miſit Legatos Cardinales in Angliam, Vuillelmum tituli S. Petri ad vincula presbyterum, & Ottonem S. Nicolai in carcere Tulliano diaconum. Vtrumque monuit per litteras tam Pontifex, quam Vuillelmus, vt remotis omnibus, quæ amplioris diſſidii cauſas generare ſolent, ad ea quæ concordiæ eſſent, conſpirarent. Auſcultauit libenter Thomas, & nihil magis cupere ſe profeſſus eſt, quam vt ex recto & æquo res Eccleſiæ componerentur. Cæterum cum Vuillelmus propenſior eſſet in Henricum, habuit Thomas cauſam, contra Legatos, coram ſummo Pontifice, Cardinalibus, Epiſcopis & Regibus conquerendi, quia Eccleſiam, exulem, & alios propter iuſtitiam miſerandos præiudicio opprimerent hi, qui ad defenſionem fuerant deſtinati. Coactus eſt Alexander illos in Vrbem reuocare.

II. Alexander PP. Italos à Iureiurãdo abſoluit b *Ioan. Sariſber. ep. 84*

[b] In Italia, cum Alexander Romanus Pontifex per patientiam Teutonicum tyrannum diutius expectaſſet, vt vel ſic prouocaretur ad pœnitentiam; & ſchiſmaticus abutens patientia eius, peccata peccatis adderet iugiter, vt error in amentiam verteretur, Vicarius Petri à Domino conſtitutus ſuper Gentes & ſuper Regna, Italos, & omnes, qui ei ex cauſa Imperii religione iuſiurandi tenebantur aſtricti, à fidelitate eius abſoluit, & Italiam fere totam à facie furentis & præſentis tanta felicitate & celeritate excuſſit, vt in ea nihil habere videretur, niſi tortores quos euitaret. Abſtulit ei etiam Regiam dignitatem, ipſumque anathemate condemnauit, & inhibuit auctoritate Dei, ne vires vllas amodo in bellicis congreſſionibus haberet, aut de Chriſtiano aliquo victoriam conſequeretur, aut alicubi quiete aut pace gauderet, donec fructus condignos pœnitentiæ operaretur. In quo ſecutus eſt exemplum Gregorii ſeptimi deceſſoris ſui, qui Henricum Imp. Eccleſiæ priuilegia conuellentem deponens, in Concilio Romano ſimili ſententia condemnauit. Et quidem illa ſententia effectum ſortita eſt; & hanc de priuilegio Petri latam videtur ipſe Dominus confirmaſſe. Frid. Imp. deponitur & excommunicatur

III. Frid. Imp. victus à Mediolanenſibus. c *Acta Vit. Alexand.*

Hoc enim audito Itali, ab eo diſcedentes reædificauerunt Mediolanum, ſchiſmaticos expulerunt, Catholicos vel elegerunt, vel reduxerunt Epiſcopos, & Apoſtolicæ ſedi vnanimiter adhæſerunt. Quin imo & arma contra Fridericum mouentes, eum Papiæ obſederunt, & in fugam poſtea compulerunt, cæſis ex exercitu illius quinque & viginti millibus pugnatorum. [c] Potiti victoria Mediolanenſes & Cremonenſes, Ciuitatem condiderunt, & Alexandriam pro reuerentia S. Petri & Alexandri Papæ nominarunt, atque Romanæ Eccleſiæ in ius & proprietatem obtulerunt, eamque tributariam Beato Petro ſponte fecerunt.

IIII. Frid. Imp. conſulit Epiſc. de ſuis rebus.

Videbat hæc Fridericus & fremebat; cumque etiam Francos contra ſe arma parare intellexiſſet, ignatus conſilii tandem Epiſcopum Papienſem, Priorem Carthuſienſem & Abbatem Ciſtercienſem quæſiuit, quid facto opus eſſet. Retulerunt, ipſum numquam pacem habiturum, niſi pacem Eccleſiæ reddidiſſet, & relicto Guidone, qui Romæ in quadam turri ſeſe concluſerat, Alexandro inclinaret. Cupiebat: ſed iuramento contra eundem facto diſcruciabatur. Cæterum illi Tres viri periculum iuramenti in ſe recipientes, ſe omnia apud Alexandrum facturos ſpoponderunt.

V. Ludouicus Rex agit pro Thoma apud Regem Angliæ. d *apud Sur. 29. Decemb.*

In Galliis, [d] Rex Ludouicus, Henricum Angliæ Regem conueniens, conatus eſt Sanctum Thomam eidem reconciliare. Cæterum omnes operæ irritæ fuere; cupiente Rege, vt Thomas Capitula Clarendunenſia approbaret: Thoma vero nonniſi ſaluo honore Dei, & iuribus Eccleſiæ, ea ſuſcipiente, & honorem Regi iis conditionibus deferente. Multa conuicia tunc temporis Thomas à Rege & ab aliis tulit; nonnihil etiam Ludouico contra ſe commoto. Pœnituit tamen Ludouicum eorum quæ aduerſum illum egerat: neque Henrico quicquam contra honorem Dei deferendum eſſe aperte poſtea aſſerebat. Cupiebat Henricus, vt Thomam Ludouicus è regno ſuo expelleret. Cæterum is nuntiis poſtulantibus reſpondit: Si Rex Angliæ auitas quas vocat conſuetudines, licet minus (vt aiunt) legi Diuinæ congruas, tamen vt ad Regiam dignitatem ſpectantes, non ſuſtinet abrogari: multo minus mihi licet ius illius liberalitatis ſubuertere, quod cum corona regni mihi iure competit hæreditario. Conſueuit ſiquidem Francia ab antiquis temporibus omnes miſeros & afflictos, & maxime pro iuſtitia exulantes recipere & donec pacem habuerint, fouere, tueri, & defendere. Cuius honoris & excellentiæ gratia, Deo propitio me viuente, ad nullius perſonæ ſuggeſtionem Cantuarienſi exuli derogabitur.

VI. Ad finem huius anni Alexander Papa Beneuento Romam reuertens, Tuſculanam Ciuitatem rogante Ionata Domino, in ſuam protectionem recepit.

(o)

Digitized by Google

IESV CHRISTI ANnus 1169.

ALEXANDRI PAPÆ III. ANNO X. Friderici Imperatoris anno 15. Manuelis Imperat. anno 27.

I. Regis Ang. Noui conatus aduerſus Thomam. a Cod. Vatic. lib. 3 ep. 79. & reliqq. & vita S. Thomæ.

ANNO Chriſti 1169. [a] Henricus Rex nihil non egit hoc anno, vt Sanctum Thomam peſſumdaret. Quamobrem Legatos ad Alexandrum miſit, qui peterent, vt è Galliis eum remoueret, Romam ad dicendam cauſam euocaret, & in aliam Eccleſiam tráſferret. Quod autem ſciret Alexandrum opera Longobardiæ Ciuitatum fœderatarum, contra Fridericum Imperatorem indigere, Mediolanenſibus, Cremonenſibus, Parmenſibus & Bononienſibus multum argenti atque auri, ipſi autem Pontifici tantam pecuniam quantam neceſſe haberet ad redemptionem exactionum quas Romanis pendebat, promiſit, ſi illi intercederent, iſte autem efficeret, ne Thomas in Angliam reuerteretur, ſed vel Romam iret, vel alioſum deduceretur. Non latuerunt hęc omnia S. Thomam.

Alexandri PP. Legati in Gall. miſſi in cauſa Thomæ.

Cui quod non eſſet tutum ex Galliis pedem mouere, Alexander miſit Legatos in Gallias, Gratianum & Viuianum, qui vtrumque Regem ad colloquium vocarent, & pacem inter Thomam & Henricum componerent: in ſancienda autem concordia, conditiones à ſede Apoſtolica præſcriptas nulla ratione præterirent. Mandatis adiecit Alexander, vt à Regis ſuſpicionibus continerent, niſi pace Eccleſiæ impetrata; & ne vltra diem præſtitutum, moram facerent. Monuerat quoque Thomam Alexander, ne eo tempore quo Legati pacem tentarent, aliquam ſententiam vel proferret, vel exequeretur; ex qua nouæ lites ſuborirentur. Venerunt hi primo ad Henricum, qui quod ab eis iniquas conditiones pacis non poſſet, iratum plenus minari Alexandro cœpit, dicens: Per oculos Dei, ego faciam aliud. Reſpondit tunc Gratianus conſtanter: *Domine noli minari: Nos enim nullas minas timemus; quia de tali Curia ſumus, quæ conſueuit imperare imperatoribus & Regibus.*

II. Agitata cauſa Thomę ab Epiſcopis.

Conuocauit interim Epiſcopos Henricus; coram quibus proponebat; vt Thomas vna cum eis conſuetudines Regni quas prætendebat, iuraret ſe ſeruaturum, cum hac conditione; *Salua dignitate Regni ſui.* Volebant Epiſcopi, etiam hac conditione iurare; ſed cum alteram adderent, *Salua libertate Eccleſiæ, & Saluo honore Dei*: Rex nolebat; & illi quoque Regiam conditionem recuſabant. Egit interim Viuianus, vt ſe Pariſios Henricus conferret, & vna cum Ludouico Rege rem videret, ſi quomodo Salua libertate Eccleſiæ dignitati ſuæ & paci publicæ conſulere poſſet. Cutam quo, cum artibus conſuetis deluderet iuſtitiam, & in horas mutaret; inſuper & muneribus miſſis, Legatorum animos tentaret, ſed corrumpere nequiret, diſceſſum eſt. Sciuit hæc omnia Alexander Papa. Cumq; primo per litteras Henricum benigne monuiſſet, ne impediret, quin in Eccleſiis vacantibus Epiſcopi eligerentur: deinde etiam Conſtitutione vulgata omnibus in Anglia interdixiſſet, ne beneficia ſeu inueſtituras Eccleſię de manu laica acciperent, alios Legatos Simonem Priorem de Monte Dei, & Bernardum de Corilo ad eundem miſit, qui primo commonitorias, ſecundo comminatorias eidem deferrent, vt Thomam in Eccleſiam ſuam redire, omniaque ei ablata reſtituere iuberet.

III. Thomas coram Rege Angliæ cauſam ſuam agit.

Agebatur negotium coram vtroque Rege. Vbi S. Thomas conſilio Regis Ludouici & omnium Archiepiſcoporum atque Baronum acquieſcens, coram omnibus ad Regem Angliæ acceſſit, & genibus flexis cauſam ſuam poſuit in Deo & Rege. Cum hac tamen conditione; ad honorem Dei. Offenſus ea conditione Rex diſceſſit, pace infecta. Idem prorſus fecit, cum Legati comminatorias à ſede Apoſtolica litteras in altero conſeſſu reddidiſſent: & Sanctus Thomas, necquicquam à ſententia ſua moueretur. Dixit inſuper Henricus quod Archiepiſcopus numquam ingredietur terram, antequam faciat ei quod debet, & promittat ſe ſeruaturum, quod alii ſeruauerunt, & quod ipſe promiſit. Suſpenderat interea Alexander Papa auctoritatem Thomæ, tantiſper donec pax certa inter eum & Henricum ſtabiliretur. Qua ſuſpenſione cum Henricus abuteretur, & tum in longum negotium extraheret, tum Archiepiſcopo inſultaret, reſcripſit Alexander, eam ſuſpenſionem ad initium proximæ Quadrageſimæ tantummodo durare, à quo tempore ſi Rex in ſua obduratione obſtinatus perſeueraret; tibi (ita Thomæ ſcribebat) ex tunc authoritatem tuam reſtituimus, vt tam in perſonas quam etiam in Regnum, & in ipſum Regem, ſi tibi & Eccleſiæ tuæ congruere & expedire cognoueris, facultatem liberam habeas, debitum officii tui, ceſſante omni appellationis obſtaculo, exercendi, grauitate ac maturitate Pontificali adhibita, quam conuenit adhiberi.

IV. Vindicta diuina in Schiſmaticos. b Acta Alexand.

Eodem anno [b] Alexander Papa Tuſcanenſem & Caietanum Epiſcopos Simoniæ conuictos depoſuit. Accidit etiam, vt Ioannes presbyter Cardinalis tituli S. Martini, qui à principio huius Schiſmatis cum Octauiano eiuſque ſucceſſore Guidone Cremenſi Eccleſiam non deſtiterat perſequi, cum extra Viterbium equitaret, ſubito corruit, & confractis ceruicibus impœnitens è vita exceſſit. Ipſe quoque Guido Cremenſis, incurabili morbo percuſſus, quamdiu vixit, pede claudicauit.

V. Hungariæ Eccl. iura reſtituta.

Rex Hungariæ dato diplomate, Eccleſiarum ſui regni immunitates reſtituit.

VI. Soldani Iconii conuerſio. c Robert. in append. ad Sigebertum.

[c] Soldanus Iconii, opera Alexandri Papæ, in rebus fidei inſtructus, Chriſtianam religionem profiteri cœpit. Narrabat Robertus occaſionem conuerſionis ipſius, à Matre eiuſdem fuiſſe. Hæc enim veniens ad extrema, reuelauit filio ſuo, quod ſemper celauerat, quod ſcilic. eſſet Chriſtiana; & rogauit eum vt crederet in Chriſtum, qui eſt Dominus & Rex omnium ſeculorum, & quod amaret Chriſtianos. Quod ipſe ſpopondit ſe facturum, ſed dixit: quod ipſe non auderet aperte credere in Saluatorem propter Paganos. Dixit ei Mater ſua: Fili, cum mortua fuero, fac mihi excelſam ſepulturam, & ſuper eam pyramidem, ſuper quam pone ſignum Sanctæ Crucis Chriſti. Cui ille; de luce hoc ſe facere non poſſe reſpondit: Tu fac, (inquit mater eius) de nocte: quod & fecit. In craſtino autem cum Agareni vidiſſent ſignum illud, indignati contra Principem volebant eum occidere; & Crucem deponere.

Sacrilegi diuinitus puniti.

Cæterum ille qui machinam aſcenderat, vt ſignum deturbaret, voluntate Dei corruit, & mortuus eſt. Similiter & alius eodem modo interiit. Tertia die cum multitudo innumerabilis conueniſſet, ad diruendum pyramidem, venerunt fulgura & corruſcationes, & illo primitus perempto qui aduerſabatur, multa millia perierunt igne Diuino. Tunc apparuit Angelus Domini, & Clariſſimum ſignum Crucis poſuit ſuper pyramidem illam, ex quo multi in Chriſtum crediderunt, & Crucem Chriſti adorarunt.

VII. Terræ motus in Sicilia.

In Sicilia, vehementiſſimus terræ motus concuſſit omnes fere ciuitates, eo quod Vuillelmus Rex cognomento Bonus Eccleſias inciperet opprimere, & ſedibus Epiſcopalibus homines impuros & laicos imponere.

(o)

IESV CHRISTI ANnus 1170.

ALEXANDRI PAPÆ III. ANN. I. FRIDERICI Imp. ann. 16. Manuelis Imp. ann. 28.

a I. De ſignis circa natiuitatem S. Dominici. a S. Antonin. parte 3. titulo 23 §. 4

ANNO Chriſti 1170.[a] In Hiſpaniis, oppido Calagora, Felix Guzmanus viuebat, vir ſumma probitate, virtute, & in pauperes liberalitate. Huic Ioanna vxor filium enixa eſt Dominicum, Magnum Ordinis Prædicatorii Conditorem. Cum eum in aluo grauida ferret, viſa ſibi eſt videre, catulum ore faculam præferentem continere, qua editus in lucem, orbem vniuerſum illuſtraret & inflammaret. Deſignabatur Dominicus naſciturus, qui iuxta prophetiam præcedentem, fax lucis illuſtriſſima foret, ad illuminandum tenebris ſqualentem, & inflammandum frigore mentis rigentem Orbẽ: quique canis officio defungens, arceret lupos ferales ſc. hæreticos ab ouili Catholicæ Eccleſiæ. Infans ad ſacrum lauacrum delatus, dum viuo flumine baptiſmatis ablueretur, ſtellam radiis clariſſimis fulgentem & ardentem diuinitus fronti affixam præferens, in admirationem omnes circumſtantes permouit. Ea ſtella micans in fronte paruuli, nouum iubar ſeculi illum fore præmonſtrabat, quod in cæca errorum & morum caligine præluceret, & præduceret.

II. Quare appelletur S. Dominicus.

Sed non etiam abſque diuina prouidentia Dominici nomen ſortitus eſt. Geſtabat vterum mater Ioanna, & de periculis partus anxia, nouemdiales vigilias ad ſepulchrum S. Domini Exilienſis Abbatis, qui ante centum annos magna ſanctitatis opinione obierat, & in Hiſpaniis præcipua deuotione colebatur, cum non longe is locus à Calaroga abeſſet, deuote peragebat. Septima vigilia diuiniore ſpecie viſus eſt illi S. Abbas Dominicus, dulcibuſque verbis matronam deuotam conſolatus, promiſit etiam ipſi naſciturum filium, qui ſanctitate, & doctrina inſignis in Eccleſia foret. Sic Ioanna natum ex ſe poſtea infantem in fidem oraculi, & monumentum grati animi erga annuntiatorem patronum, nomine Dominici appellandum curauit. *Ferdinandus Caſtell. lib. 1. c. 3. Hiſtor. Prædicat.*

III. De fila S. Dominici.

Fila, in qua infans Dominicus diuino baptiſmi Sacramento initiatus eſt, ſumma apud Calagoritanos veneratione conſeruabatur; donec noſtra ætate, anno ſcilic. Domini M. DC. V. die XXIX Maii, Valliſoletum, vbi præſide P. F. Hieronymo Xaueris Generali, & maximis honoribus exornante Philippo III. Catholico Hiſpaniarum Rege præſente, FF. Prædicatores ad Comitia Generalia toto orbe conuenerant, idem Catholicus Rex, eam ipſam ab oppido Calaroga transferri mandaſſet, inque ea filium ſuum, ſacratiſſimo Pentecoſtes die, ritu ſolemniſſimo ab Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Domino Bernardo de Roias, S. R. E. Cardinali Archiepiſcopo Toletano, in templo ipſo O. d. Præd. Principibus & Proceribus Regnorum ſuorum adſiſtentibus, baptizari voluiſſet; indito nomine infanti, Philippus Dominicus victor. *Ex actis eiuſdem Capituli General.*

IIII. Alexandri PP. legatio ad Regem Angl. in cauſa Thomæ. b Cod. Vatic. lib. 5. ep. 2. 4. 17. & aliis.

In Gallias ad Henricum Angliæ Regem Alexander Papa Legatos miſit,[b] Rotrochum Archiepiſcopum Rothomagenſem, Bernardum Epiſcopum Niuernenſem, atque Vuillelmum Epiſcopum Senonenſem: qui efficerent, vt Thomas ad ſuam Eccleſiam rediret, omneſq; poſſeſſiones Eccleſiæ ablatas reciperet; vtque alii exules ſinguli omnia ſua recuperarent. Item vt Henricus pacem plenam eidem concederet in oſculo ſancto; & ſi minus ad id cogi poſſet, eo quod iuraſſet numquam id facturum, vt per filium ſuum impleret, quod erat pollicitus. Item vt conſuetudines prauas contra Eccleſiaſticam libertatem aboleret, penituſque condemnaret: atque Epiſcopos qui permiſerant eas ſeruare, ab eadem promiſſione abſolui permitteret. Ea omnia, ſi intra quadraginta dies Rex præſtitiſſet, committebat Legatis Alexander, vt excommunicatos abſoluerent: pace non ſecuta, vt prouinciam Ciſmarinam, vbi Rex morabatur, interdicto ſubiicerent.

V. Noua diſſenſio ex inauguratione filii Regis Angl.

Venerant Legati ad Regem, & ſi quo modo officio iniuncto deſideriis Alexandri ſatisfacerent inuigilabant: cum ex improuiſo accepiſſent, Henrico placuiſſe, vt Archiepiſcopus Eboracenſis, filium ipſius diademate regio inauguraret. Inſolens hoc fuerat in Anglia, vbi Canthuarienſis eo munere fungebatur. Quamobrem Thomas non potuit non ægre ferre eam iniuriam, recens ſibi, Eccleſiæ ſuæ, & Alexandro Papæ illatam, quod Henricus Anglos contra ſe & ſedem Apoſtolicam iurare coegiſſet, filium Regno per manus Eboracenſis præfeciſſet, & cingulo militiæ cinxiſſet. Exiſtimabat Thomas, voluntate Alexandri id factum fuiſſe: vt & Eboracenſis inauguraret, & aliquot Epiſcopi excommunicati abſoluerentur. Cæterum Alexander apud conquerentem illum excuſauit, ſe neque commiſiſſe neq; ſciuiſſe quicquam eorum, quæ in contumeliam ſuam & ſedis tum ſuæ tum Apoſtolicæ facta eſſent.

VI. Rex Angl. permotus à Pontif. recipit Thomam Cantuar.

Porro vt Thomas certior eſſet, Alexandro iuſtitiam ſuam cordi eſſe, acerbiores Henrico ſcripſit, præcipiens, termino peremptorio aſſignato, vt Thomæ reconciliaretur. Alioquin ſi obedire contemneret, expectaret ab eodem eandem ſententiam, qua non ita pridem percuſſerat Fridericum Imperatorem. His permotus Henricus Legatis ſcripſit, vt quam vellent formam pacis componerent: ſe promptum eſſe omnia obedientis filii præſtare. Id vero eo magis promptior fecit: quia Thomas quindecim dierum terminum ſuperuenientem præſcripſerat, intra quem ſi Henricus officio ſuo deeſſet, interdicto ſupponeret prouinciam vniuerſam. Recepit tandem Rex Henricus Thomam Archiepiſcopum Canthuarienſem, non tantum ad colloquium, ſed etiam ad oſculum pacis. Narrabat ipſe S. Thomas ſcribens Alexandro Papæ.

Literæ D. Thomæ ad Alexand. PP. de concordia reformata cũ Rege Angliæ. c ep. 45.

[c] *Vt nos, inquit, procul venientes conſpexit, à circumfuſa turba exiliens, accurrit properus, & capite detecto, nos in ſalutationis verba prorumpere geſtientes, ſalutatione præuenit, & habitis paucis ſermonibus, ſolis nobis præſentibus cum Domino Senonenſi; nos, illo diuertente, ſtupentibus vniuerſis traxit in partem, & diu tanta familiaritate allocutus eſt, vt videri poſſet, numquam inter nos aliquando fuiſſe diſcordiam. Omnes fere, quotquot aderant, lætiſſima admiratione ſtupentes, plurimorum genis lachrymarum inundatione madentibus, glorificabant Deum, & benedicebant Beatam Magdalenam, in cuius ſolemnitate Rex conuerſus eſt à viis priſtinis, vt toti terræ ſuæ lætitiam reformaret, & Eccleſiæ pacem redderet. Corripuimus eum, adhibita moderatione, quam oportuit adhiberi, de iis quibus inceſſerat, & pericula quæ vndique imminebant, patenter oſtendimus. Rogauimus & monuimus, vt rediret ad cor, vt dignos fructus pœnitentiæ faciens, & Eccleſiam, quam non mediocriter læſerat, manifeſta boni compenſatione ſatiſfaciens, purgaret conſcientiam: vt redimeret famam. Nam ab iniquis conſiliariis potius quam propria voluntatis inſtinctu, graue vtriuſque diſpendium patiebatur. Cum autem hæc omnia non modo patienter; ſed & benigne audiret, & emendationem promitteret; adiecimus ſibi eſſe neceſſarium ad ſalutẽ, & liberis ſuis ad incolumitatẽ, & indemnitatẽ com. eſſe diuinitus poteſtatis, vt in eo Sanctæ Cantuarienſi Eccleſiæ ſatisfaceret, in quo eam nuper grauiſſime offenderat. Cum autem equo deſiliens, me humiliatum ad pedes eius: ille arrepto ſcanſili, me coegit aſcendere, & viſus illacrymari, ait;*

Quid multa? Domine Archiepiſcope, reſtituamus nobis inuicem veteres affectiones; & alter alteri, quod potuerit, bonum exhibeat; & præcedentis odii prorſus ſimus immemores. *Sed mihi quæſo coram illis, qui procul aſpiciunt, honorem exhibeatis.* *Et tranſiens ad illos amatores diſcordiæ & odii inuentores, ait, vt tam illorum, quam omnium, ne quid maledicerent, ora præcluderet:* Si ego, cum Archiepiſcopum ad omne bonum paratum inueniam, ei viciſſim bonus non fuero: tunc ero nequior cæteris hominibus, & mala quæ de me dicuntur, vera eſſe probabo.

probabo. Nec aliud conſilium honeſtius aut vtilius crediderim, quam vt ipſum ſtudeam benignitate præcedere, & tam charitate quam beneficiis ſuperare. *Sermonem Regis cum ſumma gratulatione, fere quotquot aderant exceperunt. Miſit ergo ad nos Epiſcopos ſuos, qui monerent, vt petitionem noſtram coram omnibus faceremus.* Hæc & alia plurima Alexandro ſcribebat Thomas, de his quæ inter eum & Henricum Regem pro confirmatione concordiæ, ſumma ex beneuolentia interceſſerant. Quæ vt omnibus palam eſſent, Rex Henricus in hæc verba literas ad filium Regem ſcripſit:

VII. Literæ Regis Angliæ ad filium de pace inita cũ Thoma. d ep. 46.

d Sciatis, quod Thomas Archiepiſcopus Cantuarienſis pacem meam fecit ad voluntatem meam. *Et ideo præcipio quod ipſe & omnes ſui pacem habeant, & faciatis habere ipſi Archiepiſcopo, & omnibus ſuis qui cum eo exierunt ab Anglia res ſuas bene & in pace, & honorifice, ſicut habuerunt tribus menſibus, antequam ipſe Archiepiſcopus receſſiſſet ab Anglia. Et faciatis venire coram vobis de legalioribus & antiquioribus militibus de Lyõre & de Saltuunde, & eorum Sacramento faciatis recognoſci, quod ibi habeatur de feudo Archiepiſcopatus Cantuarienſis, & quod recognitum fuerit, de feudo eius eſſe, ipſi Archiepiſcopo habere faciatis.* Iſta ad filium Regem Rex Henricus, qui formidine ſententiæ liberatus, non omnia quæ pollicitus fuerat Eccleſiæ reſtituit. Neceſſe poſtea habuit Alexander Papa, & contra Eboracenſem, Londonienſem, Sarisberienſem, alioſque Epiſcopos Angliæ cenſuram Eccleſiaſticam diſtringere; quod pro libertate Eccleſiaſtica non ſe opponerent; & tam Rothomagenſi quam Senonenſi Epiſcopis committere, vt Regem pactorum conuentorum cum Archiepiſcopo admonerent: & omnibus Angliæ Præſulibus præcipere, vt ſi Rex conditiones pacis reipſa non impleret, Eccleſiaſtico interdicto omnes prouincias ſupponerent: & Regem ipſum inſuper hortari, vt Eccleſiæ ablata reſtitueret, damna emendaret, ordinationes quoque Eccleſiarum, & alia quæ ad viros Eccleſiaſticos pertinent, Archiepiſcopo & Epiſcopis, & viris Eccleſiaſticis, tam ipſe, quam eius filius relinquerent.

VIII. Rex Angl. vetera odia in Thomã refricat.

Fuit ea res, quæ vetera odia refricauit: quod non obſcure Henricus Rex tum temporis demonſtrauit, cum Thomas a ſalutatione Regis Ludouici & amicorum, qui cum exulem benigne habuerant, Regem ſalutaturus Turonis conueniſſet. Quamquam enim in occurſum ipſius extra ciuitatem exiliſſet, tamen cum conueniſſent, non oculi ſed vultus Regis erat ſuper eum. Vnde neque in hoſpitio ſuo illum aut Rex, aut aliquis regiorum reſpexit, quin potius ſummo mane Rex in Capella ſua celebrari miſſam fecit pro defunctis; ne, ſi forte Archipræſul illi miſſæ intereſſet, in miſſa pacis oſculum ſibi offerret, & quod ibi negare non eſſet Chriſtiani, ſed plane inimici Chriſti.

IX Thomæ reuertenti in Angliã aduerſantur Epiſcopi.

Præmiſit interim Thomas in Angliam litteras Alexandri, pro ſuſpenſione & excommunicatione quorumdam Epiſcoporum, propter quæ cum illi Comes Bolonienſis renunciaret, nonniſi vincula, carceres, proditiones in Anglia ipſi parari; hæc fertur reſpondiſſe: *Nec ſi membratim diſcerpendus ſim, ab incepto itinere deſiſterem: non metus, non vis, non cruciatus degenerem reuocabit vlterius. Sufficit Dominicum gregem paſtoris ſui abſentiam luxiſſe ſeptennem.* Tertia Dominica Aduentus nauim intrauit, & ad votum aura proſpera viſus in Angliam traiecit. Eboracenſis Londonienſis & Sarisberienſis Epiſcopi, militibus armatis ad portus ſingulos diſpoſitis iniunxerant, ne Thomam ſinerent terram intrare, niſi prius litteras omnes tam Regias, quam Alexandri Pontificis auferrent. Cæterum diuino beneficio ingreſſus, & à populis ſummo cum gaudio ſalutatus eſt.

X. De Eboracenſis Epiſcopi ſcele[ri]s & co[nat]u in [Th]omam.

Exigebant ab eo Regii miniſtri, vt ſuſpenſos & excommunicatos abſolueret Epiſcopos, quod cum ille facere vellet, ſi modo in forma Eccleſiæ ſummo Pontifici obedientiam iurarent: Eboracenſis incentor malorum & Eccleſiæ turbator diſſuaſit, ne ſe eo Sacramento obligarent, ſed ad Regem nouum rem deferrent. Sane erat, quod ille Eboracenſis ſibi ab eo iuramento metueret. Tantis enim ſceleribus ſe impiarat, vt acriorem vindictam mereretur. Nã inter cætera, Vualterũ quemdam, cuius adoleſcentis admodum venuſta facie captus, nefario concubitu nimis conſueuerat delectari, hiſpidũ & procacioni lingua euomentem probra, quæ in contumeliam naturæ perpeſſus fuerat, oculis orbari fecit, & poſtmodum ſcelus arguentem, iudicibus, qui ſæcularia negotia exercebant, corruptis, adegit ſuſpendio. Sic vir ille non minus benignus quam pudicus columbi ſui acceptauit affectũ, ſic veteris amaſii diu exhibitum remunerauit obſequiũ, vt primo ſtuprum inferret miſero, deinde miſeriori (quia de conſenſu tam ſordidæ immunditiæ pœnitebat) vapulationẽ, & oculorum auulſionem infligeret: & tandem miſerrimum, quia clamore, vt poterat, ſuas proteſtabatur anguſtias, ſuſpẽſum in patibulo fecerit iugulari. Metuens itaq; ſibi, ne tandẽ vel ſero pro nefandiſſimis criminibus à Thoma Archiepiſcop. caſtigaretur, nihil non egit, vt Regem in eum concitaret.e Equidem tantopere concitatur, vt ſæpe ſæpius ira inflammatus, in funeſtam vocem erumpens, omnes quos nutrierat, qui familiaritatis gratia, & beneficiorũ collatione ſibi obnoxii fuerant, maledixit, quod ipſum de vno Sacerdote non vindicarent, qui ipſum & regnum ſuum ſic turbabat.

e apud. Sur. 29. Decemb.

XI. Martyriũ S. Thomæ Cantuar Archiepiſcopi.

Audierunt forte hæc inter alios quatuor viri; Vuillelmus de Traci, Hugo de Moreuile, Richardus Brito, & Reginaldus filius Vrſi gente Vrſinus: viri quidem generis præeminentia præcipui, ſed enormis ſceleris auſu militiæ gloriã, & ſtemmatis titulum perpetua ignominia mox damnaturi. Nec per menſem Thomas in Eccleſia ſua moram fecerat, cum hi quinta die Natiuitatis Domini Cantuariã ad eum venientes, & ex concepta malitia ſalutationis eloquium prætermittentes, cum faſtu & ſuperbia allocuti ſunt. Acceperãt, reddiderantq;, minas minis adiicientes, reſponſum: deniq; probra & contumelias poſt ſe relinquentes exierant: continuoq; reuertentes, clauſtrũ monachorum armati ipſi cum multa armatorum ſequela irruperunt. Iam Præſul cum modeſtia & grauitate eos in oratorium præceſſerat; quem ipſi præcipites inſequuti, extractis gladiis Eccleſiam introierũt, furioſe clamantes; vbi eſt proditor ille? Nemine vero reſpondente, ingeminabant illi; vbi eſt Archiepiſcopus? Sciens itaq; Chriſti Confeſſor & Martyr mox futurus, priori nomine ſe falſo impeti, alterum vero pro officio ſibi competere, à gradib. obuiam illis progrediens; Ecce, inquit, adſum. In tanta autem ſe exhibebat conſtantia, vt nec animus eius pauore, nec corpus horrore cõcuti videretur. Cui vnus funeſtorum militum in ſpiritu furoris intulit; *Tu modo morieris; impoſſibile eſt enim, vt vlterius viuas.* Reſpondit autem Archiepiſcopus non minori conſtantia verbi quam animi; *Ego pro Deo meo mori paratus ſum, & pro aſſertione iuſtitiæ, & Eccleſiæ libertate. Sed ſi caput meum quæritis, prohibeo ex parte omnipotentis Dei, & ſub anathemate, ne cuiquam aliis, ſiue clerico, ſiue Laico vel maiori vel minori in aliquo noceatis; ſed ſint a pœna immunes ſicut extiterunt à cauſa.* Verba eius nomine Chriſtum exprimere videntur in paſſione dicentem; *Si me quæritis, ſinite hos abire.* Cui ſtatim iniicientes manus milites tenuerunt, vt extra Eccleſiam ad peragendum propoſitũ traherent, ſed non potuerunt. Videns ergo Archiepiſcopus carnifices eductis gladiis, in modum orantis inclinauit caput, hæc nouiſſima proferens verba *Deo, & ſanctæ Mariæ, & Sanctis huius Eccleſiæ patronis, & Beato Dionyſio commendo meipſum, & Eccleſiæ cauſam.* Tunc in omnibus his imminentibus cruciatibus inuicto animo ſtetit, donec gladiis illorum quatuor trucidaretur.

XII Miraculũ & Laudes eiuſdem

Ferunt, iam exanimem in feretro iacentem, dediſſe extenta manu benedictionem, monachis defuncto parentãtibus. Fuit Thomas vere magnus. Sane à primæuis adoleſcentiæ moribus, cœperat morum maturitate ſeneſcere, atque carnalis inſolentiæ motus, vigiliis, ieiuniis, diſciplinis, cilicio, & iugis continentiæ

baltheo

A baltheo cohibere. Vocatus erat itaque à Domino tamquã Aaron, ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius, reddere populum acceptabilem Domino, ſectatorem bonorum operum, & parare Domino plebem perfectam. elegerat enim eum Dominus in Sacerdotem ſibi, vt eſſet in populo eius ductor & Doctor, vitæ ſpeculum, pœnitentiæ forma, & Sanctitatis exemplum. Deus ſcientiarum Dominus dederat ei linguam eruditam, & infuderat ei abundanter ſpiritum ſapientiæ & intellectus, vt eſſet inter doctos doctior, inter ſapientes ſapientior, inter optimos melior, inter humiles ſocius, inter maximos maior. Erat præco verbi Diuini, tuba Euangelii, amicus ſponſi, columna cleri, oculus cæci, pes claudi, ſal terræ, patriæ lumen, miniſter Altiſſimi, vicarius Chriſti, Chriſtus Domini. Tota conuerſatio eius erat ſchola B honeſtatis, morum ædificatio, & ſtructura ſalutis. Erat in iudicio rectus, in diſpenſatione induſtrius, in præcipiendo diſcretus, in loquendo modeſtus, in conſilio circumſpectus, parciſſimus in cibo recipiendo, in donando largiſſimus, in ira pacificus, in carne Angelus, inter iniurias manſuetus, timidus in proſperis, ſereniſſimus in aduerſis, in eleemoſynis effuſus, in miſericordiis totus. Erat religioſorum gloria, deliciæ plebis, timor Principum, Deus Pharaonis. De iſto poterant fiducialiter cantare & dicere, quia poſt aurum non abiit, nec ſperauit in pecuniæ theſauris; qui nec acceptor munerum, nec acceptator eſſe dignatus eſt perſonarum. Ita ſemper conuerſatione cæleſtis, & à corpore peregrinans, anhelabat ad illas cæleſtes delitias temporalis vitæ tranſitæ compendio. Conſummauit martyrium anno ætatis tertio ſupra quinquageſimum.

XIII. Guidonis Antipapæ interitus. Intruſio Ioan Strumen. f *Acta Alexand. Papæ.*

C Eodem anno, [f] antipapa Guido cancro in partibus verendis conſumptus, interiit impænitens. In cuius locum ſchiſmatici intruſerunt quemdam Ioannem Abbatem Strumenſem, virum apoſtatam, lubricum, voracem, gyrouagum; cuius amici erant fures, apoſtatæ, lenones, ſcurræ, & pro ſuis ſceleribus damnati. Doluit ea propter Fridericus, quod Alexandrum exinde videret exaltari. Quamobrem ad conatas fraudes intentus, finxit ſe velle eidem reconciliari. Epiſcopum itaque Bambergenſem miſit, qui nomine Imperatoris, omnes quidem Alexandri ordinationes collaudabat, de Pontificatu vero ipſius perplexe loquebatur, neq; quicquam certi affirmabat. Cognouit fraudes Alexander: & Epiſcopum increpauit, quod in dolo loqueretur: Cum ipſe pronus eſſet Friderico omnem honorem qui Imperatori conueniret exhibere, ſi modo ille Eccleſiam non D ſcinderet.

XIV. *

Theorianus hoc anno miſſus eſt ad Principem Armenorum, ad corrigendos errores eius gentis.

XV. Vernerus Plocenſis Epiſc. trucidatur. g *Crom. lib. 6.*

Fere eodem tempore, in Regno Poloniæ, cæſus eſt [g] Vernerus Epiſcopus Plocenſis, integritate & ſanctimonia vitæ clarus, atque eleganter eruditus, equeſtri Roſarum familia natus. Ei per vim & iniuriam Boleſta vir potens & violentus, Craſcum pagum adimebat. Erat autem is Caſtellanus Viznenſis, & oram illam Pruſſis finitimam pro [B]oleslao Criſpo Poloniæ Principe adminiſtrabat. Cum comiter & blande Vernerus per ſe & per amicos orabat & admonebat, ne vim faceret Eccleſiæ. Vbi nihil proficeret, in ius vocauit, cauſam obtinuit, in poſſeſſionem repoſitus fuit. Moleſtiſſime id ferebat Boleſta, multaque maledicta in Epiſcopum ingerebat, & necem illi machinabatur. Erat ei non modica cum E vicinis Pruſſis conſuetudo; qui cum non pauci forte ad eum vel ius petituri, vel compotaturi conueniſſent, acceptos laute & bene potos, promiſſis etiam oneratos, noctu ad obtruncandum Vernerum, qui tunc forte ad Biſcupice villam ſuam venerat, cum Benaſſo fratre ſuo miſit. Peregerunt illi iuſſa; effractiſque portis, in cubiculo dormientem Epiſcopum cum Benedicto profeſſionis Benedictinæ monacho trucidarunt. Delituerat per eum tumultum ſub lecto Epiſcopi puer cubicularius; Is igitur authores ſceleris prodidit. Re cognita Petrus Archiepiſcopus Gneſnenſis, familia Srenauius, qui Ianico non multo ante ſucceſſerat, de cõſilio & voluntate cæterorum Epiſcoporum toti prouinciæ ſuæ ſacris interdixit. Motus & atrocitate facinoris, & interdicto Archiepiſcopi Boleslaus Princeps, comprehendi Boleſtam, & vinculis cauſam apud ſe dicere, condemnatumque in foro Gneſnenſi, vbi hæc agebantur, extructo rogo cremari iuſſit. Benaſſus vero poſt patratum illud ſcelus, nuſquam poſtea comparuit, creditumque eſt vulgò, eum terræ hiatu abſorptum, meritum ſancto Epiſcopo ſupplicium expendiſſe. Verneri corpus Ploſcum delatum, honorifice ſepultum eſt. Nec ita multo poſt, variis & ſalutiferis hominum generi miraculis cæpit ſepulchrum eius illuſtrari.

[f] Fere eodem tempore Fridericus Rom. Imp. nobili viro Ildebrandino Comiti Palatino Tuſciæ ac hæredibus natis & naſcituris ex Maria vxore ſua viuente confirmauit bona, poſſeſſiones, caſtra & iura omnia quæ tunc legitime poſſidebat tam in terra quam in mari: & præſertim caſtrum de Serpẽna, cum tota Curte & diſtrictu ſuo, & cum ſua argenti fodina quam ei donauit. Inſuper conceſſit ei omnia regalia & omnem iuriſdictionem quam Imperatores habebant in poſſeſſionibus ſuis: ſaluo tamen iure & honore Imperiali.

IESV CHRISTI ANnus 1171.

ALEXANDRI PAP. III. ANNO XII. Friderici Imperatoris anno 17. Manuelis Imperat. anno 29.

ANNO *Christi* 1171. [a] Vix cæſus fuit ſanctus Thomas Archiepiſcopus Canthuarienſis, cum locus ſepulturæ illius maximis miraculis illuſtraretur, fama vero necis illius vniuerſam Europam impleret. Alexandro Pontifici Ludouicus Rex Galliæ primum ſignificauit, & eum ad vindicandam cædem, tum ad illuſtrandam gloriam ſancti martyris excitauit. Cogitabat Alexander, Regem Henricum anathemate percellere, & vniuerſum Regnum interdicto ſupponere. Cæterum cum ab vniuerſis Epiſcopis Anglis, & ab Henrico Rege literas & Nuncios accepiſſet, qui eam cædem ſine conſcientia Regis patratam fuiſſe excuſabant, iuramentumque pro eo interponebant, quia ſtaret Eccleſiæ mandatis, iudiciumque volens, lubens, ſubiret: in ipſum quidem ex nomine proprio, nihil acerbius conſtituit: cæterum die Cœnæ Domini excõmunicauit generaliter interfectores Cantuarienſis, & omnes qui conſilium, & auxilium vel aſſenſum præbuerunt, & omnes qui eos in terram ſuam recepiſſent aut fouiſſent.

Eodem anno, [b] Hiberniæ Archiepiſcopi, atque Epiſcopi dedentes ſe Henrico Regi Angliæ, Concilium celebrarunt Caſſelenſe. In quo, cum ſubſcriptionibus propriis Regnum Anglo ſtabiliuiſſent, tranſcriptum Alexandro Papæ tranſmiſerunt, qui illud auctoritate Apoſtolica cõfirmauit. Viginti octo Antiſtites, & quatuor Archipræſules ſubſcripſerunt. In eodem Concilio ſtatuerunt, vt pueri deferrentur ad Eccleſiã, & ibi baptizarentur in aqua munda ſub trina immerſione, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti Amen. Et hoc à Sacerdotibus fiat: niſi metu mortis impediente ab alio, & alia oportuerit fieri, & tunc à quolibet fiat ſine exceptione ſexus & ordinis. Et vt decimæ dentur Eccleſiis de omnibus quæ poſſidentur. Et vt omnes laici, qui vxores habere velint, eas ſecundum ius Eccleſiaſticum habeant.

(o)

IESV CHRISTI ANnus 1172.

ALEXANDRI PAP. III. ANNO XIII. FRIDERICI Imperatoris anno 18. Manuelis Imperatoris anno 30.

I. Henr. Rex Angl. iuramento purgat ſe à nece S. Thomæ.

a Roger. in Annal. Anglic. Cod. Vatic. lib. 5. epiſt. 89.

ANNO *Chriſti* 1172. [a] Theodinum tit. S. Vitalis, & Albertum tit. S. Laurentii in Lucina presbyteros Cardinales Legatos, Alexander Papa in Angliam deſtinarat, qui in occiſores S. Thomæ inquirerent. Apud Abrincam cum Henrico atque Epiſcopis vniuerſis conuenerunt, quinto Calen. Octob. die feſto SS. Coſmæ & Damiani. Ibi in Eccleſia S. Andreæ Apoſtoli, aſſiſtente etiam Henrico Rege filio, Henricus ſenior coram Cardinalibus, & omni clero ac populo ſuper ſanctis Euangeliis & SS. reliquiis innocentiam ſuam purgauit, Sacramento concepto hiſce verbis:

Ego Henricus Rex iuro ſuper hæc ſancta Dei Euangelia, quod mortem Thomæ Archiepiſcopi Cantuarienſis neque cogitaui, neq; ſciui, nec fieri præcepi. Et quando cognoui factum ipſum fuiſſe perpetratum, triſtis effectus ſum magis, quam ſi meum proprium filium cognouiſſem interfectum. Sed in hoc me non valeo excuſare, quod occaſione commotionis & iracundiæ meæ, quam aduerſus ſanctum virum conceperam, interfectus fuit. Porro pro huiuſmodi reatu, quia cauſam mortis eius dediſſe videor: milites ducentos ſub expenſis meis ad defenſionem Chriſtianitatis abſq; dilatione Hieroſolymam deſtinabo per annum ibidem permanſuros, vel tantum eis perſoluam, vnde totidem milites ibi per annum valeant commorari. Signum quoque Dominicæ Crucis vſque ad triennium accipiam, & in propria perſona illuc proficiſcar, niſi de Romani Pontificis licentia remaneam. Illicitas conſuetudines, quas temporibus meis in tota terra mea introduxi, penitus caſſo, & ex hoc minime obſeruari decerno. Appellationes vero ad ſedē Apoſtolicam de cætero libere fieri permittam, & in hoc neminem prohibebo. Præterea ego & maior filius meus Rex iuramus, quod à Domino Alexandro Papa, & eius Catholicis ſucceſſoribus recipiemus & tenebimus regnū Angliæ; & nos, & ſucceſſores noſtri in perpetuum non reputabimus nos Angliæ Reges, donec ipſi nos Catholicos Reges tenuerint, & alia, vt in propoſitis capitulis.

Porro illa capitula fuerant ei à Legatis propoſita.

II. Cōditiones pro abſolutione ſuſcepiæ à Rege Angl.

1. *Alet ducentos milites per annum integrum ſumptibus ſuis; videlicet vnicuique militi dans 300. aureos in terra Hieroſolymitana contra Paganos, ſecundum diſpoſitionem Templariorum.*

2. *Praua ſtatuta de Clarendona, vbi vulgata ſunt, & omnes malas conſuetudines, quæ in diebus ſuis in Eccleſias Dei inducta ſunt, penitus dimittet; Si quæ autem fuerint malæ ante tempora ſua, illas iuxta mandatum Domini Papæ & conſilio religioſorum virorum temperabit.*

3. *Eccleſiæ Cantuarienſi omnem integritatem ſuam in terris, & in alijs rebus reſtituet, ſicut fuit anno antequam Archiepiſcopus iram Regis incurreret: & quod omnibus, quibus offenſus erat propter Archiepiſcopū pacem & amorem reddet, & plenitudinem poſſeſſionum ſuarum.*

4. *Si neceſſe fuerit, & Dominus Papa ei mandauerit, ibit in Hiſpaniam, ad liberandam terram illam à Paganis. Iniunxerunt etiam ſecretius ieiunia & eleemoſynas, & alia quædam, quæ ad communem audientiam peruenerunt.* Hæc omnia cum Rex ſpopondiſſet, deduxerunt eum Legati extra oſtium Eccleſiæ: ibique flexis genibus, non tamen exutis veſtibus, neque verberibus appoſitis abſolutus eſt, & in Eccleſiam introductus.

III. Canones Eccleſiaſtic. à Cardinal. in Anglia editi.

His reb. ad Regis abſolutionem pertinentibus tranſactis, Concilio Epiſcoporum habito, Legati Cardinales, infraſcriptos Canones ediderunt.

1. *Pueri ad regimen illarum Eccleſiarum, & ad illa adminiſtranda, in quibus cura eſt animarum, minime admittantur. 2. Filij Sacerdotum non ponantur in Eccleſiis patrum ſuorum. 3. Laici partem oblationum in Eccleſia non percipiant. 4. Eccleſiæ Vicarijs annuis non committantur. 5. Sacerdotes maiorum Eccleſiarum, quibus ad hoc ſuppetunt facultates, alium ſub ſe presbyterum rogantur habere. 6. Sacerdotes non ordinentur ſine certo titulo. 7. Eccleſiæ ad Firmam annuam non tradantur. 8. De certa parte decimarum nihil presbytero, qui ſeruit Eccleſiæ, auferatur. 9. Qui decimas hæreditario iure tenent, licentia ſit, cui voluerint, idoneo clerico dare eo quidem tenore, vt poſt eum ad Eccleſiam, cui de iure competunt, reuertantur. 10. Vir ad religionem non tranſeat, vxore in ſeculo remanente, vel è conuerſo, niſi ambo vacandi operibus carnis tempus exceſſerint. 11. In Aduentu Domini omnibus qui poterunt, maxime autem clericis & militibus, ieiunium, & abſtinentia carnium indicatur. 12. Clerici iudices non parantur ad iuriſdictiones ſæcularium poteſtatum adminiſtrandas. Qui autem hoc præſumpſerint, à beneficiis Eccleſiaſticis arceantur. 13. Eccleſia Cantuarienſis reconcilietur, ita tamen vt Sacramentum priſtinæ dedicationis non iteretur: ſed ſicut ſolet fieri in Eccleſia Beati Petri, tantum aqua benedicta aſpergatur.* Scripſerunt etiam Cardinales Legati, Clericis Eccleſię Cantuarienſis: à quibus cerebrum Sancti Thomę ex pauimento collectum, vna cum tunica ſanguine eiuſdem cruentata recipientes Romam reuerſi, ſacra pignora in Eccleſia S. Mariæ maioris repoſuerunt, ſummo autem Pontifici quę geſſiſſent per literas ſignificarunt. Nam per ea tempora Alexander è Tuſculano in Campaniam ſeceſſerat, eo quod pars illa quæ Friderico fauebat, Magiſtratum *V*rbanum adminiſtraret. Commiſit poſtea Alexander Bituricenſi Archiepiſcopo & Niuernenſi Epiſcopo, vt ſatisfactione recepta à Londonienſi & Saresberienſ. Epiſcopis, eos ab excommunicationis vinculo exſoluerent.

IV. Celebres Cōmilitones S. Thomæ.

Commilitones Sancti Thomæ martyris, qui eum in exilium fuerant ſecuti, celebriores numerantur; 1. Nomine & natione Lombardus, patria Placentinus, doctrina celebris, quem ab exilio reducem Alexander S. R. E. Cardinalem, & Archiepiſcopum Beneuentanum creauit. 2. Ioannes Saresberienſis, poſt martyrium S. Thomæ Epiſcopus Carnotenſis. 3. Robertus Anglus, ad Epiſcopatum Herefordenſem aſſumptus. 4. Reginaldus Anglus, cognomento Lombardus, in Epiſcopum Bathonienſem electus. 5. Gerardus ad Conuentrenſem Epiſcopatum promotus. 6. Hugo natione Romanus, & in Epiſcopatu Gerardi ſucceſſor. 7 Gilebertus Anglus, creatus poſtea Roffenſis Epiſcopus. 8. Radulphus, in exilio factus Decanus Eccleſiæ Rhemenſis. 9. Hubertus poſtea Archiepiſcopus Mediolanenſis, & inde ſummus Pontifex, Vrbani III. nomine ſalutatus. Memorantur & alii ſocii paſſionis & gloriæ viri illuſtres.

V. Pœnitētia & exitus occiſorum S. Thomę.

Inter hæc autem ſacrilegi illi martyris percuſſores, qui hactenus extremam Angliæ oram in vnius ex eis poſſeſſionibus habitarunt; cum viderent ſe ab omnibus hominibus vitari, quin etiam ab animalibus vt execrabiles haberi, (canes enim quantumlibet famelici panem ab eis porrectum vt intinctum veneno anathematis horrebant) longius autem à ſeipſis eos ſua ipſorum conſcientia mali conſcia propulſante, inuocantes eum quem percuſſerant ſanctum, conſilio ſalubri Romam ad Alexandrum Papam pertexerunt. Ex percuſſoribus S. Thomæ vnus fuit genere Vrſinus, cum per id temporis ea familia, Regiam cognatione attingeret. Iuſſit Pontifex in expiationem immaniſſimi ſacrilegii, tranſmarinas quærere Chriſti præſentia illuſtratas regiones, petere loca Sancta, vt vbi Chriſtus operatus eſt ſalutem in medio terræ, ſanguine fuſo in humani generis redemptionem: illic ipſi, qui iniquiſſime ſanguinem fudiſſent innocentiſſimum, eius ſanguine mundarentur. Dum pergerent, vnus ex illis, idemq; Princeps & inſtigator, primuſq; percuſſor viri ſanctiſſimi, Villelmus Traci, vbi in Calabriam perueniſſet, moras nectens Coſentiæ, graui percuſſus infirmitate coact⁹ eſt remanere, reliquis trib. capeſſētibus iniunctū iter. Ita plane in exemplum iuſtitiæ magni Dei hic retentus eſt in Italia, vt diſcerent Occidentales, ne tanto ſui detrimento quis audacē manum in Chriſtum Dominū auderet immittere. Etenim tali infirmitate percuſſus à Deo fuit, vt putreſcentib. carnibus, apparentib. neruis & oſſibus, eædē è compagib. ſuis ſolutæ ſiue ſpōte diffluerent, ſiue manibus ipſius ſui carnificis doloris impatientis diuellerentur, inuocantis iugiter in auxilium quem occidiſſet martyrem Thomam, quouſque extremum ſpiritum efflauit. Reliqui tres, qui Hieroſolymam nauigarant, in loco dicto nigro monte, iuſſu Pontificis

tamquam carcere clauſi, extremum diem vtiq; pœnitentes anno ſequenti obierunt, & ante oſtium Templi ſepulti ſunt, hac eis ſuperpoſita ſcriptura: *hic iacent miſeri, qui martyrizauerant Beatum Thomam Archiepiſcopum Cantuarienſem.*

IESV CHRISTI ANNUS 1173.

ALEXANDRI PAPÆ III. ANNO XIV. FRIDERICI Imp. ann. 19. Manuelis Imp. ann. 31.

I. Thomas Cãtuarienſ. canonizatur à Pontifice. a *Eduard.*

ANNO *Chriſti* 1173. [a] Thoma Cantuarienſe occiſo, multis miraculis eius ſanctitatem Deus declarauit. Hæc ipſo initio occultabantur tamquam non habitura fidem, donec iis multiplicatis ceſſit aduerſariorum impietas, & obſtructum eſt os loquentium iniqua. Hæc vt explorato cognoſceret Alexander, Legatos in Angliam emiſit: & tãdem eumdem Thomam Sanctorum martyrum catalogo, in die Purificationis B. Mariæ adſcripſit, & miſſarum ſolemnia ad honorem ipſius ſpecialiter celebrauit, atq; paſſionis eiuſdem memoriam quarto Kal. Ian. perpetuo agi debere conſtituit; datis literis tum ad Cantuarienſes, tum ad omnes Chriſti fideles.

II. Diſſidia inter Regem Angl. & Filium. b *Petrus Bleſen. ep. 136. & 69*

[b] Interim Henricus Rex iuſta numinis vindicta, exagitatus eſt à filio Henrico Rege. Poſtulauerat à patre aliquam ciuitatem, quam vna cum vxore, filia Regis Franciæ inhabitaret. Ceterum cum is negaſſet, arma vna cum fratribus contra Patrem ſumpſit: & tantopere illũ diuexauit, vt neceſſe habuerit Alexandro Pontifici ſupplex fieri, qui Regnũ feudale illi tueretur. Commiſit Alexander omnibus Epiſcopis, vt eos omnes, quicumq; pacem Regis turbarent, appellatione remota, excommunicationis vinculo aſtringerent. Quod antequam faceret Richardus Cantuarienſis Archiepiſcopus, Henricum tertium admonuit, vt infra quindecim dies patris gratiam demereri ſtuderet. Monuit eumdem & Rotrodus Archiepiſcopus Rothomagenſis; ſcribens inter alia:

Rotrodus filio Regis pacem ſuadet.

Si pietas habitaret in terris, glorioſius aſſereres, patri cedere, quã triumphare de patre. Patri cedere & ſubiici, hoc lex Moyſis, hoc lex Euangelii, hoc cenſura canonum, hoc Apoſtolorum inſtitutio, hoc leges Imperiales, hoc ipſa hominum conditio, & lex naturalis indicit. Dei & iuſtitiæ inimicum, omniumque legum te transgreſſorem conſtituis, ſi patri non obedis, cui totum debes, quod ipſe es: de cuius carne & ſanguine ſementina originis, & natura beneficio carnem & ſanguinem mutuaſti. Quis tibi materiam exiſtentiæ præbuit? Pater tuus. Quis te educauit? Pater tuus. Quis te armis militaribus inſtruxit? Pater tuus. Quis ſe exinaniuit vt regem faceret? Pater tuus. Quis in omnibus laborauit, vt quiete omnia poſſideres? Pater tuus. Nihil in patre tuo inuenis accuſandum, niſi quod exuberantem gratiam, ſuamque deuotionem, quam forte remiſſior munificentia meruiſſet, ſola benigna & effuſa liberalitate demeruit. Hæc & alia Rotrodus Henrico iuniori. In cuius gratiam, cum etiam Eleonora Senior Regina vna cum filiis à Rege marito Henrico diſceſſiſſet, tam ipſe Rotrodus, quam Vuillelmus Rex Siciliæ, vt Regi reconciliaretur, per literas curauerunt.

IESV CHRISTI ANNUS 1174.

ALEXANDRI PAP. III. ANN. XV. FRIDERICI Imp. anno 20. Manuelis Imp. ann. 32.

I. Henric. III Angl Regis filius rebellat Patri. a *Rogerius in Annalib.*

ANNO *Chriſti* 1174. [a] Quibuſdam Eccleſiæ Angliæ, ſciente & conſentiente Henrico Rege Seniore, præfecti fuerant Epiſcopi; Sc. Richardus Cantuarienſi, Reginaldus Bathonienſi, Richardus alter Vuintonienſi, Robertus Herefordenſi, Gaufredus Elienſi, & Ioannes Ciſtercienſi. Hi omnes vna cum Richardo Cantuarienſi Romam pertexerant, vt à ſede Apoſtolica confirmarentur. Horum confirmationem vt Henricus Iunior impediret, etiam ipſe Romam miſit. In eo enim totus incubuit, vt Patri in omnibus aduerſaretur.

II. Regis pœnitentia & ad ſepulchrũ Thomæ peregrinatio.

Gliſcebat ea ſeditio maximum in modum, fere omnibus & domeſticis & extraneis cum iuniore contra Seniorem Henricum conſpirantibus. Vnde vehementer conſtrictus Henricus pater, audiens Sanctum Thomam maximis ad cõſolationem hominum fulgere miraculis, pelagum transfretauit, vt Sanctum martyrem ſibi redderet propitium. Antequam Cantuariam intraret, vt ipſam vidit metropolitanam Eccleſiam, vbi martyr requieſcit, mox incredibiliter humiliatus, exinaniuit ſe poteſtate tanta, & pauperis ſerui formam indutus, nudis pedibus, toto corpore vili quadam tunica ſuper nudo amictus, palam in omnium conſpectu ciuitatem pedes intrauit, & per vicos & plateas ciuitatis lutcas tamquam de viliſſimis plebeis vnus, abiecte inceſſit, Dauidis imitatus exemplum, qui Abſalonem filium eo corporis ſqualore fugiebat. Ad martyris ſepulchrum accedens, tota illa die ac nocte ſequente ieiunus & peruigil, ſuſpiriis & gemitibus ante ſanctum pernoctauit. Conuocato etiam fratrum cætu, à ſingulis virgæ diſciplinalis percuſſiones ſingulas, velut ſecundas quaſdam quadragenas Apoſtolicis, immo regias nouas, & vſque tunc inauditas accepit: cum primo ab Epiſcopis quinquies cæſus eſſet. Numerabantur octoginta terni ictus, quos ei, caput in tumuli feneſtram magna humilitate ſubmittenti, ipſi monachi inflixerunt. Mane ſubſequenti, vt erat illutatus, ſacrificio miſſæ ante ſepulchrum martyris audito, receſſit; magna ſpe interim concepta futuræ conſolationis. Nec falſus fuit ſpe illa. Eodem ſiquidem tempore maior hoſtium ſuorum Rex Scotiæ, à paucis militibus captus in manus eius venit: & filius armis depoſitis eidem paulo poſt reconciliatus eſt.

Rex ope D. Thomæ hoſtes ſuperat.

III. Alexãdriã obſeſſam à Frid. Imp. D. Petrus liberat. b *Dodechin & Acta Alexand.*

[b] Fridericus Imperator in Italiam armatus veniens, ciuitatem Aſſenſem dedentem ſe cepit. Caſtris autem ad Alexandrinam recens ædificatam motis, necquicquam contra eam, licet immunitam, profecit; primum pluuiarum inundatione, deinde hyemis aſperitate, & equorum atque hominum mortalitate; & ad extremum Alexandrinorum robore, magis autem Deo & Diuo Petro pro ſuis clientibus depugnante fractus atque profligatus.

IV. De Bernardi Canonici Regularium vita Angelicã.

Circa hoc tempus vixit Bernardus Auguſtæ Prætoriæ in Salaſſis ortus. Is pie educatus, habitum Canonicorum regularium, in Canonicat. S. Viſi Epiſc. ſuſcepit, vitam potius Angelicam, quam humanam degens. Literis ſacris inſtructus, per Vrbes finitimas, caſtella, & pagos prędicans, magna fecit animarum lucra. Ad Montem Ioui conſecratum profectus, ea loca, à Dæmonum, qui accolas & tranſeuntes vexabant, multitudine liberauit, cænobio ibi extructo: quod ad hæc vſque tempora manet, omnes ex Italia in Galliam, & ex Gallia in Italiam aduenientes excipiens. Vitia, in quibus Alpini populi merſi erant, ſua prædicatione expiauit. Diuitem, qui multos vſuris ad inopiam redegerat, ſic corripuit, vt igne in eius domo accenſo, ſubſtantiaque fere omni conſumpta, quantum potuit, reſtituerit, in alterumque virum mutatus miram egerit pœnitentiam. Nouariam veniens, in Monaſterio S. Laurentii febre correptus, migrauit è vita, cum nunquam ab orationibus & colloquiis diuinis ceſſaſſet. Corpus in eo monaſterio conditum eſt, caput autem poſt aliquot annos, in montem prædictum delatum, in Eccleſia ſui nominis depoſitum eſt. *Ex monumentis illarum Eccleſiarum.*

IESV CHRISTI ANNUS 1175.

ALEXANDRI PAPÆ III. ANN. XVI. FRIDERICI Imp. ann. 21. Manuelis Imp. ann. 33.

I Quomodo Alexandria fugatur exercitus Friderici. a *Acta Alexand.*

ANNO *Chriſti* 1175. [a] Perſeuerauit in annum præſentem Fridericus Alexandriam infeſtare. Cui ciuitati cum fœderatæ Ciuitates Longobardiæ opem contuliſſent, maiora tamen auxilia Diuus Petrus tutelaris. Nã cũ Frideric⁹ datis feria ſexta Paraſceues induciis, ſecuros

A Alexandrinos noctu inuaſiſſet, & cuniculis actis, plurimos militum in vrbem intromittere curaſſet, viſus eſt ante Alexandrinos vim vi repellẽtes, beatus Petrus equo albo inſidens, armis corruſcantibus præire, atque in aduerſarios exercitus impetu vehementi irruere. Vnde animis ſumptis obſeſſi erumpentes, copias Friderici in gladio cæciderunt, & Imperatorem in fugam coniecerunt. Propter eam victoriam Alexander Papa, Alexandriã in ciuitatem erexit, eique ſedem Epiſcopalem conceſſit, prælato eidem Arduino S. R. E. ſubdiacono. Cæterum quia Papienſes diu Octauiano hæreſiarchæ & Friderico Imperatori excommunicato adhæſerant, & poſt præſtitam ſatisfactionem eũdem Fridericum in grauem iacturam Eccleſiæ & Lombardiæ ciuitatum præſumpſerant in Italiam reuocare, eorum Epiſcopum crucis & pallii dignitate priuauit.

II. Fridericus pacem doloſe ſimulat.

Ab hac fuga Friderici Lombardiæ ciuitates confæderatæ, maiores animos contra eum ſumpſerunt. Tentabat aliquas earum nomine pacis ſeducere, verumtamen omnes profitebantur, ſe nihil inſcio & inuito Alexandro poſſe facere; B pro cuius & Romanæ Eccleſiæ defenſione arma ſumpſiſſent. Inter has anguſtias cogitauit, ſi quomodo poſſet, titulo concordiæ, Alexandro illudere. Quamobrem Portuẽſem, Oſtienſem, & ſancti Petri ad vincula Cardinales per literas inuitauit, vt Papiam venirent, de pace Eccleſiæ & Imperii tractaturi. Miſſos ab Alexandro illos tres viros Legatos, capite aperto ſalutauit; & ſe concordiæ cupientem præ ſe ſignificauit. Non reddiderunt illi ſalutem Imperatori, quod nondũ anathemate exſolutus eſſet; cæterum voluntatem Alexandri in eo eſſe aſſeruerunt, vt depoſitis contentionibus mutua neceſſitudine iungerentur. Addebant; orantes, ne ſe difficilem exhiberet, neue toto orbe Alexandrum C Pontificem ſalutante, ipſe vnus ſolus repugnaret. Delecti ab Imperatore Principes, ad conditiones pacis ſtabiliendas, aliquot diebus cum Legatis Cardinalibus contulerunt, atque vtrimque propoſita capitula moderabantur. Cæterum, cum multo plura quam ius & fas erat Imperator à Pontifice in ſpiritualibus exigeret, re infecta diſceſſum eſt. Neque enim concordiam ex animo Fridericus quærebat, ſed tantum vt bellum inſtans Longobardorum ſuſpenderet, vſq; ad tempus, quo ipſa hyems bella concitata dirimeret.

III. Synodus Anglicana pro diſcipl. Eccl. reſtauranda. b *Roger. in Annal.*

[b] In Anglia, apud Vueſtmonaſterienſem ciuitatẽ Richardus Archiepiſcopus Cantuarienſis Synodum celebrauit: in quo decem & octo Canones, pro diſciplina Eccleſiaſtica conſtituit. Inter quos vnus eſt; ne ad decem Præfationes aliam vel alias quilibet auderet adiicere. Cõtrouerſia inter Archiepiſcopos Cantuarienſem & Eboracenſem, quia maioris fuerat momenti, quam vt Epiſcoporum decreto diffiniretur, ad ſedem Apoſtolicam D delata fuit. Cuius cauſa, Rege petente, Alexander Legatum miſit Hugezum S. R. E. diaconum Cardinalem S. Michaelis.

IV. * Miecislaus Rex Polon. affligit ſubditos. c *Cromer. lib. 6.*

Per id temporis [c] Miecislaus cognomento ſenex Rempubl. Poloniæ adminiſtrabat; ſed nimis impotenter. Nam & ipſe nouis exactionibus, & officiales ipſius inſolentibus rapinis, clerum iuxta ac populum, afflixerant. Præclarum viri & Paſtoris fortis ſpecimen præſtitit tunc Gedeon Epiſcopus Cracouienſis. Cum enim apertis monitis ſuis, quibus frequenter animum Principis, ſed fruſtra pulſauerat, præcluſum aditum eſſe ad eius aures videret, callide commentus eſt, quomodo eum ipſiuſmet iudicio reuinceret. E Mulierem ſubornauit, quæ ſordido & miſerabili habitu aſſumpto, vbi in conſpectum Principis venit, lamentabili voce & eiulatu ementito opem eius implorauit. Motus eius lachrymis & importuno clamore Miecislaus, accitam, quid queratur, quidve ſibi vellet rogauit. Ibi illa; gregem ſe ouium numeroſum habuiſſe, & filio commendaſſe, illum porro mediaſtinis paſcendum commiſiſſe: eorum negligentia gregem à lupis dilaniatum, ſeque ad extremam inopiam inde redactam eſſe: rogare, vt cuius culpa damnum datum eſſet, ab eo præſtaretur. Citati mediaſtini, qui pariter ſubornati venerant, negabant ſua negligentia damnum datum eſſe, verum adoleſcentis qui priuignus, non filius eſſet eius mulieris culpa. Eum enim venationi deditum, feros canes alere, qui ſoluti partim ipſi gregem laniarint, partim diſiectum ac diſſipatum lupis in prædam tradiderint: Eum igitur damnum præſtare oportere: ſe neque canes abigere, neque diſperſis ouibus ſuccurrere potuiſſe. Aderat & adoleſcens, crimenque in mediaſtinos referebat: ſe præſidio gregis canes aluiſſe. Neque tamen ſatis illorum dicta refellebat. Cognita cauſa Miecislaus, cum nonnihil cogitaſſet, condemnauit matri ſiue nouercæ adoleſcentem damni infecti.

Præclarum facinus Gedeonis Epiſco. Craco. ad reprimẽdam iniuriam Miecislai in ſubditos.

Approbauerunt, qui tum aderant, Senatores Principis iudicium. Ibi tum Gedeon; *Iuſtè, inquit, & ſapienter iudicaſti, Princeps inclyte. Adoleſcens certè materna calamitatis & laniati gregis culpam ſuſtinet; quippe, qui eiuſmodi canes apud gregem habuerit, & relaxarit, qui non modo præſidio gregi aduerſus lupos non fuerunt, verum ipſi eum vel concerpſerunt, vel certe diſſiparunt, quo magis luporum morſibus eſſet obnoxius. Verum tunc demum iuſti & veri iudicis functus eris officio, ſi iudicatum ipſe facias: & qua in alios ſtatuis, primus ipſe in te præſtes. In te ipſe nunc iuſtam tuliſti ſententiam; te ipſe condemnaſti: Tu namque matrem tuam Rempublicam Polonam florentiſſimam dudum & ampliſſimam, affligis. Te illa in lucem editum, ac tenere educatum, ad hoc honoris faſtigium extulit: Tibi gregem ſuum, ſeque ipſam curandam atque tuendam commendauit. Tu porro gregem eum numariis iudicibus & magiſtratibus tradis: tu feros canes, hoc eſt, acerbos & crudeles exactores & præfectos facultatibus & ſanguine innocentium hominum ſaginas: quorum cæca cupiditate & aſperitate fit, tenuiores vt à potentioribus, perinde quaſi à lupis impunè diripiantur & opprimantur. Hæc damna omnia ac incommoda reipublica abs te præſtanda ſunt, quemadmodum ipſe iudicaſti, ſi non humano, at diuino quidem certè iudicio: quod nemo quamuis magnus, quamuis potens, quamuis ſapiens recuſare poteſt, aut effugere. Quamquam autem te volente ac iubente iſta fieri, vita abs te antè acta, cuius merito ſenis cognomen iam inde à puero meruiſti, credere vetat, in te tamen omnis culpa hæret. Tu mali occaſionem das, dum canes illos tuos non coerces, dum lupos non perſequeris, dum denique precio magiſtratus addis. Reſipiſce igitur, & miſeram ſordidatamque matrem, afflictam rempublicam, quam florentem accepiſti, reſpice: ne eas perditum, quam ſeruare debes. Si præſtare præterita non vis, aut non potes: at in poſterum ne quid loci querelis hominum relinquas. Ita autem exiſtimato, per me tibi nunc vniuerſam rempubl. ad genua tua accidentem ſupplicare. Quod ſi preces eius repudias, illa quidem fortaſſe diuinitus ſalutem & præſidium naſta fuerit; at tu vltorem Deum experiere, ſeueriorem fortaſſe, quam cognominis tuus Miecislaus Rex, quam Boleslaus eius nominis ſecundus maiores tui, quam Vladislaus frater, quam denique omnes quicumque vſquam auarè & crudeliter dominati ſunt: quandoquidem eorum exemplis & exitu non commoueris.* Hæc Gedeon & Miecislaum Principem, qui cum monita Epiſcopi nihili habuiſſet, vniuerſi Senatus decreto paulo poſt abſens Principatu deiectus eſt.

Verba Gedeonis ad Miecislaũ Regem.

V. Primordia & incremẽta militum D. Iacobi.

Per hæc tempora milites ii qui Diui Iacobi nomen inſigne præferunt, celebrari cæperunt. Hæc res admonet, vt de principiis eius militiæ; & quibus modis ab humili ducta, in hanc amplitudinem creuerit, regiæ æmulam, & formidabilem aliquando, compendio exponamus. Quo ex tempore, Diui Iacobi Apoſtoli ſepulchrũ vbi eſſet, cognitum eſt, eius loci religio nõ tota Hiſpania modo, ſed etiã apud externas nationes propagari cæpit. Multi ex toto orbe mortales cõueniebãt; plures alios itineris difficultas propter locorũ aſperitatẽ ſterilitatemq; deterrebat: & Maurorum incurſiones, à quibus multos in captiuitatem agi nunciabatur. Huic malo occurrere cupientes Diui Eligii Canonici Sacerdotes, multis locis toto eo itinere, quod ad Galliam pertinet, domicilia conſtituere peregrinis excipiendis: in quibus quod in ſuburbio Legionenſi Diui Marci nomine ædificatum eſt, principem locum obtinuit. Eo pietatis officio non plebis tantum animos, ſed etiam Principum voluntates conciliarunt. Vnde magnis opibus & vectigalibus aucti tunc ſunt; & poſtmodum eorum exemplo nonnulli viri

Digitized by Google

militares in Caſtella nobiles atque copioſi, in ſtudio nominis Chriſtiani amplificandi perſtiterunt, priuatis rebus in commune collatis. Ii per hæc tempora *Hyacinthi Vrſini Cardinalis Legati* induſtria, cum Diui Eligii, qui domicilium prope Compoſtellam habent, Canonicis vires ſociare certi, Romam profecti ſunt, vt Pontifici Alexandro vitæ genus probarent, quod ad Diui Auguſtini normam, quam Diui Eligii Canonici amplexi erant, inſtituere cupiebant. Petrus Fernandus à Ponte Encalato, eius legationis Princeps intercedente Hyacintho diploma ab Alexandro Pont. obtinuit III. Non. Iulii anno *M.C.LXXV.* quo militibus viuendi ratio ab eodem *Hyacintho Vrſino Legato Cardinale* præſcripta eſt, & optimis inſtitutis temperata. Ex omni militum numero tredecim omnino viros deligere iuſſum, qui à Magiſtri latere numquam diſcederent, & cum eo quotannis loco deſignato conuentus generales celebrarent. Petrus ipſe Fernandus, eius militiæ primus Magiſter creatus. Inſigne militibus in veſte candida crux rubra, in gladii militaris modum conformata. Domicilio Xenodochium Diui Marci nomine Legione deſignatum ampliſſimæ poſſeſſiones in Caſtella atque Legione attributæ. *Mariana lib.11.c.13.*

A

*Horum vitæ genus diplomate Pontif. probatum.

B

VI. Qualis fuerit Hyacinthus Card.

Quod *Hyacinthum Cardinalem* attinet, fuit is gente Vrſina, Romæ, patre (quemadmodum monimenta eius familiæ habent) Bobone Vrſino, non gente Bubona natus, & à Cæleſtino II. Pont. Max propter virtutes & merita, in collegium Cardinalium adſcitus. Legatus in Hiſpanias, præter alia magna quæ bono reipub. Chriſtianæ geſſit; Vrbi Albarracinæ recens è Mauris ereptę, Martinum Epiſcopum primum dedit, nouamque indidem Eccleſiam erexit. Deinde pro ea cognatione & neceſſitudine, quæ illum inter & Reges Caſtellæ erat, vt maiores templi Toletani Sacerdotes, Epiſcoporum ad inſtar mitris vterentur, dum res diuina peragitur, ab Alexandro Pontifice impetrauit, idque priuilegium poſtea Romanus Pontif. ex Cæleſtini III. nomine renunciatus auxit. Præter etiam alia multa, quæ Legatus ſapientiſſime tota prouincia conſtituit, in cauſa Primatus Archiepiſcopi Toletani, ſecundum tabulas Toletanæ Eccleſiæ contra Compoſtellanum Archiepiſcopum litem diremit, atque veteris controuerſiæ Cerebrunus Archiepiſcopus, vt nouus victor eſſet, effecit, pronunciata ſententia.

lib 9 c.19. C

VII. Literæ Alexand PP ad Cerebrinũ pro confirmatione primatus Eccleſiæ Toletanæ.

Alexandri eo nomine III. litteras ad Cerebrunum, quæ à maioribus erant inſtituta præclare nouo decreto confirmantis, hic inſerendas eſſe iudicauimus. Ita habent. D

Alexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, venerabili fratri Cerebruno Toletano Archiepiſcopo, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum pro negotiis commiſſæ tibi Eccleſiæ imminentibus, nuncium ſuum ad nos tua fraternitas deſtinaſſet, à ſede Apoſtolica, quæ iuſta petentium vota ſemper conſueuit admittere, per eumdem nuncium ſuppliciter poſtulaſti, anteceſſorum noſtrorum felicis memoriæ, Paſchalis, Calixti, Honorii & Eugenii priuilegium tibi & litteras innouari: in quibus Hiſpaniarum Primatus Toletana Eccleſia noſcitur indulgeri. Nos autem quoniam te ſyncera in Domino charitate diligimus, & perſonam tuam, quæ inconcuſſa eſt columna Eccleſiæ & ſtabile firmamentum, quibuſcumque modis conuenit, propoſuimus honorare: poſtulationem tuam duximus admittendam, & deſiderium tuum effectu ſuo paſſi non fuimus defraudari. Verum communicato fratrum noſtrorum conſilio, ad exemplar prædeceſſoris noſtri bonæ memoriæ Hadriani Papæ, Apoſtolicæ ſedis auctoritate ſtatuimus, vt iuxta præpoſitæ petitionis iudicium deberet priuilegium ſimul cum litteris innouari: & ſicut Eccleſia tua ex antiquo habuerit, in tota Hiſpaniarum regione Primatum, ſic tu, & Eccleſia Toletana, cui Domino auctore præeſſe dignoſceris, eumdem Primatum debeas ſuper omnibus in perpetuum obtinere. Adiicientes priuilegio, quod Pelagius quondam Archiepiſcopus, à prædeceſſore noſtro bonæ memoriæ Anaſtaſio Papa, videlicet, quod iure Primatus non deberet Eccleſia ſua eſſe ſubiectus, dicitur impetraſſe, ſcilicet priuilegium iam dicti anteceſſoris noſtri, ſanctæ recordationis Eugenii Papæ, prædeceſſori tuo ſuper conceſſione Primatus, indultum, illi modis omnibus præiudicare decernimus, præſertim cum illud Anaſtaſii, neque de communi, neque de ſaniori parte fratrum conſilio fuiſſet elicitum. Decernimus itaque vt ipſe Compoſtellanus Archiepiſcopus, ſicut reliqui Hiſpaniarum Pontifices, tibi tamquam primati ſuo & ſucceſſoribus tuis obedientiam de cætero & ſubiectionem iure Primatus impendant, & dignitas ipſa tibi tuiſque ſucceſſoribus ſemper firma permaneat, & perpetuis temporibus illibata. Statuimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat hanc noſtræ conceſſionis & confirmationis paginam auſu temerario infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Beneuenti, per manum Gerardi Sanctæ Rom. Eccleſ. Notarii VIII. Kal. Decemb. *Mariana lib.9.c.19.& lib.11.c.12.*

E

A

B

IESV CHRISTI ANNUS 1176.

ALEXANDRI PAPÆ III. ANN. XVII. Friderici Imp. ann. 22. Manuelis Imper. ann. 34.

ANNO *Chriſti* 1176. [a] Fidericus Imp. vt Vuillelmum Siciliæ Regem ab Alexandro Pontifice alienaret, & ſibi conciliaret, offerebat ei filiam ſuam in coniugem. Cæterum Rex Vuillelmus ſciens hoc matrimonium Alexandro plurimum diſplicere, & Romanę Eccleſiæ plurimum incommodare, Deum & Alexandrum Papam in hac parte reueritus, Imperatoris amicitiam & filiam refutauit: cæterum Henrici Regis Angliæ Ioannam minorem natu F. miſſa Legatione expetiit, atq; ſummo honore deſtinatam excepit, & matrimonio ſibi coniunxit.

I. Vuillelmus Rex Sicil. ſpreta filia Friderici Imp. ducit in vxorem Ioannam filiam Reg Angliæ.
a Romualdus Salernit. in Chro.

C

Vbi his artibus nihil potuiſſet efficere, armis auxiliares Alexandro Lombardorum vires iterum tentauit, & Come exercitum educens, Mediolanenſium fines inopinato inuaſit. Verumtamen infeliciter pugnauit, pluimiſque ſuorum amiſſis, ipſe in prælio, ab equo confoſſo deiectus, & pro mortuo habitus vix poſtea euaſit. Multo tempore dubitatum eſt, etiam ab vxore, an ſuperſtes eſſet: cum de repente Comi quaſi ab inferis rediuiuus apparuiſſet. Animo & viribus plane deficiebat, in horas ſingulas res confœderatorum & Alexãdri potentiam augeri intelligens. Quamobrem ſimulatione depoſita, pacem & concordiam quam olim fingebat ſe deſiderare, ex animo poſtulauit; miſſis ad Alexandrum Legatis V. Magdeburgenſi Epiſcopo, Chriſtiano Moguntino Archiepiſcopo, P. Vuormatienſi Electo, & R. Protonotario Regni. Hi accepta plenaria poteſtate ſtatuendi & tranſigendi, apud Anagniam Pontificem humiliter conuenientes, tum in publico Conſiſtorio, tum in priuato ſacrario voluntatem Imperatoris coram Alexandro, Cardinalibus & vniuerſo Clero aſſidente expoſuerunt; quod pacem & concordiam vere & ſincere deſideraret eſſe ſtabilitam inter ſe & Alexandrum Papam, atque adeo vniuerſam Eccleſiam Romanam. Quindecim totis diebus tractauerunt; & quia Imperatoris præſentia neceſſaria videbatur, conſtituerunt, vt Fridericus Murinam, Alexander vero Bononiam adueniret. Saluis interim confœderatis Pontifici Lombardię Ciuitatib⁹, Vuillelmo Rege Siciliæ, & Manuele Cõſtantinopolitano Imperatore. [b] Nam & is contra Fridericum, non tam pro Alexandro quam pro re ſua multum opis & operæ polliceratur.

II. Frider. Imp victus à Mediolanẽſib. pacem ſerio petit.

D

E

b Nicetas Choniat in Emmanuele lib 2.

Eodem anno, [c] in prouincia Toloſana emerſerant quidã hæretici, Toloſates ſiue Albienſes dicti, qui ſe Bonos homines appellabant, Manichæis potius ſimiles quam Arrianis, licet Arrianorum appellatione denominarentur. Non recipiebant Legem Moyſis, neque prophetas, neque pſalmos, neq; vetus Teſtamentum, neq;

III. Albienſiũ hæreticorũ errores & damnatio.
c Rogerius in annalib. Angliæ

Docto-

Doctores noui teſtamenti, niſi tantum Euangelia & epiſtolas Pauli, & ſeptem Canonicas epiſtolas, & Actus Apoſtolorum, & Apocalypſim. Interrogati de fide, reſpondebant, non ſe teneri ad confeſſionem fidei. De ſalute hominum dicebant, quod ii tantum ſaluarentur, qui peccato originali actualia non adderēt. Aſſerebant quod Sacramenta mali Sacerdotes non conficerent, neque verum corpus & ſanguinem Chriſti in Euchariſtia conſecrarent; neque in confeſſione Sacramentali à peccatis abſoluerent. Inſuper quod vir & mulier non ſaluarentur, ſi carnaliter commiſcerentur: & quod milites vulnerati, ſi non confiterentur, ſalutem aſſequerentur; & quod iurantes, etiam iuſtè, damnarentur. Concilio contra eos Epiſcoporum & Abbatum collecto, ex ſolis auctoritatib. noui Teſtamenti, ad quod prouocabant, conuicti, & à Gerardo Albienſi Epiſc. damnati ſunt.

IV. Controuerſia inter Cantuarienſ. & Eboracenſem Archiepp.

In Anglia, Hugezun Cardinalis Legatus in cauſa Archiepiſcoporum Cantuarienſis & Eboracenſis miſſus, Concilio Londoni indicto, vix euaſit. Orta enim controuerſia inter vtrumque Archiepiſcoporum, quis illorum ſederet à dextris Cardinalis, miniſtri Cantuarienſis Eboracenſem male habuerunt, & in terram proiecerunt, & pedibus conculcarunt, & cappam illius diſciderunt.

V. Literę Cāt. Archiep. de non amouendis Epiſcopis à conſiliis Regis ad PP. d Petrus Bleſen. ep. 84.

Voluerat Papa Alexander tunc temporis Epiſcopos Anglicanos, ouibus ſuis neglectis, in Palatio regio conſiliis aſſidentes, à Curia ad Eccleſias reuocare. Cæterum Richardus Cantuarienſis Archiepiſcopus ex re reſpondit; non ex re eſſe ſi à conſilio Regio amouerentur. [d] Scribebat Alexandro: *Non eſt equidem nouum*, ait, *quod Regum conſiliis interſint Epiſcopi. Sicut enim honeſtate & ſapientia cæteros antecedunt: ſic expeditiores & efficaciores in Republica adminiſtratione cenſentur. Quia ſicut ſcriptum eſt, minus ſalubriter diſponitur regnum, quod non regitur conſilio ſapientum. Scriptum etiam legitis: Væ terra, cuius Rex puer eſt, & cuius Principes mane comedunt. Beata terra eſt, cuius Rex ſi nſatus eſt, & cuius Principes veſcuntur tempore ſuo. In quo notatur, eos conſiliis Regum debere aſſiſtere, qui ſciant, & velint, & poſſint patientibus compati, paci terræ ac populi ſaluti proſpicere, erudire ad iuſtitiam Reges, imminentibus occurrere periculis, vitæque maturioris exemplis informare ſubditos, & quadam auctoritate poteſtatiua præſumptionem malignantium cohibere. Regnum Hebræorum temporibus Roboam non fuiſſet diuiſum, nec receſſiſſent ab eo decem tribus, ſi prudentiores viros ſibi conſiliarios elegiſſet. Cum eſſet Saul prophetans inter eos qui inuocabant nomen Domini, regnum tamen Dauid erexit, & firmauit: ſolium eius inſtitutio Samuelis. Rex Ezechias oppreſſus à Senacherib, & quaſi in extremis anguſtiis conſtitutus, per Iſaiam ciuitatis liberationē, & beneficium conſolationis obtinuit. Eliſeus acriſiam Syris induxit, & cum beneficio Samariæ obſeſſores conuertuntur in fugā. Ioiadas Sacerdos Ioas filiū Ochoziæ à facie Athaliæ perſequentis abſcondit, quem cū erexiſſet in Regem, ſanctis moribus informauit. Sed Ioiada mortuo, cœpit Ioas à Dei legitimis declinare: quem cum Zacharias argueret, eum lapidibus obruit, & contriuit. In quo manifeſtiſſime liquet, quam vtilis & neceſſaria ſit conuerſatio, & doctrina iuſtorum his, qui populi regimen acceperunt. Nam temporibus Sedeciæ Regis non fuiſſet exterminatum regnum Iudæorum, niſi aduerſus Ieremiam, qui publicæ conſulebat vtilitati, præualuiſſent mendacia pſeudoprophetarum. Vnum noueritis, quia niſi familiares & conſiliarii Regis eſſent præfati Epiſcopi: ſupra dorſum Eccleſiæ hodie fabricarent peccatores, & immaniter ac intolerabiliter opprimeret Clerum præſumptio laicalis. Nunc autem ſi quid in Eccleſiā attentatur iniuriam, auctoritate Pontificali corripitur: aut ſi ad hoc Eccleſiaſtica cenſura non ſufficit, ſpiritualis gladii defectus ciuilis ſuppletur: & ad eorum arbitrium principalis animaduerſio exercetur. Siquando, vt fieri ſolet, aduerſus inſontes Regis indignatio vehementius excandeſcit, Epiſcoporum precibus temperatur. Iſtis mediantibus manſueſcit circa ſimplices iudiciarius rigor, admittitur clamor pauperum, Eccleſiarum dignitas erigitur, releuatur pauperum indigentia firmatur in Clero libertas, pax in populis, in monaſteriis quies, iuſtitia libere exercetur, ſuperbia deprimitur, augetur laicorum deuotio, religio fouetur, diriguntur iudicia, leges acceptantur, decreta Romana vim obtinent, & poſſeſſiones Eccleſiaſticæ dilatantur. Iſti ſingulis præcipuis ſolemnitatibus ſuis interſunt Eccleſiis, vbi eleemoſynarum largitione, conſolatione pupillorum ac viduarum, ſubiectorum correctione, atque aliis ſanctitatis operibus redimunt dies, quos in Curia conſumpſerunt.* Hæc Richardus Alexandro Papæ ſuadebat, ne Epiſcopos à latere Principum retraheret, quin potius eos admoueret pro communi Eccleſiarum & afflictorum vtilitate.

VI. De Caſimiri Princip. Pol. clemētia erga ſuū percuſſorē. c Cromer. lib. 6

In Polonia viuebat Princeps Sandomirienſium Caſimirus, etſi propter alias virtutes, maxime tamen propter clementiam heroicam digniſſimus, qui annalibus Eccleſiaſticis in exemplum proponatur. [c] Accidit aliquando, vt cum aulico ſuo quodam equite Ioanne Conario, alea luderet animi gratia oblectandi. Incenſum vtrumque vincendi ſtudio narrant, in profundam noctem ludum produxiſſe. Pertæſos deinde ludi & vigiliarum vno ictu ſummam reliqui luſiſſe: vincentemque Caſimirum, & quod lucratus erat argentum non modicum auferentem, palma manus in faciem à Conario ictum eſſe: illumque noctis beneficio elapſum, poſtridie inuentum, & ad Caſimirum adductum. Clamantibus autem cunctis, eum capitis pœnam commeruiſſe, qui Principis maieſtatem minuiſſet: Minime gentium, inquit Caſimirus, eum occidi oportere, qui dolore grauis iacturæ incogitans deliquiſſet: & eum fortunam, à qua damno affectus erat, vlciſci non poſſet, in ſe fortunæ alumnum commotus eſſet. Se magis in culpa eſſe, qui conditionis ſuæ ac dignitatis oblitus, eum ad ludendum prouocaſſet. Non modo igitur illum abſoluere, verumetiam ipſi gratias agere, quod ſe ictu illo admonuiſſet, ne quid indignum Principe in ſe admitteret, neu ſe ludo, aut vlli rei leui ac inhoneſtæ deinceps daret. Sic igitur illum Principem, ſeueriorem in ſeipſum, quam in alios Iudicem, homini, à quo læſus erat, omnium iudiciis damnato, indulſiſſe; quin & argentum omne quod ludo quæſierat ipſi reddidiſſe.

IESV CHRISTI ANnus 1177.

ALEXANDRI PAP. III. ANNO XVIII. Friderici Imperatoris anno 23. Manuelis Imperat. anno 35.

I. Iter Alexādri Bononiā verſus. a Acta Alexand.

ANNO *Chriſti* 1177. Annus vertens iure merito Placabilis poteſt nuncupari, propter pacem Eccleſiæ reſtitutam. [a] Conuenerat inter Alexandrum Pontificem & Imperatoris Legatos, vt ille Bononiam, hic Mutinam concederet. Pontifici, Vuillelmus Siciliæ Rex, triremes, viros, arma, commeatum, onerarias, & reliqua itineri neceſſaria, in portu Liciano maris Adriatici parauerat; & Pontificis cū honore deducendi cauſa, Romualdum Salernitanum Archiepiſcopum, & Rogerium Hadrienſem maximum Comitem itineris Comites atque in re Socia Conſiliarios eſſe voluerat. Non poterat Alexander Regis Socii, vel fidem prodere, vel auxilia ſubmiſſa reiicere. Quamobrem relicto Lateranenſi palatio, primum in domum Frangipanum apud amphitheatrum, & in Caſtellatiam Comitum Caſtellorum in Exquiliis, vna cum Cardinalibus & clero ſe recepit, & inde Anagniam iuit. Anagnia diſcedens, ad portum deſignatum venit, & ante ſe, Bononiam, terreſtri itinere ſex cardinalibus præmiſſis, ipſe cum ſociis, mari Hadriatico primo Iaderam, deinde Venetias Auſtro flante inuectus eſt. Sunt qui affirmant, inter induciarum tempus, [b] Fridericum Cremonam & Terdonam à fœderatis ciuitatibus deſciſcentes recepiſſe; claſſem ad intercipiendum Alexandrum, varia fortuna in mari Hadriatico nauigantem, ſubmiſiſſe; filium Ottonem claſſi prælatum amiſiſſe; eumque à Venetis, pro libertate Italiæ & immunitate Eccleſiæ magno animo certantib. captum, patri toties inſidiatori auctorem ad deponendas fraudes, concordiamque ex animo ineundam fuiſſe: atque inter hæc Alexandrum ignoto habitu Venetias, ad explorandos Venetorū animos ingreſſum aliquanto tempore apud ædem Charitatis latuiſſe; co-

b Annal. Venet. & Sabellicus Ennead. IX. lib. 5.

gnitum vero, à Sebaſtiano Ziano Duce ſupremo cum honore receptum eſſe: eiuſque tum victoriæ, tum hoſpitalitatis, tum honoris, imagines in comitio, ferè à trecentis annis figuratas, apud eoſdem Venetos, ſpectatæ fidei viros, ad perpetuam rei memoriam proſtare. Vt vt eſt; Alexander Venetiarum Vrbem, veræ pietatis, Religionis, & conſtantis erga Eccleſiam Romanam Fidei domicilium, ingreſſus, occurrente ſibi Duce, Patriarcha, Epiſcopis, Senatu, Clero & populo, in palatio Patriarchæ, quod tunc Riuo alto imminebat, Pontificio more ſuſceptus eſt. Dominica, quam Lætare dicunt, in baſilica Diui Marci Sacris operatus, roſam auream, ritu ſolenni benedictam, proceſſione & Concione facta, Duci Veneto in ſignum beneuolentiæ dono dedit.

Alexander PP Venetias venit.

II. Literæ Alexandri PP. de vniuerſali pace cũ Imperatore ſtabilita & iuramẽto Venetiis confirmata.

Interim aduerſo Pado Ferrariam venit, vbi inter Legatos Imperatoris, & illum mutatis conditionibus, Venetiis conuenire placuit, ea lege, ne à Duce Veneto Imperator Venetias admitteretur, priuſquam pacem iureiurando confirmaret. Narrabat ipſe Alexander Papa, Petro Caſſinenſi Abbati, Capuano Archiepiſcopo, Richardo Cantuarienſi Archiepiſcopo, & ſuffraganeis eius, & vniuerſis Abbatibus in Archiepiſcopatu Cantuarienſi conſtitutis, & Rogero Eboracenſi Archiepiſcopo, & Hugoni Dunelmenſi Epiſcopo, ſcriptis ad ſingulos & vniuerſos Chriſti fideles litteris, quid cum Friderico Imperatore egiſſet. Præſtat audire: *Sane, inquit, XII. inſtantis Kal. menſis Auguſti, de mandato huiuſmodi filii noſtri in Chriſto illuſtris Romanorum Imperatoris, filius Marchionis Alberti, vir nobilis magnus & potens, & Camerarius ipſius Imperatoris, præſentibus Principibus Eccleſiaſticis & ſecularibus Teutonici regni, publice in anima eius in præſentia noſtra coram innumeroſa hominum multitudine præſtiterunt, tactis Sacroſanctis Euangeliis, iuramentum, quod poſtquam idem Imperator Venetias veniret, omni contradictione & contentione ſemota, pacem Eccleſiæ, ſicut per fratres noſtros & Principes ſuos diſpoſita eſt & tractata, & pacem huiuſmodi filii noſtri in Chriſto Vuillelmi illuſtris Siciliæ Regis, vſq; ad decimumquintum annũ, & treguam Lombardorum vſque ad ſeptem annos in anima ſua, & à Principibus ſuis faceret, ſicut in ſcripto pacis & treguæ continetur, iuramento firmari. Nono vero Kal. Auguſti, præfatus Imperator, ſicut tractatum fuerat atque diſpoſitum, venit ad Eccleſiam Beati Nicolai, quæ per vnum milliare à Venetiis diſtat, & tam ipſe, quam Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alii Principes Teutonici Regni abrenunciantes Schiſmati, per fratres noſtros Epiſcopos & Cardinales de mandato noſtro præſentibus quibuſdam aliis, abſolutionis beneficium meruerunt, & deinde venerunt Venetias, & ibi ante Eccleſiam Beati Marci prædictus Imperator, innumera multitudine virorum & mulierum præſente, & alta voce reddente laudes & gratias Altiſſimo, nobis ſummo Pontifici obedientiam & reuerentiam humiliter & reuerenter exhibuit, & recepto à nobis pacis oſculo, dextrauit nos deuote & cũ reuerentia qua decuit & deuotione, vſque ad altare in Eccleſiam introduxit. Sequenti vero die, in feſto B. Iacobi ab eodem Imperatore rogati, ad prædictam Eccleſiam S. Marci ſolemnia celebraturi Miſſarum acceſſimus, & nobis illic venientibus, præfatus Imperator extra Eccleſiam obuiam venit, & dextro latere noſtro deuote ſuſcepto, nos in Eccleſiam introduxit, & peractis Miſſarum ſolemniis, nos vſque ad ipſius Eccleſiæ portam dextrauit. Et cum aſcenderemus palafredum noſtrum ibi paratum, ſtapham tenuit, & honorem omnimodum & reuerentiam nobis exhibuit, quam prædeceſſores eius noſtris conſueuerant prædeceſſoribus exhibere. In Kalendis vero inſtantis menſis Auguſti, præfatus Imperator, vbi erat numeroſa hominum multitudo in anima ſua iurare fecit. Et principes ſui, quos præſentes habebat, tam Eccleſiaſtici quam ſeculares, præſtito iuramento firmauerunt, quod pacem Eccleſiæ perpetuo, & pacem Chariſſimi in Chriſto filii noſtri Vuillelmi illuſtris Siciliæ Regis, vſque ad quindecim annos, & treguam Longobardorum à prædictis Kal. Auguſti vſque ad ſeptem annos, ſicut pax ipſa & tregua diſpoſita eſt, & tractata, & in ſcriptis redacta, illæſam debeat & illibatam ſeruare. Sicut autem idem Imperator nos in Catholicum Papam, & ſpiritualem Patrem recepit: ita nos eum in Catholicum Imperatorem, & vxorem eius in Catholicã Imperatricem, & filium ipſorum in Catholicum Regem recepimus. Agite itaque gratias Creatori noſtro, qui ſponſam ſuam ſacroſanctam Eccleſiam ſua miſeratione reſpexit, & ei poſt multas perſecutiones, quibus grauiter pr[...] ſſa eſt & attrita, per ſuam gratiam plenam pacem reddidit & quietem.* Data Venetiæ in Riuo alto octauo Idus Auguſti.

Codex Beſſarionis Cardinalis, Bibliothecæ Marcianæ, habet; quod ſummus Pontifex Imperatoris collum pede premens dixerit; Scriptum eſt: *Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.* Cumque illi Fridericus repoſuiſſet; *Non tibi, ſed Petro, cui ſucceſſor es, pareo;* Pontifex retulit; *Et mihi, & Petro.* Aiunt quoque, eo tempore aliquot inſignibus à Pontifice auctam fuiſſe Ducariam dignitatem, qualia viſuntur hodie circa Principem, quum in publicum procedit: Funale candidum, Tubæ argenteæ, Aurea Vmbella, Sella aurea, Puluinus aureus, verſicoloria vexilla octo. Item ferunt datam facultatem eidem literas plumbeo ſigillo ſignandi; item illi ipſi tertiam ſedem erectam in theatro Romano; & indulgentiam plenariam, pro die anniuerſario ſolemnitatis S. Marci Tutelaris, in perpetuum conceſſam vniuerſis Chriſti fidelibus Diui baſilicam Venetiis viſitantibus.

III. Incertæ narrationes de Alexand. PP.

Illud certum eſt, Imperatorem Fridericum omnia hactenus tranſacta, ſcripto his verbis diplomate confirmaſſe. Sunt autem infra ſcripta.

IV. Diploma Imp. pro confirmatione Pacis

Reuerendo in Chriſto Patri Domino Papæ Alexandro Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſummo & vniuerſali Pontifici, Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus debitam obedientiam, & filialis deuotionis affectum. Cum Imperatoria ac regia maieſtas ad hoc in terris ordinata ſit, vt per eius operam totus orbis pacis gaudeat incremento; nos, quos Deus in ſolio Imperii Romani conſtituit, eam diligenter amplecti, & ſeruentius conſeruare debemus ac volumus. Inde eſt, quod pacem Eccleſiæ & Imperii, ſecundum quod à Principibus noſtris & Cardinalibus Romanæ Eccleſiæ diſpoſita eſt, & ordinata, & in ſcripto Principum noſtrorum ſigillis ſignata continetur, ſicut per interpoſitam perſonam iurare fecimus, ſic præſenti ſcripto nos obſeruare promittimus, & confirmamus, & ratum in poſterum permanere volumus, & ſic deinceps firmiter obſeruabimus, & faciemus, quatenus in nobis fuerit, Deo propitio, obſeruari. Datum apud Venetias in palatio Ducis, XV Kalend. Octob.

Eodem plane modo & Principes tã Eccleſiaſtici, quã ſeculares, ea quæ Sacramẽto interpoſito confirmauerãt, ſcripto & ſubſcripto Chirographo approbarunt; hiſce ipſis verbis: Dño ſuo ac Patri venerando Alexandro Dei gratia Sanctæ Romanæ ſedis & Catholicæ Eccleſiæ ſummo Pontifici atq; vniuerſali Papæ, Chriſtianus Moguntinus Archiepiſc. Philipp. Colonienſis Archiepiſc. Vuecemundus Magdeburg. Archiepiſc. Arnoldus Treuirẽſis Archiepiſcop. Conrad. Vuormatienſis electus, Gaufredus Cancellarius, Vuecmundus Protonotarius, F. Comes Holãdiæ, F. Marchio de Lucis & frater eius, Diedo Comes de Dieſſa, & R. Comes de Duna, filialis deuotionis obſequium cum debita obedientia & deuotione.

V. Eadem Pax firmata Iuramentis Principũ & Epiſcopp.

Quot commoda, quæ ex confirmata pace Eccleſiæ & Imperii vtiliſsimè toti mundo prouenerint: ipſa innumerabilia mala, quæ exinde acciderunt, manifeſte oſtendunt. Sicut n. ab vtriuſq; concordia prouincia Orbis terrarum ad ſalutem & tranquillitatem regebantur; ita ſub eorum diuiſione à propria ſtatus rectitudine diſtrahebantur. Gaudeat itaq; tellus tam deſiderabilis roris viſitatione reſperſa, tam gratioſa pluuia inundatione fœcunda, per quam fideles populi ariditatis ſitim depellant, & omnia iurgiorũ ſcandala, & ſcandalorum incendia ſuffocentur. Nos ergo, Pater ſanctiſsime, de tanto concordiæ fructu lætantes, ipſam Sacratiſsimæ Eccleſiæ & Imperii pacem, ſicut ab vtriuſq; partis mediatoribus eſt diſpoſita, & in commune ſcriptum redacta, & illuſtris Regis Siciliæ vſque ad quindecim annos, & treguam Lombardorum à proxime præteritis Kalendis Auguſti, vſq; ad ſeptem annos, ſicut à mediatoribus eſt ordinata, & noſtris iuramentis firmata, & in ſcriptum commune redacta noſtri conſenſus ſtudio & vigore confirmamus, & ratã atq; inconcuſſam tenemus; & vt ſic obſeruetur, operam dabimus. Et vt hæc noſtra confirmationis pagina ſubſecuturis tẽporibus firma atq; illibata permaneat: eã propriis ſubſcriptionib[9] communiri, & ſigillorũ noſtrorum fecimus appenſione inſigniri.

Ego Chriſtianus Archiepiſc. Mogunt. † locus ſigilli.

Ego

Ego Philippus Colonienſis Archiepiſcopus & Italiæ Archicancellarius †. & ſic alii.

VI. Concil Venetienſ ſub Alexand.
c *Rogerius in Annalib.*

Hæc inter Alexandrum Pontificem & Fridericum Imperatorem geſta, referebat etiam Romualdus Salernitanus Arch epiſcopus, qui præſens omnia viderat, & in notas diarias inſcripſerat. Quæ pax, vt à nemine violaretur, Alexander Concilio Epiſcoporum habito, excommunicatione cõminatoria inhibuit. Anteq̃ Venetiis recederet Alexander, [c] audiuit quendã Philippũ nomine, profeſſione medicum, qui Æthiopiam peregrinationis gratia perluſtrarat, etiam ad Principem Indorum, quem Preteianum vocant, penetrarat. Eius Principis nomine ab Alexandro poſtulabat, vt eius gentis inſtruendæ cauſa, permitteret in Vrbe Romana Eccleſiam & domicilium ædificari.. Probare voluit Pontifex, an ille Spiritus ex Deo eſſet. Quamobrem Nuntium remittens ſcripſit Principi, promptum ſe eſſe ad fratres confirmandos, & ad gentiles conuertendos. Quod ſi eius animo reſideret illud propoſitum, noua vel Legatione, vel epiſtola ſignificaret.

VII. Diſcordia inter Imp. & Pont. ex donatione Comitatus Bertinorẽſ. PP. facta.

Iiſdem diebus C. Comes Bertinori, abſq; liberis decedens Venetiis, pro remiſſione delictorum ſuorum, paterñumq; ipſius caſtrum ipſum Bertinorũ, quod alio nomine dicitur Suſulianum, & totã terram ſuam, (licet ab antiquo iuris Beati Petri fuerit) Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ in propriam hęreditatem donauit, & ad maiorem ipſius donationis firmitatem, Alexandro Papæ, eiuſque ſucceſſoribus publicum inſtrumentum fieri fecit. Quãobrem pro recipiendis inueſtituris ipſius caſtri, quod eſt caput Comitatus totius, Pontifex abſq; mora illuc miſit Rainerium diaconum Cardinalem, & R. ſubdiaconum, & P. Sarracenum dapiferum ſuum: per quos inueſtiturã & poſſeſſionem illi⁹ Comitatus in poteſtatem & dominium ſedis Apoſtolicæ recepit, & detinuit. Ea res occaſionem dabat, concordiæ diuidendæ. Namq; Frid. Imp. miſſos Alexandri Papæ, è caſtro eiecit, & Bertinorenſes ſui iuris fecit Quod cum ad aures Pontificis perueniſſet, Imperatorem commonuit, vt quod Eccleſiæ eſſet, reſtitueret. Cæterum etſi recuſaret, maluit tamen id quicquid erat damni atque iniuriæ ſuſtinere, quam pacem Eccleſiarum turbatam videre.

VIII. De Abſalone Roſchil. Epiſc.
d *Saxo Grãmatic. lib.* 14.

Eodem anno [d] Abſaloni Roſchildenſi Epiſcopo in Anglia, Lundenſis amplior & ditior Epiſcopatus deferebatur. Recuſauit, quamquam cogeretur, recipere, neque ſuſtinuit ſuæ Eccleſiæ, quam tot laboribus à iuuentute excoluiſſet, carere velle regimine, cuiuſuis prætextu amplioris dignitatis, adeo vt neque rogatione Regis, neque pręcibus collegarum, aut amicorum ſuaſionibus ad capeſſendam ſedem præcipuam potuerit inclinari, quamuis & Eſchillus ſenex, qui propter ætatem decrepitam Epiſcopatu ceſſerat, obſecraret. Non intermiſerunt tamen interpellatores compellare, à quorum importunitate, vt ſe liberaret, ad ſedem Apoſtolicam prouocauit. Cui, ne vllus refragandi locus eſſet, oportuit anathematis flagrum intermінari, vt Epiſcopatum ſuſciperet.

IX. Alexand. PP. legatio ad Reg. Angl.
e *Rogerius ſupr.*

Hoc ipſo anno [e] Alexander Papa, Petrum tituli S. Chryſogoni pręsbyterum Cardinalem Legatum ad Regem Angliæ miſit, vt Aleſiam filiam Ludouici Regis Franciæ, Richardo ſuo filio deſponſam, toleraret eidem coniungi.

X. Galdini Mediol. Arch. obitus.

Hoc tempore Galdinus Archiepiſcopus Mediolanenſis, in viuis eſſe deſiit, cuius ſanctitatem miraculis ſubſequentibus Deus demonſtrauit.

XI. Diuina admonitio, de ponte in Rhodano extruendo.

Ipſo eodem anno, apud Auenionem paſtoritius puer nomine Benedictus, vulgo Benezet, dum paſceret maternum gregem; tergemina Ieſu Chriſti compellatione admonitus eſt pontem facere in Rhodano. Puer expaueſcens, primum negauit ſe poſſe ouium cuſtodiam deſerere, vel tantæ prouinciæ, cum inops eſſet, ſatisfacere. Cui cum Chriſtus curãm gregis, omniaque neceſſaria ad opus pollicitus eſſet, Benedictus ſe accinxit itineri, ac in Angelum eiuſdem habitus incidens, ab eo vſque ad Rhodanum perductus eſt, ac ab eodem ob aſpectum fluminis à te ſuſcepta deterritus, iterum confortatus eſt. Angelo recedente puer tranſmittens fluuium, ac Auenionem ingreſſus, in media Epiſcopi concione interuenit: Audite me, inquit, atque intelligite: Mittor à Chriſto ea de cauſa, vt faciam vobis pontem in Rhodano. Qua voce populus in riſum conuerſus coram Præpoſito, eum ſiſtere ab Antiſtite decernitur, quẽ moneret Benedictus in ſtructuram pontis aliquid largiri. En tibi Saxum ingens, inquit, in meo atrio, ſuſtolle in humeros, habebis fortaſſe vnde pontis tui queas aliqua ponere fundamenta: tum te id poſſe intelligam. Puer; Feram, inquit, ſaxum, & accerſito Epiſcopo, ac ciuibus, cui ferendo non forent triginta homines, expedite humeris portabat, fundamentum futurum tantæ molis. Eoque prodigio ciuitas vniuerſa ſtupefacta, Prępoſitus venia erroris impetrata, primus trecentos ſolidos pro ponte largitus eſt, ac eius exemplo multi multo plura contulerunt, vnde pontis initia iacta ſunt. Non maior duodecim annis fuit puer, natione Burgundus, patria Almilatenſis; qui tridui iter, trium horarum ſpatio emenſus, Saxum tredecim pedum longitudine, ſeptem latitudine ingens, extulit; & poſtea Romam petiit, Lugdunum rediit, pontem & Xenodochium ædificauit, miraculis claruit, ac demum ſanctè quieuit.

XII. Patauini ex diuina inſpiratione SS. reliquias inquirunt.

In hunc ipſum annum, *Iacobus Cauacius Patauinus, Monachus Congregationis Diuæ Iuſtinæ, in eo quem de rebus eiuſdem Monaſterii S. Iuſtinæ ſcripſit libro*, reiicit inuentionem Corporis Diui Lucæ Euangeliſtæ, aliorumque Sanctorum apud Patauinos: Affirmat, quia interea Patauini, quorum Vrbs poſt innumeras clades, & nuperrimum incendium videbatur ad antiquum ſplendorem & frequentiam acceſſiſſe, cæperunt ſtudioſius Deum omnium bonorum datorem venerari, atq; Sanctos olim ſibi patronos, ac tutelares inquirere. Repente nobiles ac ignobiles viros inceſſit deſiderium Sanctarum reliquiarum, quas olim metu Barbarorum ſepultas pone templum Diuæ Iuſtinæ tenuis adhuc fama retinebat. Inde ſine auctore vbique ſermones miſcebantur, iniquum eſſe deperire memorias Sanctorum, quibus olim commendata ciuitas tot ærumnas euaſiſſet, atq; dudum reflorere; neque ciues curam aliquam ſubire tumulos eorum inueſtigandi. Quod ſi eorum ſcelera Sacrum theſaurum non mererentur, is tamen ſolicite requirendus fuerat, ne cæteris impietatibus etiam ingratitudinis malum adiiceretur. Agebantur hæc inter Ciues diuina quadam inſpiratione, & ſpes eo maiora portendebat, quia nullis fundamentis innixa, nullius auctoritate aucta, totam repente vrbem accenderat. Proceres de his apud Gerardum Epiſcopum retulere. Ipſe ratus publicæ ſpei, ac repentinis conſiliis ex multa pietate, non defuturum diuinum auxilium, populis preces ac ſupplicationes indixit, remque ad proximum tempus obſeruantiæ Quadrageſimalis diſtulit. Interea ex Senatus Conſulto L X V I I I. viri deliguntur, quibus cura eſſet inſpiciendi veteres memorias, & ſacra loca perſcrutandi. Nihil dum diuino monitu acceptum afferebatur, & pauca ſuppetebant ſcriptorum monumenta, quæ loca indicarent; ſolæ euagabantur traditiones, quæ à maioribus acceptæ dubiam rem haud ſatis affirmabant. Viſebantur tamen circa templum loca hactenus intentata, quæ licet ruinoſa, tamen antiquitatem & ſanctitatem referebant, Sed cum neque tot argumenta certi quicquam pollicerentur, LXVIII. viri à Senatu delecti iubentur ad opem diuinam emerendam, pœnitentiæ & Euchariſtiæ myſteriis ſacroſanctis expiari. Statuto die Gerardus Epiſcopus in templo Diuæ Iuſtinæ ſacris operatus, breuem ad populum, qui abunde confluxerat, ſermonem habuit; inde Abbate Dominico, Clero, Monachis ac delectis viris comitatus in proximum cæmeterium deſcendit, vbi maiorum relatu dicebantur Sanctorum corpora aſſeruati. Ea erat cæmeterii facies, vt latè expanſis ruderibus veterum ædificiorum, ac demum tellure ingeſta succreſcentibus herbis prati formam haberet.

Epiſcopus omnium primus raſtrum iniecit, Proceres, Clerici, Monachi, opus inſecuti ſunt. Sublatis ruinis, ad intimum cœmeterii pauimentum penetratum eſt. Extabat id ingentibus tabulis marmoreis, quarum coagmenta antis ferreis copulabantur, antiquorum diligentiæ atq; cuſtodiæ ſymbolum. Illud ſeniores ex traditione acceperant, ſed hæſitabant affirmare, quia ex ruinis aliam prorſus faciem induerat.

Inuenta in binis arcis SS Innocentum corpuſcula.

Diffractis anſis, ac ſublatis lapidibus, altius effoſſum eſt, donec binæ minores arcæ reperiuntur, altera marmorea, altera plumbea, quæ ſuauiſſimum odorem exhalabant. In his Sanctorum Innocentum corpuſcula quædam reperta ſunt alia ab his, quæ olim Bernardus Epiſcopus inuenit. Hinc in medium cœmeterium foſſores peruenientes, ſub veſtigiis antiquæ aræ effodiunt arcam lapideam inſignem, qua Beatæ Iuſtinæ corpus quieſcebat.

Item Reliquiæ S. Matthiæ.

Vlterius progreſſi ſepulchrum item aperiunt, quod plures ex corpore ſancti Matthiæ Apoſtoli reliquias continebat. Neq; enim id integrum apud Patauios eſt, ſed Romæ caput, alibi etiam ex reliquiis plures. Interim cum neque totum cœmeterium tentatum, neq; lapides vniuerſi diſſoluti eſſent, Gerardus Epiſcopus Venetias abiit Alexandrum Pontificem inuiſurus.

XIII. Item S. Lucæ Euang.

Dum autem Venetiis eſſet ille, Dominicus Abbas cum delectis ciuibus cœptum opus perurgens, adhuc marmoream arcam effodit, qua plumbea alia continebatur. In hac viſebantur tria vitulorum capita, ac duplex ſignum Crucis affabre facta; nulla tamen inſcriptio, quæ corpus reconditum edoceret: quamuis ex ſymbolo vitulorum, & conſtanti fama omnes, Sancti Lucæ Euangeliſtæ reliquias affirmarent. In arca plumbea, quæ etiam gratiſſimum odorem effudit, viſum eſt humanum corpus ſine capite, ex cuius aſpectu aſtantiũ mentes mirabili deuotione, ac pia quadã hilaritate perfuſæ ſunt. Abbas apud Patricios publica fide arcam cuſtodiri iubet, & ſancti corporis reuelationem à Deo expetendam monet.

Quomodo agnitæ reliquiæ S. Lucæ.

Ipſe triduanum ſibi ac Monachis ieiunium indicit, Religioſoſque viros ac ciues hortatur diuinam interim clementiam efflagitare. Exacto triduo quidam diuinitus admoniti retulerunt, inciſum in arca plumbea nomen Sancti Lucæ Euangeliſtæ, ſi probe inſpiciatur. Neque tamen ſtatim his fides præſtita eſt, ſed res adhuc in tertium diem differtur, vt teſtata magis ac celebris eſſet. Eo arcam diligentius intuentes, prope angulum ipſius legerunt breuibus literulis ſculptum, SANCTVS LVCAS EVANGELISTA. Inde maxima omnium ordinum lætitia; quæuis de ſancto corpore ambiguitas ſublata eſt. Abbas illico Gerardum Epiſcopum admonitum volens, inſcriptionis, vitulorum, & Crucium exemplum cera exceptum Venetias tranſmiſit. Ea Gerardus cum ſummo Pontifice Alexandro III. contulit; inde Patauium reuerſus vulgatiora effecit. De his apud Monachos S. Iuſtinæ vetus hiſtoria eſt, quæ chronologiæ, cæteriſq; ea ætate geſtis apprime reſpondens, ſcriptorem neque imperitum, neq; mendacem demonſtrat. Ibi plurima referuntur miracula, & maiora ad arcam Sancti Lucæ Euangeliſtæ. Cæci quidam, aliiq; attracti, & vulnerati incolumes inde receſſerunt, interceſſione ipſius.

IESV CHRISTI ANNUS 1178.

ALEXANDRI PAPÆ III. ANN. XIX. FRIDERICI Imper. Ann. 24. Manuelis Imper. Ann. 36.

I. Alexander PP. Romã redit. a *Act. Alexandri Papæ.*

ANNO *Chriſti* 1178. [a] Alexandrum Pontificem Anagniam reducem, Romani hactenus non fidi Romam inuitarunt, atque venientem, eo quo par fuerat honore, exceperunt. Aduenit & antipapa Ioannes de Struma: & Alexandro ſupplex factus, benignitatem Sedis Apoſtolicæ expertus eſt. Alexander etenim eum & in Curia, & in menſa ſua honorifice habuit. Petrus Bleſenſis, Guillelmo Papienſi, S. R. E. Cardinali ſcribens gratulabatur Eccleſiæ eas victorias de hoſtibus ſchiſmaticis reportatas.

II. Legati PP. ad varias Regiones miſſi.

Pace Eccleſiæ parta, Alexander Papa, ad omnes Orientales atque Occidentales miſit litteras Indictionis Concilii futuri, pro ſanandis morbis quamplurimis. Ab Orientali Imperatore Georgius Metropolita Corcyræ miſſus venit; cum prius Hugo Etherianus Alexandro miſiſſet librum aduerſus Græcos pro Latinis, de proceſſione Spiritus Sancti, in quo errores ſchiſmaticorum egregie confutauit. Ab Occidentalibus prouinciis confluebant cumplurimi, vt malis Eccleſiarum ſuarum mederetur.

III. De perfidia Albienſium hæreticorum. b *Roger in annalib.*

[b] Toloſanam Albienſes, Manichæi potius quam Ariani affligebant. Inter alios Raymundus quidam, & Bernardus Raymundi, & quidam alii hæreſiarchæ trãſfigurantes ſe in Angelos lucis, cum eſſent Satanæ. Chriſtianæ fidei contraria prædicantes, multorum animas falſa prædicatione ſua decipiebant, & ad inferos trahebant. Contra hos Alexander miſerat Petrum tituli S. Chryſogoni presbyterum Cardinalem Legatum, & Bituricenſem & Narbonenſem Archiepiſcopos, & Reginaldum Bathonienſem, & Ioannem Pictauienſem Epiſcopos, & Henricum Abbatem Clarauallenſem, & alios multos viros Eccleſiaſticos, vt illos prædicatione ſua ad fidem Chriſtianam conuerterent, vel rationibus conuincerent, & à liminibus Sanctæ matris Eccleſiæ, & Fidelium conſortio ſepararent. Data ſecuritate eundi & redeundi hæreſiarchis, cum illi veniſſent in fraude & dolo, ea quæ docuiſſent publice negauerunt, & profeſſionem fidei Catholicam in omnium conſeſſu ediderunt, eamq; iureiurando, quanquam illud antea abhorrerent, interpoſito approbarunt. Cæterum teſtimoniis plurimorum conuicti, cum ex formula eis præſcripta fidem Catholicam profiteri nollent, à Legato Apoſtolico & Concilio Epiſcoporum damnati ſunt.

Damnatio Albienſiũ. IV. Petri Morani Albienſium Coriphæi conuerſio.

Narrabat Henricus Abbas Claraualleniſis inter perditos illos homines vnum fuiſſe ætate grandæuum, quem ita peccatis exigentibus diabolus excæcauerat, vt ſeipſum Ioannem Euangeliſtam diceret, & verbum, quod erat in principio apud Deum, ab alio quodã rerũ principio, tamquam à Deo altero ſegregaret. Hic Toloſæ erat pereuntium caput, & princeps hæreticorum: qui licet tamquam laicus & idiota nihil ſaperet: inter eos tamen, velut quidam Diabolicæ ſapientiæ fons, proditionis & mortis felleos lances emanabat. Conueniebant ad eum noctibus noctuæ tenebroſæ: & ille indumẽto quodã ad inſtar tunicæ Dalmaticæ veſtitus, cum ſederet inter eos, tamquam Rex circumſtante exercitu, erat & inerat deſipientium prædicator. Deprehenſus eſt itaque inter eos hic Petrus Moranus verſipellis, & multis argumentis, indiciis & teſtibus conuictus, palinodiam recantauit, pœnitentiam egit, multaſque hæreticorum fraudes detexit, A cuius exemplo plurimi poſtea conuerſi hæreſim abiurarunt: aliqui vero ab eo indicati, ſententia Legati Cardinalis pœnam damnationis retulerunt.

IESV CHRISTI ANNUS 1179.

ALEXANDRI PAPÆ III. ANN. XX. FRIDERICI Imp. Ann. 25. Manuelis Imp. Ann. 37.

I. Synodus generalis Lateranen. a *Acta Concil.*

ANNO *Chriſti* 1179. Quinta die menſis Martii, apud Lateranum trecenti numero Epiſcopi ad Conciliũ conuenerunt. Decreuerunt, vt non haberetur Romanus Pontifex, qui non à duabus tertiis partibus Cardinalium eſſet electus. Damnarunt omnes ordinationes à Schiſmaticis Pontificibus Octauiano, Guidone,

Digitized by Google

Guidone, & Ioanne factas. Præſcripſerunt formulam, ex qua Schiſmatici ad Eccleſiam reuertentes eiurarent, in hæc verba: *Ego N. anathematizo, & recuſo omnem hæreſim extollentem ſe aduerſus ſanctam Romanam Eccleſiam Catholicam, præcipue vero Schiſma Octauiani, Guidonis & Ioannis, & ordinationes eorum irritas iudico, & eis contradico; & modo & in antea me obediturum iuro, & promitto fidelitatem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Domino meo Alexandro, & ſucceſſoribus eius iuſte intrantibus: ipſiſque ſeruiam abſque omni malo ingenio contra omnem hominem ſecundum ordinem meum. Conſilia eius, quæ mihi ſcripto certo mandauerit, vel ipſe commiſerit, nulli hominum prodam, nec etiam pro periculo corporis, atque membrorum. Legatum Eccleſiæ Romanæ honorabo, & ducam, & reducam, & iuuabo expenſis. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Euangelia.* His vero verbis dabantur ipſis pallia: *In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen, & in honorem Dei Genitricis, & in honorem Apoſtolorum Petri & Pauli, & Sanctæ Eccleſiæ Romanæ, & Domini Alexandri Papæ, traditum tibi pallium, ſumptum de beatiſſimo corpore Petri Apoſtoli, vt eo vtaris in confectione Sacramentorum, & corporis & ſanguinis Domini, & conſecratione Eccleſiarum, & Chriſmatis, & ordinatione Clericorum, & celebratione ſynodorum ſecundum Eccleſiæ tuæ conſuetudinem.* Iuxta has formulas multi à Schiſmate redeuntes abiurarunt, & pallia receperunt.

Formula eiurandi ſchiſma.

Alia formula dandi pallia.

II. Decreta Concilii contra hæreticos.

In eadem ſynodo, hæc quæ ſequuntur, contra hæreticos decreta ſunt, his ipſis verbis, decreto 27. exaratis, *Sicut ait, Beatus Leo, licet Eccleſiaſtica diſciplina, Sacerdotali contenta iudicio cruentas non efficiat vltiones: Catholicorum tamen Principum Conſtitutionibus adiuuatur, vt ſæpe quærant homines ſalutare remedium, dum corporale ſuper ſe metuunt euenire ſupplicium. Ea propter quia in Guaſconia, Albogeſio, & partibus Toloſanis hæreticorũ, quos alii Catharos, alii Patarinos, alii Publicanos, alii aliis nominibus vocãt, inualuit damnata peruerſitas, vt iam non in occulto, ſicut aliqui, nequitiam ſuam exerceant, ſed ſuum errorem publice manifeſtent, & ad ſuum conſenſum ſimplices attrahant & infirmos: eos, & defenſores eorum, & receptatores anathemate decernimus ſubiacere: & ſub anathemate prohibemus, ne quis eos in domibus, vel in terra ſua tenere, vel fouere, vel negotiationem cum eis exercere præſumat. Si autem in hoc peccato deceſſerint, non ſub noſtrorum priuilegiorum cuilibet indultorum obtentu, nec ſub alia cauſa & occaſione, aut oblatio fiat pro eis, aut inter Chriſtianos recipiant ſepulturam. De Brabantionibus autem, & Arragonenſibus, Nauarris, Baſculis, Coterellis, & Triauerdinis, qui tantam in Chriſtianos inhumanitatem exercent, vt nec Eccleſiis, nec Monaſteriis deferant, non viduis & puellis, non ſenibus & pueris, nec cuilibet parcant ætati, aut ſexui, ſed more Paganorum omnia perdant & vaſtent, ſimiliter conſtituimus, vt qui eos conduxerint vel tenuerint, vel fouerint per regiones, in quibus taliter debacchantur: in Dominicis & aliis ſolennibus diebus per Eccleſias publice denuntientur, & eadem omnino ſententia & pœna & cum prædictis hæreticis habeantur aſtricti, nec ad communionem recipiantur Eccleſiæ, niſi ſocietate illa peſtifera, & hæreſi abiuratis. Relaxatos autem ſe nouerint à debito fidelitatis & hominis, ac totius obſequii, donec in tanta iniquitate permanſerint, quicunque illis aliquo peccato tenentur annexi. Ipſis autem, cunctiſque fidelibus, in remiſſionem peccatorum iniungimus, vt tantis cladibus ſe viriliter opponant, & contra eos armis populum Chriſtianum tueantur: confiſcenturque eorum bona, & liberum ſit Principibus huiuſmodi homines ſubiicere ſeruituti. Qui autem in vera pœnitentia ibi deceſſerint, & peccatorum indulgentiam, & fructum mercedis æternæ ſe non dubitent percepturos. Nos etiam de miſericordia Dei, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli auctoritate confiſi, fideles Chriſtianos, qui contra eos arma ſuſceperint, & ad Epiſcoporum, ſeu aliorum Prælatorum conſilium ad eos expugnandos decertauerint, biennium de pœnitentia iniuncta relaxamus. Aut ſi longiorem moram ibi habuerint, Epiſcoporum diſcretioni, quibus huius rei cauſa fuerit iniuncta, committimus, vt ad eorum arbitrium, ſecundum modum laboris, maior eis indulgentia tribuatur. Illos autem, qui admonitioni Epiſcoporum in huiuſmodi parte parere contempſerint, à perceptione corporis & ſanguinis Domini iubemus fieri alienos. Interim vero eos, qui ardore ad eos expugnandos laborem iuſtum aſſumpſerint, ſicut eos, qui ſepulchrum Dominicum viſitant, ſub Eccleſiæ defenſione recipimus, & ab vniuerſis inquietationibus, tam in rebus, quam in perſonis ſtatuimus manere ſecuros. Si vero quiſpiam veſtrum præſumpſerit eos moleſtare, per Epiſcopum loci excommunicationis ſententia feriatur; & tamdiu ſententia ſeruetur ab omnibus, donec ablata reddantur, & de illatis damnis congrue iterum ſatisfaciat. Epiſcopi vero, ſiue presbyteri, qui talibus fortiter non reſtiterint, officii ſui priuatione mulctentur, donec miſericordiam Apoſtolicæ ſedis obtineant.*

Indulgentia conceſſa perſecutoribus hæreticorum.

III. Depoſitio Bremenſis Epiſcopi.

In eodem Concilio, depoſitus eſt Bremenſis electus Epiſcopus, eo quod infra ſacros ordines maiores, ex acolutho electus fuiſſet, & regalia de manu Imperatoris accepiſſet. Sed & Nectarius Abbas, Græcorum Legatus, quod in errore obduraſſet, improbatus: & Petri Lombardi Epiſcopi Pariſienſis errores de humanitate Chriſti, vna cum reliquis aliis nonnullis damnati; & aliquot Cardinalitia dignitate ab Alexandro ornati.

IV. Laurentius Legatus Hiberniæ.
b *apud Sur. 14. Nouem.*

[b] Ex eodem Concilio, Sanctus Laurentius Archiepiſcopus Dublinenſis Hiberniæ totius Legationem ſuſcepit: qui in tantum miniſtrorum Eccleſiæ execrabatur immunditiam, caſtitatis & honeſtatis zelator, tamque eos ad continentiam prouocabat, vt omnes tam Subdiaconos, quam Diaconos, vel presbyteros, ſi incontinentiæ conuicti eſſent, licet tamquam Archiepiſcopus poſſet, tamen nollet abſoluere, ſed ad Romanam Eccleſiam, à ſummo Pontifice abſoluendos deſtinaret; ita vt quodam tempore (quod dictu mirum eſt) centum & quadraginta presbyteros incontinentiæ conuictos Romam miſerit abſoluendos.

V. Filius Regis Fran in ſepulchro S. Thomæ ſanatus.
c *Roger. in annalib.*

Eodem anno, [c] Ludouicus Rex Galliarum, diuina reuelatione in ſomnis admonitus, Philippum filium extrema fere ægritudine laborantem Canthuariã Rege Henrico permittente, ad ſepulchrum S. Thomæ martyris duxit, ſanumq; recepit, atque in Regem ſucceſſorem ſuum inaugurauit.

VI. Dux Portugall: Regio diademate ornatur.

Alexander Pontifex Alphonſo primo Duci Portugalliæ titulum & diadema Regium conceſſit. Is autem grati animi ergo, regnum illud S. R. E. obtulit, perſoluturus in annos ſingulos loco cẽſus duas auri marchas.

d *Crantius hiſt. Saxon. li. 6. c. 37.*
VII. Emanuelis Imper. faſtus.

[d] Emanuel Imperator Orientis Friderico Imper. de Sultano ſuperato mendaces ſcribens literas, nomen ſuum præpoſuit. Huic autem Fridericus repoſuit, ſuo etiam præpoſito, in ea quam ſcribebat: & hæc monebat: *Sicut ille Rex Regum, à quo omnis poteſtas, Romanorum Imperiũ caput totius orbis conſtituit; ita etiam ſedem Romanæ Eccleſiæ omnium Eccleſiarum vnicam matrem dominam magiſtramq; ordinauit: quod vtiq; duorum numero gladiorum ſignauit, quos dixit orbi ſufficere ipſe auctor fidei Chriſtianæ. Quapropter tuam prudentiam commonemus, quatenus nobis & Romano Imperio honorem debitum recognoſcas, & ſummo Pontifici, quem nomine, Sanctum, appellas, debitam exhibeas obedientiam & honorem.*

Fere hoc tempore, Interamnates Eccleſiæ Romanæ fideles Octauiani Cardinalis & Germ. pro Frid. Imp. Præſidis, vrbe eiecerunt, ſeſeq; in clientelam Comitũ Caſtellorum armis aſſeruerunt. Eam iniuriam alterius Frid. 30. millia armatorum Duce Chriſtiano Archiep. Moguntino Italię Cancellario miſit, qui eam ciuitatem ferro flammiſq; deleuit, & à fundamentis euertit.

IESV CHRISTI ANnus 1180.

ALEXANDRI PAPÆ III. ANN. XXI. FRIDERICI Imp. Ann. 26. Manuelis Imp. Ann. 38.

I. Caſimirus Dux Barbaricos mores Poloniæ corrigit.
a *Cromer. lib. 6.*

ANNO *Chriſti* 1180. Delato ad ſe Principatu Poloniæ, Caſimirus, ad Reipub. vulnera curanda manum ſtatim admouit, & inprimis [a] vectigalia, & labores, cæteraq; onera, quibus inſtituendis & exigendis Miecislaus offenderat, ſuſtulit: iudicia correxit; magiſtratuũ licentiam coërcuit, infinitamq; poteſtatem circumſcripſit; calumniatores vel exilio multauit, vel inuſta fronte aut facie multauit. Ad maiora deinde animũ intendit. Inoleuerat ſuperiorum Principum negligen-

Digitized by Google

A tia & conniuentiâ prauus & barbarus mos apud proceres & equites Polonos, vt iter facientes, quotieſcunque & vbicumq; collibitũ eſſet, agros atq; prata agreſtiũ & oppidanorũ depaſcerentur, ac non modo pabulũ, ſed etiã victum omnes eis imperarent; ſiue adeo ipſi effractis horreis atq; cellis per vim auferrent: neq; contenti quantũ libuit aſſumpſiſſe, reliquũ etiam malitioſe profundebant, diſſipabant, & corrumpebant: iumenta è paſcuis & ſtabulis, atq; etiam iũcta curribus & aratris vtenda, vel potius ad curſum abutenda abducebant: eaq; vel defatigata & enecta dimittebant, vel ſi forte placuiſſent, retinebant & vſurpabant. Ad hæc in poſſeſſiones & facultates morientium Epiſcoporum ac cæterorum Sacerdotum inuadebant, eaſq; diripiebant. Quin & præfecti Principis idem faciebant, & principis horrea, prædia, fiſcumq; facultatibus, quæ cultus diuini adminiſtris & egentibus dedicatæ erant, augebant. B Hæc quamuis iniqua, iniuſta, crudelia & impia, quamuis acerba miſeris hominibus & intolerabilia, tamen quia longa conſuetudine inueterauerant, legiſque vim propemodum obtinebant, & à proceribus quibus erant vtilia defendebantur, perdifficile erat abrogare.

III
Comitia Lenciciana pronſdem moribus abrogandis.

Nihilominus hoc anno Comitiis apud Lenciciam habitis, omni cura ſtudioq; contendit & perfecit Caſimirus, & legem pertulit, qua barbarici illi & indigni Chriſtiano populo mores & abuſus omnino ſublati ſunt. Ac ne quando reſumerentur, octo Epiſcopi, qui in iis comitiis aderant, de ſynodi eam ob rem inſtitutæ ſententia graui anathemate, audiente & aſſentiente vniuerſo conuentu execrati ſunt, diriſque deuouerunt, quicumq; in poſterum agricolæ cuipiam pabulum, annonã, obſonium, iumentumue vi aut arte aliqua, C præterquam ad hoſtium aduentum denuntiandum, rapuiſſet, rapiue iuſſiſſet. Item qui in bona Epiſcoporum & Sacerdotum decedentium inuaſiſſet, aut inuaſorem recepiſſet, adiuuiſſet, defendiſſet, quocumq; is tandem eſſet genere, honore, ac dignitate, etiam ſumma præſtans. Fuere vero Epiſcopi qui hæc decreuerunt, Zdiſlaus Archiepiſcopus Gneſnenſis, qui non multo Petro ante defuncto ſucceſſerat, Gedeon Cracouienſis Epiſcopus, Ziroslaus Vuratiſlauienſis, Cherubim Poſnanienſis, Lupus Plocenſis, Conradus Caminenſis, Gaudentius Lubuſſenſis. Interfuerunt etiam iis Comitiis Otto Poſnanienſis, Boleslaus Vuratiſlauienſis, & Leſcus Maſouienſis, Duces.

III.
Reſcriptũ Alexandri PP pro confirmatione Conſtitutionũ Caſimiri.

Deinde Legati ex eo conuentu ad Pontif. Max. de cõfirmãdo ſalutari illo & pio decreto ſimul & Cõſtitutione miſſi, facile quod petebant ab Alexand. tertio impe- D trarunt. His ipſis verbis reſcriptũ dedit Alexander Papa.

Alexander Epiſc. ſeruus ſeruorum Dei dilecto filio nobili viro Caſimiro Duci Poloniæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. *Ex parte tua magnitudinis relatum eſt nobis, quod de conſilio Archiepiſc. & Epiſcopor. Poloniæ, & Principum terræ, quaſdam abuſiones & ſolitas iniurias ab Eccleſiis & perſonis Eccleſiaſticis amputaſti, conſtituens, ne bona decedentium Epiſcoporum amplius confiſcarentur. Conſtitutum eſt etiam, vt ſi quiſpiam in res defuncti Epiſcopi manus iniecerit, vinculo anathematis teneatur: nec præſumat vllus raptorũ defuncto Epiſcopo ſuccedere, donec abſolutionis beneficiũ aſſequatur, ablatis reſtitutis, vel ablatorum congrua æſtimatione promiſſa. Conſuetudinem aũt, quæ à Principibus terræ ſeruabatur, videlicet vt quocunq; pergerent pompatice, inuadentes horrea pauperum euacuarent, & ſi inter abſentes aliquid negotioli quandoq; contingeret, impii ſatellites diſcurrentes, raptos quoſcunq; caballos vel eneruarent in curſu, vel omnino deſtruerent, de Eccleſiaſticorũ & ſæculariũ virorum* E *conſilio emendaſti. Vnde quoniam conſtitutionem tuam iuſtã pariter & honeſtam auctoritate noſtra poſtulas confirmari: nos iuſtis poſtulationibus annuentes, Conſtitutionẽ præſcriptam, ſicut in ſcripto authentico ſuper hoc facto habetur, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſub interminatione anathematis prohibentes, ne quis eã violare aliqua ratione præſumat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis aũt hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotẽ-* A *tis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ſe nouerit incurſurum.* Dat. Tuſculani quinto calend. April.

IV.
Legati Poloniæ a PP petunt SS oſſa
b *Dlugoſſ in Annalib. Polon.*

Ab eodem [b] Alexandro Pontifice iidẽ Legati Poloniæ, oſſa alicuius ſancti, quibus Cracouienſis Eccleſia inſigniretur, poſtulauerunt: quibus præſente Cardinaliũ cœtu, ab eodẽ Alexandro gratiæ Polonis actæ, quod peſtifero durante ſchiſmate, nationibus & regnis vicinis aut claudicantibus, aut obedientiam Antipaparum profitentibus, ipſi conſtanti perſeuerantia, ab eius obedientia non diſceſſiſſent. De dando autem corpore ſacro, bene illos ſperare, ſeque Romam ſubſequi iuſſit.

V.
Auari cuiuſdam diuitis ad inferos damnatio.
Robert. in Chron.

In Galliis mirũ quiddam accidit, ab Alexandro Põtifice poſtea certo experimento exploratum. Erat quidã prædiues Burgenſis in loco qui dicitur, Rocca Amatoris, à quo Monachi Eccleſiæ S. Mariæ, & S. Amatoris mutuo acceperant pecuniam, tradentes illi in loco pi- B gnoris cortinas illius Eccleſiæ. Imminente aũt feſto Dei genitricis & Virginis Mariæ, rogauerunt prædicti Monachi Burgenſes, vt quas apud ſe habebat cortinas, ad ornandam Eccleſiam, tantæ ſolennitatis completo tripudio ei reſtituendas, eis accommodaret. Ille aũt aurẽ cordis habens obturatam, vt alter Nabal Carmelus, diues, iniquus, & ſtultus, nulla quidem prece flexus eſt, ſed reſpondit eis cũ timore animi, dicens, quod eſſent cortinæ illæ circa lectũ mulieris ſuæ, quæ nuper ei puerũ pepererat, nec aliquatenus inde poſſent amoueri. Quid multa? Tranſiit feſtus dies, & Eccleſia ornatum feſtiuũ non habuit. Sequenti vero nocte B. Maria Mater Domini noſtri apparuit in ſomnis vxori prædicti Burgenſis, & dixit ei: *Vir tuus peccatũ grande commiſit, nec poterit impietatis exceſſus derelinqui impunitus. Tertia enim die infans* C *tuus ſpiritum exhalabit, & vir tuus debitum morti ſoluens, in die octaua mutabit hanc temporalẽ felicitatem ſuppliciis æternis. Tu aũt proficiſceris ad Eccleſiam meam, quæ eſt in Bethleem, & circumſpectis ibi tribus ſepulchris, quorũ quidem duo extrema vacua non ſunt, mediũ tibi eliges in ſepulchrum. Interim omni feria quarta circa horam nonã deficiet in te ſpiritus tuus, & decurret ab ore tuo & naribus ſanguis multus, & vſq; ad horã nonam ſabbati veluti mortua permanebis. Sabbato hora nona ſpiritu redeunte, duces vtraſq; manus tuas ſuper faciem tuam, & continuo priſtinus color & fortitudo in te remeabunt*, ſc. vt ſic in mentis exceſſu diuinas acciperet reuelationes. Hæc locuta eſt B. Maria & abſceſſit. Mulier vero præ timore turbata euigilauit, & ruminans ſomniũ ſuum cum magna ſollicitudine, illud memoriæ commendauit. Craſtina aũt illuceſcente die, cœpit illud coniugi ſuo per ordinem enarrare. Miſer ſermonibus eius fidem non adhibuit: neque etiam D tunc cũ videret ſpiritum in puero deficere, de agenda pœnitentia cogitauit: ſed morte præuentus in die octaua, iuxta præoſtenſam viſionẽ, in ſuppliciũ lapſus eſt gehennale. Perturbabatur mulier in alterutrius nece, & omnia ſicut per ſomniũ mõſtrata fuerant, in ſe nihilominus intelligẽs accidiſſe: Romã cũ feſtinatione venit, & rẽ Alexandro Pontifici reuelauit. Præterea conſtanter aſſeruit, quod in ſequenti anno ab illo maxima fames ingrueret, & quod ex corruptione aeris innumerabilis hominũ multitudo moritura eſſet, & quod Clerũ Romanũ grauis animaduerſio feriret, niſi ab exercitio doli reſipiſcerẽt, ſub quo à multis retro tẽporibus vſq; in hodiernũ diẽ laborauerunt. Veruntamen Alexander Papã volẽs manifeſtius ſcire, ſi ſermones mulieris veritati innitere tur, cõmendauit eã duodecim nobilibus matronis, dato illis præcepto, vt cũ illa in mortẽ obdormi- E ret per extaſim, plantis eius ſubulas candẽtes infigerẽt, & de ſanguine ab illius ore manãte veſtes ſuas inficerẽt. &, ô rem mirabilẽ! Quarta feria, ſicut prædixerat, hora nona, mulier expalluit, & mortua eſt, ita vt nullus in ea vitalis remaneret ſpiritus, & ab eius naribus cœpit defluere ſanguis copioſus. Sed matronæ præceptorũ Dn. Papæ non immemores, pedibus mulieris calentes ſubulas infixerunt, nec ob id illa mota eſt. Inſuper de ſanguine ſuo veſtimenta tinxerunt: ſed omnis illa infectio per ſanguinem, in Sabbato nuſquam comparuit, cum ſpiritus vitæ in mulierem remearet.

D Virgo reuelat futura vxori huius diuitis.

Alexander PP. veritatem vaticiniorum mulieris explorat.

Digitized by Google

VI. Sch ſma in Eccleſia Scotorum ex electione Archiepiſc.
d *Rogerius in Annalib.*

A In Scotiã,[d] Alexand. Papa Alexiũ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconũ Legatum miſit: qui cauſam Archiep. S. Andreæ cognoſceret. Elegerant canonice Canonici, Magiſtrũ Ioannẽ, cognomẽto Scotum, Vuillelmus autem Rex Scotorum, Hugonem Capellanum ſuum, non obſtante appellatione ad ſedem Apoſtolicam à Ioanne interpoſita, intruſit. Legatus cognita cauſa, electionẽ Ioannis approbauit, & Hugonẽ indignum Epiſcopi nomine iudicauit. Conſecrato Ioanni Rex edixit, ne amplius in regno ſuo moraretur, ſed quantocius exularẽt. Vnde Legatus Apoſtolicæ ſedis, tum propter expulſionẽ Ioannis, tum propterea quod Hugo pro Epiſcopo ſe gereret, Epiſcopatum S. Andreæ interdicto ſubiecit. Scripſit Alexander vniuerſis Epiſcopis, clericis & populis Scotis: ſcripſit & Regi Scoto renuncians, quod ſi intra viginti dies Ioannem non reuocaret, neq; Epiſcopatus ei adminiſtrationem permitteret, Regnum v- B niuerſum interdicto ſupponeret. Contempſit Vuillelmus.

Rex Scotiæ excommunicatus.

Vnde Rogerius Eboracenſis Archiepiſcopus, & Hugo Dunelmenſis Epiſcopus, & Alexius Apoſtolicæ ſedis Legatus, mandatũ ſummi Põtificis proſequentes, ſententiam excommunicationis in perſonã Regis Scotiæ dederunt, & ſententiã interdicti in eius Regnũ promulgarunt. Poſtulabat Vuillelmus, vt in aliam ſedem Ioannes transferretur, cæterum Alexander Pontifex nunquam voluit conſenſum præbere.

VII Pontifex expeditionem parat contra Saracenos.
e *Roger in annalib.*

Eodẽ anno, cum Alexander Papa audiſſet, Saladinũ Saracenũ totis viribus contra Chriſtianos in Palæſtina velle pugnare, toti Chriſtianitati claſſicum intonuit, datis literis ad Epiſcopos, Principes, Nobiles, milites, clerũ & populũ: vt quo maiores poſſent, copias in ſubſidiũ Chriſtianorũ Palæſtinorum ſubmitterent. Philip- C pus Rex Franciæ, & Henricus Rex Angliæ, primi fuêre, qui auxilia promiſêre.

Manuelis Imp Or. obitus.

Manuel Conſtanſtinopolitanus id vnũ requiſiuit, vt Alexander Pontifex Legatũ Cruce ſignatis adderet, qui inſolentium audaciã reprimeret, atq; caſtigaret. Paucis poſt diebus quam ſcripſit, ſc. Pridie nonas Octob. ex hac vita diſceſſit, cuius eleemoſynas & beneficia enarrabit omnis Eccleſia ſanctorum. In his quas ad Alexandrũ Papam dedit litteris, ſatis cupidum Vnionis Eccleſiarum Orientalium cum Occidentalibus demonſtrauit: cui rei etiam Concilium paulo ante obitum conuocati, & in eo de rebus fidei diſputationem inſtitui curauit. Sed malitia Schiſmaticorum non parum obſtitit, ne quidquã ſtabiliretur, Georgius enim Corcyræ Epiſcopus, cum Nectario Abbate, quẽ more mulino, quorũ vnus alterum ſcabit, literis dillaudabat, piis Imperatoris conatibus ex aduerſo ſe oppo- D nebant. Moriens Manuel monaſticum habitum aſſumpſit, atq; pœnitentis in modum diſceſſit.

VIII. Ludouici Gall. Regis obitus.

Eodem anno in viuis eſſe deſierunt, Ludouicus Rex Galliæ, & Amalricus Patriarcha Hieroſolym. Ludouico in regnum Philippus filius ſucceſſit: Amalrico autem Heraclius Cæſarienſis Archiepiſcopus. Inter Philippum Gallum, & Henricum Anglum, Petrus Cardinalis Legatus pacem perpetuam conſtabiliuit.

IESV CHRISTI ANnus 1181.

ALEXANDRI PAPÆ III. ANN. XXII. FRIDERICI Imp. ann. 27. Alexii Comneni Imp. ann. 1.

I. Gaufredus abdicat ſe Epiſcopatu. Lincolnienſi.
a *Roger. in annalib.*

ANNO *Chriſti* 1181.[a] Alexander Pontifex cum primũ audiſſet Regis Angliæ ſecundogenitum nomine Gaufredum, ad Epiſc. Lincolnienſem electũ, nõ mo- E re Epiſcopi inſtituere mores ac vitã, dedit in mandatis Richardo Canthuarienſi Archiepiſc. vt omni occaſione & excuſatione poſtpoſita eum compelleret per Eccleſiaſticã cenſuram electioni ſuæ renuntiare, vel ſine dilatione ordinem Sacerdotis, & Pontificalis officii dignitatẽ recipere. Gaufredus aũt in arcto poſitus, & imperfectũ ſuum ſentiens, conſideranſq; ſe tantæ adminiſtrationi minime poſſe ſufficere maluit ab Epiſcopalibus abſtinere, quam onus importabile ſibi imponere. Vnde in hac forma ſcripſit Richar. Cantuar. Archiepiſ.

Literæ abdicationis ad Richar. Cantuar.

A *Venerabili Patri & Dn. Richardo Dei gratia Cantuarienſ. Archiepiſc. Apoſtolicæ ſedis Legato, Gaufredus Domini Regis Angliæ filius, & Cancellarius, ſalutẽ, & reuerentiã debitã ac deuotã.*

Placuit maieſtati Apoſtolicæ, veſtræ iniungere ſanctitati, vt me certo tempore vocaretis ad ſuſcipiendum ordinem ſacerdotii, & Pontificalis officii dignitatem. Ego vero conſiderans, quamplures Epiſcopos maturiores ac prouectiores prudentia & ætate vix tantæ adminiſtrationi ſufficere, nec ſine periculo animarum ſui officium Pontificatus ad perfectum explere: veritus ſum onus, importabile ſenioribus, mihi imponere iuniori faciens hoc non ex aliqua leuitate animi, ſed ob reuerentiam Sacramenti. Habito itaq; tractatu ſuper hoc cum Domino Rege Patre meo, Dominiſq; fratribus meis Rege, & Pictauiæ & Britanniorum Comitibus, Epiſcopis etiam, Henrico Baiocenſi: Frogerio Sagienſi, Reginaldo Bathonienſi, Sigefrido Ciceſtrenſi, qui præſentes aderant, aliter de vita & ſtatu meo diſpoſui, volens patris mei obſequiis militare ad tempus, & ab Epi- B ſcopalibus abſtinere. Omne itaq; ius electionis meæ, & Lincolnienſem Epiſcopatum ſponte mea libere & integre in manu veſtra, Pater Sancte, reſigno, tam electionis, quam Epiſcopatus abſolutionem poſtulans à vobis tanquam à Metropolitano meo, & ad hoc ab Apoſtolica ſede ſpecialiter delegato. Bene Vale.

II. Decretalis Alexand. PP de reliquiarum veneratione.
b 1. *Audiuimus de reliq. & veneras.* 8.

Eodem tẽpore [b] Alexander Papa decretalẽ ſanxit, de reliquiis & veneratione Sanctorũ, in hæc verba: *Audiuimus quod quidam inter vos diabolica fraude decepti hominem quemdam in potatione & ebrietate occiſum, quaſi Sanctum (more infidelium) venerantur: cum vix pro talibus in ebrietate peremptis Eccleſia permittat orare. Dicit enim Apoſtolus: Ebrioſi regnũ Dei non poſſidebunt. Illum ergo non præſumatis de cætero colere: cum ſi per eum miracula fierent, non liceret ipſum pro ſancto, abſque auctoritate Romanæ Eccleſiæ, venerari.* Hactenus Alexander. Aliqui putant occaſionẽ datam fuiſſe, à caſu quodã in aliquo Monaſterio emergente: de quo Arnulphus C Lexouienſis Alexandrũ monuerat. Non tamen Arnulphus aſſerebat imo neq; innuebat, Monachos illos tam impudentes & impios fuiſſe vt occiſum aliquem crapulonem, inter ſanctos deputarint. Scripſit Alexander plura alia reſcripta, quæ Henricus de Gandauo *Conſulta Alexandri* nominauit.

III.

Arnulphus Lexouienſis Epiſcopatu relicto, apud S. Victorẽ Pariſienſem in Monaſterio priuatam vitã egit: fruſtra & perſuadẽte Petro Bleſenſi, vt Epiſc. reciperet.

IV. Quorundam obit.

Hoc anno è viuis abierunt, 1. S. Laurentius Dublinẽſis Epiſc. quẽ Honorius III. in numerum ſanctorum adſcripſit. 2. Rogerius Eboracenſis Archiepiſc. præpoſtera libidine infamis 3. Ioannes Sariſberiẽſis Epiſc. Carnotenſis, olim Diuo Thomæ Cantuarienſi à ſecretis.

V. Alexandri PP obitus.

Hoc anno, die 6. Cal. Septemb. Alexand. III. Pont. Max. Romæ in Palatio Lateranenſ. vita defunctus eſt: D vir acer inprimis, & in ſuſcepta Eccleſiæ defenſione cõſtantiſſimus, inimicitiis Friderici Imp. quas fortiter ſuperauit, virtutiſq; memoria inſignis. Nõ eſt prætermittenda reuelatio, facta in Hiſpania Marco viro pio & religioſo, Canonico S. Iſidori Legionenſ. vbi corpus S. Iſidori tranſlatũ requieſcit. Cũ in cubiculo p noctẽ Marcus iaceret, viſus eſt ſibi ſenex venerandus eũ vocare, vt poſt ſe veniret, indicaturus ei magnalia diuina, qui ſurgẽs, cõtinuo ſecutus eſt eũ: qui cũ ad clauſtrũ monaſterii peruniſſet, reperit totũ magno ſplẽdore plenũ, & turbis cœleſtibus albis veſtibus indutis, qui omnes ſuaui Harmonia laudes altiſſimo cõcinebãt. In ſacello Regio aderat Beatiſſima Dei Genitrix Maria choro circũdata Apoſtolorũ. Quidã aũt illorũ Sanctorũ quærunt ab aliis, vbi eſſent Principes Apoſtolorũ Petrus & Paulus, & E egregii cõfeſſores Gregorius & Iſidorus. quibus reſpõſum eſt, Romã adiiſſe ad excipiendã animã Alexand. III. Papæ, tunc vita defuncti, & ad ſubueniendũ ei: & parua mora interiecta, ecce quatuor Sancti deferẽtes ſecũ animam Alexand. III. Papæ, poſt quos ſequebatur multa caterua dæmonũ, magno ſtrepitu & clamore dicentũ, Alexandrũ ad pœnas expurgatorias, propter aliqua peccata quæ cõmiſerat, dãnandum. Acceſſerunt interim ſancti illi ad Dei Genitricẽ Mariã, & annuerunt omnes B. Iſidoro, vt petitionẽ exponeret. Tunc ille precatus pro anima illa, memorabat quantas gratias & priuilegia conceſſerat

Viſio Marci Canonici de Saluatione Alexand. PP.
Luc Tuden lib. 3 de miraculis & translatione corporis S. Iſidori c. 40.

Digitized by Google

ceſſerat illi ſuo monaſterio, & Eccleſiæ filii ſui vnigeniti: proindeq; orabat Diuam, vt animã illam liberam ſineret ab igne expiatorio, inq; ſocietatem Sanctorum admitteret, *tũ*, inquit, *hæc facilia ſint tibi, quæ in tuis viſceribus Chriſtũ cæli & terræ conditorem genuiſti.* Quibus Virgo Maria reſpondit: *Indignum erit vobis præcipuis ſanctis gloriæ cœleſtis aliquid denegari: proinde confiſa de miſericordia filii mei, annuo votis & petitioni veſtræ.* Vix finierat ſermo Virginis, cũ vox de cœlo intonuit: *Fiat voluntas Matris, & Sanctorum meorum: & Alexander cœli ciuibus continuo adiungatur.* Eam vocẽ vt audierunt omnes Beati, magna lætitia perfuſi, *Alleluia* concinuerunt: caterua antẽ dæmoniorum confuſa aufugit, & illa cœleſtis viſio diſparuit: Marcus autem presbyter, Priori & Canonicis omnia quæcunque aſpexerat, retulit, qui tempus viſionis adnotauerunt, eademq; die & hora Alexandrum III. Pontificem Romæ vita functum poſtea deprehenderunt.

VI. Lucius III. creatur Pap.

Alexandro defuncto Lucius tertius natione Etruſcus Humbaldus antea nomine, ex Epiſcop. Oſtiẽſi ſucceſſit. Patriarcha Alexandrinus & Hieroſolymitanus Antiochenum Principem iuuenẽ, cenſuris exagitauerunt, eo quod is relicta vxore legitima Theodora, neptae Conſtantinopolitani Imp. aliam ſuperinduxiſſet. [c] Conradus Epiſcopus Saltspurgenſis, corpora SS. Virgilii, Vitalis, Hartuuici & Eberhardi, anteceſſorũ ſuorum reperit, & in alium tulit locum, magna frequentia mirandorum.

c *Henr. Caniſ. pag. 264.*

VII. Ingens miraculũ de SS. Euchariſtia.

Hoc anno apud Aurelianum Galliæ miraculum ingens in ſacrata hoſtia apparuit. Quadã die Dominica, circa feſtum B. Laurentii, presbyter, celebrans parauerat duas hoſtias, propter viaticum, & proceſſerat vſque ad orationem Dominicam, dum in momento vidit, illam quam manibus tenebat, rubeo colore ſuffuſam, & ſanguinem ex ea inter digitos profluentem.

Timore percuſſus, illam è manibus in ſacram ſyndonem repoſuit; ſed ea in vno, altero, & tertio loco repoſita, ſanguinem ſtillauit, ſyndonemq; tribus in locis purpurauit. Populus accurrit, & mirabatur; Sacerdos autem illam quam ipſe parauerat ad conſeruandum deſumpſit; hanc aũt intactã reliquit, donec Rex Philippus, qui non longe aberat, aduenit, qui hoſtiam in forma carnis viuidæ, & ſuper corporale ſanguinis guttas, ſiue notas, cum tranſponeretur hoſtia, ad modum hoſtiæ circulatas aſpexit. Poſt modicum temporis, eadem hoſtia apud caſtrum Charolã, Priore in feſto omnium Sanctorum celebrante, partim carnis, partim panis ſpeciẽ repræſentauit, eaq; Priore ipſam tripartito diuidere volente frangi non potuit, ſed per medium replicata integra manſit, & mox pars vna formã carnis induit, pars reliqua in priſtina forma manſit. Simile quiddam apud Coronam oppidum, & aliud in territorio Vindocinenſi apud Attrebatam accidit, propter hæreſim in Guaſconia pullulantem confutandam. *Vinc. lib. 29. ſpeculi hiſtor. c. 25.* Sed & hoc anno, aliud quoq; miraculũ in Euchariſtia editũ, patratũ eſt; occaſione cuius *Robertus de Monte in Appendice ad Sigebertum* alia narrabat.

VIII. Alia de eadem pro confirmãda fide Catholica.

In ſolemnitate Paſchali, apud Caſtrum quod dicitur Mons aureus, quædam mulier infamis, cum acciperet corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti in ore ſuo, non glutiuit illud, ſed tulit, & inuolutum panno lineo in arca ſua depoſuit. Eam cum quidam illius Amaſius aperuiſſet, inuenit hoſtiam Dominici corporis & ſanguinis, tranſmutatam in effigiem carnis & ſanguinis.

IX.

Hoc & accidit in quadam villa Abbatis Sancti Petri Carnotenſis cuidam Sacerdoti, cum teneret in miſſa corpus Chriſti in manibus.

X.

Simile miraculum accidit iterum in Carnotenſi Epiſcopatu tempore Roberti Epiſcopi Britanni; cum quidam ruſticus poſuit corpus Domini in ora capſæ ſuæ, & ibi ſeruauit illud vſque ad mortem ſuam: & tunc ibi repertum eſt in ſpecie carnis.

XI.

Idem miraculum accidit cuidam mulieri in Flãdria; quæ hoſtiam quam in ciſta ſua repoſuerat, eamdem poſtea inuenit in effigie carnis.

Similiter euenit in Andegauenſi ciuitate, cum quidam Sacerdos cantaret miſſam, puer paruus qui intererat, vidit puerum paruum pulcherrimum in manu Sacerdotis conſecrantis corpus Chriſti, cumq; vidiſſet protinus foras Eccleſiam exiuit, clamans omnibus quos inuenit, & dicens; *Venite, & videte mirabilia Dei.*

Hoc etiam accidit cuidam Sanctiſſimo presbytero iuxta Fiſcanũ, dum Fiſcani in die dedicationis Eccleſiæ SS. Trinitatis miſſam cantaret. Vocauit itaq; protinus Epiſcopos, qui ad dedicationem cõuenerant, vt rem proprius aſpicerent. cumque iſti proſpexiſſent, ille tulit Sacramentum, & in calicem demiſit: illi vero in altari condiderunt. Voluit Deus iſtis miraculis, tamquam clariſſimis omnipotentiæ ſuæ ſignaculis, teſtatam reddere fidem Catholicam, de vera & reali Corporis & Sanguinis Chriſti in Euchariſtia, præſentia, quam impii Albigenſes pernegabant.

Hoc anno, vixit Galganus Clusdino pago ſeu caſtro agri Senenſis, parentibus antea ſterilibus natus. Hic voluptuoſam vitã duxit, donec patre defuncto, à Michaele Archangelo in ſomnis bis monitus, vt Chriſti miles fieret, in montem Sepiũ veniens, tertio ab Angelo admonitus eſt, vt mundum deſerens Deo vacaret. A quo conſilio mater & propinqui, vxorem ei elegantem & diuitem proponentes, illum auertere magnopere conati ſunt: cum vero ab eis perſuaſus, ad ſponſam videndam properaret, ſic ſubſtitit equus, vt calcaribus progredi coactus, locutus feratur, ſe ab Angelo progredi prohiberi: cuius etiã in ſaxo veſtigia, apud eum montem monſtrãtur. Eo igitur miraculo mutatus, ad montem prædicti perueniens, cruce ex enſe ibi defixa, cellulaq; extructa vitam cœpit ducere ſolitariam, multis tentationibus Dæmonis oratione ſuperatis, Bacchæ Syluestres & herbarum radices, cibus, aqua potus, humus lectus, illi erãt. Vt Clusdinum rediret, voce de cœlo roboratus, tentationem vicit. A venatore deprehenſus, illi equum & veſtes ſuas conceſſit, pellibus ipſius venatoris indutus. Cum autem venator matri vbi Galganus erat retuliſſet, primus cum ſponſa, & propinquis ad eum pertexit, vt à propoſito abduceret. Sed contra accidit: nam ſponſam ad virginitatem ſeruandam induxit, & matrem lætam dimiſit. Romam ad loca ſancta viſitanda profectus, cellula ipſius cum cruce, à nonnullis, qui omnes male perierẽ, exuſta eſt: quod ſibi diuinitus reuelatum, Summo Pontifici narrauit, acceptaq; ab eo benedictione, ad eremum reuerſus, cellulam reædificauit, & enſis partes ſigno Crucis rurſus copulauit. Dæmoniacos plures, & corpore viriatos, ad ſe delatos, ſanauit. Panem venenatũ ſibi à quodam porrectum, ſigno Crucis benedicens, ſine nocumento comedit. Deniq; illis verbis vocatus: *Satis eſt quod laboraſti, metes nunc, quod ſeminaſti*, ad vitã æternam euolauit, 3. Non. Decemb. ætatis ann. 33. Ibid. ab Epiſc. Volater. (in cuius diœceſi locus eſt) & Maſſano, ac aliquot Abbatibus ſepultus. Quo in loco Eccleſia ſuo nomini dicata, multis opibus, ob crebra S. Viri miracula, aucta, in Abbatiã erecta fuit. *Ex Monu. illius Eccleſiæ.*

IESV CHRISTI ANnus 1182.

LVCII PAPÆ III. ANN. I. FRIDERICI IMP. Ann. 28. Alexii Comneni Imp. Ann. 2.

ANNO *Chriſti* 1182. [a] Vuillelmo Rege Scotorũ per Legatos abſolutionem ab excommunicatione apud Lucium Pontificem ſuppliciter poſtulante, non ſlibenter Pontifex conceſſit: cum ille Ioannem electum ſedi ſuæ præſidere tolerauiſſet. Hugo intruſus, iudicium Legati Apoſtolici declinauit, & ad Alexandrum ſummum Pontificem appellauit.

Maronitarum hæreſis ſiue à monte, ſiue à Marone abbate dicta, vigebat adhuc in Palæſtina. Docebant, in Chriſto vnam voluntatem atq; operationem eſſe. Eorum ad quadraginta millia hæreſim monothelitarum eiurarunt, & Eccleſiæ orthodoxam fidem amplexi ſunt.

III. Vnde Carmelitæ habeant originem.

Haimericus Patriarcha Antiochenus videns quam plurimos in Orientem peregrinantes amore ſolitariæ vitæ indidem remanere, eos in vnum reduxit, atque in montem Carmelum duxit, vnde origo eorum religioſorum, qui poſtea nomẽ Carmelitarũ ſibi impoſuerunt.

IV. S. Franciſci natalis.

S. Franciſcus natus eſt hoc anno Aſſiſii, patre Petro Bernardone. Laborans S.R.E. Cardinalis canonũ collectionem fecit & vulgauit, opus ſumma laude dignũ.

IESV CHRISTI ANNVS 1183.

LVCII PAPÆ III. ANN. II. FRIDERICI Imp. ann. 29. Audronici Comnemi Imp. ann. 1.

I. Romani inſurgunt aduerſus Lucium PP. a *Roger. in annalib.*

ANNO *Chriſti* 1183. Ioannes & Hugo Scoti, de Epiſcopatu S. Andreæ certantes, Romam venerunt, & in manu Lucii Pontif. ius ſuum depoſuerunt. Ceſſit tẽpori Lucius Papa, & ne ſchiſmate eam Eccleſiam ab occidentali diuideret, Hugoni Epiſcopatũ decreuit: Ioanni altero Epiſcopatu delato Romani iterum contra ſummũ Pontificem turbas ciebant. Cui cum Fridericus Imp. ſuppetias per Chriſtianum Moguntinũ Archiep. tuliſſet, hoſtes fontem veneno infecerunt: ex quo auxiliares eius copiæ bibentes enecabantur; ipſo Archiepiſcopo Moguntino extincto.

II. Henrici Iun. Reg. Ang obitus, & pœnitentia.

In Anglia [a] Henricus Rex Iunior defunctus eſt: cum & theſauros Eccleſiarum diripuiſſet & Patri Henrico ſeditionem excitaſſet & olim multa indigna contra S. Thomam perpetraſſet. Moriturus, vocauit Patrẽ ſuum: ſed is quod inſidias timeret, venire recuſauit. Interim Rex filius conuocatis corã ſe Epiſcopis & viris religioſis, qui aderant, primum ſecreto, deinde coram omnibus ſua confeſſus peccata, pœnitentiã, & ſuorum recepit remiſſionem peccatorum, & Vuillelmo Mareſcallo familiari ſuo tradidit Crucem ſuam Hieroſolymam deferendam. Deinde depoſitis mollioribus indumentis ciliciũ induit, & ligato fune in collo ſuo, dixit Epiſcopis & cæteris viris religioſis circumſtantibus: *Trado me peccatorem indignum, culpabilem & obnoxium per funem iſtum vobis miniſtris Dei, poſtulans vt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui latroni confitenti in Cruce peccata dimiſit, per preces veſtras, & per ſuam ineffabilem miſericordiam miſereatur infeliciſſimæ animæ meæ.* Et reſponderunt omnes, *Amen.* & ipſe ait illis: *Trahite me à lecto iſto per hunc funem, & imponite lecto illo cinereo, quem ſibi parauerat.* Et fecerunt ſicut ipſe præcepit illis, & oppoſuerunt capiti, & pedibus eius duos lapides magnos quadratos. & omnibus rite peractis, ipſe præcepit corpus ſuum deferri in Northmaniam vſque Rothomagum, & ibidem ſepeliri. Et his dictis, ipſe lacrymans Sacroſancti corporis & ſanguinis Domini viatico munitus, in timore Domini ſpiritum emiſit. Regem Patrem dolentem Petrus Bleſenſis literis conſolatus eſt. Conſtantiæ in Germania Fridericus Imp. Comitiis habitis, pacẽ Italiæ conſtitutione edita ſtabiliuit.

III.

IV. Plurimi Coterellorum hæreticorum ob ſacrilegia trucidati. b *Antonin. tom. 2. tit. 17. §. 17.*

[b] In Prouincia Bituricenſi ſeptem millia Coterellorũ hæreticorum, & amplius interfecti ſunt ab illius terræ incolis, in vnum contra inimicos Dei confœderatis. Iſti enim terram Regis vaſtantes, prædas ducebant, homines captos ſecũ viliſſime trahebant: & cũ vxoribus captorũ, etiam, proh nefas! ipſis videntibus dormiebant, Eccleſias incendebant. Sacerdotes autẽ & viros religioſos captos ſecũ ducentes, & in ipſis tormentis irriſorie dicentes: *Cantores cantate, cantate*: cõfeſtim eis alapas dabant, & groſſis virgis eos cædebant. Ex quibus quidam ſic flagellati beatas animas Deo reddiderunt. Alii longa carceris cuſtodia ſemimortui, data pro redemptione pecunia, ad ꝓpria redierunt. Deniq; peccatis hominum exigentibus, iidem Coterelli Eccleſias ſpoliabant, & corpus Domini de vaſis aureis & argenteis, in quibus pro infirmorũ neceſſitate ſeruabatur, extrahentes, & (proh dolor!) in terrã proiicientes pedibus conculcabant. De corporalibus vero concubinæ eorũ pepla capitibus ſuis componebant. Calices vero irreuerenter ſecũ portabant, & malleis ac lapidibus confringentes diſtrahebant. Hæc videntes incolæ ipſius prouinciæ Regi Philippo ſignificarũt, acceptoq; ab eo exercitu, vnanimiter inſultũ in hoſtes fecerũt, & õnibus à minimo vſq; ad maximũ interfectis, de præda illorũ ditati ſunt.

In Hiberniã miſſus Legatus presbyter Cardinal. Viuianus Concilio indicto re infecta, & auro quod ſitierat, minus onuſtus, diſceſſit. Ita plane nunq̃ vllum bonũ finẽ ſortita eſt legatio, quã auri ſacra fames infamauit.

V. c *Neub. in gen. li. 3. c. 9.*

VI. Andronicus Alexio ſtrangulato Imp. Or inuadit. d *Nicet. Choniat. in Andronico lib. 2. & Vuillelm. Tyrus lib. 21. c. 12 & ſeqq.* Eiuſdem in Latinos dira graſſatio.

[d] Conſtantinopoli Andronicus Alexium Imperatorem puerũ noctu ſtrangulauit, & Imperiũ tyrannice inuaſit, fautore Baſilio Camateto Patriarcha, qui Theodoſio ſucceſſerat. Sæuiit & in Latinos in ea vrbe agẽtes, eo quod illi à partibus Alexii Protoſebaſtæ perſtitiſſent. Potentiores quadraginta quatuor triremibus conſcenſis effugerunt. in eos qui ad fugã minus idonei extiterãt ſæuitũ eſt. Peremptis iis qui reſiſtere poſſe videbantur, ignẽ illorum ædibus milites ſubiecerunt, & vniuerſam eorũ regionem in fauillas conuerterunt, mulieribus & paruulis, ſenibus & valetudinariis incendio conſumptis. Nec ſufficiebat eorũ impietati in loca deſæuire ꝓfana, verum Eccleſias & loca quælibet venerabilia ſuccẽdẽtes, qui ad ea ſalutis cauſa cõfugerant, cũ ipſis pariter ſacris ædibus concremarunt. Nec erat differentia plebeiorum & Cleri, niſi quod atrocius in eos deſæuiebant, qui religionis & honeſtatis habitum prætendebãt. Monachis enim & Sacerdotibus primas irrogabant iniurias, & tormentis exquiſitis eos perimebant.

VII. Ioannis Cardinalis immane martyriũ.

Erat in eadem Vrbe, Ioannes S.R.E. tituli Anaſtaſiæ presbyter Cardinalis, ſedis Apoſtolicæ apud Imperatores Apocriſarius, cuius opera vnionem Orientalium Eccleſiarum cũ Romana Manuel curabat. Suadebatur, vt diſcederet, ne occideretur. At ille: *Abſit hoc à me,* ait. *Ego huc ſto pro vnitate Eccleſiæ, & pro dignitate Pontificis, qui me miſit.* Tunc perfidi Græci irruentes occiderunt eum, & ligantes canẽ cum eo, ita quod cauda canis eſſet immiſſa ori capitis deciſi, per vicos ciuitatis traxerunt, & in fouea igni iniecto combuſſerunt. Corpus eius Chriſtiani Latini occulte tulerunt, & honeſte ſepelierunt, Deo miracula operante ſuper eius monumento.

VIII. Græcorũ rabies barbarica in ipſos mortuos.

Sed nec mortuis, quibus omnis parcere conſueuit impietas, ab iſtis ſacrilegis tuta erat quies, hos enim de monumentis extractos per vicos & plateas, quaſi illatas ſentirent iniurias, diſtrahebant. Accedentes præterea ad Xenodochiũ, quod S. Ioannes dicebatur, quotquot in eo lãguidos repererunt, gladio peremerunt. Qui aũt ex officio pietatis oppreſſorum afflictiones merito tenebantur releuare, eorum ſacerdotes videlicet & monachi, dato pretio, graſſatores & ſicarios ad ſtragem inuitabant, diſquirentes receſſus & penetralia domorũ, ne, qui in eis deliteſcerent vt mortis diſcrimen deuitare poſſent. Hos inuentos & violenter extractos carnificibus tradebant; quibus etiam, ne gratis operam impenderent, pretium ſanguinis pro miſerorum interfectione porrigebãt. Qui aũt clementius cum eis videbãtur operari, hi eos qui ad ſe confugerant, & quibus ſpẽ dederant ſalutis; Turcis & aliis infidelibus populis in perpetuã vendebant ſeruitutẽ: ex quibus promiſcui ſexus, ætatis & conditionis pluſq̃ quatuor millia barbaris nationibus, pretio interueniente, diſtracta eſſe dicebãtur. Sic ergo impius Græcorũ populus, & genimina viperarũ, more ſerpẽtis in gremio, & muris in pera, nihil tale meritos, nihilq; tale verentes, hoſpites ſuos male remunerauerunt. Quibus tamen filias ſuas, neptes quoq; & ſorores, vxoreſque dederant, & ex diuino conuictu ſibi reddiderant familiares.

IX. Latini de Græcis vindictam ſumunt.

Cæterum tantum facinus, non impune commiſerãt. Qui enim Latinorum in triremibus effugerant, cum audiſſent tantam ſtragem ſuorum, ſumptis animis & viribus comparatis vrbes Græcorum & monaſteria quæ ab Helleſponto, vſque ad mare mediterraneum littoribus imminebant, ferro & flammis vaſtarũt; maximamque iniuriam ſuorum, ingenti cæde Græcorũ vlti ſunt.

IESV CHRISTI ANNVS 1184.

LVCII PAPÆ III. ANN. III. FRIDERICI IMP. Ann. 30. Andronici Comnemi Imp. Ann. 2.

I. Quomodo S. Do-

ANNO *Chriſti* 1184. Magnus Prædicatorum Patriarcha Dominicus per ea tẽpora adoleſcebat, præſa-

giis or

minicus adoleſcentiá tranſegerit. *Theodoric. de Apolin. in vita. apud Sur. 4. Aug.*

giis ortum eius tum præcedentibus tum ſuccedentibus par futurus. [a] Iacenti aliquando illi in lectulo, apũ examen adfuit, & circa os volitans, linguã eius diuinæ ſapientiæ melle affluiturã indicauit. Itaq; vixdum infantiæ annos egreſſus, exemplo piorum parentum templũ crebro adire, miro feruore in precibus perſiſtere, lectuli quoq; mollitiem in ea ætatis teneritudine ſæpe relinquere, nuda humo infantilia membra allidere, & iam tunc de cœleſti diſciplina ſedulo meditari cœpit. Erat in Eccleſiis aſſiduus, pſalmos cum Clericis promebat, hymnos concinebat, ſacris myſteriis deuotus aſſiſtebat, & Chriſti miniſtris ac Sacerdotibus mira alacritate & gaudio ſeruiebat; denìq; hæc & alia in altero ætatis ſeptenario ita obibat, vt ſub tenello vultu veneranda quædam animi canities abdita videretur. Igitur parentes cum cernerent admirandam in ſancto puero ſimul cum ætate gratiæ acceſſionem, ſtudiorũ cauſa Palentiã eum deſtinarunt. vbi prudens adoleſcens non ſegnitiẽ ſectatus, ſed rebus friuolis & ineptis, quibus ea ætas diffluere ſolet, contemptis, breui, & ingenii facilitate, & labore indefeſſo, & aſſiduo precationis ſtudio liberales diſciplinas aſſecutus eſt. quibus tamen non ita multum tribuit, ſed mox vt ab humana philoſophia, ad Chriſtianæ pſtantiã, cui tota mẽte inhiabat, perueniret, ocyus ad fontes Theologicæ ſapientiæ ſe contulit: cui toto quadriennio, tanta animi cõtẽtione, & ſtudio inſudauit, vt pene noctes duceret inſomnes, quietiſq; tẽpora vigiliis largiretur. Atq; vt è fonte ſapiẽtiæ ſalutaris largius potaret, decẽ annis vino, in quo eſt luxuria, caſtitatis amator penitus ſibi voluit interdictũ. Et quia incenſo erat in Deũ amore, nõ potuit pximũ, quẽ Deus vult in ſe diligi, non vehementer amare. Itaq; quicquid in Deũ nullius rei egentẽ non poterat, id totũ in pximũ incredibili ſane charitate conferebat. Ea tẽpeſtate cũ Palentiæ literis operã daret, omnẽ fere Hiſpaniã horrida fames oppreſſerat, ex quo deficiebant pauperes media niq; cõfecti. Inter hæc Dominicus perfectionis ſectator egregius, vt pro ſua facultate pauperum inopiæ ſubueniret, libros & omnes res ſuas alacriter diſtraxit, precium in miſeros egenos expendit, ſuoque exemplo ad benignitatem in pauperes egregie prouocauit.

II. Miraculũ de corpore S. Floriani in Poloniã miſſi. [b] *Dlugoſſus in annalib. Polon. & Cromer. lib. 6.*

Romæ feria quarta Cinerum, Lucius Papa plurimos Cardinales creauit: & Legatis Poloniæ, corpus S. Floriani Martyr. dono dedit. neq; ſine pdigio ſeu miraculo. [b] Ipſe n. Lucius Põtifex, ſacrariũ, in quo plurima ſanctorũ corpora ſeruabãtur, ingreſſus quis ſanctorũ illic quieſcẽtiu in Poloniã migrare vellet, inquiſiuit. Ad quã vocẽ, ſerione, an ioco, incertũ eſt, à ſummo Põtifice plata, ex tumba, in qua Sacrũ corpus S. Floriani conditu erat, manus pretenſa, Lucio vocãti, denegantis & indicantis ſe apparuit, donariq; Polonis & Eccleſiæ Cracouiẽſi huiuſmodi ptentione corpus ſuum ſignauit. Nihil cunctatus Pontifex, eiuſdẽ S. Floriani martyris corpus p Aegidiũ Mutinẽſem Epiſc. Cammaro, & Cracouienſi baſilicæ trãſmiſit. Cui Cracouiã ſexto Calend. Nouẽ. aduenienti, Caſimirus Princeps vna cũ Gedeone Epiſcopo, & ſolemni ſacerdotũ põpa, & ingenti omnis generis hominũ caterua, ad ſeptimũ milliariũ pgreſſus, ſacra pignora reuerenter excepit, & tẽplum Diuo Martyri ſumptu magnifico extruxit, ſplẽdida ſuppellectili ornauit, prouẽtibus ditauit, & Collegiũ Sacerdotũ Canonicorũ in eo inſtituit. Ab eo tẽpore in S. Floriani memoriam cœperunt Poloni, tam militares, quam ciuiles & agreſtes, filios ſuos in baptiſmate eius nomine inſignire.

Dato corpore S. Floriani Polonis, Lucius Papa Veronã pfectus eſt, ad colloquiũ ab Imperat. indictũ, vbi cũ eſſet, Ducẽ Saxo. Friderico hactenus irato recõciliauit.

III. Seditio à Romanis contra Lucium PP. excitata. *Ciaccon. ex monum. Romanis.*

Habuit cauſam Lucius Põtifex, cur Veronã cõcederet: cũ illũ eadẽ q̃ pdeceſſores ſuos calamitas afflixiſſet. Nã cũ Romanus populus intellexiſſet Põtificẽ quorũdã ciuiũ opa deliberaſſe, vt ſenatoribus in ordinẽ redactis, ipſe Imperiũ vrbis occuparet, excitata ſeditiõe cũctis Põtifici adhęrẽtibus, qui cõphẽdi potuere, oculos effodit. Qua tam inſigni cõtumelia accepta Lucius, Vrbe ſibi

IV.

excedẽdũ exiſtimauit: maxime cũ à Frid. Imper. inuitaretur ad cõgreſſum. Vrbe egreſſus, Petrũ Tuſculanũ Epiſc. Vicariũ reliquit: ipſe vero Mutinã accedẽs, Frideri. Imper. qui per ea tẽpora ex Germania in Lombardiã venerat, ad mutuũ de rebus grauiſsimis colloquiũ acciuit. Cõuentui locus Verona deſignata eſt, opulens tũ Ciuitas, & cũ Cardinalibus pleriſq; eo iter inſtituit: p Etruriã trãſiens Lucã patriã adiit, atq; ibi Baſilicã S. Martini plurimis priuilegiis honeſtauit, qui vt ciues ſuos Lucẽſes eximio aliquo beneficio inſigniret, tantã ſibi dignitatẽ, miſſa ad ſe legatione honeſtiſsima gratulãtes, non immemor patriæ ſuæ cũ multis muneribus tum diuinis tum humanis ante mortẽ ornauit. Ab Imper. n. Friderico quo cum in pace vixit, obtinuit ne Etruſci alia quã moneta Lucẽſi vterẽtur ſignata Imper. nota. Inde 8. Idus venit Bononiam. ibi Ioan. Epiſ. rogatu Baſilicam S. Petri q̃ reſtaurata incẽdio fuerat, cõſecrauit, atq; arã maxima aureo ſtragulo, multiſq; ſanctis reliquiis inſignitã reliquit. Mutinã inde 4. Idus pgreſſus, pcibus Gerardi Epiſ. Rauenatis & Gubernatorum vrbis adductus baſilicã S. Geminiani ea forte tẽpeſtate pfectã magna cæremonia dedicauit, ac corpore ipſius cõfeſſoris, populo id imprimis cupiẽti oſtẽſo, poſtridie ſub lucẽ, ciuitati ſalutẽ, atq; incremẽtum à Deo pcatus Vale exiit: & cũ ad mille circiter paſſus eſſet pgreſſus, q adhuc nõ ſenſerat, inuſitato ſe comitatu ſtipatũ animaduertit. Erãt aũt hominum amplius duo millia qui honoris ac pietatis gratia ipſum ab vrbe pedibus pſequuti, cũ accẽſis cereis pcedebãt, itaq; ad eos conuerſus his verbis dimiſit: Gratias agimus vobis de honore quẽ nobis tã inſigni adhibuiſtis, ac ſignãs eos, addidit: Benedicta ſit terra quã incolitis, & benedicti vos, ac poſteri veſtri in perpetuũ. Cuius rei monumẽto Mutinẽſes tabulã in pariete Baſilicæ in forũ vergẽte, hãc hiſtoriã cõtinẽtem, vt nũc quoq; eſt poſuerũt.

Inde traiecto Pado Veronam Põtifex, & Cæſar pridie Cal. Aug. An. 1184. ingreſſi ſunt, ibiq; maximo Chriſtianorum cõuentu habito Põtif. & Frider. Imp. rato exemplo interfuerunt. Põtifex de Rom. ſuperbia & ſæuitia maxime cõqueſtus, principes õnes Chriſtianos grauiſsima poſtea oratione hortatus eſt, vt Chriſtianis in Syria pro Chriſti fide cõtra Turcas laborantibus, & in extremo periculo poſitis, cõmuni cõſilio, & ope ſuccurreretur, maxime vero cum Chriſtianorum Principum ſeditionibus, & grauibus diſcordiis hoſtes fidei Saladino Aegyptiorũ Rege Duce Hieroſolymitanũ agrũ popularentur. Quos Põtif. frequentibus literis & nunciis hortabatur vt ſimultatibus poſitis, vna mente, & cõſilio, tãdiu hoſtibus ſaltẽ reſiſterẽt, quoad nouæ copiæ in militiæ ſupplemẽtum ex Europa ciis mitterentur. Iã n. inſtãte Heraclio Patriarcha Hieroſol. & Magiſtro hoſpitalis qui primum Veronã eius rei cauſa ad Lucium venerat, deinde ad Regẽ Francorum Philippum acceſſerat: milites cruce ſignari ad tantã expeditionẽ parabãtur, eoq; iis quo in periculo res Orientis eſſent edocto, acceptis ab eo literis, ad Henricum Angliæ Regẽ auxilium imploratum iuerant: cui rei ſolis viribus cum Imperatore Ludouico, & cæteris Chriſtianis principibus inſiſtebat Lucius Papa. Indies n. audiebatur Chriſtianos in Syria à Turcis & Saracenis grauiſsimis moleſtiis affici.

In eodẽ Cõuẽtu Epiſc. & Archiepiſ. cumplures qui ſchiſmate fædati fuerãt interfuerunt: quos vt anathemate ſolutos, priſtinis honoribus reſtitueret Pontif. Impe. enixe operam dederat. Papa Imper. poſtulatis accedere videbatur: ſed Cardinalibus diſſuaſus, id poſtmodum facere recuſauit, q diceret eos in Veneto Concilio damnatos, cuius Cõcilii acta, neq; reſcindere, neq; mutare ſine alterius ſynodi ſententia nollet, pollicebatur tamẽ, ſe non longe poſt aliud Concilium coactutum, quo eorum negotiis mature conſuli poſſet. Ad hæc Pontifex cum Cæſare de Mathildis Comitiſſæ hæreditate verba fecit, quam Imperator in Romanæ ſedis præiudicium occupauerat, eamque repoſcere videbatur: ob quam rem non modo beneuolentiæ, ſed ſimultatis potius irritamentum inter vtroſque ſuſcitabatur. Exorauit

Digitized by Google

ſimultates inter Imper. & PP. ex coronatione ſi[...]

demum Fridericus Lucium, vt Henricum filium ſuum, iam in Germania Regem appellatum, & Aquiſgrani coronatum Imperiali diademate ornaret, quod ſe facere Pontifex recuſauit, quoniam neminẽ aliũ eo ſuperſtite Imperatorio nomine honeſtari debere conueniens eſſe dicebat: hoc enim hæreditarium Imperium filiis per ſucceſſionem demandare eſſet: quod cunctis principibus Chriſtianis grauiſſimum fore cognoſcebat. Quare ſimultates inter vtrumque paulatim exortæ, in aliquam perniciem publicam erupturæ videbantur, ni fato ceſſiſſent, atque ita exulceratis vtrinque animis Concilium eſt dimiſſum. Fridericus Imperator magno rerum apparatu Henricum filium per Lambertum Archiepiſcopum, Regem Italiæ, fauentibus Mediolanenſibus coronauit; Lucius Romanos auerſatus, Veronæ ſibi ſubſiſtendum putauit.

VII. De Hugonis Archiepiſc. Volaterrani vita & miraculis.

Hoc anno, die VIII. menſis Septemb. ad cælos emigrauit S. Hugo, Epiſcopus & Ciuis Volaterranus, gente Saladina, ex Comitibus Agnanis. Iuuenis, cum apud Patauinos literis operam daret, tantum admirationis, propter doctrinæ ac virtutis præſtantiam, apud omnes excitauit, vt primum eius Eccleſiæ Canonicus, deinde Volaterranæ Archipresbyter, atque ad extremum ſuæ patriæ Antiſtes, ab omnibus ſalutatus eſſet. Eam dignitatem, vna cum titulis, Principis Imperii, & Comitis Palatini in Etruria aſſecutus, multa prudentiæ cum laude Eccleſiam adminiſtrauit, & ingentia tum fecit, tum tulit, pro libertate & iuribus Eccleſiæ defendendis. Tandem cum vndecim annos, magna ſanctitate ſubiectis populis præluxiſſet, nonnullaque miracula perpetraſſet, inter cœlites aſſumptus eſt. Anno mortem ſubſequente, die qui Purificationi Beatiſſimæ Virginis Mariæ Sacer eſt, ſuper illius ſepulturam, liquor ad inſtar balſami erupit, quo peruncti cæci illuminabãtur, variiſque conflictati morbis perſanabantur. Matthæus Canonicus, nobili ſtirpe Veiorum apud Volaterranos, eius nepos nonnihil eius pretioſi liquoris tunc collegit, & ampullæ vitreæ argento ornatæ, inſignitiſque ſuæ familiæ inſignitæ commiſit, atque inter ſacra pignora ſacrarii Cathedralis Volaterranæ Eccleſiæ repoſuit, vel hoc miro mirando inſignem, quod ad hæc vſque noſtra tempora, ſc. Ann. 1615. ſine vlla imminutione conſeruatur: & creſcente luna creſcit, decreſcente decreſcit liquor ille, qui per miraculum è duro marmore ſcaturiuit. Guido Serguidius Ann. 1580. corpus S. Hugonis reperit; Lucas Alamanni caput eius thecæ argenteæ indidit, vterq; memoriæ anteceſſoris ſui Epiſcopi, Tutelaris Volaterræ. *ex Monument. Eccl. Volaterranæ, à Domino Aemilio Dei Equite S. Stephani, Viro nobilitate, doctrina & pietate præilluſtri.*

VIII Richardus Cant. Archiep. viſionis terrore exanimatus.

In Anglia, Richardus Cantuarienſis Archiepiſcopus XIV. Calend. Martii defunctus eſt. Huic, antequam inciperet ægrotare, apparuit Dominus in viſione, dicens: *Tu diſſipaſti bona Eccleſiæ meæ, & ego extirpabo te de terra.* Qua viſione perterritus, ſtatim cœpit ægrotare, & nonniſi octo diebus ſuperuixit. Petrus Bleſenſis eum per literas amice admonebat, ne Eccleſiæ dignitates, quas glorioſus Martyr ſanguine ſuo rubricauerat, & quaſi teſtamentum æternum morte & cerebri effuſione firmauerat, ille euacuaret, neue eam Eccleſiam, reduceret in antiquæ ſeruitutis opprobrium, qua ſe in gratiam plenæ libertatis euexerat.

IESV CHRISTI ANNUS 1185.

LVCII PAPÆ III. ANN. IV. FRIDERICI IMP. Ann. 31. Andronici Comneni Imperat. Ann. 3.

I. Infelix ſucceſſus conuentus Veronen. a Arnold. Lubecen. l. 3. ca. 10.

ANNO Chriſti 1185. [a] Veronenſis Conuentus, non omnino ex animi ſententia aliquibus ceſſit. Fridericus à Lucio Papa exigebat, vt qui à Schiſmaticis fuiſſent ordinati, Sacris officiis fungerentur. Lucius id quidem primum indulſerat: cæterum re maturius conſiderata ad futurum Concilium reiecerat. Quo Theutonici irritati, minabundi dicebant: In aduentu Imperatoris cantabamus, *Aduenisti deſiderabilis*: cæterum nunc in luctum conuerſi, pronunciare compellimur: *Suſtinuimus pacem, & non venit: quæſiuimus bona, & ecce turbas.* Quod verbum maximopere Cardinalibus diſplicuit, dicentibus. Ecce quanta eſt præſumptio Alemannorum, qui gratiam minando quærunt. Actum in eodem Conuentu, de relictis poſſeſſionibus Mathildis: ſed nihil tranſactum: Lucio Pontifice donationis inſtrumenta demonſtrante, Imperatore autem rem ad ſe pertinere affirmante.

Actum etiam de Epiſcopo Treuirenſi: Volemarum Clerus elegerat, Rudolphum Imperator intruſerat. Perſpectis omnibus dignitatem Volemaro Lucius decreuit, Friderico fremente, & multa Pontifici comminante. Ibidem Veronæ Lucius Papa audiuit Legatos Cruce ſignatorum: qui à Saladino præualente metuentes, Principum Chriſtianorum auxilia flagitabant. Ab eo cum literis ad Henricum Angliæ Regem dimiſſi, ab eodem & Philippo Gallorum Rege ſubſidia militum, pecuniarum, & reliquorum bello gerendo neceſſariorum obtinuerunt.

II Lucii PP obitus Vrbani III creatio.

Inter hæc, ſeptimo Calend. Decemb. Lucius Papa Veronæ ægrotus deceſſit. Eius ſepulchro aliquis inſcripſit: *Luca dedit lucem tibi LVCI. Pontificatum Oſtia, Papatum Roma, Verona mori.* Addidit reciprocam antitheſim: *Imo Verona dedit verum tibi viuere, Roma exilium, curas Oſtia, Luca Mori.* Defuncto Lucio & ſepulto, miro omnium Cardinalium præſentium conſenſu, ſtatim creatus eſt eius ſucceſſor Vrbanus Tertius, dictus antea Lambertus, Archiepiſcopus Mediolanenſis.

III De Imagine Pauli oratoris lachrymante. b Nicet. in Andronic.

[b] Conſtantinopoli imago cæleſtis Oratoris Pauli, antiquæ manus opus, quam auro exornatam in vna æde Andronicus Imperat. repoſuit, imminente ei exitio lacrymauit. Quo is audito, explorari iuſſit, an verum eſſet. Ad id miniſterium præter cæteros Hagio Chriſtophorita Stephanus delectus, per gradus aſcendit (nam in ſublimi pendebat imago) Paulique pupillas puriſsimo linteolo extерſit. Quo facto, lacrymæ magis etiam tanquam ex fonte exuberarunt.

Quod vbi cum admiratione retulit, Andronicus graui dolore perculſus, & diu agitato capite, cum gemitu dixit: Paulum videri ſua cauſa lacrymaſſe, ac grauiſsimam ſibi cladem impendere. Se enim ex animo amare Paulum, & eius dicta maximi facere: & à Paulo vtiq; redamari.

IV. Immanis crudelitas & vindicta populi in Andronicum Tyrannum.

Non multo poſt ſecuta eſt calamitas, quam ploratus imaginis portendebat. Itaque in Anemæ Caſtellum duabus grauibus catenis cum ferreis ſeris ſuperbo collo iniectis, & compedibus oneratus, vt captiuos tractari mos eſt, coniicitur; eoque habitu ad Iſaacium perducto contumelioſis verbis inſultatur, alapæ impinguntur, barba vellitur, dentes excutiuntur, capilli euelluntur: publice omnium ludibriis expoſitus, etiam à mulieribus pugnis cæditur, iis præſertim quarum maritos aut occiderat, aut excæcarat.

Deinde præciſa dextera, in idem caſtellum reducitur, ſine cibo, ſine potu, ſine vllo cuiuſque officio. Poſt aliquot dies altero oculo effoſſo, ſcabioſo camelo impoſitus, per forum triumphi

ſpecie

Digitized by Google

ſpecie circũducitur, calua glabra inſtar aridæ quercus, & ouo nudiore, & breui tunicula tectus, ſpectaculum miſerabile, ꝙ riuos lacrymarum eliceret ex oculis non humanis. Sed ſtolidiſsimi & petulantiſsimi Vrbis incolæ, pſertim fartores, coriarii, opifices, & circumforanea ſordidaq; turba, muſcarum inſtar, verno tẽpore ad mulctras & pinguia cymbia cõuolãtium, nulla ratione habita, ꝙ is medius tertius Imperator, regio diademate ornatus, ab omnibus laudatus, celebratus, adoratus eſſet; ꝙq; ſanctiſsimo iureiurando fidẽ & beneuolentiã ſuã, erga illum teſtati eſſent, efferatis animis ſine vlla ratione ruentes, nihil mali ptermiſerunt, quo Andronicũ per nefas non afficerent. Alii clauas in caput eius impegerunt, alii ſtercore nares eius fœdarunt, alii ſpongias excrementis hominum & pecudum fœdatas in faciẽ eius expreſſerunt, alii verbis obſcenis parẽtes eius inſectati ſunt. Erant & qui verubus latera eius pungerent. Impudentiores quidã lapidibus coniectis rabidum canẽ eum appellabant. Scortum quoddam impudens ollam feruenti aqua plenã, è culina raptam, in faciẽ eius effudit. Nemo deniq; erat, qui nõ male faceret Andronico. Ita ignominioſe in theatrũ ridiculo triũpho pductum, ac miſero illo camelo detractũ, iuxta duas columellas, quibus ſuperne lapis incumbit, ppe æneam lupã, & hyænã, quæ inflexis ceruicibus, quaſi altera in alterã impetum factura, concitatæ aſtant, pedibus ſuſpendunt fune alligatis. Tot, & alia ſexcẽta mala ppeſſus, tñ generoſo animo tolerabat, ac mẽte integra ad affluentẽ turbã, & iacientem conuerſus, nihil aliud dicebat niſi, *Domine miſerere*, &. *Quid calamũ contritum confringitis*: Cæterum dementiſſima populi turba, ne tum quidẽ afflictiſsimo pepercit Andronico, poſtq̃ pedibus ſuſpẽſus fuit: ſed direpta tunicula, virilia eius vexauit: & quidam homo nefarius longũ enſem p fauces eius vſq; ad inteſtina adegit. Duo vero Latini generis, enſes ambabus annixi manibus in nates eius adegerunt, vt periculum facerẽt, vter eſſet acutior, ictus dexteritate gloriati. Poſt tot ærumnas & clades ægre vitã abrupit, dextera cum dolore ad os admota, vt multi putarent, eum calidum ex ea ſanguinem ob recentem plagam adhuc deſtillantẽ exugere. Imperauit annos duos: vnũ vero rerum potitus eſt ſine purpura, & regio diademate. Poſt dies aliquot ex alto illo miſerabili detractus, & in theatri fornicem quendam, vt beſtia proiectus, iacuit, donec quidam humanitate adducti, nec iræ nimium indulgentes, cadauer eius inde ſublatum iuxta Ephori monaſterium, quod ad Zeuxippum eſt, in quodam infimo loco poſuerunt.

V. Andronici Imp. laudes.

Fuit Andronicus Catholicæ fidei tenaciſsimus cuſtos. Tantum n. porro abfuit, vt conſuetudinẽ, & tunc, & nunc receptã de diuinis dogmatibus diſputandi probaret, aut de Deo noui aliquid vel dicere, vel audire vellet (idq;, cum Fidei doctrinã nõ ſummis tantum labris attigiſſet) vt nouarum Patrarum Epiſcopũ Euthymium, virum eruditiſsimum, & Cinanum Ioannem ad Lopadium de illo Chriſti dicto, Pater maior eſt me, in ſuo tabernaculo diſſerẽtes obiurgaret, & in Rhyndacũ amnẽ abiecturum minatus ſit, niſi deſiſterẽt. Fuit aũt illud indicio, nõ plane efferatum fuiſſe Andronicum, ꝙ eruditionis rationẽ habuit, & eruditos non pcul à purpura, ſed ppe ſolium ſuũ collocatos, & muneribus freqũẽtibus fouit, honores eis nõ minimos habẽdo, cœleſtẽ ſapiẽtiã diuinarumq; rerũ doctores, diſertos, & iuriſperitos, magnã rem & ſummi pñi æſtimare declarauit.

VI. Priuilegia Roberti a Frideric. Imp. firmata.

Hoc anno Frideric Impe. Robertum Malateſtanum bonis Eccleſiæ Romanæ ereptis auxit, priuilegiũ dedit cui Iulius Vrſinus Imperii Mareſchalus ſubſcripſit. Tãtũ ppter antiquitatẽ nobilitatemq; familię, dignũ mihi viſum eſt vt inferatur. Ita habet ex autographo ipſo.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Fridericus diuina fauente Clementia Romanor. Imp. ſemper Auguſtus. Dignum atq; decorum eſt, vt magnificentia Auguſta quoſq; fideles noſtros liberaliter præueniat, eoſq; ad ſeruitia ſacri imperii voluntarie efficiat promptiores. Ea propter vt tam præſens ætas, quam ſucceſſura poteſtas agnoſcat, quod nos conſiderantes circumſpectam fidem, & ſinceram dilectionem fidelis noſtri Magnifici viri Roberti de Malateſtis Dn. Ariminum, propter præclara ſeruitia quæ nobis & imperio intrepide exhibuit, & maxime in partibus tranſmarinis, & in poſterum exhibiturus ſit: Imperiali munificentia atq; liberalitate Auguſta confirmamus, atq; rurſum in perpetuum donamus eidem Roberto ac eius ſucceſſoribus veluti Otho III. & Conradus primus Imp. prædeceſſores noſtri anteceſſorib. ſuis donarunt & cõceſſerunt Ciuitatem Ariminum, cum omni eius diſtrictu, caſtris, villis, ac iuribus, & cum omnibus honoribus, tam intra quam extra, & cum omnibus iuſtitiis & rationibus eorum imperio attinentibus. Et ne aliquis contra hanc noſtram confirmationem, & nouã donationem quoquã contrafacere audeat, Imperiali anathemate mandamus & ſancimus, vt nulla omnino perſona alta vel humilis, Eccleſia vel ſæcularis auſu temerario in contrarium attentare, & ei, ac eius ſucceſſoribus damnum inferre præſumat. quod ſi quis contra fecerit in pœnam centum lib. auri puri ſe nouerit incurſurũ, dimidiam fiſco noſtro, & dimidiam paſſis iniuriam applicando vt hæc omni ſpe firma & rata ſint, præſens priuilegium ſcribi, & maieſtatis noſtræ ſigillo communiri iuſsimus. Huius rei teſtes ſunt Conradus Moguntiæ Archiepiſ. Vicelleſius Albeti Epiſcopus. Bertuldus Legatus Italiæ. Conradus Dux Spoleti. Iulius Vrſinus Mareſcallus Imperii. Comes Petrus Camaianus Aretio. Albertus Albergatus de Bononia. Bernardus Oldradus de Medelo de Piſari. Artimon Comes Diuen. Camerarius. Signum Friderici: Ego Boteltridus Aulæ Imperialis Cancellarius vice Philippi Colonien. Archiepiſ. & Italiæ Archicancellarii ſcripſi & recognoui.

Acta ſunt hæc anno Domin. Incarnat. 1185. Indict. 4. regnante Dn. Frider. Rom. Imp. glorioſiſ. an. reg. eius xxxiii. Imperii vero xxxii. Dat. apud Rocurlonem in Epiſcopatu Spoletano, quarto Idus Nouembris.

VII. De Syluestri Monachi pietate & miraculis.

Vixit hoc anno Syluester Troynopoli honeſtis religioſiſq; parẽtibus ortus. Is cænobium S. Michae. Archangeli, Ordinis S. Baſilii, habitum monaſticum induens, ingreſſus, breui eos progreſſus fecit, vt cæteros vitæ aſperitate antecelleret. De Abbatis licentia, peregrinandi cupidus, Catanam ad corpus B. Agathæ Virginis venerandum venit. Qua in re illud mirandum, ꝙ cũ Catana à Troynopoli 40. mil. abſit. quæ quis equo æſtiuo tẽpore vix conficit, Syluester tamen hyberno tẽpore pedeſter Catanã profectus precibus ad Virginis tumulum perſolutis, domum eadẽ die reuerſus eſt: cum Piſtor panem cocturus, ſcopas quibus furnum ardentem prunis mundaret, minime reperiret, quereretur ꝙ mora pani detrimentum adferret, Syluester ſigno Crucis munitus, illum ingreſſus, prunis ardentibus in vnum collectis, veſtis ſuæ extremitate terſit: qua re Abbati nunciata, accurrens cum monachis, è furno illum illæſum exeuntem, vidit. Romam loca ſacra viſitaturus profectus, à Pont. ob ſanctitatis famã benigne eſt exceptus, peractaq; deuotione in inuiſendis locis. S. accepta à Pont. benedictione, nauem conſcendens Panormum appulit: Vbi regis filium iam iam moriturum, bono animo eſſe iuſsit. Quem medici delirare exiſtimantes, & illudere volentes, porcæ vrinam adferri curarunt, ex qua ille ægroti morbum agnoſceret, quam illico Syluester eſſe porcæ 10. ſuillos in vtero habentis, dixit. Sicq;, illa regis mandato mactata, deprehenſum eſt, & Syluestro habita fides: Qui omnibus è cubiculo eiectis, cum preces Deo fudiſſet, filium regis reddidit incolumem. Cumque Sylueſtrum, vt quicquid vellet poſceret, inſtanter rogaret, thynni tandem, cuius ingẽs copia capi ſolet, parum, pro cœnobio petiit. Qui petitionem exilem miratus, aliquot thynnorum vegetes, perpetuo, quouis anno dandos, decreuit, quibus ad hæc vſq; tempora frui feruntur. Reuerſus ad monaſterium, defuncto Abbate, cum illum ei ſubrogare cogitarent, elapſum in ſyluam non longe à ciuitate ſe abdidit, vbi aliquandiu vitam eremiticam ducens, 4. Non. Ianuar. mortuus eſt. Corpus eius ibi ſepultum eſt, ſacra æde ſub eius inuocatione extructa. Quo innumera multitudo hominum confluit, ſolent enim Dæmoniaci, infirmique eius interceſsione liberari. Anno 1575. peſte per vniuerſam Siciliam graſſante, cum Troynopoli multi indies perirent, ac die 2. Ianuarii,

qua

qua natalis illius celebratur, imaginem S. Syluestri, ciues in proceſſione deferrent, mox ab ea penitus extincta, liberati ſunt. Quare Iulius III. Pont. Max. non modo indulgentias eccleſiam eius viſitantibus conceſſit, ſed & feſtum ab omnibus in ea ciuitate celebrari præcepit. *Ex Mon. illius Eccleſ.*

IESV CHRISTI ANnus 1186.

VRBANI PAPÆ III. ANN. I. FRIDERICI Imp. Ann. 32. Iſaacii Angel. Imp. Ann. 1.

I. Frid. Imp. ab Vrbano PP. accuſatus de iniuria cōtra ipſum agit. a *Arnoldus Chron. Sla lib. 3. c. 16. & ſequ.*

ANNO *Chriſti* 1186. Vrbanus Papa recens aſſumptus, omnibus Eccleſiarum Prælatis, clero & populo de ſua aſſumptione ſcripſit: Friderico autem Imp. Veronæ cum eo agens pro iuribus Eccleſiæ conſtanter ſe oppoſuit. Arguebat, quod patrimonium à Mathilda Eccleſiæ relictum, iniuſte ſibi vendicare præſumeret, quod exuuias Epiſcoporum mortuorum per nefas acciperet, quod Sanctimonialium plura monaſteria diſſipaſſet, dum per ſpeciem punitionis criminoſas perſonas expuliſſet, alias autem in locum eiectarum religioſas non ſubſtituiſſet, & hoc ſpecioſo reformationis prætextu plurimas poſſeſſiones Eccleſiarum fiſco addixiſſet, inſuper quod Volcmarum Treuirenſem Archiepiſcopum non tantum eieciſſet, ſed & pugna cædi coram ſe toleraſſet, & in locum illius alterum intruſiſſet: Quin imo quod grauius eſt, omnes clauſas Alpiū clauſiſſet, ne quis ex Germania ad ſedem Apoſtolicam cauſa negotiorum ſuorum accedere poſſet. Hæc & alia plurima cum Fridericus præſumeret, Vrbanus nō tantum eum corripuit, ſed etiam excommunicare voluit, neque filium eius vlla ratione corona imperii exornare ſuſtinuit, quouſque ſatisdaret Eccleſiæ. Quamobrem iratus Fridericus primo Philippum Colonienſem Archiepiſcopum, deinde Epiſcopos ad Comitium congregatos tentauit, ſi forte contra ſummum Pontificem ſtare vellent, ſed nullum eorum potuit corrumpere, aut in ſententiam pertrahere: donec Conradus Moguntinus eos ſeduxiſſet, & omnium animos in ſuis propriis cauſis peruertiſſet. Volebat Vrbanus anathema, quod minabatur, in Imperatorem & complices ſtringere, cæterum Veronenſes ſupplicabant, ne apud eos tam tremendum tribunal erigeret, ſed aliquam aliam ciuitatem excommunicationi ferendæ deſignaret. Interim Balduino Cantuarienſi Archiepiſcopo pallium miſit, eique vices ſuas in Anglia commiſit: Regi etiam Scotiæ in cauſa Epiſcoporum quorundam ſcripſit, partemque afflictam quorundam tutelæ illius commiſit, Regi quoque Angliæ Henrico conceſſit, vt filium in Regem Hiberniæ inaugurare poſſet.

II. De Hugone Lincolnien. Epiſc. b *apud Sur. 17 Nouem*

Hoc anno, [b] S. Hugo ex Priore Carthurienſi, creatus eſt Epiſcopus Lincolnienſis in Anglia. Huic prima cura & ſollicitudo fuit, vt viros ſapientia & ſcientia inſtructos, atq; in timore Dei probatiſſimos ſuo lateri adhiberet. Horum cōſilio & auxilio fretus, paſtorale munus perquam ſtrenue executus eſt. Homines quieti & pudici ſpiritus impenſius amabat, nec alios gregi ſuæ ſciens & prudens præficere voluit, quātalibet induſtriæ aut literaturæ prærogatiua pollerent. Videns autem tyrannidem Foreſtariorum, ait: *Recte quidem Foreſtarii dicti ſunt iſti, quia foris ſtabunt extra regnum Dei.* Vſque adeo certe illorum erat iniuſta poteſtas, vt nemo Rege inferior, eorum poſſet vim & importunitatem illæſus euadere. Contra hos plurimum ei bellū fuit. Nam cū more ſolito contra Eccleſiæ libertatem in ſubditos ipſius debacchari cæpiſſent, mox ſummum Regis Foreſtariū excommunicauit. Quod vbi Rex comperit, magnam animo indignationem concepit. Contigit etiam tunc in Eccleſia Lincolnienſi, beneficium (vt vocant) ſiue Præbendam vacare, pro qua ſtudioſe Rex, diſſimulata ira, precabatur, vt vni ex ſeruis eius illam cōferret. Fuit hoc exquiſitum quorundam aulicorum conſilium, qui obſequiū in hoc ſe præſtare viro Dei putabant, cui dediſſent occaſionē, vtrumq; mitigandi aduerſus ipſum commotā Regis indignationē. Lectis igitur literis, vir Sanctus diuino timori poſtponens humanum, ait: *Non aulicis ſed potius Eccleſiaſticis perſonis Eccleſiaſtica ſunt beneficia conferenda. Habet Dominus Rex vnde tribuat mercedem ſeruientibus ſibi: Nec debet ſummo Regi famulantes priuare prouentibus ſuis, vt inde ſeruis ſuis prouideri poſcat à nobis.* Hæc dicens, & Regios à ſe nuntios inanes & vacuos remiſit, & Foreſtarium non abſoluit. Quibus Rex auditis, grauiter in Epiſcopum commotus eſt: eo præcipue, quod nec per ſe, nec per alios, aut certe per literas veniam peteret, vel factum reuocaret. Acceſſiuit illum tandem, & ingratitudinem pro beneficiis exprobrauit. Verum Hugo: *Noui te, ait, vt Epiſcopus ego efficerer, ſtudioſe laboraſſe. Vt igitur animam expedirem tuam, vbi illi periculum immineret, ſi quod mei eſſet officii, exequi non curarem: neceſſario id mihi incubuit, vt oppreſſorem Eccleſiæ meæ, cui me conſulere oportet, per Eccleſiaſticam cenſuram coercerē & indebite Præbendam ſibi in ea ambientem, nulla ratione exaudirem. Excellentiæ autem tuæ præſentiam pro vero libet adire negotio, non modo ſuperfluum, ſed etiam ineptum ſentiebam: cum tuæ prudentiæ pronum ſit, quod rite geritur, ſapienter aduertere: & voluntati nihilominus tuæ facile ſit, quod rectum eſſe cognoueris, clementer & benigne approbare.* Huiuſmodi rationibus Rex, cum, quod contradici poſſet, non reperiret, omnino placatus eſt: nec vltra addere vel demere quidquam verbis aut factis eius attentauit. Foreſtarium deniq; valde dolentem, & virgis cæſum, Hugo clementer abſoluit, eumq; omni reliquo vitæ ſuæ tempore, ſpeciali quadam beneuolentia ſenſit ſibi addictum, & ſuorum negotiorum fidum curatorem. Sic in Rege, ſic in ſatellite, veridicam eſſe ſententiam expertus eſt, quæ dicitur: *Qui corripit hominem, gratiam poſtea inueniet apud eum magis, quam ille, qui per linguæ blandimenta decipit.*

Quibus danda beneficia Eccleſiaſtica.

III. Rigæ in Liuonia ſedes Epiſc. cōſtituta. c *Arnold Chron Slau lib. 7 c. 8 9.*

Eode anno Meginardus Sigbergēſis Canonicus, miſſus ab Hartuuico Bremenſi Archiepiſc. Liuonibus Gentilibus prædicauit, & magno animarum prouētu facto, primam ſedem Epiſcopalē Rigæ ſub inuocatione Diuæ Dei parentis erexit: Bertoldus autem Abbas, Lubecenſibus hactenus idololatris Euangelium annuntiauit.

IV. Hiſtoria Gotifridi R. Pontifici oblata.

Gotifridus Viterbienſis, opus hiſtoriarum, quod Pantheon appellabat, ſummo Pontifici Vrbano non tantū inſcripſit, ſed etiam cenſuræ ſubiecit: hæc prælocutus: *Dum Sacroſanctæ matris noſtræ Romanæ Eccleſiæ culmen inſpicio, & eius eminentiæ conſidero maieſtatem: illud ante omnia neceſſarium eſſe intueor, vt ſicut ipſa noſcitur omnibus præeſſe Principibus; ita omnes Reges, & Principes, & vniuerſa Orbis Eccleſiæ, doctrina eius & regimine adornentur: & ab ea tamquam à fonte iuſtitiæ, totius ſapientiæ regulis inſtruantur: Quia nullum ſcripturarum elogium noſcitur eſſe authenticum: niſi ab eius ſapientiæ fluminibus ſitientibus propinetur. Quare ſi quod hiſtoriarum opus noua per aliquem inſtitutione conficitur, ratio ſuggerit, vt antequam in publicum deueniat, Apoſtolico examini præſentetur: Quatenus, ſi acceptione dignum eſſe perpenditur, eius mandato & iudicio approbetur: & ab eo vires auctoritatemq; recipiat, cui terrena & cæleſtia diuinitus ſunt commiſſa.* Plura alia Gotifridus: cōtra præſumptores aliquos, qui in Eccleſiā minus reuertentes, alterā clauium, nēpe ſcientiæ, ſummo Pontif. & Epiſc. eripiunt, & ſibi virgulam Cenſoriam librorum temerario auſu vſurpant, maximo ſuo probro.

Cenſuram librorum eſſe Pontif.

V. Henrici VI. Regis nuptiæ.

Mediolani apud S. Ambroſiū, Henricus Rex ſextus, nuptias celebrauit, cū Conſtātia Rogerii Regis Siciliæ filia quæ hactenus pudicitiæ ſeruandæ cauſa, in Monaſterio, non tamen ſub monaſtico habitu, neq; in monaſtica profeſſione, ſed more puellarum nobilium educata fuit. Fabulantur, qui monacham, & voto virginitatis à Pontifice exſolutam, arbitrantur vel tuentur.

VI. Camaterus Conſtant. Epiſcopatu deiectus. d *Nicet. in Iſaacio Ang. lib. 2.*

Cōſtantinopoli, [d] Principatum adeptus Iſaacius, Baſilio Camatero, quanquā eius ope maxime adiutus, Patriarchatu deiecto (cauſa prætexebatur, ꝙ, quas nobiles matronas Andronicus in monaſteria inuitas abſtruſiſſet, iis ipſe nigro veſtitu depoſito, reditum ad priſtinū habitū & vitæ rationē conceſſiſſe) Nicetā Mundanū pro eo Patriarchā deſignauit Eccleſiæ maximę ſacellarium.

VII. Saraceni à Catholicis Cruce fugati.

Hieroſolymas Patriarcha reuertēs, cū nulla ſecū auxilia, quæ à Regibus Occidētis pollicebatur attuliſſet, au[?]

addu-

adduxiſſet, maximum timorem iniecit Cruce ſignatis. Habuit vnus Templariorum vrbem ſanguine Chriſti imbutam Saladino prodere. Cæterum cum is maximis copiis eductis ad capiendam eam pergeret, pauci Hieroſolymitanorum erumpentes, Cruce viuifica prælata, in fugam eum coniecerunt, atq; adeo profligarunt.

VIII.

Floruiſſe hoc tẽpore Petrum Vrſinũ S. Petri ad vincula titulo S. Eudoxiæ presbyt. & poſtea Epiſc. Tuſculanum Cardinalem auctor eſt Iacobus Corellus in eo quem de Cardinalib. Rom. ſcripſit libro.

IX. De Valdone Lugdunenſi Valdenſium hæreticorum principe.

Per hæc tempora, Ludouico in Galliis regnante, Valdo Lugdunenſis ciuis, admodum diues atq; opulentus, erogatis in pauperes diuitiis, Chriſti paupertatem omnino imitari conſtituit. Hic, cum literarum ignarus eſſet, obtinuit, ab eruditis libellos aliquot Gallicos ſibi conſcribi, vbi nonnullæ Doctorum ſententiæ eſſent inſertæ. Quos poſtquam adeptus eſt, eoſque ſuo ſenſu homo idiota interpretaretur, docendi officium apud ſui ſimiles vſurpare, multis, ſe atq; diſcipulos, erroribus implicauit. Fuit enim in Prælatos Eccleſiæ præcipuo odio infeſtus. Admonitus ab errore reſilire: Oportet, inquit, Deo magis quam hominibus obedire. Quare pertinax & delirus hæreticus, anathema factus, patria extruſus eſt. Ab hoc poſtea Valdenſes ad hunc vſque diem nominati, ſui præceptoris multis per orbem locis tuentur errorem. *Huagnin lib. 6.*

X. Papinii Caſtelli obitus.

Per id temporis Papinius Caſtellus ex Comitibus Interamnæ, vir ſumma pietate, ſenio confectus, Interamniam ciuitatem Romanæ Eccleſiæ moriens reliquit. Huic erga ſedem Apoſtolicam toties benemerito, Vrbanus Pontifex inferias ſolemni ritu fecit, eumque inter Eccleſiæ beneficos, ad perpetuam rei memoriam recenſuit.

IESV CHRISTI ANNUS 1187.

VRBANI PAPÆ III. ANN. II. FRIDERICI Imperat. Ann. 33. Iſaaci Angeli Imp. Ann. 2.

I. Octauianus Legatus miſſus in Angliã.
a *Rogerius in annalib.*

ANNO *Chriſti* 1187. [a] Vrbanus Papa miſerat in Angliam Octauianum S. R. E. Diaconum Cardinalem, qui Ioannem Henrici Angli filium Hiberniæ Regem inauguraret. Porro iſtud negotium Henricus Rex in aliud tempus diſtulit; Octauianum vero ſecum in Northmaniam ad Colloquium Philippi Regis duxit. Extat ad hunc Octauianum Petri Bleſenſis epiſtola, in ſupremam ignorantiam clericorum, digna quæ ab omnibus legatur.

II. Hieroſolyma capta à Saracenis.

In Oriente Cruce ſignati male contra Saladinum pugnarunt. Namq; præter alias Ciuitates, etiam Regẽ, & Hieroſolymam, ac lignum S. Crucis, multis Principibus occiſis, Saladinus cœpit, illudq; per duos dies per ciuitatem in oſtentum fuſtigando portari, Templum autem Domini aqua roſata intus & exterius, ſurſum & deorſum lauari, & legem ſuam deſuper illud per quatuor partes miro tumultu acclamari fecit. Reliqui Chriſtianorum ex Palæſtina collecti, Duce Conrado Marchione, Saladinum poſtea in obſidione Tyro profligarunt, & tum ad Vrbanum Papam, tum ad reliquos Principes Chriſtianos ſcripſerunt, ſubſidia flagitantes.

III. Chriſtianæ Virg. reuelatio de capta Hieroſolyma.
b *apud Sur. 23. Iunii.*

[b] Sancta Chriſtiana, magni nominis in Germania Virgo, longe ante prædixit, Terram Sanctam & Hieroſolymam in impiorum Saracenorum ditionem redactum iri. Quo autem die à Saladino Aegypti Sultano capta fuit Hieruſalem cum ſepulchro & Cruce Chriſti, illa in caſtro Loënenſi tum conſtituta, ſpiritu cognouit rem geſtam. Cumq; multum exultaret, ab iis, qui aderant, rogata, vt eius lætitiæ cauſam exponeret: *Iure*, inquit: *exulto: nam & Chriſtus Dominus cum Angelis ſuis exultans, occaſionem præbuit, qua magna poſſit hominum copia ſaluari.* Illis ruſus ſciſcitantibus quænam eſſet hæc occaſio: reſpondit: *Noueritis Terram Sanctam hodie veniſſe in manus hominum impiorum: atq; hac re magnam ſalutis oblatam*

A *occaſionem. Chriſtus enim pro illata ipſi contumelia dignum cenſuit, vt terra illa hac ignominia afficiatur, quamuis ipſius paſſione ſanctificata, attamen in fine cum ipſo mundo peritura: quando illius recuperandæ cauſa animæ ſemper victura, eiuſque ſanguine redemptæ, ab iniquitate ad iuſtitiæ ſtudium conuertentur, fundentq; homines ſanguinem ſuum, & quandam morti Saluatoris vicem cum multa deuotione rependent.* His dictis, mirati ſunt omnes, & quidem annotarunt tempus.

IV. Vrbani PP. obitus.

Sane Vrbanus Papa, cum captam Hieroſolymã audiſſet, triſti nuntio perculſus ingemuit, & vi doloris anxius tam enormem Chriſtiani nominis iacturam inconſolabiliter deplorauit, inque ægritudinẽ incidens, 13. Calend. Nouemb. mortuus eſt Ferrariæ. Cui altero poſt mortem die Albertus Cardinalis Cancellarius presbyter tituli S. Laurentii in Lucina, patria
B Beneuentanus ſucceſſit, nomine Gregorii VIII. ſalutatus. Seditque tantum menſe vno & diebus viginti ſeptem, hæres calamitatis.

Greg. PP. VIII. ſubrogatio.

Gregorii Papa VIII. Ann. 1.

c *Rogerius ſupra.*

Aſſumptus ad Pontificatum Gregorius, [c] mox ad vniuerſos Chriſti fideles, & ad Prælatos Eccleſiarum literas dedit, omneſq; ad ſubſidium Terræ Sanctæ vocauit: Indicto certo dierum ieiunio vſque ad quinq; annos, & conceſſa plenaria omnium peccatorum remiſſione his, qui Crucem aſſumpſiſſent. Plurimi tunc Cardinalium, primi Crucem acceperunt: & pacem inter Principes Chriſtianos ad ſeptennium ſtabilierunt, vt eo alacriores Reges ad liberandam illam terram proficiſcerentur, quam Chriſtus pretioſo ſanguine purpurauit. Paulo ante quam moreretur Gregorius, viſitauit
C illum Odo conſanguineus Regum Galliæ & Angliæ, paulo poſt ad Epiſcopatum Pariſinum euectus.

Eiuſdem obitus.

V. Iſaacius Imp. armis ſpiritualibus hoſtes vincit.
d *Nicet. in annalib.*

Conſtãtinopoli [d] Baſilio Camatero Patriarchæ eiecto, ſubrogatus fuit Nicetas cognomento Mundanus. & huic ſtatim expulſo ſucceſſit Leontius Monachus. Quo etiam ante annũ repudiato, præpoſitus eſt Theodorus Balſamon, ſed reiectus: creatus vero eſt Doſitheus Hieroſolymitanus Patriarcha. Porro Iſaacius Imp. bellis ciuilibus Branæ Tyranni opera excitatis exagitatus, ſpiritualibus inprimis rem egit auxiliis, translata Dei Genitricis veneranda imagine ex Hodegio monaſterio in mœnia vrbis, vbi aggreſſus hoſtium timebatur. Imo & Monachos quos credidit ſanctiores, introduxat in Regiam ad preces, nudipedalia, humicubationem, & alias ſanctas exercitationes frequentandas. Neque fraudatus eſt ſpe ſua, ſed liberatus ab imminen-
D ti exitio, ope Conradi Longobardi Ducis è Monteferrato, occiſo tyranno.

IESV CHRISTI ANNUS 1188.

CLEMENTIS PAPÆ III. ANN. I. FRIDERICI Imp. Ann. 34. Iſaacii Angli Imper. Ann. 3.

I. Clementis PP. III. creatio.
a *Roger. in annalib.*

ANNO *Chriſti* 1188. [a] Octauo Idus Ianuarii, poſt mortem Gregorii Papæ Piſis defuncti, Paulinus Romanus Cardinalis Epiſcopus Præneſtinus, Sedem Petri aſcendit, nomine Clementis tertii ſalutatus. Non ſegnior prædeceſſore fuit, in promouenda expeditione terræ Sanctæ. Statim enim publicas orationes ſingulis diebus indixit: Indulgentiam plenariam propo-
E ſuit: Legatos ad Imperatorem & Reges Chriſtianos, qui eos inuitarent, miſit: pacemque inter Principes Chriſtianos ſtabiliuit, vt eo facilius allicerentur ad vires coniungendas contra hoſtem Chriſtianorum. Rex Angliæ Henricus fere primus fuit, qui Crucem cum ſuis aſſumpſit, & decimas vniuerſis ſubditis ſuis in eam tum impoſuit. Philippus Rex Galliæ idem fecit: Canutus Rex Danorũ ſecutus eſt: Fridericus etiam Imperator tum terreſtri, tum nauali itinere exercitum duxit, & primo Saladinum Aegyptium, ſi vellet forte ea quæ rapuerat, ſine armis reſtituere, admonuit.

Expeditio Regum & Princip. in terram S.

Digitized by Google

II. Conſtitutiones obſeruandæ Cruce ſignatis.

Dignæ ſunt quæ legantur Conſtitutiones Regis Angli, quas Cruce ſignatis ſanciuit. Diſpoſuerat, *vt nullus enormiter iuraret, nullus ad aleas vel decios luderet, nullus poſt proximũ Paſcha vteretur vario colore, vel griſeo, vel ſabellina, vel eſcarleta. Vt omnes cõtenti eſſent ferculis duobus, ex empto vt nullus aliquam mulierum ſecum duceret in peregrinatione, niſi forte aliquam lotricem peditem, de qua nulla haberetur ſuſpicio: & quod nullus haberet pannos deciſos vel laceratos, Clerici proficiſcentes poſſent inuadiare reditus ſuos, vſque ad tres annos.* Petrus Bleſenſis Gallos ſuos admonebat, ne rapto viuerent, neue pauperes depilarent; *Numquam enim pauperum*, ait *numquam Eccleſiæ ſpolia, proſperum habuerunt euentus auſpicium.* Miſit etiam ſummus Pontifex, vna cum Cruce ſignatis, Henricum Cardinalem Epiſcopum Legatum: qui pacem inter principes confœderatos conſeruaret.

III. De Martino Presbytero.

Per hæc tempora, in Hiſpaniis, Martinus Presbyter literis & vita clarus, Legione multis libris conſcribendis operam dabat, ex rudi & illiterato repente factus doctiſſimus, ab Iſidoro, cuius in monaſterio viuebat, oblato quem comederet in ſomniis libro. *Mariana lib.*11.*c.*16.

IV. Ioannis Vpſalenſis Archiep. res geſtæ & martyriũ.

Eodem hoc anno floruit Ioannes II. Archiepiſcopus Vpſalienſis & Martyr, cuius ingens gloria ob vitæ ſanctimoniam, doctrinæque præſtantiam, ſortita eſt memoriam ſempiternam. Canutum Regem homicidii reum, Eccleſiaſtica corripuit cenſura, reddiditque per ſalutarem pœnitentiam, pietate, humilitate, ac munificentia inclytum: quarũ virtutum Rex perpetua eſſe voluit monumenta duo ampliſſima monaſteria, Iulitam ac Varnhem Ord. Ciſtercienſ. à ſe extructa, patrimoniique ſui prædiis dotata. Nec iſta in augmentum diuini honoris feciſſe contentus, diuini cultus miniſtros, honoribus, prouentibus, priuilegiis, cumulatiſſime prouexit, ſacerdotia inſtituit, ædes ſacras partim collapſas, partim nouas à fundamentis erexit. Quæ omnia vti optimi Pontificis nutu ac cõſilio facta ſunt, & quidem iſtis longe plura maioraq; præſtitiſſet ipſe, niſi præmaturam per martyrium appetiiſſet mortem, maturus cælo immaturus ſuis in propriis ædibus Almerſtek ab infidelibus Eſtonibus, pyraticam excuſſionem facientibus, trucidatus, poſtquam quatuor in Archiepiſcopatu ſediſſet annos. Occubuit autem felici agone prima Iulii, Milleſimo Centeſimo Octuageſimo octauo, ſepultus Vpſalæ, in Eccleſiâ Metropolitana. *Ioann. Magnus lib.* 9. *Hiſt. Gothorum cap.* 9. *& in ſua Metrop. & alii ſcript. rerum Sueticarum.*

V. Ioann Epiſc S Andreæ in ſedem reſtitutus.

In Scotia, Ioannem Epiſcopum Sancti Andreæ, à Guillelmo Rege expulſum, Clemens Papa reſtituit, & Hugonem intruſum depoſuit: tãdem acquieſcente Rege, ad quem litteras Clemens dedit, Romam reuerſus eſt, ſtabilita pace cum Romanis.

VI.

Vixit hac tempeſtate Iordanus Vrſinus S. Pudentianæ tit. Paſtoris Presbyt. Cardinalis, quemadmodũ Iacobus Corellus affirmat in eo quem de Cardinalib. ſcripſit libro.

VII. Quæſtio de aqua calicis.

Per ea tempora, Gaufredus Monachus S. Bernardi, Cardinalem Albanenſem Epiſcopum conſuluit, *an aqua mixta vino, per conſecrationem in ſanguinem Chriſti conuertatur.* Reſcribere aliud non potuit, quam, *quod S. R. E. credit & cum Diuo Hieronymo confitetur: Format ſanguinem ſuum in calice, vino & aqua mixtis, vt alio purgemur à vitiis, & à culpis alio redimamur & à pœnis.* Scripſit idem Gaufredus contra errores Gilberti Porrectani.

Hieroſolymis defunctus eſt Athanaſius Patriarcha primus Græcorum nationis; cui Imperator Orientis Leontium ſubrogauit.

IESV CHRISTI ANNUS 1189.

CLEMENTIS PAPÆ III. ANN. II. FRIDERICI Imperat. Ann. 35. Iſaacii Angeli Imperat. Ann. 4.

I. Turbæ inter Regem Angliæ & Gall.

ANNO *Chriſti* 1189. Nonnihil turbarum ſubnatum fuerat, inter Galliarum & Anglorum Reges, quas vt ſopiret Clemens Papa, Ioannem Anagninum Cardinalem miſit in Gallias Legatum, qui nihil potuit efficere, donec paucis poſt diebus Henricus Rex decederet.

a *apud Sur.* 17. *Nouem.*

II. Richardus Rex Angl.

[a] Enituit tunc virtus S. Hugonis Lincolnienſis Epiſcopi, pro immunitate Eccleſiaſtica. Richardus Patri Henrico in regnum Angliæ ſuccedens, miſerat Archiepiſcopum, vt decimas ab Epiſcopis, & Eccleſiis exigeret. Cęterum Hugo omnibus incoram Epiſcopis dixit: Etiamſi omnes Regi conſenſeritis, ego nunquam conſentiam. Ea propter in graue odium Regis incurrit, vt ſibi periculum & vniuerſo ſuo gregi creauerit. Cæterum metuens, ne populo grauiora aliqua acciderent, animam ſuã poſuit in manibus ſuis, celeriterq; adiuit Regem in longinquis tum conſtitutum. Cum autem appropinquaſſet aulæ, quidam boni viri occurrerunt ei, rogantes, vt quamprimum ſeſe ſubduceret, nec vultui Regis ſe præſentaret, verentes, ne ſicut in diebus S. Thomæ vltio diuina in totum Regnum ſe effunderet, ſi tantus vir abſq; cauſa trucidaretur. Sed penitus non acquieuit, quin imo vni ex illis bono viro, ſingularique amico, qui ſe ſequeſtrum idoneum fore ſpopondit, ſi vel parum expectare dignaretur, ſic fertur reſpondiſſe: *Itane mihi parcam, vt te hæredeſque tuos in diſcrimen coniiciam? Et quid tam gratum atq; optatum æmulis eſſe noſtris poterit, quã vt te quoq; diſſentientem aſſerant, ſi pro me locutus fueris?* Quo dicto ſtatim in aulam ingreſſus eſt. Cumq; comperiſſet Regẽ in ſacello miſſam audire, protinus perrexit illuc, rectaque ad Regem propius accedens, conſtanter ei dixit: *Da mihi oſculum.* Cui Rex: *Non meruiſti*, inquit. At ille: *Imo vero merui*, ait: *Nam via longa veni ad te. Oſculum mihi debes.* & fortiter trahens eum per chlamydem, debitum extorſit. Subridens Rex inclinauit ſe, & oſculo eum impartiit. Cumque omnes Epiſcopi, cæteriq; circumſtantes Hugonem de Rege triumphantem cernerent, præ ſtupore non erat vltra ſpiritus in eis. Videns deniq; Rex conſtantiam viri, & quod ſpreto loco Epiſcopis aſſignato, iuxta altare humiliter ſe ſubmiſiſſet, vt immortalem Regem liberius adoraret; tum etiam quod minas, vniuerſaq; pericula pro nihilo duceret, eum ex animo venerari cœpit. Pacis etiam ſymbolum ſibi oblatum, primum illi deferri iuſſit. Propter hunc honorem ſancto viro delatum, Dominus ei inſignem victoriam paulo poſt meritis eius creditur contuliſſe.

Hugo Lincolnien. aduerſatur Richardi iniuſtis actionibus.

Hugonis Zelus in caſtigandis culpis Regis.

Finita vero miſſa, Hugo retro altare duxit Regem, vt eum maiore libertate reprehenderet. Cumque pariter ſederent, his blandimentis eum aggreſſus eſt: *Dic*, ait, *quomodo ſe habeat conſcientia tua, Parochia noſtra es, & tremendo iudici pro te rationem reddituri ſumus.* Cui Rex: *ſatis*, inquit, *bene mihi conſcius ſum, niſi quod inuidia quotidie torquear contra hoſtes regni mei.* At Hugo rurſum cum obiurgatione: *Et quid eſt*, ait, *quod audio: An non quotidie pauperes opprimis, innocentes affligis, exactiones graues imponere non formidas? Inſuper & fidem thori te violaſſe fama clamat.* Num iſthæc parua tibi videntur? Ad hanc Epiſcopi vocem, immo ſpiritus Dei, qui loquebatur in eo, territus eſt Rex in tantum, vt nec ſemel mutire auſus fuerit contra eum. Cumque de his & aliis multis prolixe obiurgaſſet eum: de quibuſdam humiliter ille ſe excuſauit, de aliis veniam poſtulauit, & emendationem promiſit. Reddente etiam Epiſcopo legitimam rationem coram Rege, & omni frequentia, quod, cum paſtor eſſet, in grauamen ouium ſuarum conſentire neutiquam debuerit; Rex libenter accepit, ſimul Deo gratias agens,

Digitized by Google

ſi ab vlteriori reprehenſione ceſſaret. Tandem vir Dei Regi valedixit, & imperterritus ad propria reuerſus eſt. Eo aũt abeunte, Rex conuertens ſe ad ſuos; *Si omnes*, inquit, *Epiſcopi tales eſſent, nihil aduerſum eos poſſent, ſiue Reges, ſiue Principes*. Dictus eſt propterea vir ſanct°, Regum malleus, quod de ipſis perpetuo triumpharet. Fuit vero non minus zeloſus contra quoslibet alios pauperum oppreſſores, Eccleſiaſticæq; libertatis violatores, quos indiſcriminatim abſq; vlla perſonarum acceptione arguebat; & ſi contumaces perſiſterent, etiam excommunicationis ſententia feriebat. Hactenus Hugo, pro libertate & iuribus Eccleſiæ.

II. *b Roger. in annal.*

Hoc anno Clemens Papa ſanctum Ottonem Bambergenſem Epiſcopum retulit in numerum ſanctorum: & [b] Tancredum Regis Siciliæ Wilhelmi mortui conſanguineum, in Regnum inueſtiuit, fruſtra conante Rege Henrico, qui Conſtantiam Rogerii filiam ſibi collocarat in vxorem.

IESV CHRISTI
Annus 1190.

CLEMENTIS PAPÆ III. ANNO 3. FRIDER. Imper. ann. 36. Iſaacii Angeli Imper. ann. 5.

I. Richardi Regis pœnitentia. *a Roger. in annal.*

ANno Chriſti 1190. [a] Richardus Anglorum Rex in Orientem profecturus, vt à Gaufredo & Iohanne fratribus in regno tutior eſſet, ad cuſtodiam illius Wilhelmum Elienſem Epiſcopum reliquit: cum eundem Clemens Papa Legatum Sedis Apoſtolicæ eſſe voluiſſet. Septima die menſis Auguſti Marſilia ſoluens, Meſſanam delatus, pacem cum Tancredo æquis conditionibus compoſuit, eaſq; iudicio ſummi Pontificis ſuppoſuit. Ibidem ſpeciali gratia diuina permotus, cum coram omnibus Epiſcopis flagitia ſua expoſuiſſet, deploraſſetque, in meliorem virum mutatus eſt. Conuenit eum tunc temporis Abbas Ioachim, Pſeudopropheta qui illi quam plurima, ſed falſo, vt euentus probauit, vaticinari præſumpſit.

II. Frid. Imp. contra Saracenos profectus miſere interit. *b Paul. Æmilius in Phil. 2.*

[b] Fridericus Imperator nobiliſſimo validiſſimoque cum exercitu ex Germania profectus, Pannoniamque emenſus, ad Græcos peruenerat, ad vrbemque Regiam Boſphoro tranſmiſſo longe lateque nominis ſui terrorem iniecerat; iam in Armeniam copias perduxerat, colebaturque à gentis proceribus, à ſancta cauſa non alienis. Dum Selephium flumium tranſmitteret, equo offendente iam grauis ætate lapſus, ita affectus eſt, vt inter manus ſublatus paulo poſt expirarit. Hoc propius fidem eſt, quam quod à nonnullis fertur; ſed ab ætate iam ingraueſcente, & grauitate hominis abhorret, eum dum poſitis armis veſteque ad æſtum leuandum nataret, extinctum. Vti etiam inter cætera habet Mateneſi°, in Hermathena ſuarum orationum Miſcellanearum, oratione prima, plerorumque hiſtoricorum præcedaneis commentis nimium credulus liberius locutus. Henricus Rex morte Patris audita, omnibus ea quæ Pater abſtulerat reſtituit, ideoq; fidentius à Papa Clemente diadema Imperii poſtulauit.

III. Gall. Regis aduerſum iter in Palæſtinam.

Philippus Rex Galliarum interim expeditionem in Palæſtinam parabat. Dum autem ventum expectaret, vno eodemq; die quinquies fulmen cœlo cecidit. Cum ſoluiſſet, aliquandiu proſperum curſum tenuit. Cum in conſpectu Siciliam haberet, atroci tempeſtate coorta naues diſiectæ ſunt; aliæ fractæ, aliæ obrutæ fluctibus, aliæ armamentis nudatæ, laceratæque. Virorum mulierumque multi naufragio extincti, machinarum tormentorumque iactura facta, ad reliquam claſſem onere leuandam, miſerabilis ſpecies. Hæc tamen clades non Philippum fregit; quin potius animos ei dedit, ad iter proſequendum.

IV. De Albe[rto] Agricol[a] virtutib[us]

Hoc anno vixit Albertus ex Ogna, vico Vallis Serianæ agri Bergomenſis natus. Is vitam immaculatam Deoque placentem duxit. Cum autem Agricola eſſet, terram exercens, ex fructibus qui familiæ alendæ supererant, pauperes, maxime vero viduas, peregrinos, & ægrotos ſuſtentabat. Multas peregrinationes, ob ſancta loca viſitanda ſuſcepit. Cremonæ ex Romana peregrinatione reuertens, ægrotauit, ibique miraculis clarus Non. Maii mortuus eſt, in æde S. Matthiæ ſepultus. Ei poſtea ob crebra miracula, templum in valle prædicta excitatum eſt. *Ex Monum. Eccleſ. Cremonenſ. & Ogn.*

IESV CHRISTI
Annus 1191.

COELESTINI PAPÆ III. ANNO 1. HENRICI V. Imper. ann. 1. Iſaacii Angeli Imper. ann. 6.

I. Clemen[tis] Pp. III. obitus. Cœleſti[ni] III. elect[io]. *a Ex mon[u]mentis f[a]milia Vr[si]na, qua[m] F. Abra[ham] omni fide [...] maiore [...] ſpexi, qu[am] cum ali[is] ſcriptores non vidi[s]ſent, Cœ[le]ſtinum [P.] Bubone [...] milia ad[...] ſcripſerun[t].* D. Petr[us] Cœleſtin[o] Papæ III. Pont. pr[æn]unciat.

ANno Chriſti 1191. [a] Quarto Idus Aprilis, Clemens Papa defunctus, ſucceſſorem habuit Cœleſtin. III. patria Romanum, gente Vrſina, patre Bubone (quod nomen ei familiæ familiare, gentilitiumque per id temporis fuerat) natum. Hic memoriæ Cœleſtini II. Caſtelli à quo in Cardinalium numerum fuerat adſcriptus dedit, vt Cœleſtini nomen aſſumeret. Nam ante Pontificatum, Hyacinthus, titulo S. Mariæ in Coſmedia diaconus Cardinalis dicebatur, homo octuagenario maior.

Abbas Vrſpergenſis narrabat, ſummum Pontificatum fuiſſe, à Diuo Petro Apoſtolo, in viſione prænunciatum Cœleſtino Pontifici. Clemens Papa, maximi virum faciebat, & in rebus Eccleſiæ arduis, eius opera plurimum vtebatur. Accidit vt Legationem ei in Hiſpanias (quam etiam ſuperiorum Pontificum authoritate magna cum laude antehac geſſerat) iniungeret; & is Cencium Sabellum, eo tempore ſuum procuratorem mitteret, vt pecunias in ſumptus itineris neceſſarias, à ciuibus acciperet.

Cum autem Cencius, apud quam plurimos requireret pecunias, contigit, vt in quodam loco ſibi ſoli eunti, occurreret vir quidam aſpectu grandæuus, & ſpecie venerandus. Hic cauſam anxietatis à Cencio inquiſiuit; eamque cum audiuiſſet, illi renunciauit; *Tuus Dominus Hyacinthus Cardinalis hoc tempore in Hiſpanias non ibit. Itaque tu reuertere, neque te inani labore fatigare perge;* Addidit, interroganti Cencio, quomodo id ſciret? *Ita*, inquit, *ſcias hoc eſſe verum, ſicut verum eſt, quia Clemens Papa morietur, & Dominus tuus ei ſubſtituetur.* Cum autem Cencius nullam ſpem ea de re conciperet, neque fidem dictis adhiberet, tunc vir ille rurſus adiecit; *Scias hoc ita eſſe verum, ſicut verum eſt quod hodie magna ciuitas in Oriente à Saracenis eſt capta; neque ab ipſis poterit recuperari, vſque ad tempora tui Pontificatus Romani.* Hæc cum ille vir dixiſſet, diſparuit. Cencius autem domum reuerſus, Legationem iniunctam Hyacintho Cardinali, reuocatam eſſe reperiit. Neque multo poſt Clemente fatis functo, Hyacinthum Cardinalem, Cœleſtini nomine Pontificem ſubrogatum aſpexit. Cumque & ipſe ſucceſſu temporis Sedem Apoſtolicam inſcendiſſet, Diuum Petrum Apoſtolum eſſe credidit, qui Cœleſtino Pontificatum prædixerat.

Ritum, quo ſolebat eligi & conſecrari Pontifex Romanus, deſcripſit Centius Camerarius, qui adfuit, & aſpexit.

II. Ritus

Non pigebit deſcribere: *Mortuo*, ait, *Romano Pontifice, & ſepulto, omnes Cardinales ad propria reuertuntur, ſecundum*

II. Conſtitutiones obſeruandæ Cruce ſignatis.

Dignæ ſunt quæ legantur Conſtitutiones Regis Angli, quas Cruce ſignatis ſancimit. Diſpoſuerat, *vt nullus enormiter iuraret, nullus ad aleas vel decios luderet, nullus poſt proximũ Paſcha vteretur vario colore, vel griſeo, vel ſabellina, vel eſcarleta. Vt omnes cõtenti eſſent ferculu duobus, ex empto vt nullus aliquam mulierum ſecum duceret in peregrinatione, niſi forte aliquam lotricem peditem, de qua nulla haberetur ſuſpicio: & quod nullus haberet pannos deciſos vel laceratos, Clerici proficiſcentes poſſent inuadiare reditus ſuos, vſque ad tres annos.* Petrus Bleſenſis Gallos ſuos admonebat, ne rapto viuerent, neue pauperes depilarent; *Numquam enim pauperum*, ait *numquam Eccleſiæ ſpolia, proſperum habuerunt euentus auſpicium.* Miſit etiam ſummus Pontifex, vna cum Cruce ſignatis, Henricum Cardinalem Epiſcopum Legatum: qui pacem inter principes confœderatos conſeruaret.

III. De Martino Presbytero.

Per hæc tempora, in Hiſpaniis, Martinus Presbyter literis & vita clarus, Legione multis libris conſcribendis operam dabat, ex rudi & illiterato repente factus doctiſſimus, ab Iſidoro, cuius in monaſterio viuebat, oblato quem comederet in ſomniis libro. *Mariana lib. 11. c. 16.*

IV. Ioannis Vpſalenſis Archiep. res geſtæ & martyriũ.

Eodem hoc anno floruit Ioannes II. Archiepiſcopus Vpſalienſis & Martyr, cuius ingens gloria ob vitæ ſanctimoniam, doctrinæque præſtantiam, ſortita eſt memoriam ſempiternam. Canutum Regem homicidii reum, Eccleſiaſtica corripuit cenſura, reddiditque per ſalutarem pænitentiam, pietate, humilitate, ac munificentia inclytum: quarũ virtutum Rex perpetua eſſe voluit monumenta duo ampliſſima monaſteria, Iulitam ac Varnhem Ord. Ciſtercienſ. à ſe extructa, patrimoniique ſui prædiis dotata. Nec iſta in augmentum diuini honoris feciſſe contentus, diuini cultus miniſtros, honoribus, prouentibus, priuilegiis, cumulatiſſime prouexit, ſacerdotia inſtituit, ædes ſacras partim collapſas, partim nouas à fundamentis erexit. Quæ omnia vti optimi Pontificis nutu ac cõſilio facta ſunt, & quidem iſtis longe plura maioraq; præſtitiſſet ipſe, niſi præmaturam per martyrium appetiiſſet mortem, maturus cælo immaturus ſuis in propriis ædibus Almerſtek ab infidelibus Eſtonibus, pyraticam excuſſionem facientibus, trucidatus, poſtquam quatuor in Archiepiſcopatu ſediſſet annos. Occubuit autem felici agone prima Iulii, Milleſimo Centeſimo Octuageſimo octauo, ſepultus Vpſalæ, in Eccleſiâ Metropolitana. *Ioann. Magnus lib. 9. Hiſt. Gothorum cap. 9. & in ſua Metrop. & alii ſcript. rerum Sueticarum.*

V Ioann Epiſc S Andreæ in ſedem reſtitutus.

In Scotia, Ioannem Epiſcopum Sancti Andreæ, à Guillelmo Rege expulſum, Clemens Papa reſtituit, & Hugonem intruſum depoſuit: tãdem acquieſcente Rege, ad quem litteras Clemens dedit, Romam reuerſus eſt, ſtabilita pace cum Romanis.

VI.

Vixit hac tempeſtate Iordanus Vrſinus S. Pudentianæ tit. Paſtoris Presbyt. Cardinalis, quemadmodũ Iacobus Corellus affirmat in eo quem de Cardinalib. ſcripſit libro.

VII. Quæſtio de aqua calicis.

Per ea tempora, Gaufredus Monachus S. Bernardi, Cardinalem Albanenſem Epiſcopum conſuluit, *an aqua mixta vino, per conſecrationem in ſanguinem Chriſti conuertatur.* Reſcribere aliud non potuit, quam, *quod S. R. E. credit & cum Diuo Hieronymo confitetur: Format ſanguinem ſuum in calice, vino & aqua mixtis, vt alio purgemur à vitiis, & à culpis alio redimamur & à pœnis.* Scripſit idem Gaufredus contra errores Gilberti Porrectani.

Hieroſolymis defunctus eſt Athanaſius Patriarcha primus Græcorum nationis; cui Imperator Orientis Leontium ſubrogauit.

IESV CHRISTI ANNUS 1189.

CLEMENTIS PAPÆ III. ANN. II. FRIDERICI Imperat. Ann. 35. Iſaacii Angeli Imperat. Ann. 4.

I. Turbæ inter Regem Angliæ & Gall

ANNO *Chriſti* 1189. Nonnihil turbarum ſubnatum fuerat, inter Galliarum & Anglorum Reges, quas vt ſopiret Clemens Papa, Ioannem Anagninum Cardinalem miſit in Gallias Legatum, qui nihil potuit efficere, donec paucis poſt diebus Henricus Rex decederet.

a *apud Sur. 17. Nouem.*

II. Richardus Rex Angl.

[a] Enituit tunc virtus S. Hugonis Lincolnienſis Epiſcopi, pro immunitate Eccleſiaſtica. Richardus Patri Henrico in regnum Angliæ ſuccedens, miſerat Archiepiſcopum, vt decimas ab Epiſcopis, & Eccleſiis exigeret. Cęterum Hugo omnibus in coram Epiſcopis dixit: Etiamſi omnes Regi conſenſeritis, ego nunquam conſentiam. Ea propter in graue odium Regis incurrit, vt ſibi periculum & vniuerſo ſuo gregi creauerit. Cæterum metuens, ne populo grauiora aliqua acciderent, animam ſuã poſuit in manibus ſuis, celeriterq; adiuit Regem in longinquis tum conſtitutum. Cum autem appropinquaſſet aulæ, quidam boni viri occurrerunt ei, rogantes, vt quamprimum ſeſe ſubduceret, nec vultui Regis ſe præſentaret, verentes, ne ſicut in diebus S. Thomæ vltio diuina in totum Regnum ſe effunderet, ſi tantus vir abſq; cauſa trucidaretur. Sed penitus non acquieuit, quin imo vni ex illis bono viro, ſingularique amico, qui ſe ſequeſtrum idoneum fore ſpopondit, ſi vel parum expectare dignaretur, ſic fertur reſpondiſſe: *Itane mihi parcam, vt te hæredeſque tuos in diſcrimen coniiciam? Et quid tam gratum atq; optatum æmulis eſſe noſtris poterit, quã vt te quoq; diſſentientem aſſerant, ſi pro me locutus fueris?* Quo dicto ſtatim in aulam ingreſſus eſt. Cumq; comperiſſet Regẽ in ſacello miſſam audire, protinus perrexit illuc, rectaque ad Regem propius accedens, conſtanter ei dixit: *Da mihi oſculum.* Cui Rex: *Non meruiſti*, inquit. At ille: *Imo vero merui*, ait: *Nam via longa veni ad te. Oſculum mihi debes.* & fortiter trahens eum per chlamydem, debitum extorſit. Subridens Rex inclinauit ſe, & oſculo eum impartiit. Cumque omnes Epiſcopi, cæteriq; circumſtantes Hugonem de Rege triumphantem cernerent, præ ſtupore non erat vltra ſpiritus in eis. Videns deniq; Rex conſtantiam viri, & quod ſpreto loco Epiſcopis aſſignato, iuxta altare humiliter ſe ſubmiſiſſet, vt immortalem Regem liberius adoraret; tum etiam quod minas, vniuerſaq; pericula pro nihilo duceret, eum ex animo venerari cœpit. Pacis etiam ſymbolum ſibi oblatum, primum illi deferri iuſſit. Propter hunc honorem ſancto viro delatum, Dominus ei inſignem victoriam paulo poſt meritis eius creditur contuliſſe.

Hugo Lincolnien. aduerſatur Richardi iniuſtis actionibus.

Finita vero miſſa, Hugo retro altare duxit Regem, vt eum maiore libertate reprehenderet. Cumque pariter ſederent, his blandimentis eum aggreſſus eſt: *Dic*, ait, *quomodo ſe habeat conſcientia tua, Parochia noſtra es, & tremendo iudici pro te rationem reddituri ſumus.* Cui Rex: *ſatis*, inquit, *bene mihi conſcius ſum, niſi quod inuidia quotidie torquear contra hoſtes regni mei.* At Hugo rurſum eum obiurgatione: *Et quid eſt*, ait, *quod audio: An non quotidie pauperes opprimis, innocentes affligis, exactiones graues imponere non formidas? Inſuper & fidem thori te violaſſe fama clamat.* Num iſthæc parua tibi videntur? Ad hanc Epiſcopi vocem, immo ſpiritus Dei, qui loquebatur in eo, territus eſt Rex in tantum, vt nec ſemel mutire auſus fuerit contra eum. Cumque de his & aliis multis prolixe obiurgaſſet eum: de quibuſdam humiliter ille ſe excuſauit, de aliis veniam poſtulauit, & emendationem promiſit. Reddente etiam Epiſcopo legitimam rationem coram Rege, & omni frequentia, quod, cum paſtor eſſet, in grauamen ouium ſuarum conſentire neutiquam debuerit; Rex libenter accepit, ſimul Deo gratias agens,

Hugonis Zelus in caſtigandis culpis Regis.

ſi ab

Digitized by Google

A ſi ab vlteriori reprehenſione ceſſaret. Tandem vir Dei Regi valedixit, & imperterritus ad propria reuerſus eſt. Eo aũt abeunte, Rex conuertens ſe ad ſuos; *Si omnes*, inquit, *Epiſcopi tales eſſent, nihil aduerſum eos poſſent, ſiue Reges, ſiue Principes*. Dictus eſt propterea vir ſanct°, Regum malleus, quod de ipſis perpetuo triumpharet. Fuit vero non minus zeloſus contra quoslibet alios pauperum oppreſſores, Eccleſiaſticæq; libertatis violatores, quos indiſcriminatim abſq; vlla perſonarum acceptione arguebat; & ſi contumaces perſiſterent, etiam excommunicationis ſententia feriebat. Hactenus Hugo, pro libertate & iuribus Eccleſiæ.

II. *b Roger. in annal.*

Hoc anno Clemens Papa ſanctum Ottonem Bambergenſem Epiſcopum retulit in numerum ſanctorum: & [b] Tancredum Regis Siciliæ Wilhelmi mortui conſanguineum, in Regnum inueſtiuit, fruſtra conante Rege Henrico, qui Conſtantiam Rogerii filiam ſibi collocarat in vxorem. B

IESV CHRISTI Annus 1190.

Clementis Papæ III. Anno 3. Frider. Imper. ann. 36. Iſaacii Angeli Imper. ann. 5.

I. Richardi Regis pœnitentia. *a Roger. in annal.*

C *Anno Chriſti* 1190. [a] Richardus Anglorum Rex in Orientem profecturus, vt à Gaufredo & Iohanne fratribus in regno tutior eſſet, ad cuſtodiam illius Wilhelmum Elienſem Epiſcopum reliquit: cum eundem Clemens Papa Legatum Sedis Apoſtolicæ eſſe voluiſſet. Septima die menſis Auguſti Marſilia ſoluens, Meſſanam delatus, pacem cum Tancredo æquis conditionibus compoſuit, eaſq; iudicio ſummi Pontificis ſuppoſuit. Ibidem ſpeciali gratia diuina permotus, cum coram omnibus Epiſcopis flagitia ſua expoſuiſſet, deploraſſetque, in meliorem virum mutatus eſt. Conuenit eum tunc temporis Abbas Ioachim, Pſeudopropheta qui illi quam plurima, ſed falſo, vt euentus probauit, vaticinari præſumpſit.

II. Frid. Imp contra Saracenos profectus miſere interit. *b Paul. Æmilius in Phil. 2.*

D [b] Fridericus Imperator nobiliſſimo validiſſimoque cum exercitu ex Germania profectus, Pannoniamque emenſus, ad Græcos peruenerat, ad vrbemque Regiam Boſphoro tranſmiſſo longe lateque nominis ſui terrorem iniecerat; iam in Armeniam copias perduxerat, colebaturque à gentis proceribus, à ſancta cauſa non alienis. Dum Selephium fluuium tranſmitteret, equo offendente iam grauis ætate lapſus, ita affectus eſt, vt inter manus ſublatus paulo poſt expirarit. Hoc propius fidem eſt, quam quod à nonnullis fertur; ſed ab ætate iam ingraueſcente, & grauitate hominis abhorret, eum dum poſitis armis veſteque ad æſtum leuandum nataret, extinctum. Vti etiam inter cætera habet Mateneſi°, in Hermathena ſuarum orationum Miſcellanearum, oratione prima, plerorumque hiſtoricorum præcedaneis commentis nimium credulus liberius locutus. E Henricus Rex morte Patris audita, omnibus ea quæ Pater abſtulerat reſtituit, ideoq; fidentius à Papa Clemente diadema Imperii poſtulauit.

III. Gall. Regis aduerſum iter in Palæſtinam.

Philippus Rex Galliarum interim expeditionem in Palæſtinam parabat. Dum autem ventum expectaret, vno eodemq; die quinquies fulmen cœlo cecidit. Cum ſoluiſſet, aliquandiu proſperum curſum tenuit. Cum in conſpectu Siciliam haberet, atroci tempeſtate coorta naues diſiectæ ſunt; aliæ fractæ, aliæ obrutæ fluctibus, aliæ armamentis nudatæ, laceratæque. Virorum mulierumque multi naufragio extincti, machinarum tormentorumque iactura facta, ad reliquam claſſem onere leuandam, miſerabilis ſpecies. Hæc tamen clades

A non Philippum fregit; quin potius animos ei dedit, ad iter proſequendum.

Hoc anno vixit Albertus ex Ogna, vico Vallis Serianæ agri Bergomenſis natus. Is vitam immaculatam Deoque placentem duxit. Cum autem Agricola eſſet, terram exercens, ex fructibus qui familiæ alendæ ſupererant, pauperes, maxime vero viduas, peregrinos, & ægrotos ſuſtentabat. Multas peregrinationes, ob ſancta loca viſitanda ſuſcepit. Cremonæ ex Romana peregrinatione reuertens, ægrotauit, ibique miraculis clarus Non. Maii mortuus eſt, in æde S. Matthiæ ſepultus. Ei poſtea ob crebra miracula, templum in valle prædicta excitatum eſt. *Ex Monum. Eccleſ. Cremonenſ. & Ogn.*

IV. De Alberti Agricolæ virtutibus.

IESV CHRISTI Annus 1191.

Coelestini Papæ III. Anno 1. Henrici V. Imper. ann. 1. Iſaacii Angeli Imper. ann. 6.

I Clement. Pp. III. obitus. Cœleſtini III. electio. *a Ex monumentis familiæ Vrſinæ, quæ ego F. Abrah. omni fide materna aſpexi, quæ cum alii ſcriptores non vidiſſent, Cœleſtinum Pp. Bubonis familiæ adſcripſerunt.*

Anno Chriſti 1191. [a] Quarto Idus Aprilis, Clemens Papa defunctus, ſucceſſorem habuit Cœleſtin. III. patria Romanum, gente Vrſina, patre Bubone (quod nomen ei familiæ familiare, gentilitiumque per id temporis fuerat) natum. Hic memoriæ Cœleſtini II. C Caſtelli à quo in Cardinalium numerum fuerat adſcriptus dedit, vt Cœleſtini nomen aſſumeret. Nam ante Pontificatum, Hyacinthus, titulo S. Mariæ in Coſmedia diaconus Cardinalis dicebatur, homo octuagenario maior.

D. Petrus Cœleſtino Papæ III. Pont. prænuntiat.

Abbas Vrſpergenſis narrabat, ſummum Pontificatum fuiſſe, à Diuo Petro Apoſtolo, in viſione prænunciatum Cœleſtino Pontifici. Clemens Papa, maximi virum faciebat, & in rebus Eccleſiæ arduis, eius opera plurimum vtebatur. Accidit vt Legationem ei in Hiſpanias (quam etiam ſuperiorum Pontificum authoritate magna cum laude antehac geſſerat) iniungeret; & is Cencium Sabellum, eo tempore ſuum procuratorem mitteret, vt pecunias in ſumptus itineris neceſſarias, à ciuibus acciperet.

D Cum autem Cencius, apud quam plurimos requireret pecunias, contigit, vt in quodam loco ſibi ſoli eunti, occurreret vir quidam aſpectu grandæuus, & ſpecie venerandus. Hic cauſam anxietatis à Cencio inquiſiuit; eamque cum audiuiſſet, illi renunciauit; *Tuus Dominus Hyacinthus Cardinalis hoc tempore in Hiſpanias non ibit. Itaque tu reuertere, neque te inani labore fatigare perge*; Addidit, interroganti Cencio, quomodo id ſciret: *Ita*, inquit, *ſcias hoc eſſe verum, ſicut verum eſt, quia Clemens Papa morietur, & Dominus tuus ei ſubſtituetur.* Cum autem Cencius nullam ſpem ea de re conciperet, neque fidem dictis adhiberet, tunc vir ille rurſus adiecit; *Scias hoc ita eſſe verum, ſicut verum eſt quod hodie magna ciuitas in Oriente à Saracenis eſt capta; neque ab ipſis poterit recuperari, vſque ad tempora tui Pontificatus Romani.* E Hæc cum ille vir dixiſſet, diſparuit. Cencius autem domum reuerſus, Legationem iniunctam Hyacintho Cardinali, reuocatam eſſe reperiit. Neque multo poſt Clemente fatis functo, Hyacinthum Cardinalem, Cœleſtini nomine Pontificem ſubrogatum aſpexit. Cumque & ipſe ſucceſſu temporis Sedem Apoſtolicam inſcendiſſet, Diuum Petrum Apoſtolum eſſe credidit, qui Cœleſtino Pontificatum prædixerat.

Ritum, quo ſolebat eligi & conſecrari Pontifex Romanus, deſcripſit Centius Camerarius, qui adfuit, & aſpexit.

Non pigebit deſcribere: *Mortuo*, ait, *Romano Pontifice, & ſepulto, omnes Cardinales ad propria reuertuntur, ſecundum* II. Ritus

Digitized by Google

electionis & conſecrationis Rom. Pontificum.

antiquam conſuetudinem. Secunda vero die conueniunt in Eccleſia, & miſſa mortuorum cantata, omnes ſimiliter ſecundum conſuetudinem antiquam recedunt. Tertia autem die iterum omnes in Eccleſia congregati, & miſſa Sancti Spiritus ibidem primo celebrata, tractant de electione. Et perſcrutata omnium Cardinalium voluntate ab aliquibus de ipſis, in quem maior & melior pars conuenerit Cardinalium, prior diaconorum Cardinalium ipſum de pluuiali rubro immantat, & eidem electo nomen imponit: ipſumque deinde duo de maioribus Cardinalibus addextrant vſque ad altare, vbi proſtratus adorat. Primicerio cum ſchola Cantorum & Cardinalium cantantibus, Te Deum laudamus. *Quo facto ab Epiſcopis Cardinalibus ad ſedem ducitur poſt altare, & in ea, vt dignum eſt, collocatur. In qua dum ſedet electus, recipit omnes Epiſcopos Cardinales, & quos ſibi placuerit, ad pedes, poſtmodum ad oſculum pacis. Surgenſque de ſede ducitur à Cardinalibus ad ſedem lapideam per porticum, quæ ſedes dicitur ſtercoraria, quæ eſt ante porticum baſilicæ Saluatoris Patriarchatus Lateranenſis, & in ea eundem electum ipſi Cardinales honorifice ponunt, vt vere dicatur: Suſcitans de puluere egenum, & de ſtercore erigens pauperem, vt ſedeat cum Principibus, & ſolium gloriæ teneat. Poſt aliquantulam moram ſtans iuxta eamdem ſedem, electus accipit de gremio Camerarii tres pugillatas denariorum, & proiicit dicens. Argentum & aurum non eſt mihi ad delectationem: quod autem habeo, tibi do, Tunc autem accipit ipſum electum Prior baſilicæ Saluatoris Patriarchatus Lateranenſis cum vno de Cardinalibus, vel vno de fratribus ſuis. Venientibus autem per eamdem Porticum iuxta ipſam baſilicam ſaluatoris, acclamatur; Dominum Cæleſtinum Sanctus Petrus elegit. Sicque ducitur ab illis vſque ad gradus portæ, quæ videlicet porta eſt in introitu palatii venientibus de Eccleſia ad palatium ipſum, ibique Iudices eundem electum accipientes, ducunt eum per palatium vſque ad baſilicam S. Syluestri. Vbi vero ventum eſt ante baſilicam ipſam (ſuper cuius arcum, qui ſuſtentatur de duabus columnis porphyreticis, eſt imago quædam Saluatoris, quæ à quodam Iudeo percuſſa olim in fronte, ſanguinem emiſit) idem electus ſedet ad dexteram in ſede porphyretica, vbi Prior baſilicæ S. Laurentij de palatio dat ei ferulam, quæ eſt ſignum regiminis & correctionis, & claues ipſius baſilicæ & ſacri Lateranenſis palatii: quia ſpecialiter Petro Principi Apoſtolorum data eſt poteſtas claudendi & aperiendi, & ligandi atque ſoluendi, & per ipſum Apoſtolum omnibus Pontificibus Romanis. Et cum ipſa ferula & clauibus accedit ad alteram ſedem ſimilem, & eiuſdem lapidis, & tunc reddit eidem Priori tam ferulam, quam ipſas claues. In qua dum aliquantula mora quieuit, cingitur ab eodem Priore zona rubea de ſerico, in qua dependet burſa purpurea, in qua ſunt duodecim ſigilla pretioſorum lapidum, & muſcus. Qui quidem electus in illis duabus ſedibus ſic ſedere debeat, ac ſi videatur inter duos lectulos iacere; id eſt, vt accumbat inter Petri Principis Apoſtolorum Primatum, & Pauli Doctoris Gentium prædicationem. In zona notatur continentia caſtitatis: in burſa gazophylacium, quo pauperes* CHRISTI *nutriantur, & viduæ: in duodecim ſigillis, duodecim Apoſtolorum poteſtas deſignatur: Muſcus includitur ad percipiendum odorem, vt ait Apoſtolus; Chriſti bonus odor ſumus* DEO. *In qua ſecunda ſede dum ſedet electus, recipit omnes officiales Palatii ad pedes, & poſtea ad oſculum: & deinde ſedens ibidem recipit de manu Camerarii denarios argenteos valoris decem ſolidorum, & proiicit eos ſuper populum: hoc facit tertio dicendo: Diſperſit, dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Iſtis peractis ducitur per ipſam porticum ſub iconis Apoſtolorum, quæ per mare Romam venerunt, nullo ductore: & intrat baſilicam Sancti. Laurentii, in qua poſtquam peregerit prolixam ante proprium & ſpeciale altare orationem, pergit ad Papalem cameram; vbi cum pro ſua voluntate pauſauerit, pergit ad menſam.*

Poſt hæc autem in proxima die Dominica electus cum omnibus ordinibus ſacri Palatii, & nobilibus Romanis vadit ad Eccleſiam B. Petri, & ante altare maius prout in Ordine continetur, ab Epiſcopo Oſtienſi ſpecialiter, & aliis Epiſcopis de Curia conſecratur: hoc addito, quod ſi forte Epiſcopus Oſtienſis præſens non fuerit, Archipresbyter Portuenſis, ſeu Velitrenſis intereſſe debet conſecrationi. Qua conſecratione finita, Prior S. Laurentii ſacri Palatii ponit pallium ſuper altare, quod ipſe Prior propria manu debet parare, & ſtatim Archidiaconus cum ſecundo diacono dat in manu Pontificis; & ſolus Archidiaconus dicit Pontifici: Accipe pallium, plenitudinem ſcilicet Pontificalis officii, ad honorem Omnipotentis Dei, & glorioſiſſimæ virginis eius Genitricis, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, *& nihil aliud, ſtatimque ipſe Archidiaconus cum Priore baſilicario aptat pallium: prædictum ſuper Pontificem, introniſſis ſpinulis aureis tribus ante, & retro, & ſiniſtro latere, in capite quarum ſunt inniti tres hyacinthini lapides: & ſic ornatus Pontifex accedit ad altare, & ibi honorifice Miſſam celebrat. Et notandum, quod laudes ab Archidiacono cum Cardinalibus, ſubdiaconis, & Scriniariis dicuntur, Epiſtola Latina cum Græca, & Euangelium Latinum cum Græco. & omnes aliæ ſolemnitates tunc fiunt, ſicut in feria ſecunda poſt Paſcha. Miſſa autem celebrata, reuertitur ad palatium coronatus cum proceſſione & honore arcuum, repræſentatione Legis à Iudæis, & thuribulorum à Clericis Romanis, & lactibus eiſdem, & tanta quantitate factis ſicut in feria ſecunda poſt Paſcha. Sciendumque quod Cardinales omnes, Græci, Primicerius cum ſchola Cantorum, Præfectus, Senatores, Iudices, & Aduocati Scriniarii, Præfecti Nauales, Schola Crucium, & Capellani, tale presbyterium & taliter datum accipiunt, quale in die Paſchæ recipiunt. Subdiaconi autem ſinguli, ſingulos meloquines habent, quod tamen non fit in aliqua prædictarum ſolemnitatum Vniuerſa etiam ſchola Palatii, clerici Romani pro thuribulo, Iudæi pro repræſentatione Legis, ſtructura arcus, tale presbyterium recipiunt, & taliter, quale datur in coronationibus aliis Domini Papæ. Pincerna inſuper, & Mareſcalcus tam de comeſtione, quam de aliis donariis remunerantur ſimiliter; excepto quod capita porcorum aperta non habent, neq; claretum: familia quoq;, & Curiales presbyterium habent iuxta Camerarii voluntatem.*

Si vero electio facta eſt in Eccleſia Sanct. Petri, poſt nominationem ducitur electus à duobus Cardinalibus, cantando, Te Deum laudamus, *ad altare: vbi proſtratus poſtquam adorauerit, ponitur in ſede poſt altare, & ibi Epiſcopos & Cardinales, & quos ſibi placuerit, recipit ad pedes, & poſtmodum ad oſculum pacis: & proxima die Dominica ſequenti conſecratus, ibidem cantata miſſa, cum ſolemnitatibus ſuperius nominatis, & coronatus reuertitur ad palatium, factis omnibus aliis, ſicut eſt ſuperius per ordinem enarratum. Antequam autem intret in palatium, deſcendit ad ſedem ſtercorariam ibique ſedens, prout moris eſt, & faciens iactum ter replicatum, ſicut ſuperius dictum eſt, accipitur à Cardinalibus, & ducitur per porticum ipſam ad Eccleſiam baſilicæ Lateranenſis; & aſcendens ſedem poſt altare, recipit Canonicos eiuſdem Eccleſiæ ad pedes, & deinde ad oſculum pacis. Quo facto, pergit per palatium vſque ad ſedem Sancti Syluestri, ibiq; ſedet & facit omnia in eodem loco, ſicut ſuperius eſt ordinatum.*

Si autem extra vrbem fuerit electus, & non conſecratus, omnia fiunt ordine ſupradicto, ſiue fiat deſcenſus & conſecratio eiuſdem electi in Eccleſia S. Petri, ſeu in Eccleſia Lateranenſi idem electus deſcendat. Quod ſi electus & conſecratus fuerit extra vrbem, & à parte Lateranenſi venerit ad vrbem, omnes clerici Romani occurrunt ei extra vrbem induti, cum crucibus, & thuribulis in proceſſione: & ſic intrat Eccleſiam Lateranenſem, & fiunt alia omnia, ſicut ſuperius eſt narratum: hoc excepto, quod cum deſcenderit ad ſtercorariam ſedem, & per porticum vadens, Eccleſiam Lateranenſem intrauerit, non ſtatim aſcendit ad altare, ſeu ad ſedem; ſed veniens inferius in choro maiori ante Crucem, finito, Te Deum laudamus, *dicit; Adiutorium noſtrum in nomine Domini. &c. Sit nomen Domini, &c. hoc facto, ducitur ad altare, & proſtratus orat. Qui poſtquam orauerit, ſedem maiorem aſcendit, & ibi Canonicos eiuſdem Eccleſiæ ad pedes recipit, & ad oſculum pacis.*

Si vero deſcenderit ad Eccleſiam Sanct. Petri conſecratus, omnia fiunt ſicut in Eccleſia Lateranenſi; hoc excepto, quod ibi non eſt ſedes ſtercoraria & proxima die ſequenti celebrata miſſa, non coronatus reuertitur ad palatium; antequam intret Eccleſiam, deſcendat ad ſedem ſtercorariam, ibiq; ſe-

dens, prout moris eſt, & faciens iactum (ſicut ſuperius eſt enarratum) accipitur à Priore Lateranenſi, & cum vno Cardinali ducitur per porticum ad Eccleſiam, & omnia facit ſicut ſuperius eſt demonſtratum.

Sciendum vero, quod presbyterium Scholarum non ita datur, ſicut ſi fuiſſet conſecratus in vrbe. De presbyterio enim eorum tunc medietas reſecatur, exceptis Iudæis, & clericis vrbis, & addextratoribus. Præterea ſenatores vrbis Dominum Papam debent addextrare, ſiue venerit conſecratus, à porta ciuitatis, vſque ad locum vbi fit deſcenſus, ſiue deſcenderit ad Eccleſiam Lateranenſem, ſiue ad Eccleſiam B. Petri. In remuneratione eius ſeruitii XL. ſolidos pro equo debent habere. Schola autem addextratorum ſolidos XX. Hactenus de ceremoniis inaugurationis Pontificis Cœleſtini.

III. De coronatione Henrici Imperatoris.
b *Rogerius in annalib.*

b In craſtino autem ſuæ coronationis, Pontifex ante oſtium Eccleſiæ B. Petri, ſupra gradus recepit Sacramentum ab Henrico Alemannorum Rege, quod ipſe Eccleſiam Dei, & iura Eccleſiaſtica fideliter ſeruaret illibata, & quod rectam iuſtitiam teneret, & quod patrimonium Beati Petri, ſi quid inde ablatum eſſet, in integrum reſtitueret, & quod ei redderet Tuſculanum, à Romanis vſurpatum. Deinde illum, & vxorem eius Conſtantiam introduxit in baſilicam, & illum quidem in Imperatorem, iſtam vero in Imperatricem inunxit. Sedebat autem Cœleſtinus in cathedra Pontificali, tenens coronam auream Imperialem inter pedes ſuos, & Imperator inclinato capite recepit coronam, & Imperatrix ſimiliter de pedibus Domini Papæ. Hic autem ſtatim pede ſuo percuſſit coronam Imperatoris, & deiecit eam in terram; ſignificans, quod ipſe poteſtatem habet eiiciendi eum ab Imperio, ſi ille forte demeruerit. Sed Cardinales ſtatim eam arripientes, impoſuerunt capiti Imperatoris. Coronatus Imperator, Tuſculum Eccleſię reddidit: quod, quia materiam rebellionis præbebat Romanis, ab iiſdem permittente Pontifice ſolo dirutum eſt. Roma diſcedens Imperator, Neapolim inuaſit. Sed à ciuibus repulſam paſſus, Mediolanum conceſſit.

IV. Regum Angliæ & Franc. de Saracenis victoria.

Philippus Gallorum & Richardus Anglorum Reges, in Palæſtinam traiicientes, neque infeliciter contra Saladinum pugnantes, multas ciuitates recuperarunt. Duo erant, quæ maiores progreſſus belli ſacri impediebant, nimirum æmulationes antiquæ inter eos, ex quibus cum vſque ad effuſionem ſanguinis plerumque ſecum dimicarent, maluit Philippus ad proprium regnum reuerti, quam diſcordiis mutuis vires Cruce ſignatorum minuere, & Saracenorum adaugere. Erat & iſtud quod non modicum Richardi animum fatigabat: nimirum, Ioannes Comes Moretonii, & Gaufredus Eboracenſis electus, ambo fratres Richardi, ægre ferentes regni curam Willelmo Elienſi Epiſcopo relictam eſſe, contra eum conſpirantes, regno expulerant, ipſi vero omnia ſibi vſurparant, & contra innocentem Willelmum multas calumnias confinxerant: quas tamen multi illuſtres viri ab eo depulerunt.

V. Pontifex laborat pro ſedandis turbis Angliæ ob Vuillelmum Proregem exortis.

Commiſerat interim Cœleſtinus Papa omnibus Archiepiſcopis & Epiſcopis Angliæ, vt tantum ſcelus cohiberent, & illos qui auſi fuerant in Willelmum Epiſcopum manus violentas iniicere, vel eum capere, vel iuramentum quodlibet ab eo per violentiam extorquere, ſeu eum in captione tenere, ſeu ſtatum regni à ſerenitate Regia in receſſu ſuo diſpoſitum aliquatenus immutare, ſcilicet Comitem, & omnes antedictæ præſumptionis conſiliarios, auctores, complices & fautores, accenſis candelis & pulſatis campanis, omni appellatione & excuſatione, nec non & perſonarum acceptione poſtpoſitis, excommunicationis vinculo aſtrictos denuntiarent. Nec non omnes terras, præter pœnitentias & baptiſmata paruulorum, interdicto Eccleſiaſtico ſupponerent, donec Legatum Willelmum liberum facerent, & adminiſtrationem regni illi relinquerent.

VI. Richard. captiuus mittitur Imperatori.

Miſerat etiam Richardus Rex in Angliam Archiepiſcopum Rothomagenſem ad tumultus ſedandos: cæterum & ipſe, nouis obortis inter Principes Chriſtianos in Palæſtina diſcordiis, deploratis pene rebus, cum Saladino ad triennium fœdus ſtatuit, regnum Hieroſolymitanum Henrico nepoti tradidit, Guidoni vero loco regni Cyprum dedit: ipſe autem reuerſionem parans, à Palæſtina diſceſſit. Dum incognito habitu Viennam appuliſſet, per violentiam extorta confeſſione ſuorum, cognitus tandem, à Leopoldo Auſtriæ Duce captus, & Imperatori captiuus miſſus eſt. Offenderat Ducem ex voto in terra ſancta peregrinantem, quod eum miles illius hoſpitio expuliſſet, & is ipſe Richardus militi ſuo fauens, vexillum Ducis in cloacam deiici ſuſtinuiſſet. Quamobrem Dux Leopoldus libens occaſionem arripuit, & redeuntem captiuum fecit, atque Imperatori miſit: qui primo ſtatim congreſſu, multa de eo conqueſtus neque viri aut iuſtitia, aut facundia mutatus, multo tempore illum detinuit.

VII. De Hugonis Caſtrenſis Epiſc. pœnitentia & felici obitu.

Vnus ex ſeditioſis, Hugo Caſtrenſis Epiſcopus, qui Willelmum Elienſem Epiſcopum multis iniuriis affecerat, quinam fuerit, quidue contra ius & æquum fecerit, in extrema ægritudine confeſſus eſt. Pergens Romam, in Northmania cœpit grauiter infirmari. Cumque ingraueſcente ægritudine, mortem ſibi vicinam cognouiſſet, fecit acceſſiri viros religioſos totius Northmanniæ, quos poterat habere, Abbates & Priores: & audientibus cunctis, voce clamoſa confeſſus eſt pure, & maxima cordis contritione, ac lachrymarum iugi effuſione omnia peccata, ſcelera & enormitates omnes, quæ ſuæ memoriæ occurrebant. Tanta autem contritus erat & commotus pœnitentia, quod omnes aſtantes & ſe intuentes ad ſingultus & lacrymas commouit. Denique flens & eiulans, manibuſque conſertis, Prælatos omnes in virtute Dei adiurabat, quatenus ſibi pœnitenti ſuper tot & tantis flagitiorum exceſſibus pœnam infligerent, & ſatisfactionem condignam. Audientes autem viri religioſi, qui lecto aſtabant, in Epiſcopo vitam adeo flagitioſam, ſimul & admirabilem cordis contritionem, ad inuicem ſeſe contuentes, obmutuerunt vniuerſi, neſcientes quid darent conſilii, vel quid tam ſubito reſponderent. Quod cernens Epiſcopus, dixit eis; *Scio, ſcio, quod tantis enormitatibus auditis, hæſitatis inter vos; quid mihi pro pœnitentia infligatis. Sed obſecro vos in nomine Ieſu Chriſti Domini noſtri, quatenus in loco pœnitentiæ, & remiſſionem peccatorum meorum iniungatis mihi, vt ſecundam voluntatem Dei ſim in pœnis purgatorij vſque in diem Iudicij, vt tunc per miſericordiam Redemptoris noſtri, qui ſemper miſericordiam exaltat ſuper iudicium, ſaluus fiam.* Placuit hoc conſilium vniuerſis, ſalua ſemper ſibi clementia Diuina, qui omnes ſeruari deſiderat, & neminem vult perire. Tunc Epiſcopus audientibus cunctis, cum ingenti mærore recognouit, qualiter expulſis monachis Conuentrenſibus, ad cumulum omnium malorum, in loco eorum irreligioſos clericos introduxit. Ad cuius flagitii ſatisfactionem aliud genus correctionis non inuenit, niſi vt in eorum habitu vitam finiret, in quos diabolico ſpiritu exagitatus dum potuit, perſecutionem excitauit, mendicare coegit, & quantum in ſe erat, odio mortali afflixit. Sicque cum magno eiulatu Abbatem Becci, qui inter cæteros aderat, deprecans adiurauit, quatenus intuitu charitatis, ad diaboli confuſionem, habitum ſibi concederet monachalem, vt illos patronos haberet in futuro ſeculo, quos perſecutus fuerat in hoc mundo. Quod cum impletum fuiſſet, omnia quæ poſſidebat in auro & argento, in gemmis & vaſis pretioſis, domibus religioſis, & pauperibus erogauit. Et ſic in ſpe bona omnium aſſiſtentium, & iugi lacrymarum effuſione, fine inſperato quieuit.

Per ea tempora Cœleſtinus Papa, ſententiam excommunicationis à Gaufredo Eboracenſi Archiepiſcopo, contra Hugonem Dunelmenſem Epiſcopum

iniuſte prolatam, abrogauit datis ea de re literis inter alios Sancto Hugoni Lincolnienſi Epiſcopo: quo anno idem ſanctus admirandum quoddam facinus egiſſe memoratur.

VIII. Roſamunda Henr. Regis pellex ab Hugone Lincol. exiumulata. b apud Sur 17. Nou

b Faciens viſitationes ſuas per domos religioſorum in ſua diœceſi, venit ad Abbatiam Sanctimonialium de Godeſtoue, quæ eſt inter Oxoniam & Modeſtoc: & cum intraſſet Eccleſiam, vt oraret, vidit tumbam in medio chori ante altare ſericis pannis velatam; & lampadibus ac cereis circumdatam. Et quæſiuit, cuius eſſet tumba. Et dictum eſt ei, illam eſſe Roſamundæ, quæ quondam extiterat amica Henrici Regis Angliæ, filii Mathildis Imperatricis; & quod ipſe pro amore illius multa bona illi Eccleſiæ feciſſet. Et iuſſit Epiſcopus: *Tollite eam hinc, quia ſcortum fuit, & ſepelite eam extra Eccleſiam cum cæteris, ne Chriſtiana religio vileſcat: & vt exemplo illius cætera mulieres exterritæ caueant ſibi ab illicitis & adulterinis concubitibus.* Fuit Hugo intrepidus aduerſus omnem iniquitatem. Quamobrem cum non paucos offendere deberet, à ſingulis Romanis Pontificibus, qui eius tempore Eccleſiæ præfuerunt, humillime petiit, vt ſolutus Epiſcopali cura viueret. Sed non obtinuit: immo vero tanquam bene dignus coactus ab illis eſt ſuo munere perfungi. Nuntios etiam & fautores huius rei durius illi obiurgantes cum minis remiſerunt, vetaruntque, ne deinceps huiuſmodi literas ad Apoſtolicam ſedem afferrent. Grauiora quoque totius prouinciæ negotia, ei expedienda delegarunt. Singularem namque à Domino gratiam acceperat iuſtum ab iniuſto diſcernendi, ita vt peritiſſimi Iureconſulti cum admiratione dicerent, nunquam ſe talem virum reperiſſe, in decidendis etiam difficilimis ſubtiliſſimiſque cauſis, quamuis ille huiuſmodi praxim nuſquam didiceat. Gaudebant omnes, qui cauſas iuſtas ad eius iudicium deferebãt, certi nimirum, quod nec ignauia ſeduci, nec muneribus, aut minis corrumpi, vel frangi poſſet.

IX. Inſignia Miracula de excommunicatis ab Hugone Lincol. Epiſc.

Spiritus quoque Sanctus, qui hoc ei contulerat donum, ſermonem illius, atque ſententiam confirmabat ſequentibus ſignis. Nam cum rebelles quoſdam & contumaces, Satanæ tradidiſſet in interitum carnis, ſubito non comparuerunt. Miles quidam propter quoddam mendacium ab Epiſcopo Sancto reprehenſus, cum admonitionem eius parui penderet, nec ſe emendare vellet, mox ab illo excommunicatus eſt. Vſurpabat namque ſibi bona quædam, quæ incitante eum vxore, quod prolem legitimam non haberet, à veris hæredibus per ſimulationem alienare conſenſerat: ttemenda res. Inuaſit eum diabolus nocte ſequenti, extorquens ſubito animam mendacem. Alius quidam in eodẽ ſcelere ei ſuccedens cum lætus & temulentus lecto exciperetur, ſopori mortem ſocians, etiam miſere extinctus eſt. Foreſtarius quidam propter facinus plexus anathemate, viri Dei ſententiam non metuens, intra paucos dies horribili morte deceſſit è vita. Quidam diaconus, liuore impellente, militem quemdam nequiter accuſans de crimine regiæ proditionis, Hugonis ſententia ob ſpem emendationis percuſſus, cum peccatum ſuum non modo non vellet agnoſcere, ſed etiam ab Archiepiſcopo abſolutionem impetraret, redienſque ad virum Sanctum, purgationis, vt putabat, ſuæ chirographum ſecum afferret, rurſum non obſtante mandato, ab illo excommunicatus eſt. Vt autem Dominus oſtenderet, vtrius ſententiam approbaſſet; diaconum horrendum in modum percuſſit, nec eum diutius viuere paſſus eſt. Adoleſcentula quædam cum impudenter ſpueret in faciem ſponſi ſui, præſente Sancto Epiſcopo, nec veniam petere vellet, à diabolo præfocata expirauit. Clericus quidam propter tyrannidem quorundam potentium, ius ſuum, quod ei erat in quadam Eccleſia; obtinere non potuit. Pecuniis quoque, ac aliis rebus pene omnibus in Curia Romana conſumptis, iam ſumma egeſtate cœpit vrgeri. Audiens vero Sanctũ Hugonem oppreſſorum conſolatorem piiſſimum eſſe, ad illum tandem venit, etiam longe extra fines diœceſis ſuæ; & cum lacrymis eius auxilium implorauit. Motus ergo vir Dei, omnes excommunicauit, licet eius iuriſdictione non tenerentur. Quid plura? Alii in amentiam verſi, alii repentina morte extincti ſunt: quorumdam oculi cum ingenti cruciatu exciderunt, donec legitimo poſſeſſori reſtituta eſt Eccleſia. Alios etiam viros ſeptem quandoque vir ſanctus excommunicauit, quod furem à cœmeterio dolo extraxiſſent, & mox ſine dilatione ſuſpendiſſent. Timentes vero illi ne accideret ipſis, quod iam multis eueniſſe conſtabat, ad pedes Epiſcopi pariter venerunt. Sex ſatisfactione dura illa quidem, ſed breui expurgati ſunt. Septimus quia noluit ſatisfacere, abſolutionis gratiam non impetrauit. Tam vero dura fuit ea ſatisfactio, vt etiam brumali tempore, pene nudi furem à patibulo depoſitum, per longum iter humeris portare, atque in eodem cœmeterio, vnde illum extraxerant, tumulare compulſi ſunt: res prorſus ſtupenda. Iam ſeptem anni tranſierant, & ecce redit miſerabilis ille, cum lacrymis petens abſolutionem: Domine, inquit, poſtquam ſententia tua me perculit, acciderunt mihi mala multa. Gratiam Regis continuo perdidi, exulare coactus, ad inopiam redactus ſum: corporis moleſtia contabui, plurimiſque aduerſis caſibus ſubiacui. Sed ne peiora his ſuccedant, dignare, obſecro, vel ſero pœnitentem releuare. Miſertus ergo vir pius tantæ calamitatis, quod ex fortunato & diuite ærumnoſus & morbidus factus eſſet, clementer eum abſoluit; & ne dolorem dolori adderet; mulctam ei miniorem irrogauit.

X. Theod. Balſamon commentarius in Canones reprobatur. d Nicet. Chron.

Hoc anno d Georgius Xyphilinus Conſtantinopolitanus Patriarcha ſedere cœpit, cui Theodorus Balſamon commentarium in Canones dedicauit; ſed multis apocryphis, atq; mendaciis refertum: nimirum qui exinde, vafro conſilio, conaretur multa contra Eccleſiam Occidentalem eruere. Adducit canones Apoſtolorum, quos Eccleſia nunquam inter canonicos numerauit. Magni facit donationem Conſtantini Imperatoris, factam Romanæ Eccleſiæ, quam tamen Romani Pontifices S. Leo, Felix, Bonifacius, Gelaſius, Hormiſda, S. Gregorius, & reliqui ſucceſſores omnes innixi Petræ; non tanti fecere: vtpote non ignari, priuilegia Romanæ Eccleſiæ ab ipſo Chriſto conceſſa eſſe; & certiora à Carolo Magno, Pipino, Lothario, aliiſque Imperatoribus piiſſimis iura donationis vrbis extare, quam vt in controuerſiam adduci, vel à ficto ab aduerſariis Ottone infringi poſſint. Certe Balſamon aſtuto conſilio id egiſſe videtur, quicquid egit: nimirum amato zelo contra Occidentales exæſtuans; quorum ne conuerſationem quidem cum Græcis hactenus toleratam, potuit tolerare, quin negaret, negando impugnaret: vel ipſis Græcis mendacium falſi ſcriptoris deridentibus atque deteſtantibus.

XI. De S. Obitio Confeſſoris conuerſione & miraculis.

Per hæc tempora floruit, S. Obitius Confeſſor Brixianus. Is in equeſtri dignitate, bellum inter ſe gerentibus Brixianis & Cremonenſibus, cum hoſtes ſuper Olii ponte inſequeretur, eo præ pondere rupto & collapſo, & ipſe in flumen decidens, diuino munere ſeruatus, & à ſuis poſtera die ab hoſtium cadaueribus extractus, cum ſe ad inferos deſcendiſſe, innumeramque animarum multitudinem eo delatam, diuerſis & inauditis ſuppliciis affectam vidiſſe narraſſet, conualeſcens, relicta militari ac ſeculari vita, aliam adeo religioſam duxit, vt miraculis viuens ac defunctus claruerit. Nam cum pons ſuper Olio conſtrueretur, ac architecti manus ſub trabe preſſa contrita fuiſſet, illam Obitius pallio inuolutam, manibus ſuis fouens, mirabiliter ſanauit. Eius defuncti corpus cum ad ſepulturam deferretur, multi languentes, aqua, qua illud ablutum fuerat, aſperſi, ſanati ſunt. Ancilla quædam fiſtulis & plagis plena, cum eam aquam minime inuenire potuiſſet, terra ea ipſa madefacta plagas tetigit, continuoque ſanata eſt. Mulier quoque toto corpore contracta, ad Obitii

tumu-

tumulum deducta, non ſine ingenti omnium qui eam nouerant admiratione curata fuit. Alia quædam mulier cæca, ad S. Obitii monumentum à puellis delata, cum vehementius oraret, viſum recepit, domumque ductorem viæ non requirens, reuerſa eſt. Vir etiam quidam manibus ac pedibus captus, cum ſepulchrum S. Obitii ex deuotione tetigiſſet, gradiendi recepit facultatem. *Helias Capreolus Annalium lib. 6.*

IESV CHRISTI
Annus 1192.

Coelestini Papæ III. Anno 2. Henrici V. Imp. anno 2. Iſaacii Ang. Imp. ann. 7.

I. Variæ res geſtæ Cœleſtini Pap. a *Roger. in annal.*

Anno *Chriſti* 1192. Quarto nonas Martii Cœleſtinus Papa in numerum Sanctorum retulit, Sanctum Vbaldum Epiſcopum Eugubinum,[a] deinde Epiſcopos Scotiæ, à iuriſdictione Metropolitani Anglicani exemit: item Willelmum Elienſem Epiſcopum ab aduerſariis eiectum, & in ſedem ſuam reſtituit, & vt Richardus ei officium Cancellarii reſtitueret, obtinuit: aliaque complura in cauſa Rothomagenſis Epiſcopi egit: & tum demum omnes Archiepiſcopos & Epiſcopos Angliæ, vt populum ad emendationem vitæ excitarent, per literas encyclicas admonuit: & torneamenta prohibuit. Conſtantiam quoque Imperatricem à Tancredo Rege Siciliæ recepit, & Imperatori miſit: tum Cencio Camerario, vt cenſuum Romanæ Eccleſiæ librum conſcriberet, iniunxit. Literas etiam ab Eleonora Regina Richardi Angli matre accepit, quæ poſtulabat Imperatorem compelli, vt virum ſuum ſibi reſtituere vellet.

II. Terribile miraculũ de SS Euchariſtia. b *Hermoldus Abbas in hiſtoria Slauorum.*

[b] His ferme diebus puella quædam in partibus Thuringiæ prope ciuitatem Erpisfordiam ægrotabat. Quam dum ſacerdos ex more viſitaret, dans ei viaticum, ablutionem digitorum fecit in calice mundo, ipſam aquam ad bibendum ei tradens, ſicque diſceſſit. Illa vero bene mentis ſuæ compos dixit his qui circum ipſam erant; Diligentiſſime aquam ipſam operite; quia de digitis ſacerdotis vidi portiunculam Euchariſtiæ in eam decidere. Quo facto cum ipſa aqua ei poſtea ad bibendum fuiſſet allata, & tota mutata fuiſſet in ſanguinem, ipſa quoque portiuncula, licet minimi formam acceperat digituli, verſa in cruentam carnem. His viſis omnes perterriti ſunt, miſeruntque, vt ſacerdotem vocarent: qui magis ſtupebat, & ſuam in his negligentiam accuſabat. Cumque metueret ab officio ſuſpenſionem, voluit rem celare, & propterea Sacramentum comburere. Sed celari non potuit, quod Deus miraculoſe manifeſtauit. Communicatur interim res pluribus, fit conuentus ſacerdotum: qui in perturbatione non habentes conſilium, Archidiaconum adierunt. Qui ſuper his timens aliquid diſpenſare, quæ geſta erant per epiſtolam ſignificauit Archiepiſcopo Moguntino. Interea ipſum calicem cum viuifico corpore, & ſanguine opertum corporali, ſuper altari ponunt, & videntibus cunctis qui aderant, columba venit ſuper labium calicis, & diu ſedit non ſine admiratione cunctorum, quod corporis ſui pondere ipſum vaſculum non euerterit. In partibus enim illis calices vitrei in inferioribus ſunt anguſti, in ſuperioribus ampliores. Vnde qui viderant, non corporalem, ſed ſpiritualem columbam arbitrati ſunt. Venit Archiepiſcopus Moguntinus vna cum vniuerſo clero, & veram carnem, ac viuum ſanguinem in calice reperiens, inter diuina miſſarum ſolemnia, in Eccleſia Beatæ Dei genitricis ſemperque Virginis Mariæ, populum ad lacrymas & orationes adhortatus eſt; vt diuina clementia, ſemper humano generi amica, quæ ad euacuandum errorem Infidelium, ſiue ad corroborandam Fidem ſuorum Fidelium, Sacramentum, quod ſub ſpecie panis & vini benedicitur, ſanctificatur, ſumitur, vere ſuam carnem & ſanguinem euidentiſſimis indiciis demonſtraſſet ad laudem & gloriam nominis ſui; ſimiliter etiam ad iucunditatem & exaltationem Eccleſiæ ſuæ Sanctæ, rurſus in priorem ſubſtantiam panis & vini transformare dignaretur. Vt ſicut ipſe vere eſt panis vitæ, & vinum quod ſpiritualiter lætificat cor hominis; ita vere Sacramentum, quod Eccleſiæ ſub ſpecie panis & vini vſurpandum dederat, in formam notam verteretur. Cumque diu oratum fuiſſet, & ſanguis, & caro in formam priorem non rediſſet; Pontifex de nouis lapidibus nouum altare conſtrui præcepit, vt in eo idem ſanguis cum carne Dominica conderetur. Verum cum inter ipſas orationes & exhortationes ſæpius miſiſſet, & transformatio facta non fuiſſet; venit ſubito qui diceret, Dominum preces & gemitus ſeruorum ſuorum exaudiſſe, & priorem illam ſubſtantiam, pleniſſime rediiſſe.

III. Verba Moguntini Archiep. ad populum de venerabili Sacramento.

His auditis Archiepiſcopus, multis ſuffuſus lachrymis, omnes ad gratiarum actiones agendas admonuit; inter alia locutus: *Aliud eſt ſumere Sacramentum, aliud rem Sacramenti. Vnum eſt viſibilis forma, aliud inuiſibilis gratia. In his duobus duo comedendi ſunt modi; vnus Sacramentalis, alius ſpiritualis. Secundum vnum comedunt vniuerſi, ſecundum alium tantum boni. Ibi multi vocati, hic pauci electi. Manducat hunc panem Angelus, manducat & homo; manducat bonus, manducat & malus: vterque vere, ſed non vterque plene: quia alius tantum ſumit Sacramentum, alius autem & Sacramentum, & rem Sacramenti. Alius enim deuotus & dignus cum Sacramento viſibili inuiſibilem percipit & gratiam; alius autem indignus ſumens Sacramentum, reus efficitur corporis & ſanguinis Domini, quia iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Nunc igitur, vt condignas perſoluamus gratiarum actiones Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui in hoc facto nos & terrere voluit & conſolari, hoc ſuademus, præcipimus, & ſtatuimus omnibus ſub noſtra iuriſdictione conſiſtentibus, vt omnes à minimo vſque ad maximum, à iuuene vſque ad ſenem, & pueri, & puellæ, incuruati adorent, laudent & magnificent Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, cui omne genu flectitur cæleſtium, terreſtrium & infernorum, & honoremus almiflua eius Sacramenta, vt non ſolum Sacramentum, ſed etiam rem Sacramenti percipiamus per gratiam ipſius, qui ſecundum ordinem Melchiſedech ſacerdos eſt, & ſacrificium, quo nos ſibi faciat populum peculiarem, bonorum operum ſectatorem.* Cumque omnes reſpondiſſent *Amen*, Archiepiſcopus ipſam aquam tranſſubſtantiatam in vaſculo pretioſo ad poſteritatis memoriam in ipſa Eccleſia honorifice repoſuit; calicem vero ſecum Moguntiam detulit, vbi vſque hodie honore maximo aſſeruatur.

IESV CHRISTI
Annus 1193.

Coelestini Papæ III. Anno 3. Henrici V. Imp. anno 3. Iſaacii Angeli Imp. anno 8.

I. Henr. Imp. debacchatur in Siculos. a *Roger. in annal.*

Anno *Chriſti* 1193. [a] Henricus Imp. cumprimum audiſſet Tancredum & filium illius mortuum eſſe, exercitu claſſeque parata in Campaniam venit; Salernum expugnauit; vindictam de ciuibus, qui Conſtantiam Auguſtam captam Tancredo miſerant, ſumpſit; Apuliam & Calabriam in fidem accepit, Meſſanam & vniuerſam Siciliam, allectis pollicitationibus Siculis, per deditionem vſurpauit; pactiſque conuentis Reginam matrem cum puero, atque puellis in ſuam redegit poteſtatem; quos tamen periurus vinculis alligauit, puerum excæcauit, & matrem cum puellis in cuſtodiam dedit. Porro corpora quoque Tancredi, & filii

Digitized by Google

III. Vnde Carmelitæ habeant originem.

Haimericus Patriarcha Antiochenus videns quam plurimos in Orientem peregrinantes amore ſolitariæ vitæ indidem remanere, eos in vnum reduxit, atque in montem Carmelum duxit, vnde origo eorum religioſorum, qui poſtea nomẽ Carmelitarũ ſibi impoſuerunt.

IV. S. Franciſci natalis.

S. Franciſcus natus eſt hoc anno Aſſiſii, patre Petro Bernardone. Laborans S.R.E. Cardinalis canonũ collectionem fecit & vulgauit, opus ſumma laude dignũ.

IESV CHRISTI ANNVS 1183.

LVCII PAPÆ III. ANN. II. FRIDERICI Imp. ann. 29. Andronici Comneni Imp. ann. 1.

I. Romani inſurgunt aduerſus Lucium P. *Roger. in annalib.*

ANNO *Chriſti* 1183. Ioannes & Hugo Scoti, de Epiſcopatu S. Andreæ certantes, Romam venerunt, & in manu Lucii Pontif. ius ſuum depoſuerunt. Ceſſit tẽpori Lucius Papa, & ne ſchiſmate eam Eccleſiam ab occidentali diuideret, Hugoni Epiſcopatũ decreuit: Ioanni altero Epiſcopatu delato Romani iterum contra ſummũ Pontificem turbas ciebant. Cui cum Fridericus Imp. ſuppetias per Chriſtianum Moguntinũ Archiep. tuliſſet, hoſtes fontem veneno infecerunt: ex quo auxiliares eius copiæ bibentes enecabantur; ipſo Archiepiſcopo Moguntino extincto.

II. Henrici iun. Reg. Ang. obitus, & pœnitentia.

In Anglia [a] Henricus Rex Iunior defunctus eſt: cum & theſauros Eccleſiarum diripuiſſet & Patri Henrico ſeditionem excitaſſet & olim multa indigna contra S. Thomam perpetraſſet. Moriturus, vocauit Patrẽ ſuum: ſed is quod inſidias timeret, venire recuſauit. Interim Rex filius conuocatis corã ſe Epiſcopis & viris religioſis, qui aderant, primum ſecreto, deinde coram omnibus ſua confeſſus peccata, pœnitentiã, & ſuorum recepit remiſſionem peccatorum, & Vuillelmo Mareſcallo familiari ſuo tradidit Crucem ſuam Hieroſolymam deferendam. Deinde depoſitis mollioribus indumentis ciliciũ induit, & ligato fune in collo ſuo, dixit Epiſcopis & cæteris viris religioſis circumſtantibus: *Trado me peccatorem indignum, culpabilem & obnoxium per funem iſtum vobis miniſtris Dei, poſtulans vt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui latroni confitenti in Cruce peccata dimiſit, per preces veſtras, & per ſuam ineffabilem miſericordiam miſereatur infeliciſſimæ animæ meæ.* Et reſponderunt omnes, *Amen.* & ipſe ait illis: *Trahite me à lecto iſto per hunc funem, & imponite lecto illo cinereo, quem ſibi parauerat.* Et fecerunt ſicut ipſe præcepit illis, & oppoſuerunt capiti, & pedibus eius duos lapides magnos quadratos. & omnibus rite peractis, ipſe præcepit corpus ſuum deferri in Northmaniam vſque Rothomagum, & ibidem ſepeliri. Et his dictis, ipſe lacrymans Sacroſancti corporis & ſanguinis Domini viatico munitus, in timore Domini ſpiritum emiſit. Regem Patrem dolentem Petrus Bleſenſis literis conſolatus eſt. Conſtantiæ in Germania Fridericus Imp. Comitiis habitis, pacẽ Italiæ conſtitutione edita ſtabiliuit.

III.

IV. Septem millia Coterellorum hæreticorum ob ſacrilegia trucidati. *b Antonin. p. 2. tit. ... §. 17.*

[b] In Prouincia Bituricenſi ſeptem millia Coterellorũ hæreticorum, & amplius interfecti ſunt ab illius terræ incolis, in vnum contra inimicos Dei confœderatis. Iſti enim terram Regis vaſtantes, prædas ducebant, homines captos ſecũ viliſſime trahebant: & cũ vxoribus captorũ, etiam, proh nefas! ipſis videntibus dormiebant, Eccleſias incendebant. Sacerdotes autẽ & viros religioſos captos ſecũ ducentes, & in ipſis tormentis irriſorie dicentes: *Cantores cantate, cantate*: cõfeſtim eis alapas dabant, & groſſis virgis eos cædebant. Ex quibus quidam ſic flagellati beatas animas Deo reddiderunt. Alii longa carceris cuſtodia ſemimortui, data pro redemptione pecunia, ad ꝓpria redierunt. Deniq; peccatis hominum exigentibus, iidem Coterelli Eccleſias ſpoliabant, & corpus Domini de vaſis aureis & argenteis, in quibus pro infirmorũ neceſſitate ſeruabatur, extrahentes, & (proh dolor!) in terrã proiicientes pedibus conculcabant. De corporalibus vero concubinæ eorũ pepla capitibus ſuis componebant. Calices vero irreuerenter ſecũ portabant, & malleis ac lapidibus confringentes diſtrahebant. Hæc videntes incolæ ipſius prouinciæ Regi Philippo ſignificarũt, acceptoq; ab eo exercitu, vnanimiter inſultũ in hoſtes fecerũt, & õnibus à minimo vſq; ad maximũ interfectis, de præda illorũ ditati ſunt.

In Hiberniã miſſus Legatus presbyter Cardinal. Viuianus Concilio indicto re infecta, & auro quod ſitierat, minus onuſtus, diſceſſit. Ita plane nunq̃ vllum bonũ finẽ ſortita eſt legatio, quã auri ſacra fames infamauit.

V. *c Neubrigen. li. 3. c. 9.*

VI. Andronicus Alexio ſtrangulato Imp. Or. inuadit. *d Nicet. Choniat. in Andronico lib. 1. & Vuillelm. Tyrius lib. 22. c. 12. & ſeqq.* Eiuſdem in Latinos dira graſſatio.

[d] Conſtantinopoli Andronicus Alexium Imperatorem puerũ noctu ſtrangulauit, & Imperiũ tyrannice inuaſit, fautore Baſilio Camatero Patriarcha, qui Theodoſio ſucceſſerat. Sæuiit & in Latinos in ea vrbe agẽtes, eo quod illi à partibus Alexii Protoſebaſtæ perſtitiſſent. Potentiores quadraginta quatuor triremibus conſcenſis effugerunt. in eos qui ad fugã minus idonei extiterãt ſæuitũ eſt. Peremptis iis qui reſiſtere poſſe videbantur, ignẽ illorum ædibus milites ſubiecerunt, & vniuerſam eorũ regionem in fauillas conuerterunt, mulieribus & paruulis, ſenibus & valetudinariis incendio conſumptis. Nec ſufficiebat eorũ impietati in loca deſæuire ꝓfana, verum Eccleſias & loca quælibet venerabilia ſuccẽdẽtes, qui ad ea ſalutis cauſa cõfugerant, cũ ipſis pariter ſacris ædibus concremarunt. Nec erat differentia plebeiorum & Cleri, niſi quod atrocius in eos deſæuiebant, qui religionis & honeſtatis habitum prætendebãt. Monachis enim & Sacerdotibus primas irrogabant iniurias, & tormentis exquiſitis eos perimebant.

VII. Ioannis Cardinalis immane martyriũ.

Erat in eadem Vrbe, Ioannes S.R.E. tituli Anaſtaſiæ presbyter Cardinalis, ſedis Apoſtolicæ apud Imperatores Apocriſarius, cuius opera vnionem Orientalium Eccleſiarum cũ Romana Manuel curabat. Suadebatur, vt diſcederet, ne occideretur. At ille: *Abſit hoc à me*, ait. *Ego hic ſto pro veritate Eccleſiæ, & pro dignitate Pontificis, qui me miſit.* Tunc perfidi Græci irruentes occiderunt eum, & ligantes canẽ cum eo, ita quod cauda canis eſſet immiſſa ori capitis deciſi, per vicos ciuitatis traxerunt, & in fouea igni iniecto combuſſerunt. Corpus eius Chriſtiani Latini occulte tulerunt, & honeſte ſepelierunt, Deo miracula operante ſuper eius monumento.

VIII. Græcorũ rabies barbara in ipſos mortuos.

Sed nec mortuis, quibus omnis parcere conſueuit impietas, ab iſtis ſacrilegis tuta erat quies, hos enim de monumentis extractos per vicos & plateas, quaſi illatas ſentirent iniurias, diſtrahebant. Accedentes præterea ad Xenodochiũ, quod S. Ioannes dicebatur, quotquot in eo lãguidos repererunt, gladio peremerunt. Qui aũt ex officio pietatis oppreſſorum afflictiones merito tenebantur releuare, eorum ſacerdotes videlicet & monachi, dato pretio, graſſatores & ſicarios ad ſtragem inuitabant, diſquirentes ſeceſſus & penetralia domorũ, ne, qui in eis deliteſcerent vt mortis diſcrimen deuitare poſſent. Hos inuentos & violenter extractos carnificibus tradebant; quibus etiam, ne gratis operam impenderent, pretium ſanguinis pro miſerorum interfectione porrigebãt. Qui aũt clementius cum eis videbãtur operari, hi eos qui ad ſe confugerant, & quibus ſpe dederant ſalutis; Turcis & aliis infidelibus populis in perpetuã vendebant ſeruitutẽ: ex quibus promiſcui ſexus, ætatis & conditionis pluſq̃ quatuor millia barbaris nationibus, pretio interueniente, diſtracta eſſe dicebãtur. Sic ergo impius Græcorũ populus, & genimina viperarũ, more ſerpẽtis in gremio, & muris in pera, nihil tale meritos, nihilq; tale verentes, hoſpites ſuos male remunerauerunt. Quibus tamen filias ſuas, neptes quoq; & ſorores, vxoreſque dederant, & ex diuino conuictu ſibi reddiderant familiares.

IX. Latini de Græcis vindictam ſumunt.

Cæterum tantum facinus, non impune commiſerãt. Qui enim Latinorum in triremibus effugerant, cum audiſſent tantam ſtragem ſuorum, ſumptis animis & viribus comparatis vrbes Græcorum & monaſteria quæ ab Helleſponto, vſque ad mare mediterraneum littoribus imminebant, ferro & flammis vaſtarũt; maximamque iniuriam ſuorum, ingenti cæde Græcorũ vlti ſunt.

IESV CHRISTI ANNVS 1184.

LVCII PAPÆ III. ANN. III. FRIDERICI IMP. Ann. 30. Andronici Comneni Imp. Ann. 2.

I. Quomodo S. De-

ANNO *Chriſti* 1184. Magnus Prędicatorum Patriarcha Dominicus per ea tẽpora adoleſcebat, præſa-

Digitized by Google

mitiicus adoleſcentiá tranſegerit.
Theodoric. de Apollin. in vita. apud Sur. 4. Aug.

A giis ortum eius tum præcedentibus tum ſuccedentibus
par futurus. [a] Iacenti aliquando illi in lectulo, apũ exa-
men adfuit, & circa os volitans, linguã eius diuinæ ſa-
pientiæ melle affluiturã indicauit. Itaq; vixdum infan-
tiæ annos egreſſus, exemplo piorum parentum templũ
crebro adire, miro feruore in precibus perſiſtere, lectu-
li quoq; mollitiem in ea ætatis teneritudine ſæpe relin-
quere, nuda humo infantilia membra allidere, & iam
tunc de cœleſti diſciplina ſedulo meditari cœpit. Erat
in Eccleſiis aſſiduus, pſalmos cum Clericis promebat,
hymnos concinebat, ſacris myſteriis deuotus aſſiſte-
bat, & Chriſti miniſtris ac Sacerdotibus mira alacritate
& gaudio ſeruiebat; deniq; hæc & alia in altero ætatis
ſeptenario ita obibat, vt ſub tenello vultu veneranda
quædam animi canities abdita videretur. Igitur paren-
B tes cum cernerent admirandam in ſancto puero ſimul
cum ætate gratiæ acceſſionem, ſtudiorũ cauſa Palentiã
eum deſtinarunt. vbi prudens adoleſcens non ſegnitiẽ
ſectatus, ſed rebus friuolis & ineptis, quibus ea ætas diſ-
fluere ſolet, contemptis, breui, & ingenii facilitate, & la
bore indefeſſo, & aſſiduo precationis ſtudio liberales
diſciplinas aſſecutus eſt. quibus tamen non ita multum
tribuit, ſed mox vt ab humana philoſophia, ad Chriſtia
næ pſtantiã, cui tota mẽte inhiabat, perueniret, ocyus ad
fontes Theologicæ ſapientiæ ſe contulit: cui toto qua-
driennio, tanta animi cõtẽtione, & ſtudio inſudauit, vt
pene noctes duceret inſomnes, quietiſq; tepora vigili-
is largiretur. Atq; vt è fonte ſapiẽtiæ ſalutaris largius po
taret, decẽ annis vino, in quo eſt luxuria, caſtitatis ama-
tor penitus ſibi voluit interdictũ. Et quia incẽſo erat in
C Deũ amore, nõ potuit pximũ, quẽ Deus vult in ſe diligi,
non vehementer amare. Itaq; quicquid in Deũ nullius
rei egentẽ non poterat, id totũ in pximũ incredibili ſa-
ne charitate conferebat. Ea tẽpeſtate cũ Palentiæ literis
operã daret, omnẽ fere Hiſpaniã horrida fames oppreſ-
ſerat, ex quo deficiebant pauperes inedia ſitiq; cõfecti.
Inter hæc Dominicus perfectionis ſectator egregius, vt
pro ſua facultate pauperum inopiæ ſubueniret, libros
& omnes res ſuas alacriter diſtraxit, precium in miſeros
egenos expendit, ſuoque exemplo ad benignitatem in
pauperes egregie prouocauit.

II.
Miraculũ de corpore S. Floriani in Poloniã miſſi.
b *Dlugoſſus in annalib. Polon. & Cromer. lib. 6.*

Romæ feria quarta Cinerum; Lucius Papa plurimos
Cardinales creauit: & Legatis Poloniæ, corpus S. Floria-
ni Martyr. dono dedit. neq; ſine pdigio ſeu miraculo. [b]
Ipſe n. Lucius Põtifex, ſacrariũ, in quo plurima ſancto-
rũ corpora ſeruabãtur, ingreſſus quis ſanctorũ illic qui-
D eſcẽtiũ in Poloniã migrare vellet, inquiſiuit. Ad quã vo-
ce, ſerione, an ioco, incertũ eſt, à ſummo Põtifice plată;
ex tumba, in qua Sacrũ corpus S. Floriani conditũ erat,
manus ptenſa, Lucio vocãti, deſignãtis & indicantis ſe
apparuit, donariq; Polonis & Eccleſiæ Cracouiẽſi hu-
iuſmodi ptenſione corpus ſuũ ſignauit. Nihil cuncta-
tus Pontifex, eiuſdẽ S. Floriani martyris corpus p Aegi-
diũ Mutinẽſem Epiſc. Caſimiro, & Cracouiẽſi baſilicæ
tſãſmiſit. Cui Cracouiã ſexto Calend. Nouẽ. aduenie-
ti, Caſimirus Princeps vna cũ Gedeone Epiſcopo, & ſo-
lemni ſacerdotũ põpa, & ingenti omnis generis homi-
nũ caterua, ad ſeptimũ milliariũ pgreſſus, ſacra pigno-
ra reuerenter excepit, & tẽplum Diuo Martyri ſumptu
magnifico extruxit, ſplẽdida ſuppellectili ornauit, pro-
uẽtibus ditauit, & Collegiũ Sacerdotũ Canonicorũ in
eo inſtituit. Ab eo tẽpore in S. Floriani memoriam cœ-
E perunt Poloni, tam militares, quam ciuiles & agreſtes,
filios ſuos in baptiſmate eius nomine inſignire.

Dato corpore S. Floriani Polonis, Lucius Papa Vero-
nã profectus eſt, ad colloquiũ ab Imperat. indictũ, vbi cũ
eſſet, Ducẽ Saxo. Friderico hactenus irato recõciliauit.

III.
Seditio à Romanis contra Lucium PP. excitata.
Ciacconius ex Ioh. Rom. [illegible]
IV.

Habuit cauſam Lucius Põtifex, cur Veronã cõcede-
ret: cũ illũ eadẽ q pdeceſſores ſuos calamitas afflixiſſet.
Nã cũ Romanus populus intellexiſſet Põtificẽ quorũdã
ciuiũ opa deliberaſſe, vt ſenatoribus in ordinẽ redactis,
ipſe Imperiũ vrbis occuparet, excitata ſeditiõe cũctis Põ
tifici adhærẽtibus, qui cõphẽdi potuere, oculos effodit.
Qua tam inſigni cõtumelia accepta Lucius, Vrbe ſibi

A excedẽdũ exiſtimauit: maxime cũ à Frid. Imper. inuita-
retur ad cõgreſſum. Vrbe egreſſus, Petrũ Tuſculanũ E-
piſc. Vicariũ reliquit: ipſe vero Mutinã accedẽs, Frider.
Imper. qui per ea tẽpora ex Germania in Lombardiã ve-
nerat, ad mutuũ de rebus grauiſsimis colloquiũ acciuit.
Cõuentui locus Verona deſignata eſt, opulens tũ Ciui-
tas, & cũ Cardinalibus pleriſq; eo iter inſtituit: p Etru-
riã trãſiens Lucã patriã adiit, atq; ibi Baſilicã S. Martini
plurimis priuilegiis honeſtauit, qui vt ciues ſuos Lucẽ-
ſes eximio aliquo beneficio inſigniret, tantã ſibi digni-
tatẽ, miſſa ad ſe legatione honeſtiſsima gratulãtes, non
immemor patriæ ſuæ cũ multis muneribus tum diuinis,
tum humanis ante mortẽ ornauit. Ab Imper. n. Frider.
quo cum in pace vixit, obtinuit ne Etruſci alia quã mo-
neta Lucẽſi vterẽtur ſignata Imper. nota. Inde 8. Idus ve-
B nit Bononiam. ibi Ioan. Epiſ. rogatu Baſilicam S. Petri,
q reſtaurata incẽdio fuerat, cõſecrauit, atq; arã maximã
aureo ſtragulo, multiſq; ſanctis reliquiis inſignitã reli-
quit. Mutinã inde 4. Idus pgreſſus, pcibus Gerardi Epiſ.
Rauenatis & Gubernatorum vrbis adductus baſilicã S.
Geminiani ea forte tẽpeſtate pfectã magna cæremonia
dedicauit, ac corpore ipſius cõfeſſoris, populo id impri-
mis cupiẽti oſtẽſo, poſtridie ſub lucẽ, ciuitati ſalutẽ, atq;
incremẽtum à Deo pcatus Vale exiit: & cũ ad mille cir-
citer paſſus eſſet pgreſſus, q adhuc nõ ſenſerat, inuſita-
to ſe comitatu ſtiparũ animaduertit. Erãt aũt hominum
amplius duo millia qui honoris ac pietatis gratia ipſum
ab vrbe pedibus pſequuti, cũ accẽſis cereis pcedebãt, i-
taq; ad eos conuerſus his verbis dimiſit: Gratias agimus
vobis de honore quẽ nobis tã inſigni adhibuiſtis, ac ſi-
C gnãs eos, addidit: Benedicta ſit terra quã incolitis, & be-
nedicti vos, ac poſteri veſtri in perpetuũ. Cuius rei mo-
numẽto Mutinẽſes tabulã in pariete Baſilicæ in forũ ver
gẽte, hãc hiſtoriã cõtinẽtem, vt nũc quoq; eſt poſuerũt.

Lucii PP. iter Veronã verſus.

V
Aduentus Pontificis & Cæſari ad Conuentum Veronenſem.

Inde traiecto Pado Veronam Põtifex, & Cæſar pri-
die Cal. Aug. An. 1184. ingreſsi ſunt, ibiq; maximo Chri
ſtianorum cõuentu habito Põtif. & Frider. Imp. raro ex-
emplo interfuerunt. Põtifex de Rom. ſuperbia & ſæui-
tia maxime cõqueſtus, principes õnes Chriſtianos, gra-
uiſsima poſtea oratione hortatus eſt, vt Chriſtianis in
Syria pro Chriſti fide cõtra Turcas laborantibus, & in
extremo periculo poſitis, cõmuni cõſilio, & ope ſuccur-
reretur, maxime vero cum Chriſtianorum Principum
ſeditionibus, & grauibus diſcordiis hoſtes fidi Saladino
Aegyptiorũ Rege Duce Hieroſolymitanũ agrũ popula-
rentur. Quos Põtif. frequentibus literis & nunciis hor-
D tabatur vt ſimultatibus poſitis, vna mente, & cõſilio, tã-
diu hoſtibus ſaltẽ reſiſterẽt, quoad nouæ copiæ in mili-
tiæ ſupplemẽtum ex Europa eis mitterentur. Iã. n. inſtã-
te Heraclio Patriarcha Hieroſol. & Magiſtro hoſpitalis
qui primum Veronã eius rei cauſa ad Lucium venerat;
deinde ad Regẽ Francorum Philippum acceſſerat: mi-
lites cruce ſignati ad tantã expeditionẽ parabãtur, eoq;
iis quo in periculo res Orientis eſſent edocto, acceptis
ab eo literis, ad Henricum Angliæ Regẽ auxilium im-
ploratum ierant: cui rei ſolis viribus cum Imperatore
Ludouico, & cæteris Chriſtianis principibus inſiſtebat
Lucius Papa. Indies. n. audiebatur Chriſtianos in Syria
à Turcis & Saracenis grauiſsimis moleſtiis affici.

VI.
Poſtulata Imp. pro ſchiſm. tiis anathemate ſoluendis.

In eodẽ Cõuẽtu Epiſc. & Archiepiſ. cumplures qui
ſchiſmate fœdati fuerãt interfuerunt: quos vt anathema
E te ſolutos, priſtinis honoribus reſtitueret Pontif. Impe.
enixe operam dederat. Papa Imper. poſtulatis accedere
videbatur: ſed Cardinalibus diſſuaſus, id poſtmodum
facere recuſauit, q diceret eos in Veneto Concilio da-
mnatos, cuius Cõcilii acta, neq; reſcindere, neq; mutare
ſine alterius ſynodi ſententia nollet, pollicebatur tamẽ,
ſe non longe poſt aliud Concilium coacturum, quo eo-
rum negotiis mature conſuli poſſet. Ad hæc Pontifex
cum Cæſare de Mathildis Comitiſſæ hæreditate verba
fecit, quam Imperator in Romanæ ſedis præiudicium
occupauerat, eamque repoſcere videbatur: ob quam
rem non modo beneuolentiæ, ſed ſimultatis potius ir-
ritamentum inter vtroſque ſuſcitabatur. Exorauit

Digitized by Google

ſimultates inter Impe. & PP. ex coronatione fi- lij

demum Fridericus Lucium, vt Henricum filium ſuum, iam in Germania Regem appellatum, & Aquiſgrani coronatum Imperiali diademate ornaret, quod ſe facere Pontifex recuſauit, quoniam neminè aliû eo ſuperſtite Imperatorio nomine honeſtari debere conueniens eſſe dicebat: hoc enim hæreditarium Imperium filiis per ſucceſſionem demandare eſſet: quod cunctis principibus Chriſtianis grauiſſimum fore cognoſcebat. Quare ſimultates inter vtrumque paulatim exortæ, in aliquam perniciem publicam erupturæ videbantur, ni fato ceſſiſſent, atque ita exulceratis vtrinque animis Concilium eſt dimiſſum. Fridericus Imperator magno rerum apparatu Henricum filium per Lambertum Archiepiſcopum, Regem Italiæ, fauentibus Mediolanenſibus coronauit; Lucius Romanos auerſatus, Veronæ ſibi ſubſiſtendum putauit.

VII. De Hugonis Archiepiſc. Volaterrani vita & miraculis.

Hoc anno, die VIII. menſis Septemb. ad cælos emigrauit S. Hugo, Epiſcopus & Ciuis Volaterranus, gente Saladina, ex Comitibus Agnanis. Iuuenis, cum apud Patauinos literis operam daret, tantum admirationis, propter doctrinæ ac virtutis præſtantiam, apud omnes excitauit, vt primum eius Eccleſiæ Canonicus, deinde Volaterranæ Archipresbyter, atque ad extremum ſuæ patriæ Antiſtes, ab omnibus ſalutatus eſſet. Eam dignitatem, vna cum titulis, Principis Imperii, & Comitis Palatini in Etruria aſſecutus, multa prudentiæ cum laude Eccleſiam adminiſtrauit, & ingentia tum fecit, tum tulit, pro libertate & iuribus Eccleſiæ defendendis. Tandem cum vndecim annos, magna ſanctitate ſubiectis populis præluxiſſet, nonnullaque miracula perpetraſſet, inter cœlites aſſumptus eſt. Anno mortem ſubſequente, die qui Purificationi Beatiſſimæ Virginis Mariæ Sacer eſt, ſuper illius ſepulturam, liquor ad inſtar balſami erupit, quo peruncti cæci illuminabãtur, variiſque conflictati morbis perſanabantur. Matthæus Canonicus, nobili ſtirpe Vetorum apud Volaterranos, eius nepos nonnihil eius pretioſi liquoris tunc collegit, & ampullæ vitreæ argento ornatæ, inſigniſque ſuæ familiæ inſignitæ commiſit, atque inter ſacra pignora ſacrarii Cathedralis Volaterranæ Eccleſiæ repoſuit, vel hoc miro mirando inſignem, quod ad hæc vſque noſtra tempora, ſc. Ann. 1615. ſine vlla imminutione conſeruatur: & creſcente luna creſcit, decreſcente decreſcit liquor ille, qui per miraculum è duro marmore ſcaturiuit. Guido Serguidius Ann. 1580. corpus S. Hugonis reperit: Lucas Alamanni caput eius thecæ argenteæ indidit, vterq; memoriæ anteceſſoris ſui Epiſcopi, Tutelaris Volaterræ. *ex Monument. Eccl. Volaterrana, à Domino Aemilio Dei Equite S. Stephani, Viro nobilitate, doctrina & pietate præilluſtri.*

VIII Richardus Cant. Archiep. viſionis terrore exanimatus.

a In Anglia, Richardus Cantuarienſis Archiepiſcopus XIV. Calend. Martii defunctus eſt. Huic, antequam inciperet ægrotare, apparuit Dominus in viſione, dicens: *Tu diſſipaſti bona Eccleſiæ meæ, & ego extirpabo te de terra.* Qua viſione perterritus, ſtatim cœpit ægrotare, & nonniſi octo diebus ſuperuixit. Petrus Bleſenſis eum per literas amice admonebat, ne Eccleſiæ dignitates, quas glorioſus Martyr ſanguine ſuo rubricauerat, & quaſi teſtamentum æternum morte & cerebri effuſione firmauerat, ille euacuaret, neue eam Eccleſiam, reduceret in antiquæ ſeruitutis opprobrium, qua ſe in gratiam plenæ libertatis euexerat.

A

IESV CHRISTI ANnus 1185.

LVCII PAPÆ III. ANN. IV. FRIDERICI IMP. Ann. 31. Andronici Comneni Imperat. Ann. 3.

I Infelix ſucceſſus conuentus Veronenſis. a Arnold. Lubecen. l. 3. ca. 10.

ANNO Chriſti 1185. a Veronenſis Conuentus, non omnino ex animi ſententia aliquibus ceſſit. Fridericus à Lucio Papa exigebat, vt qui à Schiſmaticis fuiſſent ordinati, Sacris officiis fungerentur. Lucius id quidem primum indulſerat: cæterum re maturius conſiderata ad futurum Concilium reiecerat. Quo Theutonici irritati, minabundi dicebant: In aduentu Imperatoris cantabamus, *Aduenisti deſiderabilis*: cæterum nunc in luctum conuerti, pronunciare compellimur: *Suſtinuimus pacem, & non venit: quæſiuimus bona, & ecce* B *turbas.* Quod verbum maximopere Cardinalibus diſplicuit, dicentibus. Ecce quanta eſt præſumptio Alemannorum, qui gratiam minando quærunt. Actum in eodem Conuentu, de relictis poſſeſſionibus Mathildis: ſed nihil tranſactum: Lucio Pontifice donationis inſtrumenta demonſtrante, Imperatore autem rem ad ſe pertinere affirmante.

Actum etiam de Epiſcopo Treuirenſi: Volemarum Clerus elegerat, Rudolphum Imperator intruſerat. Reſpectis omnibus dignitatem Volemaro Lucius decreuit, Friderico fremente, & multa Pontifici comminante. Ibidem Veronæ Lucius Papa audiuit Legatos Cruce ſignatorum: qui à Saladino præualente metuentes, Principum Chriſtianorum auxilia flagitabant. Ab eo cum literis ad Henricum Angliæ Regem C dimiſſi, ab eodem & Philippo Gallorum Rege ſubſidia militum, pecuniarum, & reliquorum bello gerendo neceſſariorum obtinuerunt.

II Lucii PP obitus Vrbani III creatio.

Inter hæc, ſeptimo Calend. Decemb. Lucius Papa Veronæ ægrotus deceſſit. Eius ſepulchro aliquis inſcripſit: *Luca dedit lucem tibi LVCI. Pontificatum Oſtia, Papatum Roma, Verona mori.* Addidit reciprocam antitheſim: *Imo Verona dedit verum tibi viuere, Roma exilium, curas Oſtia, Luca Mori.* Defuncto Lucio & ſepulto, miro omnium Cardinalium præſentium conſenſu, ſtatim creatus eſt eius ſucceſſor Vrbanus Tertius, dictus antea Lambertus, Archiepiſcopus Mediolanenſis.

III. De Imagine Pauli Oratoris lachrymante. b Nicet. in Andronic.

b Conſtantinopoli imago cæleſtis Oratoris Pauli, antiquæ manus opus, quam auro exornatam in vna æde Andronicus Imperat. repoſuit, imminente ei exitio D lacrymauit. Quo is audito, explorari iuſſit, an verum eſſet. Ad id miniſterium præter cæteros Hagio Chriſtophorita Stephanus delectus, per gradus aſcendit (nam in ſublimi pendebat imago) Paulique pupillas puriſsimo linteolo extercſit. Quo facto, lacrymæ magis etiam tanquam ex fonte exuberarunt.

Quod vbi cum admiratione retulit, Andronicus graui dolore perculſus, & diu agitato capite, cum gemitu dixit: Paulum videri ſua cauſa lacrymaſſe, ac grauiſsimam ſibi cladem impendere. Se enim ex animo amare Paulum, & eius dicta maximi facere: & à Paulo vtiq; redamari.

IV. Immanis crudelitas & vindicta populi in Andronicum Tyrannum.

Non multo poſt ſecuta eſt calamitas, quam ploratus imaginis portendebat. Itaque in Anemæ Caſtel- E lum duabus grauibus catenis cum ferreis ſeris ſuperbo collo iniectis, & compedibus oneratus, vt captiuos tractari mos eſt, conicitur; eoque habitu ad Iſaacium perducto contumelioſis verbis inſultatur, alapæ impinguntur, barba vellitur, dentes excutiuntur, capilli euelluntur: publice omnium ludibriis expoſitus, etiam à mulieribus pugnis cæditur, iis præſertim quarum maritos aut occiderat, aut excæcarat.

Deinde præciſa dextera, in idem caſtellum reducitur, ſine cibo, ſine potu, ſine vllo cuiuſque officio. Poſt aliquot dies altero oculo effoſſo, ſcabioſo camelo impoſitus, per forum triumphi

ſpecie

Digitized by Google

ſpecie circũducitur, calua glabra inſtar aridæ quercus, & ouo nudiore, & breui tunicula tectus, ſpectaculum miſerabile, ꝙ riuos lacrymarum eliceret ex oculis non humanis. Sed ſtolidiſsimi & petulantiſsimi Vrbis incolæ, pſertim fartores, coriarii, opifices, & circumforanea ſordidaq; turba, muſcarum inſtar, verno tẽpore ad mulctras & pinguia cymbia cõuolãtium, nulla ratione habita, ꝙ is medius tertius Imperator, regio diademate ornatus, ab omnibus laudatus, celebratus, adoratus eſſet; ꝗq; ſanctiſsimo iureiurando fidẽ & beneuolentiã ſuã, erga illum teſtati eſſent, efferatis animis ſine vlla ratione ruentes, nihil mali pteermiſerunt, quo Andronicũ per nefas non afficerent. Alii clauas in caput eius impegerunt, alii ſtercore nares eius fœdarunt, alii ſpongias excrementis hominum & pecudum fœdatas in faciẽ eius expreſſerunt, alii verbis obſcenis parẽtes eius inſectati ſunt. Erant & qui verubus latera eius pungerent. Impudentiores quidã lapidibus coniectis rabidum canẽ eum appellabant. Scortum quoddam impudens ollam feruenti aqua plenã, è culina raptam, in faciẽ eius effudit. Nemo deniq; erat, qui nõ male faceret Andronico. Ita ignominioſe in theatrũ ridiculo triũpho pductum, ac miſero illo camelo detractũ, iuxta duas columellas, quibus ſuperne lapis incumbit, ppe æneam lupã, & hyænã, quæ inflexis ceruicibus, quaſi altera in alterã impetum factura, concitatæ aſtant, pedibus ſuſpendunt fune alligatis. Tot, & alia ſexcẽta mala ppeſſus, tñ generoſo animo tolerabat, ac mẽte integra ad affluentẽ turbã, & iacientem conuerſus, nihil aliud dicebat niſi, *Domine miſerere*, &c. *Quid calamũ contritum confringitis?* Cæterum dementiſſima populi turba, ne tum quidẽ afflictiſsimo pepercit Andronico, poſtq̃ pedibus ſuſpẽſus fuit: ſed direpta tunicula, virilia eius vexauit: & quidam homo nefarius longũ enſem p fauces eius vſq; ad inteſtina adegit. Duo vero Latini generis, enſes ambabus annixi manibus in nates eius adegerunt, vt periculum facerẽt, vter eſſet acutior, ictus dexteritate gloriati. Poſt tot ærumnas & clades ægre vitã abrupit, dextera cum dolore ad os admota, vt multi putarent, eum calidum ex ea ſanguinem ob recentem plagam adhuc deſtillantẽ exugere. Imperauit annos duos: vnũ vero rerum potitus eſt ſine purpura, & regio diademate. Poſt dies aliquot ex alto illo miſerabili detractus, & in theatri fornicem quendam, vt beſtia proiectus, iacuit, donec quidam humanitate adducti, nec iræ nimium indulgentes, cadauer eius inde ſublatum iuxta Ephori monaſterium, quod ad Zeuxippum eſt, in quodam infimo loco poſuerunt.

V. Andronici Imp. laudes.

Fuit Andronicus Catholicæ fidei tenaciſsimus cuſtos. Tantum.n. porro abfuit, vt conſuetudinẽ, & tunc, & nunc receptã de diuinis dogmatibus diſputandi probaret, aut de Deo noui aliquid vel dicere, vel audire vellet (idq; cum Fidei doctrinã nõ ſummis tantum labris attigiſſet) vt nouatum Patratum Epiſcopũ Euthymium, virum eruditiſsimum, & Cinanum Ioannem ad Lopadrium de illo Chriſti dicto, Pater maior eſt me, in ſuo tabernaculo differẽtes obiurgaret, & in Rhyndacũ amnẽ abiecturum minatus ſit, niſi deſiſterẽt. Fuit aũt illud indicio, nõ plane efferatum fuiſſe Andronicum, ꝙ eruditionis rationẽ habuit, & eruditos non pcul à purpura, ſed ppe ſolium ſuũ collocatos, & muneribus frequẽtibus fouit, honores eis nõ minimos habẽdo, cœleſtẽ ſapiẽtiã diuinarumq; rerũ doctores, diſertos, & iuriſperitos, magnã rem & ſummi ptii æſtimare declarauit.

VI. Priuilegia Roberti a Friderico Imp. firmata.

Hoc anno Frideric Impe. Robertum Malateſtanum bonis Eccleſiæ Romanæ ereptis auxit, priuilegiũ dedit cui Iulius Vrſinus Imperii Mareſchalus ſubſcripſit. Tãtũ pter antiquitatẽ nobilitatemq; familię, dignũ mihi viſum eſt vt inferatur. Ita habet ex autographo ipſo.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Fridericus diuina fauente Clementia Romanor. Imp. ſemper Auguſtus. Dignum atq; decorum eſt, vt magnificentia Auguſta quoſq; fideles noſtros liberaliter præueniat, eoſq; ad ſeruitia ſacri imperii voluntarie efficiat promptiores. Ea propter vt tam præſens ætas, quam ſucceſſura poteſtas agnoſcat, quod nos conſiderantes circumſpectam fidem, & ſinceram dilectionem fidelis noſtri Magnifici viri Roberti de Malateſta Dn. Arimini, propter præclara ſeruitia quæ nobis & imperio intrepide exhibuit, & maxime in partibus tranſmarinis, & in poſterum exhibiturus ſit: Imperiali munificentia atq; liberalitate Auguſta confirmamus, atq; rurſum in perpetuum donamus eidem Roberto ac eius ſucceſſoribus veluti Otho III. & Conradus primus Imp. prædeceſſores noſtri anteceſſorib. ſuis donarunt & cõceſſerunt Ciuitatem Arimini, cum omni eius diſtrictu, caſtris, villis, ac iuribus, & cum omnibus honoribus, tam intra quam extra, & cum omnibus iuſtitiis & rationibus eorum imperio attinentibus. Et ne aliquis contra hanc noſtram confirmationem, & nouã donationem quoquã contrafacere audeat, Imperiali anathemate mandamus & ſancimus, vt nulla omnino perſona alta vel humilis, Eccleſia vel ſæcularis auſu temerario in contrarium attentare, & ei, ac eius ſucceſſoribus damnum inferre præſumat. quod ſi quis contra fecerit in pœnam centum lib. auri puri ſe nouerit incurſurũ, dimidiam fiſco noſtro, & dimidiam paſſis iniuriam applicando vt hæc omnis ſpe firma & rata ſint, præſens priuilegium ſcribi, & maieſtatis noſtræ ſigillo communiri iuſsimus. Huius rei teſtes ſunt Conradus Moguntiæ Archiepiſ. Vicelleſius Alberti Epiſcopus. Bertuldus Legatus Italiæ. Conradus Dux Spoleti. Iulius Vrſinus Mareſcallus Imperii. Comes Petrus Camaianus Aretio. Albertus Albergatus de Bononia. Bernardus Oldradus de Medelo de Piſari. Artimon Comes Druen. Camerarius. Signum Friderici: Ego Boteltridus Aulæ Imperialis Cancellarius vice Philippi Colonien. Archiepiſ. & Italiæ Archicancellarii ſcripſi & recognoui.

Acta ſunt hæc anno Domin. Incarnat. 1185. Indict. 4. regnante Dn. Frider. Rom. Imp. glorioſiſ. an. reg. eius xxxiii. Imperii vero xxxii. Dat. apud Rocutlonem in Epiſcopatu Spoletano, quarto Idus Nouembris.

VII. De Syluestri Monachi pietate & miraculis.

Vixit hoc anno Sylueſter Troynopoli honeſtis religioſiſq; parẽtibus ortus. Is cœnobium S. Michae. Archangeli, Ordinis S. Baſilii, habitum monaſticum induens, ingreſſus, breui eos progreſſus fecit, vt cæteros vitæ aſperitate antecelleret. De Abbatis licentia, peregrinandi cupidus, Catanam ad corpus B. Agathæ Virginis venerandum venit. Qua in re illud mirandum, ꝙ cũ Catana à Troynopoli 40. mil. abſit. quæ quis equo æſtiuo tẽpore vix conficit, Sylueſter tamen hyberno tẽpore pedeſter Catanã profectus precibus ad Virginis tumulum perſolutis, domum eadẽ die reuerſus eſt: cum Piſtor panem cocturus, ſcopas quibus furnum ardentem prunis mundaret, minime reperiret, quereretur ꝗ ꝙ mora pani detrimentum adferret, Sylueſter ſigno Crucis munitus, illum ingreſſus, prunis ardentibus in vnum collectis, veſtis ſuæ extremitate terſit: qua re Abbati nunciata, accurrens cum monachis, è furno illum illæſum exeuntem, vidit. Romam loca ſacra viſitaturus profectus, à Pont. ob ſanctitatis famã benigne eſt exceptus, peractaq; deuotione in inuiſendis locis. S. accepta à Pont. benedictione, nauem conſcendens Panormum appulit: Vbi regis filium iam iam moriturum, bono animo eſſe iuſsit. Quem medici delirare exiſtimantes, & illudere volentes, porcæ vrinam adferri curarunt, ex qua ille ægroti morbum agnoſceret, quam illico Sylueſter eſſe porcæ 10. ſuillos in vtero habentis, dixit. Sicq;, illa regis mandato mactata, deprehenſum eſt, & Sylueſtro habita fides: Qui omnibus è cubiculo eiectis, cum preces Deo fudiſſet, filium regis reddidit incolumem. Cumque Sylueſtrum, vt quicquid vellet poſceret, inſtanter rogaret, thynni tandem, cuius ingẽs copia capi ſolet, parum, pro cœnobio petiit. Qui petitionem exilem miratus, aliquot thynnorum vegetes, perpetuo, quouis anno dandos, decreuit, quibus ad hæc vſq; tempora frui feruntur. Reuerſus ad monaſterium, defuncto Abbate, cum illum ei ſubrogare cogitarent, elapſum in ſyluam non longe à ciuitate ſe abdidit, vbi aliquandiu vitam eremiticam ducens, 4. Non. Ianuar. mortuus eſt. Corpus eius ibi ſepultum eſt, ſacra æde ſub eius inuocatione extructa. Quo innumera multitudo hominum confluit, ſolent enim Dæmoniaci, infirmique eius interceſsione liberari. Anno 1575. peſte per vniuerſam Siciliam graſſante, cum Troynopoli multi indies perirent, ac die 2. Ianuarii,

qua natalis illius celebratur, imaginem S. Sylueſtri, ciues in proceſſione deferrent, mox ab ea penitus extincta, liberati ſunt. Quare Iulius III. Pont. Max. non modo indulgentias eccleſiam eius viſitantibus conceſſit, ſed & feſtum ab omnibus in ea ciuitate celebrari præcepit. *Ex Mon. illius Eccleſ.*

IESV CHRISTI ANnus 1186.

VRBANI PAPÆ III. ANN. I. FRIDERICI Imp. Ann. 32. Iſaacii Angel. Imp. Ann. 1.

I. Frid Imp. ab Vrbano PP. accuſatus de iniuria cōtra ipſum agit. a *Arnoldus Chron. Sla lib. 3. c. 16. & ſequ.*

ANNO *Chriſti* 1186. Vrbanus Papa recens aſſumptus, omnibus Eccleſiarum Prælatis, clero & populo de ſua aſſumptione ſcripſit: Friderico autem Imp. Veronæ cum eo agens pro iuribus Eccleſiæ conſtanter ſe oppoſuit. Arguebat, quod patrimonium à Mathilda Eccleſiæ relictum, iniuſte ſibi vendicare præſumeret, quod exuuias Epiſcoporum mortuorum per nefas acciperet, quod Sanctimonialium plura monaſteria diſſipaſſet, dum per ſpeciem punitionis crimininoſas perſonas expuliſſet, alias autem in locum eiectarum religioſas non ſubſtituiſſet, & hoc ſpecioſo reformationis prætextu plurimas poſſeſſiones Eccleſiarum fiſco addixiſſet, inſuper quod Volcmarum Treuirenſem Archiepiſcopum non tantum eieciſſet, ſed & pugna cædi coram ſe toleraſſet, & in locum illius alterum intruſiſſet: Quin imo quod grauius eſt, omnes clauſas Alpiū clauſiſſet, ne quis ex Germania ad ſedem Apoſtolicam cauſa negotiorum ſuorum accedere poſſet. Hæc & alia plurima cum Fridericus præſumeret, Vrbanus nō tantum eum corripuit, ſed etiam excommunicare voluit, neque filium eius vlla ratione corona imperii exornare ſuſtinuit, quouſque ſatiſdaret Eccleſiæ. Quamobrem iratus Fridericus primo Philippum Colonienſem Archiepiſcopum, deinde Epiſcopos ad Comitium congregatos tentauit, ſi forte contra ſummum Pontificem ſtare vellent, ſed nullum eorum potuit corrumpere, aut in ſententiam pertrahere: donec Conradus Moguntinus eos ſeduxiſſet, & omnium animos in ſuis propriis cauſis peruertiſſet. Volebat Vrbanus anathema, quod minabatur, in Imperatorem & complices ſtringere, cæterum Veronenſes ſupplicabant, ne apud eos tam tremendum tribunal erigeret, ſed aliquam aliam ciuitatem excommunicationi ferendæ deſignaret. Interim Balduino Cantuarienſi Archiepiſcopo pallium miſit, eique vices ſuas in Anglia commiſit: Regi etiam Scotiæ in cauſa Epiſcoporum quorundam ſcripſit, partemque afflictam quorundam tutelæ illius commiſit, Regi quoque Angliæ Henrico conceſſit, vt filium in Regem Hiberniæ inaugurare poſſet.

II De Hugone Lincolnien Epiſc. b *apud Sur. 17 Nouem*

Hoc anno, [b] S. Hugo ex Priore Carthurienſi, creatus eſt Epiſcopus Lincolnienſis in Anglia. Huic prima cura & ſollicitudo fuit, vt viros ſapientia & ſcientia inſtructos, atq; in timore Dei probatiſſimos ſuo lateri adhiberet. Horum cōſilio & auxilio fretus, paſtorale munus perquam ſtrenue executus eſt. Homines quieti & pudici ſpiritus impenſius amabat, nec alios gregi ſuæ ſciens & prudens præficere voluit, quātalibet induſtriæ aut literaturæ prærogatiua pollerent. Videns autem tyrannidem Foreſtariorum, ait: *Rectè quidem Foreſtarii dicti ſunt iſti, quia foris ſtabunt extra regnum Dei.* Vſque adeo certe illorum erat iniuſta poteſtas, vt nemo Rege inferior, eorum poſſet vim & importunitatem illæſus euadere. Contra hos plurimum ei bellū fuit. Nam cū more ſolito contra Eccleſiæ libertatem in ſubditos ipſius debacchari cæpiſſent, mox ſummum Regis Foreſtariū excommunicauit. Quod vbi Rex comperit, magnam animo indignationem concepit. Contigit etiam tunc in Eccleſia Lincolnienſi, beneficium (vt vocant) ſiue Præbendam vacare, pro qua ſtudioſe Rex, diſſimulata ira, precabatur, vt vni ex ſeruis eius illam cōferret. Fuit hoc exquiſitum quorundam aulicorum conſilium, qui obſequiū in hoc ſe præſtare viro Dei putabant, cui dediſſent occaſionē, vtrumq; mitigandi aduerſus ipſum commotā Regis indignationē. Lectis igitur literis, vir Sanctus diuino timori poſtponens humanum, ait: *Non aulicis ſed potius Eccleſiaſticis perſonis Eccleſiaſtica ſunt beneficia conferenda. Habet Dominus Rex vnde tribuat mercedem ſeruientibus ſibi: Nec debet ſummo Regi famulantes priuare prouentibus ſuis, vt inde ſerui ſui prouideri poſcat à nobis.* Hæc dicens, & Regios à ſe nuntios inanes & vacuos remiſit, & Foreſtarium non abſoluit. Quibus Rex auditis, grauiter in Epiſcopum commotus eſt: eo præcipue, quod nec per ſe, nec per alios, aut certe per literas veniam peteret, vel factum reuocaret. Accerſiuit illum tandem, & ingratitudinem pro beneficiis exprobrauit. Verum Hugo: *Noui te, ait, vt Epiſcopus ego efficerer, ſtudioſe laboraſſe. Vt igitur animam expedirem tuam, vbi illi periculum immineret, ſi quod mei eſſet officii, exequi non curarem: neceſſario id mihi incubuit, vt oppreſſorem Eccleſiæ meæ, cui me conſulere oportet, per Eccleſiaſticam cenſuram coercerē & indebite Præbendam ſibi in ea ambientem, nulla ratione exaudirem. Excellentiæ autem tuæ præſentiam pro vtrolibet adire negotio, non modo ſuperfluum, ſed etiam ineptum ſentiebam: cum tuæ prudentiæ pronum ſit, quod rite geritur, ſapiēter aduertere: & voluntati nihilominus tuæ facile ſit, quod rectum eſſe cognoueris, clementer & benigne approbare.* Huiuſmodi rationibus Rex, cum, quod contradici poſſet, non reperiret, omnino placatus eſt: nec vltra addere vel demere quidquam verbis aut factis eius attentauit. Foreſtarium deniq; valde dolentem, & virgis cæſum, Hugo clementer abſoluit, eumq; omni reliquo vitæ ſuæ tépore, ſpeciali quadam beneuolentia ſentit ſibi addictum, & ſuorum negotiorum fidum curatorem. Sic in Rege, ſic in ſatellite, veridicam eſſe ſententiam expertus eſt, quæ dicitur: *Qui corripit hominem, gratiam poſtea inueniet apud eum magis, quam ille, qui per linguæ blandimenta decipit.*

Quibus danda beneficia Eccleſiaſtica.

III Rigæ in Liuonia ſedes Epiſc. cōſtituta. c *Arnold Chron. Slau lib. 7 c 8 9.*

Eode anno Meginardus Sigbergēſis Canonicus, miſſus ab Hartuuico Bremenſi Archiepiſc. Liuonibus Gentilibus prædicauit, & magno animarum prouētu facto, primam ſedem Epiſcopale Rigæ ſub inuocatione Diuę Dei parentis erexit. Bertoldus autem Abbas, Lubecenſibus hactenus idololatris Euangelium annuntiauit.

IV. Hiſtoria Gotifridi R. Pontifici oblata.

Gotifridus Viterbienſis, opus hiſtoriarum, quod Pantheon appellabat, ſummo Pontifici Vrbano non tantū inſcripſit, ſed etiam cenſuræ ſubiecit: hæc prælocutus: *Dum Sacroſancta matris noſtræ Romanæ Eccleſiæ culmen inſpicio, & eius eminentia conſidero maieſtatem: illud ante omnia neceſſarium eſſe intueor, vt ſicut ipſa noſcitur omnibus præeſſe Principibus: ita omnes Reges, & Principes, & vniuerſæ Orbis Eccleſiæ, doctrina eius & regimine adornentur: & ab ea tamquam a fonte iuſtitiæ, totius ſapientiæ regulis inſtruantur: Quia nullum ſcripturarum eloquium noſcitur eſſe authenticum: niſi ab eius ſapientiæ fluminibus ſitientibus propinetur. Quare ſi quod hiſtoriarum opus noua per aliquem inſtitutione conſicitur, ratio ſuggerit, vt antequam in publicum deueniat, Apoſtolico examini præſentetur: Quatenus, ſi acceptione dignum eſſe perpenditur, eius mandato & iudicio approbetur & ab eo vires auctoritatemq; recipiat, cui terrena & cæleſtia diuinitus ſunt commiſſa.* Plura alia Gotifridus: cōtra præſumptores aliquos, qui in Eccleſiā minus reuerentes, alterā clauium, nēpe ſcientiæ, ſummo Pontif. & Epiſc. eripiunt, & ſibi virgulam Cenſoriam librorum temerario auſu vſurpant, maximo ſuo probro.

Cenſuram librorum eſſe Pontif.

V Henrici VI Regis nuptiæ.

Mediolani apud S. Ambroſiū, Henricus Rex ſextus, nuptias celebrauit, cū Conſtātia Rogerii Regis Siciliæ filia quæ hactenus pudicitiæ ſeruandæ cauſa, in Monaſterio, non tamen ſub monaſtico habitu, neq; in monaſtica profeſſione, ſed more puellarum nobilium educata fuit. Fabulantur, qui monacham, & voto virginitatis à Pontifice exſolutam, arbitrantur vel tuentur.

VI. Camaterus Conſtant. Epiſcopatu deiectus d *Nicet. in Iſaacio Ang lib. 2.*

Cōſtantinopoli, [d] Principatum adeptus Iſaacius, Baſilio Camatero, quanquā eius ope maxime adiutus, Patriarchatu deiecto (cauſa prætexebatur, q., quas nobiles matronas Andronicus in monaſteria inuitas abſtruſiſſet, iis ipſe nigro veſtitu depoſito, reditum ad priſtinū habitū & vitæ rationē conceſſiſſet) Nicetā Mundanū pro eo Patriarchā deſignauit Eccleſiæ maximę ſacellarium.

VII. Saraceni à Catholicis Cruce fugati.

Hieroſolymitanus Patriarcha reuertēs, cū nulla ſecū auxilia, quæ à Regibus Occidētis pollicebatur attuliſſet, aut addu-

adduxiſſet, maximum timorem iniecit Cruce ſignatis. Habuit vnus Templariorum vrbem ſanguine Chriſti imbutam Saladino prodere. Cæterum cum is maximis copiis eductis ad capiendam eam pergeret, pauci Hieroſolymitanorum erumpentes, Cruce viuifica prælata, in fugam eum coniecerunt, atq; adeo profligarunt.

VIII.

Floruiſſe hoc tẽpore Petrum Vrſinũ S. Petri ad vincula titulo S. Eudoxiæ presbyt. & poſtea Epiſc. Tuſculanum Cardinalem auctor eſt Iacobus Corellus in eo quem de Cardinalib. Rom. ſcripſit libro.

IX. De Valdone Lugdunenſi Valdenſium hæreticorum principe.

Per hæc tempora, Ludouico in Galliis regnante, Valdo Lugdunenſis ciuis, admodum diues atq; opulentus, erogatis in pauperes diuitiis, Chriſti paupertatem omnino imitari conſtituit. Hic, cum literarum ignarus eſſet, obtinuit, ab eruditis libellos aliquot Gallicos ſibi conſcribi, vbi nonnullæ Doctorum ſententiæ eſſent inſertæ. Quos poſtquam adeptus eſt, eoſque ſuo ſenſu homo idiota interpretaretur, docendi officium apud ſui ſimiles vſurpare, multis, ſe atq; diſcipulos, erroribus implicauit. Fuit enim in Prælatos Eccleſiæ præcipuo odio infeſtus. Admonitus ab errore reſilire: Oportet, inquit, Deo magis quam hominibus obedire. Quare pertinax & delirus hæreticus, anathema factus, patria extruſus eſt. Ab hoc poſtea Valdenſes ad hunc vſque diem nominati, ſui præceptoris multis per orbem locis tuentur errorem. *Huagnin. lib. 6.*

X. Papinii Caſtelli obitus.

Per id temporis Papinius Caſtellus ex Comitibus Interamnæ, vir ſumma pietate, ſenio confectus, Interamnam ciuitatem Romanæ Eccleſiæ moriens reliquit. Huic erga ſedem Apoſtolicam toties benemerito, Vrbanus Pontifex inferias ſolemni ritu fecit, eumque inter Eccleſiæ beneficos, ad perpetuam rei memoriam recenſuit.

IESV CHRISTI ANnus 1187.

VRBANI PAPÆ III. ANN. II. FRIDERICI Imperat. Ann. 33. Iſaaci Angeli Imp. Ann. 2.

I. Octauianus Legatus miſſus in Angliã.

a *Rogerius in annalib.*

ANNO *Chriſti* 1187. [a] Vrbanus Papa miſerat in Angliam Octauianum S. R. E. Diaconum Cardinalem, qui Ioannem Henrici Angli filium Hiberniæ Regem inauguraret. Porro iſtud negotium Henricus Rex in aliud tempus diſtulit; Octauianum vero ſecum in Northmaniam ad Colloquium Philippi Regis duxit. Extat ad hunc Octauianum Petri Bleſenſis epiſtola, in ſupremam ignorantiam clericorum, digna quæ ab omnibus legatur.

II. Hieroſolyma capta à Saracenis.

In Oriente Cruce ſignati male contra Saladinum pugnarunt. Namq; præter alias Ciuitates, etiam Regẽ, & Hieroſolymam, & lignum S. Crucis, multis Principibus occiſis, Saladinus cepit, illudq; per duos dies per ciuitatem in oſtentum fuſtigando portari, Templum autem Domini aqua roſata intus & exterius, ſurſum & deorſum lauari, & legem ſuam deſuper illud per quatuor partes miro tumultu acclamari fecit. Reliqui Chriſtianorum ex Palæſtina collecti, Duce Conrado Marchione, Saladinum poſtea in obſidione Tyro profligarunt, & tum ad Vrbanum Papam, tum ad reliquos Principes Chriſtianos ſcripſerunt, ſubſidia flagitantes.

III. Chriſtianę Virg. reuelatio de capta Hieroſolyma.

b *apud Sur. 23. Iunii.*

[b] Sancta Chriſtiana, magni nominis in Germania Virgo, longe ante prædixit, Terram Sanctam & Hieroſolymam in impiorum Saracenorum ditionem redactum iri. Quo autem die à Saladino Aegypti Sultano capta fuit Hieruſalem cum ſepulchro & Cruce Chriſti, illa in caſtro Loënenſi tum conſtituta, ſpiritu cognouit rem geſtam. Cumq; multum exultaret, ab iis, qui aderant, rogata, vt eius lætitiæ cauſam exponeret: *Iure*, inquit: *exulto: nam & Chriſtus Dominus cum Angelis ſuis exultans, occaſionem præbuit, qua magna poſſit hominum copia ſaluari.* Illis rurſus ſciſcitantibus quænam eſſet hæc occaſio: reſpondit: *Noueritis Terram Sanctam hodie veniſſe in manus hominum impiorum: atq; hac re magnam ſalutis oblatam occaſionem. Chriſtus enim pro illata ipſi contumelia dignum c*
fuit, vt terra illa hac ignominia afficiatur: quamuis ipſius paſſio
ſanctificata, attamen in fine cum ipſo mundo peritura: quando
lius recuperanda cauſa animæ ſemper victura, eiuſque ſangui
redemptæ, ab iniquitate ad iuſtitiæ ſtudium conuertentur, ſi
denitq; homines ſanguinem ſuum, & quandam morti Saluato
vicem cum multa deuotione rependent. His dictis, mirati ſu
omnes, & quidem annotarunt tempus.

Sane Vrbanus Papa, cum captam Hieroſolymã a
diſſet, triſti nuntio perculſus ingemuit, & vi doloris a
xius tam enormem Chriſtiani nominis iacturam i
conſolabiliter deplorauit, inque ægritudinẽ inciden
13. Calend. Nouemb. mortuus eſt Ferrariæ. Cui
tero poſt mortem die Albertus Cardinalis Cancell
rius presbyter tituli S. Laurentii in Lucina, patria B
neuentanus ſucceſſit, nomine Gregorii VIII. ſalutat
Seditque tantum menſe vno & diebus viginti ſepten
hæres calamitatis.

Gregorii Papæ VIII. Ann. 1.

Aſſumptus ad Pontificatum Gregorius, [c] mox ad
niuerſos Chriſti fideles, & ad Prælatos Eccleſiarum l
teras dedit, omneſq; ad ſubſidium Terræ Sanctæ voc
uit: Indicto certo dierum ieiunio vſque ad quinq; an
nos, & conceſſa plenaria omnium peccatorum remi
ſione his, qui Crucem aſſumpſiſſent. Plurimi tunc Ca
dinalium, primi Crucem acceperunt: & pacem int
Principes Chriſtianos ad ſeptennium ſtabilierunt,
eo alacriores Reges ad liberandam illam terram pr
ficiſcerentur, quam Chriſtus pretioſo ſanguine pu
purauit. Paulo antequam moreretur Gregorius, viſit
uit illum Odo conſanguineus Regum Galliæ & A
gliæ, paulo poſt ad Epiſcopatum Parriſinum euectu

Conſtãtinopoli [d] Baſilio Camatero Patriarchæ ei
cto, ſubrogatus fuit Nicetas cognomento Mundan
& huic ſtatim expulſo ſucceſſit Leontius Monachu
Quo etiam ante annũ repudiato, præpoſitus eſt The
dorus Balſamon, ſed reiectus: creatus vero eſt Doſith
us Hieroſolymitanus Patriarcha. Porro Iſaacius Im
bellis ciuilibus Branæ Tyranni opera excitatis exagit
tus, ſpiritualibus inprimis rem egit auxiliis, transla
Dei Genitricis veneranda imagine ex Hodegio mon
ſterio in mœnia vrbis, vbi aggreſſus hoſtium timeb
tur. Imo & Monachos quos credidit ſanctiores, intr
duxat in Regiam ad preces, nudipedalia, humicub
tionem, & alias ſanctas exercitationes frequentanda
Neque fraudatus eſt ſpe ſua, ſed liberatus ab imminen
ti exitio, ope Conradi Longobardi Ducis è Monteſe
rato, occiſo tyranno.

IESV CHRISTI ANnus 1188.

CLEMENTIS PAPÆ III. ANN. I. FRIDERICI Imp. Ann. 34. Iſaacii Angli Imper. Ann. 3.

ANNO *Chriſti* 1188. [a] Octauo Idus Ianuarii, po
mortem Gregorii Papæ Piſis defuncti, Paulin
Romanus Cardinalis Epiſcopus Præneſtinus, Sede
Petri aſcendit, nomine Clementis tertii ſalutatus. Nõ
ſegnior prædeceſſore fuit, in promouenda expediti
ne terræ Sanctæ. Statim enim publicas orationes ſi
gulis diebus indixit: Indulgentiam plenariam prop
ſuit: Legatos ad Imperatorem & Reges Chriſtiano
qui eos inuitarent, miſit: pacemque inter Princip
Chriſtianos ſtabiliuit, vt eo facilius allicerentur ad v
res coniungendas contra hoſtem Chriſtianorum. R
Angliæ Henricus fere primus fuit, qui Crucem cu
ſuis aſſumpſit, & decimas vniuerſis ſubditis ſuis
eam tum impoſuit. Philippus Rex Galliæ idem feci
Canutus Rex Danorũ ſecutus eſt: Fridericus etiam In
perator tum terreſtri, tum nauali itinere exercitum d
xit, & primo Saladinum Aegyptium, ſi vellet forte
quæ rapuerat, ſine armis reſtituere, admonuit.

Digitized by Google

II. Conſtitutiones obſeruandæ Cruce ſignatis.

Dignæ ſunt quæ legantur Conſtitutiones Regis Angli, quas Cruce ſignatis ſanciuit. Diſpoſuerat, *vt nullus enormiter iuraret, nullus ad aleas vel decios luderet, nullus poſt proximũ Paſcha vteretur vario colore, vel griſeo, vel ſabellina, vel eſcarleta. Vt omnes cõtenti eſſent ferculis duobus, ex empto vt nullus aliquam mulierum ſecum duceret in peregrinatione, niſi forte aliquam lotricem peditem, de qua nulla haberetur ſuſpicio: & quod nullus haberet pannos deciſos vel laceratos, Clerici proficiſcentes poſſent inuadiare reditus ſuos, vſque ad tres annos.* Petrus Bleſenſis Gallos ſuos admonebat, ne rapto viuerent, neue pauperes depilarent; *Numquam enim pauperum*, ait *numquam Eccleſiæ ſpolia, proſperum habuerunt euentus auſpicium.* Miſit etiam ſummus Pontifex, vna cum Cruce ſignatis, Henricum Cardinalem Epiſcopum Legatum: qui pacem inter principes confœderatos conſeruaret.

III. De Martino Presbytero.

Per hæc tempora, in Hiſpaniis, Martinus Presbyter literis & vita clarus, Legione multis libris conſcribendis operam dabat, ex rudi & illiterato repente factus doctiſſimus, ab Iſidoro, cuius in monaſterio viuebat, oblato quem comederet in ſomniis libro. *Mariana lib. 11. c. 16.*

IV. Ioannis Vpſalenſis Archiep. res geſtæ & martyriũ.

Eodem hoc anno floruit Ioannes II. Archiepiſcopus Vpſalienſis & Martyr, cuius ingens gloria ob vitæ ſanctimoniam, doctrinæque præſtantiam, ſortita eſt memoriam ſempiternam. Canutum Regem homicidii reum, Eccleſiaſtica corripuit cenſura, reddiditque per ſalutarem pænitentiam, pietate, humilitate, ac munificentia inclytum: quarũ virtutum Rex perpetua eſſe voluit monumenta duo ampliſſima monaſteria, Iulitam ac Varnhem Ord. Ciſtercienſ. à ſe extructa, patrimoniique ſui prædiis dotata. Nec iſta in augmentum diuini honoris feciſſe contentus, diuini cultus miniſtros, honoribus, prouentibus, priuilegiis, cumulatiſſime prouexit, ſacerdotia inſtituit, ædes ſacras partim collapſas, partim nouas à fundamentis erexit. Quæ omnia vti optimi Pontificis nutu ac cõſilio facta ſunt, & quidem iſtis longe plura maioraq; præſtitiſſet ipſe, niſi præmaturam per martyrium appetiiſſet mortem, maturus cælo immaturus ſuis in propriis ædibus Almerſtek ab infidelibus Eſtonibus, pyraticam excurſionem facientibus, trucidatus, poſtquam quatuor in Archiepiſcopatu ſediſſet annos. Occubuit autem felici agone prima Iulii, Milleſimo Centeſimo Octuageſimo octauo, ſepultus Vpſalæ, in Eccleſiã Metropolitana. *Ioann. Magnus lib. 9. Hiſt. Gothorum cap. 9. & in ſua Metrop. & alii ſcript. rerum Sueticarum.*

V. Ioann. Epiſc. S. Andreæ in ſedem reſtitutus.

In Scotia, Ioannem Epiſcopum Sancti Andreæ, à Guillelmo Rege expulſum, Clemens Papa reſtituit, & Hugonem intruſum depoſuit tãdem acquieſcente Rege, ad quem litteras Clemens dedit, Romam reuerſus eſt, ſtabilita pace cum Romanis.

VI.

Vixit hac tempeſtate Iordanus Vrſinus S. Pudentianæ tit. Paſtoris Presbyt. Cardinalis, quemadmodũ Iacobus Corellus affirmat in eo quem de Cardinalib. ſcripſit libro.

VII. Quæſtio de aqua calicis.

Per ea tempora, Gaufredus Monachus S. Bernardi, Cardinalem Albanenſem Epiſcopum conſuluit, *an aqua mixta vino, per conſecrationem in ſanguinem Chriſti conuertatur.* Reſcribere aliud non potuit, quam, *quod S. R. E. credit & cum Diuo Hieronymo confitetur: Format ſanguinem ſuum in calice, vino & aqua mixtis, vt alio purgemur à vitiis, & à culpis alio redimamur & à pœnis.* Scripſit idem Gaufredus contra errores Gilberti Porrectani.

Hieroſolymis defunctus eſt Athanaſius Patriarcha primus Græcorum nationis; cui Imperator Orientis Leontium ſubrogauit.

IESV CHRISTI ANNUS 1189.

CLEMENTIS PAPÆ III. ANN. II. FRIDERICI Imperat. Ann. 35. Iſaacii Angeli Imperat. Ann. 4.

I. Turbæ inter Regem Angliæ & Gall.

ANNO *Chriſti* 1189. Nonnihil turbarum ſubnatum fuerat, inter Galliarum & Anglorum Reges, quas vt ſopiret Clemens Papa, Ioannem Anagninum Cardinalem miſit in Gallias Legatum, qui nihil potuit efficere, donec paucis poſt diebus Henricus Rex decederet.

a apud Sur. 17. Nouem.

II. Richardus Rex Angl.

[a] Enituit tunc virtus S. Hugonis Lincolnienſis Epiſcopi, pro immunitate Eccleſiaſtica. Richardus Patri Henrico in regnum Angliæ ſuccedens, miſerat Archiepiſcopum, vt decimas ab Epiſcopis, & Eccleſiis exigeret. Cęterum Hugo omnibus incoram Epiſcopis dixit: Etiamſi omnes Regi conſenſeritis, ego nunquam conſentiam. Ea propter in graue odium Regis incurrit, vt ſibi periculum & vniuerſo ſuo gregi creauerit. Cæterum metuens, ne populo grauiora aliqua accideret, animam ſuã poſuit in manibus ſuis, celeriterq; adiuit Regem in longinquis tum conſtitutum. Cum autem appropinquaſſet aulæ, quidam boni viri occurrerunt ei, rogantes, vt quamprimum ſeſe ſubduceret, nec vultui Regis ſe præſentaret, verentes, ne ſicut in diebus S. Thomæ vltio diuina in totum Regnum ſe effunderet, ſi tantus vir abſq; cauſa trucidaretur. Sed penitus non acquieuit, quin imo vni ex illis bono viro, ſingularique amico, qui ſe ſequeſtrum idoneum fore ſpopondit, ſi vel parum expectare dignaretur, ſic fertur reſpondiſſe: *Itane mihi parcam, vt te heredeſque tuos in diſcrimen coniiciam? Et quid tam gratum atq; optatum æmulis eſſe noſtris poterit, quã vt te quoq; diſſentientem aſſerant, ſi pro me locutus fueris?* Quo dicto ſtatim in aulam ingreſſus eſt. Cumq; comperiſſet Regẽ in ſacello miſſam audire, protinus perrexit illuc, rectaque ad Regem propius accedens, conſtanter ei dixit: *Da mihi oſculum.* Cui Rex: *Non meruiſti*, inquit. At ille: *Imo vero merui*, ait: *Nam via longa veni ad te. Oſculum mihi debes.* & fortiter trahens eum per chlamydem, debitum extorſit. Subridens Rex inclinauit ſe, & oſculo eum impartiit. Cumque omnes Epiſcopi, cæteriq; circumſtantes Hugonem de Rege triumphantem cernerent, præ ſtupore non erat vltra ſpiritus in eis. Videns deniq; Rex conſtantiam viri, & quod ſpreto loco Epiſcopis aſſignato, iuxta altare humiliter ſe ſubmiſiſſet, vt immortalem Regem liberius adoraret; tum etiam quod minas, vniuerſaq; pericula pro nihilo duceret, eum ex animo venerari cœpit. Pacis etiam ſymbolum ſibi oblatum, primum illi deferri iuſſit. Propter hunc honorem ſancto viro delatum, Dominus ei inſignem victoriam paulo poſt meritis eius creditur contuliſſe.

Hugo Lincolnien. aduerſatur Richardi iniuſtis actionibus.

Finita vero miſſa, Hugo retro altare duxit Regem, vt eum maiore libertate reprehenderet. Cumque pariter ſederent, his blandimentis eum aggreſſus eſt: *Dic*, ait, *quomodo ſe habeat conſcientia tua, Parochia noſtra es, & tremendo iudici pro te rationem reddituri ſumus.* Cui Rex: *ſatis*, inquit, *bene mihi conſcius ſum, niſi quod inuidia quotidie torquear contra hoſtes regni mei.* At Hugo rurſum eum obiurgatione: *Et quid eſt*, ait, *quod audio: An non quotidie pauperes opprimis, innocentes affligis, exactiones graues imponere non formidas? Inſuper & fidem thori te violaſſe fama clamat.* Num iſthæc parua tibi videntur? Ad hanc Epiſcopi vocem, immo ſpiritus Dei, qui loquebatur in eo, territus eſt Rex in tantum, vt nec ſemel mutire auſus fuerit contra eum. Cumque de his & aliis multis prolixe obiurgaſſet eum: de quibuſdam humiliter ille ſe excuſauit, de aliis veniam poſtulauit, & emendationem promiſit. Reddente etiam Epiſcopo legitimam rationem coram Rege, & omni frequentia, quod, cum paſtor eſſet, in grauamen ouium ſuarum conſentire neutiquam debuerit; Rex libenter accepit, ſimul Deo gratias agens,

Hugonis Zelus in caſtigandis culpis Regis.

ſi ab

Digitized by Google

ſi ab vlteriori reprehenſione ceſſaret. Tandem vir Dei Regi valedixit, & imperterritus ad propria reuerſus eſt. Eo aũt abeunte, Rex conuertens ſe ad ſuos; *Si omnes*, inquit, *Epiſcopi tales eſſent, nihil aduerſum eos poſſent, ſiue Reges, ſiue Principes.* Dictus eſt propterea vir ſanct[a], Regum malleus, quod de ipſis perpetuo triumpharet. Fuit vero non minus zeloſus contra quoslibet alios pauperum oppreſſores, Eccleſiaſticæq; libertatis violatores, quos indiſcriminatim abſq; vlla perſonarum acceptione arguebat; & ſi contumaces perſiſterent, etiam excommunicationis ſententia feriebat. Hactenus Hugo, pro libertate & iuribus Eccleſiæ.

II. *b Roger. in annal.*

Hoc anno Clemens Papa ſanctum Ottonem Bambergenſem Epiſcopum retulit in numerum ſanctorum: & [b] Tancredum Regis Siciliæ Wilhelmi mortui conſanguineum, in Regnum inueſtiuit, fruſtra conante Rege Henrico, qui Conſtantiam Rogerii filiam ſibi collocarat in vxorem.

IESV CHRISTI Annus 1190.

CLEMENTIS PAPÆ III. ANNO 3. FRIDER. Imper. ann. 36. Iſaacii Angeli Imper. ann. 5.

I. Richardi Regis pœnitentia. *a Roger. in annal.*

ANno *Chriſti* 1190. [a] Richardus Anglorum Rex in Orientem profecturus, vt à Gaufredo & Iohanne fratribus in regno tutior eſſet, ad cuſtodiam illius Wilhelmum Elienſem Epiſcopum reliquit: cum eundem Clemens Papa Legatum Sedis Apoſtolicæ eſſe voluiſſet. Septima die menſis Auguſti Marſilia ſoluens, Meſſanam delatus, pacem cum Tancredo æquis conditionibus compoſuit, eaſq; iudicio ſummi Pontificis ſuppoſuit. Ibidem ſpeciali gratia diuina permotus, cum coram omnibus Epiſcopis flagitia ſua expoſuiſſet, deploraſſetque, in meliorem virum mutatus eſt. Conuenit eum tunc temporis Abbas Ioachim, Pſeudopropheta qui illi quam plurima, ſed falſo, vt euentus probauit, vaticinari præſumpſit.

II. Frid. Imp. contra Saracenos profectus miſere interit. *b Paul. Æmilius in Phil. 2.*

[b] Fridericus Imperator nobiliſſimo validiſſimoque cum exercitu ex Germania profectus, Pannoniamque emenſus, ad Græcos peruenerat, ad vrbemque Regiam Boſphoro tranſmiſſo longe lateque nominis ſui terrorem iniecerat; iam in Armeniam copias perduxerat, colebaturque à gentis proceribus, à ſancta cauſa non alienis: Dum Selephium fluuium tranſmitteret, equo offendente iam grauis ætate lapſus, ita affectus eſt, vt inter manus ſublatus paulo poſt expirauit. Hoc propius fidem eſt, quam quod à nonnullis fertur; ſed ab ætate iam ingraueſcente, & grauitate hominis abhorret, eum dum poſitis armis veſteque ad æſtum leuandum nataret, extinctum. Vti etiam inter cætera habet Mateneſi[a], in Hermathena ſuarum orationum Miſcellanearum, oratione prima, plerorumque hiſtoricorum præcedaneis commentis nimium credulus liberius locutus. Henricus Rex morte Patris audita, omnibus ea quæ Pater abſtulerat reſtituit, ideoq; fidentius à Papa Clemente diadema Imperii poſtulauit.

III. Gall. Regis aduerſum iter in Palæſtinam.

Philippus Rex Galliarum interim expeditionem in Palæſtinam parabat. Dum autem ventum expectaret, vno eodemq; die quinquies fulmen cœlo cecidit. Cum ſoluiſſet, aliquandiu proſperum curſum tenuit. Cum in conſpectu Siciliam haberet, atroci tempeſtate coorta nañes diſiectæ ſunt; aliæ fractæ, aliæ obrutæ fluctibus, aliæ armamentis nudatæ, laceratæque. Virorum mulierumque multi naufragio extincti, machinarum tormentorumque iactura facta, ad reliquam claſſem onere leuandam, miſerabilis ſpecies. Hæc tamen clades non Philippum fregit; quin potius animos ei dedit, ad iter proſequendum.

IV. De Alberto Agricola virtutibus.

Hoc anno vixit Albertus ex Ogna, vico Vallis Serianæ agri Bergomenſis natus. Is vitam immaculatam Deoque placentem duxit. Cum autem Agricola eſſet, terram exercens, ex fructibus qui familiæ alendæ ſupererant, pauperes, maxime vero viduas, peregrinos, & ægrotos ſuſtentabat. Multas peregrinationes, ob ſancta loca viſitanda ſuſcepit. Cremonæ ex Romana peregrinatione reuertens, ægrotauit, ibique miraculis clarus Non. Maii mortuus eſt, in æde S. Matthiæ ſepultus. Ei poſtea ob crebra miracula, templum in valle prædicta excitatum eſt. *Ex Monum. Eccleſ. Cremonenſ. & Ogn.*

IESV CHRISTI Annus 1191.

COELESTINI PAPÆ III. ANNO 1. HENRICI V. Imper. ann. 1. Iſaacii Angeli Imper. ann. 6.

I. Clementis Pp. III. obitus. Cœleſtini III. electio. *a Ex monumentis familiæ Vrſinæ, quæ F. Abraham omni fide maiora aſpexi, quibus cum aliis ſcriptores non vidiſſent, Cœleſtinum Pp. Bubonis familia adſcripſerunt.* D. Petrus Cœleſtino Papæ III. Pont. prænuntiat.

ANno *Chriſti* 1191. [a] Quarto Idus Aprilis, Clemens Papa defunctus, ſucceſſorem habuit Cœleſtin. III. patria Romanum, gente Vrſina, patre Bubone (quod nomen ei familiæ familiare, gentilitiumque per id temporis fuerat) natum. Hic memoriæ Cœleſtini II. Caſtelli à quo in Cardinalium numerum fuerat adſcriptus dedit, vt Cœleſtini nomen aſſumeret. Nam ante Pontificatum, Hyacinthus, titulo S. Mariæ in Coſmedia diaconus Cardinalis dicebatur, homo octuagenario maior.

Abbas Vrſpergenſis narrabat, ſummum Pontificatum fuiſſe, à Diuo Petro Apoſtolo, in viſione prænunciatum Cœleſtino Pontifici. Clemens Papa, maximi virum faciebat, & in rebus Eccleſiæ arduis, eius opera plurimum vtebatur. Accidit vt Legationem ei in Hiſpanias (quam etiam ſuperiorum Pontificum authoritate magna cum laude antehac geſſerat) iniungeret; & is Cencium Sabellum, eo tempore ſuum procuratorem mitteret, vt pecunias in ſumptus itineris neceſſarias, à ciuibus acciperet.

Cum autem Cencius, apud quam plurimos requireret pecunias, contigit, vt in quodam loco ſibi ſoli eunti, occurreret vir quidam aſpectu grandæuus, & ſpecie venerandus. Hic cauſam anxietatis à Cencio inquiſiuit; eamque cum audiuiſſet, illi renunciauit; *Tuus Dominus Hyacinthus Cardinalis hoc tempore in Hiſpanias non ibit. Itaque tu reuertere, neque te inani labore fatigare perge;* Addidit, interroganti Cencio, quomodo id ſciret? *Ita*, inquit, *ſcias hoc eſſe verum, ſicut verum eſt, quia Clemens Papa morietur, & Dominus tuus ei ſubſtituetur.* Cum autem Cencius nullam ſpem ea de re conciperet, neque fidem dictis adhiberet, tunc vir ille rurſus adiecit; *Scias hoc ita eſſe verum, ſicut verum eſt quod hodie magna ciuitas in Oriente à Saracenis eſt capta; neque ab ipſis poterit recuperari, vſque ad tempora tui Pontificatus Romani.* Hæc cum ille vir dixiſſet, diſparuit. Cencius autem domum reuerſus, Legationem iniunctam Hyacintho Cardinali, reuocatam eſſe reperiit. Neque multo poſt Clemente fatis functo, Hyacinthum Cardinalem, Cœleſtini nomine Pontificem ſubrogatum aſpexit. Cumque & ipſe ſucceſſu temporis Sedem Apoſtolicam aſcendiſſet, Diuum Petrum Apoſtolum eſſe credidit, qui Cœleſtino Pontificatum prædixerat.

Ritum, quo ſolebat eligi & conſecrari Pontifex Romanus, deſcripſit Centius Camerarius, qui adfuit, & aſpexit.

II. Ritus

Non pigebit deſcribere: *Mortuo*, ait, *Romano Pontifice, & ſepulto omnes Cardinales ad propria reuertuntur, ſecundum*

electionis & conſecrationis Rom Pontificum.

antiquam conſuetudinem. Secunda vero die conueniunt in Eccleſia, & miſſa mortuorum cantata, omnes ſimiliter ſecundum conſuetudinem antiquam recedunt. Tertia autem die iterum omnes in Eccleſia congregati, & miſſa Sancti Spiritus ibidem primo celebrata, tractant de electione. Et perſcrutata omnium Cardinalium voluntate ab aliquibus de ipſis, in quem maior & melior pars conuenerit Cardinalium, prior diaconorum Cardinalium ipſum de pluuiali rubro ammantat, & eidem electo nomen imponit: ipſumque deinde duo de maioribus Cardinalibus addextrant vſque ad altare, vbi proſtratus adorat, Primicerio cum ſchola Cantorum & Cardinalium cantantibus, Te Deum laudamus. *Quo facto ab Epiſcopis Cardinalibus ad ſedem ducitur poſt altare, & in ea, vt dignum eſt, collocatur. In qua dum ſedet electus, recipit omnes Epiſcopos Cardinales, & quos ſibi placuerit, ad pedes, poſtmodum ad oſculum pacis. Surgenſque de ſede ducitur à Cardinalibus ad ſedem lapideam per porticum, quæ ſedes dicitur ſtercoraria, quæ eſt ante porticum baſilicæ Saluatoris Patriarchatus Lateranenſis, & in ea eundem electum ipſi Cardinales honorifice ponunt, vt vere dicatur: Suſcitans de puluere egenum, & de ſtercore erigens pauperem, vt ſedeat cum Principibus, & ſolium gloriæ teneat. Poſt aliquantulam moram ſtant iuxta eamdem ſedem, electus accipit de gremio Camerarii tres pugillatas denariorum, & proiicit dicens. Argentum & aurum non eſt mihi ad delectationem: quod autem habeo, tibi do. Tunc autem accipit ipſum electum Prior baſilicæ Saluatoris Patriarchatus Lateranenſis cum vno de Cardinalibus, vel vno de fratribus ſuis. Venientibus autem per eamdem Porticum iuxta ipſam baſilicam ſaluatoris, acclamatur; Dominum Cœleſtinum Sanctus Petrus elegit. Sicque ducitur ab illis vſque ad gradus portæ, quæ videlicet porta eſt in interitu palatii venientibus de Eccleſia ad palatium ipſum, ibique Iudices eundem electum accipientes, ducunt eum per palatium vſque ad baſilicam S. Sylueſtri. Vbi vero ventum eſt ante baſilicam ipſam (ſuper cuius arcum, qui ſuſtentatur de duabus columnis porphyreticis, eſt imago quædam Saluatoris, quæ à quodam Iudæo percuſſa olim in fronte, ſanguinem emiſit) idem electus ſedet ad dexteram in ſede porphyretica, vbi Prior baſilicæ S. Laurentii de palatio dat ei ferulam, quæ eſt ſignum regiminis & correctionis, & claues ipſius baſilicæ & ſacri Lateranenſis palatii: quia ſpecialiter Petro Principi Apoſtolorum data eſt poteſtas claudendi & aperiendi, & ligandi atque ſoluendi, & per ipſum Apoſtolum omnibus Pontificibus Romanis. Et cum ipſa ferula & clauibus accedit ad alteram ſedem ſimilem, & eiuſdem lapidis, & tunc reddit eidem Priori tam ferulam, quam ipſas claues. In qua dum aliquantula mora quieuit, cingitur ab eodem Priore zona rubea de ſerico, in qua dependet burſa purpurea, in qua ſunt duodecim ſigilla pretioſorum lapidum, & muſcus. Qui quidem electus in illis duabus ſedibus ſic ſedere debeat, ac ſi videatur inter duos lectulos iacere; id eſt, vt accumbat inter Petri Principis Apoſtolorum Primatum, & Pauli Doctoris Gentium prædicationem. In zona notatur continentia caſtitatis: in burſa gazophylacium, quo pauperes* C H R I S T I *nutriantur, & viduæ: in duodecim ſigillis, duodecim Apoſtolorum poteſtas deſignatur: Muſcus includitur ad percipiendum odorem, vt ait Apoſtolus; Chriſti bonus odor ſumus* D E O. *In qua ſecunda ſede dum ſedet electus, recipit omnes officiales Palatii ad pedes, & poſtea ad oſculum: & deinde ſedens ibidem recipit de manu Camerarii denarios argenteos valoris decem ſolidorum, & proiicit eos ſuper populum: hoc facit tertio dicendo: Diſperſit, dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Iſtis peractis ducitur per ipſam porticum ſub iconas Apoſtolorum, quæ per mare Romam venerunt, nullo ductore: & intrat baſilicam Sancti. Laurentii, in qua poſtquam peregerit prolixam ante proprium & ſpeciale altare orationem, pergit ad Papalem cameram; vbi cum pro ſua voluntate pauſauerit, pergit ad menſam.*

Poſt hæc autem in proxima die Dominica electus cum omnibus ordinibus ſacri Palatii, & nobilibus Romanis vadit ad Eccleſiam B. Petri, & ante altare maius, prout in Ordine continetur, ab Epiſcopo Oſtienſi ſpecialiter, & aliis Epiſcopis de Curia conſecratur: hoc addito, quod ſi forte Epiſcopus Oſtienſis præſens non fuerit, Archipresbyter Portuenſis, ſeu Velitrenſis interesse debet conſecrationi. Qua conſecratione finita, Prior S. Laurentii ſacri Palatii ponit pallium ſuper altare, quod ipſe Prior propria manu debet parare. & ſtatim Archidiaconus cum ſecundo diacono dat in manu Pontificis; & ſolus Archidiaconus dicit Pontifici: Accipe pallium, plenitudinem ſcilicet Pontificalis officii, ad honorem Omnipotentis Dei, & glorioſiſſimæ virginis eius Genitricis, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, *& nihil aliud, ſtatimque ipſe Archidiaconus cum Priore baſilicario aptat pallium: prædictum ſuper Pontificem, intromiſſis ſpinulis aureis tribus ante, & retro, & ſiniſtro latere, in capite quarum ſunt innixi tres hyacinthini lapides: & ſic ornatus Pontifex accedit ad altare, & ibi honorifice Miſſam celebrat. Et notandum, quod laudes ab Archidiacono cum Cardinalibus, ſubdiaconis, & Scriniariis dicuntur. Epiſtola Latina cum Græca, & Euangelium Latinum cum Græco: & omnes aliæ ſolemnitates tunc fiunt, ſicut in feria ſecunda poſt Paſcha. Miſſa autem celebrata, reuertitur ad palatium coronatus cum proceſſione & honore arcuum, repræſentatione Legis à Iudæis, & thuribulorum à Clericis Romanis, & tactibus totidem, & tanta quantitate factis ſicut in feria ſecunda poſt Paſcha. Sciendumque quod Cardinales omnes, Græci, Primicerius cum ſchola Cantorum, Præfectus, Senatores, Iudices, & Aduocati Scriniarii, Præfecti Nauales, Schola Crucium, & Capellani, tale presbyterium & taliter datum accipiunt, quale in die Paſchæ recipiunt. Subdiaconi autem ſinguli ſingulos meloquinos habent, quod tamen non fit in aliqua prædictarum ſolemnitatum. Vniuerſa etiam ſchola Palatii, clerici Romani pro thuribulo, Iudæi pro repræſentatione Legis, ſtructura arcus, tale presbyterium recipiunt, & taliter, quale datur in coronationibus aliis Domini Papæ. Pincerna inſuper, & Mareſcalcus tam de comeſtione, quam de aliis donariis remunerantur ſimiliter; excepto quod capita porcorum aperta non habent, neque claretum: familia quoque, & Curiales presbyterium habent iuxta Camerarii voluntatem.*

Si vero electio facta eſt in Eccleſia Sancti. Petri, poſt nominationem ducitur electus à duobus Cardinalibus, cantando, Te Deum laudamus, ad altare: vbi proſtratus poſtquam adorauerit, ponitur in ſede poſt altare, & ibi Epiſcopos & Cardinales, & quos ſibi placuerit, recipit ad pedes, & poſtmodum ad oſculum pacis: & proxima die Dominica ſequenti conſecratus, ibidem cantata miſſa, cum ſolemnitatibus ſuperius nominatis, & coronatus reuertitur ad palatium, factis omnibus aliis, ſicut eſt ſuperius per ordinem enarratum. Antequam autem intret in palatium, deſcendit ad ſedem ſtercorariam ibique ſedens, prout moris eſt, & faciens iactum ter replicatum, ſicut ſuperius dictum eſt, accipitur à Cardinalibus, & ducitur per porticum ipſam ad Eccleſiam baſilicæ Lateranenſis; & aſcendens ſedem poſt altare, recipit Canonicos eiuſdem Eccleſiæ ad pedes, & deinde ad oſculum pacis. Quo facto, pergit per palatium vſque ad ſedem Sancti Sylueſtri, ibique ſedet & facit omnia in eodem loco, ſicut ſuperius eſt ordinatum.

Si autem extra vrbem fuerit electus, & non conſecratus, omnia fiunt ordine ſupradicto, ſiue fiat diſcurſus & conſecratio eiuſdem electi in Eccleſia S. Petri, ſeu in Eccleſia Lateranenſi idem electus deſcendat. Quod ſi electus & conſecratus fuerit extra vrbem, & à parte Lateranenſi venerit ad vrbem, omnes clerici Romani occurrunt ei extra vrbem induti, cum crucibus, & thuribulis in proceſſione: & ſic intrat Eccleſiam Lateranenſem, & fiunt alia omnia, ſicut ſuperius eſt narratum: hoc excepto, quod cum deſcenderit ad ſtercorariam ſedem, & per porticum vadens, Eccleſiam Lateranenſem intrauerit, non ſtatim aſcendit ad altare, ſeu ad ſedem; ſed veniens inferius in choro maiori ante Crucem, finito, Te Deum laudamus, dicit; Adiutorium noſtrum in nomine Domini, &c. Sit nomen Domini, &c. hoc facto, ducitur ad altare, & proſtratus orat. Qui poſtquam orauerit ſedem maiorem aſcendit, & ibi Canonicos eiuſdem Eccleſiæ ad pedes recipit, & ad oſculum pacis.

Si vero deſcenderit ad Eccleſiam Sancti. Petri conſecratus, omnia fiunt ſicut in Eccleſia Lateranenſi; hoc excepto, quod ibi non eſt ſedes ſtercoraria & proxima die ſequenti celebrata miſſa, non coronatus reuertitur ad palatium; antequam intret Eccleſiam, deſcendat ad ſedem ſtercorariam ibique ſe-

dens,

dens, prout moris eſt, & faciens iactum (ſicut ſuperius eſt enarratum) accipitur à Priore Lateranenſi, & cum vno Cardinali ducitur per porticum ad Eccleſiam, & omnia facit, ſicut ſuperius eſt demonſtratum.

Sciendum vero, quod presbyterium Scholarum non ita datur, ſicut ſi fuiſſet conſecratus in vrbe. De presbyterio enim eorum tunc medietas reſecatur, exceptis Iudæis, & clericis vrbis, & addextratoribus. Præterea ſenatores vrbis Dominum Papam debent addextrare, ſiue venerit conſecratus, à porta ciuitatis, vſque ad locum vbi fit deſcenſus, ſiue deſcenderit ad Eccleſiam Lateranenſem, ſiue ad Eccleſiam B. Petri. In remuneratione eius ſeruitii X L. ſolidos pro equo debent habere. Schola autem addextratorum ſolidos X X. Hactenus de ceremoniis inaugurationis Pontificis Cœleſtini.

III. De coronatione Henrici Imperatoris. b *Rogerius in annalib.*

b In craſtino autem ſuæ coronationis, Pontifex ante oſtium Eccleſiæ B. Petri, ſupra gradus recepit Sacramentum ab Henrico Alemannorum Rege, quod ipſe Eccleſiam Dei, & iura Eccleſiaſtica fideliter ſeruaret illibata, & quod rectam iuſtitiam teneret, & quod patrimonium Beati Petri, ſi quid inde ablatum eſſet, in integrum reſtitueret, & quod ei redderet Tuſculanum, à Romanis vſurpatum. Deinde illum, & vxorem eius Conſtantiam introduxit in baſilicam, & illum quidem in Imperatorem, iſtam vero in Imperatricem inunxit. Sedebat autem Cœleſtinus in cathedra Pontificali, tenens coronam auream Imperialem inter pedes ſuos, & Imperator inclinato capite recepit coronam, & Imperatrix ſimiliter de pedibus Domini Papæ. Hic autem ſtatim pede ſuo percuſſit coronam Imperatoris, & deiecit eam in terram; ſignificans, quod ipſe poteſtatem habet eiiciendi eum ab Imperio, ſi ille forte demeruerit. Sed Cardinales ſtatim eam arripientes, impoſuerunt capiti Imperatoris. Coronatus Imperator, Tuſculum Eccleſiæ reddidit: quod, quia materiam rebellionis præbebat Romanis, ab iiſdem permittente Pontifice ſolo dirutum eſt. Roma diſcedens Imperator, Neapolim inuaſit. Sed à ciuibus repulſam paſſus, Mediolanum conceſſit.

IV. Regum Angliæ & Franc. de Saracenis victoria.

Philippus Gallorum & Richardus Anglorum Reges, in Palæſtinam traiicientes, neque infeliciter contra Saladinum pugnantes, multas ciuitates recuperarunt. Duo erant, quæ maiores progreſſus belli ſacri impediebant, nimirum æmulationes antiquæ inter eos, ex quibus cum vſque ad effuſionem ſanguinis plerumque ſecum dimicarent, maluit Philippus ad proprium regnum reuerti, quam diſcordiis mutuis vires Cruce ſignatorum minuere, & Saracenorum adaugere. Erat & iſtud quod non modicum Richardi animum fatigabat: nimirum, Ioannes Comes Moretonii, & Gaufredus Eboracenſis electus, ambo fratres Richardi, ægre ferentes regni curam Willelmo Elienſi Epiſcopo relictam eſſe, contra eum conſpirantes, regno expulerant, ipſi vero omnia ſibi vſurparant, & contra innocentem Willelmum multas calumnias confinxerant: quas tamen multi illuſtres viri ab eo depulerunt.

V. Pontifex laborat pro ſedandis turbis Angliæ ob Vuillelmum Proregem exortis.

Commiſerat interim Cœleſtinus Papa omnibus Archiepiſcopis & Epiſcopis Angliæ, vt tantum ſcelus cohiberent, & illos qui auſi fuerant in Willelmum Epiſcopum manus violentas iniicere, vel eum capere, vel iuramentum quodlibet ab eo per violentiam extorquere, ſeu eum in captione tenere, ſeu ſtatum regni à ſerenitate Regia in receſſu ſuo diſpoſitum aliquatenus immutare, ſcilicet Comitem, & omnes antedictæ præſumptionis conſiliarios, auctores, complices & fautores, accenſis candelis & pulſatis campanis, omni appellatione & excuſatione, nec non & perſonarum acceptione poſtpoſitis, excommunicationis vinculo aſtrictos denuntiarent. Nec non omnes terras, præter pœnitentias & baptiſmata paruulorum, interdicto Eccleſiaſtico ſupponerent, donec Legatum Willelmum liberum facerent, & adminiſtrationem regni illi relinquerent.

VI. Richardus captiuus mittitur Imperatori.

Miſerat etiam Richardus Rex in Angliam Archiepiſcopum Rothomagenſem ad tumultus ſedandos: cæterum & ipſe, nouis obortis inter Principes Chriſtianos in Palæſtina diſcordiis, deploratis pene rebus, cum Saladino ad triennium fœdus ſtatuit, regnum Hieroſolymitanum Henrico nepoti tradidit, Guidoni vero loco regni Cyprum dedit: ipſe autem reuerſionem parans, à Palæſtina diſceſſit. Dum incognito habitu Viennam appuliſſet, per violentiam extorta confeſſione ſuorum, cognitus tandem, à Leopoldo Auſtriæ Duce captus, & Imperatori captiuus miſſus eſt. Offenderat Ducem ex voto in terra ſancta peregrinantem, quod eum miles illius hoſpitio expuliſſet, & is ipſe Richardus militi ſuo fauens, vexillum Ducis in cloacam deiici ſuſtinuiſſet. Quamobrem Dux Leopoldus libens occaſionem arripuit, & redeuntem captiuum fecit, atque Imperatori miſit: qui primo ſtatim congreſſu, multa de eo conqueſtus neque viri aut iuſtitia, aut facundia mutatus, multo tempore illum detinuit.

VII. De Hugonis Caſtrenſis Epiſc. pœnitentia & felici obitu.

Vnus ex ſeditioſis, Hugo Caſtrenſis Epiſcopus, qui Willelmum Elienſem Epiſcopum multis iniuriis affecerat, quinam fuerit, quidue contra ius & æquum fecerit, in extrema ægritudine confeſſus eſt. Pergens Romam, in Northmania cœpit grauiter infirmari. Cumque ingraueſcente ægritudine, mortem ſibi vicinam cognouiſſet, fecit acceſſiri viros religioſos totius Northmanniæ, quos poterat habere, Abbates & Priores: & audientibus cunctis, voce clamoſa confeſſus eſt pure, & maxima cordis contritione, ac lachrymarum iugi effuſione omnia peccata, ſcelera & enormitates omnes, quæ ſuæ memoriæ occurrebant. Tanta autem contritus erat & commotus pœnitentia, quod omnes aſtantes & ſe intuentes ad ſingultus & lacrymas commouit. Denique flens & eiulans, manibuſque conſertis, Prælatos omnes in virtute Dei adiurabat, quatenus ſibi pœnitenti ſuper tot & tantis flagitiorum exceſſibus pœnam infligerent, & ſatisfactionem condignam. Audientes autem viri religioſi, qui lecto aſtabant, in Epiſcopo vitam adeo flagitioſam, ſimul & admirabilem cordis contritionem, ad inuicem ſeſe contuentes, obmutuerunt vniuerſi, neſcientes quid darent conſilii, vel quid tam ſubito reſponderent. Quod cernens Epiſcopus, dixit eis; *Scio, ſcio, quod tantis enormitatibus auditis, hæſitatis inter vos; quid mihi pro pœnitentia infligatis. Sed obſecro vos in nomine Ieſu Chriſti Domini noſtri, quatenus in loco pœnitentiæ, & remiſſionem peccatorum meorum iniungatis mihi, vt ſecundum voluntatem Dei ſim in pœnis purgatorij vſque in diem Iudicii, vt tunc per miſericordiam Redemptoris noſtri, qui ſemper miſericordiam exaltat ſuper iudicium, ſaluus fiam.* Placuit hoc conſilium vniuerſis, ſalua ſemper ſibi clementia Diuina, qui omnes ſeruari deſiderat, & neminem vult perire. Tunc Epiſcopus audientibus cunctis, cum ingenti mærore recognouit, qualiter expulſis monachis Conuentrenſibus, ad cumulum omnium malorum, in loco eorum irreligioſos clericos introduxit. Ad cuius flagitii ſatisfactionem aliud genus correctionis non inuenit, niſi vt in eorum habitu vitam finiret, in quos diabolico ſpiritu exagitatus dum potuit, perſecutionem excitauit, mendicare coegit, & quantum in ſe erat, odio mortali afflixit. Sicque cum magno eiulatu Abbatem Becci, qui inter cæteros aderat, deprecans adiurauit, quatenus intuitu charitatis, ad diaboli confuſionem, habitum ſibi concederet monachalem, vt illos patronos haberet in futuro ſeculo, quos perſecutus fuerat in hoc mundo. Quod cum impletum fuiſſet, omnia quæ poſſidebat in auro & argento, in gemmis & vaſis pretioſis, domibus religioſis, & pauperibus erogauit. Et ſic in ſpe bona omnium aſſiſtentium, & iugi lacrymarum effuſione, fine inſperato quieuit.

Per ea tempora Cœleſtinus Papa, ſententiam excommunicationis à Gaufredo Eboracenſi Archiepiſcopo, contra Hugonem Dunelmenſem Epiſcopum

iniuſte prolatam, abrogauit datis ea de re literis inter alios Sancto Hugoni Lincolnienſi Epiſcopo: quo anno idem ſanctus admirandum quoddam facinus egiſſe memoratur.

VIII. Roſamunda Henr. Regis pellex ab Hugone Lincol. extumulata.
b apud Sur. 17. Nou.

[b] Faciens viſitationes ſuas per domos religioſorum in ſua diœceſi, venit ad Abbatiam Sanctimonialium de Godeſtoue, quæ eſt inter Oxoniam & Modeſtoc: & cum intraſſet Eccleſiam, vt oraret, vidit tumbam in medio chori ante altare ſericis pannis velatam, & lampadibus ac cereis circumdatam. Et quæſiuit, cuius eſſet tumba. Et dictum eſt ei, illam eſſe Roſamundæ, quæ quondam extiterat amica Henrici Regis Angliæ, filii Mathildis Imperatricis; & quod ipſe pro amore illius multa bona illi Eccleſiæ feciſſet. Et iuſſit Epiſcopus: *Tollite eam hinc, quia ſcortum fuit, & ſepelite eam extra Eccleſiam cum ceteris, ne Chriſtiana religio vileſcat: & vt exemplo illius cæteræ mulieres exterritæ caueant ſibi ab illicitis & adulterinis concubitibus.* Fuit Hugo intrepidus aduerſus omnem iniquitatem. Quamobrem cum non paucos offendere deberet, à ſingulis Romanis Pontificibus, qui eius tempore Eccleſiæ præfuerunt, humillime petiit, vt ſolutus Epiſcopali cura viueret. Sed non obtinuit: immo vero tanquam bene dignus coactus ab illis eſt ſuo munere perfungi. Nuntios etiam & fautores huius rei durius illi obiurgantes cum minis remiſerunt, vetaruntque, ne deinceps huiuſmodi literas ad Apoſtolicam ſedem afferrent. Grauiora quoque totius prouinciæ negotia, ei expedienda delegarunt. Singularem namque à Domino gratiam acceperat iuſtum ab iniuſto diſcernendi, ita vt peritiſſimi Iureconſulti cum admiratione dicerent, nunquam ſe talem virum reperiſſe, in decidendis etiam difficilimis ſubtiliſſimiſque cauſis, quamuis ille huiuſmodi praxim nuſquam didicerat. Gaudebant omnes, qui cauſas iuſtas ad eius iudicium deferebãt, certi nimirum, quod nec ignauia ſeduci, nec muneribus, aut minis corrumpi, vel frangi poſſet.

IX. Inſignia Miracula de excommunicatis ab Hugone Lincol. Epiſc.

Spiritus quoque Sanctus, qui hoc ei contulerat donum, ſermonem illius, atque ſententiam confirmabat ſequentibus ſignis. Nam cum rebelles quoſdam & contumaces, Satanæ tradidiſſet in interitum carnis, ſubito non comparuerunt. Miles quidam propter quoddam mendacium ab Epiſcopo Sancto reprehenſus, cum admonitionem eius parui penderet, nec ſe emendare vellet, mox ab illo excommunicatus eſt. Vſurpabat namque ſibi bona quædam, quæ incitante eum vxore, quod prolem legitimam non haberet, à veris hæredibus per ſimulationem alienare conſenſerat: tremenda res. Inuaſit eum diabolus nocte ſequenti, extorquens ſubito animam mendacem. Alius quidam in eodẽ ſcelere ei ſuccedens cum lætus & temulentus lecto exciperetur, ſopori mortem ſocians, etiam miſere extinctus eſt. Foreſtarius quidam propter facinus plexus anathemate, viri Dei ſententiam non metuens, intra paucos dies horribili morte deceſſit è vita. Quidam diaconus, liuore impellente, militem quemdam nequiter accuſans de crimine regiæ proditionis, Hugonis ſententia ob ſpem emendationis percuſſus, cum peccatum ſuum non modo non vellet agnoſcere, ſed etiam ab Archiepiſcopo abſolutionem impetraret, rediensque ad virum Sanctum, purgationis, vt putabat, ſuæ chirographum ſecum afferret, rurſum non obſtante mandato, ab illo excommunicatus eſt. Vt autem Dominus oſtenderet, vtrius ſententiam approbaſſet; diaconum horrendum in modum percuſſit, nec eum diutius viuere paſſus eſt. Adoleſcentula quædam cum impudenter ſpueret in faciem ſponſi ſui, præſente Sancto Epiſcopo, nec veniam petere vellet, à diabolo præfocata expirauit. Clericus quidam propter tyrannidem quorundam potentium, ius ſuum, quod ei erat in quadam Eccleſia, obtinere non potuit. Pecuniis quoque, ac aliis rebus pene omnibus in Curia Romana conſumptis, iam ſumma egeſtate cœpit vrgeri. Audiens vero Sanctũ Hugonem oppreſſorum conſolatorem piiſſimum eſſe, ad illum tandem venit, etiam longe extra fines diœceſis ſuæ; & cum lacrymis eius auxilium implorauit. Motus ergo vir Dei, omnes excommunicauit; licet eius iuriſdictione non tenerentur. Quid plura? Alii in amentiam verſi, alii repentina morte extincti ſunt: quorumdam oculi cum ingenti cruciatu exciderunt, donec legitimo poſſeſſori reſtituta eſt Eccleſia. Alios etiam viros ſeptem quandoque vir ſanctus excommunicauit, quod furem à cœmeterio dolo extraxiſſent, & mox ſine dilatione ſuſpendiſſent. Timentes vero illi ne accideret ipſis, quod iam multis eueniſſe conſtabat, ad pedes Epiſcopi pariter venerunt. Sex ſatisfactione dura illa quidem, ſed breui expurgati ſunt. Septimus quia noluit ſatisfacere, abſolutionis gratiam non impetrauit. Tam vero dura fuit ea ſatiſfactio, vt etiam brumali tempore, pene nudi furem à patibulo depoſitum, per longum iter humeris portare, atque in eodem cœmeterio, vnde illum extraxerant, tumulare compulſi ſunt: res prorſus ſtupenda. Iam ſeptem anni tranſierant, & ecce redit miſerabilis ille, cum lacrymis petens abſolutionem: Domine, inquit, poſtquam ſententia tua me perculit, acciderunt mihi mala multa. Gratiam Regis continuo perdidi, exulare coactus, ad inopiam redactus ſum: corporis moleſtia contabui, plurimiſque aduerſis caſibus ſubiacui. Sed ne peiora his ſuccedant, dignare, obſecro, vel ſero pœnitentem releuare. Miſertus ergo vir pius tantæ calamitatis, quod ex fortunato & diuite ærumnoſus & morbidus factus eſſet, clementer eum abſoluit; & ne dolorem dolori adderet; mulctam ei mitiorem irrogauit.

X. Theod. Balſamon commentarius in Canones reprobatur.
d Nicet. Chron.

Hoc anno [d] Georgius Xyphilinus Conſtantinopolitanus Patriarcha ſedere cœpit, cui Theodorus Balſamon commentarium in Canones dedicauit; ſed multis apocryphis, atq; mendaciis refertum: nimirum qui exinde, vafro conſilio, conaretur multa contra Eccleſiam Occidentalem eruere. Adducit canones Apoſtolorum, quos Eccleſia nunquam inter canonicos numerauit. Magni facit donationem Conſtantini Imperatoris, factam Romanæ Eccleſiæ, quam tamen Romani Pontifices S. Leo, Felix, Bonifacius, Gelaſius, Hormiſda, S. Gregorius, & reliqui ſucceſſores omnes innixi Petræ; non tanti fecere: vtpote non ignari, priuilegia Romanæ Eccleſiæ ab ipſo Chriſto conceſſa eſſe; & certiora à Carolo Magno, Pipino, Lothario, aliiſque Imperatoribus piiſſimis iura donationis vrbis extare, quam vt in controuerſiam adduci, vel à ficto ab aduerſariis Ottone infringi poſſint. Certe Balſamon aſtuto conſilio id egiſſe videtur, quicquid egit: nimirum amaro zelo contra Occidentales exæſtuans; quorum ne conuerſationem quidem cum Græcis hactenus toleratam, potuit tolerare, quin negaret, negando impugnaret: vel ipſis Græcis mendacium falſi ſcriptoris deridentibus atque deteſtantibus.

XI. De S. Obitio Confeſſoris conuerſione & miraculis.

Per hæc tempora floruit, S. Obitius Confeſſor Brixianus. Is in equeſtri dignitate, bellum inter ſe gerentibus Brixianis & Cremonenſibus, cum hoſtes ſuper Olii ponte inſequeretur, eo præ pondere rupto & collapſo, & ipſe in flumen decidens, diuino munere ſeruatus, & à ſuis poſtera die ab hoſtium cadaueribus extractus, cum ſe ad inferos deſcendiſſe, innumeramque animarum multitudinem eo delatam, diuerſis & inauditis ſuppliciis affectam vidiſſe narraſſet, conualeſcens, relicta militari ac ſeculari vita, aliam adeo religioſam duxit, vt miraculis viuens ac defunctus claruerit. Nam cum pons ſuper Olio conſtrueretur, ac architecti manus ſub trabe preſſa contrita fuiſſet, illam Obitius pallio inuolutam, manibus ſuis fouens, mirabiliter ſanauit. Eius defuncti corpus cum ad ſepulturam deferretur, multi languentes, aqua, qua illud ablutum fuerat, aſperſi, ſanati ſunt. Ancilla quædam fiſtulis & plagis plena, cum eam aquam minime inuenire potuiſſet, terra ea ipſa madefacta plagas tetigit, continuoque ſanata eſt. Mulier quoque toto corpore contracta, ad Obitii

tumulum deducta, non ſine ingenti omnium qui eam nouerant admiratione curata fuit. Alia quædam mulier cæca, ad S. Obitii monumentum à puellis delata, cum vehementius oraret, viſum recepit, domumque ductorem viæ non requirens, reuerſa eſt. Vir etiam quidam manibus ac pedibus captus, cum ſepulchrum S. Obitii ex deuotione tetigiſſet, gradiendi recepit facultatem. *Helias Capreolus Annalium lib. 6.*

IESV CHRISTI
Annus 1192.

Coeleſtini Papæ III. Anno 2. Henrici V. Imp. anno 2. Iſaacii Ang. Imp. ann. 7.

I. Vanæ res geſt.ᵃ Cœleſtini Pap. a *Roger. in annal.*

ANno Chriſti 1192. Quarto nonas Martii Cœleſtinus Papa in numerum Sanctorum retulit, Sanctum Vbaldum Epiſcopum Eugubinum,[a] deinde Epiſcopos Scotiæ, à iuriſdictione Metropolitani Anglicani exemit: item Willelmum Elienſem Epiſcopum ab aduerſariis eiectum, & in ſedem ſuam reſtituit, & vt Richardus ei officium Cancellarii reſtitueret, obtinuit: aliaque complura in cauſa Rothomagenſis Epiſcopi egit: & tum demum omnes Archiepiſcopos & Epiſcopos Angliæ, vt populum ad emendationem vitæ excitarent, per literas encyclicas admonuit: & torneamenta prohibuit. Conſtantiam quoque Imperatricem à Tancredo Rege Siciliæ recepit, & Imperatori miſit: tum Cencio Camerario, vt cenſuum Romanæ Eccleſiæ librum conſcriberet, iniunxit. Literas etiam ab Eleonora Regina Richardi Angli matre accepit, quæ poſtulabat Imperatorem compelli, vt virum ſuum ſibi reſtituere vellet.

II. Terribile miraculū de SS. Euchariſtia. b *Hermoldus Abbas in hiſtoria Slauorum.*

[b] His ferme diebus puella quædam in partibus Thuringiæ prope ciuitatem Erpisfordiam ægrotabat. Quam dum ſacerdos ex more viſitaret, dans ei viaticum, ablutionem digitorum fecit in calice mundo, ipſam aquam ad bibendum ei tradens, ſicque diſceſſit. Illa vero bene mentis ſuæ compos dixit his qui circum ipſam erant; Diligentiſſime aquam ipſam operit; quia de digitis ſacerdotis vidi portiunculam Euchariſtiæ in eam decidere. Quo facto cum ipſa aqua ei poſtea ad bibendum fuiſſet allata, & tota mutata fuiſſet in ſanguinem, ipſa quoque portiuncula, licet minimi formam acceperat digituli, verſa in cruentam carnem. His viſis omnes perterriti ſunt, miſeruntque, vt ſacerdotem vocarent: qui magis ſtupebat, & ſuam in his negligentiam accuſabat. Cumque metueret ab officio ſuſpenſionem, voluit rem celare, & propterea Sacramentum comburere. Sed celari non potuit, quod Deus miraculoſe manifeſtauit. Communicatur interim res pluribus, fit conuentus ſacerdotum: qui in perturbatione non habentes conſilium, Archidiaconum adierunt. Qui ſuper his timens aliquid diſpenſare, quæ geſta erant per epiſtolam ſignificauit Archiepiſcopo Moguntino. Interea ipſum calicem cum viuifico corpore, & ſanguine opertum corporali, ſuper altari ponunt, & videntibus cunctis qui aderant, columba venit ſuper labium calicis, & diu ſedit non ſine admiratione cunctorum, quod corporis ſui pondere ipſum vaſculum non euerterit. In partibus enim illis calices vitrei in inferioribus ſunt anguſti, in ſuperioribus ampliores. Vnde qui viderant, non corporalem, ſed ſpiritualem columbam arbitrati ſunt. Venit Archiepiſcopus Moguntinus vna cum vniuerſo clero, & veram carnem, ac viuum ſanguinem in calice reperiens, inter diuina miſſarum ſolemnia, in Eccleſia Beatæ Dei genitricis ſemperque Virginis Mariæ, populum ad lacrymas & orationes adhortatus eſt; vt diuina clementia, ſemper humano generi amica, quæ ad euacuandum errorem Infidelium, ſiue ad corroborandam Fidem ſuorum Fidelium, Sacramentum, quod ſub ſpecie panis & vini benedicitur, ſanctificatur, ſumitur, vere ſuam carnem & ſanguinem euidentiſſimis indiciis demonſtraſſet ad laudem & gloriam nominis ſui; ſimiliter etiam ad iucunditatem & exaltationem Eccleſiæ ſuæ Sanctæ, rurſus in priorem ſubſtantiam panis & vini transformare dignaretur. Vt ſicut ipſe vere eſt panis vitæ, & vinum quod ſpiritualiter lætificat cor hominis; ita vere Sacramentum, quod Eccleſiæ ſub ſpecie panis & vini vſurpandum dederat, in formam notam verteretur. Cumque diu oratum fuiſſet, & ſanguis, & caro in formam priorem non rediſſet; Pontifex de nouis lapidibus nouum altare conſtrui præcepit, vt in eo idem ſanguis cum carne Dominica conderetur. Verum cum inter ipſas orationes & exhortationes ſæpius miſiſſet, & transformatio facta non fuiſſet; venit ſubito qui diceret, Dominum preces & gemitus ſeruorum ſuorum exaudiſſe, & priorem illam ſubſtantiam, pleniſſime reduiſſe.

III. VerbaMoguntini Archiep. ad populum de venerabili Sacramento.

His auditis Archiepiſcopus, multis ſuffuſus lachrymis, omnes ad gratiarum actiones agendas admonuit; inter alia locutus: *Aliud eſt ſumere Sacramentum, aliud rem Sacramenti. Vnum eſt viſibilis forma, aliud inuiſibilis gratia. in his duobus duo comedendi ſunt modi; vnus Sacramentalis, alius ſpiritualis. Secundum vnum comedunt vniuerſi, ſecundum alium tantum boni. Ibi multi vocati, hic pauci electi. Manducat hunc panem Angelus, manducat & homo; manducat bonus, manducat & malus: vterque vere, ſed non vterque plene: quia alius tantum ſumit Sacramentum, alius autem & Sacramentum, & rem Sacramenti. Alius enim deuotus & dignus cum Sacramento viſibili inuiſibilem percipit & gratiam; alius autem indignus ſumens Sacramentum, reus efficitur corporis & ſanguinis Domini, quia iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Nunc igitur, vt condignas perſoluamus gratiarum actiones Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui in hoc facto nos & terrere voluit & conſolari, hoc ſuademus, præcipimus, & ſtatuimus omnibus ſub noſtra iuriſdictione conſiſtentibus, vt omnes à minimo vſque ad maximum, à iuuene vſque ad ſenem, & pueri, & puellæ, incuruati adorent, laudent & magnificent Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, cui omne genu flectitur cœleſtium, terreſtrium & infernorum, & honoremus almiflua eius Sacramenta, vt non ſolum Sacramentum, ſed etiam rem Sacramenti percipiamus per gratiam ipſius, qui ſecundum ordinem Melchiſedech ſacerdos eſt, & ſacrificium, quo nos ſibi faciat populum peculiarem, bonorum operum ſectatorem.* Cumque omnes reſpondiſſent *Amen*, Archiepiſcopus ipſam aquam tranſſubſtantiatam in vaſculo pretioſo ad poſteritatis memoriam in ipſa Eccleſia honorifice repoſuit; calicem vero ſecum Moguntiam detulit, vbi vſque hodie honore maximo aſſeruatur.

IESV CHRISTI
Annus 1193.

Coeleſtini Papæ III. Anno 3. Henrici V. Imp. anno 3. Iſaacii Angeli Imp. anno 8.

I. Henr. Imp. debacchatur in Siculos. a *Roger. in annal.*

ANno Chriſti 1193.[a] Henricus Imp. cumprimum audiſſet Tancredum & filium illius mortuum eſſe, exercitu claſſeque parata in Campaniam venit; Salernum expugnauit; vindictam de ciuibus, qui Conſtantiam Auguſtam captam Tancredo miſerant, ſumpſit; Apuliam & Calabriam in fidem accepit, Meſſanam & vniuerſam Siciliam, allectis pollicitationibus Siculis, per deditionem vſurpauit; pactiſque conuentis Reginam matrem cum puero, atque puellis in ſuam redegit poteſtatem; quos tamen periurus vinculis alligauit, puerum excæcauit, & matrem cum puellis in cuſtodiam dedit. Porro corpora quoque Tancredi, & filii

eius Rogerii iuſſit effodi, regiſque nudari coronis, quas illegitime accepiſſe aſſerebat.

II. Eleonora Regina Angl. Regem è carcere liberat.

Hactenus etiam in vinculis detinebat Anglum Regem: quem vt Eleonora Regina mater eliberare poſſet, Cœleſtino Pontifici tertium hoc anno literas ſcripſit, ſuppliciter admonens, vt poteſtate Apoſtolica compelleret Imperatorem, ad Richardum innocentem dimittendum. Permouit ſane Pontificem. Namque Leopoldum Ducem Auſtriæ, anathemate percuſſit; Imperatori autem comminatus eſt; ſi Richardum non dimitteret ipſe quidem excommunicationi, regnum autem ipſius interdicto Eccleſiaſtico ſubiaceret. Mouit ea res Henricum. Quamobrem è cuſtodia Regem eduxit; nec tamen dimittere voluit, niſi certis conditionibus ab eo iuramento confirmatis, & centum quinquaginta millibus marcharum argenti exſolutis.

III Diuortiū Regis Fr.

Philippus Rex Franciæ, duxerat in vxorem Botildam filiam Regis Daniæ, quam poſtea, cognitam licet, repudiauit, propter conſanguinitatem. Egit Rex Daniæ pater, vt illam reciperet; ſed tamen nihil potuit impetrare.

IV. De Pſeudo Alexand. Conſtant. b *Nicet.*

b Conſtantinopoli hæc illa mutatio Patriarcharum, cuius ſuperius meminimus. In eadem vrbe, pſeudoAlexius quidam apparuit, ſed ſuorum ſcelerum pœnas dedit, præſertim q̀ Perſas contra Romanum Imperium incitaſſet, & celebre templum S. Michaelis cœleſtium copiarum Archiducis violaſſet, Perſis in Sanctiſſimum tabernaculum introductis. Nec ſpectare dubitauit pernicies humani generis, Chriſti & Sanctorum imagines calculis varii coloris expreſſas aboleri, ſacros poſtes ſecuribus & celtibus reuelli; & ſacroſanctam menſam profanari, & humi abiici.

V. De Ioannis Epiſc Nuſcani pietate & miraculis.

Vixit hoc anno Amatus Nuſci natus. Hic caſtitatem à puero colens, literis & moribus excultus, in Clericorum numerum adſcriptus eſt, facultatibus ſuis, pauperibus erogatis. Sacerdotio ornatus, viduarum ac pupillorum patrocinio ſuſcepto, aliis etiam pietatis operibus vacabat. Cum S. Guilielmus monaſterium in M. Virginis conſtruxiſſet, Amatus ſe illi cum aliis diſcipulis adiunxit, & Eccleſiam in monte Lacinio apud Fontilianum, Dei genitrici excitauit, anno 1182. ad quem cum adoleſcens quidam mutus acceſſiſſet, ad S. Viti præceptum, adſtantibus audientibus, locutus eſt. Claudus item ſurgere iuſſus, illico ambulauit. Quadam die extra cœnobium in venatores incidit, à quibus grauiter in capite percuſſus, cum percuſſor in carcere detentus crimen confeſſus eſſet, ab Amato mirabiliter è carcere liberatus eſt. A Rogerio Siciliæ Rege, Beneuento vrbe potito, Nuſco Epiſcopi ſubrogatus eſt. Quod onus vix à Sum. Pont. coactus ſuſcepit: Abbate à ſe prius ſubrogato. Nuſcum ingreſſus, energumenam mulierem ſanauit; Templum Cathedrale ædificauit: Clericum ſemimortuum iacentem ſurgere & in Eccleſia ſibi miniſtrare iuſſit. D. Laurentio Martyri Eccleſiam extruxit, in cuius cōſecratione, mulierem paralyticam curauit. Migraturus è vita, SS. Miſſæ officio celebrato, cum poſt exhortationem benedixiſſet, inter ſacerdotum manus animam exhalauit 15. Kalend. Iunii, ætatis 89 ann. *Ex Paulo Regio libr. 2. de SS. Reg. Neapolit.*

(o)

IESV CHRISTI
Annus 1194.

COELESTINI PAPÆ III. ANNO 4. HENRICI V. Imp. anno 4. Iſaacii Angeli Imp. anno 9.

I. Dæmon Viro peregrinanti ad ſepulchrum S. Iacobi occurrit. a *lib. 5. c. 7*

ANNO *Chriſti* 1194. Pridie nonas Februarii, Henricus Imperator Richardum Angliæ Regem liberū dimiſit, & Eleonoræ matri illius per Archiepiſcopos Moguntinum & Colonienſem aſſignauit. Eius vinculorum & tam diuturnæ calamitatis auctorem, dæmon ſe fuiſſe confeſſus eſt. Narrabat Willelmus Neubrigēſis quomodo id acciderit. Vir quidem, ait, ex Cenomanēſis Epiſcopi clientela, piæ deuotionis inſtinctu profectus in Hiſpanias ad memoriam beati Iacobi Apoſtoli, cū ſoſpitate ad propria remearat, qui poſt modicum calore fidei & deuotionis fortius igneſcens, longe laborioſiori peregrinatione Sepulchrum Dominicum voluit inuiſere. Valedicens ergo ſuis, iter opportune arripuit, & cū forte ſolus graderetur; repente in iſta via obſtitit ei quidam enormi corpore; & vultu horrendo. Pauefactus homo, eleuata manu, Chriſtianam ſumpſit armaturam, ſignum Crucis. Ille vero tanquam non reputans ſalutare ſignaculum: nequaquam, inquit, hoc modo tueri te poteris, quin meus ſis. Porro ſi procidēs adoraueris me, faciam te locupletem, & inclytum valde. Ad hęc homo pauorem fiducia ſuperans, cum libertate reſpondit: Liquet te eſſe partis ſiniſtræ; ſint tua tibi: nam mihi ſufficit omnipotentis Dei largitio, quem ſolum adoro. Et ille, oportet, inquit, te vel inuitum aliquid habere de meo. & proferens tanquam pallium ſubtilis materiæ iactauit ſuper caput hominis, quod mox attactu igneo capillis exuſtis, cutem quoq; capitis denigrauit. Proſiliensq; hoſtis, hominem periculo anxium per brachium apprehendit. Homo vero, cum tanta perurgeret neceſſitas, Sanctum Iacobum ex recentis obſequii conſcientia fortiter inclamauit.

Idem S. Iacobo confitetur ſe captiuitatis Regis Angliæ auctorem.

Qui beatus Apoſtolus in ſpecie reuerenda maniſeſte mox affuit, & potenti verbo inuaſorem improbum increpauit. Vt autem homo de manu inimici furentis ereptus, tuto iā auditu perciperet, quorum; vt creditur, audiendorum gratia per voluntatem Dei articulum illum inciderat: Apoſtolus ad nequam illum, Dic, ait, qui ſis, vel quid negotii habes? Qui conſtrictus imperio; Dæmon, reſpondit; ſum generi humano infeſtus, & mille nocendi artibus inſtructus. Ego n. grande illud ſcandalum, & Chriſtianæ poſſeſſionis iacturam in Oriente patraui: ego inter Reges Chriſtianos in Terra promiſſionis, vt nil ab eis ageretur, nec proſperaretur opus Dei in manibus eorū deteſtabilem diſcordiam ſeminaui: Regem Anglorum à Syria digreſſum per miniſtrum nequitiæ meæ Ducem ſc. Auſtriæ captiuaui, multimodam exinde malorum occaſionē regnis Chriſtianis concinnans; eundem quoq; Regem de captiuitate propria reuertentē comitatus, in partibus iſtis nunc conſiſto, cubili Regis tanquam familiaris miniſter frequenter aſſiſto, & circa theſauros eius apud Chinonem repoſitos peruigili cautela obſeruo: his dictis malignus diſparuit. Apoſtolus etiam confortato homine, in luce ſe claritatis ſecretum recepit. Homo vero ad vrbem Cenomanenſem mature reuerſus, Epiſcopo, vrbiſque prudentibus cuncta per ordinem renunciauit, & in argumentum fidei caput depilatum, & brachium manus peſtiferæ contactu vſtulatum indicauit. Sciuit iſta Richardus, & timore eius qui tangit montes & fumigant, compunctus, ſalubrioris inſtinctu conſilii, cubiculum ſuum caſtius habuit, atq; de theſauris ſuis largiores indigentibus eleemoſynas erogare cœpit.

II Clades Auſtriæ ex captiuitate Henrici Regis. b *Rogeri us in annal.*

Leopoldo autem Auſtrio, non impune fuit, quod geſſit. b Cum enim adhuc in ſententia excommunicationis permaneret, neq; pœniteret, flagellauit Dominus terram ſuam in hunc modum, inprimis quidem incenſæ ſunt omnes ciuitates terræ ſuæ, neque alicui nota fuit

A cauſa incendii. Secundo ex inundatione Danubii ſubmerſa eſt quædam terra adiacens, in qua pluſquam decem millia hominum perierunt. Tertio cum in æſtate terra ſoleat virere, eius contra ſol tum exaruit. Quarto, cum ſemina frugum deberent in herbam creſcere, in vermes conuerſa ſunt. Quinto, nobiliores terræ ſuæ mortalitate percuſſi ſunt. Tantis autẽ calamitatibus licet premeretur, necquicquam tamen emollitus vel fractus ad pœnitentiam fuit. Quin imo iurauit, ſe omnes Richardi obſides trucidaturum, niſi pactus conuentis darent ſatis. Coactus eſt propterea Richardus, collocare filio illius in matrimonium ſororem Arturi Ducis Britanniæ, qui per ea tempora Cypro potiebatur.

c Neubrig. lib 5. c. 6.

B Ita autem dum Leopoldus [c] rideret ſummi Pontificis anathema, vltio diuina tanta potentia eum conſecuta eſt, vt Catholico innotuerit orbi, & in memoriam manauerit poſterorum, quanta ſit vis Petri gladii ferientis, ſi iuſta cauſa à poteſtatem habente vibretur.

III. Narratio Cœleſtini Pp. ad ſuos Legatos de morib. Gaufredi Eboracen. Archiep.
d Roger in annal.

In Anglia,[d] Hugoni Lincolnienſi Epiſcopo ſummus Pontifex commiſerat cognitionem cauſæ Gaufredi Archiepiſcopi Eboracenſis. Narrabat ipſe Cœleſtinus crimina, quorum à Canonicis Eccleſiæ ſuæ accuſabatur ille. *Sane*, inquit, *ad audientiam noſtram ex perſonarum & Capituli Eboracenſis Eccleſiæ inſinuatione peruenit, & id ipſum dilectorum filiorum noſtrorum Roberti Eboracenſis, & Rogeri de Selebi, & aliorum vndecim Abbatum Præmonſtratenſis ordinis teſtimonia manifeſte declarare videntur, quod venerabilis frater noſter Gaufredus Eboracenſis Archiepiſcopus Sacramenta iniuncti ſibi officii vilipendens, venatione, aucupio, &* C *aliis militaribus curis inutiliter occupatus, ordinationi clericorum, Eccleſiarum dedicationibus, aut Synodis celebrandis, nec manum, nec operam poſt ſui promotionem adhibuit; nec Abbatem aliquem benedixit, licet tam contra clericos, quam Abbates, ad maledicendum & excommunicandum linguam conſueuit iuxta motum proprium indiſcrete relaxare: libertates Eccleſiæ ſuæ, ac conſuetudines approbatas euacuat & ſubuertit; appellationes, quæ ſolent eſſe ad remedium oppreſſorum, ad Romanæ Sedis iniuriam reduxit in contemptum, plures, pro eo quod ad nos appellationes emiſerant, vinculis fecit carceralibus vehementer aſtringi; perſonas Eccleſiæ ſuæ poſt appellationem ad nos factam, honoribus & beneficiis ſpoliauit; quoſdam Canonicorum, appellatione contempta, excommunicationi ſubiecit; priuilegia Romanorum* D *Pontificum in eius præſentia omnino auctoritate fruſtrantur: & qui forte alias tutus eſſet in oſtenſione priuilegii noſtri, optati coram eo beneficium præſidii demeretur. Cum contingit aliquem ad ſubtractam ſibi Eccleſiam, vt poſſeſſionem, per iudices delegatos auctoritate noſtra reſtitui eum, per quem debuerat iudicium executioni demandari, ſtatim ſentiet inimicum. Plures enim taliter reſtitutos deſtituit, & Eccleſias per miniſtros ſuos violenter aggrediens, fores Eccleſiarum fregiſſe, & eos proponitur per violentiam expuliſſe.*

Quam plures etiam reatum periurii fecit perniciose incurrere, ipſos ab obedientia, quam Archidiacono ſuo canonice ſeruandum iuramento promiſerant, quadam neceſſitatis violentia retrahendo. Præterea maiorem Eccleſiam cum multitudine armatorum aggrediens, fores capituli per violentiam confringi, & aſportari fecit, & bona canonicorum, & aliorum plurium, qui res ſuas tam in Eccleſia, quam in theſauraria depoſuerant, fecit per E *violentiam detineri, pro quibus omnibus Eboracenſe capitulum ad noſtram audientiam appellauit.*

Comperimus etiam ex teſtimonio prædictorum, quod Eccleſiis quandoque vacantibus, præſentatas ſibi ab his, ad quos præſentatio pertinet, perſonas idoneas non admittit: ſed eas aut pueris, aut minus honeſtis perſonis aſſignat, vſus pariter præſentantis & inſtituentis officio: aut facit eas ex ſola voluntate vacare, vt earum fructus ipſius vſibus applicentur, & quod ſuſtentationi alicuius clerici honeſti debebatur, ſibi non metuit retinere. Adiecerunt etiam, quod cum ſpiritualia dona gratis debeant, & ſine prauitate diſtribui, frequenter cum donat Eccleſiam, aut eam ſcindit per partes contra ſtatuta Eccleſiæ canonica, aut in ea nouam & indebitam retinet penſionem: & quam plures excommunicatos, vel ſuſpenſos non niſi pecunia interueniente abſoluit. Religioſi A *vero viri & honeſti in conſpectu eius deſpecti & contemptibiles fiunt; viles & ſuſpectæ perſonæ de facili familiaritatem eius & gratiam aſſequuntur. Vnde ſi ſic viuitur, & in talibus fuerit conuerſatio ſua, timendum eſt, ne gregi ſibi commiſſo potius ſit lapis offenſionis, & ſcandali petra, quam eruditionis exemplum, vel contra ſpirituales nequitias ſolatium, aut tutela.*

Quia igitur, quæ præmiſſa ſunt, ſollicitudinem inquiſitionis expoſcunt; diſcretioni veſtræ, de qua plene confidimus, inquiſitionem horum duximus committendam, per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandantes, quatenus ad Eboracenſem Eccleſiam accedatis, & conuocatis Abbatibus, & Prioribus, & aliis Eccleſiaſticis perſonis Eboracenſis diœceſis, diligentius inquiratis; v- B *trum Eboracenſem Eccleſiam & Prouinciam eam inutiliter & pernicioſe tractauit: & ſi ſuper præmiſſis legitimi accuſatores apparuerint; audiatis, quæ contra præfatum Archiepiſcopum duxerint proponenda: & eis diligenter auditis & cognitis, atteſtationes ſub ſigillis veſtris incluſas nobis tranſmittere procuretis: aſſignantes partibus terminum competentem, quo ſufficienter inſtructæ ad Apoſtolicam Sedem accedant, quod canonicum eſt, ibi dante Domino receptura. Si vero accuſatores defecerint, & fama publica fuerit contra ipſum: ei purgationem cum tribus Epiſcopis, & totidem Abbatibus auctoritate noſtra ſublato appellationis obſtaculo, indicatis. In qua, ſi forte defecerit, ipſum ab Archiepiſcopali officio & adminiſtratione ſuſpenſum Apoſtolico conſpectui faciatis præſentari, vt auctore Domino ibi plenius doceatur, qualiter eum, & ſibi conſimiles in domo Dei oporteat miniſtrare. Si vero idem Archiepiſcopus aliquid contra eos duxerit proponendum: illud nihilominus audiatis, & ad nos ſub ſigillis veſtris tranſmittatis incluſum, vt ſuper his, quod canonicum fue-* C *rit, ſanciatur. Sane, ſi dictus Archiepiſcopus in eluſionem mandati noſtri, antequam citatio veſtra ad eum perueniat, appellationem interpoſuerit, vel iter arripuerit ad Sedem Apoſtolicam veniendi: vos ei terminum trium menſium ſtatuatis, infra quem ſe debeat in propria perſona noſtro conſpectui præſentare. Quod ſi non fecerit, vos eum ex tunc ab omni Pontificali officio & Archiepiſcopatus adminiſtratione denuncietis auctoritate noſtra remota appellatione, ſuſpenſum.*

IV. Concil. Eboracenſe in cauſa Archiepi. Eborac.

Hæc Cœleſtinus in cauſa Eboracenſis, cuius vt vires imminueret, Cantuarienſi Archiepiſcopo, manus Legationis à Sede Apoſtolica committit: & ea de re Eboracenſi Archiepiſcopo, & vniuerſis Epiſcopis, atque Abbatibus, Prioribus & Prælatis in Regno Angliæ conſtitutis ſcribens, omnibus & ſingulis præcepit, vt ei honorem, reuerentiam & obedientiam exhiberent. Venit D poſtea Eboracum Hubertus Archiepiſcopus Canthuarienſis Legatus, & Concilio Epiſcoporum ibidem celebrato, duodecim canones edidit, pro Eccleſiaſtica diſciplina. Inter quos vnus eſt, contra clericos focarias tenentes.

V. Canonizatio S. Bern.

Eodem anno Cœleſtinus Papa albo ſanctorum inſcripſit S. Bernuardum Hildeſheimenſem Epiſcopum magnis miraculis illuſtrem.

VI. Hen Imp exagitat Siculos.

Henricus Imperator, Siculos deceptos promiſſionibus iuramento firmatis, præſidiis & munitionibus ſpoliatos, diuerſiſque cruciatibus afflictos, maiorem in modum exagitauit, ſimulque Regem puerum, Reginam, puellas, Comites alioſque diuerſi generis Principes & diuerſos inferioris ordinis homines in Germaniam duxit, & multo tempore detinuit: ita vt poſtea E oportuerit Innocentio tertio anathema ſtringere, vt eos liberaret, quos Henricus in captiuitatem abduxerat. Salernitanum Epiſcopum nullo modo potuit obtinere, quanquam nihil non egerit, vt eum à vinculis vindicaret. Centum quinquaginta mulos numerabant, quos Henricus argento, auro, lapidibus precioſis, & alia precioſa ſuppellectile à Tancredo Rege relicta, onerauit.

IESV CHRISTI
Annus 1195.

Coelestini Papæ III. Annô 5. Henrici V. Imperat anno 5. Alexii Angeli Imperatoris anno 1.

I. Vindicta diuina in Leopold. Ducem Auſtriæ a *Matth. Paris.*

ANno Chriſti 1195. [a] Leopoldus Dux Auſtriæ hactenus non dimiſerat Regis Richardi obſides. Quamobrem eodem Richardo flagitante Cœleſtinus Papa, Viennenſi Epiſcopo commiſit, vt eundem tertio moneret; & ſi nihil penſi duceret, eum excommunicatione percelleret. Contemnebat Leopoldus, donec equus cui inſidebat pedem ei attriuiſſet, & exinde igne infernali, quem vocant, inflammato crure, pedem & poſtea vitam amiſiſſet. In extremo enim vitæ articulo, diſpoſuit, vt & obſides, à Richardo relicti, dimitterentur, & pecunia quam pro redemptione ſua ille dependerat, reſtitueretur.

Hen. Imp. excommunicatur

Partem huius prædæ ſibi Henricus vſurparat; quam cum reddere recuſaret; etiam ipſe anathematis mucrone percuſſus eſt.

II. Eboracenſis Arch. deponitur.

Eodem anno Cœleſtinus Papa Regem Francorum admonuit, vt ſecundam vxorem ſuperinductam relinqueret, & priorem, quam præpoſtere reliquerat, reciperet. Idem Papa Cœleſtinus negotium Terræ ſanctæ, Huberto Archiepiſcopo Cantuarienſi commiſit: cauſamque Archiepiſcopi Eboracenſis, patientia Apoſtolica abutentis, & in deterius prolabentis, acrius vindicandam ſuſcepit, eumque ab vſu pallii, & Epiſcopalis officii executione, à miniſtratione quoque tam ſpiritualium quam temporalium, & perceptione beneficiorum ſuſpendit. Qua de re, tum Simoni Decano, & canonicorum collegio Eboracenſi, tum Abbatibus, Prioribus, Archidiaconis, Decanis & aliis Clericis, Comitibus, Baronibus, & aliis in Eboracenſi prouincia conſtitutis, tum ſancto Hugoni & reliquis Commiſſariis, perſcripſit. Cauſa quidem Eboracenſis Archiepiſcopi, viuente Cœleſtino finem non accepit, præterquam quod Rudolphus clericus Archiepiſcopi eiuſdem partes Romæ agens, ad extremam deductus ægritudinem, confeſſus eſt, ſe multa falſa ſcripta nomine Romanæ Eccleſiæ miſiſſe: quæ res multum detraxit opinioni eiuſdem Gaufredi Eboracenſis Archiepiſcopi. Negotium porro terræ ſanctæ feliciores habuit ſucceſſus, Huberto Archiepiſcopo Canthuarienſe curante in Anglia, & Gregorio Cardinale Sedis Apoſtolicæ Legato rem promouente in Germania, Saxonia, & reliquo ſeptentrione.

III. Hen. Imp. reſipiſcit. b *Neubrig lib 5.c.20.*

[b] Imperator Henricus, vt quaſi expiaret, quod in Chriſtianum Principem Regem Richardum ab Oriente reuertentem, tam fœdæ auaritiæ inſtinctu, commiſerat, pecunias, quas ab eo corraſerat, in expeditionem terræ ſanctæ conuertendas eſſe exiſtimauit: & Comitiis omnium Principum indictis nihil aliud vna cum Apoſtolico Legato egit, quam vt cruce ſignatos colligeret, vt ea quæ ſimultate Philippi Galli, & Richardi Angli amiſſa fuerant, in Palæſtina recuperaret.

IV. Alexius Ang. Imp. c *Nicetas Choniata.*

[c] Conſtantinopoli Alexius Angelus Iſaacium Imperatorem in ordinem & in carcerem redegit, ipſe vero Imperium obtinuit.

V. Caſtellani victi à Mauris ob ſcelera Alfonſi regis.

Hoc anno in Hiſpaniis ad Alarcum oppidum, contra Mauros, à Caſtellanis male pugnatum. Opinio fuit ea clade Alfonſi Regis ſcelus vindicatum. Cum Toleti vxore contempta, fœminæ cuiuſdam Iudææ, quam nihil præter pulchritudinem commendabat, amoribus diu indulſiſſet, quod non modo inhoneſtum erat, ſed etiam cum religionis probro coniunctum, neque prius deſtitit, quam proceres rei indignitate permoti, pellicem perimendam curarent. Libidinis impatientia furentem Regem, genius illæſus per noctem apparens, ad ſanitatem reuocauit; cum ea forma ſe videndum præbuiſſet, qua ex imagine notus erat, iuuenis graui atque præclara ſpecie minas intentans, niſi reſipiſceret; caſtimoniæ vel cultæ præmium expectare, vel ſpretæ pœnam iubens vereri. *Mariana libro vndecimo, capite decimo-octauo.*

IESV CHRISTI
Annus 1196.

Coelestini Papæ III. Anno 6. Henrici V. Imperat. anno 6. Alexii Angeli Imperatoris anno 2.

I. Belouac. Epiſc. ab Angl. captus. a *Roger in annal.*

ANno Chriſti 1196. [a] Philippus Belouacenſis Epiſcopus contra Anglos non oratione, ſed haſta & clypeo armatus, tandem victoria ad eoſdem ſuos hoſtes inclinante captus, Cœleſtini Pontificis opem implorauit. Tulit ille, ſcriptis ad Regem Angliæ pro illo literis. Cæterum nec etiam diſſimulauit, Philippum arguere, quod contra decora ſuę dignitatis, militem quam Epiſcopum potius egiſſet.

II. Hen. Imp. Italiam infeſtat. b *Chron. Foſſæ nouæ.*

Vix vlli alii, quam Henrici Teutones Italiam afflixerunt. Non patietur mendacium iſtud dici, Henricus Quintus inter alios, [b] quo hoc anno, expeditione in terram ſanctam ſimulata, armatus in Italiam penetrauit, & multam ſtragem Principum Italiæ fecit. In quibus, Capuæ inuento Comite Richardo de Cerra in ergaſtulis, fecit eum iudicare, & per pedes ad caudam equi ligare, & per lutum omnium platearum Capuæ fecit deducere; deinde iuſſit eum per pedes appendi, & tamdiu in patibulo detineri, donec & ipſe poſtea mortuus eſt.

III.

Eodem anno Cœleſtinus Papa, præſentibus Archiepiſcopis & Epiſcopis quam plurimis Eccleſiam S. Laurentii in Lucina reſtitutam dedicauit.

IV. Iudæi crudelitatis dant pœnas.

Per id temporis ad Philippum Francorum Regem apud ſanctum Germanum de Laio agentem, execrabile Iudæorum facinus delatum eſt. Apud Braium caſtrum, Chriſtianum quendam (quem furti atque homicidii inſimulabant) captum ſerto ſpineo coronauerant, deductumque per oppidum, & multis verberibus affectum, tandem cruci affigentes, interemerant, permittente loci Domina, quam ipſi muneribus euiciſſent. Cognita iniuria, Rex nulla mora interpoſita, neſcientibus aulicis quid animo agitaret, ad Braium præpropere ſe contulit: moxque portas & viarum exitus, à ſuis diligenter obſeruari præcipiens, ſupra octingentos Iudæos comprehenſos cremari præcepit. *Guagnin. libro ſexto.*

IESV CHRISTI
Annus 1197.

Coelestini Pap. III. Anno 7. Henrici V. Imperat. anno 7. Alexii Angeli Imperatoris anno 3.

I Henrici

ANno Chriſti 1197. [a] Henricus Quintus expeditione in terram S. ſimulata, in Siciliam traiecit; & ibidem

Imp. in Regem Siciliæ crudelitas. a *Arnoldus Lubecen. lib. 5. c. 2.*

quendam, qui ſibi Regnum illud per id temporis vſurpauerat, tyrannico more confecit. Nam diademate illi impoſito, clauis acutiſſimis cum ipſo diademate caput illi transfixit, filios autem eius, aut ſuſpendio, aut incendio, aut aliis ſuppliciis damnauit. Margaritum Ammiratum euulſis oculis, & abſciſſis teſticulis excæcati, & ementulari fecit.

Eiuſdem obitus impœnitens.

Conſtantia Imperatrix, non eam ferens crudelitatem mariti, Siculos ad profligandum tyrannum animauit, & fere armauit. Vnde mœrore contracto, cum in Palæſtinam nauigationem inſtitueret, in vigilia feſtinitatis S. Michaelis, menſe Septemb. exceſſit; nec dum anathematis vinculo exſolutus. Eo defuncto repertum fuit in ſcrinio eius teſtamentum, cuius hoc eſt fragmentum:

Item ipſius teſtamentum. b *Acta Innoc. Pap. III*

b *Imperatrix conſors noſtra, & filius noſter Fridericus Domino Papæ, & Eccleſiæ Romanæ exhibeant omnia iura, quæ à Regibus Siciliæ conſueuerunt habere, & Domino Papæ ſecuritatem faciant, ſicut Reges Siciliæ ſummo Pontifici, & Romanæ Eccleſiæ facere conſueuerunt. Si vero prædicta conſors noſtra præmoriatur; filius noſter ſecundum ordinationem noſtram remaneat: & ſi filius noſter ſine hærede deceſſerit, Regnum Siciliæ ad Romanam Eccleſiam deueniat. Si filius noſter vero præmoriatur, dilecta conſors noſtra regnum in vita ſua retineat; & poſt mortem ſuam regnum Siciliæ ad Romanam Eccleſiam deueniat. De Imperio ordinamus, quod D. Papa, & Romana Eccleſia illud filio noſtro confirmet. Et pro hac confirmatione Imperii & regni volumus, quod tota terra comitiſſæ Mathildis reſtituatur Domino Papæ, & Romanæ Eccleſiæ præter Mediſinam, & Argelatam cum pertinentiis eorum. Et inſuper ordinamus, & volumus, vt tota terra de Pontepayle, cum Montefortino libere dimittatur Domino Papæ, vſque ad Ceperannum; & quod Eccleſia Romana habeat Montem Flaſconem cum omnibus pertinentiis ſuis. Inſuper præcipimus Marconualdo Seneſcallo noſtro, vt Ducatum Rauennatem, terram Bertinore, Marchiam Anconæ recipiat à Domino Papa, & Romana Eccleſia, & recognoſcat etiam ab eis Mediſinam, & Argelatam cum pertinentiis eorum. De quibus omnibus bonis ſecuritatem ei iuret, & fidelitatem faciat, ſicut Domino ſuo. In morte vero, ſi ſine hærede deceſſerit, Ducatus Rauennæ, & terra Bertinorii, & Marchia Anconæ, Mediſina, Argelata, cum earum pertinentiis in dominio Eccleſiæ remaneant.*

II. Ablata Eccleſiæ Romæ Pont. reſtituta. c *Rogerius in annalib. Angl.*

c Defuncto interim Henrico Imperat. magna pars Tuſciæ, quam idem Imperator, & prædeceſſores ſui Romanis Pontificibus abſtulerant, reddita eſt Cœleſtino ſummo Pontifici, videlicet, Aquapendente, & ſanct. Criſpina, & Mons Faliſcorum, & Radicofanum, & ſanctus Quiricus cum omnibus pertinentiis eorum; redditæque ſunt ei, Sicilia, Calabria, Apulia, & omnes terræ, quæ fuerunt Regis Siciliæ, ſicut proprium patrimonium ſancti Petri; de quibus ipſe poſtea conſtituit, Fridericum Henrici Romanorum Imperatoris filium Regem.

III. Dona Henr. reiecta à Ciſtercienſ.

Matthæus Paris narrabat, Henricum ex ſpoliis Richardi Anglorum Regis, tria marcharum argenti millia, Capitulo Ciſtercienſi reliquiſſe, vt per totum ordinem thuribula argentea conficerent. Sed Abbates tam ipſum Imperatorem, quam donum eius deteſtantes, renuerunt de turpi quæſtu donum acquiſitum recipere. Cruce ab Henrico Imperatore ſignati, cum in Palæſtina audiiſſent illum fatis ceſſiſſe, qua quiſque poterat, diffugerunt; Moguntino Archiepiſcopo, interim ad coronandum Armeniæ Regem profecto. Dedit poſtmodum idem Rex literas, ad Innocentium III. Cœleſtini ſucceſſorem; cui obedientiam, & honorem offerebat, adeoque ſpondebat.

IV. Conuentrenſes Monachi Eccleſiis ſuis reſtituti. d *Rogerius in annal.*

Per eadem tempora, d Cœleſtinus Papa pro monachis Conuentrenſibus reſcripſit; quos aliqui ex decreto Clementis Papæ ab Eccleſia eiecerant. Is porro cauſa maturius cognita, Clementis Decretum reſcidit, & Monachos ad ſuam Eccleſiam reſtituit. Mentitur Paris, qui aliqua in eadem re contra Innocentium Pontificem ſcripſit; vtpote, qui non veritatis narrandæ, ſed carpendi ſummos Pontifices ſtudio, ſcribendi hiſtoriam viſus eſt ſuſcepiſſe prouinciam.

V. Petr. Car. miſſus in Polon. ad reformandam diſcipl. Eccleſiaſt. e *Dlugoſſus in annal. Polon.*

Hoc anno e Petrus tituli ſanctæ Mariæ in via lata diaconus Cardinalis Capuanus, à ſummo Pontifice Cœleſtino tertio Legatus de Latere ad reformandam Eccleſiam Polonicam deſtinatus, in Poloniam venit. Qui ciuitatem Cracouienſem ingreſſurus, à Fulcone Cracouienſi Epiſcopo, & omnium Eccleſiarum proceſſione, magno honore ſuſceptus eſt. Primamque congregationem Cracouiæ, alteram in Lupeza agens, deinde in Gneſnenſem, Vratislauienſem, Poſnanienſem, Plotenſem, Vuladislauienſem, Chelmenſem & Lubuſenſem diœceſes ſe transferens, id præcipuum in Eccleſia reformanda ſibi curæ aſſumpſerat, quatenus presbyteri à mulieribus & concubinis abſtinendo continentem & caſtam, & quæ laicos ædificare poſſet ducerent vitam: cum plures ea tempeſtate Sacerdotes vxoribus, velut iure legitimo vterentur. Cuius vſus corruptelam Cardinalis ipſe ſummo ſtudio, à Polonica Eccleſia eliminauit, & abrogauit; & presbyteris vxores accipere atque tenere ſub grauiſſimis pœnis interdixit: laicis vero quacumque excellentia pollentibus, connubia in facie Eccleſiæ contrahere inſtituit. Et hæc quidem ſalubris præfati Petri Cardinalis conſtitutio facile, à Polonorum clero, & ab vniuerſa Polonica Eccleſia accepta, & accurata diligentia cuſtodita, ſeruataque eſt.

Pragen. Sacerdot. in Legat. iniquita.

A Boemico autem clero, apud quem etiam idem Cardinalis officio Legationis fungebatur, non ſolum repudiata, ſed parum abfuit, quin Cardinalis ipſe, eam conſtitutionem, ordines in Sabbato, *ſitientes*, celebraturus, promulgans, & presbyteros ad caſtitatis votum compellens, violaretur, occidereturque à Pragenſibus Sacerdotibus: niſi illorum improbos conatus Epiſcopus Pragenſis Henricus, Ducalem tunc in Boemia obtinens poteſtatem, oppreſſiſſet. Non ſolum autem in his, ſed in pluribus aliis prædictus Cardinalis Polonicam Eccleſiam, Pontificibus & Clero beneuolis ad ſingula ſe præbentibus, reformauit.

VI. Cura Pp. pro ſedanda controuerſia Rothomag. Epiſc. & Reg. Ang.

Eodem anno Cœleſtinus Papa reſcripſit in cauſa Rothomagenſis Archiepiſcopi, in cuius ditione Rex Angliæ caſtrum quoddam ædificauerat, atque munierat. Vt, cum illud perneceſſarium eſſet, ad propulſandas inuaſiones Regis Gallorum, cum Rege Angliæ amicabiliter componeret, & ab eo ſufficientem recompenſationem acciperet, iuxta arbitrium bonorum virorum.

VII. S. Homob. obitus & canonizatio.

Die 13. Nouembris S. Homobonus patria Cremonenſis ex hac vita migrauit; quem ob præclara virtutum merita Innocentius tertius ſanctorum catalogo adſcripſit.

IESV CHRISTI
Annus 1198.

COELESTINI PAPÆ III. ANNO 8.
Alexii Angeli Imperatoris ann. 4.

I. Cœleſtin. Pap. III. obitus eiuſdemque res geſtæ

ANno *Chriſti* 1198. Sexto Idus Ianuarii Cœleſtinus Papa ab hac vita migrauit. In ea ex qua deceſſit ægritudine deſignabat ſibi ſucceſſorem. Cæterum Cardinales illo viuente, neminem volebant eligere; quamquam ille ſe Pontificatu abdicare vellet, ſi modo Iohannem de Sancto Paulo presbyterum Cardinalem de Sancto Paulo, ſapientia, ſanctitate & iuſtitia commendatum eligerent.

Confirmauit Cœleſtinus milites Teutonicos ab Henrico Imperatore inſtitutos, aſſignata eis veſte alba, cruce nigra, & regula S. Auguſtini. Romæ autem idem Cœleſtinus Papa propenſiori ſtudio, quo tenebatur erga cultum venerandæ imaginis Dei genitricis Mariæ, quæ fuerat Gallæ Placidiæ, collocatæ in antiquo foro Romano, in Eccleſia, dicta, S. Maria in Porticu, ædificauit iuxta ipſam hoſpitalem domum infirmorum, quam & redditibus locupletauit. De ipſa autem veneranda imagine, vetus iſta inſcriptio hactenus perſeuerat; *Hæc eſt illa pia genitricis imago Mariæ, quæ diſcumbenti Gallæ patuit metuenti.* Quæ cum & mentem, & manum meam, auſpice ſuo filio Ieſu, omnis boni & doni largitore mouiſſet, duxiſſetque in hac vaſtiſſima rerum Eccleſiæ ſcriptione; eſt quod vtrique grates ex animo ſupremas depangam; quod velle inſpirarint, & perficere adiuuarint. Romæ Kal. Martii 1614. in conuentu SS. Virginis ad Mineruam.

Laudate itaque Dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi. Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius; & veritas Domini manet in æternum.

BREVIARIVM SECVLI *duodecimi.*

PONTIFICVM, PATRVM & Scriptorum Eccleſiæ, Dogmatum, Conciliorum, Imperatorum, & Hæreticorum.

Summi Pontifices.

Paſchalis II. natione Tuſcus, patria Bleranus, filius Creſcentii ſedit ann. 18. Menſ. 5. dies 7.

Gelaſius II. Campanus patria Caietanus f. Creſcentii ſedit ann. 1. d. 5.

Calliſtus II. Burgundiæ Comitis Wilhelmi f. ſedit ann. 5. Menſ. 10. d. 13.

Honorius II. Bononienſis ſedit annos 5. Menſ. 2. dies 3.

Innocentius II. Romanus contra Anacletum Petri Leonis filium Antipapam ſedit annos 13. Menſes 7. dies 8.

Cœleſtinus II. Typhernas Tuſcus obſcuro loco natus, ſed. Menſ. 5. d. 13.

Lucius II. Bononienſis Alberti filii, ſedit Menſ. 11. dies 4.

Eugenius III. Tuſcus ſedit annos 8. Menſ. 4. dies 10.

Anaſtaſius IV. Romanus f. Benedicti. ſedit annos 1. Menſ. 4. d. 23.

Hadrianus IV. Anglus ſed. ann. 4. M. 9.

Alexander III. Senenſis, f. Ranutii, ſed. an. 21. Menſ. 11. dies 23.

Lucius III. Tuſcus Lucenſis f. Bonagiuntæ ſed. an. 4. Menſ. 2. d. 28.

Vrbanus III. Mediolanen. Ioannis f. ſed. an. 1. Menſ. 10. d. 15.

Gregorius VIII. Beneuentanus ſedit Menſem 1. d. 27.

Clemens III. Romanus, f. Ioannis ſed. ann. 3. Menſ. 2. dies 15.

Cœleſtinus III. Romanus, Petri f. ſed. ann. 6. Menſ. 9. dies 11.

Patres & Scriptores Eccleſiæ: & horum dogmata nouantibus contraria.

1. *Miſſam & ritus illius aſſerit.* Honorius Auguſtodunenſis, & Odo Cameracenſis in Canon. Miſſæ. Hugo Victorin. Rupertus Tuitienſis. Leo Tuſcus in Liturg. Chryſoſtomi. Ioannes Baletius, Oſmundus Sariſberien. lib. de Eccleſiaſt. offic.

2. *Gratia Dei, fides, iuſtificatio.* Honor. de prædeſt. & lib. arb. item in Pſal. 17. Richard. de ſtatu homin. c. 12. 16. & in epiſt. Pauli paſſim. Bern. ſerm. de Aduent. Domini & in Cant. ſerm. 67. Petrus Cluniac. lib. ſecundo, cont. Iudæos capite quarto, Rupertus libr. de Victor. verbi. Magiſt. ſentent. libro tertio, diſt. 19.

3. *Eucharistiæ veritas, ſacrificium, tranſſubſtantiatio, adoratio.* Bern. ſerm. de cœna Domin. Petr. Cluniac. contra Petrobruſian. & lib. 1. ep. 2. Magiſt. ſent. lib. 4. diſt. 8. Bandinus lib. 4. diſt. 9. Rupert. lib. 16. Com. in c. 6. Ioan. & lib. 2. de diuin. offic. c. 2. 22. 23. & lib. 1. c. 28. & alibi. Richard. lib. de ſacerdotio Melchiſedech. Guil. Signiacen. lib. de Sacram. Altaris. Leo Tuſcus in Liturg. Chryſoſt. Zonaras, Balſamon, Nicetas Choniates diuerſis in locis.

4. *Baptiſmi effectus, neceſſitas, aliena fides, ceremonia.* Magiſt. ſent. lib. 4. diſt. 3. Bandin. lib. 4. c. 3. & ſeqq. Bernar. ſerm. de cœna Domini. Rupert. lib. 10. de diuin. offic. cap. 5. Petr. Clun. lib. 2. contra Petrobruſian. Balſamon in canones Apoſt. & Synodor. Honor. in ſpeculo Eccleſiæ, Zonar. & Nicet. Choniat. in diuerſ. loc.

5. *Pœnitentia & eius partes.* Mag. ſent. lib. 4. d. 14. Bandinus libr. 4. cap. 13. Hugo lib. de conſcientiis. Petr. Cantor. c. 106. Theod. Balſam. ſup.

6. *Claues Eccleſiæ, abſolutio.* Petr. Cantor. cap. 21. Magiſt. ſent. libr. 4. d. 18. Bandinus ibidem. Richardus lib. de poteſt. ligandi & ſoluendi Theod. Balſam. ſup.

7. *Confirmatio, & reliqua Sacramenta, & eorum vſus.* Mag. ſent. lib. 4. Bandin. lib. 4 Hugo libris de Sacramentis. Rupert. libro quinto, de diuin. offic. capite decimo quinto, & ſeqq. Honor. in ſpeculo Eccleſ.

8. *Primatus Sedis Apoſtolicæ.* Bern. ſerm. de S. Ioan. Bapt. & lib. de conſiderat. & ep. 133. 237. 285. Richard. lib. de auctoritate Petri. Potho lib. 1. & 3. de ſtatu domus Dei. Sariſberien. libr. 8. ca. 17. Petrus Cluniac. lib. 6. epiſt. 44. Zonaras & Cedren. in vita Leonis Iconomachi.

9. *Liberum arb. bona opera.* Bernar. tract. de lib. arb. & ſuper cant. ſerm. 81. 82. & alibi. Magiſt. ſent. libr. 2. d. 24. Bandin. ibid. Honor. lib. de prædeſt. & lib. arb. Richar. de ſtatu hom. inter c. 1. 3. Hugo lib. de conſcientiis. Petr. Cluniac. libro 1. de mirac. capite ſexto, Ioan. Saliſberien. libro quinto, capite quarto.

10. *Sanctorum preces, ſuffragia, inuocatio, imagines, reliquiæ.* Bern. mult. ſerm. & in cant. Honor. in ſpec. Eccleſ. Rupert. libr. 4. Com. in Zach. cap. 10. & libr. 7. in Cant. Richardus ſuper Cant. Petr. Cluniacenſis libr. contra Petrobruſian. Zonaras & Nicetas paſſim & alii.

11. *Preces pro defunctis, purgatorium.* Eterianus lib. peculiari de regreſſu animarum ab inferis. Petr. Cluniac. libro primo, de mirac. & libro primo, cont. Petrobruſ. & epiſt. 1. 2. Honor. in ſpec. Eccleſ. & ſerm. de Nativ. Dom. M. ſent. libro quarto, diſt. 20. 21. 45. Rupert. libro ſecundo, in Leuit. capite 42. & in Geneſ. capite trigeſimo ſecundo, Bernard. ſerm.

Digitized by Google

66. in Cant. Tyrius libro decimo octauo, c. 32. Sigebert. ſparſim.
Concilia prouincialia quam plurima.

Imperatores Orientis.

Alexius Comnemus Imp. ann. 38.
Ioannes Comnemus Imp. ann. 24.
Manuel Imp. ann. 38.
Alexius II. Comnem. Imp. ann. 2.
Andronicus Comnem. Imp. ann. 3.
Iſaacius Angelus Imp. ann. 9.
Alexius Angelus Imp. hoc ſeculo ann. 4.

A

Imperatores Occidentis.

Henricus III. Imp. ann. 23.
Henricus IV. Imp. ann. 15.
Lotharius II. Imp. ann. 6.
Conradus II. Rex. Rom. ann. 13.
Fridericus Rex Rom. ann. 3.
Fridericus Imp. ann. 36.
Henricus V. Imp. ann. 7.

Hæretici Petrobruſiani Nouatorum Præcurſores. Henrici, Apoſtolici, Publicani, Patareni, Waldenſes, Albienſes, Agenenſes.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX IN TOMVM SECVNDVM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ: CVIVS PRIMVS NVMERVS ANNVM CHRISTI, SECVNDVS PARAGRAPHVM, TERTIVS VERO PAGINAM INDICAT.

A.

AAron Saracenorum Rex, Carolum Magnum Imp. veneratur, eique pretioſa mittit munera 801. III. 1. & 806. V. 5. Nicephoro Imp. Orient. tributũ extorquet. 805. I 4 Reliquias S. Nicolai violare conatus, meditati ſacrilegii, claſſis amiſſione dat pœnas. 807. I 5. in fin.

Abbates Cardinales in Eccleſia Romana 1057. IV 21.

Abbatiæ in Vrbe quot numero, & quænam illæ? 1057 IV. 21.

Abbo Floriacenſis Abbas in Rhemenſi Pſeudoſynodo viriliter agit pro Arnulpho Rhemenſi Epiſcopo aduerſus Hugonem Regem Franciæ 992 I. II. 154 Robertum Regem ab illicito coniugio abſtrahit 998. I 159. Tumultum litigiorum ſedare cogitans martyrii lauream conſequitur. 1001. VI 167. Clarer miraculis ib. Diuina vindicta in eius interfectorem. ib.

Abrahamius Samoſatenus Epiſc. Conſtantino Imp. Chriſti imaginem non manufactam, aliaque pretioſa donaria offert. 944 II. 128.

Abrincenſe in Anglia Concilium ſub Legatis Apoſtolicis in cauſa Henrici Regis Angliæ 1172. I. 354. Canones eius Concilii ib. III.

Abſalonis Roſchildenſis Epiſcopi in Dania virtutes & laudes 1161 IV 341 Laborat pro eliminanda idololatria ib. Fugit ex Cõciliabulo Aueniõneſi Schiſmaticorũ 1162. IV. 342. Sub interminatione anathematis cogitur ad ſuſcipiendum Epiſcopatum Lundenſem. 1177. VIII. 360.

Abſolutio grauiorum peccatorum Romano Pontifici reſeruata 867. IX. 87.

Abundantiæ Virginis Spoletanæ natalis, & quæ circa eam miracula. 820. IV. 15. Petenti Chriſti imago pomum porrigit. ib. Moritur miraculis clara. ib.

Accuſationes in Sacerdotes quomodo recipiendæ ex decretis Concilii Theodonouillani. 806 IV. 5.

Actardus Namnetenſis Archiepiſcopus Turonicæ Prouinciæ Metropolitanus & Archiep. Cardinalis ab Hadriano Papa II. conſtituitur. 871. IV. 96.

Adalbero S. Vdalrici Auguſtani Epiſcopi nepos, ab eo ſucceſſor eligitur in Epiſcopatu 971. II. 142. In Concilio Ingelheimenſi Epiſcopalem dignitatem ante obitum Vdalrici vſurpare prohibetur. 972. II. 142. Repentina morte obit. ib.

Adalbertus Magdeburgenſium primus Archiepiſcopus creatur. 971. III 142. Diuerſus ab Adalberto Pragenſi ib.

Adalbertus Voicechus Pragenſis Epiſcopus eligitur 980. I. 147. Boemorum pertinaciam & impietatem pertæſus Epiſcopatu ſe abdicat. 983. III. 149. Repetitus à ſuis Pragam redit. Indeque diſcedens pergit in Hungariam 989. I. II 152. Romam reuerſus includit ſe Monaſterio. 990. I. 153. Reuocatur Pragam à Ioanne Pap. 996. VII. 158. De duabus ipſius præſentiis in diſtinctis locis. ib. VIII. Denuo Boemos expertus refractarios, ad Hungarorum & Polonorum conuerſionem incumbit. 997. I. 158 à Pruſſis martyrio coronatus, eius corpus miraculis clarum Boleſlaus Dux æquo auri pondere redimit 997 II. 159 Otto Imp. in eius honorem Eccleſiam extruit in eamque ipſius reliquias transfert. 1000 I. 161.

Adalbertus Comes Bauariæ Hamburgenſis Archiepiſcopus electus, Legatos ad Edmundũ Gothorum Regem deſtinat à quo illi repulſi 1054. XI 206. Gothis & Sueuis Euangelii præcones mittit. ib. & 1056. V. 210. Hamburgenſis Eccleſiæ exitium ſuis vitiis accelerat 1065 II. 225 Dæmoniacum liberat Wormatiæ ib III. Henricum Regem corrumpens, ipſi Regni adminiſtrationem extorquet, vnde in eum turbæ exortæ. 1066. V. 227. Ab Alexandro Papa Legatus ad Danorum reformandas Eccleſias miſſus, illud laudabiliter exequitur. 1067. I. 227 Eius vigilantia in adminiſtratione Archiepiſcopatus 1072. VI. 232

Adalbertus Henrici Imp. Cancellarius, ex ſchiſmatico creatus Moguntinus Archiep. fit acerrimus Eccleſiæ defenſor 1112. VI. 288. In carcerem detruſus ab Henrico dira patitur ib. Liberatus poſt triennium ab Orthodoxis fortiter in Henricum inſurgit; ipſumque in Concilio anathemate ferit. 1115. II 289 Iuſſu Calliſti Pap. in eundem exercitum mouet. 1121. I. 294. Poſt eius obitum à Germanis ad Saxones Imperium occidentale transfert. 1125. IV. 298. Moguntinos à tributo eximit. 1135. VI. 308.

Adaldagus Odincarus anteà vocatus varias prouincias Euangelii prædicatione illuſtrat, & moritur 1000. V. 163.

Adalgarius Presbyter ab Hungaris captus, vinculis diuinitus reſolutis per viſiones cœleſtes ad fugam incitatur. 937. II. 125.

Adaluardus ad Gothos & Sueones conuertendos miſſus maximis illuſtratur miraculis 1054 XI 206. Eius prædicationes & obitus. ib.

Adaluardus Iunior itidem Gothorum Apoſtolus. 1054. XI. 206, maximã Gothorum multitudinem Chriſto lucratus & Scarenſi Eccleſiæ Præfectus moritur. 1056. V. 210.

Adami Poetæ Chriſtiani obitus & Epitaphium. 1153 IV. 329.

Adelmannus Brixienſis Epiſcopus Berengariũ ab inchoata hæreſi dehortatur. 1004. III. 168.

Adelphonſus vide *Alphonſus*.

Adleida Henrici III. Imp. coniunx ab eo repudiata & in lupanari proſtituta confugit ad Mathildam Comitiſſam, & Vrbanum Pp 1093 I. 262. In Conſtantienſi & Placentina Synodis iniurias ab Henrico Imp. ſibi illatas complorat. 1094. I. 262. & 1095. I 263.

Adulphus Angliæ Rex à Leone voto Eccleſiaſtico ſolutus ducit vxorem. 847. IV. 56.

Æditha Regina Othonis Magni Vxor ſanctitate & miraculis celebris moritur 947. III 129.

Ælfegus Wintonienſis Epiſcopus prophetia & miraculis clarus moritur. 947. II. 129.

Æſchilli Nordans Kochenſis Epiſc. res geſtæ, miracula, martyrium & elogia. 1063 V. 222.

Agapitus II. creatur Romanus Pontifex 946. I. 128 Othonis Germaniæ Regis auxilia aduerſus Berengarium Tyrannum implorat 950 I 130. Moritur 955. I. 131.

Agareni Arabes. vide *Saraceni*.

Agnes Imperatrix Henrici Imp. coniunx, Henrici filii curatione priuata Romam deuotionis cauſa petit. 1062. VI. 220 Ipſa egeſtate afflictam conſolatur Petrus Damiani 1063 III. 222. Mittitur à Gregorio Pp ad Henricum filium corrigendum. 1074. I. 236. Moritur. 1077. XI. 244

Albericus Marſorum Epiſcopus diuina vltione perit. 995. II. 156.

Albericus Tuſculanus Comes Pontificatus Romani ius ſibi arrogat. 1033. II. 187.

Albericus Oſtienſis Epiſcopus Cardinalis Legatus Innocentii Pap. in Londonienſi Concilio Theobaldum ex Abbate Beccenſi Archiepiſcopum Canthuarienſem creat. 1138. VI 311. Mittitur Legatus ad reprimendos Petrobruſianos hæreticos 1147 VIII IX. 322.

Alberti Agricolæ peregrinationes, obitus & miracula. 1190 IV 373.

Albertus Bergomenſis fit Monachus Cluniaci, & poſtea Pontidenſis Abbas. 1095. VIII 265. Eius obitus. ib.

Alberti Laudenſis Epiſcopi natalis prophetia illuſtris, eius vitæ inſtitutum, in pauperes munificentia, & obitus. 1113. V. 296.

Albienſes hæretici à Manichæis exorti innoteſcunt. 1176. III. 357. Impia eorum dogmata ib. Damnantur in Concilio. ib 358 Iterum hæreſeos conuicti partim conuertuntur partim à Legatis ſedis Apoſt excommunicantur. 1178 III. IV. 361. Damnantur in Concil. Lateran. 1179 I. 361.

Alcuinus ſiue Albinus Abbas Turonenſis quando obierit. 804 IV. 4.

Aldricus Cenomanenſis Antiſtes appellat ad Rom. Pontificem 839. I. 43.

Aldredus Eboracenſis Archiepiſcopus Guilelmum Angliæ Regem inaugurat. 1066. I. 226.

Alexander Baſilii Macedonis Imp. filius Cæſar creatus imperat in Oriente poſt Leonem Sapientem fratrem, 911 II 117. Relegato in exilium Euthymio Patriarcha Conſtantinopolit. reuocat Nicolaum ib. Turpis ipſius interitus & blaſphemiæ. 912. II 117.

Alexander Papa II. à Romano Clero abſque Henrici Imp. conſenſu ex Epiſcopo Lu-

[illegible] 1061 I 217. Eius Legationes in Angliã & Gallias 1062. III. IV. 220. Aliæ ipſius res geſtæ ib VII. Quid egerit in cauſa Florentini ſchiſmatis 1063 I. II 221. Côcilium Mãtuæ celebrat pro electionis ſuæ confirmatione 1064. IV, 223. Alia aduerſus Clericos concubinarios & Simoniacos 1065 I. 215. Reprehenditur à Petro Damian. ob frequentes excommunicationes ib. Aliæ eius curæ Paſtorales 1068. I 218 Henricũ Regem excommunicationis interminatione à diuortio cohibet. 1069 I 218 Bambergenſem & Moguntinum Archiepiſc. Romam vocat ob Simoniã 1070. I. 229. Legatos in Angliam deſtinat ad VVintonienſe concilium celebrandum. 1070 III. 229 Lucenſis Epiſcopi titulum adhuc retineus, curat eam Eccleſiã ib. V. 230. Æger potione aquæ ablutionis manuũ Ioannis Lucenſis Monachi ſanatur ib. Caſſinenſem Eccleſiam celeberrime dedicat. 1071. II 231. Apocryſarium Conſtantinopolim ad Michaelem Imp. mittit. 1072. I. 231. Audit accuſationes Archiepp. Germaniæ in Henricum Regem. ib II. Henricum Romam ad dicendum cauſam citat. 1073. I. 233 Alia eius facta & obitus ib. II.

Alexander III creatur 1159. V. 334. Eius virtute ib Octauiano Antipapa contra eum electo, ipſe cuſtodiæ mancipatus ab eaq; liberatus conſecratur, atq; Octauianum excommunicat. ib. VI 335 Arrogantiæ arguit Fridericum Imp. abſq; conſenſu ſedis Apoſtolicæ concilia indicere præſumentem ib. VII, 336. Agnoſcitur legitimus Pontifex ab omnibus aduerſus Octauianum ib IX. XI. & 1160 V. 338 Eius fœlix & legitima electio. ib. X Damnatur in Conciliabulo Papienſi, & approbatur Octauianus 1160. II 338. Fridericum & Octauianum eorumq; complices excommunicat ib IV Retorquet in eum anathema à Friderico in Conciliabulo Laudenſi 1161. III 341. Mittit Legatos in Germaniam & Italiã pro vniendis Epiſcopis. ib. I Profectus in Gallias ob tumultum Senſimaticorum Saracenorum Principis legatione honoratur 1162. I. 342. Dolo Friderici Imp. in maximis anguſtiis cum Ludouico Franciæ Rege conſtitutus diuinitus per Henricum Angliæ Regẽ eximitur. ib. II In concilio Turonenſi Octauianum illiusq; ſequaces anathemate ferit 1163 I. 342. Interpellatus ab Henrico Angliæ Rege contra Thomam Cãtuarienſem occaſione conſuetudinum regiarum, quid egerit 1164 IV. 341 Thomam Archiepiſcopatu ſe abdicantem reſtituit ib. V 344 Mortuo Octauiano Antipapa rogatus Romam redit ib IX. 345. Contra eundem eligitur in ſedẽ Guido Cremenſis ib. VIII. Honorifice à Romanis excipitur. 1165 II. 346 Idem Guido ſtabilitur à Friderico cum iuramento 1166. II. 346. Accipit legationem à Manuele Imp Orientali pro repetendo Imperio Occid. & vnione Eccleſiæ, ipſeque ad eundem Legatos deſtinat. 1166. VII. 347. Romæ obſeſſus à Friderico fuga elabitur 1167. I. 348 Henricũ Regem Angliæ & Thomam Cantuarienſem reconciliare ſatagit. 1168. I. 249. Fridericum Imp excommunicat & deponit ibid II. Iterum agit pro Thoma Cantuar contra Henricum. 1169. I II III. 350. Excommunicationis comminatione terret Henricum Angliæ Regem, & Thomæ pacem reſtituere cogit. 1170. IV. VI 351. In Anglicanos Epiſcopos cenſuram Eccleſiaſticam diſtringit ibid VII. 352 Diuerſas legationes accipit de nece Thomæ Cantuar eiuſq Occiſores anathemate percellit 1171 I. 353 Mittit Legatos in Angliam ad pœnitentiam Regi Angliæ iniungendum. 1172. I 354. Thomam Cantuar. SS. Martyrum catalogo inſcribit 1173 I 355 Fraudulenter ei pax offertur à Friderico. 1175. II. 356. Militum S Iacobi viuendi regulam confirmat. ibid V. 357. Itemque primatum Eccleſiæ Toletanæ ibid. VII Sermo de pace rogatur à Friderico 1176. II. 357. Epiſcopos Anglicanos à Conſiliis Regis auocare cogitat. ibid. V 358. De pace inter ipſum & Fridericum Imp inita & firmata, narratio 1177. I. & ſeqq. 358. & ſeqq. Fridericum Venetiis ab anathemate abſoluit ibid II Roma diſcedens, Bononiam a Guillelmo Siciliæ Rege deducitur ibid. I Pro confirmatione pacis Concilium celebrat Venetiis 1177. VI. 360. Accipit Legationem à Pretiano Iudorum Principe, eidemque reſcribit ib. Donatus Bertinorienſi Comitatu nouam diſcordiæ cauſam dat Friderico ib. VII. Reuerſus Romam Ioannem Antipapam benigne ſuſcipit 1178. I. 361. Celebrat Lateranenſe Concilium generale 1179 I 361. Confirmat conſtitutionem Caſimiri Ducis Poloniæ aduerſus barbaros Polonorum mores 1180. III. 365. Alphonſum Ducem Portugalliæ Regio ornat diademate 1179. VI. 362. Probat ſpiritum cuiuſdam Propheteſſæ 1180. V. 363 Claſſicum intonat pro expeditione in Terram S. ibid VII. 364. Guillelmum Regem Scotiæ excommunicat, regnumque interdicto ſupponit ib VI Eius decretalis de reliquiis & veneratione SS. 1181. II. 364. Moritur ib. V. Viſio de eius ſaluatione ib.

Alexandria ciuitas ab Alexandro Pap. III. nomen ſortita in Longobardia ædificata offertur tributaria D. Petro 1168. III. 349. Obſeſſa à Friderico Imper. ope D. Petri liberatur. 1174. III 355 & 1175 I. 355. Ornatur Epiſcopatu ab Alexandro Papa ib 356.

Alexius Conſtantinopolitanus Patriarcha creatur ex monacho. 1025. I. I. 181. Depoſitionem eius machinantes quomodo repreſſerit. 1036. I. 190. Moritur. 1043 II. 193.

Alexius Comnenus pulſo Nicephoro Botoniate Imperium Orientale arripit 1080. VIII. 250. Vincitur in Thracia à Roberto Northmannorum Rege 1081 IV 250. Pœnitens de Eccleſiarum expilatione, promulgat bullam auream aduerſus ornamentorum Eccleſiaſt. raptores 1082 III. 253. Pecuniam Henrico Regi aduerſus Robertum Regẽ ſuppeditat. 1084. I 254. Petit abſolutionem ab Vrbano Pp. 1089. II. 260 Legationem ad Synodum Placentinam deſtinat, pro paranda expeditione in Terram Sanctam 1095 I. 163 Eius perfidia in Orthodoxos 1098. I. 270. Mittit Legatos ad ſedem Apoſt pro corona Imperii Occidentalis aduerſus Henricum ſchiſmaticũ 1112. VII 288. Moritur 1118. VIII. 291. Eius laudabile ſtudium in decretis fidei colligendis, & fouendis viris doctis ib X. XI.

Alexius alius Comnenus filius Manuelis adhuc puer Imperator Orientis factus, ſtrangulatur ab Andronico Tyranno. 1183 VI 366.

Alexius alius falſo aſſertus Imp Orient. inuadens illud miſere affligit, ſed mox ſcelerum dat pœnas 1193. IV 378.

Alexius Angelus redacto in Ordinem Iſacio Angelo arripit Imperium Orient 1195. IV. 380

Alferii Salernitani Abbatis Cluniacenſis primordia, progreſſus, miracula & obitus 1098 V. 270

Almaricus Balduini Hieroſolymorũ Regis frater illi in regno ſuccedit. 1163. III. 343.

Aloara Pandulphi Capuani Ducis coniunx moritur 991 IV. 154 Pœnitens de ſuis homicidiis filiorum ſuorum interitũ ex prædictione S. Nili cognoſcit. ib. V.

Alphonſus Magnus Rex Galæciæ creatus theſauros ſuos in pauperes & Eccleſias erogat 861. VIII 74. Celebrat côuentũ pro dedicatione Eccleſiæ Côpoſtellanæ. 876. VI. 99. Crucem aureã Eccleſiæ Ouetanæ donat 878 X. 102. Fœdus percutit cum Saracenis 884. III. 105. Vincit eoſdẽ 906. I 116. Eius laudabile factum 908. II. 116. Iterum de Saracenis triumphat, & moritur. 912. VIII. 118.

Alphonſus IV. Rex Hiſpaniæ ſponte ſe abdicans, regnum iam factus monachus repetit, ideoque excæcatur à Ramiro ſucceſſore. 927 II. 122.

Alphonſus V. Legionenſis Rex inſignis pietatis in Eccleſias à Saracenis in prælio interficitur. 1027. IV. 183

Alphonſus VI. Ferdinandi Hiſpaniæ Regis filius à fratrib. regno exutus, atq; à Maurorum Rege fideliter ſuſceptus, diuinitus in regnũ reſtituitur 1070. VIII. 230. Eius legatio ad Gregoriũ Pap pro reformatione morũ in Hiſpania 1076. XI 242 Toletanã Vrbem è manib Saracenorũ recuperat 1085 VII. 255. Perturbatur moribus à Bernardo Epiſc concitatis ib. Cogitat de ſumendo habitu Cluniaci 1095 III 262. Corripitur ab Vrbano Pp. de Pelagio Côpoſtellano Epiſc carceri mancipato 1098. IV. 170 Moritur præcedentib ſignis 1109. II 183 Bernardus Toletanus Epiſc. ab eo in exilium eiectus ib VI VII

Alphonſus VII Rex Hiſp. ſuis flagitiis Caſtellanis exitium accelerat 1195. V. 380

Alphonſus Aragonum Rex ob initum ſibi illicitum coniugium viuens cum pellice diuina vltione interit 1109 I. 281.

Alphonſus Tberaſiæ filius impietatis in matrem ſuam diuinitus dat pœnas. 1060. VII 217.

Alphonſus I. Luſitaniæ Dux acclamatur. 1139. VI 3 2 Portugalliam ſedi Apoſtol. vectigalem facit. 1144. III 317 Augetur Regio titulo ab Alexãdro III. 1179. VI 302.

Alphonſus alius Impoſtor Aragoniæ Regem ſe iactitans laqueo præfocatus tentieriatis dat pœnas 1162. VI. 342

Altinenſis Synodus in cauſa cæſi Ioannis Patriarchæ Gradenſis. 802 IV. 2

Amalarius Fortunatus conſcribit libros de Officiis Eccleſ. ideoq; Legatus mittitur ad Gregorium Pp. 831 II. 2[illegible]1.

Amati Nuſcani Epiſc. primordia, progreſſus, obitus & miracula. 1193 V 3[illegible]8.

Amundus Sueciæ Rex ob idololatriam regno ſe abdicans reuocatur, iterumq; depulſus pie moritur 1070. X. 231

Anachoretarum Monachorum reſtitutor & propagator Romualdus Rauennas 974 II 144.

Anacletus Antipapa vide *Petrus Leonis*.

Anaſtaſius III creatur Romanus Pontifex 910 I. 117. Ticinenſi Eccleſiæ præclara confert priuilegia ib. Moritur 912 I 117.

Anaſtaſius IV creatus Rom Pont. ex canonico Regulari moritur 1154 I 329.

Anaſtaſius Cardinalis tituli S Marcelli in Concilio Romano depouitur 853. III. 61. Pſeudopapa introducitur in ſedem Apoſtolicam, iterumque expelli tur. 855 V 64.

Anathema vide *Excommunicatio*.

Anconitani ob defectionem excommunicati à Nicolao Papa. 1060. I. 216 Scribit pro iis Petrus Damianus ib.

Anſteas quidam Romanus mortuus ad vitam reuocatur & ope S Cæſarii ab Inferis liberatur 1070 II. 229.

Andreæ Parienſis impii miraculoſa conuerſio 1149 IV. 125 Fit Monachus ex prædictione D Bernardi ib. 326.

Andronicus ſtrangulato Alexio puero Imperium Orientale tyrannice inuadit 1183 VI 366. Diriſſime graſſatur in Latinos Conſtantinopoli ib. VII, VIII. Horrendam eius crudelitatis & ipſe vindictam experitur pœnitensq; interit 1185. IV 368 Quædam ipſius laudes ib. V. 369

Angelus in Hiſpaniis pro Chriſtianis contra Saracenos pugnat. 988 I 152.

Angelos malos mundum creaſſe aſſerit Baſilius Medicus 1118 IX 291.

Angelorum ductu victi Saraceni in Hiſpania 938 I 125. & 998. II. 159 Barbari a Caſimiro. 1045 I. 195.

Angelus crucẽ collocat ſuper tyrannidẽ matris Soldani Iconii 1169. VI 350. Alius Benedictum puerum Auenionem ad pontẽ conſtruendum ducit 1177 XI 360.

Anglia quæ olim Britannia in vectigalis ſedi Apoſtol. 847 VI 56. Inuaditur a Danis & miſere affligitur 870. V. 93 & 874. III.

98. Libe-

98. Liberatur ab Elfrido eorum Rege 878. X 102. Nobilitatur viris doctis ib. Collectam indictam Romano Pontif. mittunt. 888. III 108. Immani clade ea Danorum dira perſecutione afficitur. 1011. III. 172. Ab eorum iugo liberatur, omnibus Danis vna condicta die cæſis 1012 II. 173. Grauiſſimis ſeditionib. & turbis concutitur à fratribus Richardi Regis 1191. IV. V. 575.

Angli vincunt Northmannos per Alanum Regem 890. IV. 109. Plurimi eorum cæduntur à Saracenis 921. III. 120. Barbari ipſorum mores 1073. VIII. 214.

Anglicanũ Conciliũ pro pace Franciæ 894. I. 110. Sub Dunſtano Cantuarienſi Archiepiſc. contra incontinentiam Clericorum. 970. II. 140. Aliud pro electione Eduardi Angliæ Regis 975. V. 145. Generale in cauſa primatus Cantuarienſis Archiepiſcopatus 1072. II. 251. Sub Lanfranco pro reformatione morum 1075. IX. 240. Contra Anſelmum Epiſc. Lucenſem 1095. VI. 265. Sub Richardo Archiep. Cantuar. pro Eccleſiaſtica diſciplina. 1175 III. 356.

Aniciense concilium in Gallia pro Innocentio II. contra Petrum Leonis Antipapam. 1130. VI. 303.

Animæ quorundam impiorum ad Inferos raptari viſæ à dæmonib. Pandulphi Capuani Principis 1038 I. 191. Benedicti IX. ſedis Apoſtolicæ inuaſoris 1054. VIII. 205. Clerici Concubinatu 1100. VI. 274. Schiſmatici 1130. VIII. 303. Guarini ſacrilegi 1136. II. 309. Cuiuſdam auari in Gallia 1180. V. 363.

Anima S. Henrici II Imp. in cœlum ferri viſa 1056. I. 209 Alexandri Pap. III 1181 V. 364. vide *viſio*.

Anno Archiepiſc. Colonienſis electus Henrico Imp. mortẽ prænũtiat. 1055. VII 208. Henricum Iun. Regem in tutelam & educationem ſuſcipit 1062 I. 219 Cadaloum Antipapam damnat in Concilio Germanico. ib. II. Mittitur à Rege Romã ad inquirendũ de electione Alexandri Papæ & tollendum ſchiſma Cadaloicũ. 1064. III. 223. Romã vocatus ab Alexandro, diſcedens S. Cæſarii brachium miraculis coruſcum Coloniam transfert 1070. I II. 229. Regni adminiſtratione ſe abdicat. 1071. I. 231. Moritur miraculis clariſſimus 1075. VII. 239.

Annunciationis D. Virginis feſtum quo anni tempore celebrandum ex ſtatutis Conciliorũ Italicorum & Gallicorũ. 1004. I 168.

Anſelmus Lucenſis Epiſc. inueſtituram ab Henrico Rege accipere renuit. 1073 IX. 234 Mathildem Comitiſſam præclare inſtruit, ipſe virtutib. ornatiſſimus 1074. III. 236. Rebellant ei Canonici ob diſciplinæ Eccleſiaſticæ reformationẽ ib. VII. VIII. ſtylo perſtringit Guibertũ Antipapã pro defenſione Gregorii VII. 1080. IV 249. Mittitur Legatus à Gregorio ad ſchiſmaticos vniendos Eccleſiæ 1084. III. 255. Mitra Gregorii Papæ Vbaldum Mantuanum Epiſcopum ſanat. 1085. VI. 181. Moritur & miraculis illuſtratur 1086. III. 257. Eius ſcripta ib.

Anſelmus alius Cantuarienſis Epiſcopus eligitur 1093. IV. 262 Scribit librum de incarnatione Domini 1094. IV. 263. Quid in eum machinatus Rex Angliæ & Epiſcopi 1095. VI. 265. Obtinet pallium ab Vrbano Papa ib. Confutat Græcos in Cõcilio Barenſi de proceſſione Spiritus S. 1097. Mortuo Guillelmo Angliæ Rege ab exilio per Henricum reuocatur 1100. VIII. 275. Iterum agit contra inueſtituras Laicales ib. Conſulit de iis Paſchalem Pp contra Henricum Angliæ Regẽ 1101. I. 276 Concilium Londonis celebrat 1102. III. 273. De inueſtiturarum controuerſia Romam miſſus à Rege omnib. bonis ſpoliatur, & Archiepiſcopatu exuitur. 1103 II. 279. Aliud concilium Londonis celebrat in cauſa inueſtiturarum 1108 II. 283. Eius obitus 1109. IX. 284.

Anſgarius monachus Corbeienſis Danorum Apoſtolus dictus ob eam gentem conuerſam 826. III. 31. Primus Hamburgenſium Archiepiſc. creatur 832. III. 36. Eius primordia, progreſſus, pietas, legationes, res geſtæ & obitus ib. IV. & ſeqq. 37. 38. ſucceſſorem ſuum S. Rembertum prædicit. 832. X. 39. Legatus ſedis Apoſtolicæ cum ſucceſſoribus conſtituitur. 838 I. 66. Obit. 865 IV. 83.

Antichriſti aduentus circa annum Chriſti milleſimum vana aſſertio ex corruptis eius ſeculi moribus exorta. Confutatur ab Abbone Floriacenſi. 1001. I. 164.

Antiochia à Crucesignatis recuperatur è manib. Saracenorum. 1098. I. 270.

Antipapa, vide *Romana Eccleſia ſchiſma*.

Antonius Conſtantinopolit. Patriarcha magnæ ſanctitatis moritur. 890. V. 109.

Antonius Studites Conſtantinopolit. Patriarcha creatur aduerſus Baſilium 975. ſponte ſe abdicat. 976. I. 145. Moritur 981. I. 148.

Antonii Magni Abbatis reliquiis Viennam in Gallias tranſlatis igne ſacro tacti curantur atque in ipſum peierantes in vindictam illo corripiuntur. 1089. VII. 260.

Apoſtolici hæretici quando emerſerint 1147. XII. 352. A Manichæis prodierunt. ib Eorũ dogmata, turpitudines & hypocriſis ib.

Apparitio vide *Viſio*.

Appellationẽ ad ſedem Apoſtolicam confirmat Gregorius Papa I V. 839. I. 41. Ex Sicilia eam non faciendam Hadrianum Pap concedere cogit Willelmus Rex 1156. II. 331. Iuribus appellationum renuntiare ne quidem ipſi Pontif. poſſunt. 1156 IV. 332.

Appellationes abrogare conatur Henricus Rex Angliæ 1144. IV 344. & 1166. V. 347. Sed paulo poſt ipſemet appellare cogitur. 1167. IV. 349.

Apulia Romanæ Eccleſiæ propria à Nicolao Pp. ſub annua penſione Northmannis in feudum conceditur 1059. VIII 215.

Aqua ablutionis manuum ſanatur Alexander Papa II. 1070. V. 230.

Aqua Calicis vitrum mutatur in Chriſti ſanguinem. 1188. VII 371.

Aquiſgranum reliquiæ SS. Martyrum Marcellini & Petri ab Eginhardo Abbate Roma transferuntur miraculis claræ. 826. II. 30. & 827. I 33. & 828 I 33.

Aquiſgranenſe Concilium de proceſſione Spiritus S. & quid in hac cauſa Leo Papa. 809. IV. 9 Conuentus ſub Ludouico Imp. pro confirmatione iurium Eccleſ. Rom. 817 II 20. Sub Lothario in cauſa Regum Franciæ 842. I. 44 Concilium in cauſa repudiatæ Vxoris Lotharii Regis 862. V. 75. Sub Leone IX. pro diſciplina Eccleſiaſt. 1049. IV. 199.

Aquitanica Concilia, vide Sub propriis locorum nominibus, vbi ea celebrata ſunt.

Arabes vide *Saraceni*.

Aragonii Mauros miraculo deuincunt Enrico Duce 912. VI 118 Officium Romanum in Eccleſiam recipiunt. 1074 X. 238.

Aragonenſia Concilia ſub propriis locorum nominibus.

Ardericus vir magnæ æſtimationis ob nouitates à Catholicis reiicitur. 1053. VIII 203.

Arduini vitæ inſtitutio & progreſſus 1009. IV. 171.

Arelatenſe Concilium ſub Carolo Magno 813 III 13. Sub Vrbano Pont 1096. I. 265.

Arialdus Mediolanenſis Epiſcopus immani martyrio afficitur à duobus clericis Nicolaitis 1066. III 226. Miracula de ipſius cadauere ib.

Armeni varios errores in religione contrahunt 863 X. 79. Reſipiſcentes per Legatos Sedi Apoſtolicæ ſe ſubiiciunt. 1141. V. 319 Cæleſti viſione roborantur ad Romanam fidem amplectendam ib. Eorum ſupremus Epiſcopus dictus Catholicus ib.

Arnaldus hæreſiarcha à Petro Caſtello Præfecto Rom. mortis ſupplicio vna cum filio condemnatur 1112 IX. 288.

Arnaldus alius Brixienſis Clericus itidem hæreſiarcha innoteſcit 1139 III 312. Eius mores & delitia. ib Examinata ipſius cauſa in Concilio Rom. ipſe damnatur ibid. Scribit de eo S. Bernardus ad Guidonem Cardinalem & Epiſcopũ Conſtant. 1140. I. 312. 313. Anathemate percellitur ab Innocentio ib. III. Romam reuerſus abſente Eugenio Pp. contra eum ſeditionem & turbas excitat. 1145. IV. 318. & 1155. I. 330.

Arnaldiſtæ, vide *Romani*.

Arnoldus Baioariæ Dux victus ab Hugone Rege moritur & impius iudicatur. 932. I. 123.

Arnoldus Moguntinus Archiep. Schiſmaticus immaniter à ſuis ciuibus trucidatur, & canib. dilaniandus exponitur 1160. VI. 338

Arnulphus Marchio Flandriæ per Gerardum Bronienſem Epiſcopum à calculo liberatur 959. I. 133.

Arnulphus Carolomanni filius ſucceſſor Caroli Craſſi, vocatis in ſubſidium Hunnis Germaniam & Gallias affligit 889. I. 109. à Formoſo Pap. inauguratur, & qualis ea inauguratio 896. I. III. Eius flagitia & fœdus exitus. 899. I. 112.

Arnulphus Lotharii Regis filius Rhemenſis Archiep. proditionis Rhemenſis ciuitatis falſo accuſatus ab Hugone Rege in Pſeudoſynodo deponitur 990 III. 153. & 991. I. II. 153. & 992. I. II. 154 Pulſo Gerberto per Ioannem Pp. honorifice in ſedem reſtituitur. 995. I. 156.

Arnulphus Cremonenſis Epiſcopus Simoniacus excommunicatur à Gregorio Pp. 1078 III. 141.

Arnulphus Sueſſionenſis Epiſcopus ex monacho clarus miraculis & ſpiritu prophetiæ ſancto fine decedit 1087. VII. 258. Berthæ Reginæ Philippi Regis Galliarum coniugi ærumnas prædicit. 1094. II 261.

Arnulphus Hieroſolymitanus Patriarcha creatur 1111. VIII. 282 Perturbat quietum Eccleſiæ ſtatum 1113. I 289 Ideo in Concilio Hieroſolymitano depoſitus fraudulenter appellat ad ſedem Apoſtolicam, à qua in Patriarchatum ſuum reſtituitur. 1115. IV. 290. Moritur 1118 VII 291.

Arnulphus Lexouienſis Epiſcopus ſcribit ad Cardd de Felici electione Alexandri III. contra Octauianum Antipapam. 1159. X. 336. Fortiter pro Alexandro agit apud Principes & Reges 1160. VII. 339. Epiſcopatu ſe abdicans monachum induit. 1181. III. 364.

Arnus Zeburgenſis Epiſcopus miraculis claret 892 II 110.

Artaldus Rhemenſis Archiep. creatur à Ioanne Pp. X. contra Hugonem quinquennem puerum 931. I. 124 Deponitur 941. I 127. Iterum Sedem repetit contra Hugonem 947. I 129 Moritur 962. II. 135.

Ataulphus Compoſtellanus Epiſcopus falſo accuſatus miraculoſe coram Rege ſe purgat 850 II. I 59.

Athanaſius Neopolitanus Epiſcopus creatur 850 II. 59 eius ærumnæ & calamitas 871. III. 97. Sergium Ducem fratrem capit, eundemq; obcæcat, eundem excæcat. 877 I. 100. Fœdere icto cum Saracenis ipſe quoque crudelitatem aſſumit, vnde à Ioanne Pp excommunicatur. 881 I 104. Eius afflictiones & obitu 885. V. 108.

Athenulphus Caſſinenſis Abbas Græcorum coniurationis architectus fugiens copias Peregrini Archiep. Colon. perit naufragio 1022 I 179.

Auaritia Reghineri Miſnenſis Epiſcopi terribili caſu diuinitus vindicatur 1066. IV. 227. Alius in Gallia punita damnatione ad inferos 1180. V. 363.

Aueniouenſis Synodus ſub Legato Sedis Apoſt pro electione Hugonis Gratianopolitani Epiſcopi 1080. VI 149.

Aueniouenſis pons in Rhodano à Benedicto puero diuinitus admonito miraculoſe extruitur. 1177. XI 360.

Auguſtanum Concilium in Germania ſub Ottone Rege 832. I 130.

Aureliũ ciuitas incendio conflagrat 888. VI. 109. Theſauri illis inuenti ib.

Azymorum vſus in Eccleſiam Rom. receptus damnatur à Michaele Conſtantinopolit. Patriarcha. 1054. II 104.

B

BAlduinus Hieroſolymorum Rex Regiones à Saracenis occupatas Danorum adiu-

mento recuperat. 1111. X. 287. Accipit literas Paſchalis Papæ de limitibus Eccleſiarum 1113. I. 289. Repudiata legitima coniuge pellicem ſuperinducit ibid. II. Pœnitens eandem repellit, & priorem legitimã reuocat. 1117 V. 290. Moritur 1118. VII. 291.

Balduinus de Burgo ſuperioris affinis itidẽ Rex Hieroſolymorum 1118. VII. 291. Ope S. Crucis inſignem de Turcis victoriam reportat. 1120. III. 293. Captus ab iiſdem Venetorum auxilio liberatur 1123. II 295.

Balduinus puer annorum 13. Hieroſolymitanum Regnum capeſſit ſub tutela Meleſendis matris 1142. II. 314 Eius exercitus virtute S. Crucis hoſtium periculis eripitur. 1144 V. 317. Moritur in religioſo habitu. 1151. VII. 305.

Bamberga facta tributaria Sedi Apoſtol. 1019. I 178. Exſoluitur ab Henrico Imp. permutatione Beneuenti ibid. & 1053. I. 101.

Bambergenſis Eccleſia erigitur in Cathedralem 1006. I. 169.

Bambergenſe Concilium in Encæniis 1011. I. 172. Aliud pro confirmatione amicitiæ inter Henricum & Calliſtum Papam 1122 III 295.

Baptiſmum negarunt Manichæi 1017. I 176. Eum paruulis ante vſum rationis collatũ ad ſalutem prodeſſe negauit Berengarius 1035 I. 189. Petrus de Bruis 1126. VI. 299. Henriciani 1147. VI. 321. Apoſtolici ibid. XII 322.

Baptiſmum Eccleſiæ non Chriſti, ſed S. Ioannis eſſe aſſeruerunt Baſilius Medicus & Bongomili 1118. IX. 291.

Baptiſmo ingenuus fœtor à barbaris pueris depulſus. 1145. V. 319 & 1148. XIV 325

Baptizari neminem niſi ſaluandum docuit Gilbertus Pictauienſis 1147. V. 321.

Baptiſmus Agarenorum in corporis tantum medicinam, abſque animo fidem amplectendi nullus iudicatur à Luca Patriarcha Conſtantinopoli. 1148. XIV. 325.

de Baptiſmo quid ſtatutum in Concilio Caſſelenſi 1171. II 353.

Barba S. Petri Apoſt. in pagum G. ſedit tranſlata ingentibus claret miraculis 922 II. 121.

Barbarorum Gentiũ conuerſiones vide *Fides*.

Bardanes Turcus ex Prætore Orientalium aduerſus Nicephorum Imperator acclamatus, ſe abdicat, & à Nicephoro excæcatus fit Monachus 803. I. 3.

Bardas Cæſar Theodoræ Aug. frater Michaeli Imp. auctor eſt perditiſſimæ vitæ. 854 III 62. Excommunicatus ab Ignatio Patriarcha Conſtantinop ob inceſtuoſum coniugium Sede eum pellit, intruſo in locum Photio 858. V 68. Scholas reſtituit in Oriente 859 IV. 69. Acerrimas minas in viſione accipit à B. Petro Apoſtolo ob exagitatum Ignatium & Photii intruſionẽ. 867 IV 85. Trucidatur à Baſilio Macedone iuſſu Michaelis Imp & fruſtatim conciditur. ib.

Bardas Sclerus Præfectus Orientis Tyrannus inſurgit aduerſus Baſilium & Conſtantinum Aug. maximiſq; calamitatibus diu affligit Imperium 976. IV. 85.

Barenſe in Apulia Concilium pro vnienda Eccleſia Orientali & Occid. ſub Vrbano Pp. II 1097 I. 265. Pſeudoſynodus ſub Petro Leonis Antipapa 1131 I 304.

Baronianæ familiæ antiqua monumenta Soræ 1010 III 185.

Bartholomæi Apoſtoli reliquiæ à Fidelibus Beneuentum delatæ 840 IV 43 Integrum eius corpus abſque pelle inuentum Romæ 1157 IV. 341.

Baſileenſis Pſeudoſynodus ſchiſmaticorum pro confirmatione Cadaloi Antipapæ. 1061 II 217.

Baſilicæ vide *Eccleſia*

Baſilius Macedo Cubiculi Præfectus ob necatum Bardam Cæſarem à Michaele Imp. in Imperium euectus, eum quoq; interficit 867 IV 86. Electo Photio intruſo Ignatium Patriarcham Conſtantinop. in ſedem reſtituit 867 V 86 E imperio renuntiata de cæde Michaelis, & ad Nicolaum Papam legatio 868. V. 89. Conſtantinum filium in Imperium adſciſcit ib. Eximiæ eiuſdem in Concilio Oecumenico Octauo humilitas. 869. XI. 93 Mittit Legatos ad Hadrianum Pp. pro obtinenda Bulgaria 871. I 96 Alios cum muneribus ad Ludouicum Regem Germ. 872. V 97. Remedia aduerſus Photianos petit à Pontifice 877. IV. 100 A Photio ſeductus eum Sedi reſtituit magno cum ſuo damno 878. III. 101 Diuinam vindictam experitur ex morte Conſtantini filii ib. VII Decipitur præſtigiis Santabareni 879 VI 102. Sugillat Marinum Papam, ſed confutatur à Stephano 885 I. 104. & 885. II 105. Obit 886. I. 106. Eius præclara geſta & literæ monitoriæ ad Leonem filium Imp ib. II. & ſeqq. Scripta ib. Eximiæ eius victoriæ. 885. VI. 107. Et liberalitas 968 III. 138.

Baſilius Scamandrenus ex monacho Conſtantinop. Patriarcha creatur. 970 I 140. Deponitur in Concilio Conſtantinopol. 975 IV 141.

Baſilius Romani Imp. filius cum Conſtantino fratre Imperator. 975 III 145. Per nuptias filiæ Argyrii Venetos ſibi deuincit. 998. VI 160 Moritur 1025 III 181.

Baſilius Medicus Bongomilorum nefandiſſimæ ſectæ Architectus comburitur 1118 IX. 291 Eius impia dogmata & ignis ſupplicium ib.

Baſiliſcus venenatus ſerpens Romam infeſtans precibus Leonis Papæ IV. extinguitur 847. III. 56.

Baugenciacenſe in Gallia Concilium pro diuortio Ludouici Franciæ Regis cum Eleonora coniuge 1151 II. 327.

Bela Hungariæ Rex ſeditionem gliſcentem aduerſus religionem Chriſtianam compeſcit 1066. V 227.

Bela alius itidem Rex Hungariæ creatur. 1151 VII. 305.

Bella Romanorum Pontif. aduerſus Rom. Eccleſiæ hoſtes ſuſcepta. A Leone Papa Nono 1053. II. 201. Gregorio Septimo 1074 IX. 237. Calliſto Secundo. 1120 I. 294 Honorio Secundo. 1127 I 300 Innocentio Secundo 1137 IV. 310. Hadrianus. Quar tus. 1156 I. 331.

Bellum ſacrum pro recuperatione Terræ S. primus conclamat Silueſter Pp II. 1003 I. 166. Indicitur ab Vrbano II. in Concilio Claramontano 1095 III. 264. vide *Terra Sancta*.

Bella vide ſub nominib. ſingulorum Imperatorum & Principum, qui ea geſſerunt, vel populorum deuictorum. Adde *Militer*.

Bellouacenſe in Gallia Concilium ſub Carolo Caluo 845 II. 44 Aliud in cauſa Ebbonis Archiep Rhemenſis 867. II 84 Aliud in cauſa Godefrid. Epiſcopi Ambianenſis 1114 II 289

Benedictus Nurſinus Caſſinenſis Ordinis fundator inſurgit vindex in Northmannos 1041. IV. 196. Saracenos 1046. I. 55. Vrbanum Papam II ſanat Caſſini; ibidemq; reliquias ſuas aſſeruari docet. 1088. I. 259.

Benedictus III. Rom. Pontif. inuitus creatur 855. V. 64. A Michaele Imp per Legatos accipit munera. 856. II. 65. Moritur 858. I 66.

Benedictus Papa IV. creatur 905. III. 116. Moritur 907 I. 110.

Benedictus V. eligitur aduerſus Leonem Pſeudopapam, & ab Ottone Imp. iniuſte deponitur 964 III 136. In Germaniam ab eodem delatus moritur 965 I 137.

Benedictus Pap VI. creatur 972. I. 142 A Bonifacio Sedis inuaſore in carcerem detruſus ſtrangulatur 974. I 144.

Benedictus VII aduerſus Bonifacium inuaſorem in Sedem euehitur 975 I 145. Moritur 984 I 150.

Benedictus VIII. electus pellitur à Gregorio inuaſore 1012. III. 173. Reſtituitur per Henricum Germ Regem 1013. I. 174. Coronat eum Imperatorem 1014. I. 174 Feliciter pugnat contra Saracenos 1016. I 176. Iudæos ob deluſam Saluatoris imaginem punit 1017 II. 176. Mittit Northmannos aduerſus Græcos affligentes Italiam 1018 II. 177. Mortuus & à tormentis Purgatorii per Odilonis ſuffragia liberatur. 1024. I 180.

Benedictus IX. ab Alberico Comite Tuſculano adhuc puer in Sedem intruſus legitimus Papa agnoſcitur 1033. I. 187. Diſpenſat cum Caſimiro Poloniæ hærede ex monacho in Regnum reſtituto, & quibus id conditionibus fecerit. 1041. II. III. 191. Ob vitæ turpitudinem eiicitur à Gregorio Papa 1044. I 194. Eo mortuo denuo Sedem inuadit & deformat. 1047. I. 197 & 1048. I. 197 Moritur & ad Inferos damnatur 1054 VIII. 205.

Benedictus Mincius antea dictus, à Gregorio Lateranenſi Comite violenter in Sedem intruditur 1058 II. 212 Excommunicatur in Concilio Sutrinenſi à Nicolao Papa 1059. I. 213 Sponte ſe abdicans degradatur ib.

Benedictus puer duodennis diuinitus admonitus, pontem Aueniouenſem in Rhodano mirabiliter conſtruit. 1177. XI 360. Sano fine deceſſit ib.

Beneficia Eccleſiaſtica paſſim Laici occupant 1007. II. 170 Reprehendit prauum illum vſum Fulbertus Carnotenſis ibid. Conclamat aduerſus hæreſim Petrus Damiani quæ docet beneficia emi poſſe à Principibus 1063 I 225. vide *Henricianus Inueſtitura*

Beneuentum ex permutatione cum Bamberga ſubiicitur Sedi Apoſtolicæ 1019 I 178. & 1053 I. 101. Ab ea communicatione abſoluuntur à Leone Papa. 1050 I 200.

Beneuentanum Concilium ſub Victore Pp. III. contra ſchiſmaticos. 1087 IV. 258. Sub Vrbano 1091 I. 261. Sub Paſchale contra Inueſtituras 1108 I 283. Aliud ſub eodem 1113 I. 289.

Benno Metenſis Epiſcopus ex eremita electus à ciuib. excæcatur. 927. I 122.

Benno Miſnenſis Epiſcopus acerrimus ſchiſmaticorum vindex poſt obitũ miraculis contra Henricianos depugnat 1117. I 290.

Bennonis Pſeudocardinalis mendacia & impoſturæ de Magia Silueſtri Pp. II. 999. I. 160. Eius calumniæ in S. Laurentiũ Gregorii Pp. Mag. ſtiß 1048 II. 198 In ipſum Gregorium 1074 II 233. & 1078 III 245. & 1079. II 246 & 1080. III 249

Berchachenſis in Germania conuentus Schiſmaticorum in cauſa depoſitionis Henrici Regis. 1085 I 255

Berengarius Foroiulii Dux cum Ludouico Boſſonis pro Imperio decertat 900. I 112. Pecunia ab Hunnis pacem Italiæ redimit. 902. III. 115 Ludouicum oculis & Imperio priuat 904. I. 116. Coronatus ab Ioanne IX. Imperator iterum deponitur ibid. Lamberto mortuo ſolus im. creat. 910 III 117. Coronatur à Ioanne X. 915. II. 119 Necatur 924 I. 121.

Berengarius Eporegiæ Marchio Italiæ Tyrannus mittit & recipit Legatos à Conſtantino Imp. 946. III 118 Pacem cum Hungaris ex bonis Eccleſiæ paciſcitur 949. III 129 Tyrannidem exercet in Italia 950 I 130. Fugatur ab Ottone Rege Germaniæ 951 I 130 Reſtituitur ab eodem in Regnum 952 I 130. Iniurioſus eſt in Epiſcopos. ib. Rurſum tyrannidem exercens penitus ab Ottone expellitur 961. I. 134 & 962. I. 135. Moritur in exilio. 966. II 138.

Berengarius hæreſiarcha Fulberti Carnotenſis diſcipulus nefandam de SS. Euchariſtia hæreſim diſſeminat 1004 III 166. Refutatur omnium primo à Roberto Franc. Rege ib. II Viſitans Fulbertum ab eo ſuggillatur, eiuſque hæreſis reteguntur 1028. I 183. Propagat ſuam hæreſim & quænam illa ſit 1035. I 189. Damnatur in Romano & Vercellenſi Conciliis à Leone Papa 1050 I. 200 In Concilio Turonenſi & Romano ipſe ſuam hæreſim anathematizat eandemque paulo poſt repetit & ſcriptis propugnat 1055. V. 208. & 1059. I II. 213 214. Refutatur plurimis doctorum vi-

rum ſcriptis & miraculis in Eucharistia patratis ib. IV. Rurſum in Concilio Romano coram Gregorio Pap. VII palinodiam cantans hæreſin ſuam eiurat. 1079. I. 246. Vtrum pœnitens obierit. 1088. II. 559.

Berengarius Barchinonenſis Comes ciuitatem Tarraconenſem, donat Sedi Apoſtolicæ 1091. II. 261.

Bernardus Anglus Suecis, Gothis, Noruegis & aliis Barbaris Euangelium prædicat. inuenit 1025. IV. 181.

Bernardus Malitaueriſis Epiſcopus Patauinus ſanctitate claret 1053. IX. 205. Per reuelationes diuinas varias SS. reliquias Patauii ib.

Bernardus Abbas S Facundi Epiſcop. Toletanus creatur. 1085. VII. 256. Eius origo & progreſſus ibid. Maximas turbas Toleti ciet ob ereptum Mauris Templum ib. Legionenſe Concilium celebrat pro morum reformatione 1091 III 264. Profectus cum expeditione in Terram S. Clericorum conſpiratione alius aduerſum ipſum eligitur Epiſc. quod ipſe reuerſus impedit. 1095. V 264 Plurimos viros doctos dignitatib. auget ibid. Poſt recuperationem Terræ S. primus Antiochenus Patriarcha eligitur. 1099. III 271. Pellitur in exilium ab Alphonſo Rege. 1109. VI. VII. 284. Moritur. 1136. V. 309.

Bernardus vna cum pluribus ſociis fit Monachus Ciſtercienſis. 1113 III. 289. Scribit Abbati Cluniacenſi pro reſtitutione Roberti ſui affinis; quod miraculo comprobatur. 1126. IV. 299 Clarauallenſis Abbas factus in Synodo Trecenſi Templariis viuendi regulam præſcribit. 1127 I. II. 300. Scribit Honorio Pap. pro Eccleſia Catalaunenſi 1129 III. 301. Alia ipſius ſcripta. ib. Declamans contra Petrum Leonis Antipapam fortiſſime agit pro electione Innocentii Papæ II. 1130 III. 302 & 1130. VII. 303. & 1137. I. II. 310. Summa ipſius apud omnes æſtimatio & auctoritas. 1131. I. 304. Lothario Germaniæ Regi inueſtituras ab Innocentio Pontifice expetenti ſtrenue reſiſtit. ibid. II. Legatus ad Mediolanenſes miſſus, eos à ſchiſmate ad vnitatem Eccleſiæ reducit. 1134. II. 306. Admirando zelo Guillelmum Pictauienſem Comitem in Aquitania conuertit. 1135 II. 308. Scribit Lugdunenſibus de Feſto Conceptionis B. Mariæ virg. 1136 III. 309. Sanat ægrum. 1137. III. 310. Victoris Pſeudopapæ gliſcens ſchiſma extinguit. 1138. II. 311. Roma ſecum reliquias aſportat. ibid. III. Acri ſtylo inuehitur in Arnaldum Brixienſem & Petrum Abailardum hæreſiarchas 1140. I. II. 312. 313. Calumniam paſſus, apud Innocentium ſe purgat. 1143 I. 315 Ludouicum Franciæ Regem per literas impietatis arguit 1143. I. II. 315. Scribit Eugenio Pp. recens electo, & quare? 1145. II. 317 Itemque Cardinalibus de ipſius electione ib. II. III. 318 In Concilio Carnotenſi Belli ſacri Dux & Præco conſtituitur. 1146. II. III. 320. Confutat duos emergentes Apoſtatas ibid. IV. Illuſtratur miraculis 1147 III 325. Inuehitur in mores Henrici Petrobruſiani, eiuſdemq; hæreſin voce & miraculis confundit 1147. VII. & ſeqq. 321. 322. Item hæreſin Apoſtolicorum ibid XII. Gilberti Pictauienſis 1148. III. 323. Ob ſtragem Cruceſignatorum maledicorum opprobriis exagitatus ſe excuſat 1149. II. 325. Scribit libros de Conſideratione ad Eugenium Pap. 1152. II, 328. Moritur 1153. III. 329.

Bernardi Canonici Regularis patria, educatio, prædicationes, vitæ ſanctitas, peregrinationes & obitus 1174. IV. 355.

Berno Abbas Monaſterii & Inſtituti Cluniacenſis fundator moritur. 912. IX. 118.

Bertholdi Parmenſis laudabilis vitæ inſtitutio, miracula & obitus. 1101. VI. 277.

Bethleem ciuitas Iuda per Balduinum à Paſchale Papa in Sedem Epiſcopalem erigitur. 1110. II. 285.

Bodui Sueui primordia, miracula & martyrium 1100. XII. 276. Eius corporis miraculoſa inuentio. ib.

Boemi Gallias deuaſtant 850. IV 59. Eorum ad Chriſtum conuerſio per Cyrillum & Methodium. 903. I. 115. Fiunt vectigales Sedi Apoſtolicæ. 1073. IX. 234. Lingua Slauonica diuinum officium recitare prohibiti 1080. VI. 249.

Boleslaus Poloniæ Dux corpus S. Adalberti Pragenſis Epiſcopi Martyris auro à Pruſſis redimit. 997. II. 158. Honorifice exceptum Ottonem Imp cum magnis muneribus demittit: à quo ipſe quoque Regio diademate coronatur. 999. III. 160. Quãdo ei & à quo Regium diadema collatũ. 1000. V. 162. Fabula Ditmari de eo ab Henrico ſuperato refellitur. 1005. I. 169. Regnum ſuum in exteras regiones propagat ib. Eximiæ ipſius virtutes & erga ſacerdotes reuerentia, atque in Deum gratitudo 1016. IV. 177. Egregie promouit religionem per Poloniam 1020. II. 178. Agit contra ſeditioſos pro rebus fidei & priuilegiis Eccleſiæ 1022 III. 180. Moritur atque ab omnib. lugetur. 1025. III. 181.

Boleslaus alius pariter Rex Poloniæ immania patrat ſcelera 1097. V. 246. Reprehenſus ideo à Stanislao Epiſcopo Cracouienſi, & excommunicatus eum martyrio afficit ib. VI VII 247. Iterum anathemate percuſſus à Gregorio quid egerit, & vbinam interierit? 1079. VIII. 247.

Boleslaus cognomento Criuouſtus itidem Rex Polonorũ Suslauam Ruſſiæ Regis filiam cõſanguineam ex diſpenſatione Paſchalis Pp. ducit in vxorem 1103. III. 279. Augetur filio Ladiſlao 1104. I. 279. Nobilem de Pomeranis victoriam diuinitus reportat 1111. IV. 289 Ottonem Epiſcopum Bambergenſem ad cõuertendos Pomeranos inuitat 1124 II. 295. Eccleſias plures extruit & dotat. 1131. VI. 305. Eius peregrinationes & de fratre interfecto pœnitentia ib.

Boleslaus cognomento Pruſſos bello deuictos ad religionem Chriſtianam amplectendam cogit. 1161. V. 341. Diſſimulãs eorum ſacrilegia ipſe in maximum diſcrimen adducitur ib.

Bona Eccleſiæ, vide *Eccleſia, Beneficia.*

Bongomilorum nefariæ ſectæ exordia per Baſilium Medicum 1118. IX. 291. Quæ impia dogmatizarint? ib.

Bonifacius quidam inuadit Sedem Apoſt. poſt Formoſum Papam 896. II. 111. Ereptus ab Adalberto Tuleiæ Comite 897. I. 111.

Bonifacius alius dictus VII. Benedictũ VI ſtrangulat & Sedem inuadit. 974 I 144 Pellitur à Benedicto VII 975. I. 145. Spoliata Baſilica Vaticana fugit Conſtantinopolim. ib. Ioannem Pap. XII in carcere inedia conficit. 985 I 150. Subitanea morte tollitur ob parricidia ib. II. Eum minime recenſendum inter Pontif. ib.

Bonifacius Ottonis Imp. conſanguineus ex monacho Apoſtolus in Ruſſiam deſtinatur à Ioanne Papa 996. IX. 158. Ruſſis Euangelizat 997. III 159 Poſt multorum conuerſionem à Regis fratre martyrio coronatur plurimiſque illuſtratur miraculis 1008. III. 170.

Bonizonis Sutrienſis Epiſcopi pro Eccleſiæ Romanæ defenſione certamina, paſſiones & martyrium. 1080 V. 260.

Bothildis Erici II. Daniæ Regis coniugis admiranda patientia in diſſimulanda mariti turpitudine. 1102. VII. 278. Peregrinationem Hieroſolymitanam arripiens pie moritur. ib.

Bracarenſis Eccleſiæ priuilegia confirmat Calliſtus Pp. 1124. VII. 297.

Britannia Minor fit tributaria Sedi Apoſtolicæ. 869. XVI 94.

Britannicum Concilium ſub Legatis Sedis Apoſtolicæ 1079. IV. 246.

Brixinenſis Pſeudoſynodus Schiſmaticorum ſub Henrico Rege pro depoſitione Gregorii Papæ. 1080 II. 248.

Bruno Ottonis Germaniæ Regis frater Archiepiſcopus Colonienſis electus pallium ad vſum quotidianum & S. Pantaleonis reliquias ab Agapeto Pp. obtinet. 953. II. 530. Moritur & in cœlum recipitur. 965. IV. 137.

Bruno Pruſſorum Apoſtolus vna cum ſociis Martyr. 1008. I 189.

Bruno Andegauenſis Epiſcopus Berengario hæreſiarchæ adhæret. 1035 I 189.

Bruno Carthuſianorum Ordinis Inſtitutor Carthuſiam ſolitudinem incolit 1086. IV. 257. Romam è ſolitudine vocatur ab Vrbano Pap. 1092. II 262. Rogerium Comitem per viſionem à Græcorum inſidiis liberat. 1096. II. 266. Moritur. 1101. II 277.

Bruno Signienſi Epiſcopatu ſe abdicans fit monachus Caſſinenſis, ſed iuſſu Paſchalis dignitatem reſumere cogitur 1104 III. 279 Paſchalem de inueſtituris Henrico Regi conceſſis nimis acriter arguit. 1111. VI. 286. Renuncians Abbatiæ Caſſinenſi in Epiſcopatu miraculis clarus moritur. ib. 287. Quæ eius primordia, vitæ inſtitutio, obitus, & miracula? 1120. V. 293.

Bulgari per Crunnum Ducem 6. Romanorum millia cædunt 808 I. 7. Conuertuntur ad fidem opera Theodori Cupharæ captiui 845. I 53. Recipiunt ſacerdotes à Nicolao Pap 866. I. 83. Benigne habent Legatus Nicolai 867 I 84. Eorum Legatio in Orientem; cui Patriarchæ adſcribendi ſint 869. X. XI. XII. 93. Petunt ab Hadriano Pp. Archiepiſc. 869. XIV. 94. Græcum Archiepiſc. accipiunt opera Ignatii Patriarchæ, reſiſtentib. Pontif. Romanis 870. VI. 96. Occaſione belli Græcis relictis vltro ſe Eccleſiæ Rom. ſubiiciunt. 893. II. 110. Eorum Rex cum Conſtantinopolitanis pacem init. 914. I 118. Thraciam infeſtat. ib. Regnum eorum penitus extinguitur à Ioan. Zemiſce Imp. 971 IV. 142 Denuo inſurgunt contra Imperium 981. I. 148. Affliguntur à Croatis 1073. XIII. 235.

Bulgari Martyres ſub Nicephoro Imp 810. I. 10. & 811. III. 11. Alii ab ipſis Bulgaris Ethnicis 813. I. 13.

Burchardi Wirtzburgenſis Epiſc. obitus, & ad ſuos exhortatio itemq; ſcripta. 1020. I. 182.

Burchardus Halberſtadienſis Epiſcopus ob Saxoniæ decimas iniuſte vſurpatas à Meghinero Abb. ad Dei tribunal citatus moritur. 1036. X. 216.

Burditus Lemouicenſis à Bernardo Toletano Archiep. in Hiſpaniam ductus primum Conimbricenſis deind. Bracarenſis Epiſcopus conſtituitur 1095. V. 265 Toletanum Archiepiſcopatum Bernardo ambulante à Paſchale Pp. Simoniace tentãs repulſam fert; ideoq; contra ipſum adhæret Henrico Regi 1109. VI 284. Romæ Henricum Imp. coronat. 1117 I. 290. Antipapa creatur ab eodem Henrico aduerſus Gelaſium 1118 III. 291. Eius origo & impii progreſſus 1119. VII. 293. Imperium Rom. vaſtans à Calliſto Pp. capitur atq; à militib. ludibriis & ignominia affectus in monaſterium detruditur. 1121. I. 294.

C.

CAbilonenſe Concilium ſub Carolo Magno 813 III 13

Cadalous Pſeudoepiſcopus Parmenſis Antipapa intruditur contra Alexandrum à factioſis Romanis 1061. I. II. 217. Dehortatur eum ab incepto Petrus Damianus. ib III. & 1062 I 219. Simoniæ & libidini frena relaxat: vnde qui antea Nicolaitæ, Cadaloitæ ab ipſo vocentur. 1061 IV. 215. Hoſtiliter cum exercitu Romã ingreſſus profligatur 1062 I. 219 Dãnatur in Germanico & Mantuano Cõcilio Hannone ibid. II & 1064. IV. 223. Nouæ eius machinæ in Eccleſiã ib I. Armis rẽ ſæpius attentans fugatur tandemq; interit. ib IV.

Cæcilæ Virginis Romanæ reliquiæ diuturnis temporibus inuentæ Romæ 821. I. II. 56.

Digitized by Google

Cœleſtinus II. Romanus Pontif. creatur 1143 III. 316 Eius illuſtre genus & vitæ inſtitutum ib. Moritur 1144 I. 316.

Cæleſtinus III. eligitur 1191. I. 373. Eius anteriora, vide in *Hyacinthus* Eius Pontificatus Concio à B. Petro Apoſt. prænuntiatus ib. Excommunicationis comminationibus agit in perduelles & ſeditioſos Regni Angliæ 1191 V. 375. Aliæ eius actiones 1192. I. 377. Leopoldum Auſtriæ Ducem excommunicat, idemque Henrico Imp. comminatur. 1193. II. 378. Hugoni Lincolnienſi Epiſcopo in Gaufredi Eboracenſis Archiep. ſcopi vitā flagitioſam, inquiſitionem committit. 1194 III. 379. S. Bernardū Epiſc. Hildenſheimenſem ſanctorum albo inſcribit ib. V. Henricū Imp. excommunicat & Gaufredum Eboracenſem Archiep. ab officio ſuſpendit 1195. I. II 380. Nouam promouet expeditionem in Terram S. ib. Siciliæ Regnum Friderico Henrici filio ſub tributo cōcedit 1197. II. 381. Reſcribit pro monachis Conuentrenſibus. ib. IV. Legatum deſtinat in Poloniam ad reformandam Eccleſiaſt. diſciplinam ib. V. Moritur 1198 I. 381. Eius geſta ib.

Cælibatus Clericorum in Hiſpaniam aliaſq; regiones introductus 1068. III. 228 Eius votum irreuocabile. 1072 I I. 2. 2 Eius neceſſitas confirmatur in plurimis conciliis. 1074. V. 236. & 1100. VI. 274 vide *Clerici. Continentia*

Cæſaraugusta ciuitas Hiſp. à Mauris obſeſſa B. Marię virg. ope liberatur 1134. VII. 307.

Cæſarii tel quiæ per Annonem Roma Coloniam translatæ 1070. II. 229. Miraculis earum reliquiarum ib. Deus a S. Bernardo Claraualle delatus 1138 III. 311.

Calabria propria Rom. Eccleſiæ ſub cenſu annuo Northmannis in feudum conceditur à Nicolao Pp. 1059 VIII. 215.

Calatrauanæ milit. æ ſacri Ordinis Hiſpania inſtitutus confirmatur ab Alexandro Pp. III. 1164. X. 341. Quæ eius exordia? ib.

Calliſtus II. Rom. Pontifex ex Archiepiſc. Viennenſi inunus creatur 1119 II. 292 vide *Hugo Vienn.* In Cōcilio Rhemenſi Henricum Imp. inueſtituras ſibi vſurpantem excommunicat. ib. III. IV. Componit pacem inter Regem Angliæ & Archiep. Eboracenſem ib. VI. Viennenſem Eccleſiam primatus priuilegio donat 1120. I 293. Honorifice ſummo omniū applauſu Romæ excipitur ib. Exercitum parat contra Burdinum. ib. II. Ipſum Northmannorum auxilio captum in perpetuum carcerem detrudit 1121 I 294 Henricum Imp. inueſtituris renunciantem per Legatos ab anathemate abſoluit 1122 II 294. Aliæ eius curæ Paſtorales. 1123. I 295. Bracarenſis Eccleſiæ priuilegia confirmat 1124. VII. 297 Moritur ib. VIII

Calneuſe in Anglia Concilium, in cauſa Clericorum & Monachorum inter ſe contendentium 979 II. 147.

Campanarum benedictio ſeu conſecratio quando in vſu recepta. 968. V. 139. Earum vſum acceperunt Græci 865 IV. 85.

Candia vrbs Cretæ ædificari cæpta 822. III. 18. vide *Creta*.

Canones Conciliorum, vide ſub ſingulis Conciliis.

Canonizatio ſolemnis S. Suiberti à Leone Papa facta 804. II. 3. vide ſub proprius nominibus canonizatorum.

Canonici Clerici, vide *Clerici*

Canonicos Eccleſiaſticos tollit Henricus Petrobruſianus 1147. VI. 321.

Cantuarienſis Eccleſiæ priuilegia confirmat Paſchalis Papa 1117. II. 290.

Canutus, vide *Kanutus*.

Capuana Eccleſia in Archiepiſcopalem erigitur per Ioannem Papam. 968 IV. 138

Capuanum Concilium pro conſecratione Victoris Papæ III. 1087 I. 258 Sub Honorio Pp. aduerſus Rogerium Comitem Siciliæ 1127 I 300

Cardinales in S. R. E. vnde dicantur? 1058. V. 212 Eorum numerus, functiones & per ſingulas Eccleſias Rom. diſtributio.

1057. IV. 211. Mittunt Legatos ad Henricum Imp. in cauſa ſchiſmatis Cadaloi Antipapæ. 1061 III. 217.

Carſiacenſis conuentus pro morum reformatione 856 III. 65.

Carmelitarum Ordinis inſtitutio 1182 III. 366. Dicti illi à monte Carmelo, quem incoluerunt. ib.

Carnes, & ab iis generata non comedebant Apoſtolici hæretici 1147. XII. 322

Carnotenſe in Gallia Concilium ſub Eugenio Papa 1146 II. 320.

Caroli Martelli primi Franciæ Regis ad Inferos damnatio quare facta? 858. II. 66.

Carolus Magnus Imp. leges pro Sede Apoſtolica promulgat, & ab aliis latas innouat & corrigit 801 II 1. Quantum detulerit foro Eccleſiaſt. ib. Frequentatur muneribus à Perſarum & Saracenorum Regib. ib. III. Per Angelū inſtructus inuenit SS. reliquias. ib. Scholas vbiq; reſtituit. 802. III. 2. Florentiā à Gothis euerſam reſtaurat ib. V. Mittit Legatos ad Irenem Aug. pro pacis & nuptiarum fœdere. 802 I 2. Saxones prælio vincit & quibus conditionibus bellum cum iis finiuerit? 804. III. 3. Saxoniam tributariam facit Sedi Apoſt. ib. Cagamum Hunnorum Principē Chriſtianum a Boemorum inſultib. vindicat, variaſq; regiones per Carolū filium depopulatur 805. I 4. Teſtamentum condit pro regni inter filios diuiſione, quos Eccleſiæ Rom. defenſores conſtituit. 806. IV. 5. Imperium Rom. Pontifici decernēdum relinquit. ibid. Profligat Saracenos. 807 II 5. 6. Eius Teſtamentum de bonis mobilibus. 812 IV 12 Ludouicum filium Imperatorem renunciat. 813 IV. 14 Moritur Aquiſgrani & inter ſanctos refertur. 814 VI. 17

Carolus Caroli Magni Imp. filius varias regiones depopulatur. 805. I 4. Conſtituitur à patre Dux Saxoniæ 806 IV. 5.

Carolus Caluus Ludouici Pii filius Rex Frāciæ Lotharium fratrem bello vincit, eiuſque Regnum, cum Ludouico fratre partitur 842. I. 44 Northmannos in Regnū recipere cogitur 850. IV. 59. Carolum & Pipinum ſeditioſos coercet 852. IV. 60. Mittit Legatos ad reformandas Eccleſias Franciæ 853 I 60 Turbatur à perduellib. 856 III 65. Infeſtatur à Ludouico fratre. 858 VI. 68 Conqueritur de illo, apud Nicolaum Pp. ib. Eidem reconciliatur 859. II 69 Scribit literas ad Nicolaum Papā 863 X. 79. Vſurpat ſibi Regnum Lotharii 869 XV. 94. Eius impietas in Carolomannum filium. 870. IV 95 Arripitur à dæmone ob conſpirationē in patrem 873 II. 98. Coronatur Imperator à Ioanne Pp. 875. I. 98. Confirmatur in Conciliis auctoritate Apoſtolica. 876. I. 99. Eius arrogantia ib. II. Germaniam inuadens vincitur diuinitus a Ludouico 876. III. 99. Detrectat ſubuenire Italiæ à Saracenis oppreſſæ. ibid. IV. Bene meretur de literis ib. V. Veneno necatur 877. III. 100.

Carolus Craſſus coronatur Imp. à Ioanne Pp. 881 II 104. Auro Germaniā a Northmannorum tyrannide redimit. 881. II. 104. Ob repudiatam coniugem ipſe quoque a ſuis repudiatur, & rerum egeſtate oppreſſus moritur 888 I. 108

Carolus ſimplex Franciæ Rex confirmatur in Regno à Fulcone aduerſus Odonem Tyrannum 892 I. 110. Quærens amicitiam Northmannorum ab ea per Fulconē reuocatur 898. I 111. Mortuo Odone in Regem recipitur ab omnibus ib. II. Reliquias S. Dionyſii ex Francia in Saxoniam transfert 920. I I. 120 Reiicitur denuo, & aduerſus eum Robertus Franciæ Rex euehitur. 922. I. 121. Eum auxilio Northmannorum prælio deuictum necat 923. II. 121. Moritur 929 I 123

Carolus Lotharingiæ Dux corpus S. Gudilæ Bruxellas transfert 978 IV. 147. Proditione Rhemos capit 990 II. 153. Ob rapinas in Concilio Rhemenſi excommunicatur. ib. III. Capitur ab Hugone, & à ſucceſſione Regni Franciæ reprobatur ib. IV.

Carolus Conſtantienſis Epiſcopus Simoniæ conuictus in Synodo Moguntina deponitur. 1071 I 231.

Carolus Andegauenſis Comes Siciliæ Rex iurat pro iuribus Eccleſiæ 1097. VIII. 267.

Carthuſia ſolitudo à quibus & quando habitari cæpta, eiuſdemque Ordinis exordia 1086. IV. 257.

Caſildæ Toletani Regis filiæ ad fidem conuerſio, vitæ ſanctitas. & pius ob tus. 1050. III. 200.

Caſimirus Poloniæ hęres pulſus à Princip. ib. fit Monachus Cluniacenſis 1034. V. 189 Repetitus à ſuis ſubditis per diſpenſationem Benedicti Pp. ad Regnum redire vxoremq; ducere permittitur. 1041. II III IV. 193. Angeli opera Barbatos debellat 1045 I. 195 Per Legatos fidei Præcones ex Monaſterio Cluniacenſi in Poloniam acceſſit itsque Monaſteria ædificat ibid. Regnum ſuum tributarium facit Sedi Apoſtolicæ ib. Moritur. 1058. V. 212. Ipſius virtutes ib.

Caſimirus alius Sandomirienſium in Polonia Princeps virtute & clementia celeberrimus. 1176. VI. 358. Barbaros Poloniæ mores corrigit & pro iiſdem abrogandis Lēciciēna comitia celebrat 1180 I II 362.

Caſſilenſe Concilium pro Hibernia deditā Henrico Regi Angliæ 1171. II 353.

Caſſinenſe Monaſterium S. Benedicti floret 818 IV 21. Spoliatur à Sigenulpho Principe 843. III 49. Exuritur a Saracenis 884. II. 105. Eius Eccleſiæ Encænia celeberrima 1071 II 231 Inſignia parte S. Crucis ornatur. 1080 VIII 250. Duriſſime affligitur ab Oderiſio Pſeudoabbate 1125. I 297 & 1126. II 298 Expilatur à Guarino Cancellario, ea de cauſa ad Inferos damnato. 1136 I 309

Caſſinenſes monachi adhærent Petro Leonis Antipapæ contra Innocentium 1130. V. 303 Rainaldus eorum Abbas ideo excommunicatur, ipſiq; relicto Petro Innocentium Pontif. agnoſcunt. 1137 I. 310.

Catenæ S. Petri Apoſtoli miraculis claræ. 969. VIII. 140.

Catholicus quis dicendus & quis non? 1118. VII. 281.

Catholicos porcos & canes dicebant Apoſtolici 1147 XII. 322.

Catholicus appellatus Summus Pontifex Armeniorum 1143 V. 319

Cegenes Paſtinacarū Dux cum ſubditis ad Chriſtum conuerſus. 1049 VII 200.

Centūcellæ à Leone Pp IV reædificatę Leopolis nomen inde ſortitæ 854. I 62.

Ceperanum Concilium ſub Paſchale Pp. II in cauſa Landulphi Epiſcopi Beneuentani 1114. I 289.

Chelidoniæ virginis educatio, pœnitentia, ſanctitas, obitus & miracula. 1152. IV. 328.

Chriſtiana Erici Sueciæ Ducis coniux virtute & pietate maxime illuſtris. 1160 XIV. 340.

Chriſtiana Virgo in Germania diuinis reuelationib. clara gaudet de capta a Saracenis Hieroſolyma, & quare? 1187 III 371.

Chriſtiani crudeliter à Ruſſis Ethnicis tractantur 941 III. 127 Saracenos in Hiſpaniis diuina ope profligāt 983 II 152. Virtute S. Crucis à periculis liberati 1144. V. 317.

Chriſtum pro ſaluandis tantum non autem damnandis paſſum aſſeruit Gotheſcalcus hæreſiarcha 848 II. 56 Eius imagine primus omniū Imp. nummos aureos ſignari conſtituit Ioan. Zemiſces Imp. 971. V. 142.

Chriſtophorus eiecto Leone Pp. V. inuadit Sedem Apoſtol. 907 I. 116. Deturbatus à Sergio Inuaſore vitam monaſticam amplecti cogitur & obit. 908 I. 116.

Chryſolaus Archiepiſc. Mediolan. eruditione laudatiſſimus 1116 II. 290.

Chunegundis coniux Henrici Imp. virginitatem perpetuam cum marito virgine ex

mutuo

mutuo conſenſu ſeruat.1014 III 181. Illicitæ coniue udinis ſuſpecta ignis probatione apud Henricum ſepurgat Poſt Henrici obitum ſumit habitum monaſticum & miraculis illuſtratur. 1025. I. 181. Pie moritur 1040 II. 273

Ciſtercienſis Ordinis fundatio per Robertũ Abbatem Moliſmenſem 1098 II 270. Eius priuilegia confirmat Paſchalis Papa. 1100 X. 275 Itemq; Calliſtus 1119. VI. 292. Ab ingreſſu S. Bernardi in eum ordinem diuinam cõſequitur benedictionem 1113. III 189 Eximuntur à ſolutione decimarum per Innocentium Papam 1131. IV. 304. Henrici V. Imp ſpolia Eccleſiæ donata reſpuunt 1197 III 381.

Clades Imperio Rom diuinitus immiſſa ob necem Pii Imp. 1034 IV 189 Luctuoſiſſima Saracenorum ob prophanationem Terræ Sanctæ 1100. II. 273. Auſtriæ, ob flagitia Leopoldi Ducis 1194. II. 378. vide *Vltio diuina*.

Clarendunenſe Cõciliabulum ſub Henrico Rege Angliæ pro conſuetudinum regiarum obſeruatione 1164. I. 345.

Claromontanum in Gallia Concilium ſub Vrbano Pap. in cauſa expeditionis mittendæ in Terram S. & Philippi Regis Franciæ 1095 II. 263.

Claudius Taurinenſis Epiſc. ſcribit contra cultum SS. imaginum & confutatur à Iona Epiſco, o Aurelian. 825. III. 30.

Clemens II ex Epiſcopo Bambergenſi in locum Gregorii VI. ab Henrico Rege Germaniæ eligitur 1046. II 196 Henricũ coronat Imperatorem ib Concilium Romæ celebrat aduerſus Simoniacos. 1057. I. 197 Moritur ib.

Clemens antea Guibertus dictus Antipapa creatur 1083. I 253. vide reliqua in *Guibertus*

Clemens III. creatur Romanus Pontifex ex Epiſcopo Prænestino 1188 I. 371. Promouet expeditionem Terræ Sanctæ ib. Mittit Legatos in Angliam 1189 I. 372 Ottonem Bambergenſ. Epiſc. canonizat, & Tancredum in regnum Siciliæ inueſtit. ib. II. 373. Moritur 1191 I. 371.

Clerici concubinarii in Anglia pelluntur Eccleſiis, monachis in eorum locum introductis 970. II. 140. Reprobantur ab imagine Saluatoris 975. V. 145. Iidem diuinitus puniti in Concilio Caluenſi, ob conuitia in Dunſtanum 979. II. 147. Alius 1057. II. 210 & 1100. VI. 274. vide *Vltio diuina*. Damnantur paſſim in plurimis Conciliis 1049. II. 198 & 1051. II. 201. & 1059 VI VII. 214. & 1065. I. 225. & 1068 I 228 & 1074 V. 226 & 1075. I & ſeqq 238. & 1100. VI. 274. & 1119. III. V. 291 vide *Nicolaita*. Agit contra eos Petrus Damianus. 1065. I 225 Clerici pro cõiugiis tumultuantur in Germania aduerſus Gregorium Papam 1074. Habitare cum mulieribus prohibiti in Concilio Londonienſi 1108 III 283 & Weſtmonienſi 1127 III 300.

Clericos bellatores reprehendit S. Bernardus eosq; à ſecularibus Caſtris auocat. 1127. II 300 vide *Epiſcopi*

Clerici obedientiã præſtare ſuis ſuperiorib. iubentur ab Eugenio aliisq; Pontif. 1148. XI 324. Pro eorũ immunitate celebratũ Concilium Londonienſe 1143. IV. 316.

Cluniacenſe monaſterium quando, & a quibus fundatum? 912 IX. 118 Eccleſiã eius à fundamentis ædificat Alphonſus Rex Hiſpaniæ 1093. III. 262. Deuaſtatur miſerrime a Pontio Pſeudoabbate. 1125. II. 298.

Collatio, vide propriis locorum nominibus, vbi ea habitæ.

Collecta ab Adelfredo Rege in Anglia indicta Romam mittitur 88. III V.

Colomannus ex Regia Scotorum familia viri ſanctiſſimi martyrium 1012. VII.

Colonia Agrippina obſidetur ab Henrico Rege 1106 III 281 In ea vrbe fulmen D. Petri Eccleſiam incendit 857. I 69.

Colonienſe Concilium contra raptores bonorum Eccleſiæ &c. 887 IV. 108. Sub Victore Pp. II. in cauſa Henrici Regis Germaniæ. 1056. IV 209. Sub Adalberto Archiep Moguntino pro damnatione Henrici IV. Imp. 1115. II 289 & 1118. VI 291.

Cometa Aquiſgrani apparẽs mortem Ludouici Pii præſagit 837. I 42. Alius Caſimiri Poloniæ Regis obitum portendens 1058. V. 212.

Comitia celebrata in Scotia 860 IV. 70. In Germania in cauſa Henrici Germ. Regis 1077. IV. 243. & 1105 III 280 Pro Conrado Romanorum Rege creando. 1139. I. 312. vide ſub nominibus locorum in quibus ea celebrata.

Compoſtella vrbs Hiſpaniæ à Leone Pp III. Epiſcopatu condecoratur ob inuentionẽ corporis S. Iacobi Apoſt 816. III 9. Exuritur à Mauris 993. V. 215 Rurſum capitur 985. V. 151. Compoſtellanæ Eccleſiæ Encænia 876 VI 99. Ipſi fit tributaria Hiſpania 844. IV. 51. Augetur priuilegio ab Vrbano Pp II. 1098 III IV. 170 Itemque dignitate Archiepiſcopali à Calliſto, 1101. V. 277 & 1123. I 295. & 1124. V 296.

Compoſtellanum Concilium ſub Alphonſo Rege pro conſecratione Eccleſiæ D. Iacobi. 876. VI. 99 Aliud pro diſciplina Eccleſiaſt. 1056. IV 209.

Conceptionis B. Mariæ virginis Feſtum celebrari cœptum 1136 III 309.

Confeſſio mulieris cuiuſdam reuelata à ſacerdote: quæ ideo ignis ſupplicio condemnata ope D. virginis ab incendio illæſa conſeruatur 1094. VI 163.

Confeſſio peccatorum publice ab Erneſto Alemanniæ Duce laudabiliter facta 1015. II. 175 Itemque ab Hugone Epiſc. Caſtrenſi, ad maiorem animi contritionem 1191. VII. 375.

Confluentinũ Conciliũ pro diſciplina Eccleſ 922. VII. 118. Conuentus pro electione Conradi Regis Rom 1139. I. 312.

Coniuges à ſalute renetebant Albanenſes 1170. III 357.

Coniugium. vide *Matrimonium*.

Conon Cardinalis Epiſcopus Prænestinus Legatus Sedis Apoſt. in plurimis Conciliis Henricum Imp inueſtituras ſibi vſurpantem excommunicat 1111. IV. 287. & 1114 II 289. & 1118 VI 291.

Conradus Rex Germaniæ creatus confirmatur à Ioanne Pp. 1024 IV 181. Retardatur ab electione ob inceſtuoſum coniugium ib. Eius aduentus in Italiam multis ingratus 1026. II. 181 Coronatur Imperator ab eodem Ioanne Pontif. 1027. I. 182. Tumultus ideo exortus ib. Expeditionem parans in Hungariam diuinitus ab eius inuaſione impeditur. 1030. I. 185. Ioannem Papam à Romanis factioſis expulſum in Sedem reſtituit. 1033 I. 187 Burchardum Lugdunenſem Archiepiſcopũ capit ob flagitia 1034 II. 189. Rebelles Mediolanenſes coercet & ob Epiſcopos in exilium depulſos diuinitus punitur 1038. I. 192 Pandulphũ Capuanum Ducẽ in ordinem redigit. ib. Moritur. 1039 I. 193.

Conradus filius Henrici III. Imp. ob horrendas patris turpitudines ei rebellans, contra eum Rex Germaniæ creatur. 1093. II. 262 Eius virtutes & in Sedẽ Apoſtolicam fidelitas ib Moritur Florentiæ 1101. III. 277.

Conradus Henrici V. Imp. ſororius ambit Regnum Germaniæ 1125 IV 298 Infeſtat Italiam & Lotharium Imp. 1134. III. 306 Rex Romanorum creatur in Comitio Confluentino. 1139 I 312. Crucis militiam contra Saracenos in Terram S. ſuſcipit. 1147 I 321. Redit inde inglorius 1149. I. 325. Moritur ſucceſſore relicto Friderico Duce Sueuorum. 1152 I 328.

Conradus Moguntinus Archiepiſcop. Friderici Imp. conſanguineus adhæret Alexandro Pp. contra Octauianum. 1160 VI. 338. In Concilio Turonenſi honorificentiſſime excipitur. 1163. I. 342. Guidonis Antipapæ Legatos repellit 1165. III 346.

Conſecrationes Eccleſiarũ, vide *Encænia*.

Conſtantius Abbatis Cauenſis vitæ ſanctitas, miracula, & obitus. 1138. IX. 309.

Conſtantia filia Rogerii Siciliæ Regis nubit Henrico V. filio Friderici Imp. 1186. V. 370. Refellitur fabula, eam fuiſſe monialem. ib. Coronatur vna cum marito Aug. à Cæleſtino Pap. III. 1191. III. 375. Eiuſdem opera liberata à Tancredo Henrico Imp. reſtituitur 1192. I. 377 Ob nimiam Henrici coniugis crudelitatem in Siculos aduerſus eum ſeditionem mouet. 1197 I 381.

Conſtantienſe in Germania Concilium contra Simoniacos & Incontinentes Clericos 1094 I 262.

Conſtantinopolis ab obſidione Thomæ Tyranni liberatur. 822 II 28. Incendio conflagrat & ingenti terræ motu quaſſatur 862 I 74. Schiſma ibi exortum ob depoſitum Nicolaum & ſurrogatũ Euthymium. 901 III. 114 Seditio in Conſtantinum Imp. excitatur. 1044. IV 194.

Conſtantinopolitanus conuentus ob controuerſiam inter Michaelẽ Imp & Crunnum Regem Bulgarorum 812 II. 13 Pſeudoſynodus Iconomachorum 814. IV. 16. Concilium ſub Ignatio Patriarcha 853 I. 62. Latrocinale Conciliabolum ſub Michaele Imp. & Photio Pſeudopatriarcha 861 I. 71. Synodus Oecumenica Octaua in cauſa Photii ſchiſmatici 869. II 90. Decem eius Concilii actiones, & quænam illæ. ibid. III. & ſeqq. vide *Octaua Synodus*. Conciliabulum ſub Photio falſo dictum Octauum Oecumenicum, cõtra legitimum celebratum 879 III IV. V. 103. Aliud legitimum pro Baſilii Patriarchæ depoſitione & ſubrogatione Antonii Studitæ. 975 IV. 145.

Conſtantinopolitanorum in Eccleſiam Rom. ſumma inuidia. 869 XIII 94 vide *Græci*

Conſtantinus Baſilii Macedonis filius adſciſcitur à patre in collegam Imperii 865 V 89 Moritur 878. VII 101

Conſtantinus Porphyrogen. filius Leonis Sapientis puer cum Alexandro patruo imperat in Oriente 911. II. 117. Poſt eius obitum ſolus ſub tutoribus imperat 912. III. 117. Romanum in Imperii collegam aſſumit. 926. I. 119 Edeſſam obſidens Saracenis imaginem & epiſtolam Saluatoris extorquet 944 II. 128. Ipſi ſoli Imperium cedit. ibid. Mittit Legatos ad Berengarium ab eodemque recipit. 946. II. 128. Veneno necatus à Romano filio ob diuturnum Imperium 960. III 134 Eius virtutes ib.

Conſtantinus & Stephanus fratres Romani Imp. filii pro imperio decertãtes relegantur in exilium. 944 II 128.

Conſtantinus & Baſilius fratres, filii Romani Iunioris imperant 975. III. 145 Mortuo Baſilio ſolus imperat Conſtantinus 1025. III 181 Moritur 1028. VII 185.

Conſtantinus Monomachus exul reſtituitur in Imperium Orientale 1042. II 193. Ob ſuperintroductam pellicem in capitis diſcrimen adducitur. 1044. IV. 194 Interpellatur a Leone Pp. pro reſtituenda pace inter Græcos & Latinos 1054 I. 204 Moritur. 1054 X. 206.

Conſtantinus Ducas Orientale Imperium ab Iſacio Imp. obtinet. 1059 XI 216. Moritur 1067. II 227.

Conſtantinus Buxinenſis Comes Eccleſiarum & Monaſteriorum ædificatione celeberrimus moritur. 1130 III. 326.

Conſuetudines Regiæ in Anglia cauſa diſſidiorum inter Thomam Cantuarienſem Archiep. & Henricum Regem Angliæ 1163. II. 343. & 1164 I II 343. Quænam eæ conſuetudines & quas ex iis damnarit, quaſq; tolerauerit. ib. IV Henricus iis penitus renuntiat. 1172 II. 354

Continentia inter coniuges Henricum Imp. & Chunegundam ex conſenſu mutuo. 1024 III 181.

Continentia Clericorũ confirmata in Cõcilio Anglicano 970. II. 140 Romanis plu-

tibus 1074. V. VI. 236 & 1075. I. & ſeqq. 238 & 1108. III. 283. vide *Clerici incontinentes Cælibatus. Nicolaitæ.*

Copacenſe in Hiſpania Concilium ſub Ferdinando Magno 1010 II 200.

Cordubenſis Eccleſiæ in Hiſpania perſecutiones & Martyres ſub Saracenis 821. VI. 28. & 850. I. 58. & 851. I. 59. & 852. II. 60. & 853. IV. 61. & 855. VII. 64. & 856. V. 66. & 857. II. 66. vide etiam *Hiſpani Martyres.*

Corpora SS. vide *Reliquiæ.*

Coſmus Conſtantinopolitanus Patriarcha ex Subdiacono creatus quam diu ſedem occuparit 1146. V. 321 Eius virtutes & eruditio ib. Moritur 1147. XII. 323.

Coterelli ſceleſtiſſimi hæretici ob ſacrilegia trucidati 1183. IV 366.

Creſcentinæ familiæ antiquitas & nobilitas Romæ 993. I. 155. Eius inſigne quale ibid.

Creſcentiorum duorum obitus. 1010. I. 171.

Creſcẽtius Conſul. Rom. ob expulſum Gregorium Papam V. & intruſum Ioannem XVI. ab Ottone III. trucidatur 996. II. 157. Germanis Imperii adminiſtrationem inuidet. 1010 I. 171.

Creta Inſula occupata à Saracenis Candiæ nomen ſortitur, & vnde? 822 III 28. Recuperatur à Græcis & fide ac miraculis illuſtratur à Nicone 961. III 134.

Crunnus Bulgarorum Dux Romanos debellat 808. Quæ inter ipſum & Michaelem Imp. controuerſia 812 II. 13.

Crux Stephano Hungariæ Regi tanquam Apoſtolatus inſigne præferri ſolita 1000. V. 162 Ea conſtituta teſſera militib. belli ſacri 1095. IV V. 264 1097. X 269 Cruces in veſtib. hominũ apparentes peſtem prænuntiant 954. II 130 A [illegible] inſignem patrem Maiphianu Nobilis Cõſtantinopol. in monaſterium Calliſenſe transfert. 1080 VIII 190.

Crucem depexerunt Bogomili hæretici 1118 IX 291 Petrobruſiani 1126. VI 299. Henriciani 1147 VI. 321.

Crucis ope victoriæ partę 1120. III. 203. & 1124 IX. 297. & 1144. V. 317. & 1186. VII. 370. vide *Victoria.*

Crux erecta ab Angelo in pyramide marmoris Soldani Iconii 1109. VI 310.

Crucesignati dicti milites belli ſacri pro recuperatione Terræ S. militantes 1095. IV. V. 264. Illis conceſſæ indulgentiæ ab Vrbano Papa ib. IV. Diuina virtute vincunt Saracenos 1124. IX. 297 Cur eorum ſtrages à Barbaris facta. 1149. III. 325 vide *Terra Sancta*

Cunonis Epiſcopi Treuirenſis martyrium, & in ipſius percuſſores vindicta diuina 1066 II. 226.

Cypriani Carthaginenſis reliquiæ Lugdunum in Gallias translatæ 806. V. 5.

D.

DÆmones in Neapolitana regione animam Pandulphi Capuani Principis, & Ioannis militum Magiſtri in agone expectare viſi. 983. I. 149. Integra eorum caterua Fulconem iam factum monachum tanquam ſuum fruſtra repetunt Romæ 1004. IV. 168. Alii Hugoni militi agonizanti ſanitatem & alia pollicentur 1027. II. 183. Laſciuum Clericum in agone cruciant, eiuſque animam raptant ad Inferos. 1100 VI 274. Alius ab Eone Præſtigiatore transformatur in accipitrem. 1148. II. 323. Alius cuidam peregrinanti ad ſepulchrum D. Iacobi occurrens plurimorum malorum auctorem ſe confitetur 1194. I. 378.

Daibertus Piſanus Archiepiſcopus poſt recuperationem Hieroſolymæ à Saracenis, primus eius vrbis Patriarcha creatur 1099 III. 271. Scribit Paſchali Pp. de felici progreſſu Crucesignatorum in Terra S. 1100. II. 273. à Balduino Rege pulſus, pro defenſione Iurium Eccleſiæ Romam venit. 1104. III. 279. Reuerſurus in Palæſtinam moritur in itinere. 1107. IV. 283.

Dalmatia & Croatia fiunt tributaria Sedi Apoſtolicæ. 1076 XIII. 242. Augentur Regio honore à Gregorio VII. Pp. ib.

Damaſus II. Pap. vnanimi conſenſu electus, à Bonifacio ſedis inuaſore veneno interimitur 1048 I. 197.

Damnationes quorundam oſtenſæ Fidelibus, vide *Viſio & Anima.*

Dani Angliam miſere affligunt 870. V. 95. Profligantur inde per pietatem Anglorũ 870 V. 96. Denuo Angliam inuadunt pulſo eorum Rege 874. III. 98. Vna cum Sclauis Lotharingiam & Franciam depopulantur. 917. I. 119. Tributum pendere coguntur Henrico Regi 930. I. 123. Heraldus eorum Rex miraculo conuertitur 949 II 129 Occiditur à Suenottone filio 980. III. 148. Qui ſtatim perſecutionem excitat in Chriſtianos Daniæ ib. IV. & 995. IV. 156. Ab Ethelredo Angliæ Rege tributum accipiunt 983. V. 150 Occupata Dania ab Erico Victorioſo Suecorũ Rege, opera Popponis Sleſvicenſis Epiſcopi fidem amplectuntur 995 V 156. Immani perſecutione Angliam exagitant 1011. III 172. Diuinitus ideo puniuntur ib. IV. Elphegum martyrio afficiunt, vnde grauiſſimam Dei vindictam experiuntur 1012. I 173 Omnes in Anglia vna indicta die occiduntur ib. II Annonæ caritate oppreſſi ob cædem Canuti eorum Regis 1081. VI 251 Regnum Daniæ vectigale ſedi Apoſt. 1062 VII 220. Contendunt cum Adalberto Hamburgenſi Epiſcopo de Metropolitano, 1053 VI 202. Abſoluuntur à Iuriſdictione Archiepiſc. Hamburgenſis per Vrbanum Pap. 1092. II. 262.

Danielis Martyris & Leuitæ reliquiarum miraculoſa inuentio & translatio 1064. VII. 224. Deſcribitur ea a Quætengo ib Quis fuerit Daniel & quomodo Patauii Martyrium paſſus ib.

Dauid Abbas Anglus vitæ ſanctitate & rebus geſtis conſpicuus moritur 1063 V 213.

Decimas Eccleſiis debitas pendere recuſantes Dani, in eius vindictam diuinitus annonæ caritate premuntur 1081. VI 252.

Defunctorum fidelium commemorationem poſtridie Feſti omnium SS celebrandam inſtituit S. Odilo Cluniacenſis Abbas 1048 I. 197 Eos ſuffragiis viuorum iuuari patuit ex tabula tomb. ex ſpirolatum 8[illegible]. II. 60 & 874. I 98 & 1024 I. 180. vide *Viſio* Negat illud Petrus de Bruis 1126. VI 299 Henricus Petrobruſianus 1147 VI 321. Apoſtolici 1147 XII. 322.

Deitatem triplicem in S. Trinitate aſſerit Gotheſcalcus 848 II 57.

Demetrius Dalmatiæ Dux Regio honore à Gregorio Pp VII. coronatur, & Dalmatiam Rom. Eccleſiæ facit tributariam 1076. XIII. 242.

Demetrius Ruſſiæ Rex tributarium facit regnum ſuum Sedi Apoſtolicæ, & auxilia contra Boleſlaum per Legatos à Gregorio Papa implorat 1071. V. 139.

Depoſitio Regum & Impp. facta à Rom. Pontif. & aliis Epiſcopis. 1076. III. 140. Vide ſub propriis ſingulorum nominibus. & *Excommunicatio, Reges, Impp. Romanus Pontifex.*

Eos rite à Romanis Pontif. deponi poſſe probatur 1085. II 255.

Deſiderius Caſſinenſis Abbas reformat diſciplinam monaſticam 1063. I. 220. Eius eximia prudentia & congreſſus cum Henrico Rege pro reſtituenda pace Eccleſiæ 1083 III. 254. Creatur Romanus Pontifex nomine Victor III. 1085. VI. 255. Reliqua vide in *Victor.*

Deum humana forma præditum voluit Baſilius Medicus hæreſiarcha 1118 IX. 291.

Deuſdedit S.R.E Presbyter Cardinalis ſcribit contra Guibertum Antipapam 1080. IV. 249.

Diaconi Regionarii Cardinales qui dicti, & quæ eorundem munera in Eccleſia Roman. 1057. IV. 211.

Diaconiæ dictæ Romæ Eccleſiæ, & quænam ex 1057. IV. 211.

Dii, vide *Dæmones.*

Diodori & Mariani martyrum reliquiæ inuentæ 886. II. 107. Miracula patrata circa eas reliquias ib.

Diſciplinæ, ſeu mortificationis ſpontaneæ vſus quis in Eccleſia, & quando introductus. 1056 III. 209.

Diſputare de religione in Conſiſtorio Imp. coram Leone Armeno abnuunt orthodoxi 814. I. 15.

Diſputatio, vide ſub propriis diſputantium nominibus.

Ditmarus Merſeburgenſis Epiſcopus inſignis ſcriptor moritur 1018 I 177.

Diuina vindicta, vide *Vltio diuina.*

Dominici Fulginenſis Monachi res geſtæ, miracula, & obitus 1031. II 187.

Dominici Loricati magnæ ſanctitatis viri obitus 1061. XI. 218.

Dominicus Eathenſis Abbas ſanctitate vitæ clarus, moritur 1073. XV. 236.

Dominicus Calzadius maxima ſanctitate Hiſpaniam illuſtrat 1109. IV. 284.

Dominici Ordinis Prædicatorum Conditoris natalis Prophetiis illuſtris. 1170. I. 351. Eius parentes, patria, & baptiſmatus ib. II III. Vnde nomen Dominici ſortitus? ib. II. Laudabilis ipſius adoleſcentia 1184 I. 367. De eo præſagium ib.

Donatus Fæſulanus Epiſcopus eligitur, viuit in Monaſterio cum Fratribus, & obit miraculis clarus 802. VI 3.

Donus Papa eligitur & obit 972. I. 142.

Duffus Scotorum piiſſimus Rex per veneficarum incantationes afflictus 972. III. 143. Trucidatur à Donncuualdo milite; qui parricidii quoque dat pœnas, & quæ ſigna circa necem Regis ib IV

Duisburgenſe Concilium in cauſa Bennonis Metenſis Epiſcopi à ciuibus exoculati 927. I 121.

Dunſtanus vir prudentiæ ſingularis Conſiliarius Edmundi Regis Angliæ eligitur 940 I. 127. Eadredum Regem de impudicitia arguens relegatur in exilium 955. II. 131. Reuocatus miraculoſe in Epiſcopum Wigornienſem conſecratur ab Odone Archiep. Cantuarienſi 957. II 132. Edwini Angliæ Regis animam à dæmonibus liberat 959 III. 133. Pallium obtinet à Ioanne Papa 960. II. 133. Conciliũ celebrat aduerſus incontinentes Clericos in eorumq; locum monachos in Eccleſiam introducit. 970. II. 140. Comitem inceſtuoſum excommunicat ib. Ethelredo Regi cladẽ Angliæ vaticinatur 979. I. 147. Et duobus Epiſcopis obitum. 984. IV. 150. Moritur miraculis clarus. 988. V 152.

Durandus Leodienſis Epiſcopus primus ſcribit contra Berengarii & Brunonis hæreſim ad Henricum Regem Galliæ. 1035. I 189.

E.

EAdmundus Angliæ Rex martyr 870. V. 95. Mortuus vindicat ſe de blaſphemiis & crudelitate Suuani itidem Angliæ Regis 1014. V 175.

Ebba Abbatiſſa in Anglia pro conſeruatione pudicitiæ naſum ſibi præſcindit cum cæteris ſanctimonialibus 870. V. 95.

Ebbo Rhemorum Archiep. primus Danis Euangelium prædicat 826. III 31. Architectus diſcordiarum inter Ludouicum Pium & filios 833. II. 40. Archiepiſcopatu ſe abdicat 835. I. 41. mortuus expetit ſuffragium viuentiũ 851 III 58 Turbæ Hincmari, occaſione ab ipſo ordinatorum 866. V. 85.

Eberardus Saltzburgenſis Archiep. adhæret Alexandro III. Papæ aduerſus Octauianum Antipapam. 1160. V. 338. Eximiæ eius virtutes ib.

Eboracenſe Concilium ſub Huberto Archiepiſc. Cantuarienſi in cauſa Gaufredi Archiep. Eboracenſis 1194. IV. 379.

Ebraldi Fontis Ordinis inſtitutio, quo auctore, & quando facta? 1117. IV. 290.

Ebremarus Sedis Hieroſolymitanæ inuaſor

Digitized by Google

à Paſchali Pp. Legato rogatus, deponitur, & Eccleſiæ Cæſaraugſi præficitur. 1107 IV. 263
Eccleſia ſine ruga & macula non admittit impia dogmata. 808 I. 6. Eius poteſtas quare & quanta requiratur. 829. V. 35 Quantũ illi tribuerit Baſilius Imp 869. XI 93. Paſtime paſſim per orbem renouatæ 1003. V. 167. Ædificatæ à Romanis 1001 IV. 165. Grauiter perturbatur ex electione Octauiani Antipapæ 1160. III. 338. Paci reſtituitur à Friderico Imp. 1177. I. & ſeqq. 318 & ſeqq. Eius duplex gladius 1053. II. 201.
Eccleſiæ immunitas miraculo Sancti Pyrenæorum Regis confirmatur 1032. I. 187. Pro eius libertate fortiter agit Thomas Cantuar. contra Regem Angl. 1163. II. 343.
Eccleſiæ plures diuinitus ab incendio præſeruatæ 937 I. 125. Earum expilatores & violatores diuinitus puniti. 840. III. 41. & 843. II. 49. & 845. II. V. 54. & 924. IV. 121. & 951. II. 130. & 953. I 130. & 969. I. & ſeqq 139. & 978. III. IV. 147. & 999. IV. 101. & 1011. II. 172. & 1038. I. 191. & 1096. II 190 & 1055 II. 206. & 1059. X. 216. & 1093. VIII 263. & 1136. II 309. & 1144. IV. 317. vide etiam *Vltio diuina*. Sacrilegia Deo execrabilia. 996. XII. 158. Bulla aurea Alexii Comneni contra eos. 1082 III 253.
Eccleſiaſticæ Perſonæ, vide *Clerici*, *Sacerdos*, *Epiſcopi*.
Eclipſis ſolis monſtroſiſſima ſub Conrado Imp. 1033. I 187.
Edeſſam occupat Conſtantinus Porphyrogen: Imp. & Saracenis in pretium liberationis ab obſidione epiſtolam manu Saluatoris ad Abagarum ſcriptam, & imaginem euſdem non manufactam extorques 944. II. 128. Recuperatur a Saracenis 1145. VI, 319.
Edgarus Angliæ Rex adulter reiicitur à Dunſtano, ideoque pœnitentiam agit. 970 III. 140.
Edmondus vel Edminus Angliæ Rex ſucceſſor Ethelſtani Regis electus, Dunſtanum virum prudentem Conſiliarium recipit 940 I. 127. Qui ipſius animam precibus à dæmonibus liberat 959. III. 133. Moritur ib.
Edmundus Gothorum Sueonumque Rex ob Legatos ab Adalberto Hamburg. Archiepiſc. miſſos, ignominioſe reiectos, diuinam cum ſubditis vltionem experitur. 1054 XI. 206
Eduardus Angliæ Rex Æthelualdo propinquo ſuo bellum parat 901. VI. 124.
Eduardus alius Edgari Regis Angliæ filius eius ſucceſſor eligitur in Concilio Angl 975 IV. 145. Dolo Nouercæ miſere trucidatur, cuius innocentiam Deus miraculis comprobauit 978 II. III. 147.
S. Eduardus itidem Angliæ Rex virginitatem cum coniuge ſeruat 1043. I. 193. Legatos Romam cum collectis mittit pro abſolutione à voto. 1060. II. 216. Accipit Legationem ab Alexandro Pap. pro eligendo Vulſtano Epiſcopo. 1062 III 220. Canonizatur ab Alexandro Pap. III. 1161. I 341.
Egino Gothis Sueonibus aliiſque Barbaris Euangelium prædicat 1072. VI. 232. Pie moritur ib.
Eginhardus corpora SS. Marcellini & Petri Aquiſgranum transfert 826. II. 30.
Electio Rom. Pontificum, vide *Pontificum electio*
Electio Epiſcoporum, vide *Epiſcoporum electio*, & *Inueſtitura*.
Electores Imperii in Germania conſtitui à Sede Apoſtolica per Gregorium V. Papam 996. V. 157. Illud Ius eſſe Romanis Pontificibus probatur ib. VI.
Elphegus Cantuarienſ. Archiep ſpoliatus, prædones à diuina vindicta liberat 1006. I. 169 In Danorum perſecutione carceri includitur, & Danos diuinitus ob tyrannidem punitos liberat 1011. IV. 172. Ab iiſdem martyr occumbit 1012. I. 173.
Emericus Stephani Hungariæ Regis filius ſancte obit 1030 II. 185. De eius anima ad cœlum delata. ib.
Engelinheimenſis Synodus contra Hugonem Rhemenſem Archiepiſcopũ 948. II. 129. Alia ſub Ottone Imp in cauſa Vdalrici & nepotis eius, pro componendis rebus Eccleſiæ 972. II. 142.
Engilberga Auguſta Ludouici II. Franciæ Regis relicta vidua in monaſterium ſe recludit 875 I 98
Encænia Eccleſiæ Compoſtellanæ in Hiſpania celebrata 876. VI 99. Bambergenſis in Germania 1012 I. 172. Aurelianenſis in Gallia 1029. I. 185. Lucenſis 1070. V. 230. Caſſinenſis celeberrima. 1071 II 231. S Geminiani Rauennenſis. 1184 IV. 367
Eon ſiue Eudo inſanus hæreſiarcha præſtigiis dæmonis dementatus, alios plurimos ſeducit 1148. II. 323. Eius cauſa in Concilio Rhemenſi agitata, ipſe vna cum diſcipulis ſuis igni traditur. ib. Diſcipulorum ipſius nomina, ib.
Epiſcoporum electionem fieri à Principibus ſecularibus, prohibetur in Concilio VIII. Oecumenico, vide *Inueſtitura*. Item ne Epiſc Principib indecentia obſequia exhibeant 869 X 91. Henrici Imp. erga Epiſcopos reuerentia 1006 I. 169 Quanta eorum dignitas & poteſtas 1080 II 248. vide *Rom Pontifex. Excommunicati*.
Epiſcoporum electio rata non habenda ſine auctoritate Rom Pontif facta. 1081 V. I. in fin. 257.
Epiſcopi Collaterales Romæ quinam dicti, & quodnam eorum munus in Eccleſia 1057. IV. 211.
Epiſcopi pueri quando primum electi, & cuius Pontificis auctoritate 925. III. X 122. vide *Puer*.
Epiſcopi armati pugnare in militia ſoliti. 888 II. 18 & 1010 II 172 Prohibentur arma tractare in Concilio Moguntino 888. II 108 Auocati à caſtris militaribus, male habentur à Ludouico Rege Franciæ. 1117. II. 300 vide etiam *Clerici bellatores*.
Epiſcopi Schiſmatici excõmunicati a Gregorio Papa in Conciliis Romanis 1078. I 245. & 1079. IV. 246.
Epiſcopatus à Principib emi poſſe docuit hæreſis Henriciana 1046. I. 296. vide *Henriciana hæreſis*, *Beneficia*, *Inueſtitura Simonia*.
Epiſcopatus plures ſimul inuadit Manaſſea Arelatenſis adiumento Hugonis Regis Italiæ. 936 II 114.
Epiſtola, vide *ſub ſingulis auctorum nominibus*.
Epiſtola Saluatoris manuſcripta ad Abagarum à Saracenis traditur Conſtantino Porphyrogen. 944. II. 128 Michaelis ſcurriles ad Nicolaum Papam datæ publice exuruntur 965. II. 81.
Eremitæ quinque in Polonia à latronibus martyrio afficiuntur. 1000 IV. 162.
Erfordienſis Synodus aduerſus coniugia Clericorum 1074. VI 237.
Ericus Stenchillus Sueciæ Rex per Legatos Euangelii Præcones poſtulat & à ſubditis trucidatur 970. VII 141.
Ericus Victorioſus Sueonum quoque Rex Suenortonem Daniæ Regem deuincit, potiturque Dania per Popponẽ cum ſubditis baptizatur 995. V. 156.
Ericus II. Daniæ Rex repudiata Bothilde legitima coniuge pellices ſubintroducit. 1102. VII 278. Pœnitens in peregrinatione Hieroſolymitana moritur ib
Ericus Sueciæ Rex laudatiſſimus Finlandos bello ſubiugans Henricum Vpſalenſem Epiſcopum illis Apoſtolum inſtituit. 1151. IV. 327. Eius initia, laudabiles progreſſus, victoriæ, martyrium & ingentia miracula. 1160. IX & ſeqq. 339.
Ermenegildus primus Ouetanus Archiepiſcopus Concilium celebrat de rebus Eccleſiæ. 901 V 114.
Erminoldus Abbas Pruſenigenſis Henricum Imp. excommunicatum ab ingreſſu monaſterii ſui arcet. 1121 III. 294 Vitæ ſanctitate clarus obit ib.
Erneſti Alemaniæ Ducis publica peccatorum confeſſio & pœnitentia 1025. II. 175.
Ethelredus Angliæ Rex coronatur 979. I. 147. Prophetia ei à Dunſtano facta ob occiſum fratrem ibid A Danis auro pacem redimere cogitur ob auaritiam ex vaticinio Dunſtani 983. V. 150. Moritur 1016. II. 176
Ethevvoldus Vuentanus Epiſcopus Clericos ſuos ad continentiam traducere conatur 970 IV 141.
Euchariſtiam eſſe ſolam figuram corporis Chriſti aſtruit Berengarius hæreſiarcha 1004. III 168, & 1035. I. 189 vide *Berengarius*.
Eam non corpus Chriſti, ſed orationem Dominicã eſſe docuit Baſilius Medicus 1118. IX. 291. vide *Bogomili*. Illam ad ſalutem prodeſſe penitus negarunt Tanchelinus & Petrus de Bruys 1126. V. VI. 299. Itemq; Henricus Petrobruſianus 1147. VI. 321. Vere & realiter in ea eſſe corpus Chriſti miraculis comprobatur contra hæreſes 1137 IV. 310. viſa in forma pulchelli pueri 1030 V. 186 Direpta clanculum à muliere in carnem mutatur 1039. IV. 214. Alia ingentia circa eam patrata miracula, pro confirmanda fide Catholica aduerſus hæreſes 1181. VII. & ſeqq. 365 1192 II. 377.
In Euchariſtia porrigenda terribilis conteſtatio Hadriani Pp. ad Lotharium Regem Franciæ 868. II ea Gregorii VII ad Henricum Regem Germ. 1077. II. 242. S. Bernardi ad Guillelmum Ducem Aquitaniæ 1135. II. 308.
Eudo, vide *Eon*
Eudocia Aug Conſtantini Ducæ Imp. relicta vidua imperat. 1067 II. 227. Romanũ Diogenem in Imperiũ aſſumit, illiq; nubit 1068. II 228. Depoſito Romano ſuo marito, ipſa à Michaele Duca in monaſterium detruditur. 1071. II 231.
Euerardus Carnotenſis Subdecanus Martyr 1008. V. 171.
Euerardus Dux Franciæ inſurgens contra Henricum Germaniæ Regem, ab eo vincitur. 938. V. 126 Iterum rebellat atque in prælio interficitur 939. I. II. 126.
Eugenia virgo Cordubenſis martyrium conſequitur ſub Saracenis 923. I. 121.
Eugenius Pp II. creatur 824. I. 29. Schiſma aduerſus ipſum conflatum ſedatur à Lothario Rege. ib. A Ludouico Rege conſultus in cauſa SS. Imaginum, quid decreuerit. 825 II 30. Moritur 827. II 33.
Eugenius III eligitur Rom Pontifex ex Abbate Triumfontium 1145. I 317. Romanorum perduellium ſeditionem metuens inauguratur in monaſterio Farvenſi ibid. Accipit literas commonitorias à D. Bernardo ibid. II. 317. Legati Armeniorum à Metropolitano dicto Catholico Romam miſſi, ei ſubiectionem reddunt 1145. V. 319. Ludouicum Regem ad nouam expeditionem Terræ Sanctæ incitat ibid. VI. & 1146. I. & ſeqq 320. Exagitatus à Romanis Arnaldiſtis fugit in Galliam & Carnoti Concilium celebrat ibid. Itemque Rhemis. 1148. II. 323 Excuſat S. Bernardum ſine auctoritate Card. Gilberti errores refellentem. ibid. V. 324 Probat ſtudium S Hildegardis ibid. VI. Eius vitæ ſanctitas miraculis illuſtrata ibid. VII VIII. Quam benigne habuerit Petrum Abb. Cluniacenſem 1150. I 326. Cognoſcit cauſam Moguntini & Colonienſis Epiſcopp eorumque munera repudiat 1151 I 327. Moritur. 1154. I. 329.
Eugenii Toletani Archiep. reliquiæ inuentæ & tranſlatæ in Hiſpaniam. 1148. X. 324
Euphemius Tyrannus Saracenos in Siciliam introducens pœna capitis mulctatur. 827. I 33.
Eupraxius à Nilo Abbate perſanatus fit monachus 976. III 146.
Euthymius Conſtantinopol. Patriarcha ſubrogatur Nicolao 901 II. 114. Eiicitur ab Alexandro 911. II 117.

Digitized by Google

Euſtachius Comes Boloneniſ Balduini Hieroſolymorum Regis frater electus Rex contra Balduinum affinem, ſponte ei Regnum cedit. 1118. VII. 191.

Euſtathius Presbyter Conſtantinopolitanus Patriarcha creatur 1019. III. 178. Romano Pontif. muneribus titulum Oecumenici ſeu vniuerſalis ſuffurari ſibi attentat 1023. II. 280. Moritur 1025. III. 281.

Excommunicati à Rom. Pontif. & aliis Epiſcopis Imp. Reges & Principes. A Gregorio VII. Robertus & Giſulphus Principes. 1074. VI. 257. Henricus Rex Germaniæ 1076. II. 240. & 1080. II. 248. Northmanni rerum Eccleſiaſticarum inuaſores. 1078. III. 245. Nicephorus Botoniates Imperator ib. Boleſlaus Poloniæ Rex à Staniſlao Cracouienſi Epiſcopo 1079. VII. 242. Philippus Rex Franciæ ab Hugone Lugdunenſi Archiepiſcopo 1094. II. 261. & à Paſchale 1100. V. 274. Ab Alexandro III. Frederico Imp. 1168. II. 349.

Eos excommunicari poſſe probatur 800. II. I. & 898. I. III. & 1034. I. II. 188. & 1080. II. 248. & 1081. I. II. 250. & 1085. II. 255.

Excommunicari non poſſe laicos, & excommunicatos ſine abſolutione recipi poſſe docuit Wecilo hæreſiarcha 1085. III. 255. Confutatur in Concilio Quintilineburg. ib.

Excommunicationem contemnunt Henriciani hæretici 1101. I. 177.

Excommunicatorum communicatio quantopere vitanda. & quam illi Deo ſint execrabiles? 1034. I. II. 188. Non dicendum homicidam, qui excommunicatũ occiderit. 1089. IV. 260. Diuinam vindictam experti excommunicati ab Hugone Epiſcopo Lincolnienſi 1191. IX. 376.

Excommunicationis formula in Henricum Regem 1076. III. 240. 1080. II. 248. In Schiſmaticos. 1078. II. III. 241.

Exuperantii Cingulani Epiſcopi vitæ inſtitutio, miracula & obitus. 810. V. 25.

F.

FAmes in Germania ſub Lothario Imp. 850. IV. 19. Sub vacante Imperio Occid. 1006. I. 169. Sub Henrico 1056. I. 209.

Fanuani Agrippinatis peregrinationes, vitæ inſtitutio, miracula & obitus 1150. V. 317. Canonizatur ab Hadriano Pap. IV. ibid.

Fazelli Siculi Monarchiæ Siculæ aſſertoris maleſani mendacia confutantur. 1096. IV. & ſeqq. 266. & ſeqq.

Felicitatis virginis reliquiæ Patauii inuentæ 1053. IX. 204.

Ferdinandus Magnus Caſtellæ Dux Veremundum Legionenſem Regem interficit, eiuſq; regno potitur, & victoriã D. Iacobo aſcribit 1037. III. 191. Ope D. Iacobi Conimbricam capit 1040. II. 192. Conſiliũ Capacenſe in Hiſpania celebrat. 1050. II. 200. Pro reliquiis S. Iuſtæ cũ Mauris decertans B. Iſidori corpus ex eiuſdem reuelatione obtinet. 1013. VII. 202. Accipit Legatos ab Henrico Imp. pro ſubiicienda Hiſpania Regi Germaniæ 1055. III. 207. Iuſſu Victoris Papæ, titulum Imperatoris hactenus vſurpatum deponit, ſeſeque Henrico ſubmittit & Rom. Pontif. ib. V. Mortis præſcius pie obit vna cum coniuge Sanctia. 1065. III. 225. Eius laudes, virtutes & miracula. ib. IV. 226. De tribus eius filiis Regni hæredibus. 1070. VIII. 230.

Ferias memoriæ Sanctorum conſecratas à iudiciis publicis immunes eſſe conſtituit Manuel Imp 1166. IX. 348.

Fidei Catholicæ veritas contra hæreticos & Infideles igne & miraculis probata 949. II. 129. & 995. V. 156. & 970. VIII. 141. & 1056. V. 210. & 1061. V. 222. & 1147. IX. 322.

Eam amplexi Paſtinacæ populi 1040. VII. 200. Item Helſingi 1050. V. 210. Gothi & Suecones 1056. V. 220. Alii Septentrionales populi 1076. I. 227.

Fidei profeſſio Ludouici VI. Franciæ Regis 1130. IV. 309. Concilii Rhemenſis aduerſus errores Gilberti 1148. III. 313. Berengarii contra ſuam hæreſin. 1079. II. 240.

Fidelitatis iuramentum, vide *Iuramentum.*

Florentia ciuitas à Gothis euerſa per Carolum Magnum reſtauratur. 802. V. III.

Florentinæ Eccleſiæ ſchiſma contra Petrum Papienſem Epiſcopum Florentinum. 1063. I. 220. Quam graue illud fuerit? ib. II.

Florentinum concilium ſub Victore II. pro mitigandis pœnitentiis &c. 1055. I. III. 206.

Floriani Martyris reliquiæ maximo miraculo in Poloniam delatæ 1184. II. 367.

Fontis Ebraldi Ordinis inſtitutio quo auctore, & quando facta 1117. IV. 290.

Forchemenſia in Germania Comitia in cauſa Henrici Regis Germaniæ 1077. IV. 243.

Formoſus Portuenſis Epiſcopus in Bulgariam ablegatus, its incolas Euangelizat 866. I. 83. Damnatus à Ioanne VIII. per Marinum Pp. reſtituitur 883. I. 104. Papa creatur 891. I. 109. Falſo ipſi affinguntur crimina ibi. I. Mittit Legatos Conſtantinopolim ad diſpenſandum cum Photianis ibid. II. Inuidiam aliorum Principum incurrit ob Widonem Imp. coronatum. 892. I. 109. Lambertum VVidonis filium vngit Imperatorem 893. II. 110. In concilio Anglicano laborat pro pace Franciæ 893. I. 110. A Romanis diu exagitatur Arnulphum vindicem ſuum coronat Imperatorem, & moritur 896. I. 111. Impie eius cadauer tractatur à Stephano Pſeudopapa 897. I. 111. Innocentia ipſius miraculis oſtenditur ib. II.

Formulæ fidei, vide *Fides.* Formula iuramenti, vide *Iuramentum.*

Formulæ excommunicationis, vide *Excommunicatio.*

Fortunatus Gradenſis Patriarcha electus, à Carolo Magno diploma ſecuritatis petit, & impetrat 802. IV. 2. pallium à Leone Pp. obtinet 803. I. 3. Apud Ludouicum Imp. accuſatus ſe ſubducit. 821. VI. 28.

Francia à Bulgaris & Saracenis occupatur 828. III. 34. Bellum inteſtinum inter Reges Franciæ 841. II. 44. eius clades ob peccata populorum 828. I. 33. Affligitur & inuaditur à Northmannis 842. II. 60. & 845. II. 54. Redimit pacem auro ibid. Eius Legati ad Ludouicum II. contra Carolum miſſi 858. II. 66. Donatur reliquiis S. Euſebii & Pontiani. 865. IV. 83. Vaſtatur à Danis & Sclauis. 917. I. 119. Transfertur cum reliquiis S. Dionyſii eius Regnum in Saxones 920. II. 120. Item à ſtirpe Carolina ad Hugonem Capetum Comitem Pariſienſem, ex promiſſione Sancti Valerici 987. I. 151. Reliquiæ ibi reuelatæ Leutherico Archiep. 1008. I. 170. Diſſenſio oritur occaſione ſucceſſionis filiorum Hugonis Regis 1028. I. 183. Eius Reges laudatiſſimi 1074. XIII. 238.

S. Franciſci natalis 1182. IV. 366.

Franco VVormatienſis Epiſcopus vir egregiæ ſanctitatis moritur 999. II. 160.

Francofordienſe Concilium 1006. I. 169.

Fridericus Moguntinus Archiep. de coniuratione coram Henrico ſe purgat 941. II. 127.

Friderici Traiectenſis Epiſcopi martyrium 838. II. 43.

Friderici Comitis Saxoniæ ſchiſmatici obitus & ad inferos damnatio. 1120. III. 293.

Fridericus Sueuiæ Dux, Romanorum Rex ſuccedit Conrado 1152. I. 328. Guicmannũ in Archiepiſcopatũ Magdeburgenſem intrudit ib. Eius pietas 1154. IV. 319. Romam venienti occurrit Hadrianus 1155. II. 330. Ab eodem repellitur à pacis oſculo, donec ſatisfaceret de officio ſtratoris non præſtito. ibid. III. IV. Comitem Spoletanum rebellantem redigit in ordinem. V. ib. V. Repudiata ob conſanguinitatem priore coniuge aliam ducit 1156. VII. 312. Legatos cum literis ab Hadriano miſſos repellit. 1157. I. II. 333. Reconciliatur Hadriano 1158. I. 333. Expetit Regalia Imperii ibid. II. Diſcordiæ inter eum & Hadrianum Pap. 1157. II. 333. & 1159. I. 334. Quid in earum cauſa inter vtrumque actum ibid. II. III. Fauet Octauiano Antipapæ contra Alexandrum III. 1156. VII. VIII. IX. 336. Arguitur ab Alexandro quod ſine ſedis Apoſtolicæ conſenſu Concilium indicere præſumat. ibid. In Pſeudoſynodo Papienſi Pontificatum Alexandro III. abrogat, eundemque adiudicat Octauiano 1160. I. II. 337. 338. In Conciliabulo Laudenſi eundem excommunicat. 1161. III. 341. Dolis aliis Principes ſecum in ſchiſma pertrahere fruſtra conatur. 1161. II. IV. 342. Confirmat electionem Guidonis Cremenſis Antipapæ 1164. VIII. 345. A Deo variis aduerſitatibus caſtigatur ibid. IX. Alexandro Romam redeunti inſidiatur 1165. II. 346. In Pſeudoſynodo Herbipolenſi de propugnando Guidone Antipapa aduerſus Alexandrum eiuſque ſucceſſores, iuramentum præſtat, & ab aliis exigit. 1166. I. II. III. 346. & 1166. VI. 347. Exercitum mouet in Italiam, & Longobardos rebellantes aggreditur ibid. VII. Dolo Romam capiens, immiſſa in exercitum peſtilentia diuinitus cogitur recedere 1167. I. II. 348. Excommunicatur & Imperio deponitur ab Alexandro 1168. II. 349. A Mediolanenſibus ingenti clade affectus, fugatur ibid. III. Conſulit de ſuis rebus Epiſcopos. ibid. IV. Ildebrandino Palatino Comiti poſſeſſionem rerum ſuarum confirmat. 1170. XVI. 353. Alexandriam Longobardiæ ciuitatem obſidens ope D. Petri profligatur 1174. III. 355. Pacem doloſe ſimulat, ob metum belli Longobardorum. 1175. II. 356. Henricum Angliæ Regem per nuptias filiæ ſuæ ab Alexandro alienare conatur. 1176. I. 357. Rurſum à Mediolanenſibus oppreſſus, ſe ro pacem petit ab Alexandro ibid. II. Quomodo ea inter ipſos compoſita 1177. I. & ſeqq. 358. & ſeqq. De eius collo ab Alexandro calcato incerta narratio ibid. III. Nouas excitat diſcordias ibid. VII. 360. Auxiliares copias mittit Lucio Papæ aduerſus factioſos Romanos 1183. I. 366. In congreſſu Veronenſi cum Lucio Pap. altercatur de quibuſdam rebus & iuribus 1184. V. VI. 367. Henricum filium, aduerſante Pontifice, Regem Italiæ coronat. ibid. VI. 365. Quid Veronæ cum Lucio tranſegerit 1185. I. 368. Bona erepta Eccleſiæ Roberto Malateſtano priuilegio confirmat 1185. VI. 369. De variis criminibus redargutus ab Vrbano Pap. agit denuo aduerſus ſedem Apoſtol. 1186. I. 370. Crucem aduerſus Saracenos in Terra S. ſuſcipit. 1188. I. 372. In orientem cum expeditione perueniens infelici caſu interit. 1190. II. 373.

Fridericus Henrici filius Siciliæ regnum in feudum accipit à Cœleſtino Pap. 1197. II. 381.

Fulbertus Abbas Perſorenſis mortuus ad vitam redit & paulo poſt iterum moritur. 970. II. 140.

Fulbertus Carnotenſis poſtea Antiſtes ſtatum Eccleſiæ Gallicanæ Abboni perſcribit 1003. VI. 167. Ex monacho creatur Epiſcopus eruditione præſtantiſſimus. 1007. II. 169. Scribit aduerſus Principes bonorum Eccleſiaſt. raptores ibid. Eius obitus, ſcripta, & elogia 1028. II. 183. Inſignis ipſe D. Virginis cultor Berengarium moriturus à ſe repellit ibid.

Fulcherius Patriarcha Hieroſolymitanus creatur ex Archiepiſcopo Tyriæ. 1146. IV. Moritur 1159. XII. 357.
Fulco Rhemenſis Archiep. Carolo ſimplici defert regnum Franciæ aduerſus Odonem Tyrannum 891. I. 110 Trucidatur à Balduino Comite 900 III. 112.
Fulguardi Aldenborgenſis Epiſcopi res geſtæ & obitus 1010. IV 172.

G.

GAldinus Sala Archiepiſc. Mediolanenſis, Cardinalis, Longobardiæ Legatus conſtitutus, laudabiliter munus illud adminiſtrat. 1165. V. 346. & 1167. II. 348. Moritur miraculis clarus. 1177 X. 360.
Galgani Clauſdini miraculoſa vocatio vitæ inſtitutum, miracula & obitus 1181. XIV. 365.
Gallia vide *Francia*.
Gallicanæ Eccleſiæ afflictus ſtatus deſcribitur à Fulberto Epiſcopo Carnotenſi 1003. VI. 167. Florent Religioſorum Ordinibus 1131. V. 301.
Gallicana Concilia plura de variis Eccleſiæ quæſtionibus ſub Roberto Rege 1004 I. 168. Alia pro diſciplinæ Eccleſiaſticæ reformatione 1034. I. 188. ſub Hugone Lugdunenſi contra Henricianos ſchiſmaticos & Philippum Regem Franciæ 1094. II. 262. Sub Epiſcopis Galliarum aduerſus ſacrilegos 1135 V. 308.
Garſias Vaſconum Rex peregrinationem ad limina Apoſtolorũ inſtituit. 1017. V. 183.
Garſias Caſtellæ Comes diuina vindicta doloſis ſiciorum Vigilæ Principis necatur. 1028. III. 184.
Gaſtonus Franco nobilis Viennenſis Inſtitutor Ordinis miniſtrorum Hoſpitalis S. Antonii 1095 VII. 265.
Gaufredus Andegauenſis Comes ob Cluniacenſe monaſterium oppreſſum diuinã vindictam experitur. 1062 IV 220.
Gaufredus Carnotenſis Epiſcopus laudatiſſimus, mittitur Legatus in Aquitaniam 1135 I. 307.
Gaufredus Henrici Angliæ Regis filius abdicat ſe Epiſcopatu Lincolnienſi 1181. I. 364
Gaufredi Eboracenſis Archiepiſcopi vita flagitioſiſſima 1194 III. 379 Suſpenditur ab Officio per Cæleſtinum Pap. 1195. II. 380.
Geberardus Conſtantienſis Epiſcopus Legationis munus in Germania accipit à Paſchale Pp. 1100 X. 275 Henricum filiũ Henrici Imp. Germaniæ Regem coronat 1103. I. 279 Ex Comitio Germ. Legatus Romam mittitur 1105. III 280. Auxilia à Mathilde contra Imp. petit. 1106. I. 281.
Gedeonis Cracouienſis Epiſcopi inſigne facinus ad reprimendam a ſubditis iniuriã Miecislai Regis Poloniæ 1175 IV. 356
Geiſa Hungariæ Rex pulſo Salomone Rege eius loco regnat. 1075. XI. 144. Moritur 1077. XI 244
Gelaſius II. Romanus Pontifex creatus ex monacho Caſſinenſi, mox à ſchiſmaticis pugnis diriſſime excipitur, atque in carcerem detruſus liberatur ab Orthodoxis 1118. I. II. 291. Fuga elapſus iterumq; reuerſus, denuo Henricum Imp. fugit aduerſus eum cuncto Burdino Bracharenſi Epiſcopo ib. III. IV Indulgentias concedit ibid. V. Moritur Cluniaci, 1119. I. 292.
Geneſienſe Concilium in cauſa Anſelmi Epiſcopi Lucenſis & rebellium Canonicorum 1074. VIII 237.
Gennadius Conſtantinopolit. Patriarcha contra Græcos oſtendit Eccleſiam Romanam errare non poſſe 819. II. 13.
Georgius Martyr in acie aduerſus Saracenos pro Petro Aragonum Rege pugnare viſus. 1108. IV. 285.
Georgius Xyphilinus Cõſtantinop. Patriarcha creatur. 1191. X. 376. Ei offertur à Theodoro Balſamon commentarius in Canones. ib.
Geraldus ex Eremita Abbas Broniēnſis collapſam diſciplinam Eccleſiaſt. eam reſtituit. 939. III. 116. Moritur virtutibus clarus 918 I 133 Arnulphum Marchionem à calculo ante obitum liberat. 959. I. 133.
Geraldus Canochienſis in Hungaria Epiſcopus agit contra Ouonem Tyrannum, eique diuinam vindictam prædicit 1044. I 192. Martyrium ſubit 1047 III. 197.
Gerardus Engoliſmenſis Epiſcopus ſtudens partibus Anacleti aduerſus Innocentium conuiciis & perſecutione Orthodoxos exagitat. 1130. VIII. 303. Perſeuerans in ſchiſmate impœnitens interit. 1135 III. 308 Eius cadauer extumulatur & progenies penitus exciinditur. ib.
Gerardus Cardinalis Legatus in Germania S. Northbertum Magdeburgenſem Epiſcopum creat 1127. IV. 300. Ab Anaſtaſio Legatus miſſus in Germaniam male habetur à Friderico Rege & moritur. 1154. I 319.
Gerbertus ex monacho factus præceptor Roberti filii Hugonis Capeti Franciæ Regis Ioanne Pp conuiciatur. 990. III. 253. In ſedem Rhemenſem aduerſus Arnulphum Arch epiſc. intruditur. 991. II. 154. Alia eius in Pontif. conuicia ibid. III. Sede pulſus à Ioanne Pap. pœnitentiam agit. 995. I. 156. Euehitur in ſedem Pontificiam opera Ottonis III. Imp. Silueſter II poſtea dictus 999. I. 160. vide reliqua in *Silueſter* II.
Gerlandi Agrigentini Epiſcopi pro Infidelium conuerſione labores & obitus 1085 VIII. 257.
Germania fame affligitur 850 IV. 59. A Saracenis incendio deformata, per Carolum Magnum Imp auro redimitur Iterum occupatur ab Hunnis & Arnulpho Rege 889 I. 109. Iis ſolis Romanum Imperatorem eligendi ius conceſſum à Gregorio V. Pontif. 996 I. 157 Ab ipſis ad Saxones Imperium Occidentale tranſlatum poſt Henricum V. Imp 1125. IV. 298.
Germaniæ Eccleſia miſerabiliter affligitur à tumultuantibus Clericis concubinariis. 1074 V 237.
Germanicum Concilium contra Cadaloum Antipapam ſub Annone Archiepiſc. Colonienſi 1062 II. 219. Comitia in cauſa Henrici Regis 1077 IV. 243. 1076. XI. 241.
Gerona Colonienſem Archiepiſcopum cõſecratur præſentibus S. Petro Apoſtolo & S. Ambroſio 965. IV. 137.
Gibertus Clericus ob Simoniace obtentam abſolutionem pro Cancellario diuinitus punitur 1049. III. 199.
Gilbertus vide *Guibertus*
Gilberti Pictauienſis Epiſcopi hæreſis deſumpta ex Ariſtotele 1147. V. 321. Quæ eius errorum capitula ibid. Damnatur in Concilio Rhemenſi ſub Eugenio Papa. 1148 III 323. Reſipiſcens reſtituitur ſuæ Eccleſiæ ib. V. 324.
Gilulphus Salernitanus Princeps ob vſurpatas res Eccleſiaſticas & rebellionem excommunicatus iterumque abſolutus à Gregorio Pp. moritur 1074 VII. 237.
Giſlebertus Lotharingiæ Dux rebellans Henrico Regi Germaniæ, ab eo vincitur 938. V 126. Denuo contra eum vires reſumens ſubmergitur. 939. III. 126.
Gladii apud Polonos ſtringi ſoliti ſub lectione Euangelii 966. II. 138.
Gladius in Eccleſia duplex 1053 II 201.
Gneſnenſis Eccleſia quando in Metropolim erecta 999. III. 161. Magnis cladibus afficitur à Predislao. 1036. II. 190.
Godefred Lotharingiæ Ducis publica pœnitentia de exuſta ciuitate Virdunenſi 1047. IV. 192. Ingenti prælio reprimit Northmannos ab Imperii inuaſione. 1060. I 216. Moritur 1070. VII. 230
Godefredus Gibber itidem Dux Lotharingiæ 1070 VII 230. Necatur Antuerpiæ 1075 VIII 241.
Godefredus Bulionenſis Ducis filius pariter Lotharingiæ Dux vna cum fratribus expeditionem parat in Terram S. 1095. V. 264. Primus omnium capit Hieroſolymam, vnde Rex Solymorum conſtitutus ib. Paſchali Pp. felices ſucceſſus in Terra S. perſcribit 1100. II. 273 Moritur prudentia & militari fortitudine illuſtris 1100 VII. 275.
Godefredus Ambianenſis Epiſcopus falſo de criminibus apud Paſchalem Pp. accuſatus, deponitur & paulo poſt reſtituitur. 1109 IX. 284 Abdicare ſe ſponte volens, in Concilio Belluacenſi ad Epiſcopatũ cogitur. 1114. II. 289 Moritur 1118. XII 292.
Godefredus Cappenbergenſis Comes monachus factus poſt multas in religione tribulationes exhauſtas virtute & ſanctitate celebris moritur. 1126. VIII. 300.
Godefredus Viterbienſis hiſtoriam ſuam Vrbani Pp cenſuræ ſubiicit, eidemque inſcribit. 1186 IV 370.
Godouinus Anglus ob parricidium & periurium Deo vindice extinguitur. 1001. XII 219.
Gotebaldus Epiſcopus Noruegis aliiſque Barbaris Euangelizat. 1400. V 163.
Gothardus Hildeſemenſis Epiſcopus creatur 1022. V. 180 In Concilio Moguntino energumenam à dæmone liberat. 1023. I. 180. Mortis præſcius obit, & miraculis illuſtratur. 1036. I. 190.
Gotheſcalcus Pſeudomonachus hæreſiarcha in Gallis emergit 848 II. 57. Eius dogmata & mores. ib. Damnatur in Cõcilio Moguntino ib. Valentino 855. I. 61. Tulenſi 859 III. 69
Gotheſcalcus Scarenſis Epiſcopus creatus reditu à monaſterium ibidemq; pie obit. 1030. IV 185.
Gotheſcalcus Slauorum Princeps à ſubditis ob religionem Chriſtianam vna cum coniuge martyrio coronatur 1065. II. 225.
Gothi ſub Stenchillo Rege miracula Sacerdotis Idololatræ Chriſtianam fidem amplectuntur 1056. V. 210. vide *Sueui*.
Græci campanarum vſum accipiunt 865. IV. 83. Quæ inter eos & Eccleſiam Latinam controuerſiæ 867 II. 84 Eorundem in Romanos inuidia & fraudulentia 869. XIII 94 Latinorum Legatis Chirographa per piratas eripiunt. ibid. Ottonem Rom. Imp. ingenti prælio vincunt. 983 II 149. Prælio in contra Northmannos 1018 II 177. Profligantur ex Italia ab Henrico Imp. 1022. I. 179. Titulum Oecumenici vel Vniuerſalis Romanis Pontif. ſurripere attentant 1024. II. 180. Auerſantur expeditionem Latinorum in Terram Sanctam. 1147. IV. 300. vide *Alexius*, *Manuel Imp.* Conſtantinopoli horrende graſſantur in Latinos 1183. VI. VII. VIII 366. Horrendam & ipſi crudelitatum ſuarum ab iiſdem Latinis patiuntur vindictam. ibid. IX
Grandimontenſis Ordinis inſtitutio per Stephanum Auernenſem pietate inſignem. 1126. VII 300.
Gratianus Monachus Benedictinus ſcribit librum Decretorum 1151. VIII 328 Error eius de Leone Pſeudopapa. 964 IV 136.
Gregorius IV. Romanus Pontifex inuictiſſimus creatur 827. III 33. Reliquias Greg. Magni & aliorum in Baſilicam B. Petri recondit ib. Oſtiam potiũ contra Saracenos cõmunit eamq; Gregoriopolim nominat, quæ poſtea Leonina ciuitas dicta. 829 I 34. Pacem inter Ludouicum & filios componere fruſtra attentat 833 II. 40. Feſtum omnium Sanctorum vbique celebrari inſtituit. 835. IV. 42. Moritur 843. III. 49.
Gregorius V. eligitur 996. I. 157 Electus à Creſcentio Conſ. reſtituitur ab Ottone Rege contra Ioann. inuaſorem ib. II. Ius eligendi Imp. in Concil. Rom. ſolis Germanis concedit ib. V.

Moritur

Digitized by Google

Moritur 999 I 160.

Gregorius Schiſmaticus intruſus contra Benedictum VIII. cum ſede pellit 1012. III. 173.

Gregorius VI Gratianus antea dictu pecunijs ſede Apoſtolica redempta, à tribus Antipontificibus, canonice Papa eligitur 1044. I. II. 194. Afflictiſſimam Eccleſiam Romanam quo pacto in libertatem vindicarit? 1044. I. 194. Iniuſte ab Henrico Rege deponitur. 1046. II. 196 ſponte ſe abdicat ad vitandum ſchiſma ib. Ducitur ab Henrico in Germaniam. 1047. I. 197.

Gregorius VII. antea Hildebrandus dictus creatur. 1073. III. IV. V 233 Decretũ eius electionis ib. IV Confirmat eius electionem Henricus Imp. ib. Galliarum Epiſcopi eius creationem conantur impedire ib. Exigit in Hiſpania cenſum D. Petro debitum ib. VI VII. Eius curæ pro pace vniuerſalis Eccleſiæ ib. VIII. & ſeqq. Varias accipit legationes ib. Compeſcit Saxones aduerſus Henricum inſurgentes. ibid. XI. Mittit Legatos ad Henricum 1074. I. 236. Calumniæ Clericorum in eum, de conſuetudine Mathildis Comitiſſæ, quam futiles? 1074. IV. 236. Concilia plura Romæ celebrat contra Simoniacos & Concubinarios Clericos. ib. V. Rebellantes Principes excommunicat. 1074. VI. 237. Exercitum contra eoſdem mittit. ib. Expeditionem parat contra Saracenos in Orientem ib. IX. Accipit Legationem Regis Angliæ, eumque laudat. 1074 XII 238 Studet paci Eccleſiæ, & eius iura defendit. ibid XIV. In Romana Synodo agit contra Clericos concubinarios, 1075. I & ſeqq. 238. Scribit Regibus diuerſis. ib. VI. Miſſam celebrans, ab altari à Quintio Romano abripitur, & in carcerẽ detruſus ob exortum inde tumultum popularem liberatur. ib. VII. Henricum Regem Romam ad dicendam cauſam vocans, ab eo in conciliabulo Wormatienſi Pontificatu abdicatur, 1076. I. II. 240. In Concilio Romano eum vna cum omnibus ſuis complicibus excommunicat, regno deponit, eiusque ſubditos à iuramento fidelitatis abſoluit. ib III. Scribit ideo Encyclicam ad Chriſti fideles ibid. VIII. 241. Accipit Legationem ab Alphonſo Hiſpaniæ Rege ibid XI. Retorquetur in eum à ſchiſmaticis excommunicationis ſententia 1076. VII. 241. Regem Dalmatarum Demetrium Ducem creat. ib. XIII. 242. Henricum Regem pœnitentem ab anathemate abſoluit ſub conditione 1077. I. II 243 Canonice à calumnijs ſe purgat, eandemque purgationem Regi offert ibid Scribit ad Legatos & Principes Germaniæ cauſa Henrici & Roberti Regum ib. VI. VII Multiplices ad diuerſa loca Legationes decernit ibid. IX Inueſtituras à Laicis Principibus accipientes excommunicat. ibid. & 1080. I 248. Concilium Romæ celebrat contra ſchiſmaticos Epiſcopos, eoſque excommunicat 1078. I & ſeqq. 245 Nicephorum Imp. excommunicat. ibid. III. in fin Concilium celebrat contra hæreſin Berengarij 1079 I. 246. Alia eius acta ib IV. Poloniæ, ipſiusque Regi Boleslao Regiũ honorem abrogat ib. VIII. Henricum Regem iterum excommunicat & Regno exutum, illud Rudolpho cõfirmat. 1080. II 248 In Pſeudoſynodo Brixinenſi ab Henrico Rege ei Pontificatus abrogatur, Guiberto Antipapa contra eum electo ib. III. Defenditur contra Guibertum ſcriptis Doctorum virorum ib. IV. Aliæ eius curæ Paſtorales ib. VI. Scribit Metenſi Epiſcopo contra hæreſin: Non poſſe Reges excommunicari à Pontif Rom. 1081. II 250. Preſſus ab Henrico Rege Romam obſidente Roberti Guiſcardi auxilium contra eum implorat ib. IV. & 1082. I 252. Denarium S. Petri in Gallia exigit 1082. V. 252. Mittit Legatos ad cognoſcẽdã cauſam Lamberti Pſeudoepiſc. Teruannenſis ſacrilegi 1082 II. 252. Iterum concilia celebrat in cauſa Henrici Regis. 1083. II. 253 & 1084. II 254. Liberatur ab obſidione Henrici per Robertum Guiſcardum. 1084 I. 254. Geſta eius contra Henricum diuinis viſionibus comprobantur ibid. II. Moritur 1085. VI 255

Gregorius VIII. eligitur 1187. IV. 371. Agit pro expeditione Terræ ſanctæ, indicto ieiunio indulgentiaque plenaria Cruce ſignatis conceſſa. ib. Moritur ib.

Gregorius Burdinus antea dictus Antipapa vide *Burdinus*

Gregorius Syracuſanus Epiſcopus deponitur in Concilio Conſtantinop. Ideoque ennunciatur Ignatiũ Patriarch 854 II. 62 Iterum damnatur in Concilio Rom. 863. III 76.

Gregorij Scotorum Regis obitus & ſanctiones pro immunitate Clericorum 895. III. 110 Eius laudes ib.

Gregorius Oſtienſis Epiſcopus locuſtas Hiſpaniam infeſtantes aquæ benedictæ aſperſione profligat 1044 V. 195. Moritur ib.

Grimbaldi Presbyteri obitus 904 III. 116.

Gualdo Bellouacenſis Epiſcopus Limina Apoſtolorum viſitans à Paſchale Papa mittitur Legatus in Poloniam & Boleſlai Regis filium Ladiſlaum è ſacro fonte ſuſcipit. 1104. I. 279

Gualfardi Auguſtani vitæ inſtitutio, pœnitentia & obitus 1127. V. 301.

Guarinus Abbas Caſſinenſis vitæ ſanctitate illuſtris 977 II 146.

Guarinus Cancellarius Caſſinenſe monaſterium deprædatur 1136 I. 309 Damnatur ad inferos ib. II.

Guiberti Rauennatum Archiepiſcopi amaritudo in Gregorium Papam 1075. VIII. 239 Henrico Regi rebellionis eſt auctor 1076 I. 240. Excommunicatur in Concilio Romano à Gregorio Pp 1078 I III. 245. & 1080 I. 248 Contra Gregorium Antipapa eligitur ab Henrico excommunicato in Concilio Brixinenſi ſub nomine Clementis ib III & 1083 I. 253. Acri ſtylo perſtringitur ab Anſelmo & alijs. 1080. IV. Denuo excommunicatur à Gregorio in Synodo Rom 1084. II. 254. In Quintlinburg cum omnibus complicibus 1085. I V 255. Affligit Eccleſiam, multiſque eam malis afficit. 1087. I. II 258. Pulſus Roma ab inuaſione Curiæ tuum Mathildis prohibetur. ib. Excommunicatur iterum in Concilio Beneuentano à Victore Papa 1087 IV. 258. In Concilio Romano ſub Vrbano Papa iuramento fidelitatem ſedi Apoſtol. ex promittit. 1088. II 260 Recepta à Romanis in Vrbem, pellitur ab Vrbano 1091 I. 261. In ipſum eiuſque complices renouatur excommunicatio in Concilio Gallicano. 1094. II. 261. Moritur vindicta diuina. 1100. IV. 274. Oſſa eius calumniata ob falſas ſchiſmaticorum viſiones in eius ſepulchro iactatas à Paſchale Pap. in præterfluentem proiecta 1105. IV 280.

Guido Aretinus monachus nobiliſſimus muſicus innoteſcit. 1023. V. 180.

Guidonis Pompoſiani Abbatis res præclare geſtæ, miracula & pius obitus. 1046. III. 196.

Guido Caſtellanus Cardinalis creatur Romanus Pontifex ſub nomine Cæleſtini. II. 1143 III, 316. vide *Cæleſtinus*.

Guidonis Mediolanenſis Epiſcopi flagitioſa vita 1066 III 226.

Guidonis Aquenſis Epiſcopi primordia, virtutes, obitus, & miracula. 1070. IX. 230.

Guido Archiepiſcopus Viennenſis in Concilio Viennen. Henricum Imp. inueſtituras ſibi vſurpantem excommunicat. 1112. V. 288.

Guido Cremenſis, Presbyter Cardinalis Octauianum aduerſus Alexandrum III. in Antipapam euehit. 1159. VI. 335. Eligitur & ipſe Antipapa in locum Octauiani demortui ſub nomine Paſchalis III & cõfirmatur à Friderico Imp 1164. VIII. 345. Roma pulſus reijcitur ab omnibus. 1165. III. 346. Stabilitur cũ iuramento à Friderico Imp. 1165. II. 346. Quinam ei iurauerint & qui non? ib. III. … iudiciũ diuinum inſanabili morbo percuſſus impœnitens interit. 1169. IV. 350. & 1170. XIII 353.

Guillelmus Moguntinus Archiep. Ottonis Imp. filius moritur 975. VI. 144.

Guillelmus Aquitaniæ Dux Imperium renuat. 1025 II 181 Eius virtutes. ib.

Guillelmus alius itidem Aquitaniæ Dux Comes Pictauienſis vitiorum ſordibus turpiſſimus adhæret Petro Leonis Antipapæ contra Innocentium Pap. 1130. IX. 303. A Petro Epiſcopo Pictauienſi excommunicatus ſtricto mucrone in eum inuolat, tandemque in exilium eijcit. ib. Terribili conteſtatione D. Bernardi conuertitur. 1135 II. 308 Moritur in peregrinatione Compoſtellana. 1136 IV. 309.

Guillelmus Northmanniæ Comes ab Eduardo Rege Angliæ ſucceſſor deſignatus benedictione & auxilio Rom. Pontificis regnum ab Haroldo Tyranno vindicat. 1066. I 226. Inauguratur ab Aldredo Archiep. Eboracenſi ib. Eius animi demiſſio. ib Legatos Romam mittit ad Gregorium, qui eum laudat. 1074. XII 238. Odonem fratrem ob rebellionem includit carceri 1084 III 255. Eius pius obitus. 1087. VIII 259.

Guillelmus II Angliæ Rex mille denarios ab Anſelmo Canthuarienſi Archiep. pro inueſtitura exigit. 1093. IV. 262. Ob defenſionem Vrbani Papæ eundem exagitat. 1095. VI. 265. Infelix eius interitus & damnatio ad inferos. 1076. VIII. 141.

Guillelmus Traiectenſis Epiſcopus ſceleſtiſſimus Gregorio Pp VII. in Conciliabulo VVormatienſi Pontificatum abrogare auſus excommunicatur in Concilio Romano. 1076. II. 240. Terribilis eius in agone confeſſio & ad inferos damnatio.

Guillelmus Archiepiſcopus Canthuarienſis ſedis Apoſtol. in Anglia & Scotia Legatus natus ab Honorio Pap. conſecratur 1125. V. 298 Celebrat Concilium VVintoniæ in Anglia contra Clericos Concubinarios. 1127. III. 300.

Guillelmus Eboracenſis Epiſcopus intruſus aduerſus Henricum Murdacum turbas excitat in Anglia 1140. IX. 314 Veneno hauſto in ablutione calicis extinguitur. ibid.

Guillelmus Vercellenſis ſanctitate vitæ celebris petit eremum 1142 III 314. Eius peregrinationes, ingentia miracula, & pius obitus ib.

Guillelmus Prior monaſterij D. Virginis Romæ veneno à monacho extinctus apparet poſt obitum Petro Abbati Cluniacenſi eique demum interrogatus reſpondet. 1141 VIII

Guillelmus Patriarcha Hieroſolymitanus Innocentio Papæ aduerſatur. 1138 V. 311. Moritur 1146. IV. 320.

Guillelmus cognomento Malus, Siciliæ Rex, vna cum Rogerio patre regnat. 1150. IV. 327. Reijcit Legatos Hadriani Papæ. 1154. II. 329. Excommunicatur ob tyrannidem & rebellionem ab Hadriano. 1155. II 330. Exſoluitur anathemate ib. VI. Beneuenti Hadrianum obſidens iniquas eum ſubire conditiones cogit maximo cum ſuo damno 1156 I II 331 Rogerium filium rebellem interficit. ib. IV, 331. Obit 1166 VIII 347.

Guillelmus cognomento Bonus filius Mali regnat in Sicilia 1166. VIII 347. Alexandro periclitanti contra Fridericum Imp. ſubuenit 1167 I 348. Accipit Legatum ab eodem ib. V. 349. Sperta filia Friderici Imp. Ioannam filiam Henrici Angliæ Regis ducit in vxorem. 1176. I. 357. Alexandrum Roma Bononiam honorifice deducit. 1177. I. 358. Moritur 1189. II. 373.

Guillelmus Elienſis Epiſcopus à Richardo Angliæ Rege Prorex conſtituitur 1190 I. 373 Aduerſus eum conſpirantes Richardi Regis fratres regno expellunt & grauiſſimas turbas concitant in Anglia. 1191. IV.

375. Opera

375 Opera Cæleſtini Papæ in Sedem ſuam reſtituitur 1192 I 377.
Gulielmus Abbas S. Benigni miraculis illuſtris moritur 1031. III. 188.
Guillelmus Rex Scotiæ ob intruſionem Hugonis in Archiepiſcopatum S. Andreæ excommunicatur à Rogerio Archiep. Eboracenſi 1180. VI 364. A Lucio Pp anathematis abſolutionem impetrat. 1181. I 365. Pacem init cum Romanis 1185. V. 372.
Gunichilus Anglos Suecis, Gothis, aliisq; populis Euangelium prædicat. 1023. IV. 181.
Guntharius Colonienſis & Theutgaudus Trevirenſis Arch ep. damnantur in Concilio Romano. 863. V VI. 78. Eorum calumniæ in Nicolaum Papam. ib. IX Item Schiſma. ib Quis vtriuſque progreſſus & exitus 868. VIII. 89.
Guntheri monachi & Eremitæ pius obitus. 1045 III 195.

H.

HAdrianus II. communi omnium ſuffragio creatur Rom. Pontifex laudaturque ab Athanaſio 867 XI 87. Affectus ipſius erga Nicolaum prædeceſſorem ſuum in eiuſque cœptis exequendis ſtudium 868 I 87 Franc regnum Lothario hæredi paterno conſeruari præcipit 868. IV. 89. Damnat Photium intruſum vna cum ipſius actis & ſequacibus ib. VI. 90 Legatos deſtinat in Orientem ad cogendam Synodum Oecumenicā ob turbas Eccleſiæ Conſtantinop. 869 I. 90. Carolo Caluo excommunicationem comminatur ob vſurpationem regni Lotharii 869. XV 94 Quæ aliæ ipſi amaritudines cum Carolo Caluo & Hincmaro Rhemenſi Archiep 871. I V. 96. A Salomone Rege Britanniæ munera accipit, eidemque rem [illegible]. 869. XVI. 94. Moritur. 872 I 96.
Hadrianus III eligitur & Photium Schiſmaticum damnat 884. I. 105 Oneratur ideo calumniis à Baſilio Imp. ib Moritur. 885. 105.
Hadrianus IV creatur, virtutibus laudatiſſimus ex Epiſcopo Alban. 1154 I. 329. Mittit Legatos ad Guilielmum Regem Siculum. ibid. II. Ob turbas Arnaldiſtarum Romam interdicto ſupponit. 1155 I. 330. Guillelmum Regem Siciliæ excommunicat. ibid II. Fridericum Regem retinet ab oſculo pacis ob non præſtitum ſibi officium ſtratoris ibid. III. Coronat eundem Imperatorem ibid. I V. Eius curæ & anxietates deſcriptæ ibid. VIII. 331. Romam interdicto ſupponit. 1155 I. 330. Beneuenti a Guilielmo obſeſſus ligium homagium Romanæ Eccleſiæ priuilegiis contrarium accipere & confirmare cogitur 1156. I. II III. 331. 332. Irritatur illud ab Innocentio Pp. ibid. V. Excuſat Cleri Romani parſimoniam. ibid. XI. Mittit Legatos ad Fridericum Imp. pro liberatione Archiepiſcopi Londonenſis 1157. I. 333. Scribit eidem de cauſa Epiſcopis Germaniæ ibid. III Simultates inter ipſum & Fridericum Imp. & quæ de ea in cauſa tranſactum 1158. I. & ſeqq. 314. Moritur angina, & alia eius obitus cauſa refellitur. ib IV.
S. Hadriani & Nataliæ coniugum reliquiæ tranſlatæ in Hiſpanias. 916. I. 121.
Hæreſiarcha, vide ſub propriis hæreſiarcharum nominibus.
Hæretici quinam dicendi 1111. VII 282. Arcendi à ſepultura Chriſtianorum ex decreto Concilii Lateranenſis 1179. II 362. Eorum perſecutoribus in eodem Concilio conceſſæ indulgentiæ ib.
Hamburgenſis Eccleſia in Metropolim regionum Aquilonarium 831 III. 20 Diriſſime exagitatur a Slauis & ad Paganiſmum relabitur. 1065 II. 225. Quam afflictus ipſius ſtatus ib.
Haraldus Daniæ Rex à Suenottone filio ob diuturnum regnum interficitur, & Martyr colitur 980. III. 148. vide *Dania*
Haraldus Suennonis filius itidem Daniæ Rex 1077 X 244.
Harigarius Sueonibus Euangelium annuntiat 846 IV. 55.
Hattonis Piſtorienſis Epiſcopi vitæ inſtitutum & obitus 1154 VIII. 330.
Heduanum in Gallia Concilium ſub Hildebrando Legato Sedis Apoſtolicæ pro conciliando Roberto Burgundiæ Duce & Hagone Heduorum Epiſcopo 1055. IV 215.
Helena Ruſſorum Regina baptizatur. 958. IV 133.
Helenæ filiæ Gothormii Sueciæ Ducis relictæ viduæ pietas, peregrinationes, martyrium & miracula 1160 XVI. 340 Eiuſdem canonizatio 1164. IX. 345
Helenæ Conſtantini Imp matris reliquiæ Rhemos tranſlatæ 849 III. 57.
Helſingi populi per Simonem eorum Apoſtolum dictum ad Chriſtum conuertuntur 1056. V. 510.
Henricus Franciæ & Saxoniæ Rex conſtituitur à Conrado 919 II 119 Vnctionem præ humilitate detrectans, quid à D. Petro oſtenſum ib. Pœnitens deducta velata vidua pedes limina Apoſtolorum viſitat ib. Regnum ſuum egregie propagat 919 III 120 Reuerenter recipit reliquias S. Dionyſii à Carolo ſimplice 930 II 130. Lanceam ſacram Rudolpho Italiæ Regi extorquet 929 II. 123. Alia pia arma ſibi comparat quibus hoſtes ſternit. ib. Victis Danis pietatem reformat 930. I. 123. Inſignis eius victoria de Hungaris 933. II. 124. Eius obitus & laude. 936. I. 124.
Henricus II. Rex Germaniæ Imp. I ex Bauariæ Duce coronatus 1002. II. 165. Item Rex Italiæ 1005 I. 168
Longobardorum Regem deuincit & in Synodo Tremonienſi reformationem cleri procurat ib. Commenta de Boleslao Poloniæ Duce per ipſum deuicto ibid. Eius humilitas in Concilio Francofordienſi 1006. I. 169. Obſcurum accipit reuelationem de futuro Imperio 1007. I 169.
Romam pergit pro corona Imperii 1013. I. 174.
Coronatur Imp. à Benedicto Papa 1014. I. 174. Ordo & ceremoniæ eius coronationis ib Aureum globum cum cruce pro inſigni ei donat Benedictus ibid. II. Confirmat donationes & priuilegia Eccleſiæ Rom. ib. IV.
Bambergam à ſe ædificatam eidem vectigalem facit 1019 I. 178 Offenſus Heriberto Archiep. Colonienſi eius innocentiam diuinitus edoſcit, eique conciliatur 1020. I. 178. Expeditionem in Græcos parat eoſque ex Italia profligat 1022. I. 179. Sanatur a Benedicto quem ideo veneratur. 1022. II. 180. Congreſſus eius cum Roberto Rege Franciæ qua humilitate vtriuſque factus 1023. I. 180 Moritur vita in virginitate cum coniuge tranſacta 1024. III 181.
Henricus III Rex Germaniæ Imp. II. Eccleſiaſtica iura ſibi arrogat, vnde hæreſis Henriciana exorta Politica etiam dicta. 1040 I. 196. Gregorium VI. Pp. inique deponit ſubrogato illi Clemente II. Coronatur ab eo Imperator. 1046. II 196. Concilia in Germania contra Simoniacos celebrat 1047. II 197. Inſigne æquitatis & clementiæ ſpecimen ed it ibid. Vexatus à dæmone ob Epiſcopatum Simoniace collatum liberatur à Laurentio. ib. Augetur filio Henrico 1051. I V. 201. Manichæos patibulo damnat 1052. IV. 201. Terras aliquas cum Leone Pap commutat. 1053. I 201. Victorem Pap. II Romam in Pontificem conſecrandum mittit. 1054. IX. 200. Per Legatos in Concilio Florentino de arrogantia Ferdinandi Legionenſis Regis conqueritur. 1055. III. 207. Moritur & ope D. Laurentii Dæmones in agone effugat. 1056. I 209. Eius pœnitentia & diſciplinæ ſponte in viuis ſuſceptæ ib. III.
Henricus IV. Rex III Imp. naſcitur infauſto vaticinio. 1051. IV. 201. Conſtituitur à patre Rex Germaniæ 1056. I. 209. Stabilitur ei Regnum à Sede Apoſtolica 1056. I. 209. Quid ei iuris in eligendis Pontif. Rom. conceſſum à Nicolao II. 1059. V 213. Accipit munera à factioſis Romanis pro cōfirmatione Cadaloi Pſeudopapæ. 1061. I. 217. Commendatur tutelæ Annonis Colon. Archiep. 1062. II 219. Accipit literas à Damiano aduerſus Cadaloum Pſeudopapam 1064 II. 223. Annonem ad ſchiſma coercendum Romam mitt. ibid. III. Eidem offenditur. 1065 III 225. Regni adminiſtrationem ſpreto Annone Adalberto Bremenſi Archiep deferi. 1066 V 227. Cogitur eundē remouere ob rebellionem populi ibid. Bertam coniugem repudiare cogitans Concilium Moguntiæ indicit, ſed metu excommunicationis abſtinetur 1069. I. II 228. Romam ab Alexandro vocatus ad dicendam cauſam, venire contemnit, atque in omnia ſcelera præceps ruit 1073. I. 333. Confirmat electionem Gregorii VII ib IV. Simoniæ veniam petit ab eo ſcelerum veniam. ib. VIII Inſurgunt contra eum Saxones ib XI. Pœnitens de venditis Epiſcopatibus & Eccleſiis à Legatis Sedis Apoſtolicæ abſoluitur 1074 I. 236. Impedit eos in celebranda Synodo ib. II. Metu excommunicationis & belli Saxonici ſimulat ſubiectionem. 1075. V 239 Romam iterum vocatus ad dicendam cauſam in Synodo, ipſe Pſeudoſynodum Wormaciæ pro deponendo Gregorio celebrat 1076 I. II. 240. Excommunicatur cum ſuis fautoribus in Concilio Romano ib. Diuina in eum eiuſque complices vindicta 1076. VIII 241. & 1083. II. 259. Inſurgunt in eū Principes & ad cauſam ipſius diiudicandā Comitia Triburiæ indicunt ib. IX Calamitates per illum regno illatæ ib Principum conditiones ei impoſitas implet ib. Rurſus pœnitens a Gregorio Pp. excommunicationis abſolutionem conditionaliter impetrat. 1077. II. 242. Relapſus ad priſtinam contumaciam calumniatur Gregorium, eique inſidiatur ib Iterum [illegible] excommunicatur à Gregorio & in Comitiis Germaniæ à Principibus abdicatur electo in eius locum Rudolpho. ib. IV. V. 243 Dubio marte cum Rudolpho decertat 1078 III 246 Rurſum a Gregorio excommunicatur & deponitur 1080. II. 248. & 1081 I. 250 In Pſeudoſynodo Brixinenſi Schiſmaticorum Gregorio Pontificatum abrogat; conſtituto Guiberto Schiſmatico electo, ib. III Eius literæ ad diuerſos ib. Rudolphum Regem contra ipſum electum in prælio interficit ib V. 249. Romam cum exercitu obſidens à Guiberto Antipapa Imperator coronatur & Italiam multis cladibus afficit. 1081. IV. 250. & 1083. I. 252 Capit Baſilicam S. Petri in eaque Guibertum Antipapam conſecrari facit ab Epiſcopis excommunicatis 1083. I. 253. Petens a Gregorio indici Synodum eandem impedit ib. Pecunia corruptis Romanis vrbe potitur & à Guiberto Antipapa Imperii diadema ſuſcipit 1084 I 254. Fugatur Roma cum ſuis à Roberto Guiſcardo ib. Ingenti prælio in Germania a Catholicis vincitur 1086. II. 257 Excommunicationis ſententia à Gregorio Pontif lata confirmatur ab Vrbano II. 1089 IV 260 Infeliciter pugnat contra Eggebertum Marchionem 1089. Eius ſcelera perſtringit Stephanus Halberſtad Epiſcopus 1090. II. 260. Mathildæ Comitiſſæ terras infeſtat 1092 I 261. Nefandum eius ſcelus in Adleidam coniugem, ob quod iterum excommunicatur, & Conradum filium rebellem experitur. ib III. In Concilio Romano à Paſchale Pap. denuo excommunicatur damnata quoque ipſius hæreſi 1102 I 277. Rebellante ei Henrico filio in Comitiis Moguntinis à Principibus & Legatis Sedis Apoſt regni & Imperii inſignia deponere, ſeque Rom. Pontif. ſubiicere cogi-

tur 1105. I. & ſeqq. 279. 280 Fuga elapſus declamat in filium 1106 I 280 Aduerſus eundem appellat Sedem Apoſt. & ſcribit Epiſcopis ib. II A capit à filio legationem & dolo ſe bellum declinat. ib. III Moritur ſumma omnium lætitia ib. III. IV Sepultum ipſius cadauer iuſſu Paſchalis Pp. effoditur ib. Permittitur poſtea ab eodem ſepeliri 1111 VI 286. Ab Erminigaldo Abbate Pruſeningenſis monaſterii integre ſſu prohibitus, quod excommunicatus eſſet ab Eccleſia. 1121 III 134.
Henricus V Rex, Imp. IV filius Henrici Imp. rebellans in patrem Schiſmaticum, à Principibus & Legatis Sedis Apoſt. contra eum in regnû euehitur. 1105 I & ſeqq 270 Eius bona indoles ib. Conclamatur contra ipſum à patre 1106. I. 281. Deſtinat Legationem ad Henricum patrem ib. III Obſidet Coloniam ib. In Concilio Waſtallenſi per Legatos Rom Pontifici ſe ſubmittit ib. VI 282 Reſiſtit Paſchali Pp. pro inueſtituris Laicis 1107 I. 282 A Burdino inceſtatus tyrannidem aſſumit. 1110. I. 284 Quibus pacis ipſi diadema Imperii à Paſchale Pp. obtatum. ib. Scribit Paſchali pro ſepeliendo patris cadauere, quod ei negatur ib. 281 Eius doloſum iuramentum pro capeſſenda corona Imperii 1111 I 285. Romam feſtiue ingreſſus, ob inueſtituras ſibi uſurpatas Paſchalem ei imperii diadema negantem captiuum abducit, priuilegiaque pro inueſtitura & Imperii coronam per vim extorquet ib. III. & ſeqq. Commouentur ideo in eum Romani ib Excommunicatur in diuerſis Conciliis ib IX 286. In Romano 1112 II. & ſeqq 287 Viennenſi ib. ibid V. 288 Coloniensi 1115. II 289 & 1118 VI 291. Rhemenſi 1119 IV 292. Inſurgunt contra ipſum Orthodoxi pro Adalberto Archiep. Moguntino 1115 II 289 Romam hoſtiliter aduolans coronatur Imp. à Burdino Pſeudoepiſcopo Bracharenſi, reſiſtente clero Romano 1117 I. 290 Burdinum Antipapam creat 1118. III 291. & 1119 VII. 293 Bello appetitus à Calliſto Pp in Comitiis Vvirtzburg pacem pollicetur 1121. II. 294. Renunciat inueſtituris, & ab excommunicatione abſolutus, pacem reſtituit Eccleſiæ 1122. II. III. 294 Rhemenſibus vindictam in eum ans reprimitur à Ludouico Rege Franciæ 1125 III. 298. Moritur, in eoque à Germanis Imperatorum deficiens, deriuatur ad Saxones. ib III IV.
Henricus VI. Rex, Imp. V. filius Friderici Imp. Rex Italiæ coronatur à patre. 1184. VI. 368. Conſtantiam Regum Siciliæ Regis filiam in matrimonium ducit. 1186. V. 370 Coronatur Imperator à Cæleſtino Pp III. 1191. III 375 Crudeliſſime debacchatur in Siculos ob iniuriam ab illis Conſtantiæ Aug coniugi illatam 1193. I. 377. Compulſus à Cæleſtino Pp. Richardum Angliæ Regem diu captiuum detentam ægre tandem dimittit ib. II 378. Iterum exagitat Siculos, maximosq; theſauros ſecum in Germaniam defert 1194. VI. 379 Excommunicatus à Cæleſtino. 1195. I 380. Reſipiſcens expeditionem parat in Terram Sanctam ibid. III. Horrende affligit Italiam 1196 II. 380.
Itemque Siculos 1197. I. 380. Ob tyrannidem exoſus ſectus propriæ coniugi moritur impœnitens ibid Pium eius teſtamentum ib. Ablata ab eo bona Eccleſiæ reſtituta. ib. II. Eius ſpolia reiecta à Ciſtercienſibus ib. III.
Henricus Roberti Galliæ Regis filius poſt fratris obitum, regnum capeſſit. 1028. Cum Roberto fratre conſpirat in parentem, eidemque reconciliatur. 1031. I. 187 Patre mortuo ſolus regnat 1033. III 188. Philippum filium Regem inaugurat. 1059. IX 210
Henricus I Angliæ Rex creatus Anſelmum Cantuarienſem ab exilio reuocat, & cum eo de inueſtituris Laicis altercatur 1100. VIII 275 Accipit literas ab Iuone Carnotenſi Epiſcopo de non reſpondis inueſtituris ib. IX Eius fraus in per ...gan... do Reliquo Paſchalis Pp. de inu... 1101 I 276. A ... eadem caul. Romam ad Paſchalem Pp miſſum omnibus bonis ſpoliat & Archiepiſcopatum eius inuadit 1103 II 279. Exin reconciliatus ei, de inueſtituris cum ipſo componit. 1107 II 282. Robertum fratrem regnum ambientem deuincit, & Northmanniam ſibi arrogat ib. Tyrannidem aſſumit ib. III Innocentium in Angliam venientem honorifice excipit. 1130. VII. 303 Premoritur 1135 VIII 3.. 5.
Henricus II Angliæ Rex, filius Mathildis Imperatricis ... ex Duce Northmanniæ 1154 III 329. Adhæret Alexandro Pp contra Octauianum Schiſmaticum. 1159 IX 336 & 1162 II 342. Alexandrum & Ludouicum Franciæ Regem è maximo diſcrimine eripit. ib Stratoris officium vna cum Ludouico Rege præſtat Alexandro ib. III. Mittit ad eundem Alexandrũ Legatos pro canonizatione Eduardi Angliæ Regis 1161 I.. 341. Vnde orta diſſidia inter ipſum & Thomam Cantuarienſem Archiep 1163. II. 341. ... pro conſuetudinum ... obſeruatione contra eundem Thomam ib. & 1164 I 341. Plurimos ſibi Epiſcoporum & Baronum conciliaus Clarendunenſe & Northãtonenſe Conciliabula celebrat ib. I II Feralia edicta promulgat aduerſus Thomam eiuſque fautores ib III & VI. 344. Fruſtra tentatur de pace ineunda cum Thoma 1165. I 341. Ex ... factum à Gilberto Epiſcopo London. 1166. IV. 347 Appellare ad Sedem Apoſt. excommunicationis metu cogitur, qui appellationes antea abolere conabatur. 1167 IV. 349. Nouæ eius machinæ apud Ciſtercienſes monachos contra Thomam ibid. Apud Alexandrum & alios. 1169. I II. I. I. 350. Nouas diſſenſiones inauguratione filii ſui excitat. 1170 V. 351 Preſſus ... excommunicationis interminationibus ab Alexandro Thomæ Cantuar. pacem reſtituit, eundemque recipit in Angliam ib. VI. Scribit pro eodem ad filium Regem ib. VII. 352. Anathematis formidine liberatus vetera odia in Thomam innouat, ſuiſque querelis eius necem cauſat. ib. VIII. XI. Iuramento ab illius nece ſe purgans, ſub conditionibus abſoluitur, & pœnitentiam iniunctam prompte ſuſcipit 1172 I. II 354. Ei ſubiicitur Hibernia 1171. II. 353. Filios vna cum coniuge aliiſque confœderatis principibus hoſtes expertus, defenditur à Sede Apoſt. 1173 II. 355. Viſitat ſepulchrum S. Thomæ & ... pœnitentiam ſuſcipit 1174. II 355. Eius ope liberatur ab hoſtibus ibid. Crucem pro expeditione in Terram S. aduerſus Saracenos cum ſuis primus aſſumit 1188 I. 371. Præſcribit militibus ſuis conſtitutiones ib. II. 372. Moritur. 1189. I. 371.
Henricus III filius Henrici II. viuente patre Rex Angliæ inauguratur. 1170. V 351. Accipit literas à patre pro Thoma Archiep Cantuarien. ib. VII. 352. Vna cum fratribus in patrem rebellat. 1173. II 355. & 1174. I II. 355.
Eidem reconciliatur. ib II Moritur vere pœnitens. 1183 II. 366.
Henricus Peregrinus Suecenibus Euangelizans martyrio coronatur 1035 VIII. 208
Henricus Spirenſis Epiſcopus, ob dilapidata bona Eccleſiaſt. ab officio ſuſpenſus per Gregorium Pp terribili præuia viſione, moritur 1075 II III. 219
Henricus Bauariæ Dux Lotharii Regis Germaniæ gener ei ſuccedit in Ducatu Saxoniæ 1138 IV 311 Conrado fratri Romanorum Regi electo regalia coactus concedit. 1139 I. 312. Mittit Legatos ad Eugenium Pp 1148 IV 324.
Henricus Vpſalenſis Epiſcopus in Suecia creatus pallium Archiepiſcopale obtinet. 1148. XII 324. ... Apoſtolatum adminiſtrans, martyrio ... viuus & mortuus miraculis clarus ... IV & ſeqq. 327. Canoni... ab Hadriano Pp ib VI ... in fin.
Henricus Ludouici Franciæ Regis frater fit monachus Claræuallenſis 1149 IV 25 Beluacenſis creatus Epiſcopus ſcribit Petro Cluniacenſi Abbati ibid V 326
Henricus Moguntinus Archiep. Romam vocatus ad dicendam cauſam 1151 I 327 Deponitur à Legatis Eugenii Pp 1153. I. 329
Henricus Petrobruſianæ hæreſis inceſtor innoteſcit. 1147 VI 321. Eius turpiſſimi mores, primordia & dogmata ibid. Perſtringitur à S Bernardo, qui eius hæreſim voce & miraculis confutat 1147 VI & ſeqq. 321.
Henriciana hæreſis ab Henrico III Imp iura Eccleſiaſtica ſubdit Regibus 1046 I II 196 & 1097 VI & ſeqq 266 Damnatur anathemate in Concilio Rom 1102 I 277 Docuit contemnere excommunicationem ib. vide etiam *Politici*.
Heriberti Chryſopolitani Epiſcopi ſchiſmatici infelix exitus 1161 II. 341.
Heribertus Archiep Colonienſis ... vnitus euadit Hereſiam Henrici Imp. 1020 I 178 Moritur 1020 I ...
Herbipolenſe Conciliabulum Schiſmaticorum ſub Friderico Imp. pro confirmatione Guidonis Antipapæ 1166 I. 346.
Herialdus Danorum Rex Moguntiaci baptizatur. 826 III 31
Herigarii Præfecti Bircenſis martyrium. 840. VI 44
Hermannus Metenſis Epiſcopus accepit literas à Gregorio Pp. quod Reges poſſint excommunicari 1081 II. 250.
Herlembaldi militis egregia in pauperes pietas, & virtutes. 1061 X 219
Hermannus Lotharingus aduerſus Henricum Germaniæ Rex à Principibus eligitur. 1082 I 252.
Heriueus Rhemenſis Archiep. Northmannos ad Chriſtum conuertit 905. II. 116. Sueſſionenſe Concilium celebrat pro reformatione fidei & morum 909 I 117. Heruœum Franciæ Regem coronat, & moritur. 922 I 121
Hiberni poſt multorum annorum impietatem per Malachiam Conneratenſem Epiſcopum ad Chriſtianam religionem conuerſi. 1124 X 297. Subiiciunt ſe Henrico Angliæ Regi & ille Hiberniam ſtabilivit. 1171 II 353
Hibernicum Concilium pro Hibernia Regi Angliæ ſubiicienda 1171. II 353.
Hieroſolyma vrbs Palæſtinæ capitur à Saladino Rege Saracenorum 1187 II. 371. Eius vrbis quartam partem ſibi pecuniis comparant Chriſtiani 1063 IV 222
Hieroſolymitana Eccleſia Iudæorum dolo à Saracenis deuaſtatur, in quos ideo vindicta diuina ſubſecuta. 1009 I III 171 Inſtauratur denuo à Miſia Ammirato ib.
Hieroſolymitanum Concilium Cruceſignatorum pro eius Eccleſiæ diſpoſitione 1099. III. 271. Sub Legato Sedis Apoſt in cauſa Ebremari eius Patriarchatus inuaſoris 1107 IV 283. Contra Arnulphum Patriarcham intruſum 1116. IV 290
Hildebrandus Tuſcus monachus Cluniacenſis, Leoni Pap. IX ab Imp. electo purpuram ſuadet deponere 1049 I 198. Mittitur Legatus à Sede Apoſt in Galliam ibidemque Concilia celebrat aduerſus Simoniacos 1055 IV. V. 208 Ei Stephanus Pp electionem ſummi Pontificis defert. 1058 I 211. Spiritu propheticæ & ſanctitate claret 1061 VIII 216 Eius infantia, educatio & promotiones 1073 II 231. Creatus Romanus Pontifex ſub nomine Gregorii VII ib III & ſeqq.
Hilduinus Abbas S Dionyſii reliquias S. Sebaſtiani Sueſſionem transfert. 826. II 30.
Hincmarus, Rhemenſis Archiep creatur 845. II. 4 Reſtat errores Gotheſcalci hæreſiarchæ 848 II 57 Nicolao Pp cõfirmationem actorum Concilii S... ſuique extorquet, & male ſalus ſe ... 863. X 79. Veniam precatur ... à Nicolao Pp 866 V 81. Confutat ... eorum calumnias Eccleſiam Rom ...

[illegible] Northman-
[illegible] epi-
[illegible] ad Hadrianum
[illegible] nema um nepo-
[illegible] Epiſcopum Laudunen. 870.
[illegible] Romam [illegible] ab Hadriano
[illegible] IV 96. Ludo [illegible] cum Balbum Imp.
[illegible] ho [illegible] 877 III 100. Mo-
[illegible] II. 104

[illegible] Laudunēſi Epiſc. dire exagitatur ab Hincmaro Rhemeo Archiep. ſuo [illegible] IV. 95. Reſtituitur ab Ioanne VIII. [illegible] IX. 102.

Hiſpaniæ libertas in Concilio Florentino definitur contra Henricum Imp 1051 III. 207 Legem Toletanam & Romanam recepit. 1068 III. 228

Hiſpani Martyres monachi ducenti 834. III. 41 Alii CC. Ordinis S. Benedicti ſub Saracenis 872. VI 97. Alii ſub iiſdem Cordubæ 975. II 145. vide *Cordubenſis Eccleſia*.

Hiſpani de Saracenis ope S. Iacobi Apoſt. 844. III. 50. & 955. V. 131. Affliguntur à Saracenis 975. II. 145. & 995. V. 135. Inteſtinis bellis mutuo ſe atterunt maximo cum damno Regni 995. IV. 111. Locuſtis diuturnis immiſſis vexantur. 1044. V. 195.

Hiſpanicum Concilium ſub Ramiro Rege in cauſa Aragonenſium Epiſcoporum. 1062. VII. 220. Quæ diuerſis Hiſpaniæ locis celebrata ſunt, vide ſub propriis locorum nominibus.

Homoboni Cremonenſis obitus & canonizatio 1197 VII 381.

Honorius Pſeudopapa falſo dictus II. eligitur aduerſus Alexandrum II. à Romanis 1061 III 217 vide *Cadalous*.

Honorius II. ex Epiſcopo Oſtienſi Romanus Pontifex creatur. 1124 IX. 297. Illegitime electus pœnitens abdicare ſe cogitat, ſed Canonice in Pontificatu confirmatur ibid. Oderiſium Caſtrienſem & Pontium Cluniacenſem Abbates enormium flagitiorum reos anathemate condemnat. 1125. I. II. 297. 298 Curat vtrumque Monaſterium iiſque Abbates præficit. 1126. I. II. III. 299. Rogerium Siciliæ Comitem rebellantem in Sedem Apoſt. vtroque Eccleſiæ gladio compeſcit. 1127. I. 300 Legatos mittit in Galliam pro Clericis à ſeculari militia ad monaſteria redeuntibus Ludouico Regi reconciliandis. ib. II. Aliæ eius Legationes ibid. III. IV. Rogerium Comitem excommunicat 1128. II. 301. Mittit Legatum ad reformandam Daniam, Sueciam, & Boemiam 1129 I 301. Moritur 1130. I. 302

de Horis Canonicis ſtatutis temporibus recitandis hiſtoria. 1062. V 220.

Hoſpitalium miniſtrorum S. Antonii ordo inſtitutus 1095. VII 265. Exempti à decimis priuilegio Sedis Apoſtol. Patriarchas aduerſarios experiuntur 1155. VII. 338. vide etiam *Templarii*.

Hubertus Socius D. Thomæ Cantuarienſis creatus Mediolanenſis Epiſcopus. 1172. IV 354. Et poſtea Romanus Pontifex ſub nomine Vrbani III. ib. & 1185. II. 368. vide *Vrbanus III*.

Hubertus Archiep Cantuar. munus Legationis in Anglia accipit à Cæleſtino Pap. III. 1194 IV 379. Celebrat Eborac. Concilium pro diſciplina Eccleſiaſtica ibid. Soluto curat iter Terræ S. 1185. II 380.

S. Huberti Leodienſis Epiſcopi reliquiæ in Arduennam à Vulcando Epiſcopo tranſlatæ. 825 IV 30.

Hucbaldus Monachus diuinitus à morte præſeruatus 937. II 125.

Hugo Æthereanus ſcribit aduerſus Photium contra Græcos de proceſſione Spiritus S. 883. III. 105.

Hugo alius Rex Italiæ eligitur 926 II. 122. Mittit pia munera Henrico Regi 929 II. 123. Vincit Arnoldum Baioariæ Ducem 932 I. 123.

Marozam VVidonis fratris defuncti vxorem ducit 933. I 123. Fugatur à Priuigno ſuo ob faſtum ib. Romam obſidet 9 [illegible] II. 124 A ſuis deſertus Monaſticam profitetur 945 I 128.

Hugo puer Quinquennis eligitur Archiep. Rhemenſis 925 III 122. Eiicitur à Ioan. Papa 933. I. 124 Reſtituitur contra Artaldum 941. I. 127. Pallium obtinet à Stephano Papa 942 I. 127 Eius fraudes pro ſuæ ſedis confirmatione contra Artaldum 947. I. 129 Reiicitur in Concil. Moſom ſubrogato ipſi Artaldo 948. I. 129. Item in Concilio Engelheimenſi ibid. II Artaldo defuncto denuo ad ſedem aſpirat 962 I 135.

Hugoni militi ægrotanti dæmones apparent & ſanitatem promittunt 1027 II. 181.

Hugo Cluniacenſis Abbas è Baptiſmo Henricum IV. poſtea Imp. ſuſcepit. 1051. IV 201. Spiritus S. eum inſtituens ad aures illi loquitur. 1053. IV. 108 In Concilio Heduenſi ad miraculum patrat ib. Ab agone exante Stephano Pp ſola præſentia ſua dæmonem pellit 1058 II. 212. Quid ei cum Hildebrāndo Cluniacenſi 1061. VIII. 218. Ex altiſſima rupe decidens miraculoſe ſeruatur 1074 XI 238 Quare correptus fuerit a Gregorio Pp 1079 IV. 246. Moritur 1109 IX 284

Hugo Capetus ex promiſſione SS reiecta Carolinorum familia Rex Franciæ eligitur 987. I. 131. Agit aduerſus Arnulphum Archiep. Rhemenſem in odium familiæ Lotharii Regis apud Ioannem Pp 991. I. 153. Legatum deſtinat ad Ioannem Pap. pro cogenda Synodo ad ſedandas turbas Gallicanas. 994 I 155. Obit. 998 I. 159.

Hugo Candidus Cardinalis Schiſmaticus ob Cadaloinam hæreſin à Gregorio Pap. anathemate percutitur 1078. III. 245. Eius molitiones pro eligendo Guiberto Antipapa aduerſus Gregorium VII 1080. III. 249

Hugo Gratianopolitanus Epiſcopus creatur 1080. VI 249. Carthuſiam ſolitudinem vna cum Brunone primus habitare incipit 1086. IV 257. Intereſt Concilio Vienneoſi 1112 V. 288 Eius ad Honorium Pp. Legatio promiſſione ab Epiſcopatu 1128. I 301. Excommunicat Petrum Leonis Antipapam in Concilio Anicienſi 1130. VI. 303. Moritur 1132 I 305. Canonizatur ab Innocentio Pp. 1134 II. 306.

Hugo Dienſis Epiſcopus Legatus Sedis Apoſtol. Lugdunum mittitur 1080 VI 249 Plura in Galliis celebrat Concilia ib. Excommunicatur à Victore Pap in Concilio Beneuentano 1087. IV 258. Reconciliatus Vrbano II Legatus mittitur in Galliam ibid. Concilio celebrato Philippum Franciæ Regem excommunicat. 1094 II. 262. Diuina virtute incendium extinguit. ib III. Arrogantet abuſus legatione ſua Iuoni Carnotenſi Epiſc. cauſam præbet contentionis. 1099 I. 271.

Hugo Viennenſis Archiepiſcopus creatur Romanus Pontifex, ſub nomine Calliſtus 1119 I II. 291. vide *Calliſtus*

Hugonis Volaterrani Archiep vitæ inſtitutio, miracula & obitus. 1184. VII 368. De liquore ex eius ſepultura ſcaturiente. ib.

Hugo Lincolnienſis Epiſcopus laudatiſſimus. 1186. II 370. Fortiter reſiſtit Regi Eccleſiaſtica beneficia pro aulicis ſuis expetenti ib. Richardum item Regem Angliæ decimas exigentem ab Epiſcopis maximo zelo retundit, & libere arguit. 1189 I. 372 Roſamundam pellicem Henrici Angliæ Regis extumulat. 1191 VIII. 376. Petit miſſionem ab Epiſcopatu ibid. Ingentibus illuſtratus miraculis ib. IX.

Hugonis Caſtrenſis Epiſcopi confeſſio publica, pœnitentia & felix obitus. 1191. VII 375.

Humbertus Tullenſis Monachus Siculis Archiepiſcopus a Leone IX datus 1094. IV. 199. Ab eodem Sublacenſis Abbas Ottoni ſubrogatur 1051. II 201.

Humberti Helmitarenſis Epiſcopi martyrium 170 V 95.

Humbertus Epiſcopus Siluæ candidæ mittitur cum aliis a Leone Pp Legatus Conſtantinopolim ad Schiſma Michaelis Patriarchæ comprimendum 1054. I. 205. Eius errores & conuitia comprimit ibid. V.

Humbertus Cardinalis Legatus in Hiſpania conuentum celebrat in cauſa coniugii Alphonſi Regis 1129. II. 301.

Hunegundis Virginis reliquiæ miraculis claræ in Gallia inuentæ 946. II. 128. Celebratur Concilium Nouiom. pro ipſius feſto celebrando 954 IV. 130. Miraculum pro eius diei feriatione. ib.

Hungari populi olim Hunni dicti Germaniam & Gallias affligunt 889 I. 109. Italiam infeſtant 902. III. 115. 924. I. 121. Galliam Ciſalpinam inuadentes à Rudulpho Rege repelluntur ibid. Profligantur ab Henrico Rege Germaniæ 933 II 124. Vaſtant Italiam. 937. I. 125 Eandem denuo occupantes à Berengario tributum exigunt 949. III 129. In Germaniam maximo numero irrumpentes ab Ottone Rege omnes cæduntur 955. II. 131. Eorum conuerſio facta per Adalbertum Pragenſem à Stephano Protomartyre, Stephano Regi prænunciatur 989 II III 152 Stephanus Hungariam Sedi Apoſt offert 1000 V. 162. Et regiam coronam obtinet ibid Egregie reformat Eccleſias & D. Virginem ſui regni tutelarem conſtituit 1001 III 163. Tranſiluaniam deuicto eius Rege ſuo Regno adiungit ib.

Hungariæ regnum Eccleſiæ Romanæ tributarium factum per Stephanum Regem 1000. V. 162 Illud proprium Eccleſiæ Rom. 1074. XV. 238.

Hungus Pictonum Scotorumque Rex ope S. Andreæ Apoſt. Anglorum exercitum fundit 809. V. 9. Eius gratitudo erga S. Andream ib. 10.

Hyacinthus Vrſinus Legatus Cardinalis militibus D. Iacobi in Hiſpania viuendi regulam præſcribit 1175 V. 327 Eius primordia & progreſſus. ib. VI Agit apud Alexandrum pro priuilegio Eccleſiæ Toletanæ ib. Creatur Romanus Pontifex ſub nomine Cæleſtini III. 1191. I. 373. vide *Cæleſtinus*.

I.

IAcobi Zebedæi reliquiarum inuentio Compoſtellæ 816 IV. 19.
Hiſpania ei facta tributaria 844 IV. 51. Viſus pro Chriſtianis in bello decertare 1040. II. 192 Eius militum Ordo ſacer in Hiſpania, quæ initia & incrementa habuerit? 1175 V. 356. Eorum vitæ genus diplomate ab Alexandro Pp III confirmatur ib. Cuidam peregrinanti ad eius ſepulchrum dæmon occurrens, per eum fugatur 1194. I 378.

Iacobi Studitæ martyrium & præconia 818. III 22.

Ianuæ Baſilicæ S. Pauli Romæ in via Oſtienſi à Pantaleone Conſtantinop. Conſule fuſæ 1070. VI 210.

Ianuarius Martyr Neapolim contra obſidionem hoſtium viſibiliter propugnat 1074. VII. 237.

Iconomachi in Oriente proſcripti a Theodora Aug 842. IV 45

Idolis immolans ſacerdos diuinitus oculis priuatur, quos in Chriſtum credens ope D. V. recepit 970. VII. 141. & 1056. V 210.

Ignatius Michaelis Imp. filius à Leone Armeno euiratur 813. I 13 Ab eodem detruſus in Monaſterium Patriar. hæ Conſtantinop. creatur 847. VII. 56. Eius depoſitio & innumeræ paſſiones 858. V. 68. Damnatur à Photio 856. V. 69. Eius epiſtola ad Nicolaum Pp 861 I 71 Eius ærumnæ & fuga 861. III IV. V. 73 Reſtituitur in Monaſterium ib V Opera Baſilii Imp. redit ad ſedem Patriarch 867. V 86. Eius legatio ad Nicolaum Pap ib. VI Bulgaris mittit Epiſcopum Græcum. 8[illegible], VI. 96. Temere ſibi Bulgariam vſurpat contra Romanum Pontif. 870. VI. 96 Arguitur ideo ab Hadriano 871 I 96. Sub excommunicatione à Ioanne Papa Bulgariam ſibi arrogare iubetur 8[illegible] I.

100 Sanctiſſime moritur, & miraculis clarus, & ſanctus colitur 878 III 1 ...

Igne probatur Simonia Petri Florentini Epiſcopi 1063. III. 241. & 1073 XII 231. Et Catholicæ fidei veritas 949 II 129. & 885 VI 107.

Imaginum cultum floruiſſe temporib. Apoſtolorum 831. II 36.

Imago Chriſti infantis Abundantiæ virgini pomum porrigit 820. IV. 25. Reſtituuntur imagines a Leone proſcriptæ per Theodoram & Michaelem Augg ſummo cum honore, d eaque annua reſtitutionis celebratur in Eccleſia 842 IV 45. Odæ de hac feſtiuitate ibid. Damnantur earum oppugnatores in Concil. Rom. à Nicolao Pp. 861 III 77. Confirmatur earum cultus in Concilio Oecumenico octauo 869. X 93.

Imago B. Mariæ virginis picta in carnem transformatur 870 VII 96.

Imago Saluatoris ſanguinem fundit 888 VI. 108. Alia non manufacta traditur Conſtantino Porphyrogen. & miraculis clara Conſtantinopolim defertur 944. II. 228. Alia in Anglia ... Clericos reprobat 971. V. 145 ... Romæ ... 1077. II. 176. Chriſti imago Ioannem Gualbertum ob peccatum ... dimiſſum complectitur 1031 I 201 & 1073. XII. 231 Alia a N codemo effigiata Hiero ... 1099. IV 271. Alia D. Virginis Ceſar Auguſtæ contra Mauros ciuitatem obſidentis apparet. 1154. VII. 307. Pauli Or... aurea lachrymarum ... Andronici Tyranni 1165 III.

Imperatores excommunicati & depoſiti à Rom. Pontif vide *Excommunicati* & ſub propriis Imp & Pont. nominib.

Imperator ... ſibi vſurpans Ferdinandus Rex Italiæ, ... deponere 10 5 V 107. ... nemo appellandus niſi a Romano Pontifice coronati 1013 I 174.

Imperium conferre ſpectat ad Romanum Pont. 870 III. 95. Occidentale inter multos diuiditur 888. III 108. Eius Electores inſtituti à Rom P ... 996 V. VI 157. vide *Electores*. Poſt Henricum V. Imp. à Germanis deriuatur ad Saxones 1125 IV. 298.

Incendium monaſterii cuiuſdam ſanctimonialium miraculoſe extinctum ab Hugone Archie Lugdunenſi 1094 III. 263. Religioſum Nouiomenſis ciuitatis. 1131. IV 301.

Indulgentiæ à Leone Pp. III variis Eccleſiis conceſſæ 834 I 3. Ab Alexandro II 1071. II. 231 Ab Vrbano II multitudini belli ſacri pro ſtipendio 1095. IV. 264. A Gelaſio II. Cæſar Auguſtam ... 1118. V 191. Ab Honorio II. militantibus aduerſus Rogerium Siciliæ Tyrannum. 1127 I 300. Ab Alexandro III in Concilio Lateranenſi perſecutoribus hæreticorum 1179. II. 361. Militibus Terræ S. à Gregorio VIII 1187. IV. 371. A Clemente III iiſdem 1188 I. 371.

Ioſeri, vide *Vuſio. Anima.*

Ingelheimenſe Concilium, vide *Engelheimenſe.*

Ingizo nobilis Romanus bona E. cl... inuſte aliena ... 10 9 II. 178

Ingonis III & IV Gothorum Suecorumque Regum elogia & alterius martyrium. 1063 V. 212.

Innocentius II Roman. Pontif. creatur 1130. I 301. Fugit in Gallias ob tyrannidem Petri Leonis in ſchiſmate contra ipſum electi ib II. Eius potiora electionis iura ib. III. Numeroſi ... ei partes adhærent ib IV V. A Franciæ & Angliæ Regibus honorifice excipitur. ib. VII ... Concilium Rhemis celebrat 1131. I 304 ... Lothario Reg. Germaniæ ib II. ... ib III. Redit in Italiam & ... inter Lotharium & ... 1132. I. 305. Lotharium coronat Imperatorem, dato

eidem in feudum allodio Mathildis Comitiſſæ 1133. I. 306. Ob Petri Leonis tyrannidem denuo Roma Piſas abit ib I. In Concilio Piſano eum excommunicat 1134 I 306. ... Anacleti Antipapæ electio ab vtriuſque ... fautoribus coram Rogerio Duce 1137 II 310. Celebrat Romæ Concilium generale, in eoque Rogerium Tyrannum anathemate damnat 1139. II 312. Duos hæreſiarchas in Concilio Rom. excommunicat 1139. III 312 & 1140. IV 315. Exercitum mouens aduerſus Rogerium, ab eo capitur, & benigne habitu illum Regis titulo ornat 1139 IV 312 Quid erit ... cum Rogerio 1140. VIII 314. Itemque cum Ludouico Rege Franciæ 1141. II. 314. Romanos per Arnaldum ad rebellionem incitatos componit ibid I. Moritur. 1141 III 316.

Inſtrumenta Paſſionis Dominicæ execrabatur Petrus de Bruis hæreſiarcha. 1126. VI. 299. vide *Crux*

Inuentio reliquiarum, vide *Reliquiæ*. & ſub propriis earum inuentarum nominibus.

Inueſtituræ Epiſcoporum aliorumque beneficiorum Principibus ſæcularibus vetitæ in octaua Synodo Oecumenica 869. X 93. Eas dantes & accipientes excommunicat a Gregorio Pp VII in Concilio Romano 1077. IX 244 & 1078 III 246. & 1080. I. 248 & 1102 III 278. Sub Victore in Concilio Beneuentano 1087. IV. 258. De inueſtituris error Iuonis Carnotenſis 1099 I. 271 Pictauenſis Concilii decreta contra eaſdem 1100 VI 274. Proſcriptæ penitus à Paſchale Pp 1102. II. 276 & 1108. I. 283. Controuerſiam de illis componit cum Henrico Angliæ Rege 1107 II. 281. Henricus V. Imp. priuilegium de iis Paſchali Pp. extorquet 1111 V. 286 Damnatur illud confeſtim vna cum Henrico in variis Conciliis ib. IX. & 1112. I. 287. Item in Romano ib I & ſeqq. Viennenſi ib. V 288. In Lateranenſi generali 1116. I 290. Rhemenſi 1119 III. 292.

Inueſtituras à laicis fieri oportere hæreſis eſt 1111 VII VIII 287. & 1112. V. 288. Eas præſumptuoſe Rogerio Siculo concedit Petrus Leonis Antipapa 1130 V. 303. & 1131 I 304

de Ioanna Papiſſa fabula Mariani Scoti confutatur 853. V. 61.

Ioannæ B... Monialis vitæ ſanctitas miracula & obitus... 1053. V 280 De eius reliquiis ib.

Ioannis Baptiſtæ manus Conſtantinopolim delata 956 II. 132.

Ioannes VIII. Papa creatur 872 I 96. Abſoluit Ludouicum Imp. a iuramento per vim præſtito 873 I 98.

Carolum Caluum creat Imp. 875 I 98. Confirmat eundem in Conciliis. 876 II. 99. Implorat eius opem aduerſus Saracenos Italiam depopulantes ib IV. Pacem ab Saracenis redimit. 877. II 100. Rogatus à Baſilio Imp & Ignatio mittit Legatos contra Photianos & pro Bulgaria Romanæ iuriſdictionis ſubiiciendo 878. I. 100. Roma à Tyrannis occupata ſecedit in Gallias. 878. VIII. 101. Trecenſe Concilium celebrat & auxilia Principum pro Eccleſia petit 868 VIII 102. Hincmarum Laudunen Epiſc depoſitum reſtituit & Ludouicum II coronat Imperatorem. 878. IX 1 2 Photium in communionem Eccleſ ... pro magno cum Eccleſiæ incommodo ſuoque probro 879 II. 102. Approbat eius reſtitutionem 880 I 103. Damnat eius Pſeudoſynodum ... Photium ib. II Marcionem Tuſciæ & Lambertum Spoletanum Tyrannos pœnitentes abſoluit ib. IV 104 Athanaſium Neapolit. Epiſc excommunicat. 881. I. 104. Carolum Craſſum coronat Imp. 881 II 104 Contra Saracenos Italiam deprædantes ſubſidia implorans moritur 882. I 104

Ioannes IX ... Monacho Papa creatur 901. I. 114 Depoſito Berengario Lambertum Imperium reſtituit in Concilio Romano 904 I 1 0 Moritur 9 ... I. 116.

Ioannes X. intruditur a Theodora meretrice 912 IV 118 Eius legato ad ſepulchrum ... Iacobi Compoſtellani, ... Epiſcopi Compoſtellani preces effigita 9 ... I. 119 Mittit Legatos ad ... de rebus Hiſpaniæ 924 II 121 Detruditur in carcerem a Widone 928. I. 123.

Ioannes XI. Sergii Papæ III. filius intruditur a Matre Ma... 931 I. 123 Pallium concedit Theophylacto Arch ep. Conſtantinop. & ... 934 I 124 Moritur 936 I 124

Ioannes XII. Octauianus antea dictus Romanæ vrbis Princeps inuadit Sedem Apoſt. adhuc iuuenis 955 I. 131 ... inſert Pandulpho ... 957 I. 132 Contra Tyrannos Romanos opem Ottonis Regis implorat 960 I 133. Coronat eum Imperatorem 962 I. 135 De vatiis ... Imperatorem ... in Concilio ab Ottone depoſitus ... Leone Pſeudopapa. 963. I II III. IV 135 136. Excommunicat Electores Leonis Pſeudopapæ ib. Concilium celebrat ... Leonem Pſeudopapam 964 II. 136 Turpis eius obitus aſſeritur ib. III.

Ioannes XIII creatur 965. I 137. Ab O... libertatus in carcerem coniectus a Romanis, quidem etiam puniti ſunt 966 I 1 8. Synodum Rauennæ celebrat 967. I. 138 Item Romæ 971 I. 141. Moritur 972. I 142.

Ioannes XIV ex Papienſi Epiſcopo creatur Papa 984 I 150 Fame necatur in carcere a Bonifacio inuaſore 985 I 150

Ioannes XV eligitur 985. III 150 ... Ethelredum Regem Angl & Richardum March. conciliat 990 I 153 Interpellatus ab Hugone Franc Rege & aliis aduerſus Arnulphum, quid egerit 991. I II. III 1 ... & 995. III. 154. S. Vdalricum canonizat 993 I 153 itemque alios ib II. Moritur 996 I. 157.

Ioannes XVI violenter à Creſcentio Conſ. Rom. intruſus contra Gregorium V ab Ottone Rege Germ. dire necatur 998. I. II 157.

Ioannes XVII Siccus cognomine creatur 1003. III 160. De eius familia ibid Moritur ib. IV.

Ioannes XVIII Faſanus dictus ſedet 1003. IV. 167 Moritur 1009 I 171. Græcos Eccleſiæ Romanæ adunit ib.

Ioannes XIX eligitur Papa 1024. I 180 Pulſus à factioſis Rom reſtituitur a Conrado Imp & paulo poſt obit 1033 I 187.

Ioannes Alius Pſeudopapa ex Epiſcopo Sabinenſi intruſus a Romanis, iterum que extruditur 1044 I 194.

Ioannes Lucenſis Monachus aqua ablutionis manuum ... Alexandrum Pp. & a Im... 1070. V 230

Ioannes ... Presbyter Cardinalis S. Martini Schiſmaticus Octauianum Antipapam creat contra Alexandrum 1159. V I. 3 . Diuinitus interit 1169 IV 350.

Ioannes Præpoſitus monaſterii S Gregorii, eius ope ad pœnitentiam & confeſſionem adducitur 855 IV. 63.

Ioannes Zemiſces, vide *Zemiſces*

Ioannes Gualbertus ordinis vallis vmbroſæ inſtitutor miracula & ... moribus eſſet 1051. I. 201 Præobit. 1073 XII. 234 Eius infantia, vitæ inſtitutum, virtutes, canonizatio & elogia ib.

Ioannes Xyphilinus Patriarcha Conſtantinop electus hiſtoriam Bionis Caſſii magno damno decurtat 1060 VI 227. Iuramento cœlibatus Eudociam Aug. exſoluit 1068 II. 228.

Ioannes Tuſculanus Epiſcopus Romanos in Henricum IV. Imp pro Paſchale Pap. commouet 1111 IV. 286.

Improbat vna cum aliis factum P ... cum Henrico de inueſtituris ib VI.

Ioannes Comnenus Alexio Imp. O... ſuccedit 1119 VIII 293.

A... Imaginis D. Virginis ...

de Scythis victoriam reportat 1123 III. 195 Moritur.1143 V 316.

Ioannes Anglus Saresberienſis Hadrianum Pp ſalutatum Romam veniens, eius curas & anxietates deſcribit.1155.VIII.331. Eius iudicium & ingenua confeſſio de Curia Romana 1156.VIII 332. Thomam per literas a Legum ſtudio auocat.1165.IV.346. Creatus Epiſcopus Carnotenſis 1172. IV.354. Moritur 1181.IV.364.

Ioannes Abbas Strumenſis Anti papa eligitur aduerſus Alexandrum III.1170.XIII.353. Eius ſcelerata vita ib. Fit ſupplex Alexandro Pp.1178.I.361.

Ioannes Vpſalenſis Archiepiſc. res geſtæ & martyrium 1188 IV.372.

Ioannes Magus creatur Patriarcha Conſtantinop.835.II.41. Eius præſtigiæ & impietas ibid. Deponitur. 842.VII 48. Calumniatur Methodium ſibi ſubrogatum & SS.Imagines 843. I.49.

Ioannes Scotus exagitatur ob aſſertos eius errores 878.X.102. Moritur,& martyr habetur.883.IV.105.

Ioannis Abbatis Parmenſis vitæ inſtitutio & obitus 976.IV.146. Libri eius Romæ cauſti à Berengario hæreſiarcha.1059.II.213.

Ioannicii Anachoretæ miracula 822.IV 27. Theophili Imp. mortem prænuntiat. 841 I 44. Moritur clarus virtute & miraculis 846.III.55.

Ionas Aurelian. Epiſcopus confutat Claudium Iconomachum.825 II 30.

Iordanes ab Eugenio Pap. Legatus mittitur in Germaniam.1151 III.321. Eius impii mores & legatio ſacrilega.ib.

Ioſephus Oeconomus Abbas ob Theodotem Conſtantini adulteram coronatam ſacerdotio exutus à Nicephoro Imp. reſtituitur 806.III.5. Corripitur a Studita. 808 I 6.

Irene Conſtantini Copronymi coniux relaxat tributa Conſtantinopolitanis 801.IV. 2. Laudatur ideo à Theodora Studita ib. Expetitur ad nubendum Carolo Magno, & ineundam cum eo pacem. 801.I.2. Imperio exuta à Nicephoro relegatur in exilium ib.

Iſacius Comnenus opera Michaelis Cerularii Michaelem Stratonicum ad abdicandum Imperium adigit, eiusque loco imperat.1057.V.212. Bona Eccleſiaſtica ſibi vſurpat. ib. Michaelem Cerularium ob arrogantiam in exilium eiicit 1058 V. 212. Fulmine ictus vltione diuina impetiose abdicat, & Monaſticam profitetur 1059 VI.2

Iſacius Angelus arripit Imperium Orientale 1186.VI 370. Armis ſpiritualibus rem aggreſſus de hoſtibus triumphat. 1187. V. 371. Detruditur in carcerem ab Alexio Angelo.1195.IV.380.

Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi corpus diuinitus reuelatum Legionem defertur iuſſu Ferdinandi Magni in raculis clarum 1063. VII 204. Eius ope Alphonſus Caſtellæ Rex de Mauris triumphat. 1147. XIII.323.

Italia a Saracenis afflicta 841. III.49 & 846. I 55.& 876.IV 99 & 877 I.100 Pacem et redimit Ioan.Pp ib. Rurſum occupatur à Saracenis.882 IV.104. Vaſtatur ab Hunnis 902 III.113. Liberatur à Saracenis per Ioannem X.ope SS Apoſtolorum 915 I 118. Miſere deuaſtatur ab Hungaris 937 I.121. Seditio ibi excitatur 1011. V. 173. A Iuramento fidelitatis Friderico Imp præſtito abſoluitur ab Alexandro Pp.1168 II 349.

Italica Concilia plura ſub Roberto Rege Franciæ celebrantur de variis Eccleſiæ quæſtionibus 1004 I.168. Quæ certis Italiæ locis celebrata ſunt, vide ſub propriis eorum nominibus.

Iudæi ob Hieroſolymitanum templum dirutum ab omnibus ciuitatibus & locis expelluntur 1009. III 171. Ob deluſam Chriſti imaginem ſupplicio afficiuntur a Benedicto Pp.1017.II A Chriſtian. in Terram S. expeditionem mouentibus maximis cladibus afficiuntur. 1096. II.265. Cruceſignati ad eos occidendos compelluntur à Radulpho Pſeudoeremita. 1146. IV.320 Eorum in Chriſtianum puerum crudelitas ibid. Tyrannidis in hominem Chriſtianum dant pœnas 1196.IV.380.

Iudicia publica certis quibuſdam feriis exerceri prohibet Manuel Imp. 1166.IX.348.

Iuditæ Boleslai Poloniæ Regis coniugis laudes & obitus 1016 IV.177.

Iuditha Vladislai Poloniæ Regis coniunx ope D. Ægidii prolē Boleslaū enixa 1081. VII. Eius laudes, virtutes & obitus ibid. Donationes diuerſis Eccleſiis factæ ib.

Iuliani & trium Innocentum reliquiæ Patauii inuentæ. 1053 IX.103.

Iuo Carnotenſis Epiſcopus aduerſus Gaufredum Schiſmaticum ordinatur ab Vrbano Pp 1092.I 261. Vexatus à factioſis appellat ad Rom. Pontif. 1093 II. 262. Reſiſtit Philippo Regi Franciæ ob repudiatam coniugem 1094. II. 262. & 1095. II.263. Eius ærumnæ ib. In controuerſia cum Hugone Lugdunenſi Legato Sedis Apoſtol. amarius de Inueſtituris locutus miſſionem ab Epiſcopatu petit 1099. I. 271. Scribit Paſchali Pap. pro Legato natione Gallo mittendo in Galliam. 1100. III.274. Item Henrico Regi Angliæ de non vſurpandis inueſtituris ibid. IX. Adductus in ſuſpicionem Simoniæ, coram Legato Sedis Apoſtol. ſe purgat. 1104. II. 279. Scribit Apologeticam pro electione Ludouici Regis Franciæ 1106. VI. 282. Priuilegium de inueſtituris à Paſchale Pap. Henrico Regi conceſſum excuſat 1111. VIII 287.

Iuo Legatus Cardinalis in Galliam ab Innocentio Pp miſſus, Radulphum Comitem excommunicat.1142.I 314. Moritur 1143. I 315.

Iuramento fidelitatis a Gregorio Pap. VII. abſoluti ſubditi Henrici Regis 1076. III. 240. & 1080.II 248. Ab Alexandro III. Itali ſubiecti Friderico Imp.1168 II.349.

Iuramenti fidelitatis formula à Gregorio VII Pp præſcripta 1081 III 250. Roberti Guiſcardi 1059.VIII 215. Caroli Andegauenſis Comitis Regis Siciliæ pro iuribus Eccleſiæ 1097.VIII.267. Item Alphonſi primi Regis Siciliæ ib. IX. Henrici IV. Imp eiusque Principum. 1111. II. 283. Epiſcoporum ſummo Pontifici præſtandum. 1102. III. 277. Lotharii Imp. Innocentio II 1133. I.306. Stephani Angliæ Regis pro priuilegiis Eccleſiæ 1135. VIII.308. Friderici Imp. pro confirmatione Guidonis Antipapæ 1160. II.346. Henrici Regis quo ſe purgat à nece Thomæ Cantuar 1172.I 354.

Iuſtinæ Virginis reliquiæ Patauii inuentæ 1177.XII 361.

Iuſtini Epiſcopi Theatini primordia, res geſtæ, obitus & eius reliquiarum ingentia miracula. 1132 III.306.

K.

KAnutus Rex Daniæ ſuccedit Ethelredo in regnum Angliæ 1018 II.176. Laudatur ob pietatem ib. Peregrinatus ad limina Apoſtolorum iniuſtas exactiones in Anglia abrogat, & brachium S. Auguſtini centum talentis ſibi comparat 1027.I. 182 Bellum parat Olao Suecorum Regi 1028 IV.184

Kanutus alius Suenonis filius itidem Rex Daniæ Chriſtianis addictiſſimus ob pietatem a ſuis martyrii laurea coronatur 1081.VI 252. Eius præclara adoleſcentia victoriis nobilitata. ibid. Affectus eius in Eccleſias itemque bella, virtutes, & poſt martyrium miracula ib. Canonizatur ab Alexandro Papa. 1164. IX.341.

Kennethus Scotorum Rex inſignis legum conditor moritur 835.VII 64.

Kennethus alius Scotorum itidem Rex ob parricidia ex vindicta diuina, dolo Fenellæ, miſere interit. 1000. V 162.

Kiouia ciuitas Ruſſiæ 400. Eccleſiis ornata ſeueriſſima Eccleſiaſt. diſciplina floret. 1018. I. 177. Affligitur ab Vuaris & Abotritis à fide refugis ib.

L.

LAcedæmonii per S. Niconem à peſte liberantur 982 I 148.

Ladiſlaus Hungariæ Rex Geiſæ ſuccedit 1077. XI.244. Rom. Pontifici aduerſus ſchiſmaticos auxilium addicit 1087.VI. 258.

Lambertus Widonis Imp filius vngitur Imperator 892 II.110. Pulſo Berengario reſtituitur in Imperium in Concil. Rom. 904.I 116 Priuilegia Eccleſiæ ſtabilit. ib. II Occiditur in venatione 910 II. 117. Eius laudes ib.

Lambertus Teruannenſis Eccleſiæ Epiſc. intruſus ob hæreſin & ſimoniam damnatur, tumultum excitat 1082. II.252.

Lambertus Vencienſis Epiſcopus, miraculis clarus moritur 1154. V 330.

Lambertus Epiſc Oſtienſis creatur Roman. Pontif ſub nomine Honorii 1124 IX. 297. vide *Honorius*.

Lancicienſia Comitia ſub Caſimiro Duce Poloniæ pro abrogandis barbaris Polonorum moribus.1180.II.365 Confirmantur eorum conſtitutiones ab Alexandro Pp. III.ib. III.

Lanceæ ſacræ ab Henrico Rege Germaniæ ſuſceptæ 929 II.123.

Lando Romanus Pontifex creatus, moritur. 913.IV.118.

Landulphus Corſic. relicta vxore Monaſticam profeſſus, & ad ſeculum redire cogitans inhibetur ab Alexandro Pap. 1072. III 231.

Landulphus Beneuentanus Epiſcopus ob turbas Beneuenti concitatas in Ceperano Concilio deponitur 1114. I.

Lanfrancus Cadomenſis Abbas hæreſis Berengarianæ ſuſpectus in Conc.Rom. maculam à ſe abſtergit 1050. I. 200. Scriptis Berengarii hæreſin oppugnat. 1059 III. 214. Creatur Cantuar. Archiep inuitus 1070.IV.229 Pallium ab Alexandro obtinet & Sedis Apoſt. Legatus in Anglia conſtituitur 1071.II. 231. Primatum ſui archiepiſcopatus probat contra Thomam Eboracenſ.1072 II.231.Scribit Gregorio VII. pro correctione Scotorū 1073 VIII.234. Celebrat Concil.in Anglia 1075.IX.240. Moritur ſcriptis clarus 1089 V. 260. Eius epiſtola ad Regem Hiberniæ pro correctione morum ib.

Lapſi in Schiſma vel hæreſin quibus conditionibus recipiendi ad Eccleſiam. 810 II 19 Formula eiurandi ſchiſma 1179.I 369.

Latini Conſtantinop horrende ab Andronico exterminantur, Græcis iactati diſſimam de iiſdem vindictam ſumunt. 1183. VI & ſeqq.366. & 1185.IV.368

Lateranenſe Concilium ſub Nicolao Pp. in cauſa Ioannis Rauennatum Epiſcopi 861. VII.74.
Sub Paſchale II. pro damnatione priuilegii de inueſtituris Laicorum Pontifici ab Henrico Imp. per vim extorti 1110. I.290
Sub Calliſto II 1123. I 294.
Sub Alexandro III. aduerſus hæreticos 1179 I. 361. Eius decreta.ib II. vide etiam *Romanum Concilium*.

Laudenſe Conciliabulum Schiſmaticorum ſub Friderico Imp. contra Alexandrum Pp. 1161 III 341. Sub Octauiano Antipapa 1163 I 343.

Laurentius Archiepiſc. Dublinenſis Hiberniæ Legationem ea Lateranenſi Concil. ſuſcepit.1179 IV 362 Eius laudes ib. Moritur 1181.IV.364.

Lazari pictoris inſigne certamen pro cultu & pictura SS.Imaginum 832. II 36.

Legati Sedis Apoſt Roma in Germaniam miſſi reiiciuntur 1074 II 236. De iiſdem non mittendis in Siciliam orta controuerſia 1097. IV.& ſeqq 266.

Legionenſe in Hiſpania Concilium ſub Alphonſo 1012. VII 174 Sub Bernardo Toletano Epiſcopo pro morum reformatione 1091 III 261 & 1109. VIII 284.

Lemouicenſis in Gallia Synodus in cauſa Apoſtolatus S. Martialis eorum primi Epiſcopi 1029. II. 183. Aliud in cauſa excommunicatorum. 1034. I. 188.

Leſmu Burgenſis in Gallia vitæ ſanctitate claret 1109 III 284.

Leo VI Baſilii Imp filius per Santabarenũ Magum in diſcrimen vitæ adducitur 879. VII 102. Per Pſittacum è carcere liberatur 886 I 106 Mortuo patre Imperium adeptus, Photium ſede deiicit & Stephanum fratrem ſubrogat 886 I 107 Santabarenũ Magum excæcat ib Scribit pro diſpenſatione Stephani Patriarchæ Conſt. à Photio ordinati ad Stephanum. Pp 887 I 108. In auxilium vocatus à Turcis & Hunnis contra Bulgaros decertat 893 II 110 Excõmunicatus à Nicolao Patriarcha Conſtantinop ob 4 Matrimoniorum eum ſede pellit & Euthymium ſubrogat à quo abſoluitur 901. II 114 Expeditionem parat in Saracenos 902. I. 114. Eius obitus & ſcripta 911. I 117.

Leo Armenus creatur Imp 813. I. 13. Præſagium Nicephori de eius futura perſecutione ib Michaelem Imp. in exiliũ cum coniuge relegat ib. Ex Orthodoxo fraudibus Monachi fit Iconoclaſta 814. I. 15. Eius ſæuitia in defenſores ſacrarum imaginum ib. II. Affligit Orthodoxos 815. II. 17. Occiditur iuxta altare præuiis vaticiniis & viſionibus 820. II. 24

Leo Pp III. pergit Mantuam ad inquirendũ Chriſti ſanguinem ibi repertũ & Germaniam peragrat 804 I 3. 5. Suibertum ſolenniter canonizat ib II Romanorum in ipſum cõſpiratio 815 I 17. obit 816. IV 19.

Leo Pp. IV. ordinatur 847 I 51 Reſiſtit Imp. ſibi confirmationem Põtificum vſurpantib. ib. II Baſiliſcum ſerpentem precibus ſuis extinguit ib III. Romam munit aduerſus Saracenos 849. I 57 Nomenorum Ducem Britanniæ à Tyrannide dehortatur 849 II 57 Centumcellas reædificat & Leopolim appellat 854 I 62. Moritur 855. I. 62. Homiliam ſcribit ad vniuerſos Epiſcopos & moritur ib.

Leo Pap. V. creatur, & in carcerem detruſus moritur 907. I 110.

Leo VI. Papa creatur 928 I. 123 Moritur in carcere 929 I 123.

Leo VII. ſedet 936. I. 124. Morit 939. IV. 126

Leo falſo dictus VIII Pſeudopapa intruditur ab Ottone Imp. contra Ioan. XII. 963 IV. 136 Item contra Benedictum 964. III. 136. Pſeud ſynodum celebrat ib. Moritur 965. I. 137.

Leo IX Ex Epiſc Tullenſi communi conſenſu præuiis vaticiniis & ſignis legitime Pp. legitur 1049 I 198 Voluit etiam dici Epiſc. Tullenſis ib Concilia aduerſus Simoniacos & libidinantes Clericos celebrat ib II Rhemenſe ib. III. Miraculis & pietate illuſtratur ib. Plura concilia celebrat in Germania ib IV Humbertũ Monachum Tullenſem Siculus Archiepiſc. conſtituit ib Pietate vſ ibid Maximum Patauinũ Epiſc. S. Felicitatem & Iulianũ cum 3 innocen ib. Patauii inuentus ſolenniter Diuorũ albo inſcribit 1053 IX 203. Mittit Legatos Conſtantinop. ad tollendum ſchiſma Michaelis Patriarchæ 1054. I. 204 In Concil Rom & Vercellen Berengarium eiuſq; hæreſin damnat 1050 I. 200 Aliud Concil. Romæ celebrat 1051. II 201. Auxilia petit contra Northmannos 1052 I 202. Componit quaſdam res cum Henrico Imp 1053 I 202 Expeditionem ſuſcipiens aduerſus Northmannos Eccleſiarum inuaſores, cum ſuis vincitur & honorifice captiuus ab illis detinetur. 1053. II 202. Petro Antiocheno Epiſcopatum confirmat ib III Refellit calumnias & obiectiones Michaelis Cerularii aduerſus Eccleſiam Rom 1053 IV. V 202 1054. II 204. Pie moritur & miraculis viuus & mortuus illuſtris refertur inter Sanctos ib. VI. VII. 205 Vindicta diuina in militem eum blaſphemantem ib.

Leonianæ ciuitatis origo & dedicatio 852 I. 60. 848. I 56.

Leuizonis Bremenſis Epiſcopi obitus 1013 V 173

Leutardus homo plebeius in Gallia à dæmone dementatur, crucifixos euertit & erroris conuictus puteo ſe immergit 1000. I 161

Leopoldus Auſtriæ Dux Richardum captiuum ab expeditione Terræ S. reducem, mittit ad Henricum Imp 1191 VI 375. Excommunicatus ideo à Cæleſtino Pap. 1193. II. 378 Grauiſſimam Dei vindictam experitur 1194. II 378. 1195 I. 380.

Libellus Caroli Craſſi de viſione Inferorum & Purgatorii 888 I 108

Libentius Hamburgenſis Epiſc. pallium à Ioanne Pp obtinet 988. I 142

Libidines quaſcunq. concedebat Tanchelinus ſceleſtiſſimus hæreſiarcha. 1126 V. 299 Apoſtolicis ſe coinquinabant 1147 XII. 322

Liſdagus Bremenſis Archiep. Suecis Danis & Northmannis Euangelizans martyrio coronatur 946 IV. 128.

Liguria à Mathilde Comitiſſa donatur Eccleſiæ Romanæ 1077 XII. 244

Luitfridus Papienſis Epiſcopus pie obit. 855. VIII 65.

Liuonia Euangelium accipit à Meginardo Sigbergenſi Canonico 1186 III. 370.

Locuſtæ Hiſpaniam affligentes à Gregorio aquæ aſperſione enecantur. 1044. V. 195. Fugatæ ex agris Theatinis reliquiis S Iuſtini Epiſcopi Theanni. 1131. III 306

Londonenſe in Anglia Concilium de inueſtituris laicorum, & reformandis moribus Clericorum 1108. II 283. Sub Legato Sedis Apoſt. pro Eccleſiaſtica diſciplina 1125. V. 298 Aliud 1138. VI 311. Pro Clericorũ immunitate. 1143. IV. 316 Pro electione Thomæ Cantuarienſis Archiepiſc. 1162. V 342. Sub Legato Sedis Apoſt in cauſa Cantuarienſis & Eboracenſis Archiepiſc. 1176 IV 358.

Lotharius Ludouici Pii filius à Patre Imperator renuntiatur. 813. I 28 Miſſus à patre Romam ſchiſma ob electionem Eugenii componit 824 I 29. Eiuſdem de electione Rom. Pontif conſtitutio. ib Inſurgit cum fratribus aduerſus Patrem 833. II. 40. Armis Fratrum cogitur patri reconciliari 834 I. 40 Infeſtat Italiam 836 I 40 Fratres bello pro Monarchia aggreſſus ab iis vincitur regnoque expellitur 841 II 44. Exuitur Imperio ab iiſdem 842 I 44 Reſtituitur in regnum à fratribus 843 II 49. Abdicato Imperio fit Monachus & moritur 855. VI 64.

Lotharius Lotharii filius Rex Franciæ Legitimam vxorem repudiat & pellicem ducit 862. V 75. Reprehenſus ab aliis regibus ad Nicolaum Pap. appellat ib. VI Metenſe cõciliabulũ celebrat pro confirmatione repudii 863. IV. 78 Humiliter ſe excuſat apud Nicol. 864 II. 81. Terretur metu excommunicationis Nicolao Pp. dat ſupplices literas 866. IV 83. Recipit in Matrimonium legitimam coniugem Theutbergam 865 I 81. Ea repudiata denuo recipit pellicem & rapinis ſe inquinat 867 VIII 86. Petit ab Hadriano licentiam veniendi Romam 867. XII 87. Romam venit ſe purgaturus & indigne communicat 868 II 88. Cum aliis vindicta diuina ideo interit ib. III.

Lotharius Ludouici Franciæ Regis filius Patri ſucced 954 III 130. Fugat exercitum Romanum 978 I 147.

Lotharius Dux Saxoniæ Rex Germaniæ à Friderico Archiepiſcopo Colonienſi conſecratur 1125 IV 298. Innocentio Pap. contra Petrum Leonis adhæret 1130. IV. VII 302. Stratorem agit Innocentii Pap: 1131 II 304 Inueſtituras Eccleſiarum ab eo extorquere adlaborans compeſcitur à S Bernardo. ib. Romam reducens Innocentium Pp. coronatur ab eo Imp & allodium Mathildis Comitiſſæ in feudum accipit 1133 I. 306. A Conrado Rom. Rege bello appetitur. 1134. II 306. Rogeriũ Siciliæ Tyrannum Sedi Apoſtolicæ rebellantem in Italia coercet 1137. I. 310. Moritur 1138 IV. 311.

Lucæ Euangeliſtæ reliquiæ Patauii inuentæ quomodo agnitæ 1177 XIII 361

Lucæ Eremitæ vitæ inſtitutum & obitus 994 II 151.

Lucas Chryſobergas Conſtantinopolitanus Patriarcha creatur 1148. XIV 325 Eius ſollicitudo pro immunitate ſui Cleri ib. Moritur 1160 IX 347.

Lucæ Virginis corpus inuentum & Conſtantinopolim tranſlatum 1028 IV 192

Lucius II Romanus Pontifex creatur 1144. I. 16. Componit pacem cum Rogerio Siciliæ Rege. ib. Romanorum perduellium in eum conatus, & calamitas ib. II. Moritur 1145 I. 317.

Lucius III. ex Epiſcopo Oſtienſi eligitur 1181. VI. 365 Exagitatur à factioſis Romanis 1183. I. 366. & 1184. III 367. Sollicitatus à Cruceſignatis expeditionem promouet in Terram S 1184 V. 367. Veronam diſcedit ex vrbe, ibique in congreſſu cum Friderico Imp de quibuſdam iurib. contendit. ib. IV. & ſeqq. Quid inter eos tranſactum. 1185. I. 368 Moritur 1185. II. 368.

Ludouicus Pius filius Caroli Magni Imp. Galliæ Rex coronatur à patre 806 IV. 5. Reſtituit diſciplinam Eccleſiaſt & monaſteria primus ædificat in Aquitania 807. III 6. Imperator creatur, & ſalutaribus monitis inſtruitur à patre 813 II 13. Solus in Occidente Imperat. 814 VI 17. Vindicat Hiſpanos & Gallos à tyrannide Saracenorum 815. IV. 18. Vngitur & coronatur à Stephano Pp. V 816 V. 19. Eius erga Stephanum reuerentia ib.

Bernardum Italiæ Regem nepotem ob coniurationem cum complicibus exoculari permittit. 817 IV. 21. Cogit conuentum Principum pro pace Eccleſiæ 819. I. 23. Confirmat donationes & immunitates Eccleſiæ ib. Irmingarde coniuge defuncta Iudith vxorem ducit, ib. Ob iniuriam in fratres agit publicam pœnitentiam 823. I. 28. Accipit Legatos à Michaele Balbo 824 II. 29. Controuerſiam de cultu SS. Imaginum Eugenio decidendam relinquit ib. Pariſienſem collationem de cultu SS. Imaginum inſtituit ipſeque à collatoribus in diſcrimen adductus Eugenium Papam conſulit 825. II. 30. Diuerſa concilia indicit pro correctione morum. 828. I L 34. Auget redditus Monaſterii S. Germani Pariſiis 829. IV. 34. Conſpiratione Pipini filii & Principum erga eum facta à qua liberatur 830 II. 35. Conſulit per Legatos Gregorium de off. Eccleſiæ. 831. II. 36. Exuitur Imperio à filiis 833. II 40. Reſtituitur 834. I. 40. Coercet ab infeſtatione Italiæ per Legatos Lotharium filium 836. I. 42 Per Cometæ apparitionem admonitus præparat ſe bonis operibus ad mortem 837. I. 42 Regnum filiis diſtribuit eiſque defenſionem Eccleſiæ Romanæ commendat. 838 I 43 Perſequitur rebellantem Ludouicum & moritur ſancte 840. II. 43. Petit è purgatorio liberari precibus Ludouici filii 874. I. 98.

Ludouicus, filius Ludouici Pii conſtituitur Rex German. 817 III. 21. Inſurgit cum fratribus in parentem: eique reconciliatur. 833. II. 40 Iterum rebellat Patri & veniam obtinet. 840. I 43. Vna cum Carolo fratre Lotharium fratrem vincit, eiuſq; regnum cum Carolo diuidit 842. I 44. Accipit pretioſa munera à Baſilio Imp. 872. V. 97 Moritur 882. II 104.

Ludouicus Ignauus ſuccedit Carolomanno in Regnum 885 IV. 106.

Ludouicus II filius Lotharii Romam cum exercitu veniens à Sergio coronatur Rex Longobardorum 844. II. 50 Romam cũ exercitu ad Leon. Pp. pergit in cauſa Frãcorum in Italia 855. I. 62. Nicolao Pp. officium ſtratoris præſtat 858. I 66 Vocatur in Galliam aduerſus fratrem Carolum monetur q; ad liberandã Eccleſiã 858 II. 66 Carolo fratri bellũ parat 865 VI 68 Pacem cum Carolo fratre init 859 II. 69 Debellat Saracenos 866. III 83. Per Legatos ad

tos ad Oecumenicam Synodum deſtinatos Conſtantino Baſilii Primogenito filiam in Matrimonium offert 869. X 93 Pro recuperatione Regni Franciæ à patruo inuaſi laborat Hadrianus 869 XV 94 & 870 I. 94. Vngitur in Regem Franciæ ab Hadriano Pp. 871 III. 96 Contendit cum Baſilio Imp Orien ali de titulo Imperatoris 871 III 96. Capitur proditione à Duce Beneuentano per Baſilium ad id ſubornato ex diuina vindicta 872 II. 97. Abſoluitur à Iuramento à Ioan. Pap. per vim ſibi extorto & in Adelgiſum tyrannum caſtra mouet 873. I. 98 Moritur 875. I 98.

Ludouicus III. cognomine Balbus à Ioanne VIII Imp. coronatur 878. IX 102. Moritur 876 I. 102.

Ludouicus IV. Boſonis filius coronatur Imp. à Stephano Pp 900 I 112 Oculis & Imperio priuatur à Berengario 904. I 116.

Ludouic. V. Caroli ſimpl. filius Rex Franciæ ab Arthaldo Rhemen. coronatur 936. I. 124. Conſpiratur contra eum a ſubditis 942. I. 127. Capitur à Northmannis dolo Hugonis 945. I. 128. Moritur 954 III 130.

Ludouicus Lotharii filius Rex Francorum eligitur 986 I. 151.

Ludouic. Craſſus filius Philippi Fráciæ Regis adhuc adoleſcens patri ſuccedit 1106. VI. 282. Clericos militiæ ſeculari renuntiantes contumeliis exagitat 1127 II. 300. Hẽricum Imp Franciam infeſtantem reprimit 1125. III. 298. Stampis Concilium cõuocat pro receptione Innocentii Papæ, eumq; in Gallias venientẽ honorificentiſſime excipit. 1130. VII. 303. In Rhemẽſi Conc. ab ipſo Ludouicum filiũ Regẽ facit coronari 1131 I 304 Pie moritur & vere pœnitentis exemplũ edit 1136 IV. 309.

Ludouicus VII Ludouici Craſſi filius viuẽte Patre Rex Franciæ eligitur 1131. I. 304 Patri mortuo ſuccedit 1136. IV. 309 Quidipſi ſimultatis cum Innocentio Pp. 1141 II. 314. Eccleſiarum poſſeſſiones deuaſtat. 1142. I 314. Literis S Bernardi de impietate & ſacrilegiis redarguitur. 1143. I. II. 31. Inuitatur ad militiã ſanctam aduerſus Saracenos 1145. VI 319. Princeps eius expeditionis proficiſcitur in hoſtes 1145. II. 320. Pugnis excipitur à factioſis ſtipẽdiis 1147 II 321. Redit ingloriſus ex Terra S. 1149 I 325. Diuortiũ facit cũ Eleonora cõiuge 1151. II 327 Suſcipit Alexandrũ legitimum Pont contra Octauianũ 1159 IX. 336. Dolis Friderici Imp. circumuentus eximitur ab Henrico Angliæ Rege. 1162. II 342. Vna cum Henrico Alexandro exhibet obſequium ſtratoris ib. III. & 1163. I 342. Thomam Cantuar. Archiep. contra Henricum Angl Reg tuetur. 1168. V. 349. Alexandrum ad vindicandam necẽ Thomæ excitat 1171. I. 353. Peregrinationem diuino inſtinctu ſuſcipit ad ſepulchrum Thomæ Cantuar pro recuperanda ſanitate Philippi filii, quem Regem inaugurat 1179. V. 362. Moritur 1180. VIII. 364

Ludouicus Ignauus Carolomanno ſuccedit in Regnum Franciæ 885 IV 106.

S. Ludgerus Monaſterienſis Epiſcopus moritur & eius in diuino officio recitando diligentia 809 IV 9.

Lugdunenſes S. Cypriani & aliorũ S. Martyrum reliquiis ditantur 806. V 5.

Lugdunenſe Concil. ſub Hildebrando Legato Apoſt. contra Simoniacos 1055. IV 208.

Lutholphus filius Ottonis Regis Germaniæ rebellat patri 953. I. 130 Fit Patri ſupplex 954. II. 130

Luitpoldus Moguntinus Archiep. ſacris operatus ob Humbertum Clericum à Leone excommunicatum Miſſam proſequi recuſat, niſi Diaconum Leo abſolueret. 1052 III. 201.

Lupus brutum animal Aurelii Campanam in Eccleſia inſonat. 888 VI. 109 Alius Gulielmo Vercellenſi Eremitæ aſini officium complet 1142 III 314.

Luſitania olim quæ nunc dicta Portugallia 1124. VI. 297. vide *Portugallia*.

Luſitaniæ Regum origo 1066. VII 227.

Luſitaniæ populorum eximiæ virtutes, & fortitudo 124 VI 297.

M.

MAcarius Antiochenus Patriarcha miraculis celebris in peregrinatione Hieroſolymitana moritur 1012. VI. 171

Magdeburgum ciuitas conditur ab Ottone Imp. & Metropolis Sclauorum conſtituitur 975. III. 142.

Magi è Noruegia pulſi ab Olao Rege 1018. IV. VI. 184.

Maiolus Cluniacenſis Abbas miraculis coruſcus moritur 993. IV. 155.

Malachias ex Monacho Epiſc Conneretenſis primus in Hiberniã diſciplinam induxit, eamque regionem egregie reformat 1124 X. 297 Miraculo cõprobat Euchariſtiæ veritatem contra Sacramentarium. 1137. IV 310. Moritur 1148 IX. 324.

Manaſſes Arelatenſis Epiſc Hugonis Italiæ Regis affinis plures ſimul Epiſcopatus inuadit 936 II 124.

Maniacus militiæ Dux Michaelis Imp. aduerſus Saracenos depugnans Siciliam ſibi ſubiugat 1038 II. 192.

Manichæorum variæ ſectæ & appellationes 810. II. 10. Iouentur à Nicephoro Imp. ib I. Necantur à Michaele Curopalata 812 I. 12. Contra eoſdem copias mittit Theodora Aug 845. I. 53. Funditus delentur à Baſilio Imp. 885. VI 107. Detecti in Gallia & Hiſpania igne cremantur 1017. I. 176. A Leone Papa IX. damnati patibulo. 1052 IV 201.

Manſo Caſſinenſis Abbas eligitur. 986 I 151. Ab Alberico Merſorum Epiſc. diuina viſione excæcatur 995. II 156.

Mantuanum Concil. ſub Alexandro aduerſus Cadaloum Antipapam 1064 IV. 223.

Manuel Imperator Orientis Ioannis Comneni Imp. filius patri ſuccedit. 1143 V 316 Sororem coniugis Conradi Rom. Regis ducit in vxorem ib. Eius machinæ in exercitum Romanum 1147. IV 321. Priuilegia Eccleſiæ antea à ſe abrogata reſipiſcens bulla aurea confirmat 1148 XIII. 324 Mittit Legatos ad Alexandrum Pap. pro petendo Imperio Occidentali contra Fridericum Imp. Schiſmaticum 1166. VII. 347. Eius conſtitutiones de iudiciis publicis non exercendis feriis memoriæ SS. conſecratis. 1166. IX. 348. Eius faſtus aduerſus Fridericum Imp. 1179 VII 362. Moritur pœnitens in habitu monaſtico. 1180. VII 364.

Marci Euangeliſtæ corpus Venetias tranſlatum 820. V. 25 Miraculoſe eius reuelatio ibidem facta 1093 VII. 263.

Margaretæ Reginæ Nicolai Danorũ Regis cõiugis pietas & in Eccleſiis erigendis dotãdiſq; munificẽtia ac obitus. 1130. XI 304.

MARIA Virgo inſurgit vltrix in monachos eius officii contemptores 1036. II. 209. Sacerdotem Idololatram per apparitionem à cæcitate liberat. ib V 210. Eius ope Ioannes Comnenus Imp. Scytas profligat 1123. III 291 Cæſar Auguſtani Mauros. 1134. VII 307. Cuidam mulieri in viſione mariti auari damnationem prædicit 1180 V. 365.

Mariani Scoti fabula de Ioanna Papiſſa refellitur 853. V. 81.

Marinus S. R. E. Diaconus mittitur ab Hadriano Pp. Legatus Conſtantinop. ad cogendam Synodum Oecumenicam 869 I. 96. Item à Ioan. VIII ad damnandũ Photium quare multa patitur 880. II. 103. Creatur Rom Pontif. 882 I. 104. Agit contra eũ Calumniis Baſilius 883. I. 104 Munera mittit Regi Angliæ ib. Moritur 884. I 105.

Marinus II Rom. Pont. creatur ſpiritu Prophetiæ clarus 943. I. 127. Moritur 946. I. 128.

Maronitæ hæretici in Palæſtina vnam voluntatem & operationem in Chriſto eſſe aſſerentes redeunt ad Eccleſiã 1182. II 365.

Martialis Lemouicenſ. Epiſc. verum diſcedus Galliarum Apoſtol in Conciliis controuerſum 1029. II 185. & 1031. I 187.

Martinus Presbyter Legionenſis ſcriptis clarus 1188 III. 572.

S. Martini reliquiæ à Northmannorum furore liberatæ 853. II. 60. Clarent miraculis ib.

Martyres haberi cupit milites in bello cæſos Nicephorus Phocas Imp 964 V. 137

Mathildis Regina mater Ottonis I moritur & inter ſanctos col tur. 973. VI 144.

Mathildis Beatricis filia vxor Godefredi Ducis Lotharingiæ 1070 VII 210. Documenta accipit a Gregorio 1074 III 236. Facto diuortio cũ marito, adhæret Gregorio Pp. ideoque in ſuſpicionem fornicationis cum Gregorio adducitur ib IV. Tuſciam & Liguriam donat Eccleſ. Rom. 1077 XII 244. Bellum gerit contra Henricum Regem eius regiones infeſtantem 1081. IV. 250 & 1084. III. 255. Denique contra Gibertum Antipapam 1087. III. 258. Conſentit in coniugium cum Welphone Baioariæ Duce ob communem Eccleſiæ vtilitatem, ſalua tamen ſua virginitate 1089 IV. 260. Confirmat donationem bonorum ſuorum Sedi Apoſt 1102. VI. 278. Albertum Tyrannum coercet 1106 I. 281. Eius pius obitus. 1115. III. 289. Allodium prius ab Innocentio Pp. datur in feudum Lothario Imp. 1133. I. 306. De eo orta controuerſia inter Fridericum Imp. & Lucium Pap. 1184. VI. 367.

Matrimonium damnat Berengarius hæreſiarcha 1035. I 187. Apoſtol. hæretici 1147. XII. 322. Albigenſes 1176 III. 357.

Matrimonii benedictiones. 808 I 6.

Matthæus Monachus pro defenſione Iurium Cluniacenſis Monaſterii munitur contra Pontium Pſeudoabbatem 1126 III 299. Ab Honorio Pp. Presbyter Cardinalis & Epiſcopus Albanenſis creatur ib. IV Eius modeſtia & laudabilis viuendi conſuetudo. ib Mittitur ab Honorio Legatus in Galliam pro auocandis à militia ſeculari Clericis 1127 II. 300 Halberſtadienſem & Virdunenſem Epiſcopos deponit 1128. III 301 Mittitur Legatus cum aliis Mediolanum ad tollendum ſchiſma. 1134. III 306. Moritur ib. V 307.

Matthæus Paris Anglus quo animo, & qualem ſcripſerit hiſtoriam 1197 IV 381.

Matthiæ Apoſtoli reliquiæ Patauii inuentæ 1177. XII 361.

Mauri Leuitæ reliquiæ tranſlatæ. 845. VI 55.

Mauri Vigilienſis Epiſcopi & ſociorum martyrium & miracula. 1218 XIII. 292.

Mauri populi victi à Duce Aragoniorum 912. VI. 118 Item ab Ordonio Rege Hiſpaniæ 951 V. 131. Iterum irruentes in Hiſpaniam Compoſtellam incendio deformant, & D. Iacobi ſepulchrum aggreſſi diuinitus reprimuntur. 993. V. 155 & 995 V. 151. Magna clade afficiuntur à Ferdinando Rege Legionenſi 1053. VII. 202. De iiſdem triumphat Petrus Rex Aragonum ope D Georgii 1094 IV. 283.

Mauritii Thebæi reliquiæ Magdeburgum tranſlatæ 961 II 134.

Mauritius Burdinus, vide *Burdinus*

Maximi Patauini Epiſcopi reliquiæ inuentæ 1053 IX. 208.

Mediolanenſis Eccleſia à Simoniæ & Nicolaitarum hæreſibus per Petrum Damianum expurgatur. 1059. VIII 213 Eædem repullulantes extinguuntur ab Alexandro 1067. I. 227. Rebellans in Sedem Apoſt. per S. Bernardum Abbatem eidem reconciliatur. 1134. III. IV. 306. Reſiſtit Friderico Imp. Schiſmatico 1168. III. 349.

Mediolanum prodigioſo terræ motu concutitur. 1117. III. 290.

Megenardus Sigbergenſis Canonicus Liuonibus Gentilibus Euangelizat, & Epiſcopatum Rigæ in Liuonia conſtituit; 1186. III 570.

Megenardus monachus Floriacenſis monaſterii Prælaturam ambiens turbas excitat inter monachos. 1105. VI. 167.

Meghinerus Abbas Heroldenſis Butch....dum Epiſc. ad diuinum iudicium citat ob iniuſte vſurpatas ſibi decimas 1059. X. 210.
Meldenſe Concil. ſub Carolo Caluo pro reſtituenda pace Galliæ 845 IV. 34 Sub Lothario in cauſa Archiep Rhemenſis 962. II. 155. Sub Hugone Legato Sedis Apoſt. pro Arnulpho in locum Vrſionis Sueſſionenſis Epiſc. ſurrogando. 1080. VI 249
Melitanum Concilium ſub Vrbano Pap. II. pro diſciplina Eccleſiaſt. 1090. I. 260.
Meretrix Guillelmum Vercellenſem Eremitam ad libidinẽ prouocare conata, eius miraculo conuertitur & in monaſterio pœnitentiam agit. 1142 III. 314.
Metenſe Conciliabulum proſtibulum dictum, pro confirmatione pellicis Lotharii Regis 863. IV. 78. Aliud pro Carolo Caluo 869 XV. 94.
Methodius Conſtantinop Presbyter & Confeſſor Romæ miraculoſe à D. Petro Apoſtolo euitatur 818. I 22 Viuus ſepulchro includitur. 834. II. 40. Reſtituitur in ſedem per Theodoram Auguſtã 842. II. 41. Eligitur Epiſc. Conſtantinop 842. VII 48. Eius canones pro lapſis ib. VIII. accuſatus de ſtupro ſe purgat 843. I. 49.
Moritur 847. VII 56.
Methodius Morauiæ Apoſt Catholicam fidem profeſſus in Archiep. ordinatur à Ioan. Pp. 880. III. 105.
Metrophanes Smyrnenſis Metropolit. acta Photii conſcribit 870. VI. 95
Michaelem Archangelum incarnatũ fuiſſe affirmauit Baſilius Medicus 1118. IX. 291. Per apparitionẽ Galganum Eremitam à voluptuoſa vita auocat. 1181. XIV. 365.
Michael Curopalata aduerſus Stauratium creatur Imp Orientis. 811 II 11 Eius munificentia in omnes ib. Studium item pro pace Eccleſiæ, gladio agit contra Manichæos & Iconoclaſtas 812. I. 12. Legatos deſtinat ad Carol. Mag. Imp. & Leonem Pap. 812 II 13. Victus à Bulgaris Leoni Armeno purpuram cedit ipſeque monaſticam profitetur 813. I 13.
Michael Balbus coronatur Imp eius imprudentia & impietas 820. III. 25 Exules Orthodoxos reuocat 821. II. 26. Permittit reſtitui imagines ib. III 27. Fauet Iconomachis contra Orthodoxos 823. III. 28. Legatos mittit ad Eugenium Pp. & Ludouicum Pium in cauſa SS Imaginũ 824. II 29. Sanctimonialem Virginem ducit vxorem. 826. IX. 33. Eius obitus & impia dogmata 829. II. 34
Michael III. adoleſcens cum matre Theodora Imperat in Oriente 842. II 45. Cultũ SS imaginũ vbiq; reſtituit ib. IV. Mutatus in peius irridet myſteria Chriſti 854. III 61 Matrem detrudit in monaſterium 855. VI. 64. Eius legatio, ad Benedictum Pp. 858. II. 65. Alia ad Nicolaum Pp contra Ignatium. 859. V. 69. Recipit Legatos à Nicolao 860 I. 70 Eius amentia ac crudelitas ib Eiuſdem Legatio ad Nicolaum contra Ignatium. 861. VI. 73. Irridet ſacra myſteria 861. I 74 Iniurioſas literas mittit Nicolao Pp. ab eodemq; recipit 863. IV. 77. Alia eius contumelioſa epiſtola ad Nicolaum 865. II 81. Obiicit varia Nicolao Pp. quæ ipſe refutat, ibid. Occiditur à Coniuratis Baſilii 867 IV. 85.
Michael IV. Paphlagon, ex argentario adulter Zoes Aug. Rom. Imp. interficit, eiusq. Imperium inuadit. 1034. III. 189. Conſtantinopoli Theſſalonicam Interrii ſedem transfert, ibiq; Theophanum Metropolitam ob auaritiam ſede pellit 1038. III 192 Arreptus a dæmone miſere torquetur, & fruſtra liberationis remedia quærit 1039 I. 192 & 1034 IV. 189.
Moritur pœnitens 1041 I. 192.
Michael V. Calaphates cognomento Imperator creatus mox ob ingratitudinem in Zoen Auguſtam reiicitur & luminibus orbatur 1041 I. 92.
Michael VI Straconicus à Theodora Aug. euehitur in Imperium Orientale. 1056 V. 209 A Michaele Cerulario adductus Iſacio Commeno cedit. 1057. V 212.
Michael Conſtantini Ducæ filius contra Roman Imp Orient electus, eum miſerrime vitam finire cogit. 1071 III. 231. Æger ſanatur ab Romanæ Sedis apocriſiario 1072. I. 11 A Nicephoro tyrannice Imperium inuadente in Monaſterium vna cum coniuge & filio detruditur 1078 III. 246. Pro reſtitutione implorat opem Gregorii Pp 1080 VII 250.
Michael Anchilaus Conſtantinop. Patriarcha 1166 IX. 347.
Michael Cerularius Conſtantinop, Patriarcha eligitur 1043 II. 192. Scriptis arrogantior Eccleſiæ Latinæ ſe opponit, ſed confutatur à Leone Pp. 1053 IV. 202. Excommunicatur a Legatis Sedis Apoſt ob errores & arrogantiam 1054 III IV. 204 Eius contumia, & nouæ machinæ in Eccleſiam Rom. itemq; errores ib. V. Refellitur ab Humberto Cardinale ib. Iſaciũ Comnenum aduerſus Michaelem Stratonicum euehit in Imp. 1057 V. 212. Ab eodem in Proconeſum delatus mœrore interit 1058. V. 212.
Michael Bulgarorum Rex conuertitur, & à Nicolao Pp. ſacerdotes pro Bulgarorum conuerſione petit. 866. I. 83 Mittit Legationem ad octauam Synodum Oecumenicam in cauſa Bulgariæ certo alicui Patriarchæ adſcribendæ. 869 XII. 93.
Miecislaus Poloniæ Princeps primus ad Chriſtum conuerſus religionem vbique propagat 965. II III 137. Per Legatos à Benedicto Pp ſibi ſuiſque poſteris regiũ diadema fruſtra petit 981 V. 150.
Miecislai Boleslai Poloniæ Regis filius ſuccedit patri 1025. III. 181. Moritur magna cum regni ſui iactura 1034. V. 189.
Miecislaus cognomẽto Senex Poloniæ Rex ob male adminiſtratum Regnum corripitur à Gedeone Cracouienſi Epiſc ipſeq; contra ſe iuſtam fert ſententiam 1175. IV. 316. Monita Auiuſtius ſpernens regno deiicitur. ib
Milites Clerici, vide *Clerici Epiſcopi.*
Milites D Iacobi, vide *Iacobus.*
Milites in bello cæſos Martyres haberi cupit Nicephorus Phocas Imp. 964. V. 137.
Miniſtrantium infirmis ſacro Igne correptis Ordo inſtitutus. 1095. VII. 105. vide *Hoſpitalium Ordo.*
Miraculum de Imagine D Virginis 870. VII. 96. De Saxonum Eccleſia eiuſdem 902. II. 115. Aliud Rhemis in Eccleſia eiuſdem D. Virginis 934. II. 124. De ſacerdote in Suecia Idolis ſacrificante, idcirque excæcato & D. Virginis ope itemum liberato 970 VII 141. Pro confirmatione reſurrectionis Domini 1112. XI 287. vide *Eucharistia, Fides, Image,* &c.
Miſſæ ſacrificium vno die ſæpius ab eodem celebrari ſolitum in primitiua Eccleſia 940 III 127. Vnam tantum quotidie celebrandam conſtituit in Concilio Salegunſtadienſi Alexander Pp. 940. IV. 127.
Miſſam pro defunctis offerre decretum 1048. II 197.
Miſſas celebrare lingua Slauonica conceſſum Morauis 880. I. 101 Prohibetur iiſdem à Gregorio 1080. VI 249 Ea de re inter Gothos & Romanos concertatio & miracula 1088 III 259.
Mœchiani hæretici quid dogmatizarint. 806. I 7. Eorum rabies in Orthodoxos ib II
Moguntinum Concilium ſub Carolo Magno. 813. III 13 Aliud ſub Rabano 847. IV. 50. & 848. II. 37. Aliud ſub eodem 851 IV. 60 Aliud pro tollendis bellis ciuilibus 888. II 108. Sub Henrico Imp. 1023 I. 180. Sub Leone IX. pro diſciplina Eccleſiaſt. 1048 IV 199. Sub Henrico Imp. pro eligendo Romano Pontif. 1054. IX. 206. Aliud in cauſa Caroli Conſtantienſis Epiſcopi Simoniaci 1071. I. 238.
Contra Clericos fornicarios 1075. IV. 239.
Conciliabulum Schiſmaticorum pro excommunicandis Orthodoxis 1085 V 255.
Comitium Catholicorum aduerſus Henricum Imp. Schiſmaticum pro coronatione Henrici eius filii 1105 III. 280.
Monachi in Anglia in Eccleſias introducti in locum incontinentium Clericorum 970 II. 140.
Monaſterii S Pauli Romæ non expellendos diu rectus ſcelaratum Ottoni Imp. 996. X 168
Monachi quidam miſere afflicti ob non recitatum officium D. Virginis 1056. II. 209.
Monachi ſponte facti Reges Imperatores & Principes Bardanes Turcus Imp. 803. I 3.
Michael Curopalata Imp. 813 I 13.
Lotharius Imp. 855. VI. 64
Alfonſus Rex Hiſpaniæ 927. II 122.
Hugo Rex Italiæ 945 I 126.
Petrus Dux Venetiarum 977. II 146.
Caſimirus Rex Poloniæ 1034. V. 189.
Iſacius Comnenus Imp Orientis 1059. XI. 219.
ex Monachis facti Reges Caſimirus Rex Poloniæ 1041. II & ſeqq. 193. Ramirus Aragonum 1138. VII. 311.
Monarchiæ Siculæ malesſana aſſertio confutatur 1097. IV. & ſeqq. vſque ad X 266. & ſeqq. Eam condit Petrus Leonis Antipapa 1130. V 303.
Monſtra 2. terribilia In Albione nata 937. IV 125. Aliud ex illicito coniugio Roberti Franciæ Regis. 998. I 159.
Morauis conceſſis Slauonica lingua In ſacris officiis vti conceditur à Ioanne Pap. 880. I. 103. Eorum Eccleſia exagitatur 890. III 109.
Mortuus Andreas Romanus ope S. Cæſarii ad vitam redit & ab inferis liberatur 1070. II. 229.

N.

NEapolitanæ Eccleſiæ & ciuitatis origo & nobilitas 872 IV 97. A Tutelaribus viſibiliter aduerſus obſidionem Roberti Guiſcardi defenditur. 1074. VII. 237.
Neapolitanum in Palæſtina Concilium pro Eccleſiaſtica diſciplina 1120 IV. 293.
Nemetenſis Conuentus Principum Germaniæ in cauſa Henrici Regis Germaniæ 1087. VI 258.
Nicephorus Conſtantinopol. Patriarcha Taraſio ſurrogatur à Nicephoro Imp. 806. II 3. Ab eo coactus Ioſephum Abbatem depoſitum reſtituit. ib. III. Mœchoſynodum celebrat pro reſtitutione Ioſephi 809 I 7. Leoni Pp. ſcribit Synodicam pro impetranda communione Catholica; eique pretioſa munera mittit. 811. II 11. A Leone Imp. mulctatur exilio ob cultum SS. Imaginum. 814. IV. 15 Moritur exul. 828 III 34.
Nicephorus Phocas Militiæ Dux Imp. Orientis eligitur 963. V. 136.
Pellitur ab Eccleſia à Polyeucto Patriarcha duobus de cauſis ib. Maximas clades adfert Saracenis, & militibus templorum expilationem permittit, & eos in prælio occumbentes martyres haberi cupit. 964. V. 136. 137. Male habet Luithprandum Ottonis Imp. Legatum pro nuptiis miſſum 968 I. 138.
Monſtroſa eius deſcriptio & auaritia ib. II. III Maximas clades infert Saracenis 904. V. 136. Sub Specie nuptiarum, Ottonis Imp. exercitum cædit, pauloq; poſt à ſuis occiditur 969 I. 139. Quare diuinitus punitus ſit? ib. II. Eius interfectores mulctantur ib. VI 140.
Nicephorus Botoniates tyrannice aduerſus Michaelem Imperium occupans excommunicatur à Gregorio Pp. 1078. III. 246. Detruditur in carcerem ab Alexio Comneno eius ſucceſſore 1080. VIII 250.
Nicetas Patricius Abbas exulat ſub Leone Armeno ob propugnationem SS Imaginum. 814. IV. 16. Moritur miraculis illuſtris 821. IV 27.
Niceta Monachus, qui & Pectoratus librum ſuum aduerſus Sedem Apoſt. conſcriptum coram Sedis Apoſt. Legatis anathemate damnat 1054. II. 204.
Nicolai Myrenſis Epiſcopi reliquiæ Barim tranſlatæ 1087 V. 258.

Nicolaus Conſtantinop. [illegible] creatur 890. V. [illegible] Deponitur à [illegible] Imp. 901. II. 114. Reſtituitur ab [illegible] Imp. 911. II. 117. Moritur 950. II. 12.

Nicolaus Chryſoberus Conſtantinop. Patriarcha creatur 981. I. 148. Moritur 995. III. 156.

Nicolaus Pp creatur, cui Ludouic. Imp. officium ſtratoris exhibet. 858. I. 66. Recipit Legatos à Photio & Michaele Imp. iiſdemque mittit. 860. I. 70. Quomodo Legati eius ſuſcepti Conſtantinop. ib. II. Eius literæ ad Michaelem & Photiũ in cauſa Latrocinalis Synodi 861. I. 71. Aliæ ad eoſdem pro Ignatio 862. III. 75. Mittit Legatos in Gallias ib. VI. Concilium Romanum celebrat contra Metenſe 863. V. 78. Nouæ contra eum iniuriæ 863. IX. 79. Accipit epiſtolam à Carolo Rege ibid. Eius graues paſſiones & in pauperes largitas 863. XII. 80. In Concilio Rom. Rodoaldum Legatum excommunicat 864. I. 80. Agit pro Rothaldo Sueſſionenſi Epiſcopo 864. III. 81. Eius legationes in Bulgariam & Conſtantinopolim ad Michaelem Imp. 866. II. 83. Aquitaniæ Duces à tyrannide dehortatur ib. VI. Refutat impoſturas & calumnias Græcorum in Eccleſiam Romanam 867. II. 84. Cogitat celebrare Concilium in cauſa Lotharii 864. II. 81. Eius paſtoralis cura pro Sardenſibus 864. IV. 81. Accipit iniurioſas literas à Michaele Imp. 865. II. 81. Reſpondet ei Nicolaus ib. Agit contra Lotharium adulterum 867. VIII. 86. Eius obitus & virtutes 867. X. 87.

Nicolaus II. Papa eligitur ex Epiſcopo Florentino 1058. III. 212. Benedictum Sedis inuaſorem in Concilio Sutrin. excommunicat. 1059. I. 213. Concilium Romanum aduerſus Berengarium celebrat. 1059. II. 215. Quid iuris in electiones ſummorum Pontif. concesserit Imp. ib. V. Northmannis in feudum concedit Calabriam Siciliam Apuliam. ib. VIII. Vindicat Eccleſiã Rom. à Tyrannis. ib. Aliæ eius res geſtæ 1060. I. 216. Obitus 1061. I. 217.

Nicolaus Pſeudofrater ad corradendam pecuniam, S. Bernardi ſigillo & ſtylo vſus multos decipit. 1146. IV. 320.

Nicolai Nicetæ cognomento Peregrini peregrinationes & obitus. 1091. V. 261. & 1094. VIII. 263. Claret poſt mortem miraculis ib.

Niconis Cretenſium Apoſtoli vitæ primordia & inſtitutum 961. III. 124. Conuertit Armenos ibid. Eius viſio de inſtaurãda Eccleſia Photinæ Virg. ibid. IV. Inſurgit vindex in expilatores ſui Monaſterii 969. III. IV. V. 139. Eius ope ſanatur quidam Gregorius 981. II. 148. Eius contumiator diuinitus punitur ib. II. 149. Gregorium Prætorem diuinitus punitum à paralyſi liberat 987. II. 151. Eius orantis imago ſaxo miraculoſè indita 986. II. 151. Moritur 998. V. 160. Alia eius imago poſt obitum miraculoſe in tabula exprimitur ib.

Nicolaitarum hæreſis in Sacerdotibus eiuſque defenſoribus in plurimis damnatur conciliis 1049. II. IV. 198. & 1051. II. 201. & 1059. VI. 214. vide *Clerici incontinentes.*

Contra eam plurimum laborat Petrus Damiani 1049. II. 198. & 1059. VII. 214. & 1065. I. 225. vide *Clerici Concubinarii.*

Nili Abbatis ſanctitas, & cum Græculis diſputationes 970. II. 143. Eius irriſor morte punitur ib. Eupraxium à morbo liberans, cum ad religionem traducit. ib. III. Saracenos fugiens è Calabria ad Caſſinenſe Monaſterium pergit, ibidemq; honorifice excipitur 980. II. 147. 148. Scitum eius reſponſum de ieiunio diei Sabbati. ib. Acceſſitur ab Aloara Pandolphi Capuani Ducis relicta eius filiorum interitum vaticinatur, propter commiſſa ab ea homicidia 981. IV. V. 154. Egregia documenta dat Ottoni Imp. 1000. I. 161.

Nithardus primus Sueonum Epiſc. Martyr. 840. V. 41.

Northantienſe Conciliabulum ſub Henrico Angliæ Rege pro Conſuetudinum regiarum [illegible] 1164. II. 345.

Norbertus Præmonſtratenſis Ordinis Inſtitutor [illegible] ſalſo variis criminib. accuſatus prudenter ſe purgat 1118. VI. 291. Præmonſtratenſis officii confirmationẽ accipit à Caliſto Pp. 1119. VIII. 293. Quando Ordinẽ Præmonſtratenſem inſtituerit 1120. II. 293. Ab Honorio Papa Ordinis ſui confirmationẽ impetrat 1125. VI. 298. Confutat impiiſſimam hæreſim Tanchilinam. 1126. V. 299. Magdeburgenſi Eccleſiæ Archiep. præficitur 1127. IV. 300. In Concil. Rhemenſi priuilegia Eccleſiæ ſuæ impetrat ab Innocentio. 1131. I. 304. Sancto fine decedit 1134. VI. 307.

Northmanni Carolo Caluo partem regni Normandiam dictã extorquent [illegible] IV. 59. Gallias infeſtant 855. II. 60. Irrumpunt in Saxoniã plurimis Chriſtianorum cæſis 863. XIV. 80. Peruadunt Galliã eamq; ferro flammisq; deuaſtant 845. II. 54. Germaniam incend. o deformant 882. II. 104. Pariſiis pulſi precibus D. Virginis 887. III. 108. Plurimi eorum ad Chriſtũ conuertũtur per Heruecũ 905. II. 113. Rollo eorũ Dux baptizatur. 912. X. 118. Cæduntur in Hiſpania à Gundiſaluo Sanctio Comite 968. VI. 139. Eorum quadraginta diuinitus in Italia exercitum Saracenorum profligant 1002. IV. 166. Vincuntur diuinitus à Monachis Caſſinenſibus 1045. IV. 196. Victa Apulia omnia iura perſundãt 1045. I. 201. Victis copiis Leonis Pp. eum captiuum detinent 1053. II. 201. Accipiunt in feudum à Romano Pontif. a Nicolao Apuliam Siciliam & Calabriam 1059. VIII. 215. Ingenti prælio à Godefrido Tuſciæ Marchione debellantur 1066. I. 226. Excommunicantur à Gregorio Pp. ob inuaſionem bonorum Eccleſiæ 1078. III. 245. & 246. & 1080. I. 248.

Nouiomenſe Concilium pro celebrando die Feſto S. Hunegundis virg. 954. IV. 130.

Nouiomenſis ciuitas prodigioſo incendio conflagrat 1131. IV. 305.

Nummi aurei omnium primo Chriſti Imagine & inſcriptione ſignati per Ioannem Zemiſcem Imp. 971. V. 142.

O.

OBitii Brixiani Confeſſoris miraculoſa conuerſio, & terribilis viſio. 1191. XI. Moritur viuus & mortuus miraculis clariſſimus ib.

Obſequia Imp. erga Pontif. Romanos Ludouici Pii 816. V. 19. Ludouici II. 858. I. 66. Friderici 1155. IV. 330. Henrici V. 1111. I. 285.

Regum Henrici I. Angliæ & Ludouici Craſſi Franciæ 1130. VI. 101. Henrici II. Angliæ Ludouici VIII. Franciæ Regum 1162. III. 342. & 1163. I. 342.

Octaua Synodus Oecumenica celebrata Conſtantinop. ſub Hadriano Pp. in cauſa Photii Schiſmatici & aliarum rerum 869. II. 90. vide *Conſtantinop. Concilium.*

Quinã & quot Patres huic Concilio interfuerunt ib. Omnes eius actiones ib. III. & ſeq. 90. & ſeq. Ea abſoluta exortæ contentiones inter Legatos Sedis Apoſt. & Patriarcham Conſtantinop. in cauſa diœceſis Bulgarorum ib. XII. XIII. 93. 94.

Octauianus Clericus Alberici Romanorum Principis filius, defuncto patre principatum Vrbis adipiſcitur 954. I. 130. Inuadit Sedem Apoſt. ſub nomine Ioan. XII. eidemque Pontificatus ob metũ ſchiſmatis confirmatur 955. I. 131. vide *Ioannes XII.*

Octauianus Presbyter Cardinalis Legatus mittitur ab Hadriano Pp. ad Fridericum Imp. 1159. III. 334. Pſeudopapa creatur ſchiſmaticus contra Alexandrum III. ib. V. Alexandrum in cuſtodia detinet ibid. VI. 335. Eius malitia & prodigioſa in electione ibid. Fauet ei Fridericus Imp. & quare? ib. VII. 336. Quam praua eius electio ib. VIII. X. 335. In Conciliabulo Papienſi inueſtituram accipit per anulum & mantũ ab eodẽ Friderico. 1160. II. 338. Confirmatur in Pſeudoſynodo Auenionenſi. 1162. II. 342. Excommunicatur ab Alexandro in Concil. Turonenſi cum complicibus 1163. I. 342. Conciliabulum Laudæ celebrat ib. III. 343. Moritur phreneti impœnitens 1164. VII. 345.

Occidentale vel Rom. Imp. inter multos diſtribuitur 888. III. 108. Vacat annis duodecim poſt mortem Ottonis III. 1002. I. 165. Iterum vacat 1024. I. 181. A Germanis ad Saxones poſt Henricum V. Imp. transfertur ab Adalberto Archiepiſcopo Moguntino. 1125. IV. 298.

Oderiſius Abbas Caſſinenſis de variis crimin. ab. apud Honoriũ Pp. accuſatus, excommunicatur, armaq; contra Pontificem ſumit 1125. I. 297. Electus à Caſſinenſib. eorum poſt [illegible] inuadit, & bello eos exagitat 1126. I. II. 298. Pœni eos Romam profectus Abbatiæ coram Honorio Pp. renunciat ib.

Odilo Cluniacenſis Abbas tempore famis egenis ſuccurrit 1006. I. 169. Eius miraculum de vitro integritati reſtituto 1014. IV. 175. Benedictum Pp. ſuis ſuffragiis è purgatorio liberat 1024. I. 180. Conſulit Pontificem in cauſa homicidæ. 1034. II. 189. Archiepiſcopatum Lugdun. a Pontifice oblatum renuit ib. Commemorationem fidelium defunctorum poſt diẽ feſti omnium Sanctorum primus inſtituit 1048. II. 197. Mortis præſcius ſancte obiit. ib. Et poſt obitum aliis apparet. ib.

Odincarus Epiſcopus in Sueonia & Noruegia Euangelizat 960. V. 134.

Odo Cantuar. Archiep. Dunſtanum Epiſc. ordinat 957. II. 132. Sancte moritur 958. I. 132. Edelſtanus ipſius ſedis inuaſor ob iniuriam eius cadauer diuinitus punitur ib. II.

Odo Bellouacenſis Epiſcopus certat contra Græcos 867. III. 84.

Odo Cluniacenſis Abbas ſuſcipit adminiſtrationem Monaſterii poſt Bernonẽ 912. IX. 118. Reformat Monaſticam diſciplinam 936. III. 121. Romã à Leone Pp. vocatus vitam S. Martini conſcribit, qua miraculoſe à pluma liberatur 938. II. 125. Piſcinam precibus impetrat miraculoſe ib. III. 126. Moritur præuiſo obitus ſui viſione 942. II. 127.

Oecumenica Concil. omnia in octauo Conſtantinop. confirmantur 869. X. 93.

Occurrentes tituli, vide *vniuerſalis*

Officium in Hiſpania Eccleſia Gothico more permittitur 92. II. 122. Romanum in Aragonia recipitur 1074. X. 238. Lingua Slauonica peragi conceditur Morauis à Ioan. Pp. 880. I. 103. Concertatio inter Hiſpanos & Romanos de recitandi officii ratione, & miracula 1088. III. 250.

Officium B. Mariæ Virg. quando, a quibus & quomodo in Eccleſiam introductum 1056. II. 209. Monachi ob illud neglectum diuinitus puniti ib. Iniungitur illud ab Vrbano II. Clericis in Concilio Claramontano 1095. IV. 264.

Olaus Sueonum Rex fidei Præcones ab Vnuano Bremenſi Archiepiſc. petit, & impetrat. 1027. VI. 183. Coniuratione Principũ ſuorũ martyrio coronatur, omnesq; poſt mortẽ claret miraculis 1028. IV. VI. 184. De eius vitæ primordiis, rebus geſtis, conuerſione & obitu hiſtoria. ib. & 1030. IV. 190.

Olaus alius Rex Noruegiæ 1078. III. 246.

Orientaliũ Epiſcoporũ Legatio ad Stephanũ Pp. pro receptione Photii 889. II. 109. Eorum concordia & vnio in Eccleſiis 910. I. 120. Schiſmate per Michaelẽ Conſtantinop. Patriarcham à Romana diuidũtur Eccleſia. 1053. IV. 202. & 1054. I. 212.

Oſbutienſe in Germania Concilium aduerſus Cadaloum Antipapam 1062. II. 219.

Oſcenſe in Hiſpania Concilium pro reformatione diſciplinæ Eccleſiaſticæ 1060. III. 216.

Oſvaldus Wigornienſis Epiſcopus luxoriantes Clericos ex ſeptem Cœnobiis expellit & monachos in eorum locum introducit 97 II 14. Moritur eiuſq; ſanctitas miraculis diuinitus comprobatur. 992. IV 154.

Otto Henrici Regis Germaniæ filius ſuccedit Patri in regno 936 I. 124. Rebelles per pietatem vincit 938. V. 125. Pium eius reſponſum ad Comitem ſuum 939. I 126. Deuictis hoſtib. religionem Catholicam vbique propagat 949. II. 129 Vincit Berengarium Tyrannum, rogatus ab Agapeto Pp. 951 I. 130. Eundem reſtituit 952 I 130. Conſpiratur contra ipſum a filio & aliis 954 I. 130. Pax componitur inter eos 954 II 130 Nobilem victoriam per pietatem, ope Vdalrici ab Hungaris reportat, omnibus illis trucidatis 955. II. 131 Liberatur à peſte interceſſione S. Viti Martyris 950. I 131. Fugato Berengario regnum Italiæ conſequitur 961. I 134. Coronatur Imperator à Ioan. Pp. confirmatque iura Eccleſiæ Rom. 962 I 135. Simultate inter ipſum & Ioann. Pp exorta, eum in Conciliabulo deponit & Leonem Pſeudopapam intrudit 963 I. II III IV. 135. 150. Inſurgitur contra ipſum a Romanis 964. I. 156. Benedicto Pp. electo, Leonem Pſeudopapam reſtituit ibid III. Experitur deo vindictam diuinam ib IV. Romam pergit pro reſtitutione Ioan. XIII. a Romanis in carcere detenti 966 I. 138. In Concilio Rauennati priuilegia Eccleſiæ Romanæ confirmat filiumq; ſuum Ottonem coronari Imp. curat. 967. I 138 Quid ipſi cum Nicephoro Imp. ob deficientes Principes in partes eius ſuſceptos 968 I 138. Magdeburgum condit & Metropoli auget 971 III 142. Sancte moritur 973. VII. 144

Otto II. Ottonis Imp. filius coronatur Imperator opera parentis 968. I. 138 Theophaniam Nicephori Imp. filiam vxorem ducit 969 I. 119 Poſt mortem Patris ſolus imperat 973. VII 144. A Francis cum exercitu fugatus opera VVolfgangi Ratiſponenſis Epiſc flumen vadat. 978 I. 147. Peccans in S. Laurentium ob extinctionem Epiſcopatus Marſpurgenſis cum exercitu à Græcis & Saracenis vincitur 983. II 149. Pie moritur ib III.

Otto III. ſuccedit patri 983 III 149 Reſtituit Marſpurgenſem Epiſcopatum 984. III. 150. Pro defenſione Gregorii V. ſui propinqui Creſcentium Tyrannum & Ioannem inuaſorem crudeliter occidit 996. II 157. Pœnitens ideo viſitat S Michaelem in Gargano monte. ib Coronatur Imp. à Gregorio V. ib V. Piis operibus ſe exercet apud Romualdum Anachoretã 996. IX 158 & ib XI. Eius viſiones de non expellendis Monachis S. Pauli ib X Mariam Aug coniugem igne cremare cogitur 998. III 159. Eius pœnitentia & latebræ ib. IV 160 Item peregrinatio ad ſepulchrum S. Adalberti 999 III 160. Varias reliquias SS. Romam ſecum adfert [illegible] I 161. Monaſterium S. Nili viſitat in peregrinatione ad Garganum montem ib A Romualdo de ſeculi renunciatione admonitus eam differt 1001 II. 164. Romam veniens à conſpiratis male excipitur ib Mantuam Monaſterio SS. Bonifacii & Alexii donat; propter quod ablatum quidam punitur diuinitus. ib. III. Moritur [illegible] I. 165

Otto Epiſcopus Oſtienſis creatur Roman. Pontifex dictus Vrbanus II. 1088. I 219 vide Vrbanum.

Otto Bambergenſis Epiſc. ex Cancellario Henrici Imp. electus, inueſtituram laicam reſpuit [illegible] IV. 178 Romam vocatus à Paſchali Pp. Epiſcopale munus inuitiſſimus ſuſcipere cogitur 1103 I. 278 A Boleſlao Poloniæ Rege inuitatur, Pomeranos ad Chriſtum conuertit, indeq; Apoſtolorum titulum meretur 1124. II III. 296. Plurimas fundat Eccleſias ibid. I. A Clemente Pp III refertur in numerum Sanctorum 1189 II 374.

Otto [illegible] Hiſpanis Concilium de rebus Eccleſiæ 901 V. 114

Ouetenſis Eccleſia Archiepiſcopatu decoratur 810. IV. 19. & 901. V 114

Otto Tyrannus inſurgens aduerſus Petrum Hungariæ Regem reprehenditur a Canadienſi Epiſcopo, qui eidem diuinã vindictam prædicit 1042 I. 153.

P.

Palentinum Concilium in Hiſpania pro diſciplina Eccleſiaſt 1129. VIII 254. Sub Honorio 1129 II 301.

Pallium Epiſcopale mitti ſolitum Metropolitanis a Romano Pontif. & quænam per ea ipſis conferatur poteſtas 1102 II. 277. Quænam illius tradendi formula. 1179. I. 362.

Pandulphus Capuanus Princeps ſacrilegus tyrannidem exercet, monaſteriaque expilat 1038 I 191. Reprimitur à Conrado Imp. ib. Eius damnatio ad Inferos ib.

Pantaleon Conſul Conſtantinop. ianuas Baſilicæ S. Pauli Romæ fundi curat. 1070. VI 250.

Pantaleonis reliquiæ Roma Coloniam delatæ à S. Brunone Archiepiſcopo Colon. 913 II. 150.

Papa Romanus, vide *Romanus Pontifex*.

Papia Vrbs Italiæ, vide *Ticinum*

Papienſe Schiſmaticorum Conciliabulũ pro excommunicatione Gregorii VII 1076. VII 241. Sub Friderico Imp. pro damnatione Alexandri III 1160. I 337

Papirius Caſtellus ex Interamnenſium Comitum Emilia inſignis benefactor Eccleſiæ obiit 1186 X 371

Pariſienſis ciuitas Galliæ à Northmannis ope D. Virginis liberatur 887 III 108.

Pariſienſis collatio de retinendo cultu SS. Imaginum 825 I 29. Cõcilium legitimum ſub Ludouico 829. V 31 Aduerſus raptores bonorum Eccleſiaſt. 846. II. 55. Pro vnctione Philippi Henrici Regis filii 1059. IX 216.

Paſchalis Rom. Pontif creatur 817. I. 10. Eius legatio in Orientem ad damnandos Iconomachos 818. II. 22. Inuenit reliquias S. Cæciliæ & aliorum SS. 821. I. 26. Lotharium Ludouici Pii filium Impp coronat 823. I. 28. Accuſatus homicidii ſe purgat apud Imp ib. Moritur 824. I 29.

Paſchalis II. eligitur inuitus ex Abbate S Laurentii 1100 I 273 Miraculum pro eius confirmatione. ib. Eius Pontificatus fel x. ib. Per literas certior redditur de progreſſibus Cruceſignatorum in Terra Sancta. ib. II. Legationem deſtinat in Orientem ib VII. 275. Conſultus ab Anſelmo Cantuarienſi de inueſtituris laicorum, eas penitus proſcribit 1101 II 276. & 1106. V. 281. Henricum Imp. excommunicat, eiuſque hæreſim damnat in Concil Rom. 1102 I. 277. Archiepiſcopo Poloniæ ſcribit, pro præſtanda obedientia Sedi Apoſt. ib. II Scribit item aduerſus Leodienſes Schiſmaticos, à quibus & ipſe impugnatur. ib. V. 278 Eius audabilis Conſtantia in denegandis inueſtituris Henrico Regi Angliæ diſpenſat cum Boleſlao Rege Poloniæ in cauſa coniugii ipſius ibid. III. Gualdonem Bellouacenſem Epiſcopum Legatum mittit ad reformandam Poloniam. 1104 I 276.

Item Richardum Albanenſem in Galliam ib. Curat res Eccleſiæ 1104. III. 279. Celebrat Concilium VVaſtallenſe 1106. V. 281. Parmenſes pœnitentes ab excommunicatione abſoluit. ib. VI. 282. Pergit in Gallias & Germaniam. ib. Beneuenti celebrat Concilium aliaque paſtoralia peragit officia. 1108. I. 283. Quibus conditionibus Henrico Regi coronam Imperii obtulerit? 1110 I. 284. Negat eidem ſepelire cadauer parentis ib Romam venientem honorifice excipiens, illi diadema Imperii conferre renuit, ob vſurpatas ab eo inueſtituras 1111 II I. 285. Captiuus ideo ab Henrico abductus poſt diuturnum carcerem concedit priuilegia de inueſtitura, e quo Imperii diadema confert ib. IV V 286. Diſſidia inter Catholicos ex ea ortã quod Henricum Imp damnare nunquam voluerit. ib VII VIII 287 Factum ſuum & inueſtituras damnat ib. Et in Concilio Rom. 1112. I. & ſeqq 287. In Lateranẽſi 1116. I. 289. Abdicare ſe cogitat in Conc. Rom. ſed prohibetur, 1112 III. 288 Celebrat Concilium Beneuenti. 1113 I 289 Ceperani in cauſa Landulphi 1114. I 289. Troiæ in cauſa diſſidentium Principum 1115 I 289. In Concilio Lateranenſi hæreſeos inſimulatus, defenditur 1116. I. 290. Henricum hoſtiliter Romam aduolantem fugit eique abſolutionem ab anathemate negat 1117 I. 290 Pie moritur 1118 I. 291

Paſſionis Dominicæ inſtrumenta eſſe abominanda docuit Petrus de Bruis hæreſiarcha 1126. V. 299. vide *Crux*.

Paſtoracæ populi ad Chriſtianam fidem conuerſi 1049 VII. 200.

Patauina Vrbs SS reliquiarum inuentione nobilis 1053. IX 203 & 1177. XII 360.

Patriarcha quis dicendus, & qualem eum eſſe oporteat.

Patriarchales Eccleſiæ Romæ quot, & quænam ex? 1057 IV. 211.

Paulinus Aquileienſis Epiſcopus moritur miraculis clarus. 802 II. 2.

Paulus Anachoreta frequentes legationes a variis accipit. 944. III 125. Eius ſanctitas ib Eiuſdem obitus & origo. 956. IV. 132.

Pauli Oratoria imago aurea lacrymas fundit in Andronici Tyranni impendens exitium.

Peccata actualia committentes ab æterna ſalute reiiciebant Albienſes hæretici 1176. III 357.

Pelagii Anachoretæ viſio de victoria Hiſpanorum aduerſus Mauros 915. V 111.

Pelagii pueri in Hiſpania nobile martyrium 925 I. 121 & 925 I 121. Colitur inter ſanctos ib.

Peregrinatio ad loca ſancta Sigefridi Moguntini & Guillelmi Traiectenſis Archiepiſc 1064. VI 224.

Perſarum Imperium tranſit ad Turcas. 1048. III. 198

Perſecutio Chriſtianorum in Dania. 917 I. 119.

Perſecutoris infelix interitus 1160. VIII. 275.

Peſtilentia faucium dicta Romæ graſſatur. 856. I 65. Lacedæmone ſedatur per S Niconem. 982 I 148. Diriſſima per vniuerſum orbem 1006. I. 169.

Petricus Eques Petrauini pagi quondã poſſeſſor mortuus à Stanislao ad vitam reuocatur 1079. VI. 247.

S. Petrus Apoſtolus viſus in acie pugnare pro Alexandrinis aduerſus Fridericum Imp Schiſmaticum 1175. I 355 Cæleſtino Pp. III. Epiſcopatum prænunciat. 1191. I 373. Eius reliquiæ plurimis clarent miraculis. 921 II 121.

Petrus Damiani inſignis Eremita Gregorio VI Pontificiam dignitatẽ gratulatur 1044 II 194. Quid in cauſa duorum Epiſcoporũ egerit ib. III. Inuehitur in Simoniam Benedict. intruſi Pp. IX. 1033 II. 187. Scribit aduerſus Fornicarios Clericos 1049 II. 198. Purgat ſe à calumniis corã Leone Pp ib. V. A Clemente II. ad Synodũ vocatus præclara ſuis Monachis relinquit documenta. ib. VI. Confutat hæreſin de reordinandis à Simoniacis ordinatis 1052. II 201. A Stephano X. creatur inuitus Oſtienſis Epiſc Card. 1057. III. 211. Præcepta eius ad Collaterales ſuos Cardinales ib. IV Dignitate abdicare ſe cupiens miſſionem a Nicolao Pp fruſtra petit 1059. I. 213 Data epiſtola ad Nicolaũ, egregie concubinarios Clericos perſtringit. ib. VI. Eccleſiã Mediolan reformat, & Clerum comprimit. ib. VIII Cadaloũ Antipapam ab incepto dehortatur 1061. IV. V. 217. 1062 I 219 Abdicata dignitate Eremũ repetit & in Clericorũ [illegible] tes inuehitur. 1061. VI. 218. Munera a [illegible] Eremo mittit Alexand Pp ib. IX. M[illegible] Legatus in Galliam 1062 IV, 22[illegible] C[illegible] neuſib. monachis rigidiorem diſ[illegible] nam indicit 1063. I. 220.

[illegible] ſimaæ [illegible] &ipſe de Simonia accuſat. [illegible] II. [illegible] Henrico Regi aduerſus Cadolaum Antipapam. 1064. II 223. In ingratitudine ſua ſimoniacos & Nicolaitas 1073 I 224. Congregatione fungitur contra [illegible] um Henricum Regem 1079 I 228. Moritur & miraculis illuſtratur 1072. IV. 232. Eius dies anniuerſaria celebratur ib. Eius infantia, educatio & vitæ inſtitutio 1080 IX. 210.
Petrus Venetiarum Dux fit Eremita, per Romualdum 977 II 146.
Petrus Alphonſus antea Iudæus ad Chriſtum conuerſus ſcriptis Mauros & Iudæos castigat 1109 V 284.
Petrus Papienſis Epiſcopus Florentinus de Simonia & hæreſi accuſatur 1063 I. II 220. Schiſma contra eum excitatur a Monachis ib. II. Igne probatur ipſius Simonia ib III.
Petrus Aldobrandinus Monachus ſubit Florentiæ probationem per ignem contra ſimoniam Petri Florent. Epiſcopi 1063. III. 221. Igneus ideo dictus ib. Albanenſis Epiſcopus Card conſtituitur ab Alexandro ib. Præſidet Concilio Gerundenſi. 1074. VIII. 237. Moritur vitæ ſanctitate clarus 1089 V 260.
Petrus Aragonum Rex nobilem victoriam ope D. Georgij de Saracenis reportat. 1108 IV 283. Moritur ib.
Petrus Sublacenſis Abbas martyrio afficitur a ſacrilegis 1003. I. 166.
Petrus Lucenſis Canonicus turbas excitat aduerſus Anſelmum Epiſcopum Lucenſem, aliaque perpetrat ſcelera. 1074. VIII. 217.
Petrus Amalphitanus Archiep. vna cum aliis a Leone Pp Legatus Conſtantinopolim deſtinatur pro pace conciliandа inter Græcos & Latinos 1054 I. 203.
Petrus Epiſcopus Antiochenus communionem per Legatos à Sede Apoſtolica petit, & impetrat. 1054. III. 202.
Petrus Anagninus Epiſcopus Sedis Apoſtol. Apocriſiarius Michaelem Imp. à morbo liberat. 1072. I. 231.
Petrus Salernitanus, Epiſcopus Anagninus, viuente & miraculis celebris moritur, & inter SS. refertur 1100. XI 273. & 1105. VI. 280.
Petrus Cluniacenſis Abbas accipit literas ab Honorio Pap de Pontio Pſeud abbate Cluniacenſi 1126 III 299. Robertum S. Bernardi affinem ad Cluniacenſes remittit ib IV.
Petrus Abailardum hæreſiarcham ad Orthodoxam fidem reducit vitamq; eius inſtitutum dilaudat 1140 III V. 313. Eius admiranda viſio de VVilhelmo Priore poſt obitum ei apparente 1145. VIII. 319. Stylum ſtringit in ſacrilegos Iudæos 1146. IV. 320. Quam honorifice exceptus & habitus ab Eugenio Pp. 1149 I. 326.
Petrus de Bruis hæreſiarcha emergit. 1126. VI. 299. Eius dogmata, ſacrilegia & ſupplicium. ib 300.
Petrus Dunus Eques Polonus plurimas Eccleſias extruit & ditat. 1131 V 305. A Vladiſlao Rege oculis & lingua priuatus miraculoſe loquendi videndique viam recuperat. 1141. IX. 319 320.
Petrus Polcaſtrenſis Epiſcopus ex monacho creatus Epiſcopatu ſe abdicans redit ad monaſterium & virtutibus miraculiſque illuſtris moritur 1134. VIII. 307.
Petrus Tarentaſiæ Archiep. fortiter reſiſtit Friderico Imp. contra Octauianum Antipapam pro Alexandro. 1160. VII 358. Mittitur Legatus in Germaniam, & verbis miraculiſque Schiſmaticos confundit. 1161. I. 341.
Petrus Romanus Presbyter Cardin. Legatus Rauennam miſſus in Concilio Aquileienſem & Venetiarum Patriarchas depoſuit. 1128. I 301.
Petrus Lombardus Epiſc. Pariſienſis libros ſententiarum conſcribit. 1164. IX. 343.
Petrus Leonis Cardinalis eligitur Antipapa contra Innocentium II. ſub nomine Anacleti Pp 1130. II. Eccleſias depilat, & immania patrat ſacrilegia ibid 4. Fugat ſua tyrannide Innocentium, ib. Mendaciis pro confirmatione ſuæ electionis apud Principes ſed fruſtra agit ib. Rogerium Siciliæ Comitem collatione Regij tituli ſibi conciliat. ib. V 303. Eundem honorem ei confirmat in Concilio Barenſi 1131 I. 304. Conditor eſt abominandæ Monarchiæ Siculæ ib. Excommunicatur in diuerſis Conciliis. In Aniceenſi 1130 VI. 303. Rhemenſi 1131. I 304. Piſano 1134 I. 306. Perſeuerat in pertinacia. 1137. I 306. Eius obitus ſit pœnitens. 1138 I 311.
Petrus Pictauienſis Epiſc. VVillelmum Aquitaniæ Ducem excommunicat, ideo ab eo dire exceptus atque in exilium relegatus miraculis illuſtris moritur. 1130 IX 303.
Petrus Abailardus præceptor Arnaldi Brixienſis. Clericus hæreſiarchæ 1139 III 312. Et ipſe hæreſiarcha deprehenſus a S. Bernardo acri ſtylo perſtringitur, eumq; ad diſputandum prouocans, & conuictus palinodiam recantat 1140 II II 313. Fit Monachus Cluniacenſis ib. III. Damnatur ab Innocentio Pp. ib IV. Eius pœnitentia, laudabilis vitæ conuerſatio & ſanctus obitus. ib. V.
Petrus Card Capuanus à Cæleſtino Pp III. Legatus miſſus in Poloniā ad reformandā diſciplina Eccleſ. varias congregationes celebrat 1197 V 381. Maximū ſubit periculum a Sacerdotib Pragenſibus ib.
Philippus Henrici Franciæ Regis filius vngitur Rex patre viuente. 1059 IX. 216. Simoniæ accuſatus apud Gregorium ab eo Legatū accipit 1075. XI. 234. Idē commonitionē excommunicat. [illegible] 1074. XIII. 238. Operam ſuam aduerſus Schiſmaticos Vrbano II. Pap. addicit 1089 II. 200. & 1091 I 201. Repudiata Bertha legitima coniuge pellicē ſubintroducit, ideoq; excommunicatur in Concil. Gallicano. 1094. II. 262. Idē in Claramontano 1095 II. 264. Abſoluitur ab Vrbano Pap. 1096. I 265. Reuerſus ad vomitū a Paſchale Pp. iterū anathemate percellitur 1100. V. 274. Mittit Legatos ad Paſchalē pro abſolutione excommunicationis 1101 IV 277. Pœnitens denuo abſoluitur 1104 II. 279. Moritur 1106 VI. 282.
Philippus filius Ludouici, Franciæ Rex inauguratur viuente patre. 1179. V 362. Sanitatē recuperat ad ſepulchrum Thomæ Cantuar. ib. Patre mortuo ſolus regnat. 1180. VIII 364. Promittit auxilia Pontifici aduerſus Saladinū ib VII. Crucem aduerſus Saracenos ſuſcipit 1183 I 371. Pergit cum expeditione in Terrā S. 1190 III. 373. Redit, ob altercationes inter ipſum & Richardū Angliæ Regem exortas 1191 IV. 375. Botildam coniugem repudiat. 1193 III 378. Iudæos ob crudelitatē in quendā Chriſtianū ſupplicio afficit 1196 IV 380.
Photius Pſeudopatriarcha intruditur in Sedem Conſtantinop. à Michaele, pulſo inde Ignatio. 858. VI. 69. Damnat Ignatiū 859. V. 69. Eius fraudulenta Legatio ad Nicolaū Pap. pro confirmatione ſui Epiſcopatus. ib. Recipit Legationē 860 I. 70. Eiuſdem perſecutio in Ignatium 861. III. IV. V. 73. Eius doli & machinæ in Ignatium deprehenſæ 862 II. 74. Excommunicatur in Concilio Rom. 863. II 76. Sæuit in Orthodoxos 863. IV 77. Eius inſania in Nicolaum Pap ib. Numeroſum [illegible] celebrat pro excōmunicando Ignatio & Nicolao Pap. ibid. Aliæ ipſius fraudes III. calūniæ eius in Nicolaū 863. IX 79. Eius ſchiſma 867 III 85. A Baſilio Imp. eiectus in monaſterium detruditur 867. V 86. Sathanici eius libri contra Ignatiū & Nicolaū Pp. inuenti igneq; concremati ib. Damnatur à Rom. Pontif eiuſq; ſcripta miraculoſe exuruntur 868. VI. 90 & 869. VI I 92. Petit liberari exilio 871. II. 96.
Photiani Orientē perturbant. 877. IV 100.
Photius per impoſturā Baſilij beneuolentiā ſuffuratur. 878. II. 100. Reſtituitur in Sedem defuncto Ignatio in eaq; tyrannidē in Catholicos exercet. ib. IV 101. Diabolicæ ipſius actiones ib V. VI. Recipitur in communionem Eccleſiæ à Ioanne Pp cuius literas de Concil Rom. & Octaua Synodo Oecumenica Conſtantinop. adulterat 879 II. 102. Corruptis Legatis Apoſt. Pſeudoſynodum celebrat tamquam octauam dictā ib. III. & IV. Damnatur a Ioanne Pp. 880. II 103. Proceſſionem Spiritus S conuellere nititur. 883. II. 105. Iterū à Leone ſede pulſus in monaſterium detruditur. 886. I. 107. Reliqua eius acta incerta 887 II. 108.
Photina Virgo Martyr S. Nicetem per viſionem iuſſerit de Eccleſia ſibi reſtauranda 961. IV 134.
Piaſtus Poloniæ Rex miraculoſe conclamatur. 832 III 37.
Pictauienſe in Gallia Concil ſub Legatis ſedis Apoſt. in cauſa Philippi Franciæ Regis. 1100. V. 274.
Pilegrini Colon. Archiepp horrenda poſt obitum tormenta, ob horas Canonicas non lectas ſtatutis temporib. 1062. V. 220.
Pietate potius, quam armis hoſtes vinci 905. II. 159. & 988 I 152. vide *Victoria diuinitus parta*.
Pipinus Ludouici Pij filius Aquitaniæ Rex à patre conſtituitur. 817. III 21. Rebellat cōtra patrē. 833 II 40. Eidem reconciliatur 834 I 40. Eius obitus. 838. I 43.
Pipinus Caroli Magni filius a patre Rex Italiæ coronatur. 806 IV. 5. Italiam egregie reformat 809 III. 6.
Piſanum Concil. aduerſus Petrum Leonis Antipapam. 1134. I 306.
Placentinum Concilium ſub Vrbano Pp II. 1095. I. 263.
Plato monachus Olympius exagitatur a Nicephoro Imp 808. I 7. Moritur 813 I 12. Quid circa eius obitum. ibid. Eius teſtamentum. ib.
Pœnitentia multiplex introducta in Eccleſiam 1050 III 209.
Politici hæretici omnem poteſtatem in Eccleſias Principibus tribuentes refelluntur 898 I. 111. & 990. III 153 & 1046 I. I 196. Iidem dicti Henriciani, vide Henriciani.
Poloni qui & Sarmatæ ad Chriſtum conuertuntur 966. II. 116. Per nuptias Miecislai eorum Ducis cum Dambrouca Boleslai Boemiæ Principis filia 965 II 137. Qui eius conuerſionis auctores. ibid 131. Eorum Ducis [illegible] [illegible] illuminatur [illegible] ipſorum conuerſionis iudicium. Eorum feruor in religione 966. II. 118. Regium [illegible] obtinent. 999. III. 160. Quando & a quo eam acceperint? 1000. V 163. Eorum [illegible], pro quibus abrogā [illegible] Conſtant. Lenciciani. 1180. I. II. 372.
Polonia facta tributaria Sedi Apoſt per Miecislaum Ducem 1013 II 174. Eximie floret religione & virtutibus ſub Boleslao Rege. 1020 II. 178. Erectis Regibus relabitur in barbariem 1034 V 189. Magnis cladibus afficitur a Prædiſlao Principe Boemiæ. 1036. III 190. Caſimirus Regni hæres electus a Principib. ex monacho per diſpenſationē Benedicti Pp. in Regnum reſtituitur. 1041 II III V. 193. Fit feudalis Sedi Apoſt. per Caſimirum. 1045 II. 195. Reuelationes de ea ſcindenda. 1079 VII 247. Regio titulo priuatur à Gregorio VII ob necem Staniſlai 1079. VI I. 247. Diuinam experitur vindictam ob neglectum Quadrageſimale ieiunium 1086 VI 257. Nobilitatur reliquiis S Floriani 1184 II 367.
Polyeuctus monachus Patriarcha Conſtantinopolit. creatur 950 III. 132. Ab eccleſia Eccleſiæ arcet Nicephorum Imp. 963. V. 136. Idē Zemiſcem Imp. ob necatum Nicephorū 969. VI. 140. Moritur 970. I 140.
Polygamia quatuor ſucceſſiue vxorum interdicta ab Orientalibus. 921 I 120.
Quæ ea in re conſuetudo Occidentalium: ib
Pomerani populi diuinitus vincuntur a Boleslao Principe Poloniæ 1113. IV 159
Conuertuntur ad fidem opera Ottonis Epiſcopi Bambergenſis 1124 III. 296.

Pompiponenſe Concil. in cauſa Apoſtolatus Epiſcopi Lemouicenſis 1031 I. 187
Pontifex Romanus, vide *Romanus Pontifex.*
Pontius Cluniacenſis Abbas impius eligitur 1109. IX. 284. Abſoluitur à regimine mo naſterii Cluniacenſis per Calliſtum Pap. Hieroſolymam concedit 1122. IV. 295. Fucatæ ſanctitatis fama celebris, armata manu irruit in monaſterium Clun. accenſe, illudque vaſtat & ſacrilegia deform e 1125. II. 297. Anathemate damnatus ab Honorio ib. & 1126 III. 299. Eius arro gantia in Sedem Apoſtolicam & impœ nitens obitus ibid.
Popielus Poloniæ Rex ob parricidia vltione diuina interit 832. III. 37.
Poppo Sleſvicenſis Epiſcopus creatur. 995 III 150 Miraculis fidei Catholicæ veri tatem confirmans Danos ad Chriſtum traducit. ib. V. 250. Quando vixerit & mortuus ſit. ib
Poppo Stabulenſis Abbas moritur mira culis celebris 1048. II. 298.
Potho Prumienſis Presbyter ſcribit quinque libros de *Domo Dei* 1152 III. 528.
Portugalliæ regni exordia ſub Calliſto Pap. 1124 VI. 297. Ea quondam Luſitania ib. Fit vectigalis Sedi Apoſtol. 1144 III 517. 1179. VI. 302. Regis titulo ornatur ab A lexandro Pp. III. ib
Prædeſtinatorum hæreſis renouatur à Go theſcalco. 848. II. 57.
Prædiſlaus Princeps Boemiæ magnam cla dem affert Poloniæ 1096 III 190.
Præmonſtratenſium ordinis inſtitutio per S. Norbertum 1120. III 293 Confirma tur ab Honorio II. 1125 VI 298. Plurimis augentur Eccleſiis. 1151. V. 101.
Præſtigiatores cereis imaginibus maleficiis intereſſe earum contrectatores exanim. nt. 1143. VI. 436
Præſtigiæ horrendæ Romæ 1148 II. 313.
Presbyteri, vide *Clerici*
Principem bonum qualem eſſe oporteat. 829. V. 36.
Priuilegia Eccleſiæ Romanæ, v. de *Romana Eccleſia.* Ea conceſſa aliis a Sede Apoſto lica qualiter accipiendum. 1097. IV. & ſeqq. 166 Hæc tempus intacta conſeruata Sedi Apoſtolicæ ab omnibus Roman. Pontif. ib VII.
Prodigia crebra in Oriente & Occidente 823. II. 18.
Prodigioſa Eclipſis obitus Ludouici Pii præuntiat 840. I. 45 Acta in Scotia ma gnæ cladis prænuncia 860 IV 70 In Hiſpa nia prodigia de bello Mauro [illegible] III. 104 In Gallia de perſecutione Hungaro rum 937. I. 129. Crebra per totum orbem de Antichriſti aduentu fuere iactata 1001. I. 164. Prodigioſa pluuia in Aquitania 1016. III 177. Alia prodigia ob eandem Rom. [illegible] Imp. 1024 IV 189.
Profeſſionum fidei ab hæreticis formula, vide [illegible]amentum
Pſeudoprophetiſſa in Concilio Moguntino [illegible] [illegible] pœnas 847. V. 56.
Pſeudopapa, vide *Romana Eccleſia.*
Pruthi Adalbertum Pragenſem Epiſcopum coronant martyrio 997 II. 158. Item Bru nonem Pruſſiæ Apoſtolum 1008 II. 170.
Puer quinquennis eligitur Archiepiſcopus Rhemenſis 925 III. 122. Confirmatur à Ioanne X ibid. vide *Hugo Archiepiſcopus Rhemen.*
Purgatorium aſſeritur ex viſione Theodoræ Aug. 842 I. III. 14 & 1024. I. 130. & 1048. II 19 [illegible]
Negant illud Apoſtolici hæretici 1147. XII. 322.

Q

Quadrageſimale ieiunium non ſeruan tes Poloni diuinam vindictam expe riuntur 1086 VI 217.
Quintilineburgenſis in Germania Synodus in cauſa excommunicationis Henrici Re gis, [illegible] Wezelonis Pſeu do [illegible] Moguntini [illegible] II [illegible]
Quatuor Romanæ [illegible] Gre gorio [illegible] Ecclesia rapitur, & contume[illegible] ſ[illegible] tandem dimittit. [illegible] III. 239. Repentina morte mortuus Deo vindi ce [illegible] VIII. 244.

R.

Rabanus creatur Archiepiſcopus Mo guntinus 847. IV. 50. Concilia cele brat Moguntiæ pro diſciplina Eccleſia ſtica 847. IV. 50. & 848. II. 57. & 852 IV. 60. Moritur 856. IV. 66.
Radulphus Viromanduorum Comes repu diata legitima coniuge Petronillam du cit, ideoq; excommunicatur 1142. I. 314.
Radulphus Pſeudoeremita Cruceſignatos ad trucidandos Iudæos impellens confu tatur à S Bernardo. 1146 IV. 320.
Ragneri Lodaringiæ Ducis ob erepta bona Eccleſiaſt. pœnitentia 915 I 118.
Raguldis Reginæ virtutibus & pietate lau datiſſimæ obitus 1120. VII 293.
Rainaldus Caſſinenſis Abbas adhærens Pe tro Leonis Antipapæ contra Innocenti um II. excommunicatur 1137. I 310.
Rainerii Piſſani nobilis adoleſcentis mira conuerſio pœnitentia, peregrinationes, obitus & miracula. 1161. VI. 341.
Ramirus ex Monacho Benedictino creatur Rex Aragonum 1018. III. 177. 1138. VII. 311. Contemptus à ſuis Proceribus mor tis ſupplicio eos mulctat ib VIII.
Ramirus Legionenſis Rex Saracenis inſigni victoria Anglis ducibus penitus profli gat 938 I 125
Ramirus alius puer quinquennis Legionen ſis Rex creatur 967 I 138. Moritur 955. VI. 151.
Ramirus Hiſpaniæ Rex Saracenos vincit 844 III 50 D. Iacobo diplomate vouet Hiſpaniam ibid. IV. 52. Eius virtutes & obitus 850 II 58.
Ramirus alius Hiſpaniæ itidem Rex tres fi lios Froilæ excæcat. 927 II. 122. Sancte moritur. 950 II. 130.
Rauennate Concilium ſub Ioanne IX. pro ſtabiliendo Imperio Lamberto Imp. 904 II. 116. Sub Ioanne XIII. pro con firmatione priuilegiorum Eccleſiæ Rom. 967. I. 138. Sub Legato Sedis Apoſt. 1128. I. 301.
Raymundus Abbas Fitero enſis Calatrauæ militiæ primus Dux 1164 X. 345. Quis e ius exitus ib.
Reges excommunicati à Romanis Pontif. vide *Excommunicati*
Reges facti monachi, vide *Monachi.*
Reginheri Misnenſis Epiſcopi ob auaritiam miſerabilis exitus 1060 IV. 227.
Regionarii Diaconi Cardinales Romæ qui dicti, & quodnam eorum officium? 1057. IV. 216.
Regnum Hungariæ erectum à Rom. Pon tif. 1000. V. 162. Item Poloniæ 999 III. 160. Dalmatiæ & Croatiæ 1076. XIII. 242 Portugalliæ 1179. VI. 362.
Religio, vide *Fides.*
Reliquiæ falſæ ab Impoſtoribus venunda tæ 1027 II III 183. Leutherico Archiepi ſcopo quædam in Franciæ reuelatæ 1008. I 170. Plurimæ inuentæ Romæ ſub Pa ſchale Pp. 1112. VIII 288. Ildefonſi in Za morenſi Eccleſia 1124 IV. 296. SS. Mat thiæ & Lucæ Patauii 1177. XII. XIII. 361. Vide ſub propriis SS. nominibus.
De earum veneratione decretalis Alexan dri Pp. III. 1181 II. 364. De iis vide etiam ſub propriis Sanctorum nominibus.
Rembertus Danorum Apoſtolus conſecra tus in Epiſcopum Bremenſem pallium accipit à Nicolao Pp. 832 X. XI. 39 & 888. III. 108. Eius legationes, miracula & obi tus ib.
Reſurrectio Chriſti Domini miraculo com probata 1111 XI 287.
Reſurrectionem qualem crediderint Bon gomili 1118. IX. 291.
Rhemenſis Eccleſia miraculis claret 845. VI 55
Rhemenſe Concilium ſub Carolo Magno 813. III 13 Sub Fulcone Archiep pro con firmatione Regni Caroli ſimplicis 892. I. 112 Sub Artaldo Archiep. aduerſus ra ptores bonorum Eccleſiæ 9[illegible] I 124 [illegible] pro Arnulpho eorum Archiep. contra præ dones Eccleſiæ Rhemenſis 99[illegible] III 152 Pſeudoſynodus contra eundem Arnul phum ſub Hugone Reg. 992 I. 154 Irri tantur eius acta a Ioanne Pap. ib. III. Item Legitimum Concilium ſub Legato Sedis Apoſt pro reſtitutione Arnulphi contra Gerbertum 995. I. 150. Leonis Papæ IX. 1049. III. 199. Generale ſub Calliſto Pap II contra Henricum Imp. inueſtituras ſibi vſurpantem. 1119. III. 292 Sub Innocentio contra Petrum Leonis Antipapam 1131 I. 304. Sub Eugenio in cauſa Ponis præſti giatoris & Gilberti hæreſiarchæ 1148 II. III. 323.
Richardus Capuanus Princeps fidelitatis iu ramentū ſedi Apoſt præſtat. 1073. X. 234.
Richardus Albanenſis Epiſc à Paſchale Pp. Legatus in Galliam miſſus Philippum Franciæ Regem ab anathemate abſoluit. 1104 II 279. Concilium Trecenſe contra Simoniam celebrat. ib.
Richardus Cantuarienſis Archiep. pacem ſuadet Henrico III. Angliæ Regi 1173. II. 355 Celebrat Concilium pro diſciplina Eccleſiaſtica 1175. III. 358 Orta inter eum & Eboracenſem Archiepiſcopum con trouerſia de dignitate 1176. IV. 358. Au ctor eſt Alexandro Pp de non amouen dis Epiſcopis à Conſiliis Regiis ib. V Vi ſionis errore examinatus 1184 VIII 368.
Richardus filius Henrici II. Angliæ Regis patri in regnum ſuccedit 1189. II 372 Ec cleſiarum decimas exigens redarguitur ab Hugone Epiſcopo Lincolnienſi 1189. II. 372. Eius pœnitentia & expeditio in Ter ram Sanctam. 1190 I 373 In Paleſtinam abiens Guillelmum Elienſem Epiſcopum Regni ſui Proregem conſtituit, vnde tur bæ exortæ ib. Feliciter pugnans contra Saladinum altercationibus inter ipſum & Philippum Franciæ Regem exortis, im peditur. 1191. IV 375. Captiuus mittitur Henrico Imp. ab eoque diu detinetur. ib. VI. Pactis redemptionis conditionibus o pera Cæleſtini Papæ difficiliter tandem li beratur. 1193 II 378. 1194 I 378 Dæmon D. Iacobo Apoſt. fictus eius ſe captiuita ti. [illegible] ib.
Robertus Franciæ Rex ob illicitum coniu gium excommunicatur, ideoq; ab omni bus ſuis deſeritur 998 I. 1[illegible] Monſtrum ei naſcitur vnde repudiata illa coniuge ali am ducit. ib. Eius reuerentia erga Epiſco pos Conc. 1004 II 165. 1 b aduerſus Leutheri erum Senonenſem Archiepiſc de SS. Euchariſtiæ Sacramento a quo Be rengerii Sacramentorum hæreſis exorta ib. Congreſſus eius cum Henrico Imp. [illegible] ta ſubmiſſione factus 1023 I 180. Cū Cō ſtantia vxore de ſucceſſione filiorum vn de turbæ in Gallia exortæ. 1028 I 183. E gregius SS. Martyrum cultor Eccleſiam B. Aniano Aurelianenſi Ep ſc exſtat a liaque pietatis opera exercet. 1029. I. 185. A filiis contra eum conſpiratur quibus conciliatus benigne eos ſuſcipit 1031. I. 180. Pius ipſius obitus, miracula & laudes 1033. III 188.
Robertus Guiſcardus Northmanniæ Dux à Nicolao Pp. in feudū accipiens Apuliam Calabriā & Siciliā, ei fidelitatis iuramen tum præſtat. 1059. VIII. 215 Imperium ambiens ecclesiaſticum diuturno prælio à Godefredo Tuſciæ Marchione coercetur. 1066. I. 214. Excommunicatur a Grego rio VII ob vſurpata bona Eccleſiaſtica 1074 VII. 237. Capuam obſidens redit ad pœnitentiam ibid. Petit abſolutionem a Gregorio, eique denuo iuramentum fide litatis præſtat 1080. V. 249 Al[illegible] Comnenum Imp prælio vincit. 1081 IV. 249. Gregorium Pap. ab obſidione H[illegible] rici Regis liberat, ipſumque H[illegible] fugat 1084 I. 254 Moritur [illegible] 1085. VI. 255.

Robertus contra Carolum ſimplicem Rex Franciæ electus inungitur ab Henrico Archiepiſc. Rhemenſi 922. I. 121. Prælio victus occiditur à Carolo. 923. II. 111.
Robertus Moliſmenſis Abbas Ciſtercienſis monaſterii & ordinis primus inſtitutor 1098 II. 270.
Rodoaldus Portuenſis & Zacharias Anagninus Epiſcopus à Nicolao Legati Conſtantinop. miſſi male excipiuntur à Photio 860. I. 70. Corrumpuntur à Photio 861. I. 71. Excommunicantur in Concilio Romano ob prævaricationem mandatorum Apoſtolicorum 864. I. 80. Rodoaldus mittitur Legatus in Gallias ad Concilium Sablonar. 862 VII 75.
Rodulphus Rex Galliæ Ciſalpinæ Hungaros fundit 924 I. 121. Sanitatem recuperat per eleemoſynas & S. Remigium ib II.
Rodulphus Sueviæ Dux adverſus Henricum Regem Germaniæ à Principibus eligitur. 1077. V. 243. Ab eo præliis laceſſitur 1078. III. 246 Stabilitur ei Regnum à Gregorio Pp. VII. 1080. II. 248 Occiditur in prælio ab Henrico Imp. 1081. V. 249.
Rodulphus Sedis Antiochenæ invaſor divina ultione perit 1136. V. 309.
Rogerius Siciliæ Comes Roberti Guiſcardi frater rebellis Sedi Apoſtolicæ ei reconciliatur 1076. XIII. 242. Liberatur per Brunonem Carthuſianorum ordinis fundatorem ab inſidiis Capuanorum, ideoq; multis privilegiis & bonis Carthuſianos auget. 1096. III. 266. Privilegium Legationis Apoſtolicæ per Siciliam & Calabriam ipſi ab Urbano Pp. II. conceſſum hæreditarie, quomodo accipiendum. 1097 IV. & ſeqq. 166. & ſeqq.
Rogerius alius eiidem Siciliæ Comes Patrimonium D. Petri invadens excommunicatur & ab Honorio Pap. bello coercetur. 1127. I. 300. Supplex factus Honorio Pp homagium facit Apuliamq. in feudum accipit. 1128 I. 301. Ducis nomen ſibi temere uſurpans ab Honorio excommunicatur. ib. II Regis titulo ornatus à Petro Leonis Antipapa ei fave.. net contra Innocentium. 1130 V. 303. Confirmatur eidem poteſtas præſumptuoſe ab eodem in Eccleſiis 1131 I. 304 Campaniam tyrannice occupat. 1135 VII. 308 Invadit bona Eccleſiaſtica. 1136 I. 309 Intentus Italiam coercet .. a Lothario Rege Germaniæ 1137 I II 310 Innocentii & Anacleti electiones cognoſcens perſeverat in ſchiſmate. ibid II III. & 1138. VI 311 Excommunicatur ab Innocentio Pap. in Concilio Romano. 1139. II. 312. Innocentium captivum abducens excommunicationis abſolutionem & Regis titulum ei extorquet. ibid. IV. Redit ad Eccleſiam. ibid. V. Gulielmum filium Regem Siciliæ inungi iubet 1150. IV. 327. Eius obitus 1152 III. 328.
Roma peſtilentia infeſtatur. 856. I 65. Capitur à Lamberto Duce Spoletino 867. XI. 87. & 878 VIII. 101.
Obſidetur ab Hugone Rege Italiæ 936. II. 124. Plurimis augetur Eccleſiis & monaſteriis 1001. IV. 165. Obſidione cingitur ab Henrico diuque affligitur cladibus 1081. IV. 250. Interdicto ſupponitur ab Hadriano IV. Ob tumultus Arnaldiſtarum. 1155. I. 330.
Romana Eccleſia fundamentum & origo omnium aliarum Eccleſiarum 867. III. 85. Ea in rebus dubiis fidei conſulenda; eiuus eas eſt definire. 821. II. 27. & 1053. III. 202. & 1077. VI 243 Ipſius defenſio Regibus Franciæ commendata à Ludovico. 838. I. 43. Singularis Dei circa eã providentia ne in fide vacillaret. 912. V. 118. & 1053. III. 202 Sub iugum à Marchionibus Tuſciæ redigitur. 897 I & ſeqq. 111. & 1033. II. 187. Eius primatus ſuper omnes Eccleſias & Imperia 1059. VIII. 215 & 1077. VI 244. Ipſius in fide Orthodoxa inexpugnabilis conſtantia 1077. V. 243. Nullam illam unquam admiſiſſe hæreſim 1116 I. 290 Afflictiſſimus ipſius ſtatus ſub Pontificatu Gregorii VI 1044. I. 194. Exagitatur à ſeditioſis Arnaldiſtis 1145. IV. 318. Deprædatur eandem Petrus Leonis Antipapa. 1130. II 302.
Ipſius privilegia & iura probantur adverſus uſurpatores Monarchiarum. 1097. IV. & ſeqq 266. Confirmantur ea à Lamberto Imp 904. II. 106. Ab Ottone Imp. in Concilio Ravennenſi. 967. I 138. Ab Henrico. 1014 IV. 175. Conditiones iis contrarias Hadrianus Pp. ſubire cogitur à Guillelmo Siculo. 1156 I & ſeqq 331. Irritantur eæ ab Innocentio Pap. III ib. V. Ipſius defenſionem ſpondent Principes 1068. I. 228. Illi non obedientes cenſendi Idololatriæ 1077. VI. 244. Cardinalium Presbyterorum & Diaconorum in ea functiones & officia 1057. IV. 211.
Ei fit tributarium regnum Angliæ 847. VI. 36.
Hungaria à Stephano 1000. V. 162.
Polonia per Mieciſlaum 1013. II. 174 & 1045. II. 195. Bamberga 1019. I. 178. Apulia, Calabria, Sicilia. 1059. VIII 215. Ruſſia 1075. V. 239. Dalmatia & Croatia 1076. XIII 242. Liguria & Tuſcia per Mathildem Comitiſſam. 1077. XII. 244. Tarraconenſis civitas 1091. II. 261. Portugallia. 1144. III. 317.
Romanæ Eccleſiæ de Pontificatu ſchiſma in electione Eugenii II. 824. I. 29 In obitu Formoſi per Bonifacium invaſorem 896. II. 111. Ioannis dicti XVI. adverſus Gregorium V. 996. I II. 157. Gregorii contra Benedictum VIII 1012. III 171. Triũ ſimul Antipaparum 1044 I. 194. Benedicti adverſus Nicolaum 1058. III. 212. Cadaloi contra Alexandrum II 1061. I. 217. Guiberti contra Gregorium VII. & 1083. I. 255. Alberti, Theodorici, & Maginulphi cõtra Paſchalem 1100. IV 274. Abbatis cuiuſdam contra eundem 1106. I 281 Burdini contra Gelaſium 1118. III. 291. Petri Leonis contra Innocentium 1130 II. 302. Victoris contra eundem 1138 II. 311. Octaviani contra Alexandrum III. I. eiuſque Guidonis Cremenſis 1164 VII. 345.
Romanum Concilium ſub Eugenio Pp. II. pro diſciplina Eccleſ 826 I 30.
Sub Leone IV 853 III. 61.
Sub Nicolao I adverſus Theopaſchitas hæreticos 862. IV 75 Aliud pro reſciſſione Metenſis conciliabuli 863. V. 78 Eius decreta ib. VI. & ſeqq. Aliud in cauſa Legatorum prævaricatorum ib. I. 76. Aliud pro damnatione Rodoaldi prævaricatoris 864 I 80.
Sub Formoſo pro ſedandis perſecutionibus Eccleſiæ 893. I 110.
Sub Ioanne IX. pro reſtituendo Lamberto Imp. contra Berengarium. 904. I. 116.
Sub Agapeto pro confirmatione Concilii Engelheimenſis 949 III 129.
Conciliabulum ſub Ottone Imp. contra Ioannem XII 963 III 136.
Legitimum pro eodem Ioanne contra Leonem Pſeudopapam 964 II 136.
Sub Ioanne XIII. de rebus Eccleſiæ 971. I 142.
Sub Ioanne XV. pro reſtituendo Pragenſibus Epiſcopo ſuo Adalberto. 989 I 152.
Sub Clemente II. contra Simoniacos 1037 I. 197.
Sub Leone IX. adverſus Berengarium 1050 I. 200.
Aliud contra Clericos incontinentes & ſimoniacos. 1051. II 201.
Sub Nicolao II contra eundem Berengarium 1059. II. 213.
Sub Alexandro II. in cauſa Schiſmatis Florentini 1063 II 221.
Sub Gregorio VII. adverſus fornicarios Clericos 1074. V. 237 Aliud pro diſciplina Eccleſiaſtica 1075 I. 238. Contra Henricum Regem, eiuſque complices ſchiſmaticos 1076. II & ſeqq 240. Eius decreta. ib. IV. & ſeqq. Aliud contra eoſdem 1078 I. 245. In cauſa rerum Germaniæ ib. III. In cauſa Berengarii 1079. I. 240. In cauſa Henrici Reg 1080. I. 248. & 1083. II. 253. & 1084 II. 254.
Sub Urbano II. in cauſa Guiberti Antipapæ 1089. II. 260. Pro reformatione Eccleſiæ 1098. I. 270. & 1099 II. 271.
Sub Paſchale II. contra Henricum Imp. eiuſdemque hæreſim 1102 I. 277. & 1112. II 287.
Sub Calliſto II. pro Eccleſia componenda 1122 I 294.
Sub Innocentio II. in cauſa Rogerii Tyranni, itemque Eccleſiæ. 1139. II 312.
vide etiam *Lateranenſe Concilium*.
Romanus Pontifex ſupremus omnium Iudex à nemine iudicatur. 1076. VII 241. 1085. II III. 253. Eius proprium fidei articulos definire. 809 I 7. Ad eum appellandum tanquam ſupremum Iudicem. 838. I. 43. Graviorum delictorum abſolutio ipſi reſervata 867 IX. 87.
Illi ſubiecti Chriſtiani Principes & Reges; quibus & Imperia conferre & abrogare poſſunt. 870 III. 93. & 1076. II. 240.
Eius proprium coronare Impp. 1013. I. 174
Eius ſolius Epiſcopos deponere & Concilia cogere. 1035. I. 189. Hæreſes damnare. 1077 IV. 241. Epiſcoporum electio abſque ipſius auctoritate facta non rata habenda. 1085. VII. 257
Romanorum Pontif. omnium in orthodoxa fide inviolata conſtantia. 897. III. 111.
Eorum electio relicta libera 817. II 20. Neque eorum electionem confirmare ad Reges & Imp. pertinet 847. II. 36. Quid iuris in ea ſit à Nicolao Pap. conceſſum Imperatoribus 1059. V. 214. Eo iure Imp. privati propter abuſum. ib. Quomodo illi eligendi 1061 II. 217 De ceremoniis quibus eliguntur & conſecrantur. 1191. II. 373.
Eorum iuriſdictio in utraque Sicilia exercita in diverſis Pontif. oſtenditur adverſus Monarchiam Siculam. 1097. X 268.
Ipſis omnem Iuriſdictionem in Romanam urbem negavit Arnaldus de Brixia hæreſiarcha. 1145 IV. 318.
Iis librorum cenſura deferenda. 1186. IV. 370 Eorum curæ & anxietates 1155. VIII. 331. Ab Imp & Regibus obſequia iis exhibita. Vide in *Obſequia*. & ſub propriis ſingulorum nominibus.
Romani inter ſe digladiantur ob electionem diverſorum Imp. 896. II 111. Impulſi per Arnaldum hæreſiarcham tumultuantur ſæpius adverſus Pontif. Romanos pro reſtitutione antiqui Magiſtratus 1141 I. 314 1143 III. 316. 1145. I. 317. Eorundem furor & ſacrilegia, ibid. IV. 318. Reconciliantur Lucio Pap ib. VII. 319. Iterum eundem diriſſime exagitant. 1146. I. 320. Rurſum reconciliantur Eugenio Pontif. 1152. II 328. A novo turbant pacem Eccleſiæ unde interdicto ſuppoſiti ab Hadriano Pp. 1155. I. V. 330. Iterum inſurgunt contra Lucium Papam 1183 I. 366. 1184. III. 367.
Romani Cleri parſimoniam caſtigatam à Ioanne Anglo excuſat Hadrianus Pp. IV. 1156. IX. 332.
Romanus ſic dictus à Conſtantino Impp. Imperii collega aſſumitur. 919. I. 119. Eius arrogantia. 921. II. 120. Fœdus init cum Bulgaris 928 I 123. Stephanum & Conſtantinum filios creat Imp ibid. III. Bertham Hugonis Italiæ Regis filiam ducit in uxorem. 944. II. 128. Alfonſus à Stephano filio, eiicitur in exilium ib.
Romanus Conſtantini Porphyrogen. filius patrem veneno necat, eiuſque ſucceſſor deligitur 960 III. 134. Moritur 963. IV. 136.
Romanus alius ſuccedit Conſtantino Imp. 1028. VII. 185. Zoen Conſtantini filiam ducit uxorem ib. Octuag nta libris auri Eccleſiæ reditus auget 1030. II 186. Alia eius pietatis opera 1031 III. 187. Veneno à Zoe coniuge adultera tollitur. 1034. III. 189.
Romanus Diogenes ab Eudocia Aug. ad Imperium Orient. aſſumitur, 1068. II. 228. Captus à Turcis, ab iiſque benigne

habitus perpetuæ pacis fœdera cum ipſis componit. 1071 III 231. A Michaele Duca Imp. contra ipſum electo miſerrimè afflictus mori cogitur; idque in ſumma patientia ib.
Romanus alius Sedem Apoſt. tyrannice inuadit. 900. II. 112.
Romualdus Rauennas ex Monacho Anachoreta feliciter eam vitam propagat 974. II. 144. Pergit ad Marinum Eremitam aliosque ad ſuam vitam traducit. 977. II. 146. Ottoni Imp. pœnitentiam iniungit periurii 996 IX. 158. Martyrii cupidus Hungariam petit, ſed à Deo progredi prohibetur. 1008. III. 171 Rogatus conuenit Imperatorem Henricum, ab eoque iurium Eccleſiæ defenſionem petit. 1022 I. 179. Moritur & ſolemni ritu canonizatur 1017 III. 183.
Roncalienſis Conuentus pro regalibus Imperii Friderici Imp. 1158. II. 333.
Rudeſindus Compoſtellanus Epiſcopus moritur & inter ſanctos refertur. 977. IV. 146
Ruſſi populi Scythiæ ad Chriſtum conuerſi 867 VII 86.
Quomodo eorum conuerſio facta 885. VI 107.
Sæuiunt in Chriſtianos 941. III. 127. Helena eorum regina baptizatur 958 IV. 133. Iterum in fide inſtruuntur à Boniſacio eorum dicto Apoſtolo 1008 III. 170. Martyrio eum afficiunt & quid circa eius martyrium ibid De alio eorum Apoſtolo ib. IV.
Quorundam Ruſſorum in religione feruor 1018 I. 177.
Eorum Eccleſia reflorescit. 1034. V. 189.
Ruſſia fit tributaria Sedi Apoſtolicæ per Demetrium Regem. 1075. VI. 239.

S

SAbbathi dies D. Virg conſecratus ab Eccleſia 1056 III. 209
Sablonarium Concilium in cauſa Lotharii Franciæ Regis adulteri 862. VI. 75.
Sacerdotes 60. in Slauonia ſub Bernardo martyres. 1012. IV. 173. in eos accuſationes quomodo recipiendæ? 806 IV. 5.
Sacramenta à malis ſacerdotibus confici negarunt Albienſes hæretici. 1176. III. 357.
Sacramentarii, vide *Euchariſtia*.
Sæculum vndecimum quare Ferreum dictum. 1001. I. 164.
Saladinus Babyloniæ Rex ingentem expeditionē parat in Terram S. aduerſus Latinos 1180. VII. 364. Affligit Chriſtianos & eos in anguſtias redigit. 1185. I. 368. Hieroſolymam obſidens virtute S. Crucis fugatur. 1186. VII. 370. eandem capit, & S. Crucem ignominioſe flagellat. 1187. II. 371.
Salegustadienſe Concilium ſub Brunone Auguſtano de celebrandis indies tribus tantum Miſſis. 940. IV. 127. Aliud pro ieiunio. 1022. IV. 180.
Salomon Hungariæ Rex ob feudum Regni Hungariæ exactum à Gregorio ſeptimo reprehenditur. 1074. XV. 238. Diuino iudicio ob iniuſtas exactiones exilio mulctatur. ib.
Samſon Abbas moritur 890. II. 109.
Sanctiæ Reginæ nobile factum in amorem ſponſi ſub Ferdinandi comitis pro eius liberatione ex carcere. 959 II. 131.
Sanctius Aragonum Rex Alphonſum fratrem è vinculis per viſum S. Petri admonitus, dimittit. 1074. X. 238. telo confixus interit diuina vindicta ob Eccleſiarum expilationes. 1094. VIII. 263.
Sanctius Caſtellanus Comes matrem veneno in ſuam necem præparato interficit. 1022 II. 179. illud ſcelus Deo in Garſia filio vlciſcitur. 1028. III. 184.
Sanguis ex latere Chriſti inuentus Mantuæ ſub Carolo Magno. 804 I. 3. Erumpit ex monticulo in Scotia. 937. V. 125.
Sanguine pluit in Aquitania ob futurum bellum 1016. III. 177.
Saraceni Palæſtinam & Syriam vaſtant. 812. II. 13 Vincuntur à Carolo Magno vltione diuina 807. II. 6. Siciliam, Calabriam & Italiæ partem occupant. 817. I 33. Vincuntur ab Hiſpania ope S. Iacobi. 844. III. 50. Miſere pereunt diuina vindicta progreſſuri contra Leonem. 849. I. 59. Habdarraghman eorum Rex martyr. 850. I. 58. Affligunt Eccleſ. Cordub. vindicta diuina in Regem ob perſecutionem. 852. III. 60. Denuo exagitant Cordubenſes. 853 IV. 61. & 855. VII 64. & 856. V. 66. & 857. II. 68. Vincuntur à Ludouico Imp 866. III. 83. Italiam & Baſilicas S. Petri & Pauli deprædantur, Francos profligant, & naufragio pereunt. 846. I 55. infeliciter pugnant in Hiſpania. 872. VI. 97. Italiam infeſtantes profligantur. 873. III. 98. Abdila eorum Dux diuinitus punitur ob violatas Eccleſias. 874. II. 98. Ictis fœderibus cum Marchionibus Calabriam, Apuliam & Campaniam populantur 877. I. 100. Syracuſas exscindunt dæmonibus id prænuntiantibus 878. VII. 101. Denuo depopulantur Italiam 862 I. 104. Nongentos monachos S. Vincentii martyrio afficiunt. 882. IV. 104. Caſſinum Campaniæ monaſterium exurunt. 884. II. 105. Fœdus cum Alphonſo ineunt. ibid III. Profligantur omnes ex Italia ope SS. Apoſt. 915. I. 118. Irrumpunt in Rom. Imp. 957. I. 132. A Nicephoro Imp. Orient. multis cladibus afficiuntur. 964. V. 136. & 970 I. 140. Tyrannidem exercent in Oriente. 969. VII 140. Item in Hiſpan. 975. II. 145. Ottonis Imp exercitum fundunt 983. II. 149. Diuina ope à Chriſtianis profligantur. 988. II. 152. Martyres ſub Saracenis ibid. III. Vltio diuina in barbaros ob tyrannidem ibid. IV. A Veremundo Rege denuo conſternuntur. 998 II. 159 Profligantur in Italia à XL. Northmanni 1002. IV. 166. Templum Hieroſolymitanum opera Iudæorum demoliuntur 1009 II. 171. Debellantur à Benedicto Papa. 1016. I. 176. Orientalium Eccleſiam affligunt. 1036 IV 191. Profligantur penitus in Sicilia à Chriſt. 1040 I 192 Peregrinantes Chriſtianos intercipiunt. 1064. VI. 214. Toletanam vrbem perdunt 1085. VII. 255. Tumultuantur Toleti ob ereptum Templum iis ex fœdere debitum. ibid. Maximus eorum numerus cæditur ab exercitu Victoris Pap. in Africa 1087. III. 218 Eorum rabies in affligenda Terra S. 1095. III. 264. Inde profligantur à Cruceſignatis 1100. II. 273. & 1184. IX. 297. Res Chriſtianorum ibidem in arctum redigunt. 1188. I. 368. vide *Saladinus Rex Terra Sancta*
Saraceni, vide etiam *Northmanni & Mauri*.
Sardiniæ dominium proprium Sedis Apoſt. 173. XI. 234.
Saxones cæduntur à Northmannis 863. XIV. 80 Vexantur ab aliis. 916. I. 119. Walbertus Saxo corpus S. Alexandri impetrat 851 III. 63 Eorum Regis legatum D. Petro factum 857. I. 66 Inſurgunt aduerſus Henricum Regem, ſed compeſcuntur à Greg. Pap 1073. X I. 234. Eundem ingenti prælio vincunt, eiusque exercitum funditus delent 1086. II. 257. in eos à Germanis Imperium translatum 1125. IV 298. Vna cum reliquiis S. Dionyſ. maieſtatem regni Franciæ recipiunt. 910 II. 120.
Schiſma, vide *Rom. Eccleſia*.
Scholæ in Oriente à Barda Cæſ. reſtitutæ. 859. IV. 69.
Scotiæ miſerrimus ſtatus prodigiis oſtenſus. 860 IV. 70.
Scotorum grauiſſima flagitia in vendendis vxoribus. 1073. VIII. 234 Schiſma inter ipſos exortum ob electionem Archiep. 1180 VI. 364.
Scripturam Sacram ex parte reiicit Baſilius Medicus. 1118. IX 291. Apoſtolici hæretici. 1147. XII 322. Albienſes. 1176. III. 357.
Scythæ Thraciam infeſtantes, ab Ioann. Comneno Imp. auxilio imag. Dei Genit. diſſipatur. 1123 III 295.
Sebaſtiani martyris reliquiæ Sueſſionem ab Hilduino Abb. translatæ miraculis clarent. 826. II. 30.
Sedes Pontificia vacat poſt Damaſum II. 1048. I. 197.
Septentrionales regiones conuerſæ per Anſgarium Hamburg. Archiepiſc. & Vuhmarum monachum Galliæ. 832. V. 37. & X. 39.
Sepulchrum Chriſti à Saracenis tentatum dirui nequit 1009 II 171.
Serarienſe monaſterium floret. 844. V. 52.
Sergius Sceleſtiſſimus Manichæus, Paracletum ſe mentiens multos ſeducit, vnde Sergiotæ dicti: item eius primordia, ſcelera & blaſphemiæ. 810. II. 10. Interficitur. 812. I 12.
Sergius Papa II creatur. 844. I. 50. Ludouicum Regem Longob coronat ib. II. moritur 847 I 55.
Sergius III. inuadit ſedem, pulſo Chriſtophoro inuaſore. 908 I. 116. Moritur. 910. I, 117.
Sergius IV. creatur ex Epiſcopo Albanenſi, 1009 II 171. Moritur. 1012 III. 173.
Sergius Damaſcenus Epiſcopus à Saracenis expulſus, Romæ, Bonifacii & Alexii Baſilicam in monaſterium commutat. 975. III. 145. Moritur. 977. I. 146.
Sergius Conſtantinop. Patriarcha creatur. in Romanos maledicus. 999. V. 161. Moritur. 1019 III. 178.
Sicilia occupatur à Saracen 827 I 33. Eripitur iiſdem à Maniaco Duce Michaelis Imp. 1030 IV. 192.
Siciliam Rom. Eccleſ. propria Nicol. Pap. ſub tributo annuo in feudum Northmannis concedit. 1059 VIII. 215.
Sicula Monarchia Laicalis aſſerta, à Fazello Siculo conceſſa, ab Vrbano II. Pontif. Rogerio Siciliæ *Duci*, eiusque ſucceſſoribus hæreditariter manifeſte redarguitur 1097. IV & ſeqq. Iuriſdictio à diuerſis Rom. Pontif. in vtramque Siciliam exercita oſtenditur ibid. X. Eam condere conatur Petrus Leonis Antipapa. 1130. V. 303.
Sigfridi Mogunt. Archiep. & aliorum celebris peregrinatio. 1064 VI. 214 De Simonia accuſatus Romæ coram Pontif. cauſam dicit. 1070 I. 229. Concilium celebrat Erfordiæ contra Clericos coniugatos, ideoque periclitatur de capite. 1074. V. VI. 237. Iuſſus iterum à Gregorio Pap. Synodum Moguntiæ cogere conuenit cum Clericis concubinariis. 1075. IV 239 Studens partibus Henrici Regis eum eo à Gregorio excommunicatur 1076. II IV. 240.
Sigfridus Eboracenſ. Archidiac. Epiſcop. Vexionenſis, in Gothia & Norvvegia Euangelium prædicat. 1030. V. 185. De tribus ſuis nepotibus martyribus reuelationem diuinam accipit. ibid. Pie moritur. ibid.
Siluanectenſe Concilium in cauſa Arnulphi Epiſc Rhemenſis. 990. III 153.
Silueſter II antea *Gerbertus* dictus ex Epiſcopo Rauenn. creatur Papa. 959. I 160. vide *Gerbertus*. Bennonis fabula de Magia ipſius refutatur. ib & 1003. I. 166. Eius obitus & ſcripta. ib.
Silueſter alius Antipapa Sedem inuadit, & paulo poſt Greg. VI. eiicitur. 1044. I. 194
Silueſter alius itidem Pſeudopp. eructus in Sedem Apoſt contra Paſchalem, Pp. 1106. I. 281. paulo poſt expellitur ibid
Silueſtri monachi laudabilis vitæ inſtitutio, miracula, obitus, &c. 1185. VII 309.
Simon qui & Stephanus dictus Helſingorum primus Apoſtolus multos Gothorum & Sueonum cum Adaluardo ſocio Chriſto lucratur. 1056. V 210. Martyrio occumbit ib
Simon Gaudetertus dictus in Sueonia Euangelizat, incertus eius vitæ progreſſus & obitus 878. III 43.
Simoniace ordinatos reordināldos fecit quo-

tundam hæreſis, ſed confutatur à Petro Damiani 1052. II 103.

Simoniam Benedicti Papæ IX. intruſi damnat Petrus Damiani 1013 II 187. Ea veritate Concilio Rom ſub Clemente II 1047 I 197. & in Germania ſub Henrico Imp. 1047. II. 197. Quam grauiter eam Deus vlciſcatur? ib. Sub Leone IX contra eandem Concilium Romanum, Mogunt. Germanica plura 1099 I & ſeqq 198 & 1055 IV. 208. & 1059 VI. 214 & 1063 II 221. & 1104. II 279

Oppugnat eam Damianus 1065. I 225. Damnatur in Rhemenſi Synodo 1119. III 292.

Miraculum contra Simoniam. 1055. IV. 208 & 1063 III, 221.

Siſinnius Conſtantinopolitanus Patriarcha creatur 995. III. 156.

Slaui ad fidem conuertuntur à Monachis Corbeienſibus 875. II. 98. Honorant S. Vitum ibid. Peruerſi iterum à Bernardo Bennonis filio Duce Saxoniæ paſſim in Chriſtianos deſæuiunt 1012. IV. 173 Diris cladibus Hamburgenſem Eccleſiam affligunt & Godeſcalcum Principem cum coniuge & aliis Chriſtianis martyrio afficiunt 1065 II. 225.

Sodalitium Romæ inſtitutum Sacerdotum & Epiſcoporum pro animabus defunctorum 984. II 150.

Soldani Iconii ad Chriſtum conuerſio quomodo facta. 1169. VI. 350. Crucem Chriſti erigens ſuper pyramidem defunctæ matris Agarenos in ſe concitat. ib.

Solis portentoſa Eclipſis 1033. I 187.

Spiritus Sancti à Patre Filioque proceſſio oppugnatur à Photio contra Latinos 883. II 105.

Stampenſe in Gallia Concilium pro receptione Innocentii II. Pap. 1130. VII, 303.

Stanislaus Scepanonius Cracouienſis Epiſcopus Boleſlaum Poloniæ Regem propter ſcelera reprehendit 1079. V. 147. Ad iudicium vocatus ob poſſeſſionem Petrauini Pagi Petricum venditorem ad teſtandum ſuſcitat ib. VI.

Eundem Regem excommunicat, ab eoque martyrio in Eccleſia coronatus miraculis illuſtratur ib. VII.

Stenchillus Gothorum Suenonumque Rex cum ſubditis ad Chriſtum conuertitur 1016. V. 209 Egregia eius religionis tyrocinia, progreſſus, & felix obitus 1060. IV. 220. & 1066. VIII 217.

Stephani Protomartyris reliquiæ inuentæ 845 VI 35.

Hungerorum conuerſionem prædicit Stephano Regi Hungariæ 989 III. 152.

Stephanus Auuernenſis Grandimontenſis ordinis inſtitutor virtutibus & ſanctitate clarus moritur 1126. VII 300.

Stephanus Hieroſolymitanus Patriarcha creatus ex Abbate Carnotenſi ob iurium Eccleſiæ defenſionem veneno poſt biennium ſublatus a Rege 1128. III. 301.

Stephanus Amaſceus Archiepiſcopus Conſtantinopolis Patriarcha eligitur 930 I. 125. Obit 933 III 124.

Stephani Poloni Archiepiſcopi Gneſnenſis ad Benedictum Papam legatio contra Præꝺiſlaum Boemiæ Ducem ſacrilegum 1039. II. 192

Stephanus Baſilii Imp. filius eiecto Photio Conſtantinopolis Patriarcha creatur. 886, I 107

Diſpenſatur cum eo à Stephano Papa de ordinibus a Photio acceptis 887 II. 108. Eius obitus & elogium 888. IV. 108.

Stephanus Geiſæ filius, Vngariæ Princeps à Benedicto Papa Regium diadema impetrat 983 V 15 . Promiſſio de Vngarorum conuerſione ei facta per S. Stephanū Protomartyrem 989 III. 152. Bellum in cauſa fidei exortum Sanctis Ducibus feliciter contra perduelles conficit 997. IV 159. Miſſa legatione coronam regiam à Silueſtro impetrat 1000. V. 162. Meretur audire Apoſtolus ſui regni ob propagatam ibi religionem ib. & 1002. III 166.

Egregie reformat Hungariam 1002. III. 165. Bulgaros & Tranſiluanos ſubiugat ibid.

Expeditionem Conradi Imp. in ſe adornatam ope D Virginis propellit 1030. I. 185 Poſt obitum Emerici filii totus in liberalitatem erga pauperes & Clericos incumbit. ibid. II. Pius eius obitus 1038. II. 191

Stephanus Papa V. creatur 816. IV 19.

Ludouicum Pium Imp coronat. ib. V.

Moritur 817 I 20.

Stephanus VI. Pp. eligitur miraculis clarus 885 I 105

Literas ſcribit ad Baſilium Imp. pro defenſione ſuorum Prædeceſſorum ib. II.

Curat Eccleſias Occidentales ib. III.

Diſpenſat cum Stephano Conſtantinop. Patriarcha à Photio ordinato 887 II. 108.

Accipit Legationem ex Oriente 889 II. 109. Eius decreta aduerſus maleficos 890.

Moritur 891. I. 109.

Stephanus Pſeudopapa intruſus confirmatur à Clero Rom 897 I 111. Dirum ipſius Sacrilegium in cadauer Formoſi Pp. ibid. Strangulatur in carcere 900 II 12.

Eius acta in Formoſum Pap. abrogantur in Concilio Rom 904 I 116.

Moritur 931. I 123.

Stephanus VIII. ſedet 929 IV, 126.

Moritur 931 I. 123.

Stephanus IX eligitur 939 IV. 126 Vulneratus dire à Sacrilegis 940. I. 120. Laborat pro Ludouico Rege Franciæ 941. I. 127.

Moritur 943. I 127.

Stephanus X. ex ſedis Apoſtolicæ Legato Pontifex creatus 1057. II. 210. Plura celebrat concilia aduerſus incontinentes clericos ib. Petrum Damiani Oſtienſem Epiſcopum creat ib. III.

Willelmum Rhemenſem Archiep. confortat ib. V Legatos in Orientem deſtinat pro ſchiſmate tollendo. 1058 I 212. Moritur miraculis celebris ib. II.

Stephanus Halberſtad Epiſcopus Henrici Regis ſcelera perſtringit aduerſus Walramum ſchiſmaticum. 1050 II 260

Stephanus Angliæ Rex coronatur & iuramentum fidelitatis pro priuilegiis Eccleſ. præſtat. 1135. VIII 308.

Moritur 1154 III 329.

Stigandus VVintonienſis Epiſcopus ſedis Cantuarienſis inuaſor in Concilio VVintonienſi depoſitus rerum inopia vitam finit. 1070. III 229.

Subdiaconus Victori Papæ II. Venenum in calice Euchariſtico propinans à dæmone arripitur & Victoris precibus ab eodem liberatur. 1055. VI 208.

Suenno Daniæ Rex accipit literas à Gregorio VII Pp. 1073. V. 239. Eius publica pœnitentia de admiſſo ſacrilegio, & obitus 1077. X 244

Suenotto Haraldi Daniæ Regis filius patrem Chriſtianum necat in bello, & Rex eligitur 980 IV. 148. Perſecutionem in Chriſtianos excitans vltionem diuinam experitur ab Henrico & aliis victus, iterumq; pœnitens regnum recuperat 980. IV. 148. Crudelitatis, Deo vindice dat pœnas 995. IV 156.

Sueſſionenſe Concilium in Gallia ſub Carolo Rege 853 I. 60. Sub Henrico Turonenſi in cauſa Clericorum Rhemenſium & Hincmari 866. V. 83. Sub Heriueo Rhemenſi Archiep. pro morum & fidei reformatione Aliud de controuerſia Rhemenſis Archiep. 948 I 127.

Sueuis Euangelium annuntiatur per Adaluardum & Stephanum 970. VII. 141. Diuinam vindictam experiuntur ob repulſos Legatos Adalberti Hamburgenſ. Archiep. 1054 XI. 206. Ideo iterum petunt Euangelii Præcones ib. Ex miraculo Sacerdotes Idololatræ ad Chriſtum ſub Stenchillo Rege conuertuntur. 1016. V. 210. Perſecutione vigentur ob ſucceſſionem noui Regis. 1066 VIII 217.

Suffraganei Epiſcopi in Eccleſia Rom. & quodnam eorum munus. 1057. IV. 211

Sutrinum Concilium ſub Nicol. II. aduerſus Mincium ſedis inuaſorem. 1059. I. 213.

Suuanus Angliæ Rex tyrannidis & blaſphemiarum in Eadmundum eiidem Angliæ Regem dat pœnas. 1014 VI. 175

Suuibertus à Leone Papa canonizatur. 804. II. 3.

Sylueſter, vide *Silueſter*.

Symbolum fidei quando in Eccleſia Rom. cantari cœptum. 1014 III. 175.

Symeon Bulgarorum Rex Conſtantinop. obſidens pacem init cum Romanis. 928. II 125. Item cum Conſtantinopolitanis. 914 I. 118.

Symeon Anachoreta vitam Theoctiſtes Virginis detegit 902. I. 115. Narrat miraculum D. Virg. ib. II.

T.

TAgino ex vaticinio VVolffgangi Ratiſponenſis Epiſcopi Magdeburg. Epiſc conſecratur 1003. IV. 167.

Eius vitæ ſanctitas, laudes & obitus 1011. I 172.

Tanchelinus ſceleratiſſimus hæreſiarcha ſacramentariorum præcurſor Antverpiam venit. 1126. V. 299. Eius impia dogmata & horrendæ turpitudines ib. Confutatus à S Norberto Præmonſtratenſium fundatore ib. Quanta ipſius apud ſuos æſtimatio ib.

Tancredus coronatur Rex Siciliæ à Clemente Papa III 1189 II 375. Moritur 1193 I 377 Eius cadauer ignominioſe tractatur ab Henrico Imp ob detentam Conſtantiam coniugem ib.

Taraſii Conſtantinopolit. Patriarchæ obitus, miracula & certamen in agone. 806. I. 4.

Tarraconenſis ciuitas fit tributaria Sedi Apoſt 1091 II 263.

Tarraconenſe Concilium pro electione Vrbani II. Pp 1088 I 259.

Templariorum militum ordinis inſtitutio in Palæſtina 1118 VII 291. Confirmatus in Concilio Trecenſi, iiſdemque regula viuendi præſcribitur à S. Bernardo. 1127. II. 300 Eorum felix progreſſus & incrementa. 1131. V. 305. Vide etiam *Hoſpital*.

Terra Sancta dicta Palæſtina occupatur a Saracenis 1007. I. 166. Pro eius liberatione primus claſſicum canit Silueſter Papa II ib. Indicitur expeditio ab Vrbano II. in Concilio Claramontano 1095 III 264. Afflictiſſimus eius ſtatus ib Multi Duces & Principes in eam contra Saracenos exercitus promouent ib. V Felices eius expeditionis progreſſus 1096 II. 265. 1097. X. 269 1098. I 270. 1100. II. 273 1 III. 277. Occupatur a Turcis 1115 II 289 Itemque à Saracenis, qui diuinitus inde proſligantur 1124. IX. 297 Ad ipſam recuperandam indicta numeroſiſſima expeditio ab Eugenio Pp. ſub S Bernardo Duce 1146 II IV 315 Eius expeditionis ... ces & apparatus 1147. I. 321. Progreſſus infelices; vnde variæ calumniæ in S Bernardum 1148 I. 325. 1 ... I II 325 Quæ eius cladis cauſa 1149 III 325. ... conſignati preſſi à Saladino B... Rege à Lucio Pp. aliiſque Principibus Chriſtianis auxilia implorantur 1185 I ... 4 Iteratur in eam noua expeditio in Oriente 1188 I 371 Eius malus ſucceſſus ... I II. 373 1191 IV 375.

Terræ motus in Italia ſub Carolo M ... 801. I 192. Conſtantinopoli in ... ob expulſum Ignatium Patriarcham ... V. 73. & 986. II. 151. & 1011. V. 175 & 1038. III. 192. & 1019. I, 172 Prodigioſus Mediolani 1117. III 290. Cluniaci 1150 II. 320. Ingens in Sicilia 1169. VII. 350.

Thedaldus Mediolanenſis Epiſcopus Schiſmaticus à Gregorio Pp VII. excommunicatur. 1078 II. 245 & 1079 IV. 246. & 1080. I. 248.

Themel Presbyter ab officio ſuſpenſus fit Apoſtata 951 I.132.

Theobaldus Rom Presbyter Papa creatur ſub nomine Cæleſtini & ſchiſma metu ns Honorio II. Pontificatum cedit. 1124. IX.297.

Theobaldus ex Abbate Beccenſi Canthuarienſis Archiep. ſcoꝛus à Legato Sedis Apoſtolicæ in Concil o Londonienſi erca tur. 1138. VI 311. Simultates inter ipſum & Bernardum Epiſc Dauidis 1148 VI 314. Stephani Angliæ Regis filium Euſtachium coronare recuſat ib

Theoctiſte Lesbia virgo admirandæ ſanitatis in eremo reuelata 901 I. 115 Eius origo & patria ib.

Theodoniana Synodus pro diuiſione regni inter filios ſub Carol. Magno.806.IV 4. Sub Ludouico Pio 83 I 41

Theodora Auguſta Michaelis Imp. poſtea Theophili coniux cum Baſilio filio cultū Imaginum complectitur. 829. V 29. In diſcrimen ideo adducitur cum matre Theoctiſte 831 I.35 Precibus ſuis ſuccurrit Theophilo & cũ Michael filio Imperat in Oriente 842 II 45. Cultum SS. Imaginum vbique reſtituit pulſis Iconomachis.ib IV. Eius in reſtituendis imaginibus ſingularis prudentia ib VI. 48 Detruſa in Monaſterium moritur 855. VI 64. O natur elogium n Baſilio Imp. 866 II 83 Cædit Michaelus 845 I 53

Theodoricus Metenſis Epiſcopus varias reliquias collectas in Galliam transfert 969. IX 140.

Theodorus Studita Abbas à Nicephoro Imp. ro [illegible] de creando Patriarcha Conſtantinop. dat inſigne ei dat reſponſum 808. II 4. Poſt ſtringit Ioſeph in Abbatem 808. I 6. Schiſmatis accuſatum ſe purgat ib. Scribit Leoni Pap in cauſa Pſeudoſynodi Mœchianæ 809 I 7 In exilium cum ſuis relegatur [illegible] ad [illegible] us Mœchianos. ib. I .I. 8 A Michaele Imp ab exilio reuocatur 811. II. 12. Defendit cultum Sacrarum Imaginum contra Leonem Imp 814 II 11. Ideoque in exilium denuo relegatur ib. IV 16. Scribit Epiſt Catecheticam pro cultu SS. Imaginum ad Orthodoxos ib. V. Virgis ab Imp cædi iubetur 815 III.17.

Aliæ eius pro fide Catholica paſſiones 816. II 18

Variæ eius epiſtolæ in carcere ſcriptæ ib. III 9 Literis ad Paſchaſium Papam datis deplorat afflictum ſtatum Eccleſiæ. 817. V. 21.

Auxilium Rom. Pontificis per Legatos implorat, ipſumque Pontificem ac Sedem Romanam eximiis præconiis extollit 818 I 22 Eius Catechetica ad varias fraternitates ibid. Noua tormentis excogitatur 819 II 15. Retrudi tur denuo in carcerem cum Nicolao diſcipulo ibidem que ſcribit epiſtolam ibid. Bardam Imp propinquum à morbo ſanat. 820 I. 24. Redit cum honore Conſtantinopolim & Leonem Imp defunctum perſtringit 821 II. 26.27 Eius miracula & pro erectione imaginum labores. ibidem III. Pelli tur denuo in exilium a Michaele Balbo Imp 823. V 28 Scribit Michaeli Apologeticam pro fide Catholica aduerſus Iconomachos 823 III 28 & 29. Eius fide confeſſio ad Theoctiſtum miſſa miraculo comprobatur 825 V. 30 Moritur 826 IV 31 & nobile Teſtamentum contra hæreticos condit ibid. V. Tranſlatio ipſius corporis Conſtantinop. 844. VI 53.

Theodorus & Theophanes FF. in exilium mittuntur ob cultum SS. Imaginum à Theophilo 833 I 40.

Nobile eorum certamen 835.III. 41.

Theodori Papæ IV creatio & obitus 901 I. 114.

Theodorus Santabarenus Magus Legatur à Photio mittitur pro obtinenda communione Eccleſiæ 879 I. 102 Magia & præſtigiis Baſilium [illegible] occupat. ib VI [illegible] Baſilii [illegible] um prodiuonis accuſat ib. VII Excæcatur ab illo & exilio mulctatur 886 I 10[illegible]

Theodorus Balſamon mo conſilio aduerſus Eccleſiam Occidentalem apocryphum commentarium in canones ſcribit 1191. X 396

Theodorus Caſſiteras Iconomachus à Leone Imp in ſedem Conſtantinop. intruditur 814. III 16 Quis Theodorus. ibid. Legatos ad Paſchalem Pap. mittit pro obtinenda communione Cath. ſed reiicitur 817 V 22. Obit 83[illegible].II 41.

Theodulphus Abbas Floriacenſis carcere lib ratur ob Poematium elegantiam & conſecratur Epiſcopus Aurelianenſis. 831 I 41. Diſciplinam Eccleſiaſt diligenter curat ib.

Theophania Leonis Imp coniux, miraculis clara colitur inter Sanctos 901. IV. 214

Theophania Nicephori Imp filia ducitur ab Ottone II Imp. Occidentis 969 I. 139

Theophanes Odas in feſtiuitatē reſtitutioni SS Imaginum ſcribit 842 V 45. Idem Iubilum de iiſdem ibid IX. 43.

Theophanes & Theodorus FF. vide Theodorus & Theophanes.

Theophanes Monachus exulat biennio ſub Leone Imp. ibique moritur 816.I. 16

Theophilus Michaelis Balbi Imp. filius Imp. Orient. creatur 829 III 34.

Perſequitur Cultores Sacrarum Imaginum 830 I 35 & 832 I. 36. & 833 I. 40. Vincitur a Saracenis 834 II. 40. Noua eius crudelitas in Cultores SS Imaginum. 835. III 42. A muliere fatidica futura inquirit 841. I 44 Moritur & variis aliorumque piorum ſuffragiis pœnis purgatorii eripitur 842. II ib 45

Theophilactus Bulgarorum Epiſcopus temp tarlatus, floret 1071 III 231. Perſcribit afflictum ſuæ Eccleſiæ ſtatum Gregorio Pp 1073 XIII 235.

Theophylactus Romani Imp filius adhuc puer creatur Conſtantinopolit. Archiep. 933 III 124. Pallium ſibi & ſucceſſoribus ſuis obtinet 934 I 124.

Theotilus Turonenſis Epiſcopus obiit 945 II. 28.

Theraſia puella ſpretis nuptiis barbari ſponſi Monaſticam profitetur 1010 III. 172.

Theutgaudus Archiepiſc Treuirenſis vna cum Gunthario Colonienſi in Concilio Rom excommunicatur. 863. V. VI 75. vide Gunthariūs.

Thomas Tyrannus aduerſus Michaelem Imp. inſurgens Conſtantinopolim obſidet 822.II 18. Captus lenta morte conficitur ib.

Thomas Prior S. Victoris Romæ ſanctitate vitæ illuſtris martyrio coronatur 1133 V 308.

Thomas ex Cancellario Henrici Angliæ Regis inuitiſſimus creatur Archiepiſcopus Cantuarienſis in Concilio Londonienſi 1162. V 342. Honorificentiſſime excipitur in Concilio Turonenſi 1163 I. Quæ cauſa diſſidiorum inter ipſum & Regem Angliæ Henricum ibid II 343 & 1164. I II Appellans ad Alexandrum Papam damnatur in Conciliabulo Clarendunenſi ibid II III. Sed abſoluitur ab Alexandro. ibid IV Ob minus canonicam electionem ſuam Archiepiſcopatu ſe abdicans reſtituitur ab Alexandro. ib. V 344. Sumit habitum monaſticum in monaſterio Pontiniacenſi. ib d. Omnes ipſi addicti vel deuincti pelluntur ex Anglia ib VI.345

Legum ſtudio nimium deditus auocatur à Ioanne Sareſberienſi 1165 IV 346. Scribit ad Epiſcopos Angliæ in cauſa Henrici Regis 1166. V. 347. Ab Alexandro Legatus Sedis Apoſt in Anglia conſtitutus, regias conſuetudines damnat Regemque Henricum comminatione excommunicationis ad meliorem frugem hortatur. 1167. III. IV 348 349 Noui Regis machinationes ex [illegible] ſam Turonis coram ipſo & Ludouico Franciæ Rege agit 1169 I II.III 350 Tandem recep[illegible] gelt [illegible] n Eccleſiam ſuam reſtituitur 1170. V 417 In [illegible] exteris Epiſcopis [illegible] gr, eorum [illegible] quamuis [illegible] nobilibus [illegible] corona [illegible] ib. IX XI. 352 Benedictionem poſt mortem leuata manu monachis ſuis in ſcrinio impartitur ibid. XII Eius eximia eligia. ib.d. Illuſtratur miraculis 1171. I 353. Eius interfectores excommunicati ab Alexandro. ib.

Eorum abominatio pœnitentia & exitus. 1172. V. 354. De publica pœnitentia Regis Angliæ ibid. I II Quam celebres viros ſui exilii commilitones habuerit? ibid. IV Ob frequentia miracula canonizatur ſolemniter ab Alexandro Papa. 1173. I 355 Peregrinatur ad eius ſepulchrum, ingenti ſui pſius demiſſione & pœnitentia Henricus Rex Angliæ illiusque ope ab hoſtibus ſuis liberatur. 1174 II. 355.

Idem Ludouicus Rex Franciæ pro ſanitate Philippo filio impetranda. 1179 V. 361

Ticinenſe Concilium pro confirmatione Synodi Valentinæ 855 I 62. vide Papiæ

Ticinum ab Hungaris exuritur 924 I 128. vide Papia.

Toletana lex quæ, & quando in Hiſpaniis recepta. 1268 III.218.

Toletum vrbs plurimis annis à Saracenis occupata capitur ab Alphonſo Rege Hiſpaniæ 108[illegible] VII 215.

Bernardus Abbas primus eius Epiſcopus turbas grauiſſimas excitat ob ereptum templum Mauris ex fœdere Alphonſi Regis, et acceſſum.1085. VII.254.

Toletana Eccleſia maximis redditibus augetur ab Alphonſo Rege Hiſp. 1085. VII. 256 Primatum obtinet ab Vrbano Pap. 1088. III.259. & 1098 IV.270 Eundem confirmat Alexander Pap III. 1173 VI. VII.357.

Toloſanum Concilium pro diſciplina Eccleſiaſt 1056. IV. 209. Pro confirmando primatu Toletanæ Eccleſiæ 1088 III. 259. Generale ſub Legatis Sedis Apoſt. 1090 ib. 260

Tranſiluani à Stephano Rege Hungariæ ſubiugati Chriſtianam fidem ſuſcipiunt 1002. III 166.

Traſimundus Theatinus Comes Legatos Sedis Apoſtolicæ male habet 1055 VI. 208. Excommunicatus à Victore Pp. ei fit ſupplex; omniaque ablata reſtituit 1057.I 210.

Trecenſe Conciliū in Gallia in cauſa Ebbonis Archiep. Rhemenſis 867 I 84 Aliud 868. V. 89 Sub Ioanne VIII. pro pace Eccleſiæ Occident. 878 VIII. 102. Sub Richardo Legato Sedis Apoſt. contra Simoniam 1104 II 179 Aliud in cauſa clericorum bellatorum. 1127. II. 300.

Tremonienſe Concilium pro reformatione Cleri 1005.I 168.

Treuirenſe Concilium in cauſa Hugonis Comitis & Ludouici Franciæ Regis 948. III 129

Triburienſe in Germania Concilium pro diſciplina Eccleſiaſt. 895 I 110.

Trinitatem ex [illegible] negat Baſilius Medicus 1118 IX 291. De ea errores Gilberti hæretici [illegible] 1147 V 321.

Triumphus Ioannis Zemiſces & Ioannis Comneni Impp in honorem D Virginis 971. V.142 & 1133 IV 291.

Troianum in Apulia Concilium ſub Vrbano Papa in cauſa Matrimonii 1089 III 260 Aliud ſub eodem 1093 I 26[illegible] Sub Paſchale in cauſa diſſidentium Principum 1115. I.289.

Tryphon Theophylacti Archiep Conſtantinopolit. Coadiutor [illegible] fraude

deceptus ab Eccleſia tem. vetur 944. I. 127. Eius obitus & vita 950. II. 131.

Turcæ ad ſtipendia à Perſarum Rege inuitati, ab eoque male habiti, illi rebellant & Perſide potiuntur 1048 III. 197. Orientem depopulantur 1067. II 127. Captum Romanum Imp. in prælio. benigne habent, & perpetuam cum eo pacem ſtabiliunt. 1071. III. 231. Irruunt in Terram Sanctam 1113. II 289. Vincuntur à Balduino Rege 1120 III 293.

Tullenſe Concilium ſub Carolo Caluo contra Gotheſcalcum 859 III 69.

Turgothus ex petitione Olai Sueonum Regis ad Sueones conuertendos proficiſcitur 1067. VI. 183.
Moritur ib.

Turonenſis ciuitas à Northmannis liberatur ope S. Martini 845. III. 54.

Turonenſe Concilium ſub Carolo Magno 813. III. 13 Sub Leone contra Nomenoium Ducem Britanniæ. 849. II. 57. Sub Hildebrando Legato Sedis Apoſtol aduerſus Berengarium 1055. V. 208. Sub Vrbano 1096. I. 265. Sub Alexandro contra Octauianum Antipapam 1163. I. 342.

Tuſcia Regio à Mathilde donata Eccleſiæ Rom. 1077 XII 244.

Tuſciæ Marchiones Eccleſiam Rom. ſub crudeliſſimum iugum cogunt. 897 I. III. 111.

Turpitudines horrendæ Tenchillini Sceleſtiſſimi hæreſiarchæ 1126. V. 229. Apoſtolicorum 1147. XII. 312.

V.

VAldo Lugdunenſis Ciuis Idiota docendi officium ſibi vſurpans incidit in hæreſin 1186 IX. 371.
Ab eo dicti Valdenſes hæretici ib.

Valentinus Papa creatur & obit 827. II. 31.

Valentinum Concilium contra hæreticos 855. I. 82.

Vallis Vmbroſæ Ordo Monaſticus per Ioannem Gualbertum inſtitutus 1051. I. 201. & 1073. XII. 254. Eius felix progreſſus ibid.

Vdalrici Auguſtani Epiſcopi electio 914. III 121.
Impetrat reliquias S. Mauritii & ſociorum 940. II 127.
Oratione & ieiuniis Hungaros reprimit 915. II. 131.
Romam ad limina SS. Apoſtolorum pergit, & ſucceſſorem ſibi deligens Adalberonem nepotem, diuinitus caſtigatur 971. II. 142 Moritur miraculis clarus, & Sanctorum numero adſcribitur 973. I 143. Eius exequiæ & ſepulturæ locus ib. II. Quomodo ipſius corpus inuentum ib. III Miracula eius corporis ib. IV V.
Canonizatus à Ioanne XV 993. I. 155.

Veneti reliquias Zachariæ à Leone I. pp. impetrant 824. VI 17. Item S. Marci Euangeliſtæ. 820. V 25. Turcas apud Ioppen ingenti nauali prælio vincunt 1123. II. 291

Venetienſe Concilium ſub Alexandro Pap. pro confirmatione pacis initæ, inter Alexandrum & Fridericum. 1177. VI. 360.

Veramundus Rex Legionenſis creatur 985. VI. 151.
Ingenti prælio fundit Saracenos duce pietate. 998. II. 159.

Veramundus Alphonſi V. Regis filius Idem Rex Legionenſis ſuccedit Patri. 1027. IV 181.

Vernerus vir ſanctitate clarus, dolo Boleſlai à Pruſſis trucidatus, miraculis illuſtratur 1170. XV. 355.

Veronenſis conuentus inter Fridericũ Imp. & Lucium Papam in cauſa variarum rerum. 1184. V. VI. 367. Infelix eius ſucceſſus 1187. I. [illegible] 8

Veſuuii montis prodigioſum incendium 993. III 155.

Viennenſe Concilium contra Iueſtituras Laicorum & Henricum Imp. 1112. V. 283.

Viennenſis Eccleſia ampliſſimo priuilegio à Calixto Pp. donatur 1120. I 293.

VVido Dux Spoletanus Imperator inungitur à Formoſo Papa 888 III. 108. & 892. I. 109. Moritur 899 II. 112.

Victor II. ex Epiſcopo Eiſtetenſi ab Henrico deſignatus, Papa eligitur à Clero Rom. 1055 I 106. Concilium Florentiæ celebrat ibid. Miraculoſe à calicis Eucharistici per Subdiaconum ſuum veneno infecti ſumptione eripitur. 1055 VI. 208. Plura celebrat Concilia 1056. IV. 209 Henrico puero quinquenni Regnum Germaniæ ſtabilit 1056. I. 109 Eius obitus 1057. II 110.

Victor III ex Abbate Caſſinenſi creatur inuitus Papa 1085. VI 255. vide anteriora in *Deſiderius* Caſſinum rediens Pontificatus inſignia deponit. 1086 I. 257. Eadem poſt annum reſumens conſecratur 1087. I 258 Mittit copias in Africam contra Saracenos eoſque ingenti prælio vincit. ib III. Beneuentanum Concilium celebrat contra ſchiſmaticos ib. IV. Mortis præſcius obit ib. V.

Victor Pſeudopapa in locum Petri Leonis Antipapæ defuncti contra Innocentium ſuffectus ſponte ſe abdicat & Innocentio ſubiicit 1138. II 311.

Victoralius Antipapa electus contra Alexandrum III 1159. III 334. vide *Octauianus*.

Victoria diuina ope parta à Ramiro Hiſp. Rege de Saracenis 844. III 50. A filiis Ludouici contra Carolum Caluum Imp. 876 III 99. Ab Æthelredo Angliæ Rege de Danis 871. V. 96. Ab Andrea Baſilii Imp. Duce de Saracenis 886. VI. 107. Ab Alano Britanniæ Duce de Northmannis 890 IV. 109. A Ramiro Legionenſi Rege de Saracenis 938. I. 125. Ottonis Magni Germ. Regis de Hũgaris 955 II. 131. Ferdinandi Antonini de Saracenis 988. I. 152 Veremundi Hiſp. Regis de iiſdem 998. II. 159. Quadraginta Northmannorum in Italia de Saracenis 1002. IV. 166. Caſimiri de Barbaris. 1041. I. 195. Caſſinenſium Monachorum de Northmannis ibid. IV. Romanorum de Barbaris 1065. V. 226 Orthodoxorum aduerſus Henricianos Schiſmaticos 1086. II. 257. Cruceſignatorum contra Saracenos 1100 II 273. 274 Balduini Regis contra Turcas 1120. III. 293 Ioannis Comneni Imp. de Scythis 1123. III. 295. Chriſtianorum de Saracenis 1124 IX. 297. Cæſar Auguſtanorum de Mauris 1134 VII. 305. Iſacii Imp. Orient. de Brana Tyranno 1187. V. 371. vide etiam *Cruce ſignati, Victoria*.

Vilgardus Grammaticus Rauennenſis à dæmonibus noctu dementatus hæreſiarcha emergit; ſed ſtatim comprimitur. 1000. III. 161.

S. Vincentii Monaſterio priuilegia conceſſa à Conſtantino Imp. 941 III 127.

Virdunenſis Synodus in cauſa Rhemenſium Archiepiſcoporum 947. I. 129.

Viſio Theodoræ Auguſtæ de Theophilo coniuge 842 I 44. Aliæ eius viſiones de anima mariti ib. III
Alia oblata Niconi de reædificanda Eccleſia Phocinæ virg. 961 IV 134. De anima Benedicti VIII in purgatorio detenta 1024 I. 130. De damnatione Pandulphi Capuani Principis ſacrilegi 1018. I. 191. Item Benedicti IX. Sedis Apoſtolicæ inuaſoris 1054 VIII. 205. Guntheri de morte Henrici Imp. 1056. I 208 Amalphitani de Monaſterio Caſſinenſi 1058 I. 212. De Henrici Spirenſis Epiſcopi obitu. 1075. III 239. De rebus geſtis à Gregorio Papa contra Henricum Regem 1084 II. 254 De Clerici concubinarii damnatione 1100. VI 274. Item que Schiſmatici 1130. VIII 301. Petri Abbatis Cluniacenſis de Guillelmi Prioris cæde 1145. I. 326. De damnatione cuiuſdam auari in Gallia 1150. V 363. De ſaluatione Alexandri Pp III. 1181. V. 362.

Vltio diuina in VVinſmarum ob necatum Fulconem Rhemenſem Epiſcopum 900. III. 112. In Paganos ob ſacrilegia 916 I. 119 In Elfredum periurum & raptorem bonorum Eccleſiaſt. 924 IV. 121. In Amalaphum Angliæ Tyrannum ſacrilegum 951. II. 130. In alios ſacrilegos 953. I 130. & 969. II & ſeqq. 139. In Argyri filiam ſuperbam 998 VI. 100. In Kennethum Scothorum Regem homicidam 1000. V. 161. In ſacrilegum deuoratum à muribus 1011 II 171 In Danos ob cædem Elphegi 1012 I 173. In ſacrilegum monachum 1015. I 175. In Pandulphum ſacrilegum 1018. I 191. In Michaelem adulterum & parricidam 1034 IV 189 In alios 1036. III 190. & 1038 I 191. & 1055 II. 206 & 1059 X 116 & 1136. I. 309. & 1144. IV 317 In periurum 1051 X I. 219 In Gauffredum Comitem 1062. IV. 220. In ſchiſmaticos 1070 VIII 240. & 1076. VIII 241. & 1083. II 243. & 1087. V. 258. & 1130 VIII. 301 In blaſphemum Clericum 1100 VI 174 In Alphonſum ob inceſtuoſum coniugium 1106 I. 283. In parricidam Henrici Finlandiæ Apoſtoli 1151. VI 328. In ſchiſmaticum 1161. II. 341. In ſacrilegos 1169. VI. 350. In Occiſores S. Thomæ Cantuarienſis 1172. V. 354. In Leopoldum Ducem Auſtriæ. Vide ſub propriis ſingulorum nominibus. Adde *Eccleſiæ expilatores, Clades, Fames, Peſtis. Prodigia.*

Vnno Archiepiſc. Hamburg. pallium obtinet à Ioanne Pp. 917. I. 119 Quando & quomodo electus, eiuſque res geſtæ in Archiepiſcopatu 919 III 119 Hungaris Boemis Danis iterumque Barbaris Euangelizat. ibid & 930 I. 113. Moritur 936. II. 125.

Vithmarus Monachus primus Septentrionalium Apoſtolus. I. Eius obitus 872 X 30

S. Viti reliquiæ ad Monaſterium Corbeienſe in Saxonia tranſlatæ. 8[illegible] . II 42.

Vlfridus in Suecia ob idola euerſa martyrii lauream conſequitur 1018. V 184.

Vniuerſalis titulum Græci obtinere à Romano Pontifici ſtatuta attentant, ſed fruſtra 1024 II. 180.

Vnuanus Archiep Hamburg. pallium à Benedicto Pp impetrat 1013 I. 174.

Voluntatem vnam eſſe in Chriſto docuerunt Maronitæ hæretici in Paſcali Pp. 1122. II. 365.

Vratiſlaus Boemiæ Dux Legatione miſſa ad Gregorium Pp. cenſum [illegible] Sedi Apoſtolicæ ſoluit. 1073 IV. 124.

Vrbanus II Romanus Pontifex creatur ex Epiſcopo Oſtienſi 1088 I 249. Caſſinenſes gratias [illegible] à S. Benedicto ibid. Gregorii Pp. VII. anathematis ſententiam roborat in Henricum & Guibertum aliosque Schiſmaticos 1089 I. 250. Plurima celebrat Concilia Romanum in cauſa Guiberti 1089 II. 260 Tro[illegible] in cauſa Matrimonii ib. III Toloſanum generale 1090. I. 160 Meliſſanum ib. II. Beneuentanum 1091. I 261. Placentinum 1095 I 263. Claromontanum ib. II Arelatenſe & Turonenſe in Gallia 1096 I. 265. Barenſe 1097. I. 261. Romanum alterum 1098 I 270 Tertium 1099 II. 271. Conrado Germaniæ Regi fidelitatem iuranti Imperii coronam pollicetur. 1095 I. 263. Inductus ab Alexio Comneno Imp. expeditionem decernit in Terram S. in Concilio Claromontano & Clericis D. Virginis officium iniungit ib. III. 64 Excommunicat Philippum Franciæ Regem ib II. Eundem in communionem recipit 1096 I 265. Rogerio Duci Siciliæ quale Legationis priuilegium conceſſerit 1097. IV & ſeqq vſque ad X. 266 & ſeqq. Sententias comminatorias Alphonſo Regi Hiſpaniæ in cauſa Petri Compoſtellani Epiſcopi dimoſi 1098 IV 270. Pie moritur. 1099 II 271

Vrbanus III. ex Epiſcopo Mediolanenſi creatur 1185 II 368 Fridericum Imp Veronæ de variis criminibus redarguens, eum infenſum expertus. 1185 I 37 . Ex communicat eum et comminatur ib d Mittit Legatum ad Henricum Regem Angliæ, pro inaugurando Ioanne eius filio in Regem Hiberniæ 1187 II 371 Moritur ib IV.
Vrſini Romanam Vrbem aduerſus impetus Friderici Imp. ſchiſmatici ſtrenue tutantur. 1167 I 348.
Vrſinorum familia Romæ priuilegio perpetuo a Leone Papa IX. donatur 1051. III. 201
Vrſus fera beſtia ex venatione Caroli Magni fugiens in Eccleſiam S Gudilæ, feralem naturam depoſuit. 805 II. 4.
VValdemarus Rugius filius Kanuti Regis Daniæ piiſſimus Rex fortiter agit pro extirpanda idololatria 1161. IV. 341. Fraudulenter à Friderico Imp. ad ſchiſma inuitatus, fugit ex Conciliabulo Auenionenſi 1162 IV 342. Eius laudatiſſima abſtinentia ib.
VVaſtallienſe Concilium pro reformatione diſciplinæ Eccleſiaſt. ſub Paſchale Pap. 1106 IV 281.
VVecilinus Aldemburgenſis Epiſcopus prædicatione & ſanctitate clarus, moritur 1154. V. 319.
VVecilo Pſeudoepiſcopus Moguntinus intruditur ab Henrico Rege, ex anathemizato 1085. II 215 Declaratus hæreſiarcha in Synodo Quintilinebuigenſi, damnatur vna cum æreſi ib. III. IV. Eius errores ib. Moritur 1088. II. 259.
VVelpho Noricorum & Baioariæ Dux Mathildem Comitiſſam vxorem ducit. 1089. IV. 20. vide *Mathildam*.
VVenceslaus Boemiæ Princeps necatus à Bolelao fratre, inter Martyres colitur 9,8 IV 126.
VVintonienſis in Anglia Synodus in cauſa Stigandi VVintonien. Epiſcopi Cantuarienſis Archiepiſ opera inſtituitur 1070. III. 229. Sub Legato Sedis Apoſt contra Clericos Concubinarios 1127. III. 3 0.
Vulgrinus Carnotenſis Cancellarius a Doleniibus in Archiepiſcopum expetitus, dignitatem tenuit, ideoque excuſatur ab Iuone Arch ep. Carnotenſi. 110 . I. 282.
VVirtzburgenſis conuentus inter Henricum Imp. & Principes, pro tollendo ſchiſmate & pace Eccleſiæ reſtituenda 1121 II 294
VVirgerius Rauennatum Epiſcopus ab Henrico Rege Germaniæ deponitur. 1046 II. 196
VVolfgangus Ratiſponenſis Epiſcopus flumen cum exercitu Ottonis vadat. 978 I. 147
VVormatienſe conciliabulum ſub Henrico Rege Germaniæ pro depoſitione Gregorii Papæ 1076. II 240. Legitimum ſub Legatis Sedis. Apoſt. pro renunciatione Inueſtiturarum Laicalium 1122 II. 294
Voladiſlaus Rex Poloniæ ope B. Ægidii cum Iuditha coniuge prolem Boleſlaum impetrat 1081. VII 252.
Vuladiſlaus II. Rex Poloniæ filius Boleſlai Crivouſti crudelitatem in ſuos fratres & alios exercet. 1145 IX 319. Neſtauiſcepti à Iacobo Archiepiſcopo Gueſnenſi fruſtra admonitus in exilium pellitur, imprecatiſque pœnas perſoluit. ib 320. & 1148 IV. 324.
Vulgrinus Carnotenſis Cancellarius à Doleſibus in Archiepiſcopum expetitus tenuit, ideoque accuſatur ab Iuone Archiepiſc. Carnotenſi 1107. I 282.
Vulſtanus ex mandato Alexandri Pp. VVigornienſis Epiſcopus eligendus, pertinaciter id recuſat, ſed diuino oraculo territus, conſentit 1062 III 220
S Volſtanus Merciorum Regum nepos, innocens in Anglia occiditur eiusque cædes miraculo illuſtratur. 849 III 57
Vzi Scythiæ populi Imperium inuadentes à Romanus diuinitus debellantur. 1065. V 116.

Z.

S ZAchariæ reliquiæ à Leone Papa Venetias miſſ. 81 . VI. 17.
Zacharias Anagninus Epiſcopus a Nicolao Pap. Conſtantinopolim Legatus male male excipitur à Photio 860 I. 70 Corruptus ab eodem 861 I. 1 Excommunicatur in Concilio Rom 863 I. 6
Zaidæ Hiſpalenſis Regis filiæ ad Chriſtum conuerſio, per apparitionem D Iſidori facta 1050 III. 200.
Zanellus Legatus Pontificis Ioannis X. mittitur ad inquirendum de rebus Hiſpaniæ 925 II. 125
Zemiſces trucidat Nicephorum & Imperator creatur in Oriente 969 I 159. Repellitur ab Eccleſia per Polyeuctum Patriarcham ib VI. 140 Ab eodem pœnitens recipitur ibid. Ingenti prælio numeroſiſſimum Bulgarorum exercitum fundit, eorumque regionem extinguit ope S. Theodori martyris. 971. IV. 142. Eius gratitudo in Theodorum Martyr. ib V. Triumphum defert D Virgini & primus omnium Impp. ſolidos aureos Chriſti imagine ſignari facit ib. Veneno necatur ingenti cum Reip damno, in expeditione Syriaca 971 III. 145.
Zoe Auguſta Conſtantini Imp. filia, Romano Imp nubit. 1028 VII. 185 Veneno eum tollit 1034 III 189 Michaelem Calaphatem ad Imperium euehit ibid. Ab eo in monaſterium detruditur 1041 I. 192.

INDICIS TOM. II. FINIS.